

ANNALES
MINORV
IN QVIIBVS
RES OMNES TRI
ORDINVM A S. FRANCIS
INSTYTUTORVM EX FID
ponderosius afferuntur, calumniae refelluntur, præclara
quaæ monumenta ab obliuione vendicantur.

A U T H O R E
R.P.F. LVCA WADDINGO HIBER
MANAPIENSI, OLIM APVD SALMANTICEN
... in Urbe sacra Theologiz Professore.

Tomus Primus.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODI
Cum Indice rerum & verborum memorabilium locupletissimo.



L V G D V N I
Sumptibus Claudiij Landry.

M. D C. XXV.
Cum priuilegio Regis Christianissimi.

RE V^{MO} PATRI
F. BENIGNO A GENVA
MINISTRO GENERALI,

PATRIBVS CONSCRIPTIS
ORD. MIN. REGVL. OBSERV. IN SYNODO
Generali Romana congregandis;



VNIVERSI^T. CONGREGATIONIBVS
facti instituti Franciscani;

F. LVCAS VVADINGVS EIVSDEM
instituti humilis alumnus, spiritum paternum, hospitalem
et salutem eternam.



EVERENDISSIME PATER,

Plures esse, qui adorent solem Orientem, quām
Occidentē, obiecit Pompeius adolescentis, in
dies magis fama nobilior, Syllæ, affectæ ætatis vi-
ro, cuius dignitas & gloria iam consenserat. Ve-
ro adagio id dictum voluit, quod fieri paucim viderimus, plures esse, qui
iuvibus, quām scibis adhærent; plures qui recentis, quām effæctæ
fortunat viros circumcingant; maiorem adesse sequelam in introitu,
quām in exitu dignitatis. Ambientium vilis hæc consuetudo; ado-
rant, dum sperant; si spes omnis abscessit, contemnunt. Honor uni-
uersus ab extrinseco pendet; non hærentes virtutes, non interio-
res dotes animi suspiciunt, sed præterlabentes honores, quæ cir-
cundant exterè dignitates, suo blandientes bono, auidius insequuntur.
Ad occasum iam tendit Reverendissima tua Paternitas, imo in ipso
iam vespero supremæ præfecturæ constitutus, libenter excutis graue
dignitatis onus, & anhelus expectas depositionis tantæ sarcinae diem,
in quo prælationem libentius in aliud transferas, quām quispiam, et si
honoris auidus, illam suscipiat. Hic in termino, est quod magis adore-
ris, quām in limine; quod amplius suspiciaris in egressu, quām in

Plutarch.
in Apoph.
chegm. Ro-
manu.

Epistola

aggressu dignitatis. Omnes libenter honores admittunt; pauci sunt, qui
^{ter. Max.} non dolenter amittant; nulla est etenim tanta humilitas, que dulcedine
^{.8.c.14.} gloria non ranguatur. Illud verò opimum, in te singulare, in aliis rarum,
suspicio & extollo, sed & alias laudavi, quod Sanctissimo Domino No-
stro Urbano VIII. hodierno & vnam diurno, vniuersæ Ecclesiæ
Rectore tuæ præfecturæ tempus augente, & statuto sexennio septi-
mum addente annum, ingemueras & vehementi passione sèpius re-
petieras, te optasse ut primus ille adiuncti anni dies verteretur in vlti-
mum. Nobilem hunc in te adoro dignitatis contemptum, plus Occi-
dентem, quam Orientem admiror, potius adhæreo deponēti quām su-
scipienti prælaturā. Te propter te ipsum, propter excelsas virtutes, in
te firmas & fixas, non propter dilabentein suspicio dignitatem. Illa
licet magna sit, & in magno Ordine suprema, tamen dubium profe-
cto est, vtrum te magis ornauerit, an tu illam? Nec verò intra domesti-
cos parietes minor in priuata tua vita integritas est, quām in præfe-
ctura dignitas & splendor. Domi singularis modestia, fortis comitas, in
aduersis magnitudo animi, in prosperis moderatio, ad hæc erga omnes
humanitas & facilitas faciunt, ut aliquid ultra hominem aliquem de-
nostro cœtu in te omnes suspiciant, admirantur; & veluti tua illa ver-
^{ther. 15.} ba putent: *volui nequaquam abutii magnitudine, sed clementia & lenita-*
^{libro} ^{lofeph.} *te gubernare subiectos.* Hac regendi prudentia inclinantem disciplinam
& tementes pro hominum inconstantia, primos feruores restituisti,
non vi, nec clamorosa violentia, sed suavitate doctrinæ, & raro tuo
exemplo; prius in te exercens quod ab aliis expectas, non aliter, quām
magnus ille Patriarcha Ioseph: *vitam tuam virtutibus plenam, velut tabu-*
lam bene pictam in medio proponens. Quod in præclari huius tui regimi-
nis non potui curriculo, nunc in fine offero debiti obsequij symbolum,
primum hunc Annalium nostri sodalitij toitum, quem nec si alij con-
secrare vellem, possem; nec si possem, vellem. Certè non debeo, nec
decet, quem tuo consilio incepi, auxilio feci, patrocinio perfeci, alte-
rius insignire nomine, nec honori consecrare. Hoc velut publico præ-
conio testificatam velim meam erga te gratitudinem, & tuam erga
omnes litterarum studiosos BENIGNITATEM. Inter tot re-
rum turbines, inter turbati & commoti Ordinis scissuras, in plerisque
regionibus languentia litterarum studia zelo tuo excitasti, fauore pro-
mouisti, & studiosis omnibus ad benè de litteris sperandum quasi si-
gnum aliquod sustulisti. Præter præclaras & eximias virtutes tuas, ma-
xime tamen quasi è sublimi quadam specula se ostendit & extollit
illa tua innata tibi erga rem litterariam animi propensio, quæ ita præ-
lucet ut videatur te ad hanc vnam virtutem natura genuisse, vo-
luntas exercuisse, fortuna seruasse. Seminaria plurima adolescentum
instituisti, studij rationem meliorem reddidisti; in re litteraria laboran-
tibus ope & auctoritate adfuisti; ut opuma quæque in apertum pro-
dirent,

Dedicatoria.

dirent, sedulus curasti ; studentibus subsidia quæque ministrasti ; optimas bibliothecas instruxisti ; iuxta propheticum dictum : *Pausisti tuos scientiam & doctrinam* ; atque, ut uno verbo dicam, quidquid rei litterariæ expediebat, plenè fecisti. Ego ut in eam rem tangam, fateor mihi saepius molestam & importunam visam tuam in his rebus sedulitatem, qua me immensum opus exhortentem, nec aggredi volentem, quotidiano suasu, deinde præceptis impulisti ut tentarem, tentantem ut amplecterer, amplectentem ut consummarem. Non aliter de te dixerim quam Illustrissimus Annalistarum vertex Cardinalis Baronius de sancto suo præfecto & rectore Philippo Nerio dulciter conquestus est. Astabas iugiter operi, vrgens præsentia, instabas verbis, durus semper (ignoscas, si hoc dixero) diurni pensi existens exactior, adeo ut piaculum putares, si interdum ad alia, et si sodalitio vtilia, diuertissem ; saepè vero & ego in eo humanum aliquid passus, cum amicis conquerebar, tyrannicè tecum agi, quod seriis distractus & ad necessaria quæque à te ipso tractus, frequenter *in literis super alligantem* ^{Judith 8.7.} manipulum, nec respirare permiseris ante opus absolutum. Festinaui, cucurri, quantum in graui licuit argumento ; opus compleui, seu potius complendi longo annorum curriculo specimen dedi, & obedientiæ meæ fœtum exhibui. Si extemporaneum, aut immaturum, parce, impellenti obsecutus, feci ut potui, quod quam exiguum sit totum quod est satis noui ; tibi tamen tanquam tuum do volumen, ad suam originem opus reduco.

Liceat autem & ad vos paululum sermonem conuertere, Patres Conscripti, viri Consulares, in sacrum confessum collecti, in concilio iustorum & congregatione congregati, in illo, inquam, concilio, in quo (non minus ita suspicer quam S. Bernardus de magno illo ^{Bern ep. 91} Sueßionensi suorum Abbatum) non hominum traditiones obstinatus defensantur, supersticiosus obseruantur, sed diligentius humiliterque inquiruntur qua sit voluntas Dei bona, & bene placens & perfecta ; ne in vacuum vos (quod absit) conuenisse subsannent, qui dicunt vobis, Euge euge, dum videns non aliud vos contendisse quam bonas facere vias vestras & studia vestra ; * que honesta, que salubria sunt, constituenses & tenentes. Putauerim in vobis ex vniuersis terræ angulis ad supremum Rectorem confluentibus, mihi videre filios Iffachar, qui venerant ad David, viros erudiitos, qui nouerant singula tempora ad praciendum quid facere deberet Iffrael, quorum etiam consilium reliqua omnis tribus sequebatur. Vos illi principes populorum congregati, quibus commisit Dominus Deus ^{Num. 27.16.} spiritum omnis carnis, ut prouideatis hominem, qui sit super multitudinem hanc magnam, & posset exire & stare ante eos, & deducere atque introducere, ne sit populus Domini, sicut oves absque pastore. Certè funes ceciderunt vobis in præclaris, magnam fortiti estis prouinciam, ut amplissimi Ecclesiæ sodalitij res primas agatis, ut pastorem & ducem

Epistola

constituatis super gentem magnam, quæ præ multitudine numerari
^{Deuter. 1. v.} non potest, & consiliarios adhibeatis viros sapientes & gnaros, quorum
^{11.} conuersatio sit probata in tribibus vestris. Vestro equidem gratulari ego
vellem aduentui, & munere aliquo honorario aduentantes exciperet
sed nullum vobis charius, nec ad rem, in quam conuenitis, aptius,
quam si offeratur plana & syncera descriptio originariæ nostræ reli-
gionis, in qua velut in speculo conspicere liceat delineata prima fun-
damenta tantæ molis, quæ postea superexcreuit, explicatas tantæ fœ-
cunditatis propagines, quas extēdit à flumine usque ad terminos orbis
terrarum; depictos primos Rectores, sub quibus adoleuit institutum, de-
scriptos sacrorum pugilum nobiles conatus, expressas ipsius institu-
toris sacras virtutes, & celebrata cum sacra paupertate sponsalicia.
Hic videre est quidquid boni, quidquid optimi in sodalito desidera-
tur; ex hac penu extrahi potest omnis ornatus, ex hac schola, quidquid
^{lxx. 3. 1. v. 1.} iuniores discipulos decet audire. Hic respicere licet ad petram unde
excisi estis, & ad cænoram laci, de qua præcisisti, hic poteritis attendere
ad Abraham patrem vestrum & ad Sarah, que peperit vos. Hic videbitis
quales Doctores constituere debeatis in populo, neque debere vos
^{2. Reg. 8. v.} cum senueritis, dignitatè iam dilabente, constituere filios vestros indices
^{Exod. 18. v.}
^{vii.} in Israël, sed de omni plebe viros poterites & similes Deum, in quibus sit
veritas, & qui oderunt auaritiam. Capietis etiam non sine voluptate,
quatenus & quando ad singulas vestras patrias se extenderit institu-
tum, cuius nunc causas estis acturi, quo modo missum hoc rete mag-
num in mare, ceperit ex omni genere piscium. Audenter itaque, nec
sine fiducia, & spe reciprocæ vestreæ humanitatis vobis occurro, li-
brum oblaturus, dum ex hoc multiplici officio, & meo affectu, polli-
ceor non ingratum fore hoc meum qualecumque munusculum.

Neque vobis, illustres Congregationes, sacra Francisci genimina,
donum subtrahimus, non vos excludimus à publici munieris consor-
tio, qui communī Patre gloriamini; vobis etiam, neque alteri magis,
quam vobis, scripsimus absque ullo familiarum delectu. Sociates om-
nes Franciscanas tam vetustas, quam recentes æquè diligimus, quas
^{Tereul. 1. de}
^{pallio c. 1.} velut *Principes Africe iudicamus vetustate nobiles, nouitate felices.* Om-
nes Franciscum illustrant, omnes varietate condecorant; vt olim cir-
^{Ecclesi. 50. v.}
^{13.} ca magnum illum Sacerdotem Simonem, ita circa Franciscum corona-
fratrum, quasi plantatio Cedri in monte Libani, sic circa illum steterunt quæ:
^{Malin. 1. 17.}
^{v. 1.} si rami palmae, & omnes filii Aaron in gloria sua; nec non quasi nouellæ oli-
uarum, filii in circuitu eius. Omnes Franciscum induitis, omnes Fran-
ciscum præfertis; vestrum est, quidquid Francisci est; nihil hoc nostrum
habet volumen, quod vestrum non sit; & proinde scripsimus ut ve-
strum faceremus, quod videbatur alienum. Reuocauimus dilabentes
Sanctorum Patrum nostrorum virtutes, vt nostræ fiant, vt nobis inh-
reant, atque ob oculos positis Ordinis primordiis, consensercentem
renoua

Dedicatoria.

renouaremus religionem imitando eorum , qui nos genuerunt, præclarafacinora , ne degeneres dicamur , sed veri illorum filij nomine inur,& simus. Inde proficia est Sanctoru[m], & præcipue eiusdem conditionis , vitorum recordatio , ut miro suo exemplo excitent nostram socordiam , dum ex illorum factis nobis planè constat , quam eadem ipsa nos facere possimus & debeamus. *Quomodo amplius ē in ipsis* Aug. 8. de *forma charitatem excitarnur per fidem , qua credimus vixisse sic aliquem ,* *ēspem qua nos quoque ita posse vivere , qui homines sumus , ex eo quod ali-* *qui homines ita vixerunt , minime desperamus , ut hoc ē desideremus ar-* *dentius ē fidentius precemur : Ita ē ipsorum vitam facit à nobis diligi-* *forma illius dilectio , secundum quam vixisse creduntur , ē illorum vita cre-* *dita in eandem formam flagrantiorē excitat charitatem . Fratres nostri* *fuerunt qui nos præcesserunt , omnes sub nube fuerunt , omnes eundem* *potum biberunt & eandem escam spiritualem manducauerunt ,* *eundem aërem hauserunt ; nostra erit verecundia , tam præclara illo-* *rum memoria . Neque enim nos extollunt sed deprimunt res præcla-* *rē gestae à maioribus , dum nostræ fuerint obscuræ ; neque nos iustifi-* *cant , imo condemnant , iusti fecerunt , dum ad similia non etiam ipsi* *contendimus . Non ideo nobis proponuntur exempla iustorum , ut ab eis iu-* *stificemur , sed ut eos imitantes ab eorum iustificatore nos quoque iustificari* *sciamus . Hæc nostri instituti ratio , hæc nostri laboris meta , hic mune-* *ris scopus , ut eorum imitemur facta , quorum præferimus nomen , &* *ex simili vita fiduciam assumamus illuc perueniendi , quo illi præcesse-* *runt . Si enim cum sanctis in aeterna vita communionem habere volumus de* Author Sc. *imitatione eorum cogitemus . Debent enim in nobis aliquid recognoscere de* *suis virtutibus , ut pro nobis dignentur Domino supplicare . V A L E T E ;* *supernæ vocationis brauium comprehendite . Ex æde D. Petri in* *monte aureo Idibus Ianuariis , anno salutis M. D C. X X V .* *Idem de ea-* *rechizandis* *rudib.c.7.* *sp. in appd.* *de diuersis* *apud Aug.* *c.13.*

Amico

Epistola



Amico Lectori.

M E N S V M aggredi opus, vltra maiorum præcepta, secerunt & vetus nostra gloria, & recentes aliorum calumniæ. Consenserent vidimus memoriam eorum, qui æternam meruerunt, & squalorem obduci obliuionis præclarè factis in rei Christianæ publicum emolumentum. His accessit aliorum æmulatio, qui suo honori detrahi putant, quidquid accedit alieno, nec proprias res laudari posse nisi cum magnorum opprobrio. Infelicitas hæc praui zeli est in malum proprium bona aliena conuertere; illustrium prosperitate torqueri, aliorumque gloriam facere suam pœnam. Benè dixit os aureum: *Inuidentia alimenta sunt alienæ fame celebritates.* Celebre fuit, neque immerito, Franciscanorum nomen ob res præclare gestas in Ecclesiæ Catholicæ dignitatem, ob doctas editas elucubrationes in fidei Romanæ commendationem, ob vitas liberaliter profusas in Christiani nominis autoritatem; sed quanto successu meliore profecit, tanto inuidi in maius incendium liuoris ignibus exarserunt. A principio fuerunt, qui tantum ferre splendorem non poterant, quia mendaciorum calumniarumque nebulas tentarent obducere; neque aliquando defuerunt qui promicantem vndique amplissimi instituti gloriam obductis aduersæ vel diminutæ famæ tenebris non non attenuarent. Tolerabilis hæc infirmitas in mediocris nominis atque inferioris conditionis viris: at superioris vel æqualis status hominem, alienam durius ferre dignitatem, grauius quidpiam est atque vltra inuidentiam reponendum. Namque

Plaut. in
Truculen.

Inuidere alij bene esse, tibi male est, miseria est

Qui inuident, egent: illi quibus inuidetur; rem habent.

Qui itaque abunde habent, nec ramen ferunt ut alij minus habeant, aliunde quam ab inuidia languent, profecto ægri vel affecti, imo infecti sunt animi. Habuit multa & speciosa nimis Minorum sodalitium, sed neque aliis Num. 14. 7. Ecclesiæ Ordinibus magna defuerunt ornamenta; Pulchra sunt omnia tabernacula Iacob, & tentoria sacra Israël, ut valles nemoroſæ, ut horti iuxta fluvios irrigui; ut tabernacula, que fixit Dominus, quasi cedros prope aquas: Ipse Dominus religiosos Ordines fundauit, & multiplicauit eos, & dedit sanctificationem suam in medio eorum in perpetuum; verè multiplicauit eos, & non minuentur, & glorificauit eos, & non attenuabuntur. Habent omnes unde laudentur, multa eis suppetit in Domino gloriandi materia, absque alterno vituperio. Grauior hinc iniuria Patris Abrahami Bzouij Dominicani in Franciscanam religionem, cuius famam vndique minuit, cuius infamiam vndique conquistatadauget. In auſtario, quod tentauit, Annalium Illusterrimi Cardinalis Baronij, vniꝝ sacrarum rerum vindicis, id duntaxat voluisse visus est, ut summè exaltaretur Dominicana atque imum deprimetur Franciscana religio. vigeat, floreat, exaltetur, & dignè

Ad Lectorem.

gnè commendetur, si fieri possit, omni laude maior sacra Prædicatorum familia, cuius doctrinam, disciplinam, dignitatem meritò omnes attollant, sed nemo sufficienter poterit exprimere; at ut illa commendetur, oportebit ut Minorum sodalitium vituperetur? An illius laus ex istius crescit iniuria? an magnitudo ex huius humilitate? Sanè veluti per hos gradus ad excelsa sui Ordinis esset procedendum, ita attenuauit gloriam alienam, ita Minoribus fraterno vinculo coniunctis, patrum suorum benedictionibus, & multo hortatu commendatis, vbique detraxit, ut præclara quæque passim tacuerit, plurima suis adscriperit; & quod grauiorem reddit iniuriam, vilia vniuersa ex quibuscumque scriptoribus absque ullo veritatis examine, aut pietatis antido-to in eorum conglomerauerit contumeliam. Solus Bzouius instar omnium Franciscanorum hostium est, pro omnibus vnu sufficit, imo omnes transgreditur, nam ad illorum iniurias suas addit, studiosius ampliando, exaggerando, & frequenter repetendo, quidquid minus æqui, minus pij finxerunt vel mentiti sunt scriptores. Non absque dolore hæc refero, extorta, sed necessaria de tantæ religionis alumno, hæc mea querimonia, atque eo rationabilior, quo clarius illa sæpius protestata est per supremos suos Rectores, quibuscum frequenter mihi de hac re sermo, se numquam id approbasse, sed ultro condemnasse. Publico præconio hoc testatum & enunciatum velim, ne sacra luat religio, quod indignè peccauit alumnus, atque ex corde orauerim, parcant honori tanti instituti, qui suum læsum scriptis instaurant. Ego vel ipsi homini indulgeo, neque vices rependo, potius ferre offensas, quam referre, multo minus inferre mecum decreui, atque religiosæ cedere modestiæ, non contumeliaz. Quod diminutè, quod confuse, quod turbato ordine & tempore res nostras reculerit, fortasse contigit ex humani ingenij imbecillitate vel penuria nostrarum historiarum, quas tamen pro boni & completi historici munere deberet adquirere & diligenter examinare. At demus ita esse, quam quæso præclararam obtendet excusationem pro tot conscriptis iniuriis? Pro dignis encomiis desuerunt codices, pro indignis contumeliis viles qui que superpetunt & superabundant authores? In eo ipso crimine minor esset offensa, si fideliter exscriptisset, quod illi scripserunt, nec vehementius ponderaret, vel iniuriosius amplificaret, aut frequentius inculcaret, quod malorum depravatus dictauit affectus, aut ex arra bile infirmus stomachus euomuit. Id tandem longi temporis intervallo, quo vel aduersum affectum deponere vel historiæ errores potuit comprehendere, potiori iam spe & maiori fiducia à religioso viro sperare atque humiliiter petere audebo ipsis illis verbis, quibus suas retractationes exorsus est Augustinus, *ut qui primas non potuit habere sapientie, secundas habeat partes modestiae, & qui non valuit omnia in paenitentia dicere, saltem paeniteat, qua cognovit dicenda non fuisse*. Opportuna, licet illi, (vt reor) importuna nunc se offert occasio ut hoc præstet atque suo honori caueat, & nostrum restauret, dum in multiplici correctione vel vnius tomii 14. quam adhibere præceperunt Sanctissimus D. & Illustrissimi Cardinales huic negotio præpositi, in quo grauius læsit Serenissimam domum Bauaricam, cuius etiam causam plus æquo nobis fecit communem, quæ in Minorum sodalitium vehementius, acerbius, ne plus dicam, singulis paginis inculcat, tollere, corrigere, aut mitigate voluerit, & quos communis læsit vulnere, communi etiam curet remedio, aspergam per omnia scripturam, religiosâ temperans & corrigenſ modeſtiâ, qua ſibi reconciliat offensos & iuste infenſos Serenifſimos Duces, & fraternam reuocet à longè repulſam, cum Minoribus charitatem.

Aug. in pro-
log. terra-
statione.

Epistola

charitatem. Dum itaque non fecerit, & quum obsecraverim Lectorem ut quæcumque rem Franciscanam concernientia non sine delectu & examine apud eum legat, neque fidem, quam in aliis plurimis rebus absque iniuria non præstat, certè non debet, in his facilè adhibeat, donec potiores aut sinceriores consulat authores. Necessarium duximus de his præmonere, ne quæ nos multo examine & longâ indagine comperimus falsa & iniuriosa, vera aut sincerè scripta quisquam adiudicer, & pio affectui erga Minores præualeat speciosa authoritas Annalistæ Ecclesiastici. Hoc sanè sine præmonitionem hanc præfixisse facile videbit, qui hos nostros legerit Annales, in quibus quæm amicè, quæm candidè & absque bile cum homine agimus, vbiique perspiciet. Neque etiam iniurias rependimus, neque acriter virum carpinus, sed fundata narratione res nostras stabilimus, multis in locis eius parcentes nomini, in aliis absque vlla commotione errorem refellentes, fraternalm & Christianam semper seruantes charitatem, quia ut scopolus assilientes vndas sine motu ullo suo frangit, sic nos offensas vniuersas sine acerbitate vlla aut ira. Licet ille ad bellum prouocauerit, tamen respondimus laceffenti tanquam non lacefisi; refellenda enim relationis, non exponende iniurie nobis studium fuit. In eo tamen nos ei debere fatemur quod noltri sodalitij Seniores & Rectores ad res suas dilucidandas excitauerit, neque enim quidquam minus curabant, quæm ex maiorum factis sibi gloriam aduehente. Optima quæque situm aut cariem patiuntur nisi refrinentur, atque ipsa illa summa Euangelij veritas & negligenter quereretur, si mendaces aduersarios non haberet. Non adeo nostri humanam venabantur gloriam; at inglorij facti doluerunt, & pristinam voluerunt redintegrare dignitatem. Hinc mihi commissa prouincia, licet valde reluctant, ut ab ipso religionis exordio historiam omnem repeterem, quod ita peragere constitui, ut ab ipso limine sacri Prædicatorij instituti causas agam, & laudes præponam, vbiunque se offeret, vel etiam vnde cunque peti potest occasio eius dignitatem extollens.

Ambr. lib. 2.
epistolaru
epul. 1.1.

Aug. de eccl.
Marth. &
Luc. in priu.

Chrysost.
hom. 4. in c.
epist. 1. ad
Cotin.

De hoc sacro sodalitio non nisi præclara quæque attexo, at de meo refero etiam iuxta rei veritatem, quæ fortassis plerique ex nostris vellent caeci. Sinceram hanc narrationis rationem in omnibus ferme nostris scriptoribus notaui; virtutes sanctorum, & virtus prauorum eadem fide conscribunt; longè in hoc dissentientes à quibusdam quorum historiæ dumtaxat encomiastice, nihil aliud continent quæm consodalium laudes & gloriam, quasi pro humana fragilitate nullus vñquam in vniuerso deliquerit sodalitio. Et meo quidem iudicio consultius illi fecerunt qui commendabilia & corrigibilia retulerunt, præterquam enim quod ita lex historiæ præscriperit, & narrationis veritas expostulet, non aliter laudabilibus rebus fidem conciliauit, nisi & reprehensibilia subiunxeris. Hinc etiam Euangelij comprobatur veritas, nam quod Apostoli essent timidi & pusilli animi ostendit, qui de eis scripsit, & neque obseruavis, neque tulit ut eorum egeret virtus. quod quidem est etiam ipsum maximum argumentum veritatis. Quod ipsius narrationis series & historiæ veritas exposcit, sincerè referendum cum ad fidem, eti duram, extorquendam, cum ad legentium præcipue religiosorum profectum, ut in encomiasticis habeant quod appetant & in vituperabilibus quod fugiant.

Aug. 17. de
tiuit. c. 1.

Quæm verò labiolum opus assumpli sciunt antiquitatis vindices, & graues quique historici. Præterea perscrutando indagare ac differendo monstrare, quæm sit operosum atque prolixum, & quæm multis dignum voluminibus quis ignorat, qui hec vel mediocriter cogitat? Ego faccio me non ultra currentem, sed præceptis

Ad Lectorem.

ceptis impulsu[m] ut opus aggredetur, in ipsa rei consideratione h[ab]entem timuisse, donec ministratis mihi necessariis subsidiis, & operâ R.P. Bartholomæi Cimarelli Piceni exaq[ui]ssimi antiquorum monumentorum indagatoris, quem ad hoc ipsum destinauit Reuerendissimus Pater Benignus Genuensis in Umbriam, Picenum, Tusciam & Lombardiam Transpadanam collectis pluribus codicibus MSS. & aliunde transmissis aliis vires & animum assumpsi ad anteriora saecula lustranda, & pluribus voluminibus vniuersam historiam ad nostra tempora deducendam. Præ omnibus optime fuit Mariani Florentini historia MS. quinque libris distincta, stylo plusquam humili, imo frequenter barbaro, sed sincero descripta, quam mihi transmitti iteratis præceptis curavit ex Bibliotheca nostra ædis omnium sanctorum Florentiarum, Reuerendissimus Pater Bernardinus à Moncaluo, dum Vicarium ageret Generalem familie Cismontanæ nostri sodalitij. Hanc dum sepius citamus nollem confundi cum historia Ioannis Marianæ, qua etiam in rebus Hispanicis sepius vsl. sumus, nec ex nominis vel cognominis ambiguitate decipi Lectorem, quem errorem ut caueremus cutauimus Marianæ Hispano suum nomen præfigi. In Chronologia filium prætulit & plurima grauissima monumenta ministravit (quorum præcipua inseruimus ipsi narrationi; alia reiecamus in operis appendicem) Regestum Vaticanum Summorum Pontificum, quod mihi videre licue ex summa in me benevolentia Sanctissimorum Dominorum Gregorij XV. & Urbani VIII. Illustrissimi ite Scipionis Cobellutij Cardinalis sit. S. Susannæ Bibliothecarij Sedis Apostolicæ singularis mei patroni. & Reuerendissimi Domini Nicolai Alemanni Bibliothecæ Præfeci. Alia consulimus archiu[m], quæ multam subministrarunt materiam, Aræccælitanum nostrum, copiosissimum litterarum Apostolicarum tabularium, aliud Patrum Conuentualium ad duodecim Apostolos in urbe, duo item Assisi sacri conuentus S. Francisci, & Sanctæ Mariæ Angelorum, cæteris, quæ vidimus plurima, locupletiora. Ex multis bullis & lacris monumentis vndique conquisitis, vnum hac nostra æde apud nos reposuimus in bibliotheca selectis libris abundantem à nobis instructa, quod sepius citamus in litteris Pontificum. Circa cosmographiam, geographiam, & topographiam præcipuos tam veteres quam recentiores consului authores, neque sumptibus parcitum est, quin regionum, rerum publicarum, peculiarium ciuitatum, & Ecclesiastarum historias, quas inuenire licuit haberemus. Circa monasteriorum origines & structuras perfectè explorandas multum laborauimus, plurimas ex certis tabularijs & authographis membranis eruimus, alias ex urbium monumentis & peculiaribus historiis, cæteras ex Illustrissimo & piæ memoriarum viro Francisco Gonzaga, Petro Rodulpho & relationibus MSS. provinciarum. Pro rebus ordinis perfectè comprehendendis curauimus quascunque eius historias colligendas: ita ut per omnia sedulam adhibuerimus diligentiam ne quidquam operosum aut graue nos præteriret.

Vbi ex aliis narrationem deduco vel prosequor, ipsis eorum verbis pro sineciori concilianda fide semper vtor, nisi quando stylus humilitas vel barbaries mutandum monet. Neque tamen meum adeo politum vel computulum offero ut Rhetorum coloribus depingatur, aut eloquentiæ phaleratis alliciat sermonibus. Sincera damus verba, non iuponimus Lectori, nec sub speciosis verbis falsa vendimus pro veris. Quapropter per ut non verborum elegansiam, sed vim rerura expendendam lector putes. Aurea enim (scit scriptura diuina docet) est lingua sapientium, que phaleratis dorata sermonibus, & quodam splen-

Epistola

dentis eloquij velut coloris pretiosi coruscō resplans, capit animorum oculos specie formos, & susque perstringit. Sed aurum hoc si diligentius trahes, fortis premium, intus metallum est. volue quoque excute sedam gentium, pretiosa & grandia sonant, veri effera defendane. Deum loquuntur, simulacra adorant. Neque incongrue dixit ille
Braman. ad Alexandrum facundie Oratorum & Rerorum officium esse falsitatis sermonibus
dus epist. ad Alex. mag. figmentare mendacia, & innocentie fidem conferre criminibus. Id etiam ex factorum
Beroar. ser. g. sup. mis- Doctorum reuerentia nobis solemne est & frequens, quod lubenter vbi mihi
sus est congruere video, verba sanctorum assumo quod vel ex vasorum pulchritudine gra-
siora fiant, que in his Lectori apposuerim.

Cæterum post omnem præmonitionem id etiam fatendum, quantumvis omnem adhibuimus conatum non omnia nos attigisse, sed multa studium nostrum superasse, multa etiam diligentiam nostram subterfugisse; neque enim tantum nobis tribui velimus, ut omne tulerimus punctum & omnia nostra dicantur incorrigibilia. Scio enim quo modo preter imprudentia caliginem, que me circumfundit, unumquemque fallente sua scripta, & aurem pretereunt, atque or filij etiam deformes delectant, sic etiam scripores mediocres sermones suis palpant. Incautius aliquid plerumque promittit, aliquid accipitur malevolentius, aliquid exit ambiguum: tum quia alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis, quam pro aliena opinione scrutinare & discutere omnes scrupulos malevolentie. Fecimus, discussimus, examinauimus, nec tamen plenè nos errores cauisse putamus in tanta rerum amplitudine & varietate, neque enim res heri aut nudius tertius, sed ante quatuor lacula gestas narramus, neque vnius oppidi, vnius vrbis aut reipublicæ historiam concinnauimus, sed ad magni sodalitij per vniuersum orbem se diffundentis amplitudinem explicandam illuc sequi oportuit, quo præcessit, & omnium regnum, prouinciarum, vrbium, imo & mediocrium oppidorum, maximè Christianorum, ad quæ penetravit, monumenta, ut licuit, consulere, nomina scire, topographiam adhibere, fuit necesse. In his autem quis labi non timeat? quis se omnia asservatum putet? præsertim cum vel in ipsis nominibus optimi quique Geographi pastum labantur; neque id mirum, dum quotidie aliquid in hoc magno erbe mutatur, noua vrbium fundamenta saciuntur, noua gentium nomina extinktis nominibus prioribus, oriuntur; imo omnes que vsquam rerum potius turbes vbi fuerint, aliquando que-
Seneca de celsol. ad Al bin. lucan. li. 7. Aeneid. 3. Amb. lib. 1. epul. 9. retur, & vario exiū genere tollensur, atque adeò ut Pulvere vix rebta poterunt monstrare ruine, etenim Tantum enim longinqua vales mutare vetustas. Venia proinde digni sumus, si in tanta rerum vastitate aliter quidpiam diximus, quam se habeat; & pium obsecramus lectorem non id prauo affectui, sed humanae caligini, & nostræ renuitati dignetur adscribere; atque insuper amicè nos monere in quibus errauimus, ut corriganus. Ego enim beneficio an numero, si quis mea legens scripta, dicat mihi, quo video usur moueri. Primum, quia & in iis, que scio, falli possum. Multa autem pretereunt, multa quibusdam aliter sonant. Pulchrum est, si fieri possat, auere omnia. Deinde quia non debeo molestè ferre, si cum de Apostolicis & ipisis Euangelicis Dominicisque verbis plerique multas questiones ferant, etiam in meis scriptis reperiant de quo disputandum potest. Plerique enim studio indulgent suo.

Aliud adhuc fortassis erit, in quo reprehendamur, vel nostrum hoc opus displiceat, nimirum quod prolixiorem texamus historiam, quam quotidianæ occupariunculæ ferant, aut huius saeculi breuitatis studium facile commendet. Instituti tamen nostri ratio facile apud bencuolos veniam obtinebit, quæ non alia est quam ut avolantem rerum gestarum memoriam quasi per simbriam vestimenti retineam, unde perfectè innotescant ampli res sodalitij, & qui

Ad Lectorem.

qui peculiares voluerint texere prouinciarum historias, habeant vnde eas plenè decerpant. Id ego spoponderim nullum prouinciæ, nationis, aut patris suæ illustratorem diffusionis aut prolixitatis nos accusaturū in suis rebus enarrandis. Si singuli ergo legant, quod suum est, nullus tardiosum putabit opus, attrahente suarum rerum discendarum cupidine. Qui hac verò non ducitur sed fastidiente stomacho plurima respuat & voluminis molem exhorreas, admittat illud Martialis consilium

Si nimis est legisse duas, tibi charta placetur

Martial. li.
4. Epigr. 70.

Altera: diuisum sic breve fiet opus.

Vel ipsum audiat librum, tanto fastidio placidum adhibentem lenimen

Si nimis videor, seraque ceronide longus

Id.lib.4.
Epigr. 1.

Esse liber; legito pauca, libellus ero.

Quanquam & ego iudicauerim non delicatulorum, aut statim ad singula folia capite dolentium, vel ad nouas quascumque narrationes in fori deambulationes exurgentium opus hoc aut studium esse; qui fundatè, qui scitè volunt res historicas excipere, oportet ut narrationi insistant, & plenè legant, donec ad originem res quasque reducant, & quem sortitæ sunt exitum exactè dignoscant. Patienter legendum, diu insistendum est, *eis qui in immensum Chrysost.
historiarum pelagus solvere proponunt. Qui per tale mare iter sunt facturi, necesse est hom. 3. in
Isaiam.* non fatigari, sed integris remigibus viam capestan.



APPROBATIONES DOCTORVM.

ERATER BENIGNVS A GENVA totius Ordinis Minorum Minister Generalis & seruus; dilecto in Christo P. F. LVCÆ WADDINGO Sacre Thologie Professori, & Ordinis nostri Chronologo salutem, &c. Nihil nobis adeo semper fuit in votis, quam ut nostri sodalitij res, & Maiorum gesta suis annis, & certa temporum serie disposita, emaculata nobiliori historie methodo in omnium conspectum prodirent. Id te plenè fecisse indefesso labore, & solerti studio, est quod gratias referamus, præsertim cum doctorum virorum syngraphis nobis constet quibusque eruditis & Ecclesiasticæ historie studiosis opus probatum iri. Volumus itaque atque ad obedientiæ meritum iubemus ut primum hunc tomum seruatis Tridentinis, & nostris Constitutionibus communis facias iuris, & in ceteris quantocius perfiendis sedulam adhibeas curam. Vale in Christo, eundem pro nobis exoratus. Datum Araceli in Urbis Capitolio. Idibus Nouembris anno 1624.

FR. BENIGNVS A GENVA. Minist. Genet.

3.

VSSV R. P. N. F. BENIGNI A GENVA totius Religionis Seraphicæ Ministri Generalis. Nos infra scripti Sac. Theologie Lectores vidimus & accuratè perlegimus hunc primum Tomum Annalium Minorum, Authore R. P. F. LVCÆ WADDINGO nostra Religionis præstantissimo Theologo: in quo nihil reperimus fidei, vel bonis moribus aduersum. Immo omnia tanta eruditione, doctrina, pietate, & deuotione plena, ut mirati simus felix hominis eloquentissimi ingenium, animi pietatem, locutionis claritatem, disputationis modestiam, rerum dispositionem, summanque in omnibus tanto Patre dignam sapientiam. Quare dignissimum censemus ut hic nouus Authoris labor, cuncta, à tot scriptoribus aliis & aliis locis tradita, mira conuenientia & facilitate complectens, ad Dei gloriam, Seraphicæ Religionis honorem & Christianæ Reipublicæ uitatem, in lucem prodeat. Datis Romæ in hoc Araceliano Conuentu die 24. Decembris 1624.

FR. ANTONIVS A SALAZOR Lector Jubilatus.

FR. SEBASTIANVS MOLLA Sacre Thologie Lector.

EX commissione R. P. F. BENIGNI A GENVA Ministri Generalis perlegi accuratè primum tomum Annalium Franciscanæ religionis authore Venerando P. F. LVCÆ à Sancto Francisco alias WADDINGO Hibernicæ nationis & Sac. Theologie Lectorc conscriptum, in quo factæ religionis Seraphicæ pura incunabula recensentur singulari diligentia & methodo, plurimaque hæc tenus ignota cruentur dubia, & incerta discutiuntur, vera multipli authoritate sulciuntur, falsa & apocrypha à certis & indubitate discernuntur, omnia demum ex regulis ad iustum veritatis pondus & rigorem syncerè & sine affectu reducuntur: ut merito Authoris commendetur ingenuus candor, qui in suis rebus astrictu debitam obseruavit sine excessu temperantiam, in conuellendis aduersariis moderationem.

derationem. Sed quoniam haec Franciscanæ probitatis alumnūm decent, nihil ita mihi stuporem mouet, quam imperterritus animus, qui infiniti penè & inextricabilis laboris negotium non expauit: plutes namque suissè constat historiæ Franciscanæ Scriptores, nullos qui temporis rationem inierint, vel certè in paucis, quibus studium fuit res simplici, & syncro stylo, prout contigerunt, in monumenta referre, non scribere augeales, hinc confusam molem digerere, quæque in suos annos ex fide authorum distribuerent, impossibile videbatur. Ceterum, ut video, ingenio & industria omnia cedunt: Ita porrò author ex iudicis Apostolicis, & circumstantiis, ex omnium penè historicorum indefessa collatione temporis rationem venatur, ut nihil omittens, quæque in suas classes, & tempora distribuat, nec secus ac complicatum stamen extensa complectens colo, atque inordinatum filum torquens sensu fusco educit. Amplectere ergo Lector, quod offertur, legisse non paenitebit: videbis velut aurea nascentis Ecclesiæ Apololici seruoris primordia, Christi & discipulorum eius in Francisco & sociis, renouatam in terris conuersationem, Euangelicam paupertatem, humilitatem & charitatem; pauperes stultos huius mundi ac simplices ad Ecclesiæ denuò ædificationem velut novissima hora vocari, in quibus vite ac crucis Christi revocata fuit excidens mundo memoria: videbis arescente iam penè truncu, noua sanctitatis germina pullulasse, quæ succrescentes quaquà versum palnūtes extendunt, totum complexa vniuersum: videbis Ecclesiam nouæ prolis fœtu multiplicatam, innocentiam columbinam, coniunctam ardori Saraphico, portenta & miracula, quæ fidem penè excedunt, abiectos mundo Thaumaturgos, in quibus Deus os & sapientia sapientiam huius sæculi confundebat, siveque virtutis miracula, ne dicam ad necessitatem, sed quasi ad lusum & parata in singulis ad nutum declarauit: videbis excelsos huius mundi contemptores, qui solas in confusione animas habentes, omnia arbitrabantur ut stercore ut Christum lucifacerent, in quibus vite veritatem, vanitatem sæculi viuo perfectæ imitationis & exemplorum stylo legere ac admirari poteris, si non licet imitari. Dedi ad Aedem D. Petri in monte Auteo 3. Kalen. Novembris, Anno 1624.

Fr. ANTONIUS HIQVÆS S. Theologiz Lector.

PRODIERVNT alias alij quidam **ANNALES PP. FRANCISCANORVM** ab aliis Authoribus editi, prodibunt & meritò isti quos R. P. F. LVCAS WADDINGVS vt prodeant in lucem dat ad maiorem Dei gloriam qui in suis sanctis gloriosus est. Porrò istorum Annalium stylus & ordo ut commendationem dicunt, ita & quod posteriores emittantur, ac proinde ampliores. Actum Lugduni die 3. Ianuarij 1625.

F. ROBERTVS BERTHELOT Episcopus Damasci.

ANNALES PP. Franciscanorum à P. F. L V C A W ADDINGO compositos & à Theologis de meliori nota communendatos probatosque prælo dari & in lucem edi permittimus. Lugduni die 27. Ianuarij 1625.

MENARD Vic. Gen. subit.

Summa Priuilegij à Christianissimo Rege concessi.

V D O V I C I XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate sanctum est , atque patentibus litteris cautum, ne quis in regno suo , aliisve locis ditioni suæ subiectis , intra proximos annos quinque , à die impressionis primæ inchoandos ac numerandos excudat, vendat, excudendum, vendendumque quoquis modo , & ratione curet librum , qui inscribitur, *Annales Ordinis Minorum à P. Luca Vraddingo compositos*, præter CLAVDIVM LANDRY Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipsem et concesserit. Prohibitum insuper eadem auctoritate Regia omnibus suis subditis, eundem librum extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbiunque fuerit ad id agendum impellere, ac instigare , sine consensu illius CLAVDII LANDRY. Idque omne sub confiscaione librorum , aliisque poenis originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisiis die 13. Martij 1625.

De mandato Regis

Signatum LE LONG.

*Hec prima Edicio die vigesima Aprilis
anno 1625. finem foris est.*

INDICV

INDICVLVS AVTHORVM, QVORVM OPERA VSI SIMVS in hoc volumine-

A.

SIMVS BRAHAMS Browius.
Aenes Silvius.
Amonus monachus.
Alexander Aquilanus.
Alfonlus à Cartagena.
Alfonlus à Castro.
Alfonlus Ciacconius.
Aluarus Pelagius.
S. Ambroſius.
Angelus Portimarius.
S. Antoninus.
Antonius Beuter.
Antonius Bonfinius.
Antonius Possevinus.
Antonius Senensis.
Antonius Viparanus.
Annæs Turingia.
Appianus.
Apollodorus.
Aristoteles.
Arnoldus Lubecen.
Arnoldus Wion.
Athanasius.
Athenæus.
S. Augustinus.
Augustinus Olomucensis.
Aubertus Miræus.
Author Anonymus vita S. Clarae.

B.

Bartholomæus de Affilio.
Bartholomæus de Pereginiis.
Bartholomæus Pisanius.
Baptista Moles.
Baptista Platma.
Basilius Magnus.
Beda.
Bernardus Corius.
Bernardus Gomesius.
S. Bernardus.
S. Bernardinus Senensis.
Bernardinus Scardeonius.
Blondus Flavius.
S. Bonaventura.

C.

Catolus Sigonius.
Carolus de Tapia.
Cato iunior.
Caius Plinius.
Cæsar Baronius.
Cæsar Heister Baiencensis.
Cælestinus Capucinus.
Cherubinus Ghitaraccius.
Chronicon Belicum.

Chronica Bossiana.
Chronicon Fossæ nouæ.
Christophorus Helius.
S. Clemens Alexandrinus.
Contadus Abbas Vespergensis.
Cornelius Musæus.
Compilatio Chronologica.
S. Cyrillus Alexandrinus.

D.

Dantes Aliger.
Dionysius Halicarnassæus.

E.

EPyctetus.

F.

Ferdinandus à Castillo.
Ferreolus Locrius.
Franciscus Franciscius.
Franciscus Diagus.
Franciscus Gonzaga.
Franciscus Maurus.
Franciscus Suarez.
Franciscus Ximenius.

G.

Gabriel Prætolus.
Gaspar Bruschius.
Gaspar Sanctius.
Gaufredus de Bello loco.
Girardus Cambrensis.
Gilbertus Genebrardus.
Glossa ordinaria.
Glossa interlinealis.
S. Gregorius Magnus.
S. Gregorius Nazianzenus.
S. Gregorius Nyssenus.
S. Gregorius Thaumaturgus.
S. Gregorius Turonensis.
Gulielmus Candenius.
Gulielmus Durandus.
Gulielmus Eystengrenius.
Gulielmus Pepinus.

H.

Hartmannus Schedel.
Henricus Sedulius.
Herodotus.
S. Hieronymus.
Hieronymus Conestagijs.
Hieronymus della Corte Veronen.
Hieronymus Franchus.
Hieronymus Platus.

Hieronymus Roman.
Historia Landgrauiorum.
Hippolitus Donelmundus.

I.

Iacobus Gualterus.
Iacobus Meyerus.
Iacobus Montanus.
Iacobus Philippus Bergom.
Iacobus Pamelius.
Iacobus de Strada.
Iacobus à Voragine.
Ioannes Antonius Guarnerius.
Ioannes Baptista Pollicinus.
Ioannes Beleth.
S. Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Chenu.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes Garzonis.
Ioannes Gerzon.
Ioannes de Horozeo Couarruias.
Ioannes Lorinus.
Ioannes Maria.
Ioantes Marquez.
Ioannes Molanus.
Ioannes Pierius Valerianus.
Ioannes Pineda.
Ioannes Seuerius.
Ioannes Thaulerus.
Ioannes Trithemius.
Ioannes Villanus.
Iodocus Clichtoueus.
Iodocus Ludouicus Decius.
S. Isidorus Hispalen.
Iustus Lipsius.

L.

L. Annæus Seneca.
Laetantius Firmanus.
Laurentius Surius.
Leander Albertus.
Leonardus Coquæus.
Leo Decimus.
S. Leo Magnus.
Ludouicus Rebollo.

M.

Marcus Tullius Cicero.
Marcus Viliſſipponen.
Marius Mutius.
Martinus Cromerus.
Martinus Polonus.
Martinus del Rio.
Matthæus de Michouia.
Matthæus Palmerius.
Matthæus Paris.

Matthæus

Index Authorum.

Marcus Villanus.	Philippus Ferrarius.	Sabao.
Michael Bucchingerus.	Plinius.	Stephanus Garibajus.
Micrologus.	Plutarchus.	Sybilla Erythra.
N.	Polydorus Virgilius.	T.
Nicephorus Callixtus.	Polybius.	
Nicolaus Sandarus.	Propertius.	S. Thomas Aquinas.
O.	Ptolemy.	Thomas Bowius.
Luerius Scholasticus Colon.	Q.	Thomas Cantipratanus.
Onuphrius Panuinius.	Vincentus Curtius.	Thomas Costus.
P.	R.	Thomas Fazzellius.
Paulus Aemilius.	Adulphus Tongensis.	Thomas Waldensis.
Paulus Merula.	Raphael Volaterranus.	Thomas Walsinghamus.
P. Virgilii Maro.	Richardus Stanburstus.	Theodoricus ab Apoldia.
Pandulphus Collenutius.	Robertus Bellarminus.	Theophylactus.
Petrus Galeinus.	Robertus Cenalius.	Titus Luuius.
Petrus à Nataibus.	Robertus Guagiuus.	V.
Petrus Rodulphus.	Rogerius Houeden.	
Petrus Roscius.	S.	V. Atto.
Pelbartus à Temesvár.	Iluius Italicus.	Vbertinus de Cafali.
	Solinus.	Vincentius Bandellus.
		Vincentius Beluacen.
		Vincenzus Ferrarius.

CODICES MANUSCRIPTI.

- A**lexandri Aquilani Chronicon.
Angeli Clarenii historia de septem Ordinis tribulationibus.
Angeli Reatini Chronicón de rebus gestis à S. Francisco in valle Reatina.
Angeli, Ruffini, & Leonis S. Francisci sociorum legenda eiusdem sancti.
Anonymus author vita S. Antonij Patauini.
 Alius vita S. Guidonis Cortonensis,
 Alter vita S. Elizabeth Hungaræ,
 Archivia varia bullarum Apostolicarum.
 Balduni de Brunsvicke Chronica Saxoniz.
 Bernardi de Bessa historia de Ordinis Generalibus.
 Ceneius Cameratus de censibus Apostolicis.
 Chronica primarum prouinciarum religionis.
 Chronica viginti quatuor Generalium.
 Crescentij de Iesu dialogi de statu Franciscano.
 Francisci Fabrianensis Chronicá Marchia & Fabriani.
 Francisci Petrarçae poëma doctum de S. Francisco.
 Hugolini de monte S. Maria tractatus de prouincia Piceni.
 Jacobi Oddonis Perusini speculum Minorum, vulgariter *Francischina*.
 Iacobi Guijij Chronica Hannonia.
 Ioannis Francisci Nuño de origine reformationis prouincie Romanæ.
 Ioannis de Florechia opusculum de canonizatione S. Francisci.
 Marii Taruisini recollecta ordinis.
 Martini Florentini Chronicá ab exortante religione usque ad annum 1460.
 Processus vita S. Claræ.
 Processus B. Simonis de Collazzone.
 Regestum Vaticanicum Summorum Pontificum.
 Thoma Celani legenda antiqua.
 Eiusdem alia dicta Gregorij Noni.

APPARATUS



APPARATUS AD ANNALES MINORVM.

P R A E F A T I O.

VLCHRAM, & terribilem dixit Ecclesiam in suo Epithalamio Vatum sapientissimus ; pulchram in Cant. 5. splendoribus Sanctorum ; terribilem in omni armatura fortium. Pulchra est in vestitu deaurato, PGL. 44. circumdata varietate iustorum ; terribilis in manu potenti, quam circumcingunt viri ad bella doctissimi ex fortissimis Israël. Gratam & formidabilem Cant. 5. reddit varietas ; gratam in ornatu , formidabilem in conflictu. Non vna fors hominum Ecclesiam vestit, non vna natio defendit ; tunicam Bernardus Cant. 5. habet polymitam varietate intertextam , & Castrorum aciem instruit varia militantium conditione compactam. Multi pacifice floruerunt in Ecclesia viri sanctissimi, multi etiam in bello pro ea valide dimicarunt. Horum memoria licet in benedictione sit , & Ecclesiæ antiquarij , solertesque scriptores , illorum nomen , & virtutem ad posteros transmiserint ; non tamen omnes res ab illis fortiter gestas adeo sigillatum comprehendenderunt , vt vnaquæque huius aciei legio suis non indigeat tabulariis. Sunt qui bellorum cuentus, & Ducum virtutem accuratè perstringunt , sed ad strenua vniuerscuiusque pugilis opera descendere vel negligunt , vel recusant. Vniuersalis Ecclesiæ partas de fidei hostibus viætorias in generalibus, vel nationum Conciliis, in quibus vere suorum Castrorum acies ordinare censetur , primorūmque Ducum , superiorūmve Prælatorum vitas sancte , & piè transactas varij authores suis tabulis consignarunt ; sed multorum florentissimorum Doctorum, qui fortiter pro Ecclesia dimicarunt , singulariūmque viatorum quantauis sanctitate spectabilium , multa præclara facta vel omnino præterierunt , vel leuiter attigerunt. *Non omnia possumus omnes,*

Præfatio

nec omnium Ecclesiæ Sanctorum vllus est , qui sciat , vel possit virtutes enumerare . . .

Legiones sunt aciel Ecclesiæ sacræ religiones ; suos semper statuerunt in campo , & aperto Mæte strenuos fidei pugiles , qui vsque ad sanguinem , & exterritum vitæ halitum contra heterodoxos dimicarunt . Alios pepererunt milites , qui non tam ferro resisterunt , quam calamo decertarunt ; non tam sanguine quam atramento , in facro hoc bello spectatissimi cuaserunt . Alios deum procrearunt , qui literis perpetuo martyrio subricarunt , atramentum perfuso sanguine miscuerunt . Alij non tam in campi aperto , quam in cellæ abscondito Ecclesiæ veritatem , & decorum auxerunt : si non terribilem , certè pulchram reddiderunt . Ita tamquam curia , vt solus qui videt in abscondito , illorum timaretur virtutes , qui clavi speciosis cingebant Ecclesiæ monilibus , semet exhibere cupiebant inglories . Ita suas exercebant in Ecclesiæ excubis vigilias , ita supernarum rerum contemplationi insistebant ; ita optimis quibusque incumbebant exercitiis , vt primum in eo ponesent studium , ne extra Monasterij septa , extra cellulæ angustias , tantum virtutum suavis odor effaret . Publicis Ecclesiæ scribis , qui vniuersales textunt historias , & quod in propagulo est , hinc inde conneœtunt , non potuerunt plene horum innoscere virtutes . Exactius vnaquaque familia res suas describit ; ampliorem & clariorem regularium , qui ex ipsis sunt Notarij , reddunt notitiam .

Franciscani sodalitij nomen multi celebre reddiderunt scriptores , sed eorum , quos hucusque viderim , superauit industria mira huius religionis amplitudo . Quidam peculiares Prouinciarum , alij nationum , alij prælectorum , quidam cœnobiorum , unus vel alter vniuersitate Societatis concinnarunt historiam , diminitam tamen & mutilam , absque temporis serie , aut annoram ratione , eo solum contenti , quod simpliciter multa ex aliis transcriperint , & in unum conglobauerint ; nec sua , vbi dubium se potuit offerre , ratione autoritateve stabilientes , nec aliena , vbi in huius sodalitij contumeliam errauerint , probè refellentes . Ille mihi scopus quicquid alij hinc inde sparsim recte , verèque dictauerint , suis locis adaptata coadunare ; quod omiserunt , qua possum cura , connectere , nostra sufficienter probare , occurrentibus dubiis plene satisfacere , aliorum in nos iniurias non rependere , sed refellere , in ultorum circa res nostras ignorantiae tenebras non tam propalare , quam ipsa veritatis luce fugare . Et demum quicquid nostri Sodales ab ipsis ordinis incunabulis in Sacrosanctæ Ecclesiæ oblationem præstiterint , adeò plenè & sincere per suos annos referre , vt nec prolixii laboris tædio cedat industria , nec historiæ veritati periculus præualeat affectus . Faxit potens Deus , vt felix mecum euadat propositum , idque perfectè assequar , quod fideliciter intendo .

*QVIS RERVM STATVS, ET QVÆ FACIES
Ecclesie ex orientibus Prædicatorum & Minorum:
Ordinibus. s. i.*

- I. Leganti, & proprio certe vocabulo Ecclesiæ Catholice nomen indicauit Dicitur Zec.
Propheta cum dixit: Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem, quasi ex ipso
nomine continuam protectionem, & sempiternam Dei curam circa vniuersa-
lem Ecclesiam significare voluerit. Nec minus expressit ipso Christi nomine diuinum
hoc patrocinium alter voces dicendo: Vocabitur nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum Deus, Isa. 7.
quia nobiscum est semper in Ecclesia Catholica, eam ab aduersis defendendo, in tribu-
lationibus protegendo, à malis liberando. Huius perpetui subsidij per se, & per alios
firmam dedit sponsonem: Ego, inquit per Zachariam, ero ei murus igneus in circuitu, & Zachar. 2.
in gloria ero in medio eius. Et in apparitione in monte Galilez, antequam ccelos ascende-
rit: Ego, ait, vobis sum usque ad consummationem facili. quod re ipsa probauit, nam Mark. 13.
nullam usquam perpetua est Ecclesia tribulationem, in qua non senserit Christum secum
esse, nullam usquam sensit afflictionem, in qua non experiretur Christi subisdium.
- At si aliquando æterni huius protectoris indiguit auxilio, tunc vel maxime quando duo illa Ecclesiæ lumina, & inconcussæ columnæ, Dominicus & Franciscus prodierunt in mundum. Undique etenim quatuebatur, & ferme obrucebatur malis, inter pérícula & tempestatum procellas durius laborabat, & laborans fluctuabat hac sacra nauicula, ita ut penè mergeretur fluctibus. Multa, & longè grauior, quam credi possit, qualis hoī fuit ab initio, illo insurrexit tempore in sanctam Ecclesiam persecutio. Multis modis persecutus est illam diabolus, sed nunquam ferè grauius, quam tunc, quia nunquam fuit maior perdidio Christianorum, nec liberior, nec securior transgressio diuinorum præceptorum. Ecclesiam incipientem persecutus est per tyrannos, proficientem per ha-
reticos, & iam latam atque florantem per utrosque voluit opprimere. Carnem cruciavit in Martyribus, rationem perturbauit in simplicibus, at tunc & corpus gladio, & animam lethiferis occidit doctrinis. Undique horror, undique periculum, foris gladius, intus haereses, & corruptorum morum iniquitas.
- II. Grassabatur tunc & latè serpebat infesta illa Waldensium ciuis Lugdunensis secta, ab eo Waldensium dicta, misericordiis, & putidis haeresibus famosa, quæ obediens Romano negabat Pontifici, imò totum Romanæ Ecclesiæ statum dannabat, contemnendos Summorum Pontificum canones, & decretorum impudenter docebat, potestatem corporis Christi conficiendi, & à peccatis absoluendi laicis tribuebat, aliisque huius generis multa dogmata (quæ apud Præcolum, Castrum, Thomam Waldensem, & San- deruni videri possunt) in magnam Christianorum perniciem undique spargebat.
- III. Huic accedebat alia pestis quorundam perditionum hominum nuncupatorum *Humiliūm*, qui humilitatis nomine, ut refert Paulus Aemilius, munia quibus Curatores animorum Sacerdotes iure funguntur, sibi arrogabant, confessiones arcanae audiebant, ac velut ipsi expiandi ius haberent, noxas soluebant. A liberalibus artibus cum abhorre-
rent, concionabant tamen, regimen animorum sibi vendicabant. Sectam hanc Lucci Tertius Pontifex Max. damnauerat, nec tamen omnino poterat extingui.
- IV. Tertia his perniciosior, & sauior illuvies Albigensium, quos alii Albigenses, Albianos, Albigenses.
Albienses, & Albios, ex Albia sive Albia Cadurcorum urbe in Gallia ad auriferum Tarnem, indiscriminatim vocant. Diaboli inuidia sub Innocentio Tertio, ut author est Cæsar. I. 5.
Cæsarius, horum haereses cœperunt pullulare, vel, ut verius dicatur, maturescere. Mul- Illustr. mi-
tace. 11. 11.
tos errores ex Manichæis hauserunt, alios promiserunt ex Origenistis, plurimos ex insa-
no suo capite sibi confinxerunt. Longè latèque grassata est huius insanæ virulentia, &
ad eò validæ erant huius haeresis vires, ut omne triticum fidei gentis finitimus versum vi-
deretur in loliu erroris. Missi ex Cisterciensibus multi, ex Hispania accesserunt alii, ut
zizania rastro Catholicæ prædicationis eradicarent, sed obstante homine inimico, qui
illa seminauerat, modicum tunc prosectorunt. Breui temporis intervallo usque ad milie
infecit hæc pestis ciuitates, & si non fuisset gladiis fideliūm repressus, timebatur ne totam

Apparatus

coccumperet Italiam. Indicibilia sunt, quæ hi nebulos intulerint nomini Romano & Catholico opprebia; & horret animus scribere, quæ de eis referuntur horronda criminata, & turpisima scelera; consule si placet Cæsarium citatum.

*Januaria ac
maris.* Fædior his spurcitia, sed nec parum periculosa ob faciliter carnis contagionem, prorupit sub Luce Tertio, quando Veronæ quotundam factionibus Roma pulsus, exulabat.

Huius contagij impudens inuenitor (de cuius nomine non plenè constat apud autores) sepe in domo subterranea mille pro concione eructabat blasphemias; deinde, ut narrat Cæsarius, extincta candela, unusquisque sibi proximam inuadebat, nullam habens diffrenstrati inter legitimam & foliatam, inter viduam & virginem, inter dominam & ancilam; & quæd horribilium est, inter sororem & filiam. Hanc festam, quam cum aliis confudit Loquens Sacerdos, ipse Lucius tanquam hereticam condemnauit.

*Cœl. ibid.
C. 24.
Seuer. i. p.
de Lugo Ar-
chipcl. sub
Ioan. i.
Almaricis-
serum.* Postea sub Innocencio Tertio in Gallia omni sunt Almaricani, quibus, etiæ literalis, persuasio diabolica peruersum instillatæ in collectum; quorum Almaricus natione Gallus, patris Gormontensis, Parisiensis Doctor, magister præiustis fuit. Horum eriores satis magni & peruersos collegerunt Cæsarius, Gerson, Præcolus, Antoninus, & alii. De ipso hæresiarcha extra de suo. Trin. & hæc Catholic. cap. fin. ita habetur: Reprobamus, & condemnamus peruersum dogma impi Almarici, cuius mentem parat mendacij. *G. cœl. 24. 7.* ut eis doctrina non tam heretica, quam insana sit censenda. Recepierunt autem hi, nouatores cum suis sequacibus, à Parisiensibus Episcopo, & Doctoribus, sive insanæ doctrinae, & mire obstinationis iustum supplicium, suorum corporum, vel, ut alijs placet, astrium refosorum incendium, & deinde cinctum per sterquilinia dispersionem.

*Modo hæ-
retici sub Is-
aac. Tertio.
Gaul. trac-
tus. 39. 1. 1.
Præ. verb.
David Di-
ggi singulis diuinæ Trinitatis personis singula tempora per successionem tribuerent, asse-
ssantes patris omnipotentiam Christi aduentu deluisse; Christi vero doctrinam Spiritus sancti accessu exolegam esse. Cuius hæreticos autores, procurantibus Petro Episcopo Pacientiensi, atque Garino Consulari viro deprehensi, honoribus & dignitate priuari sunt, & qui ex laicali statu erant, ignis absumpsi. Circa hoc idem tempus incepisse, vel re-
crudiisse volunt alij in Oriente Maronitarum, & Georgianorum hæretes, & multas in Longobardia tunc exortas assertit Cæsarius, aliorumque ad hæc tempora meminit ipse Innocentius, Catarorum, Patarenorum, plurimumque huius facis sectariorum, ita ut vndequeque suos conuocasse ministros videretur diabolus, & omnem exercuisse contra sanctam Ecclesiam potestatem, ut immaculatam, à Christo, & Apostolis receperat cor-
mularerit veritatē, vel, ad mundi suam duraturam, sanctam omnino colleret doctrinam,*

*Persecutio
Ecclesiæ Fri-
derici I.
Christ. Hel-
veticæ in the-
atro hist. es-
Cene.
Cœl. lib. 3.
c. 14.
Innoc. epist.
P. 1. 1.* Alius etiam non modicus Ecclesiæ sanctæ labor, ut ipsos quos genuit, & supremo con-
tronauit diadematate, diros, & diuernos haberet persecutores. Fridericus Primus Aeno, barbus Alexandro III. ita aduersari cepit, ut eum ad Francos fugere compulerit; &
quatuor Antipapas, primo Victorem, deinde Paschalem, mox Calixtum, denique Innocentium, horum nominum tertios in eius odium sacrilegè crearit. Horum seditionibus, inquit Bergomen, Ecclesia Romana serè subuersa est; cuius ditionem pulso Alexandro Fridericus occupauit, & Pontificem verbis, scriptis, & armis, cunctisque, ut habet Chron. Hierosolimæ, cum illo sentientes persecutorum est, sed tandem morte deletis Pseudopon-
tificibus, Venerorum opera, ad Pontificis redit gratiam, ex diutina discordia factus amicissimus.

*Berg. lib. 12.
Iuppl. ad an-
num 1155.
Tract. apud
Genes. sub
Alex. Ter.* Defuncto Friderico, eius filios Henricus Quintus, alias Sextus, à Cœlestino III. Im-
peratrori diademate coronatus, paucis postea annis Neapolitanum, & Siciliæ regna di-
ris bellis diuexauit. Siculos deceptos promissionibus, iuramento firmatis, præliis, &
munitionibus spoliatos, diuersisque cruciatibus afflitos mirum in modum exagitauit.
Ipsum Regem puerum, Reginam matrem, proceres, Comitesque regni, & plebeios mul-
tos, captiuos secum duxit in Germaniam. Pro horum liberatione extræ Pontificis Inno-
centii Epistola; sed parum ea profecit, nec obtinuit ut Salernitanus Episcopus,
quem maxime in suam sedem oportuit restituiri, à vinculis liberaretur. Multa prædā, &
pecunia expellebili getinatum aurum, & argentià Tancredo Rege reliqui, centum quin-
quaginta milia ferunt onerasse.

*Item. anno
1194.* Diffundivit expeditio per in terram Sanctam, ut securius Teuthones in Italiam du- X.
cc:ct,

ceret, & libertius strages in Italiz Principes exerceret. Capuz inuenito Richardo Comite de Cerra in carcere iudicarum ad equi caudam per plares fecit deduci; deinde per pedes appendi, donec in ipso paribulo vitam exhalaret. Eadem etiam simulatione traciebat in Siciliam, ubi quendam, qui tunc regnum sibi usurpauerat, coronari fecit diadema te ex acutissimis clavis compacto, quibus & cerebrum transfixit. Filios variis suppliciis extinxit, Margarito Ammirato oculos effodit, & genitalia abscidit. Tales, & tam enormous fuerunt huius hominis crudelitates, ut ipsi Constantiz Imperatorici, quam quinque generiam & vltra, ut ferunt, ex Monasterio S. Petri Panormitanu iam professam; extraham duxit, horroci fuerit, & causae ut Siculos in maritum ferme concicaret.

- X. Hoc extincto Electores inter se diuisi sunt, quorum pars Sueviae Ducem Philippum Otto IV. in surgo in Eccliam. Frederici primum filium, Henrici fratrem; altera verò Ottonem I V. Henrici Saxonis filium elegit in Romanum Regem, quibus inter se de Imperio digladiantibus, obrinuit non sine sanguine in Germania Philippus. Tandem simul mortuo coronatur ab Innocentio III. Otto anno 1209. qui iuramenti praestiti statim oblitus, terras inuasit Ecclesiarum, quas solemniter promisit defendere, proptereaque ab eodem à quo coronatus, priuatus est Imperiali diademe in publico Concilio. Pronunciavit in eum anathema, Gasp. Brusc. Pontificis iussu, Sigifridus Archiepiscopus Moguntinus, sed non impunè; omnem enim in Anab. arch. Melius ditionem deuastauit, Ecclesiás & Monasteria suis bonis spoliauit, & huius generis multa fecit, quæ non Christiani Principis, sed barbari tyranni facta videbantur.
- XI. Huius successor Fredericus II. prædecessores yicit nequicia, oblitus enim tot. bene- ficiorum à Pontifice Romano acceptorum, sub cuius tutela enutritus est, infestus fuit, & molestus armis, & scriptis tribus Innocentij successoribus Honorio I I L Gregorio I X. & Innocentio I V. à quibus & successione, & sacris interdictis, & Imperio doicibus per sententias fuit. Funestæ eius impietates rei Christianæ erant opprobrio, & talia eius criminis, ut Cæsar, & Christiani nomine indignus censeretur. Fauit Saracenis, spoliavit templæ, persecutus est Ecclesiasticos, & Ecclesiastico caput, Cardinales in vincula coniecit, factiones Gibellinorum, & Guelforum, maximarum discordiarum scimus, ad Italiz exitium adinuenit, vel adauxit, & quidquid mali suus genius suggerebar, sua magna potentia exercebat, multis annis semper malus, semper potens.
- XII. Orientis etiam Imperium nihil minus Pontifices redigebat in angustias, ob iniquas quorundam cædes, & iniustas in Imperio successiones, ob multas Imperatorum impie- tates, velut sceptrum obtinerent, vel obtentum retinerent. Nulla fides, nulla fiducia inter ipsos consanguineos, insidiantibus sibi inuicem, ut cum vita eriperent & regnum. Contra hos non semel fulminarunt Pontifices anathemata, nec tamen profecerunt, do- nec Imperium ad Latinos deflexit. Pulti tamen ante ann. 1187. Latini Hierosolymis cent. III. mortuo Balduino iuniore, profanatis & destrutis à Saracenis sacris ædibus, & occisis innumeris Christianis. Philippus Galliz, & Ioannes Angliæ Reges mutuis se pertulerunt. Nec his pacatores Sanctius Nauarræ, Alfonsus Castellæ, alius item Alfonsus Legionis Dynastæ, qui alterna inuidentes dominia, plura depopulabantur oppida, & subditos dilapidabant. Emericum Vngariæ Regem suos frater Andreas hostili petit exercitu, multoque molitur astu è solio deturbare. Nihil vsquam sonabat nisi bellum, nul- libi pax, nusquam quies, vndique armorum strepitus, & iacentia absque anima cor- pora. Vero verius tunc illud Virgilianum:

Quippe ubi fas versum atque nefas: tot bellis per orbem,
Tam multa scelerum facies, non ullus arstro
Dignus honor, squallens abductis arua colonis,
Et curue rigidum falces constantur in ensim.
Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum.
Vicine rupis inter se legibus urbes
Arma ferunt; seuit tota Mars impius orbe.

Vngil. 1.
Georg.

- XIII. Tolerabilius autem hoc armorum bellum, nisi & aliud inferret virtutibus. Expulsi vndique (tumultuosi motus communis hæc sequela) boni mores, & corrupti subintro- ducti. Reges omnem sibi assuebant licentiam, voluntate pro iure abutentes; nihil sibi interdictum putantes, quod infrænis suadebat appetitus. Anglus Ioannes Ecclesiasti- cos prouentus sex annorum sibi usurpauerat, Episcopos Anglia trusit, propterea ab Inno-

Apparatus

centio ditis deuotus. Gallus Philippus etiam in Clerum sauit, pulsis è suis sedibus Pontificibus, quorum assensu eum Legatus Pontificius sacris interdixit propter dimissam Ingebergam uxorem. Multi ex Hispanis proprio non contenti, alienum inuadebant thorium, & suum adulterii, illicitis consanguinearum matrimonii, ablique Pontificum relatione maculabant. Clericorum vilis status, regularium euauit disciplina; Monastiz conuersationis seruor in cunctis fermè locis cepuit. Et ut verbis utar Bergomen. increbuit tanta Clericorum & improborum virorum licentia, ut nulla religionis facies in Ecclesia Dei cognosceretur. Dixilles tunc omnes non modo laicos Christianos, sed etiam Clericos & Monachos in Italia aut inquilinos fuisse, aut ex extrema omnium nationum fæce è commigrasse.

Vsura in deorum. Gig. cit. Vsura & dolus tunc maximè regnauit, & in Iudeorum, qui tunc, maximè in Gallia, has impunè exercebant artes, deuenierunt potestatem sacra vasa ministerialia templorum, quæ in sordidos vsus admouebant, & reliquum quicquid sacrosanctum erat, in profanum vendebatur, vel oppignerabatur vsum, ut non immerito querula voce usurparent

Psal. 78. Christiani illud Davidicum: *Dens venerans gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.* Non solum in Dei supellectilem, verum etiam in ipsum eius corpus suum

In Christis au rabies. expiere rabiem miris facinoribus hi appetebant. Perfidè huic genti impia consuetudo erat surreptum quotannis aliquem infantem Christianum, in locum apud se subterraneumducere, atque illum diu pœnis affectum, tandem die Veneris sanctæ cruci affigere, contemnentes hoc suo immani facinore Christi mortem, & Christianorum religionem ludibrio habentes. Apud Brayum Castrum, Christianum quendam (quem furti, atque homicidij insimulabant) captum, certo spino coronauerant, deducuntque per oppidum, & multis verberibus affectum, tandem cruci affigentes interemerant, permittere loci Domina, quam ipsi muncibus euicerant. Sed Philippum Regem tandem senserunt iustum ultorem.

Ecclesia diu laborans sub anno Dom. Sub his atque aliis similibus facinoribus, enormib[us]que peccatis miserè ingemiscebatur XIV. mundus, & alias immaculatæ deformabar facies Ecclesiar. Ventus erat validus tribulationis, tempestas magna persecutionis conculantibus sancta peccatoribus, & Ecclesiæ ancillantibus Imperatoribus; laborabant in remigando Præfules, diuinam implorabant opem, qui ex parte Dei stabant, Deum veluti in nauis puppi dormientem, multa excitabant prece, ne perirent. Distulit aliquantulum opem, laborare quantisper permisit, ut bello cedentibus se inuicem peccatoribus, fierent sibi ipsi peccati supplicium; & iusti tot malis perculsi magis ipsum desiderarent, atque longa experientia humanum defecisse videntes, diuinum efficacius implorarent, magisque astinarent auxilium.

Math. 14. Glos. ord. Propterea etiam nec confestim periclitantibus Apostolis in mari succurrerit, sed quarta noctis vigilia, ut tandem liberati, amplius stupeant, & maiores gratias agant, & quanto suior fluctuum tempestas, è gravior & letior appareat maris tranquillitas.

Adu. malorum remedia grauenferi tribulationem. Creduit autem tempestas, & intumuerunt fluctus in montes aquarum sub Innocentio III. quando per utrumque hunc ordinem tot malorum voluit Deus præbtere leuamen. Hoc enim semper facit, ut quando urgentia mala expulsurus sit, tunc graviora & terribilia inducat. Hoc in Job factum fuisse videmus. Nam cùm tentationi fucus illistrurus esset, tunc molestiora fieri permisit, non dico de liberorum morte, non de verbis ex corde, sed de seruorum atque amicorum approbiis. Id etiam in Abraham factum non ignoramus. Ultima enī atque terribilis illa tentatio fuit, qua immolatione filij angebatur. Dei misericordit in proximo adfuturæ signum est malorum immanitas; nec propior est Deus succurrentis, quām cum potentior est dæmon affligens.

Gregor. epist. 1 f. ad Vvifred. Quando diabolus palam in mundo dominatur, quando omnia membra sua se exalteletatur, tunc ille, qui dixit: Confidite, quia ego vici mundum: dat nobis certissimum fidem festinanter se Ecclesia sua succurrere, & diabolum, & membra eius omnia confundere. Antiquas enim & nostri temporis considerantes permutationes, probabiliter inuenimus dominium diaboli tanto minus duransse, quanto magis usum fuit exaltari & in Christianam religionem prevaluisse.

Missi contra diabolos acris predi- calis. & Mi- Dominantem ergo, & latè hac temestate triumphantem dum statuit deicere, duas XV. in eum produxit acies, quæ viriliter impæc resisterent tyranidi, & ferale tot regionum deturbarent principatu. Varix tunc institutæ religiones, sed Prædicatorum & Minorum ordines, velut prætoriz cohortes turbulentio iam bello, primi, & præcipci immisli in hostes, quorum opera, & auxilio acies retundereretur aduersiorum, & Ecclesia fermè collapsa, vel certè conquaßata firmaretur & stabiliretur. Fulcræ, & sustentaculi Ecclesiæ esse

ad Annales Minorum.

7

esse hos duos ordines planè vidit, diuinâ immissa visione, ipse Innocentius, dum Domini Theodora & Franciscum suppositis humeris collabentem fulsisse conspexit. Verè copias ^{Apol. lib. 1. vte S. Dom} esse auxiliares, quæ sociis defatigatis, & cæsis, infirmæ militæ subsidiantur, & expeditæ ^{c. 1.} in prima acie laborantibus succurrunt, ferè omnes qui illius temporis calamitates, & horum institutorum origines referunt, clarè confirmant. Quosdam ex ipsis loquentes forsan audire placebit. Pauca ex multis profero testimonia.

XVI. Diuinam erga Ecclesiam prouidentiam in instituenda utraque hac religione his verbis extollit Antonius. [Evidem diuina prouidentia quæ perpetua mundum ratione gubernat, minus in necessariis deficiens, quam natura; sed omnia suauiter disponens, vnicuique opportuna tempore suo concedens; animaduertens Pontifices loca tenentes Apostolorum, Parochialisque Sacerdotes successores septuaginta duorum discipulorum, quos ad prædicandum Dominus Iesus Christus eligens, destinarat per orbem, ab officio prædicationis quasi cessare, & multo magis ab heresum extirpatione, & in zelo animarum cepescere: Ecclesia suæ sacrosanctæ affluenter prouidit, suscitando tempore illo ordinem Mendicantium, qui his tam solerter, quam ardenter insisterent. Hic ordo bisarium distinctus inuenitur, in Prædicatores videlicet, & Minores.]

XVII. In eandem sententiam Bergomen. post relatas Christianorum miseras, inquit. [Chri- stianorum itaque Dominus Iesus Christus turpitudine & calamitate commotus, hunc potissimum ordinem Prædicatorum & Minorum excitauit, vt collabentem Christianam religionem erigeret.] Tertium adduco testem Thomam Bozium, vt doctum, ita & sincerum scriptorem. [Duo hi, Dominicus & Franciscus, ordinum religiosorum cels. c. 1. inter suos primi authores, & institutores, meritò vocari possunt duæ oliuz, & duo can- delabra in conspectu Domini terræ stantia, de quibus in Apocalypsi. ab his enim verè Apocal. 1. dicta est Ecclesia Dei, domus ruinam quodammodo minans, institutis suis, & cœlestis vita innocentia sustentari.]

XVIII. Horum virorum meritæ, & certa spe utilitatis fundandarum ab eis religionum continuisse Deum Opt. Max. munus ab extremo peccatorum tantorum, quibus tunc mundus efforbuit, sumendo supplicio, præter alios testatur Joannes Garzon. Rem ita narrat. [Romæ cùm Dominicus noctu sanctis orationibus indulgeret, Christum incutitus est in peccatores irâ commotum: quod eos de medio tollere instituisset: præter Mariam cæli Reginam illi posse resistere neminem. Hæc precibus obsecratabat, ne quos suo sanguine redemerat, eos perditum iteret; vnum esse Dominicum, cuius virtute, & sanctimonia, plerique se ab erratis reuocarent. Hæc quamquam ita sint, nequaquam tamen, inquit Christus, sciungendus est Franciscus, cùm omnium sit virtutum simulacrum; hic eam prouinciam minimè recusabit. Iam nox in diem inclinabat, cùm Dominicus, quæ conspercerat, cum animo suo considerans ad templum iter suscipiebat, fortè illi obuius fuit Franciscus; confessim illum amplexus est, & deosculatus, atque ita verba fecisse fertur: Nos Christi Opt. Max. munere societatem inuenimus, illud oneris pro religione Christiana suscipiamus oportet, nec ullum defugiamus laborem, vt qui à Christo deficient, hos prosternamus, delearūsque. Reprimenda erit eorum, qui præter rationem appetitui obtemperabunt, iniquitas, atque insolentia. Accessit Franciscus Dominicî sententiaz, &c.]

Mundum per eos reformasse his scribit verbis Cornelius Mussus Bitontinus. [Initio annunciationis euangelicæ cum verbum Domini Iudicis, & Ethnici prædicaretur, duo electi sunt Apostoli Petrus, & Paulus. Cùm mundus in tanta prolapsus esset vitia, & Dominus pietate motus illum voluit reformatum, non elegit vnum tantum, sed duos: vnam Cherubicum, alterum Seraphicum, Dominicum, & Franciscum; duo corpora, sed vnam animam.]

XIX. Hæreses extirpasse argumento est, quod Albigenenses constanter, & mirè profligauerint. Hæreses pro- Primas in hac re tulit Dominicus cum suis, secundas Franciscani, quos cum charis suis figurarent. collegis Prædicatoribus ad Tolosates missos, vt in Albigenenses inquirerent, scribit Antonius. Anton. cit. toninus; satisque in hac re laudat Surius multam Antonij Parauini operam, qui concio- tit. 24. c. 9. num frequentiâ, miraculorum prodigiis, multas horum nebulonum reliquias, Italia, Surius 1. Gallia, maximè Tolosa depulerit. VValdensium, & Humilium sectas tunc extinctas, Junij. & tanquam fidas, velisque Ecclesiæ illorum loco statutas has inuidas cohortes refert Aenilius. His saniores, inquit, ordines visi; illi priores hoc remedio sublati. Illorum sup- A. mil. cit. pressionem, & horum subrogationem largius refert Abbas Vrspergensis, qui mundi Vrsperg. ad ann. 1212.

8

Apparatus

Ciacc. lib. senescentis renovatam, ut Aquilz, iuuentutem per has duas religiones affimat. Ciacconus contra pauperes de Lugduno, & Albigenses virtumque Patriarcham fundasse suos ordines commemorat. [Contra has, inquit, duas sectas, sancti Patres Dominicus Prædicatorum, & Franciscus Minorum ordines per hæc tempora fundarunt. Franciscus quidem contra pauperes de Lugduno, Dominicus contra Albigenses, quorum oppugnationem communicata opera suscepserunt, & præsertim B. Dominicus qui pestilentem heresim Tolosæ irrumperem, ut comitem ipsum Tolosanum inficeret, Innocentio III. procurante, suis concionibus, miraculis, & doctrina, & armis Comitis Montisfortij vix fuerint superati.]

Innocentius etiā sub tantis malis ingemiscentem, & laudabili conatu hereticos pro- **XX.**

*in reformatio-
du rebus ad-
iuventur.*

Platia. cit.

*Ciacc. cit.
Car. Sigan.
de Regno
Italiae paulo
autem hoc.* *Innocentius etiā sub tantis malis ingemiscentem, & laudabili conatu hereticos pro-
figantem, fera bella componentem, & via extirpantero magnum in modum adiuuisse
hos Patriarchas, institutisque ab eis ordines referunt alij. Iuvente, inquit Platina, huius
Pontificis virtutem, & doctrinam B. Dominicū; unde Prædicatorum, & Francisci Assi-
gnatis sanctitas, unde Minorum ordo tum originem habuit. Idem iisdem sermè verbis
repetit Ciaccionus, qui paulo antea exscripterat ex Carolo Sionario, quæ sequuntur.*

*[Hæc tempora quæ tetrici hominibus flagitiis, diris populorum inimicitiis, ac nefandis
heresibus propè fuerunt infamia, hoc vno bono Dei beneficio floruerunt viri aliquot
cum doctrinæ magnitudine, cum virtute integritate præstantes. Dominicus Calaguritanus
Oxonensis diœcesis in Hispania, Franciscus, Iohannes ante conversionem suam diœsus,
Assisiensis in Italia per hoc tempus insigni asperitate virtutem, rerum humanatum contemptu,
& verbi diuini prædicatione, hominum in se ora, oculisque vertere incepere.] De*

*Tapia de re-
ligiis. rebus
c. 19. a. 1.*

*Dominicanorum virtute & præstantia scorsim agens Carolus de Tapia Regens Neapo-
litanus ait. [Eorum prædicationibus ac doctrinis in ipso ortu ordinis collapsus iam vi-
tii, & ignorantia mundus prior est restitutus candori, & in dies Romana Ecclesia Chri-
stianaque religio magna sicut incrementa.] Et alibi de Francisco inquit. [Eius meritis
gaudeat Ecclesia, exultet Christiana religio, quæ tanti Patris auxilio, ciuisque filiorum
virtute indignationem effugit Domini, & pristinum religionis candorem recuperavit.]*

***Aeocas Syl.** **epist. 412.** *De religiosis sui temporis Minoribus aegos Aeocas Sylvius. [Quid, inquit, hæc religio
aliud agit, quæm quæ iubere nouimus Euangelium? sentes ac tribulos ex agro Dominico
diuellit, semen bonum seminat, zizaniam & lolium veritatis sarculo præcidit, exterminat
auariciam, pellit libidines, fulminat illecebras, voluptes strangulat, ambitiones &
odia fugat, ignauiaz & socordiaz stimulorum adigit, & aperiens in Ecclesia diebus singulis
os suum penitentiam suaderet, & viam Domini in veritate docet.]**

De primis autem Minoridis in ipsis ordinis incunabulis efflorescentibus pietate & **XXI.**

verbi Dei prædicatione, illustre exhibuit testimonium illorum aequalis Iacobus à Vitriaco S. R. E. Cardinalis, qui sanctum Franciscum in Ægypto se vidisse testatur. Ita porro postquam de aliis egit religionibus copiosius & honorificenter de Francisci scribit Se-

*ctoribus. [Prædictis tribus Eremitaruni, Monachorum, & Canonicorum religioni-
bus, ut regulariter viuentium quadratura fundamenti in soliditate sua firma subsisteret,
addidit Dominus in diebus illis quartam religionis institutionem, ordinis decorem &*

*regulæ sanctitatem. Si tamen Ecclesiaz primitiæ statum & ordinem diligenter attenda-
mus, non tam nouam addidit regulam, quæm veterem renouauit, relevauit iacentem, &
pene mortuam suscitauit religionem in vespere mundi tendentis ad occasum, imminen-
te tempore filij perditionis: ut contra Antichristi periculosa tempora novos athletas*

*z. ad Thes-
sil. 3. *præpararet, & Ecclesiam præmuniendo fulciret. Hæc est religio verè pauperum cruci-
fixi, & ordo Prædicatorum quos fratres Minores appellamus. Verè Minores, & omni-
bus huius temporis regularibus in habitu & nuditate, & mundi contemptu humiliiores.**

*Habent autem unum summum Priorem, cuius mandatis & regularibus institutis reue-
tenter obediunt minores Priors, ceterique eiusdem ordinis fratres, quos per diuersas*

*Reservatum
primatum
Ecclesie fra-
terum.*

*mundi provincias causa prædicationis & salutis animarum ipse transmittit. Adeo autem
primitiæ Ecclesiaz religionem, paupertatem, & humilitatem in se reformatæ diligenter*

*procurant, puras euangelici fontis aquas, cum siti & ardore spiritus haurientes, quod
non solum euangelica præcepta, sed & consilia, vitam Apostolicam expessius imitantur,*

*modis omnibus adimplere laborant, omnibus, quæ possident, renunciantes, scipios ab-
negantes, crucem sibi tollendo audi nudum sequentes, relinquentes pallium cum Io-*

*seph, & hydram cum Samaritana, expediti curunt, ambulant ante faciem suam, & non
revertuntur posteriorum obliti in anteriora somptus & passibus continuis extenduntur,*

velantes

volantes ut p̄p̄bes, & sicut columbæ ad fenestras suas; ne mors per ipsas instare valeat, *Isai. 60.*
 eum omni diligentia & cautela prouidentes. Regulam autem ipsorum Dominus Papa *Ierem. 9.*
 confirmauit, & eis autoritatem prædicandi ad quascumque veniunt Ecclesiæ, con-
 cessit, Prælatorum tamen loci ob reuerentiam requisito consensu. Mittuntur autem bī- *Luce 10.*
 mi ad prædicandum tanquam ante faciem Domini, & ante secundum eius aduentum.
 Ipsi autem Christi pauperes, neque fæcum in via portant, neque peram, neque panem, *March. 10.*
 neque æs, sive pecuniam aliquam in zonis suis, non possidentes aurum, neque arce-
 gnum, nec calciamenta in pedibus suis habentes, nulli enim hujus ordinis frarri licet ali-
 quid possidere. Non habent Monasteria vel Ecclesiæ, non agros, vel vineas, vel anima-
 lia, non domos, vel alias possessiones, neque ubi caput reclinent. Non vnuunt pellibus, *Luce 9.*
 neque lineis, sed tantummodò tunicis laneis capuciatis, non cappis, vel palliis, vel cu-
 culis, neque alijs prorsus induuntur vestimentis. Si quis eos ad præmium vocaverit
 manducant & bibunt, quæ apud illos sunt. Si quis eis aliquid misericorditer conseruerit, *Luce 10.*
 non referuant in posterum. Semel autem vel bis in anno, tempore certo ad locum de-
 terminatum, generale capitulum celebraturi conueniunt, exceptis his, qui nimio trahu-
 terrarum vel mari interposito separantur. Post capitulum iterum ad diuersas regiones,
 prouincias & civitates duo, vel plures pariter à superiori suo ministrantur. Non solum au- *Mali ador-*
 tem prædicatione, sed & exemplo virtutis sanctæ, & conuersationis perfectæ multos, non *Lei fadi Mi-*
 sionis. *Ampliatio*
ordinis Mi-
norum.
 solum inferioris ordinis homines, sed generosos & nobiles ad mundi contemptum inui-
 tant, qui telitis oppidis, & casalibus & amplissimis possessionibus, temporales diuitias
 & spirituales felici commercio commutantes, habentum fratrum Minorum, id est, tuni-
 tam vilis pretij, qua induuntur, & funem quo accinguntur, assumperunt. Tempore *Ampliatio*
 enim modico adeo multiplicati sunt, quod non est aliqua Christianorum prouincia, in *ordinis Mi-*
norum.
 qua aliquos de fratribus suis non habeant, qui in scipis velut inspeculo roudissimo
 mundanæ vanitatis contemptum oculis respicientium representant, præsentim cum nulli
 ad religionem suam transeunt, gremium claudant, nisi forte matrimonio, vel aliqua reli-
 gione fuerit obligatus. Tales enim sine licentia uxorum vel præpositorum suorum, sive
 ratio exigit, nec volunt, nec debent recipere. Alios autem omnes in amplitudine religio-
 nis, suz tanto confidentius absque vlla contradictionis molestia suscipiunt, quanto diuinæ
 munificentæ & providentæ scel committentes, vnde eos Dominus sustentare debet,
 non formidant. Ipsi enim funiculum cum tunica venientibus ad se largientes, quod *Dei circa*
Minores pro-
videntia.
 liquum est superuz procurationi relinquunt. Adeo autem Ministris suis Dominus in
 hoc seculo centuplum restituit, & in via hac, qua graduntur, firmat super ipsas oculos
 suos, quod in eis ad litteram completem agouimus, quod scriptum est: *Dominus, amas Deut. 10.*
 peregrinum, & das ei viuum & vestitum. Fœlicas enim se reputant à quibus hospitalitas *Grati etiam*
 obsequium vel eleemosynas servi Dei suscipere non recusant. Non solum autem Christi fidei *hosti-*
bu.
 fideles, sed etiam Saraceni & obtenebrati homines corum humilitatem, & perfec-
 tionem admirantes, quando causa prædicationis ad ipsos intrepidi accedunt, grato animo,
 necessaria prouidentes, libenter eos recipiunt. Vidimus primum huius ordinis funda-
 torum, &c. I. Vbi largius refert quid sanctus patriarcha egerit in expeditione Christiano-
 rum contra Saracenos ad ciuitatem Damiatæ, quod nos opportunius transcriberemus an-
 no 1219. quo hæc euenerunt. Deinde conuerterat sermonem ad ipsum instiçtum; ita
 prosequitur. [Hic est fratum Minorum sanctus ordo, & Apostolicorum virorum admi-
 tanda & imitanda religio, quos Dominum contra perditionis filium Ansichtus, & *ad Thess.*
gius prophans discipulos credimus in diebus negotiis suscitasse. Qui lectulum Salo-
monis tanquam fortis Christi milites ambiendo; de porta ad portam cum gladiis trans-
*itudo, super muros Hierusalem constituti sunt custodes, diebus ac noctibus à diuinis *Exod. 12.**
laudibus & sanctis exhortationibus non cessantes, vocem suam quasi tubam in fortitu-
*dine exalteantes, & facientes vindictam in nationibus, increpationes in populis & gladios *Isai. 62.**
lupos non prohibentes à sanguine, mactantes & manducantes, circumaneentes ciuitatem,
*& famem patientes ut canes, qui tanquam selæ terre cibos suavitatis & salutis condieutes, *Psal. 18.**
*carnes desiccantes, verium putredinem & vitiorum scrotem atroxentes, & tanquam *Match.,**
*lux mundi multos ad scientiam veritatis illuminant, & ad feruorem charitatis accendunt *Ibidem.**
& inflammant. Hic autem perfectionis ordo, & spacio claustræ ampliudo, infirmis &
*imperfectis congruere non videtur, ne forte descendentes mare in nauibus & facientes *Psal. 106.**
*operationem in aquis multis, fluctibus procellosis inuoluantur, nisi sedent in ciuitate, *Act. 1.**
*donec induantur virtute ex alto. *Ad Lind.**

Apparatus

Aliud expectabam huius docti & grauis authoris elogium ordinis Predicatorum X XII.

Moscas ad
hunc histor.
Vitriaci.
Vi perg. ad
an. 1112.

Franciscano æqualis, dum origines omnium sui temporis religionum in Occidente referebat, de quo nihil egisse est eur miremur cum Francisco Mosco Niugellate eiusdem Vitriaci elucidatore. Attamen alterius, illius etiam temporis, eruditus chronologi Conradi Abbatis Vrispergen. sufficio testimonium. [Fratres Predicatores studio & lectio[n]i sacræ Scripturæ iugiter insistentes, tantum in scribendo libros opus faciebant, & eos diligenter, à magistris suis audiebant, ut cum sagittis & arcu, & omni armatura fortium possente ingredi, & stare pro defensione sanctæ matris Ecclesie, & ex aduerso ascendere, & ponere se murum pro domo Israël, dum fidem roborant, virtutes instruunt, statuta Ecclesie docent & collaudant, vitia hominum & prauitates redarguant & castigant, nihilominus sedi Apostolicæ in omnibus obediunt, à qua autoritatem præcipuum trahunt.]

Cant. 4-4.
Predicato-
rei propria-
tates Ex-
celsis.
Ezech. 13.5.

De Minoribus item ille scripsit, cuius alias verba referemus, sed luculentius Matthæus Paris in his histor. Anglie. VVestimo-
nasterien. in
Bibl. hist.
Exercitatio-
ni Minorib.
Lucas 10.7.

Paris illorum temporum prope æqualis ad an. 1207. sub his verbis, quæ etiam repetit ad eundem annum Matthæus VVestmonasterien. [Sub his diebus fratres Minores fauente Papa Innocentio subiuncto emergentes terram repleuerunt, habitantes in urbibus & ciuitatis deni & sepe, nihil omnino possidentes, de Euangelio viuentes, in victu & vestitu paupertatem nimiam perferentes, nudis pedibus incedentes, maximum humilitatis exemplum omnibus praebuerunt. Diebus autem dominicis & festiis de suis habitaculis exeuntes, predicauerunt in Ecclesiis parochialibus Euangelium verbi, edentes & bidentes quæ apud illos erant, quibus officium prædicationis impendebant. Qui in rerum celestium contemplatione tanto perspicaciores sunt inveniunt, quanto à rebus presenti seculi, & carnalibus deliciis comprobantur alieni. Nullum genus alimenti penes eos usque in crastinum reseruatur, ut paupertas spiritus qui viget in mente actu sicut & habitu omnibus innotescat.]

Monachus
S. Iustinus.
Pergo. 11.
de mundum
illustrans.
Num. 10.2.
Dominic. &
Franciscus
duo rube
Moyse.

Communi eloquio utriusque huius religionis multiplicem in Ecclesia fructum commendat N. sanctæ Iustini Paduanæ Monachus horum temporum ferme æqualis lib. 1. chron. de reb. in Lombardia & Marchia Taruina gestis sub iis temporibus quibus Fridericus Secundus imperavit. Habetur hic Author inter rerum Germanicarum scriptores. Ita porro ad annum 1215. scribit. [Circa hæc tempora diuina prouidentia proculis ad ortum de misericordiæ sua thesauris duo magna luminaria, ordinum videlicet Predicatorum & fratrum Minorum, quos Deus in firmamento Ecclesie stabiluit, & per ipsorum doctrinam lucidam & apertam & honestæ conuersationis splendorem, totum mundum errorum tenebris inuolutum mirabiliter illustrauit. Horum ordinum præceptores fuerunt viri probatissimi & multiplici decore virtutum plurimum insigniti Dominicus sc. & Franciscus, qui quasi duæ tubæ Moysei dormientem mundum in vitiis & peccatis, terribili prædicationis clangore ad pugnam contra hostem triplicem excitarunt. In omnem quippe terram exiuit sonus eorum, & usque ad fines orbis eorum verenda religio est brevi tempore dilatata. Vnde cum consideratione vitæ sanctissimæ, multis miraculis approbatæ, tum intuitu doctrinæ celestis, qua corda hominum rigauerunt, merito tam ab Ecclesia triumphantे quam militante sunt in Sanctorum numero computati.]

Gomeſ. L. 1.
fol. 36.
succurrunt
rebus inſer-
me perditis
& despe-
rare.
Gal. 3.17.

Addo his aliud Bernardini Gomeſij lib. de vita & rebus Iacobi, Primi Regis Aragonum XXIV. testimoniū. [Quo, inquit, tempore duæ similiter nobilissimæ, sanctissimæque sodalitatis, Dominicana & Franciscana ab eorum Patriarchis sive Institutoribus, Dominico Hispano, & Francisco Italo, viris undecunque sanctissimis, ac veris discipulorum Christi imitatoribus, instituta futunt; & à summis Pontificibus acceptæ & approbatæ. Idque ea ztate, qua Christianus populus non tam spinosis heresis, quam densissimis superstitionis atque superbiz & avarizæ sentibus cantopere squalebat, ut Christiana religio cum penitus languescere, tum titulo fere tenus coli videretur. Quamobrem diuina misericordia clementia, quæ perditis ac desperatis rebus opportune medicinam fecit, eiisque celesti dono, hæc ipsa duo splendidissima prodidit lumina, quæ luce sua tenebricosum, valdeque languidum Christianum populum non modo collusstarunt, verum à tot subinde ignorantia atque effrenata libidinis malis, suo diuino tum verbi, tum exempli medicamento sanarunt. Ambo quippe spiritus Dei acti, mortuos qui tunc præcipue ingrauecebant, inter se partitiones, curandos suscepserunt. Dominicus enim pestilentissimas ignorantiam atque edacitatem, hanc quæ carnem semper incitat aduersus spiritum, interdicto sibi esu carnium; illam, quæ mater est cunctorum errorum; lectione atque vocali

Vocali diuini verbi predicatione sanari docuit. Franciscus vero pestilentioris exercitiam & ritus superbiam; hanc, qua nihil est Deo odiosius, perhuius innoestrisque virtus exemplo; illam, quae radix est omnium malorum, paterna hereditate spreta demandam ostendit. ^{1. Tim. 1.10.}

Plures sunt, qui multiplicem quam per hos duos ordines accepit Ecclesia utilitatem dignè commendant, & opportunam, quam tulerunt opem, celebravit encoris. Multus est in hac re multis in locis Antonius Coccius Sabellicus, praesertim Enneade 9. lib. 6. Amplam & diffusam habet de solius Minorani nominis commendatione orationem numero decimam ad finem tom. 4. Vincentius Besuacensis, & Antoninus inter vetustos scriptores largius utriusque facta reaserent, ille in Speculo historiali lib. 30. & deinceps, hic ad finem tertie partis historialis. Ceterorum nomina subticca, nec plura ex candidis scriptoribus affigo elogia, ne in ipso limine plus laudandis ordinum conditoribus, quam accommodis præstruendis grauioris historiz fundamentis videat studuisse.

Quinam Francisci ortum & institutum predixerant. sc. 2.

- I. **D**ESIDERATA M hanc Francisci historiam à piis Bonauenturz verbis libuie inct. Bonauen. in prologo legende. pere. [Apparuit, inquit, gratia Dei Salvatoris nostri diebus istis nouissimis in seruo suo Francisco, omnibus verè humilibus, & sancte paupertatis amicis, qui superaduentem in eo Dei misericordiam venentes, ipsius erudiuntur exemplo impietatem & secularia defideria funditus abnegare, Christo conformiter viuere, & ad beatam spem desiderio indefesso sitire. In ipsum namque, ut verè pauperculum, & contritum tanta Ibi. 66.2. Deus excelsus benignitatis condescensione respexit, quod non solum de mundialis conuersationis puluere suscitauit egenum; verum etiam Euangelicæ perfectionis professorem, ducem, atque præconem effectum in lucem dedit credentium, ut testimonium perhibendo de lumine, viam lucis & pacis ad corda fidelium Domino præpararet. Hic etenim quasi stella matutina in medio nebulae, claris virtutis micans & doctrinæ fulgoribus, sedentes in tenebris & umbra mortis, irradiatione præfulgida direxit in lucem, & tanquam arcus resplendens inter nebulas gloriæ signum in se dominici fœderis repræsentans, pacem & salutem euangelizauit hominibus, existens & ipse veræ Angelus pacis. Secundum imitatoriam quoque similitudinem præcursoris destinatus à Deo, ut viam pacis in deserto altissimæ paupertatis tam exemplo, quam verbo pœnitentiam prædicaret; primum supernæ gratiæ præuentus donis, dehinc virtutis inuiditæ adauictus meritis, propter prophetali quoque repletus spiritu, nec non & angelico deputatus officio, incendiisque Seraphico totus ignitus, & ut vir Hierarchicus curru: igneo sursum vultus, sicut & iplius Ad annum 1210.11. virtus decursu luculentem apparebit, rationabiliter comprobatur venisse in spiritu & virtute Eliae.]
- II. Tanti viri ortum amplissimumque ab eo instituendam religionem, nihil mirum si plures prædixerint Prophetæ. Etenim si iuxta Amos vaticinum, Deus non faciet verbum, nisi Amos 1. renelanerit secretum suum ad seruos suos prophetas. magnique Ecclesiæ viri, familiarumque Patriarchæ, quorum editio plurimorum habet latitudinem, quia commune est bonum, longè antequam orientur communiter prænunciati sunt, hunc tam fecundat prolis authorem, ante prædictum, quam natum; & quas subiicio de sancto viro eiusque instituto Sanctorum antiquorumve vatum intelligendas esse prophetias, facile credere licet. ^{Prædicens magistrum. Ambr. lib. 1. in c. 1. Luc. tom. 1. Propheta. Domini. & Francisci. Sibylla Erythræa. lib. 3. Sibyll. orac. to. 1. bib. ver. pp. edit. Col. Laud. 1. inst. c. 6. & de ira Dei 1. 1. c. 22. Varro lib. 2. reti diuin. Cle. Alex. in Propt. Aug. 1. 19. de inititate Dei}

*Hec sunt que mones Assyria Babylone profecta
In Gracos, &c.
Et tamen ex alia patria me Grecia dices,
Ex Erythræa natam, &c.*

Sed Erythræam vocant Lactantius, Marcus Varro, Clemens Alexandr. August. suam-^{c. 21.} que conciuem probat Apollodorus Erythræus. Floruisse autem quintam in ordine Si-^{Apoll. apud Abc. 1. 6.} byllarum

Apparatus.

- byllarum affirmat citatus Varro , & sub Achaz , vel Ezechia Regibus Iuda , & Romulo Romæ conditore putat August. vixisse ; licet in fine illius capituli referat quosdam esse , qui eam sub belli Troiani tempore fuisse ferant , quorum varias recenset opiniones Ludoicus Viues ad titulatum Augustini locum . Prædictis hæc plura de Christi aduentu , de Ecclesiæ statu , de nouissimo iudicio . Hæc ex ea referunt verba Bartholomæus Pisanus , confor. 1. 1. Ioannes Garzon , Petrus Rodulphus , Henricus Sedulius , & alij . In ultima astate humiliatio- Garzon in bitus Deus , & humiliabitur proles diuina , iungitur humanitati divinitas , iacebit in fano agnus , vita B. Do- minici . Et paucari officio decubebit Deus & homo , &c. Deinde adnectit : Erit autem bestia horribilis Rodul. 1. 1. ab Oriente veniens , stella quoque due surgent contra ipsum , & non obtinebunt , donec venias best. sera. Sedu. in elo- abominationis , & voluntatis Altissimi consummetur . Vbi per bestiam horribilem Mahometem ; gis. D. Frâ- cisci . per duas stellas , duos hosce Patriarchas , qui quasi stellæ in medio nebulæ claris vitez & doctrinæ micantes fulgoribus , orbem illustrarunt terrarum , citati intelligunt authores , Villan. 1. 1. quos sequitur Ioan. Villaneus , & alij .
- c. 14. Prophetam etiam Zachariam de utroque Sandio illa eruçasse verba : Affimpfi mihi III. Zach. 1. 1. Aut. 1. par. doce virgas ; unum appellans decorum ; alteram funiculum , & paui gregem , probat Antoninus bish. sic . Florentibus hanc subdens Ioachimi Abbatis expositionem . [Virgæ duæ sunt duo ordi- nes Mendicantium . Virgæ testæ , sanctitate exiles , & graciles austerritate , percutientes doctrinæ auctoritatem . Decor est ordo Prædicatorum per habitum decorum , qualis Præ- latorum designatus . Funiculus dicitur ordo Minorum , quia funiculus manifesto cinguntur . Et sequitur : Et paui gregem , id est , populum Christianum , doctrina eorum .] Vtriusque huius virgæ mutuam , & amicam excellentiam largius prosequitur Marianus Flo- rentinus in prologo sui fasciculi Chronicorum , quam & nos amplius suis locis decla- rabimus .
- IV. Præclarum est illud Ioannis Apostoli de Francisco vaticinium , dum sub sexto sigillo ait se vidisse alterum angelum ascendenter ab ortu solis , habentem signum Dei viisi . Subiungo huius visionis ex Bonaventura expositionem . [Apostoli & Euangelistæ Ioannis vatici- natione veridica , sub similitudine angelii ascendentem ab ortu solis , signumque Dei viui habentis , Franciscus astruitur non imprimito designatus . Sub apertione namque sexti sigilli : Vidi , ait Ioannes in Apocalypsi , alterum angelum ascendenter ab ortu soli , habentem signum Dei viisi . Hunc Dei nuncium amabilem Christo , imitabilem nobis , & admirabi- lem mundo , seruum Dei suissime Franciscum , indubitate fide colligimus , si culmen in eo eximiz sanctitatis aduentum , qua inter homines viuens , imitator fuit puritatis angelicæ , qua & positus est perfectis Christi sectatoribus in exemplum . Ad quod quidem fi- deliter sentiendum & piè , non solum inducit officium , quod habuit votandi ad fecundum & planditum , caluictum , & cingulum facci , signandique Tæ super frontes virorum gemen- tium & dolentium , signo penitentialis crucis , & habitus cruci conformis ; verum etiam irrefragabili veritatis testificatione confirmat signaculum similitudinis Dei viuencis , Christi videlicet crucifixi , quod in corpore sacerdotis fuit impressum , non per naturæ virtutem , vel ingenium artis ; sed potius per admirandam potentiam spiritus Dei viui .] Nihil autem mirum si Seraphicus Doctor ira intelligendum esse hunc locum indubita- bili fide se colligere dicat , dum ut refert Pisanus , id per revelationem sibi factam in ædi- cula Portiunculæ apud Assissum accepit . Nec sibi soli , verum & aliis hoc certo reuelatum esse testatus est in comitiis generalibus fratrum Parisiis , si Bernardino Senensi creda- mus . [Prædicans , inquit , in ipso Capitulo cum maximo seruore , afferuit se certissime scire per revelationes indubitables , & solemnes factas talibus personis , quæ de hoc non poterant dubitare , quod B. Franciscus erat singulariter Angelus sexti signaculi , & quod Leo X. in ad literam de ipso , atque illius statu , & ordine intellexit Euangelista Ioannes , atque in bulla vno- Spiritu cum videbat , quando protulit dicta verba , nec non & filiorum suorum perfectè imi- Jacob à Vor- tantium Christum , collegium in omnibus senariis libri Apocalypsis clarius intellexit .] tag. fer. 1. de Similiter visionem hanc explicarunt Leo X. Iacobus à Voragine , & multi alij , quorum S. Fran. A. Joachimo verba & sententias referunt Sedulius citatus , & R. P. Antonius Daça in suo de stigma- Abbatis .
- V. Trithem. de scrip. Eccles. Denum Joachimus Calaber institutor , & Abbas Monasterij Florensis / ordinis sive Benedicti , ut Trithemius afferit , sive alterius , ut suspicari videtur Posselinus , & mihi ex appar. Pepin. fer. 1. variis probatur literis Pontificis , quas in regestis legi summorum Pontificum , & quem de S. Franc. Sedul. lib. 1. quidam beatum vocant) multa prædictis de his duobus Patriarchis , non centum & apel. c. 1. n. 3. pluribus annis antequam nascerentur , ut habent Guliel. Pepin. & Sedulius , author sermois

sermonis 16. extraordinarij apud Bernardinum Senensem to. 4. qui nec extitit per aliqua tempora ante Dominicum & Franciscum, ut putant Pisanius, & P. Antoninus, sed flo-
rit sub anno 1195. sub quo iam viuebant hi sancti. Dono autem prophetiz, quo ful-
lisce passim percrebuit, tribendum est, quod antequam suos ordines instituerint, mul-
ta de eisdem prænunciauerit tam in expositione prophetiz Cyrilli presbyteri montis
Carmeli Anachorite, quam multis in locis commentariorum in Ieremiam prophetam,
quæ videre est apud Pisatum citatum. Vnum offero ex eiusdem libro de concordia
veriusque testamenti. [Erunt, inquit, duo viri; unus hinc, alias inde; qui duo ordines
interpretantur; unus Italus, & alter Hispanus, & post ipsos duos ordines, veniet alter
ordo saccis veltirus, sub cuius tempore apparebit filius iniquitatis, qui dicitur Anti-
christus.] Et sequitur: [Breuissimum est tempus ipsis, scilicet tertij ordinis, sicut bre-
vissimi sunt dies Antichristi successoris sui. Ordo enim Minorum usque ad nouissima
tempora duraturus per mare Aquilonare transibit, aspera pascua gustabit. Regina Au-
stri proteget & fouebit eam in amaritudine sua. Flumen Euphratem transibit, & vndam
& imperium eius sua prædicione mitigabit, aspera reducetur in planum sermone eius.
Terra saluginis, id est Ægypti, ad Dominum conuertetur per eum. In eadem terra se-
cure Euangelium prædicabit; multæ gentes per ipsum ordinem ad Dominum conuer-
tentur. Gens idololatra, cuius lingua ignorabitur, quæ de foibus terræ veniet, missa à Deo
in adiutorium terræ præmissionis; & ut ipsa agnoscat Deum Patrem omnipotentem, &
filium eius unicum Dominum nostrum Iesum Christum, ad fidem catholicam conuer-
tentur, futurum est etenim ut ordo Minorum viriliter se opponat contra mortis Ange-
lum, & contra eum prædicando. Plures, & maxima multitudo de filiis ipsius ordinis
Martyrio ad Dominum transibit, sicut dictum est per David Prophetam: Posuerant mor-
talia seruorum tuorum eas volatilibus cali; carnes sanctorum tuorum bestiis terra. Gaudebunt
in canticis suis, id est, in prædicatione omnes tribus terræ, & gens immunda Mahome-
tica, quæ remanebit, & hi qui residui erunt, ad Dominum conuertentur.] Plura etiam
in commentariis ad Apocalypsim prædictis de ordinibus Mendicantibus, quorum veri-
tatem rei probauit cuendus.

VI. Exprimi etiam curauit opere mussuo in æde D. Marci, Venetarum præcipua, ipsos ^{Antique il-}
harum religionum futuros fundatores, eo habitu & vestitu, quem postea assumpturi, ^{lorum ima-}
suisque seclatoribus præscripturi erant, dum tamen adhuc nec quempiam illorum vide-^{genes Veneti-}
rit, nec illi adhuc excesserint ex ephebis, vel recens fuerint nati, vel breuiter nascituri.
Communior est opinio harum imaginum præfigurationem illorum ortum præcessisse,
idque indicat author horum carminum, quæ ex Rodulpho transcripsi:

Atque prius fuerit quam mundo exortus in æde,
Quæ Marcii titulo nulli toto orbe secunda est.
Exas apud Venetos, longis expressus ab annis.

B. Dominico subscriptisse hæc Græca verba αγορευδε ait B. Antoninus, & B. Fran- Antoninus.
cisco, postea à Chisto recipendas, quinorum vulnerum plagas addidisse habet Pisa- ^{Cit.}
citus cicatus, apud quem plura de his vaticinationibus prolixius licet videre. Aliquas Pisanius.
etiam referunt Ioannes Garzon, & Ioh. Anton. Flaminius in vita B. Dominici.

Francisci ortus, progenies, & patria. s. 3.

I. **F**ANNO à Christo nato 1182. Lucij tertij Pontificis primo, Friderici primi Ænobari- Quo anno
bi, aliis Barbarossa vigesimo octavo. Alexij Comneni Orientalis Imperatoris ^{namus Fran-}
anno secundo. Luctuosù mundi Deus miseratus errores, & planè Ecclesiam suam (ut Baron tom.
purpuratorum patrum vœ decus affatur) in deteterius declinantem, ac collabentem iam ^{1182. ad an-}
depravata nitorum disciplina erigere volens, in conflatorio divini spiritus Apostolicum
hominem formauit Franciscum, & velut nouum sidus, quod peccati errorisque tene-
bras depelleret, nasci voluit confuso tenebrosoque rerum humanatum, ac misero ordi-
nis Ecclesiastici statu, per quem è corruptæ vita verustate, veluti nouus renascensue
mundus exureret.

Circa huius sancti infantuli nativitatis tempus, sentio cum illustrissimo historicorum
B principi

Præfatio

principe Baronio citato, qui Abbatem sequitur Stadensem Franciscanum mox esse quin sub ipsa Francisci etate cum Marco Vlyssiponense in limine suorum chronicorum, cum authore compilationis Chronologicæ inter illustres Germanorum Scriptores, Iacobo Gaulterio in sua tabula chronolog. seculo 12. col. 12. & seculo 13. col. 6. Fernando del Castillo in chron. Prædicat. lib. 1.c. 4. Ioan. Pineda 3. par. monarch. Eccles. lib. 22. cap. 23. §. 2 qui cum aliis huius ortus annum assignant 1181. Nec Marianum Florentinum alias exactissimum rerum nostrorum obseruarorem, aliosque horum atiorum censores, qui natum asserunt anno 1181. sequendos duxi, tum quod primum numerum obseruarini in antiquis Minorum legendis, tum quod cedus annorum quibus Franciscus inter mores degit, hanc exigat numerandi rationem. Etenim cum tam vitæ curriculum Aucto. 3.par. quadragesima quinque annorum spacio cum P. Antonino communiter scriptores clau-
hiſt. tit. 24. dant, & planè constet cum vita fundum anno Domini 1226. necesse est ut natum di-
catur anno 1181. nam si alium priorem assignaueris, quadragesita sex vixisse, quod
communi obstat opinioni, consequenter affirmaueris, oportet.

Qui genit. ut eius p- ratus. Huius tanti viri progenitores fuerunt Petrus Bernardoni ita cognominatus à Patre, II.
¶ & honestissima foemina Domina Pica, inter Assisates præcipui. Licet etenim mercatu-
rū pater intenderet, non exinde censendus ignobilis, cum plurimi per Italiam optimates,
etiam ex iis, qui titulati fulgent dignitate, suos habeant apud exterros contractus, & opu-
lenta cum alienigenis commercia. Adeo vilem viuendi artem quidam dicunt merca-

Arist. 7. Po- turam, ut Aristoteles censuerit mercatores non habere esse ciues; vilis enim, inquit, est
ut. c. 4. huiusmodi vita, & virtuti aduersa. At non una est mercatorum conditio; sunt quidam
Cicer. lib. tenuis fortunæ, & gracilis substantiaz; alij opulent, & quorum industria prosperatur re-
1. de offic. spublica, & summa gaudet rerum abundantia. mercatura, inquit Cicero, si tenuis, sordi-
Plutarch. in da putanda est, sin copiosa, magna & multa vnde portans, multisque sine vanitate
colon. impertiens, non est admodum vituperanda. Olim, ait Plutarchus, gloria fuit, cuius
opere cum Barbaris consuetudo, amicitia cum Regibus coniungentur, peritia multa-
rum rerum pararetur, ac nonnulli mercatores ciuitatum magnarum conditores extite-
runt. Triobolarem non iudicari mercatorem Francisci patrem, cuius ædes non humili-
les, sed adeò amplæ, ut integrō construendo templo, & monasterio ad votum Philippi

Ad annum 1615. tertij Hispaniarum Regis, suadente Antonio Trejo Minorum Primicerio, & promo-
uente fratre eius Illustrissimo Domino Gabriele Trejo S. R. E. Cardinali, ut doctissimo,
ita & piissimo (de qua re suo loco) sufficerent: cuius etiam non viles & tenue commer-
ciū intra patris fines, sed cui tam ampla suscepit res familiaris, ut in longinquas
Galliarum regiones suos transmittere potuerit negotiatores, & præsens in opulentissimis
Francorum oppidis, suis luctis interesset. Cui etiam velut Reipublicæ benefactori, &
provisori, ut Marianus testatur, in huius infans nativitate, tam ciues, quam exerci op-
pidani suis muneribus curialiter sunt congratulati.

Eius gene- logia. Ex linea materna nullum huius sancti viri genealogiz vestigium reperi. Paternam III.
non longè à Francisci morte descriptam, accepi à nobili quodam Assisiote antiquitatum
suz urbis indagatore, non valde alienam ab ea, quam in initio suæ historiæ Seraphicæ re-
posuit Petrus Rodulphus. Avus paternus fuit Bernardonus Morico; pater, Petrus Ber-
nardoni; fratrem habuit germanum unum duumtaxat se iuniorem Angelum. Angelus
duos habuit filios Picardum, qui integer & sine turpitudinis nota perpetua castimonia
vñsus est; & Ioannem, qui Ciculum genuit. hic filios habuit Franciscutum, Petruum,
Bernardum, & Antonium, quem genealogia Assisi Franciscano sodalitio nomen dedi-
se, & Perugia Theologiam ait professum; sed Rodulphus Angelum vocat, Parisisque le-
ctorum fuisse dicit. At Franciscutius B. Francisci vestigii inhærens, eumdem induit ha-
bitum, plurimum in religione profecit, religiosus incola, & Guardianus cœnobij S. Da-
miani Assisi. Petruus celibem egit vitam, Bernardus ducta vxore Ioannem procreauit.
Duas etiam genuit Ciccolus filias, Franciscanam & Claram. Illa viro legitimè se copu-
lavit; hæc remansit innupta, Deoque suam sacrans virginitatem, Abbatissa euasit sancti
Angeli in Pantio.

Hinc tabidæ suis colluione, quæ ciuitatem Assisi lethaliter inuaserat, defecisse B. IV.
Francisci genealogiam afferit Rodulphus, sed in plurimos annos ad nostra ferme tem-
pora deductam probant hæc testimonia authentica mihi ex Archivo ciuitatis Assuī
transmissa.

ad Annales Minorum.

15

PRIORES POPVLI CIVITATIS ASSISII.

Omnibus & singulis has literas inspecturis primò salutem dicimus: deinde cum audiuerimus esse multos non solum ex priuatis hominibus, sed etiam nonnullos ex Regibus & Principibus, qui sece cupiant, an ex Diui Francisci stirpe aliqui supersint: fidem facimus superesse filios duos cuiusdam Ioannis Francisci Ricardi iam defuncti, quos, quia paupertate prenuntur, commendamus omnibus, qui Sanctum Franciscum & eius stirpem diligunt.

PRIORES POPVLI CIVITATIS ASSISII.

Omnibus & singulis præsentes nostras literas inspecturis fidem facimus, & attestamur, qualiter Antonius & Bernardonus filii quondam Ioannis Francisci Ricardi de Assisio, & eorum Pater, & ascendentis ab annis 10. 20. 30. 40. & ultra, & tanto tempore spatio, cuius initij non extat memoria in contrarium, fuisse publicè, palam & ab omnibus indifferenter semper habitos, tenetos & reputatos pro hominibus, & personis de stirpe & vera cognatione Diui Francisci de Assisio, & pro talibus hodie dictos Antonium & Bernardonum haberi, teneri, & reputari: & ita pro veritate attestamur. In quorum omnium fidem & testimonium has præsentes hieri, & nostri sigilli soliti insimus & fecimus impressione muniri. Datum Assisij die 3. Februarij 1534.

- V. Gentilitium insignes Meritorum eres erant anseres, duo superius, altè infierius, subducta in medio patere, vnde superstantes. Non absque mysterio purat Rodulphus B. Francisci prosapiaz hoc contigile insigne, cuius rationem subiungo. [Erant insignia paternæ domus B. Francisci tres anseres. Neque id quidem fortuitò (ut existimo) aut hominum iudicio, & voluntate factum est: sed Dei potius consilio, cuius nutu cuncta disponuntur. Vnde per anserem pictum quidam custodiam interpretantur; anseri enim vigil est cura, & ad ea sentienda quæ latent, facile excitatur, & minimo quoque strepitu expurgiscitur, nocturnas excubias celebrat, & vigilias suo clangore restatur; alis & sibilo pro pullis decertat, dolet si perdit socium. Nullum animal (quod sciām) tam hominem olfacit, quam anser, cuius insidias præsentit. Vnde apud Romanos in Capitolio publicè alebantur, qui custodibus omnibus sopitis, Romanos ad defensionem arcis excitascent, & urbem ipsam, sedem ac domicilium Imperij à Gallorū vi seruauissent. Hæc itaque auis, quæ clangore grauiter obstrepenti sere semper clangit, vt etiam inter passendum silere nequeat, vndisque mirificè delectatur, djuinum quiddam in B. Francisco prætendebat, exemploque fuit humano generi, quod futurus esset perugil, attentus, & deuotus. Nam cum Fredericus secundus Siciliæ Rex Ecclesiæ Romanæ, & Christi Vicarij hostis ferus, & immanis, frequentes admodum, & fortitudine præstantes Saracenorum copias secum adduceret, cœpissetque templis, aris, & religiosis omnibus vim inferre, eo tempore B. Franciscus, vt Dei nuncius ab alto subsidio missus est, qui allumpro crucis verillo, ita nequissimi, & improbisissimi hostis robur elicit, vt doctrinæ & virtutæ exemplo omnes ad Christi scanda vestigia induceret, culis verba erant quasi sagittæ potentes de arcu diuinæ sapientiæ emissæ, &c. & aduersus Fredericum acerriæ. Christianæ fidei hostem, cuius exercitus ciuitatem Assisij insidiis circumuaserat, se opposuit, & veluti adser alis & sibilo pugnans, patriam suam à Barbarorum vi seruavit. Beatus anser, qui cœlestibus vndis mirificè oblectatus, hostium insidias & insultationes præcauens, suis veluti excubiis ciues suos defendit, & cunctis viam muniuit ad beatam vitam properandam.] Curiosa prosus gentilitij stemmatis explicatio, at quando ita Franciscus Frederico relictæ, mili omnino incompertum.

- VI. Patriam sedem obtinuit in Umbria, antiquissima & bellicosissima olim Italæ regio, licet Tuscia quispiani ad suæ regionis laudem abrascrit in Marianæ Chitoniciis nomine *Umbria*, & apposuerit *Tuscia*, & Thomas Valsinghamus ex errore Franciscum *Tuscum* nominarat, atque ex simili lapsu Chronicon magnum Belgicum ex Alberto ordinem Minorum in Tuscia apud Assisium ortum dixerit. Nisi velis cum Isidoro Hispanensi *Umbriam* Tuscia partem dicere, & obinde Franciscum Tuscum cognominare: sed modo regio illa, quæ *Umbria* dicitur, communiter distinguitur à Colimographis in Hereturia. *Umbriam* verò ita dictam ab *Umbro* flunio vult Plinius. Alij quod tempore aquæ cladis imbris superfuerit; quod velut fabulosum non immerito reicit Albertus *Umbria* in regione.

Apparatus

Vide Meru-
lam in col-
langu.
Blondum in
tunc orbe supereminuisse. Alij ab vmbra dictam putant, quod ob montium altitudinem,
Ducatus Spo-
letano.
Volat. lib.
6. geograph.
Vide Mare.
Ant. apud.
Solimum in
membranis
c. 7.
Cinthus Af-
ij.

Leander, cum præter Scripturæ facias testimonium etiam ex omnium scriptorum mo-
numentis constet, diluvium illud uniuersale fuisse, nec villam omnino terræ partem coto-
num tunc orbe supereminuisse. Alij ab umbra dictam putant, quod ob montium altitudinem,
& vicinitatem, regio sit umbrosa. Leander regioni huic Umbriæ nomen à primis eius
incolis Noë filiis ex uniuersalibus diluvii imbribus seruatis, & hoc postea profectis natum
iudicat, & Umbros eamquam imbris locis αμβρας dictos, eorumque maiores anti-
quissimos, fuisse Ianigenas ab inundatione terratum, & imbris liberatos, quod ex alio-
rum sententia confirmat. Undecumque vocetur ea regio, quasi terminis clauditur Tiberi
& Aniene fluijs; illo à Meridie, hoc ab Oriente, & consuetudinis inueteratæ neces-
sitatem, ut ait Blondus, Ducatus Spoletanus vocatur, & à plurimis sacerulis ditionis est
Pontificis.

In hac porro regione ad finem vallis Spoletanæ arduo in colle sita est Assisæ cinctas VII.,
ad radices montis Asis, à quo nomen accepisse scriptoribus familiare, innuitque quidam
hoc carmine.

Francisc.
Maur. lib. 1.
Francisciad.

*Hanc quia vallis Asis radicibus apudet ianuam,
Assisium prisca Latine sermone vocarent.*

Prolem.
Procopius.
Strabo.
Cato.
Zach. Li-
lius.

Alij à vicino flumine, olim Aiso dicto, nuncupream volunt. Variè appellatur à Cosmo-
graphis, à Proleme, & Procopio Aisior; à Strabone Aisior; à Catone Elysum; à Za-
charia Lilio in suo orbis Breuiario Axis; similiterque Propertius appellat, dum loquitur
de eo, qui construendo eius urbis muro consilium dedit, his versibus.

*Scendentisque Axu confurgit vertice marus,
Murus ab ingens motione ille tuo.*

Dages in
cant. II. de
parad.

Vulgariter vocabant Itali Ascesi, siveque memoratur à Dante Aligerio poeta, dum eam
quām maximè laudat ex Francisci ortu. Quinto ab Hispello, & decimo à Fulgineo di-
stat lapide, & à flumine Chiesio, sive Chiasio, olim Aiso, ad tria millia passuum recedit.
Ciuiibus discordiis nunc propemodum interit, adeoque quod magis à murorum cir-
citu, quām à populi frequentia ciuitas vocari posse videatur. Aëris salubritatem, &
cæli temperiem laudat Rodulphus, dicens, quod nimis solis calore non lreditur, nec
diluvium patitur aquarum; ibi cæli salubritas, nec aëris spiritus vlla paludum graui ne-
bula inficitur. Multis ejusq; à plerisque commendatur; ab antiquitate, à situ, à magna
ad sanctam Hierosolymorum ciuitatem similitudine, ab aere salutari; sed nihil tam redi-
didit mundo notissimam, quām Francisci editio, educatio, ordinis Minorum, Clarisla-
tumque institutio. Fcolix patria, quæ tantum edidit, & meruit in se retinere thesaurum.

Panier in
stabulo Fr. S.
rifico.

Illud autem singulare in virtu sancti ortu, quod per plures dies parturiente, magnisq; VIII.
cruciariis laborante, nec fortunæ edere valente felicissima genitrice, ad ostium domus accesserit quidam (cælestis creditur nuncius) in specie peregrini, dixeritque non
in pretioso thalamo, sed in stabulo parturam, nec prolem in sericis, sed in feno eden-
dam: consulensque ut quamprimum transuerteret in stabulum donui vicinum. Res
licet noua, & ferme inanis videtur, attamen ut laborantis prospiceretur periculo (vt
nihil in huiusmodi angustiis intentatum relinquitur) delata est in destinatum locum,
vbi (mirorq;) absque plurimo adiutorio, aut labore iacens in sceno, sydus hoc edidit
clarissima. O beatum puerum qui ex primo vitæ limine suo assimilatur Creatori! Sta-
bulum adhuc magno in honore haberi ipse vidi, constructumque ibi sacellum in virtu
sancti honorem, vulgariterque vocari *San Francesco il piccolo*. id est, S. Franciscus parvulus,
vel infantulus. Inscripta habet in superliminati ostij lapide characteribus aureis, sed ve-
tustis, hæc duo inconcinni metri carmina.

*Hoc oratorium fuit bovis & asini stabulum,
In quo natus est Franciscus mundi speculum.*

Non longè distat ad finem eiusdem plateæ ab ipsis ædibus paternis, eiisque curam &
possessionem habent patres Conuentusales.

Francisci

ad Annales Minorum.

17

Francisci educatio & adolescentia. sc. 4.

- I. **N**atus Francisco fit in baptismo Christianus (*neque enim nascuntur, sed sunt homines Christiani*) vocatúrque Ioannes, matre velut altera Elizabetha suadente, patre in Gallorum finibus degente. Adfuit baptismali ministerio peregrinus vestitu & in celso grauis, qui vltro eleuando è sacro fonte infantulo se obtulit. Sed vt oblatum præsticit obsequium, & mysteriosa terminata sunt functiones, à circumstantium oculis disparuit, relictis genuum, quz ad altaris propitiatorium flexit, vestigiis in marmore, quod usque in hodiernum diem inter ceteras reliquias asseruari cratæ ferrea munitum in Ecclesia Cathedrali S.Ruffini, vbi res ipsa succedit, ad Iuam ingredientis ipse vidi, traditionemque hanc vniuersalem esse per continua secula in illa ciuitate, & æde, ab omnibus accepi. Extat etiam adhuc in eadem Ecclesia baptisterium in quo sacro purgatus est lauacro Franciscus, necnon, vt fertur, Beata Clara. Forma est satis antiqua; materia rudis, durusque lapis. Superficiam habet hanc Italican inscriptionem: *Quello è il fonte dove fu battezzato il Serafico padre san Francesco.*

II. **V**t domum iam Christianus rediit, & nutricis gestaretur in vlnis venit velut ad stipe præ foribus aliis, siue ipse idem peregrinus, puerumque vt videre & tangere licet, efflagitat: quem vt à nutrice suscepit, velut alter Symeon cum gaudio sacrum tenens pignus, brachiisque dulciter amplectens, & blandè osculatus, eius humero dextero crucis signum impressit, egregium mox futurum Christi militem, tanquam tessera condecorans, & veluti iam ratione usum amatoriis & mysteriosis alloquitur verbis. Redidit demum nutrici, & vt sollicitato eius gereret curam, commendauit, dicens: Scias infantulum, vt maior euaserit, magnum etiam coram Domino futurum, & ad eum peruentum perfectionis gradum, vt inter perfectissimos orbis viros veniat connumerandus. Hanc ei iam inuident dæmones virtutem; caue ne tua negligentia, vel illorum pateat insidiis. Hoc dicto citius disparuit, nec diligenter perquisitus in vrbe amplius potuit inueniri.

De inuidia & malitia dæmonum plaus postea constiterat, dum quidam monachus energumcius multa ad exorcizantis sacerdotis interrogata responderet; & inter cetera quzdam vltro de Francisco effutur. Dixit in eius nativitate commotos principes teobraru, quippe qui alicunde præsenserint, quantam inertmis hic infantulus, egregius postea futurus athleta, eis prædam eriperet, suaque proinde exercuerunt artes, vt damnum hoc, pueri morte præuenirent; sed in vanum laborauerunt, quia Dominus, quem ipse misericordia custodiuit. Reslitit tunc Sacerdotis exorcismis diabolus, nec ab obesse discesserat, permittente Deo, vt postea liberaretur à Francisco iam viro perfecto, qui monachi miseratus, malo hospite miserum aliquot annis oppressum corpus liberauit.

III. Tenerè & delicatè parentes hunc suum primogenitum enuiriendum, iisque curarunt imbuedum moribus & artibus, quibus sibi prospiceret, & parentibus esset honori. Primis addicunt puerulum litterarum rudimentis, mox Latio vniuersali Europæ sermoni addiscendo. Post aliqualem litterarum notitiam, lucratius mercaturæ deputatur negotiis; quibus peragendis cum exteris Gallis, quibuscum maioris commercij rationem pater iniuit, Francorum idioma plurimum intererat. Illud adhibito studio, ingenij felicitate breui perdidit, ita vt stupori fuerit genitori, qui ob facilitatem qua linguam hanc Francicam apprehendit, Franciscum nominavit. Ita plurimi volunt, è quibus unus Ioannes Lorinus, mihi perquam spectabilis & amicus, non à patre, sed à popularibus, ita vocatum dicit. In quo certè refragatur tam Bonaventuræ, quam aliis, cum veteribus, tum recentioribus Francisci vitæ scriptoribus. Ioannes Marquez male Bonaventuræ mente percepta in baptismo Franciscum vocatum putat, cum alibi clarius sanctus Doctor afferat ad suorum fontem ad matris desiderium appellatum Ioannem. Alij in christiane suspicantur hoc indicium nomen. Ciaconus & Chronicus Martinian. sub Innoc. III. usque ad conversionem Ioannis retinuisse nomine, post verò Franciscum vocatum indicant. Rodulphus Egitatus rem aliter explicat, putatque hoc nomine, quasi diuino instinctu exprimi sancti juuensis ingenuitatem, libertatem spiritus, & audacem ad res arduas animum. Ita enim inter Italos hoc nomen *Frances* quasi liberos vel audaces sonante adiungit, iuxta carmine illud.

*Eis Parisios dixerunt nomine Franci,
Quod sonas audaces.*

B 3

Hanc

Apparatus

*Mysteriorum
nomen Franci-
eius.*

Hanc cum aliis piis rationem affert. Iacobus Geuen. sive à Voragine, quas ipsius I V.
verbis subiungo: [Huius mutationis nominis multiplex causa fuisse videtur. Primo ra-
tione miraculi connotandi. Linguam enim gallicam miraculosè à Deo recepsisse cognoscitur: vnde dicitur in legenda sua, quod semper cum ardore Spiritus sancti repleretur
ardentia foris verba eructans, gallice loquebatur. Secundo ratione officij diuulgandi.
Vnde dicitur in legenda quod diuina prouidentia sibi hoc vocabulum indidit, ut ex sin-
gulari, & insueto nomine, opinio ministerij eius toti citius innocesceret orbi. Tertio ra-
tione effectus consequendi, ut scilicet per hoc daretur intelligi quod ipse per se, & per
filios suos multos seruos peccati & diaboli debeat francesc & liberos facere. Quartò ra-
tione magnanimitatis in corde. Nam Franci à ferocitate sunt dicti, quia eis inest natu-
ralis feritas, & magnanimitas animorum. Quintò ratione virtuositatis in sermone, quia
eius sermo instar securis virtus incidebat. Sexto ratione terroris in dæmonum fugatione.
Septimò securitatis ex virtute, & operum perfectione, & honestatis in conuersatione.
Aiunt enim *Franciscas* dici signa quædam instar securium, quæ Romæ ante Consules
ferebantur, quæ erant in terrorem, in securitatem, & in honorem.]

Sed illa mihi verior opinio quod ex Gallico affectu, prompteque apprehensa lin-
guæ Francica, filium ita sibi nominauerit pater, quasi velit innuere loquela adeò ex-
pedita, non tam miraculo, ut vult Geuen. quād studio apprehensa, penitus Francicum
euasisse. Veteres quippe Hetrusci, ut testis est mihi citatus Lorinus, & expressè habetur
apud Ioan. Villaneum, *Francos* appellabant, qui Latinè *Franci* dicuntur sive Galli, nunc
Italicè *Francesi*. Sed & Latinæ res Gallicanas *Franciscas* dici solitas, colligi potest ex Ai-
monio monacho, vetusto Gallorum historico, qui libr. 5. de gestis Francorum cap. 33.
ait Carolum Caluum ad Concilium Pontigenen. intrasse in vestitu deaurato, & habitu
Francisco, id est Gallico. Et libr. 1. cap. 12. macharam Gallicam *Franciscam* vocat. Quin
& Polydorus Virgil. libr. 1. historiz. Anglicanz pag. mihi 13. lanam Gallicam ab Italis di-
ctam *Franciscam* testatur. Nec non & linguam Gallicam tunc nuncupari *Franciscam* soli-
tum esse probat epitaphium Gregor. V. quod ex sepulchrali lapide ex Basiliæ Vaticana
transcripsit Onuphi. Paduin. comment. de comitiis Imperatoriis sub Othono 3. in quo de
triplicis idiomaticis peritia ita hoc disticho Pontifex laudatur.

Villan. lib.
2.c.18. & ali-
bi sibi.
Aimov.

*Vtus Francisea, vulgari, & voce Latina,
Influitus populus eloquio triplici.*

His subscriptibit Ioannes Pineda supra citatus, qui idem sonare ait Franciscum, ac Franci-
cum, seu Gallicum, & Iacobus Mayerus ad ann. 1226. Francicus, inquit, dictus est à Fran-
cis, & adiecta litera *Franciscus*. Rem confirmant subscripta carmina.

Fran. Maur.
lib. 1. Franc.

*Genitrix ortum quem nomine primum
Dixit Ioannem, sed mox cunabula linquens,
Matrem amissit, Gallaque à gente petitum,
Patre iubente nonam supero sed numine agente,
Accipit nomen, Latieque vocabula genti
Externa adiungens, Franciscus deinde vacari
Maluit.*

Volater. lib. Illud in hac re peculiare & mirum quomodo ad patris nomenclaturam ei adeò hoc VI.
11. anthrop. adhæserit nomen (quod, ut me priores alii obseruatunt, nullus eo prior gessit) ut sanctum
Rebolle. i. p. ac præclarum in baptismate suscepimus, penitus aboleuerit: nisi id suo voluerit consilio
c. 1. Lorin. cit. Deus, ut noui exercitus Dux nouo & peculiari insignitur nomine, nouisque totus eu-
Bonau. in deret, & nihil quod à mundo accepit, penes se retineret. Monuit quidem Bonaventura
leg. min. in quod vocacionis paternæ vocabulum tenuit, vim tamen materni nominis non reliquit.
Pina. Etenim gratia quam *Ioannes* significat, abundantiūm est superflusus. Interius mater-
nam, exterius paternam gessit nomenclaturam.

Adolescens Adolescentior factus, patris artes exercuit, sed dissimiliter valde. Pater enim totus VII.
mercatum lucro & fœnori inhibebat, & communem genium sequebatur mercatorum, qui, ut ait Au-
exercit. Aug. libr. 1. gust. volunt viliter emere, & care vendere. Franciscus vero inter cupidos mercatores,
de civi. 1. ut habet Bonaventura citatus, non sperauit in pecunia, & thesauris, sed animo maximè
auarco.

auaro, iis supererat rebus, quæ committebantur à patre. Ille ut rem domesticam augeret, exemptionis venditionisque vbiique iniens contractus, mille non tam corporis quam animæ periculis se adstringebat; quia ex magno Leonis sententia, difficile est inter emen-
tis & vendentis commercium non interuenire peccatum. Hic mercaturz præpositus officinæ (quæ, ut habet Cicero, quicquam non potest habere ingenuum) in ea ingenuæ suas exercebat functiones, nec damno iniquo afficiebat quemquam, nec aliquid dolo adnecebat rei suæ. Pater auarus & cupidus; filius à rerum' terrenarum desiderio adeò solitus, adeoque liberalis, ut ad publicos iuuenium ludos adscitus, omnibus plus pecunia erogaret. Hinc multoties ludorum præfector, spectaculorumque prætor creatus, inter sodales splendide expendebat magnam pecuniæ vim, in convivis, munifica, aliisque recreandorum animorum generibus, quibus etas maximè iuuenilis solet delectari, semper liberalis; ita ut à suis consodalibus, & passim per urbem flos iuuenium appellaretur.

Leo ser. 1. de quadrag.

Cicero lib.
1. de offic.

Legenda triū
soriorum.

VIII. Dolebant parentes suum his vanitatibus minui peculium, acriusque adolescentulum reprehendentes, admonebant tam suarum facultatum vires, quam sui nominis estimacionem longe inferiores esse splendidis his expensis, & vana ostentatione, nec in tam superfluis adeoque magnis sumptibus, mercatorum quantumvis opulentorum, filium, sed potentissimi cuiusdam principis videri hæredem. Dolebat è contra filius, & veluti insula animi nobilitate erat stabatur ad statutas sibi in erogatione rei pecuniariæ metas, & quam nihil estimabat, volebat pro acquirendo inter suos coetaneos honore amplissime distribuere. Vt cumque nobilem iuuenis genium tolerabant parentes, quia diuites, & tenerime filium hunc primogenitum diligebant. Mater cuius semper tenerior affectus, suspiciebat, admirabaturque tantam in filio amplitudinem, multaque eius verba, prænuncia futuræ animi libertatis, consuetabat in corde suo. Dum vero à familiaribus, viciniisque feminis inuiseretur, notareturque ab aduentantibus Franciscus, excessus in pretio vestitus, & in sumptibus inter sodales, amica respondebat mater, se magnum quipiam præuidere in filio; & splendidum in rebus ludicris, ludisque iuuenilibus animum, qualis futurus prouectioris esset etatis, præmonstrare.

Argutius
prodigi sum-
pus à patre.
Indudem.

IX. Inter istas scœuli vanitates, rerumque paternarum negotiationes, Deus iuuenem, ut ait Bonaventura [in benedictionibus dulcedinis benignè præueniens, & de præsentis vitæ periculis clementer eripuit, & cœlestis gratiæ donis affluenter impleuit. Etenim cum inter vanos fuerit hominum filios, iuuenili etate nutritus in vanis, supremo tamen sibi assistente præsidio, inter lasciuos iuuenes quamvis effusus ad gaudia, nequaquam post carnis petulantiam abiit.] Similiter asserunt Chronicæ Minorum, inter tot carnis intentiuæ, mundique oblectamenta egregium iuuenem, velut alterum Ioseph, impollutum euasisse, nec vllatenus carnis appetitu se subiecisse, sed pretiosissimum semper conservasse virginitatis thesaurum. Id vltius plures à me statim referendæ confirmant antiquiores legendæ.

Virginitatem
seruans.
Bonau. in
legen. mai. c. 1.

Chro. Min.
p. 1. l. 1. c. 1.

X. Has non crediderim legisse Thomam VValsinghamum supra citatum, qui lasciuia iuuenilis ardoris deditum asserit Franciscum carnisque vitiis mancipatum insinuat; nec Vincentium Bandellum, qui in tractatu de veritate Conceptionis, quam suo suppresso nomine dedicauit Comiti Petro de Gambara ciui Brixienti, immodestioribus parumque piis verbis saepius dicit [Francisci corpus fuisse maculatum & deturpatum factore luxuriaz, & inquinamentis, & sordibus multorum peccatorum mortaliuim.] De alio Prædicatorij ordinis tacito nomine conqueritur in hac ipsa re Alexander de Aquila, quod verbis transcriptis ex Bonaventura omissa particula aduersatiua nec dixerit Franciscum post carnis petulantiam abiisse; eoque modo se legisse affirmant in vetusto Breuiario m. s. eiusdem sacri ordinis.

Refelluntur
quiccentiarum
affirmant.
Bandel. j. p.
rat. 17. &
alibi.

XI. Nescio sanè unde huius tantæ maculæ inurendæ, & magnæ virginitatis excellentiaz tanto huic viro negandæ subrepserit occasio. Etenim quas hucusque potui videre huius Sancti patris historias, tam luxuriaz inquinamenta in eo negant, quam puritatis gratiam dignè commendant. Longum esset omnium verba referre, sat erit aliquorum nomina indicate. Bonaventura, ejus socius Bernardus à Bessa Aquitanus, Thomas à Celano in suis legendis, Marcus Vlyssiponensis, Marianus Florentinus, Alexander Aquilanus in suis Chronicis, Iacobus Oddo Perulinus in suo speculo, Pisanus confessor. & alibi, plusque in peculiaribus tractatibus. Ex Bonaventura Aloysius Lippoman. Laurentius Surius in vitis Sanctorum, Abraham Brouius, & Ioannes Fridericus Matenesius in suis annalibus ad annum 1199. Nuper id clarissimè testatus est Franciscus Gemma Capuanus

Aquila in
Chro. m. l.
in princip.
Ille a preb.
m. virgini-
taru.

Bonauent.

Her. à Bessa.

Tho. a Ce-
lano.

Marcus

Vlyssipo.

Marianus.

Alex. Aquil.

Iacob. O.D.F.

Pisanus.

Lippoman.

Surius.

Brouius.

Matenesius.

Fran. Gen-
na.

Apparatus

cant.7.in ordine illorum, quæ in Francisci laudem concinnauit. Vbi privilegium hoc his verbis expressit: virgo castissimus vixisti, Franciscus usque ad felicem transiit tuum, &c. Perpetuæ castitatis cingulo præcincti lumbos tuos Dominus, spibus altis circumdedit castitatem mentis & corporis tui Dominus, &c.

Sed præ omnibus mihi sufficiet testimonium trium sociorum ipsius sancti Confessoris, quorum unus erat ei à secretis conscientia, qui expressè pudicissimum & castissimum fuisse integro vita cursu asseuerant, nec solum carnis spurcias immaculato calle transiisse, verum etiam impudica & lasciva verba abhoruisse audire, nec dishonestis viris aut vocibus quicquam voluisse in iuuentute aut adolescentia respondere subiungunt. Quibus obuiam reiicitur, quod ex Vincentio Beluacense, refert Antoninus, videlicet hunc adolescentem verbis & cantis deditum impudicis. Adhuc præter irrefragabilem tot scriptorum autoritatem, non leuis superest Breuiarij Minorum, in quo

Vinc. Belu.
in Spec. hist.
l. 19. c. 97.
Ant. 1. par.
hist. 2. 4.
et. idem planè & aperte asseritur in officio eiusdem Diuini à Bonaventura composito, & à pluribus summis Pontificibus approbato.

Marian. cit.
§. 7. & Pisan.
confot. 1. 5. quod eius Confessorius fr. Leo testetur illum quantumcumque de totius vita reati-
bus se accusauerit, nunquam carnis aliquod peccatum fuisse confessum. Secun-

Bononibus
idem fabidi-
sus. da quod idem Leo accepit non indubitatam de hac re revelationem. Vedit enim in spiritu virtute sanctissimum patrem in monte excelso constitutum, circumdatum pulcherrimis liliis, & vernantibus rosis, ipsumque gestasse dextra floridissimum lily, si-
nistra vero rosarum fasciculum. Cuius visionis dum mysterium scire percuperet, caelesti oraculo accipit, Francisci designatam illo spectaculo purissimam virginitatem & castissimam mentem. Tertia quod non facilè credere licet sanctissima nostræ redemp-
tionis pignora in corpore polluto, lascivientique carne depositanda, quæ purissimus, & innocentissimus agnus dira pertulit in cruce, mundissimaque recepit in carne. Piùmque & ornatio rationabile est iudicare, quod quem Deus præcelegit suæ Ecclesie reparato-
rem tam immensæ prolixi patriarcham, suæ crucis vexilliferum, memorie passionis Do-
minice & Christi sacrorum vulnerum ad frigescens mundi corda inflammandam fer-
uentissimum renouatorem, non permitteret tam fæde maculati, ut carnis se manciparet
spurcias.

Modestia car-
pitur Ban-
dellus. Vnde non possum non succensere predicto Bandello tum propter iniustam viro san- XIV.
ctissimo fædissimam maculam, tum propter fædiorem modum eandem sauius indi-
gnis verbis inculcandi, tum demum propter alias multas, quas passim in suis scriptis,
rebus nostris itagogavit iniurias. Vices rependerem offensamque remetiter, nisi quem
gero summum in sacrum Dominicanum institutum, affectus me detinetet, & velim vi-
deri potius mala ferre quam referre. Christianum maximè religiosum magna in dicen-
do decet modestia, hanc quam præ me fero, & in meis promitto qualibet cumque scri-
ptis, in aliis etiam summe desiderauerim, praesertim cum de aliorum rebus magnatrum
que familiarum principibus, & viris illustribus pertractant. Si quid est in quo reprehendi-
tantur, si excusari non possunt, Christianè arguantur; veritate in aliquando si non de-
bet celare, minus decet conuertere in contumeliam. Laudi amplior patere debet cam-
pus, quam in opprobrio; exaggerationis verba in encomio, quam in vituperio tolerabi-
liora.

Bonus. c. 1. Præter hanc castimoniaz virtutem, alia inerat iuueni Francisco, videlicet diuitius XV.
legend. ma-
ior. indita quædam ad pauperes miseration liberalis; qua secum ab infancia crescens, tanta
cor ipsius benignitate repleuerat, ut iam Euangeli non surdus auditor, omni propone-
ret se perenti tribuere, maximè si divinum allegaret amorem. Cum autem scilicet nego-

tiationis intentus tumultibus, pauperem quendam pro amore Dei perentem eleemosy-
nam, præter solitum vacuum repulisset, statim ad cor reuersus, cucurrit post ipsum, &
eleemosynæ illi clementer impensa, promisit Domino Deo, quod nunquam ex tunc,
dum esset possibilitas, perentibus pro amore Domini se negaret, quod usque ad mor-
tem indefessa pietate obseruans copiosa in Deum dilectionis & gratiae incrementa pro-
meruit. Aiebat enim post cum iam perfectè Christum induerat, quod etiam existens in
habitu seculari vocem diuini expressiuan amoris audire numquam sine cordis immu-
niratione valebat.

Alio item
curates. Porro mansuetudinis lenitas cum elegancia morum, patientia & tractabilitas supra XVI.
humanum modum, munificentia largitas ultra suppetentiam facultatum, quibus bonæ
indolis

indolis adoloscens certis florere conspiciebatur indiciis, quædam videbantur esse præ-
ludia, quod copiosior super eum fore in posterum diuinæ benedictionis abundantia dif-
fundenda.

XVII. His virtutum præfigiis motus, vel, ut creditur, eruditus à Deo, vir quidam de Assisi Indidem.
valde simplex, cum aliquando per ciuitatem eunti obuiaret Franciscus, deponebat pal-
lium, sternebat ipsius pedibus vestimentum, afferens omni fore Franciscum reverentia
dignum, ut pote qui esset in proximo magna facturus, & ob hoc ab iuuenitate fidelium
magnificè honorandus.

XVIII. Ad annum 1120. iuadente terras Ecclesiæ & tyrannicè possidente, seu regnante in Chron. Mi-
Piceno, Aemilia, & Umbria Marcomaldo, alii Marquardo, Imperij Seneschallor, ciuile
erat Assisitibus cum Perusinis bellum, in quo Franciscus cum quibusdam ex suis con-
ciubus facti sunt hostibus in prædam. Ille nihil tristior factus ex euentu semper iocun-
dabatur, animoque & facie semper hilari vinculorum superabat molestiam. Quo nihil
zgrius ferentes concipiui amici / molestum etenim est tristibus socios videre iocundos;
qui cunctos vellent suis condolere miseriis / indignabundè dixerunt: quid / quæsumus/
nobis collacrymantibus, & præ mætore deficientibus, tu solus tam abundè lataris?
Si præ iuuenili leuitate tuam non sensis captiuitatem, saltem pro hominum urbanitate,
nostræ condoleas miseris. Quibus respondit, vestrum misereor, mihi spiritu libero, etsi
corpo capitulo, gratulor. Quem etenim hic videtis vincis constrictum, post hac agno-
scetis toto orbe venerandum.

XIX. In ipso carcere quidam erat ex sociis valde seditiosus & dyscolus, cuius genius, & Indidem.
inclinatio cæteris ingratia, proptereaque ab omnibus derelinquebatur. Cuius Franciscus Misericordia ex-
misertus, ei totus adhæret, solitarium comitatur, desolatum consolatur; & moribus
asperum salutaribus lenit consilii. Socios etiam ad miseri excitat compassionem, ro-
garque, ut non tantundem viciosos mores horreant, ut personam condemnent, à suo-
que consortio reliquant. Qua miseratione, & derelicti relevauit tristitiam, & sociorum
sibi conciliauit amorem, qui in posterum iuuenis laudabant charitatem, etiisque sum-
mopere desiderabant amicitiam.

De Francisci Conuersione. §. 4.

- I. **V**AM VIS quæ diximus tantarum scinna virtutum Deus iuuenis Francisci præ-
cordiis indiderit, ignorabat adhuc circa se consilium Dei, pro eo quod tam iuf-
fione patris ad exteriora distractus, quæ corruptione naturalis originis ad inferiora de-
pressus, nondum didicerat contemplari cælestia, nec assueverat degustare diuina. Et quia spirituali auditui dat intellectum inflictæ vexatio, facta est super eum manus Domini,
& immutatio dexteræ excelsi diutunis languoribus ipsius corpus affigens, ut coape-
ret animam ad sancti Spiritusunctionem. Dura hæc prauitatis humana: condicio, quæ
facilius suppliciis frangitur, quam consiliis flectitur, citius eritur, quam lenitur. Ita
duræ cervicis, & errabundæ semitæ populum ut ad rectum reduceret tramitem Domini-
nus post multas, quas inaniter voces effudit, multaque per suos prophetas in vanum qui-
nistrata consilia, hoc ultimum, luxurianti hominum generi congruum, excogitauit.
Ecce, inquit, ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam gam maceria, & semitas suas non inueniet. Ofer. 2.
Id multis peccatoribus familiare, ut ad virtutem potius cogantur, quam allianter, &
tunc incipient resipiscere, cum iam amplius non licet despere. Dum obstructas spinis
tribulationum semitas perditionis, quas terere solebant, inueniunt, tunc reuertuntur ad
cor, veritatisque viam vel inuiti sequuntur.
- II. Corpore plectitur Franciscus, ut mente sanetur, nec per prolixum morbum licet iam Brigit. in re-
sequi, quod antea placuerat secati. De hac infirmitate intelligendus locus ille apud B. uelat exca-
Brigitam, in quo B. Virgo Maria moribundam confortans, dixit. [Sanctus Franciscus vag. c. 67.
diu fuit infirmus, & tamen tunc fecit fructum, & velle Dei, sed postea sanatus est, & fe-
cit maiora quam infirmus.] Paulatim tunc desuavit vitiis longis malis attritus, nec
tunc cogitauit, quæ prius vanè concupierat. Cum vero paululum à doloribus respiras-
set, cœpissetque melius habere surgens à lecto, infirmasque vires baculi adiuuans subsi-
dio, petræxit ad locum domui vicinum, unde circumadiacentes agtos florentesque vi-
nas animi refocillandi gratia possit intueri. Cœpit curiosus omnia circumlustrare lumi-
ens.

tribus, ut quæ antea placebat; viridantis prouinciaz attideret amoenitas. Sed rem frusta teneavit, nec enim ridentia prata illi arriserunt, nec pulchritudo agrorum illi pulchra apparuit, nec quidquam delectabile, omnia iam fastidientem, potuit delectare. Mirabatur ipso sublato, & pleham hanc mutationem, & ad socios suos vanitatum coamatores, & cooperatores cogitarum conuertens, eos stultissimos, & insanos reputabat. Cœpit itaque sibi ipsi aliquantuin vilescero, & in contemptu quadam habere quod prius in admiratio habuerat amore. Non tamen plene peruersa vanitatis reliquias absteret, nec mundanza seruitutis graue ingum excusit. Difficillimum etenim est assueta relinqueret; & animo altius impressa non absque labore delenatur. Recurrit animus longo tempore assuafatus, ad blandimenta præterita, quorum non tam facile obliuiscitur, dum plerumque assiduitate vitium veritur in naturam.

*Leg. Greg.
pona.*

*Pius in pauperes.
Bonau. cit.*

*Mysteriora ci-
mmissa vi-
fie.*

*Rodulp. lib.
1. fol. 6.*

*Rodul. cita-
tus.*

Maria. c. 2.

Mar. 1. p. 1. r.

*Arma im-
pat.*

*Supra 5. 1.
n. 18.*

Pand. lib. 4.

*Vincent. &
Antoniu. ci-
tati.*

Testat proinde Franciscus, iam robustior corpore, & firmorem adeptus salutem, fuge diutinam manum, & paternæ correctionis paulisper oblitus, arridentibus sibi iterum prosperis, cogitat quæ sunt mundi, ac aliquantum ignarus consilij Dei, ad seculi vanitatem mente, & cogitatu reuertitur. Induit se cultioribus vestimentis, & nobiliori clavis animo magna meditatur, quæ Deus iam iaciebat spiritualis magnitudinis occulta fundamenta; ad scutuli referens honores magnorum se principem futurum, sibi ipsi promittit. Crevit tamen in eo erga pauperes miseratione in quos assiduè liberalior; quo scumque obuios vel pecunia iuuabat, vel aliqua sui ipsius ueste donabat. Occurrat ei extra muros ciuitatis genorosus quidam miles, sed pauper, laceraque ueste servicetus, cuius fortem miseratus, suo se amictu exxit, & militem extrita penula nudatum suo uestimento conuestit, ut simul in uno genituum impleret pietatis officium, quo & nobilis militis vescundiam tegeret, & pauperis hominis penuriam reuearet.

Nocte verò sequenti cum se sopori dedisset; Palatum speciosum & magnum cum militaribus armis, Crucis Christi signaculo insignitis, clementia sibi diuina monstrauit, ut misericordiam pro summi Regis amore pauperi exhibitam, militi præstenderet incomparabili compensandam esse mercede. Vnde & cum quereret cuius essent illa omnia? Sua fore, militumque suorum superna fuit assertione responsum. Euigilans itaque mane, cum nondum haberet excitatum animum ad diuina perscrutanda mysteria, nesciretque per visibilium species transire ad contuendam inuisibilium veritatem: magis fore prosperitatis indicium estimabat insolitam visionem. Illud hic obiter admonuerim in eo erasse Rodulphū quod non Assisi, sed Spoleti hæc visionem Franciscum referat accepisse.

Dispositus itaque generosus iuuenis diuinæ adhuc dispositionis ignarus se conferre in Apuliam ad quendam insignem, & liberalem Comitem, quem Gentilem vocant Rodulphus & Marianus, & ex præcipuis cruce signatorum fuisse censem Marcus Vlissiponensis. Sed sub hoc tempore, quo paululum ante suam conuersionem sub anno 1205. huic se accinxit itineri Franciscus, nullius Apulæ Comitis, fama celebris, vel armorum gloria insignis, qui Gentilis voceretur, apud chronologos mentionem inuenio. Ego Comitem hunc iudicem Guakerum à Brenna (quæ in Barco Comitatu vrbs est ad Arianum fluvium sita,) Geraldi Comitis Brennensis filium, fratrem verò Ioannis Breonensis, qui postea Hierosolymorum Rex creatus est, & Tancredi Regis generum, quem Innocentius III. cum multo milite, & copioso numero misit in Marconaldum tyrannum, de quo superitis, Ducatum Apulæ, & Siciliæ Regnum inuadentem, ut ex epistolis 38. & 39. eiusdem Pontificis exscribitur, & quem eodem annuente Pontifice à Galliarum Rege Phi-

lippe II. Adeodato nuncupato, missum ait Pandulphus de rebus Neapolitanis, ut pro Sybilla Normaona, Taureni Normanni uxore Neapolitanum Regnum possideret, qui multa obtenta victoria totam ferme Apuliam in suam rededit potestatem. In hunc ergo (quem ex urbanitate, tobo, morum præstantia Itali *Conte Gentile* dicebant, quod Rodulpho & Mariano circa nomen dedit ansam errandi) obsequio sperans magnum aliquod decus adipisci militiae, ut ostensa sibi visio prætendebat, nobilem quendam suum conciuem, qui sub eodem Comite militatutus illuc pergebat, ut cum Bonaentura eius socii, plurisque legendæ restantur, voluit comitari. Hæc illius intentæ in Apuliam præfessionis occasio, non negotiationis causa, ut ex Vincentio Bellouacen. transcripsit Antonius, nec proficisciendi propositum sequuta est prædicta visio, ut illi autem, sed præcessit. Parat sibi fulgentia arma, splendidas uestes, aliaque militæ ornamenta; vulnus plus solito festinus, & latens suis valedicebat, sui itineris, & letitiae rationem interrogantibus reddens, sibi certo constare magnum se Principem futurum.

III.

V.

- VI. Iter aggressum, Spoletum peruenisse referunt tres socij in eius legenda, & Pisanus licet proximam ciuitatem non præteriisse dicat Bonaventura, cum Spoletum non sit prima ab consilio ciuitatis in via Flaminia, qua tendatur in Apuliam; alia forsan incepit via, nec villam ante Spoletum ingressus est ciuitatem, ita ut verum afferuerit Bonaventura; proximam hoc sensu vocando. Anticipiti narratione nullius ciuitatis facta mentione, ait Leanus, cito. I. Marcus, vnius diei dumtaxat iter perfecisse, quo tamen commode satis Spoletum per Blon. Vnde M. distans, peruenisse potuit, communiter autem in hoc conspirant scriptores, ut in ipsa Spoleti vrbe ab incepto itinere à Deo sit revocatus sequenti vistone. Vedit, & audiuit in nocte Dominum familiari sibi allocutione dicenter; Franciscus quis potest melius facere tibi, Dominus an seruus? Diues an pauper? cui cum Franciscus responderet, quod tam Dominus, quam diues facere melius potest; intulit statim; cur ergo reliquis pro seruo Dominum, & pro paupere homine diuitem Deum. Et Franciscus: quid me vis facere Domine? & Dominus ad eum; Reuertere in terram tuam, quia vivis, quam vidisti, spiritualem præfigurat effectum non humana, sed diuina in te dispositione compleendum. Mane itaque facta cum festinatione reuertitur Assilium secutus, & gaudens & iam exemplar obedientiz factus, expeditabat Domini voluntatem.
- VII. Paucis post diebus cum conuenerunt adolescentuli amici præteritæ vanitatis socij, pri- mæque offeruot in ludis, quos præparabant. Admisit officiosè, ne contristaret amicos, quod offerebant, magnamque & laetam eis præparauit cenam, ut splendidè & cum honore eis valediceret. Cæna facta comitatur abeentes, sed excentem statim præ foribus præoccupat meditatio cælestium & seria consideratio vanitatum terrenarum. Repente visitatur à Domino, tantaque repletur dulcedine, ut nec loqui, nec loco se potuerit mouere. Adeò eum sui iuris fecit illabens spiritus, ut nihil aliud sentire, vel audire vixit sit præter id quod internè suggerebatur. Ipse postea huius illapsus seriem confessario aperiens, fasilius est tantundem extra se raptum, ut vel in frusta conciso nihil posset sensationem causare. Hærentem, & loco immobilem, ut retro aspicientes perspexerunt fodales, reuertentes horruerunt ad viri stuporem. In se demum reuersum velut iocosè interrogarunt, quænam tam profunda meditatio eum occupauerit? quidve tam altè secum cogitauerit an forsan de ducenda vxore tam hæsitabundus pensitarit? Quibus ille serio ab interiori motus spiritu, respondit; se pulcherrimam, & nobilem sponsam qua nec pulchrior, nec nobilior alia, sibi asciturum. Verba haec monent tres eius socij non à se, sed à Deo inspiratum dixisse, eoque retendisse, ut quam fundatus erat in summa paupertate, nobilissima, & pulcherrima innueretur religio.
- VIII. Ex tunc à publicæ negotiationis tumultu se subtrahens supernam devote preciabatur clementiam, ut quid sibi foret agendum, ostendere dignaretur. Quemdam sibi familiarem ad loca secretiora sepius euocabat, eoque defortis expediente, & quid ageret, ignorante, quandam cryptam intrabat, ibique cum lacrimis cælestem orabat patrem, ut viam eius dirigens, suam ei plenius ostenderet voluntatem. Cum autem ex frequenti orationis vsu flamma desiderij cælestis in eo vehementer succresceret; & iam pro amore supernæ patriz terrena omnia despiceret, quasi nibil, thesaurum sentiebat se reperisse absconditum, ac velut prudens negotiator margaritam inuentam, excogitabat venditis omnibus comparare. Adhuc tamen qualiter id ageret ignorabat; nisi quia ipsius suggrebatur spiritui, quod spiritualis mercatio à mundi contemptu sumat initium, Christique militia sit à sui ipsius victoria inchoanda.
- IX. Quadam itaque die dum equitaret per planiciem, quæ subiacebat ciuitati Assisi, leprosum quendam habuit obuiam, cuius inopinatus occursum ei non paruum incusit horrem. Recurrens autem ad perfectionis mente iam conceptæ propositum; & recolens quod oporteret se ipsum primum devincere, si vellet effici Christi miles, ad deosculandum cum, equo delapsus adcurrit. Qui cum manum ad stipem extenderet, cum pretius osculo cum pecunia donauit. Exinde equum descendens, cum circumquaque in campo vindique libero oculos distulisset, leprosum nusquam confinxit. Quod diuinum spectaculum fuisse ratus, laudes capiit Domino decantare deo, & ad maiora sui ipsius victoriz exercitia semet excitare.
- X. Solitaria proinde loca quærebat amica miseribus (quæ etiam in sua conversione magna suggerebantur Augustino velut ipse testatur, tanquam ad negotium Rendi aptiora) in quibus dum gemitibus inenarrabilibus incessanter intercederet, post longam precium instantiam, à Domino meruit exaudiri. Num enim una dierum sic sequestatus oraret, & praenuntiaret

præ niniestate feruoris totus esset absorptus in Deum : apparuit ei Christus Iesus , veluti cruci confixus : ad cuius conspectum liquefacta est anima eius & memoria passionis

*Apparet ei
Christus cru-
ifixus.*

*Matth. 16.
14.*

*Isai. 1.4.
Leprosi pro-
pter Christi
obsequiosus.*

*Francisc. in
testam. in
pine. Legen. triū
sociorum.*

Induit ex tunc spiritum paupertatis , humilitatis sensum & affectum intimæ pietatis . **XI:** Nam cum prius leprosorum non solum consortium , verum etiam longinquum contumum vehementer horret , iam propter Christum crucifixum , qui iuxta verbum Propheticum contemptibilis vel leprosus apparuit ; ut semetipsum plenè contemneret , humanitatis & humilitatis obsequia leprosis benefica pietate præstebat . Id vel ipse dictum voluit in suo testamento illis verbis . *Cum essem in peccatis , nimis mihi videbatur amare vi-
dere leprosum ; sed ipse Dominus conduxit me inter illos , & feci misericordiam cum illis .* Eo autem erga eos factus est liberalior , & benignior , quo clarius accepit in oratione à Domino hoc cæleste responsum : Francisce omnia quæ carnaliter dilexisti , & habere desiderasti , oportet te contemnere , & odire , si meam vis agnoscere voluntatem , nec te terreat noua se- mita , nam si ea quæ tibi antea placebant , modo amaricabunt ; quæ antea displicebant , summe delectabilia , & suauia videbuntur . Ita se expertum ipso euentu testatur in codem testamento , dicens , & recedente me ab ipsis (id est à peccatis .) *id quod mihi videbatur ama-
rum , conuersum fuit in dulcedinem animæ & corporis .* Magnam ergo posuit curam in vincendo quem concipiebat horrorem , visis vel à longè leprosis , leprosorumque habitaculis , quæ auersis oculis , obturatisque naribus solebat pertransire . Illorum hospitalia vel xenodochia sibi inuisebat , leculos versabat , plagas souebat , sanies exprimebat , erumpentesque tergebat vel lauabat , largissimas discedens erogabat elemosynas , & multo compassionis affectu manus eorum osculabatur , & ora .

*in pauperes
miseriorum.*

*sacerdotio
quoscumque
honoris , &
venerabilis
sue.*

Sacerdotibus deinde pauperibus reverenter subueniebat & pie , præcipue in ornamenti altaris , quo & cultus divini particeps fieret , & cultorum inopit supplementa præberet . Emebat preciosas pallas , corporalia , aliisque linceamina , quæ agni immaculati incurrunt oblationi immediatus inseruiunt , atque ad pauperes transmiscebatur Ecclesiæ ; si quid inter missarum sacrificia videbat deesse , vel indecenter , aut indignè reponi in altari , statim Ecclesiæ ministris suani offerebat opem , ut vel indigentia , vel indecentia possit occurri .

*Vesperarum
Apostolob-
rum.
Mane. c. 2.
§. 5.*

Desiderabat quam maximè in ignoram aliquam pergere Regionem vbi voluntariam , **XIV:** quam iam corde suscepit , posset sc̄lari paupertatem . Religiosa demum statuit deuotio ne limina visitare Apostoli Petri , ut Apostolicam sedatus vitam , ab Apostolorum crudeliter Princeps , siuquam affectuosius ei commendare desiderium . Basilikam ingressus aliquorum consideravit tenues oblationes , aliisque indonato sancti Apostoli sepulchro recedere animaduertens , sibi tacitus dixit : Irane tam frigida erga Apostolorum verticem deuotio ? quomodo non sua , imo & semetipso homines non offerunt in loco in quo tanti Apostoli sacrum corpus requiescit ? & illam non magnificentius honorant Petram , supra quam totius Ecclesiæ machinam Christus construxit ? Ec statim multa extracta pecunia ad Apostoli tumulum magno fudit affectu . Deuote inox salutato facio limine sui cordis desiderium vota , & affectum beato Petro expandit , intentiusque orauit , ut quod Deus in eo interius incepit , sua dignaretur adiuuare intercessione ; & quos corde concepit cœlestes ignes , sua prece soueret , nec aquis tribulationum extingui aut terrenarum rerum curis suffocari permetteret , sed in maiores flamas divino flatu succéderet .

Ab oratione

XV. Ab oratione rediens conspecta pauperum multitudine ante fines Ecclesiz partim pie-
tatis ductus dulcedine, partim paupertatis allectus amore, vni ex eis magis elegantibus pro-
prias largitus est vestes, & seminictiis contextus illius, diem illum in medio pauperū, cum
insolita spiritus iocunditate transagit: ut & secularem gloriam sperneret, & ad perfectio-
nem Euangelicam gradatim coadveniendo perueniret. Factum hoc refert Marc. Vlslip.
aliquantum post primam viri conuersationem, & aliquoto clapso tempore postquam re-
nunciata hereditate paterna iam apud exterias partes mendicitatem exercuit. Sed ceteri
authores, qui exactius sancti viri vitam descripserunt, illud eius conuersioni præponunt,
notantque præludiuni fuisse & experimentum paupertatis, & mendicitatis postea obeun-
da. Voluit imaginaria illa paupertate ad veram semet exercere, magnisque pristinos imi-
tari viros, qui huiusmodi præludiis ad magnam deuenerunt perfectionem. Certe bonus mi-
les futurus, in media pace decurrit, sine ullo hoste vallum iacit, & superuacuo labore lassatur, ut suf-
ficere necessario posse. Quis in ipso re trepidare noluerit, ante rem semet exercet. Franciscus pau-
perissimus mox futurus, pauperumque normam prescripturus, ad paupertatem secundam
aliorum veitur magisterio, & inter ipsos mendicos primas probat mendicitatis exuias.

XVI. Ad limen Petri felici omnié prium trivit liten paupertatis Apostolicam paupera-
tem mox sectatus. Primum hunc mendicitatis aggressum suauorem expertus est, quam
ante cogitauerat, & valde placuit, quam prius hortuerat. Totus ergo hilaris resumpta ve-
ste decenti in patriam reuertitur, instantiisque orat Dominum, ut per sanctas paupertatis
semitas suos gressus velit dirigere. At à sancto proposito feruentique oratione eum de-
terrere sapius dæmon intentat, timens ne altiores ageret in virtute radices. Hominē antea
delicatulum & comprum vario timore voluit illudere. Erat quædam in ciuitate mulier-
cula deformi gibbo monstruosa, ad cuius aspectum antea horrebat Franciscus. Deformem
huius vetula sarcinam diabolus in oratione apparet, horribilitet sed ridicule, minabatur
se iuueni impositurum, nisi à concepto proposito resiliret, & à precamine recederet. Sed
nouus tyro iam fortior effectus, diaboli minas irridebat, feruentisque precabatur in cri-
ptis, & abditis specubus, ut eius insidias tenuis euaderet. Dehinc ardenter quotidiæ fere-
batur desiderio, ut opere compleceret, quod mente conceperat; maiorique cruciabatur do-
lore ob adolescentiam sine fruge transactam. Mortificationi deinde carnis inuigilabat
attentius, ut Christi crucem, quam interius ferre incepit in corde, exterius etiam cir-
cumferret in corpore, & totus Deo adhæreret, qui eo usque mundo seruierat.

XVII. Agebat autem omnia hæc vir Dei Franciscus nondum habitu, vel conuictu sequestra-
tus à mundo, interiorisque duntaxat motionem spiritus sequebatur in sanctis illis pra-
ludiis, nec enim ut docet Bonaventura, doctorem habebat aliquè in huiusmodi, nisi Chri-
stum, licet Marianus assertat eum in aliquibus consuluisse Dominum Guidonem sive ci-
uitatis Episcopum. Addidit autem Christus sua clementia eum in gratie visitare dulce-
dine. Dum enim die quadam egressus ad meditandum in agro deambularet iuxta Eccle-
siam S. Dainiani ad 400. P. in ipso collis declivio, distantem à moenibus ciuitatis, quæ mi-
nabatur præ nimia vetustate ruinam, & in eam instigante se spiritu, causa orationis intras-
set, prostratus ante imaginem crucifixi non modica fuit in orando spiritus consolatione
repletus; & ter sequentem hanc oratiunculam, quam ego intet sancti viri opuscula tonio
primo reposui, quanto potuit, recitauit affectu. Magne, & gloriose Deus & Domine mi Iesu
Christe, illuminâ oro te, tenebris mentis mea. Da mihi fidem rectam, spem certam, & charitatem per-
fectam. Fac ut cognoscam te Domine, ita ut ego in omnibus omnia secundum tuam scientiam &
veram voluntatem perficiam. Amen. Cum vero lacrimolis oculis intenderet in Dominicam
crucem, vocem de ipsa cruce dilapsam ad eum, corporeis exceptis auribus, ter dicevem:
Frâcise vade, & reparâ domum meam, quæ ut cernis, tota destruitur. Tremefactus Fran-
ciscus, cum esset in Ecclesia solus, stupet ad eam mirans: vocis auditum, cordéque per-
cipiens diuini virtutem eloquij, mentis alienatur excessu.

XVIII. In se tandem reuersus, ad obediendum se parat, & totum se recolligit ad perficiendum
mandatum de materiali Ecclesia reparanda, licet principalior intentio verbi ad eam fer-
etur, quæ Christus suo sanguine acquisiuit, sicut eum Spiritus sanctus edocuit, & ipse post-
modum fratribus reuelavit. Exiens verò Ecclesiam, inuenit propè eam sedenteum sacer-
dotem nomine Petrum, qui xdiculæ curam agebat, cui ex tempore aliquantulam tradi-
dit pecunia summam, ut ad maiorem illius crucifixi reuerentiam coram lampadem ap-
penderet, quæ continuo arderet, in conspectu eius, ad cuius intuitum & vocem ignis in eo letem. 11.
exarsit grandis loqua. Addidique, ut exhausta illa pecunia se conueniret, qui libenter
quidquid habebar, in illius Ecclesiz obsequium ministraret.

XIX. Ab illa itaque hora ita vulneratum, & liquefactum est cor eius ad memoriam Domini-
nicæ passionis, quod semper dum vixit, quæ Christus in sua Sanctissima carne sustinuit, ut Deum a
ille in saecula iam mente portarit. Elebat adeò amare Christum passum, & quos pertulit capilla.

Apparatus

dolores, adeò amare recogitabat, ut non lacrimas, sed sanguinem effundere videretur, ita etenim rubebat oculi, cum ex oratione rediret, ut omnia sanguine apparerent. Dehinc sacram & salutarem hanc memoriam magna cibi, & potus adauxit abstinentia, & ut iuueniles in se puniret excessus, nullum non excogitabat mortificandi corporis artificium.

Pro reparatione de Ecclesia pannorum vestimentorum. VIII. M. P. ab Affilio Spoletum versus distancem, festinus accessit, ibique venditis, quæ portauerat, equum, cui tunc infederat, felix mercator assumpto pretio dereliquit.

Anton. cit. Sed ne in longum protraheret, quod Christum ex Cruce præcepisse iudicavit, signo secundum muniens Crucis, constanti animo pannos assuorabit venales, & ad ciuitatem Fulginei Italiam *Foglino* VIII. M. P. ab Affilio Spoletum versus distancem, festinus accessit, ibique venditis, quæ portauerat, equum, cui tunc infederat, felix mercator assumpto pretio dereliquit. Rediensque Assisium, non equo, sed pedes, ut haberet Antoninus, qui tamen præpostero, & inuerso ordine venditionem hanc superiori crucifixi alloquio præposuit, Ecclesiam, de cuius reparatione mandatum accepit reverenter intravit, & inuenito illic predicto Petro Sacerdoti pauperculo reverentiam decentem exhibuit, & ad reparationem Ecclesie pauorūque vsum pecuniam obrubit, & ut secum se morari pateretur ad tempus humiliter requisiuit. Acquievit sacerdos de mora ipsius, sed timore paratum pecuniam non recepit, quam verus pecuniarum contemptor in quamdam fenestrā, vel abacum proiiciens, abiectam velut puluerem vilipendit. Prudens profecto consilium, ut graui se exoneraret pecuniatum pondere, qui illum sequi proponens, qui exultauit usq[ue] gigas ad currēdā viam.

Psalm. 110. Secund. de diuin. prouid. c. 6. Hieron. 1. ad uer. Iouani. 7. Vel ipse Philosophi malo se hoc onere leuabant, aurū argenteique talenta, aut prolixcientes, aut contēnentes. Democritus proiecit diuitias, onus illas bonæ mētis existimans. Quin & Crates Thebanus proieclo in mare non paruo auri pōdere; Abite, inquit, pessum male cupidates: ego vos mergā, ne ipse mergar à vobis. Franciscus expeditam, & liberā à retum terrenarum cura mentem voluit habere, ut nihil amplius, nisi quæ Christi erant, cogitaret.

Proiecit ergo has malas cupiditates, ne animū possiderent. Adhuc illa extat fenestra hoc pecuniarum contemptu celebris, inuisitūque à Francisci rerum indagatoribus, ad dextram ingredientis zdiculam.

Fadum hoc calumniandum hereticū. Alcora. Generu. pag. 109. & 179. Procl. 18. 14. Cuiac. ad 1. 9. filios familiis. ff. de donatio. verbis. donatio. 1. n. 1. in qdi. 1. qui in po. test. 1. filius famili. ff. de testam. fac. pos. & ipso præsens expertus sum pietatem spirant, facile hereticorum cessit calumnia, & absque Regia l. 11. villo negotio Franciscum peccasse concedit. Mihi verò aliter videtur, & Dei virum non tñ. 1. part. 6. docer. 1. o. 1. r. rub. de & palam loquente præceptum, ut Ecclesiam repararet; & licet alio tenderet præcipientis intentio, etiam de illa zde resarcienda iniunctam sibi curam intellexit. Perquam optimè nouit Christum impossibilia non iubere, intulique non improbabiliter, ut diuino obsequeretur mandato, sibi licere bonis se ingerere paternis, si propria non supperebant, neque tunc mendicare fas esset, nec si ad stipem sedere licet, adeo facile aut brevi colligi potuisse, quæ omnino necessaria erant, ut quod accepit præceptum, exequi valeret. Qui apolog. c. 6. ergo posset ruinosam redificare Ecclesiam, vel eius imminenti ruinæ statim occurrere, Liberatur à qui sui iuris nihil habebat: aut quomodo supremi Domini obtemperaret mandato, si paterni dominij iura omnino veller illæ? Non dubitauit, quod ipse idem qui filii Israel, Egyptiorum pretiosa supellestilia licet potuit concedere propter supremum, & excellens in res humanas dominium, ei etiam qui ex priuilegio hæreditis quasi paternorum bonorum dominus esse existimabatur autoritatem possit tribuere, ut ex bonis paternis Deo iubentibus valeat ministerium præbere Dei, inquit D. Tho. sunt omnia, & cui volebit, tribuunt illæ, quare etiam quæ velit, in sua non accipiat obsequia? Qui ergo ad Dei ministerium, ad diuinum delibrum patulo ipsius Dei imperio reparandum aliquid accepit, quod Patris videbatur,

Certè Henricus Sedulus, vit alias probus & doctus, cuius opera ingenuam quam in XXII. Regia l. 11. villo negotio Franciscum peccasse concedit. Mihi verò aliter videtur, & Dei virum non tñ. 1. part. 6. docer. 1. o. 1. r. rub. de & palam loquente præceptum, ut Ecclesiam repararet; & licet alio tenderet præcipientis intentio, etiam de illa zde resarcienda iniunctam sibi curam intellexit. Perquam optimè nouit Christum impossibilia non iubere, intulique non improbabiliter, ut diuino obsequeretur mandato, sibi licere bonis se ingerere paternis, si propria non supperebant, neque tunc mendicare fas esset, nec si ad stipem sedere licet, adeo facile aut brevi colligi potuisse, quæ omnino necessaria erant, ut quod accepit præceptum, exequi valeret. Qui apolog. c. 6. ergo posset ruinosam redificare Ecclesiam, vel eius imminenti ruinæ statim occurrere, Liberatur à qui sui iuris nihil habebat: aut quomodo supremi Domini obtemperaret mandato, si paterni dominij iura omnino veller illæ? Non dubitauit, quod ipse idem qui filii Israel, Egyptiorum pretiosa supellestilia licet potuit concedere propter supremum, & excellens in res humanas dominium, ei etiam qui ex priuilegio hæreditis quasi paternorum bonorum dominus esse existimabatur autoritatem possit tribuere, ut ex bonis paternis Deo iubentibus valeat ministerium præbere Dei, inquit D. Tho. sunt omnia, & cui volebit, tribuunt illæ, quare etiam quæ velit, in sua non accipiat obsequia? Qui ergo ad Dei ministerium, ad diuinum delibrum patulo ipsius Dei imperio reparandum aliquid accepit, quod Patris videbatur,

videbatur, non secundum illud Salomonis editum, particeps est homicidz, præsertim cum aliunde, & ex multiplici, ancipitique illius loci sensu, tanti sceleris communionem aut pœnam possit Franciscus euadere.

Quid quod nec planè constat an illa bona fuerint Francisci Castrensis, vel quasi Castrensis, de his etenim potuit libere disponere, & in Ecclesiæ structuram ea licet erogare. Licer enim patri Castrense peculium acquiri videatur (iure namque ipso, ut docet Cuiac, patri acquiritur) tamen ex constitutionibus, ut inidem doceat, dantur quædam priuilegia filio in peculio Castrensi, ut in eo sit tanquam paterfamilias, & de eo possit testari. De rebus etiam ubi à parentibus concessis, ut pro se lucretur, posse filium fam. donare cōsanguineis vel præceptoris, quæ placuerit rationabilia, docet cum aliis Emanuel Roder. multo magis Deo ipsi præcipienti, vnde autem sciri poterit hæc Francisci dona, ex huiusmodi non esse peculio? Tertiò, potest pater adhuc superstes legitimam, vel eam, quæ filio contingit, bonorum suorum portionem liberè consignare, ut doceat cum aliis probat Tellus Hernand. ita verò Petrus Bernardonis Frâcisco filio dedisse, non est omnino improbabile, præsertim cum Franciscus ab aliquot mensibus magno ferretur desiderio, sèculo valedicendi, suaque pauperibus distribuendi, ad quos tacitos usus forsitan à patre petiti portationem. Quartò, qui mori voluit sèculo religiosamque aliquam habuit in mente vitam, potuit causa mortis habito, vel certo supposito patris consensu aliqua donare, ut docet Cuiac. immo & eodem consentiente, de rebus aduentitieis, licet eorum structus non sit Patri quæsus, testari in piam causam, ut docet Couar. Adde, alios esse casus in quibus Sylvestris ait licere filio fam. bona aliis donare, ut si habeat liberam peculij administrationem, & in aliis plerisque euentibus.

XXIII. Nec viam præcludit his solutionibus apertisque rationibus patrē bona hæc tamquā sua postea repetiisse, proindeque videri nec Castrensis fuisse, aut potuisse Franciscū de iis disponsare, patrīve habuisse in donatione consensum. Etenim eo usque exardere potuit patris cupiditas, ut illa tanquam sua repeteret, & quæ vel filio libere donauerit sibi reddenda vellet, vel quæ aliunde propria filii poterant esse, tam quoad dominium, quam quoad usum fructum sibi acquisita contendēret, & cuperet uno vel altero titulo filium exhibere, priuareque omnibus, quæ priuilegio hereditatis, vel ei iam consignauerat, vel eum contingere poterat. Grauem sibi factam iniuriam, & contumeliam tanta filij despicabilitate iudicabat, & populi cæca opinione in furorem versus putabat; sed utraque hac de causa iurisperiti doceat filium posse ab hereditate secludi, & quæ accepit à patre, reassumi: vel ergo cupiditate, vel iniustis his causis, res illas tamquam suas repetebat, quas nec Franciscus rerum terrenarum iam contemptor, proprias dicebat, sed vel erogandas in Dei obsequium, vel importuno patri, & necessario heredi veluti suas reddendas.

XXIV. Cum ergo tot modis possit excusari Franciscus in hoc pio Donatiuo, net constet certo illicite fecisse, tam impiuni erit ab hereticis criminis argui, quam pium & æquum à probis viris suisve alumnis, iuste defendi. Sed hereticorum consuetudo hæc est, ut dum non vivens manica quod à tergo est, sanctum quempiam virum opprimat, quia contrarius est illorum operibus, & maledictis calumniisque lacestant. Nihil est in rerum natura tam sacrum, quod sapientia & Seneca. operibus, & sacrilegium non inuenias. Sed non ideo diuina minus in sublimi sunt, si existunt, qui magnitudinem multum ultra se possum non icturi petant. Non detrahit bonorum famæ, quod à malis male audiant, nec sanctis Ecclesiæ viris nocet, quod ab Ecclesiæ inimicis vituperetur. Ut cælestia manus humanas effugiunt, & ab his, qui tēpla dirunt, aut simulachra cæflant, nihil divinitati nocetur: ita quicquid sit in probos viros, proterue, petulâter, superbe, frustra tecatur.

XXV. Non solum ab his calumniatoribus male audiuit hoc facto Franciscus, sed grauiora sustinuit à patre, qui cum domum reuenteretur, intellexisseque, quæ à filio facta sunt, & quod apud prædictum sacerdotem commoraretur, perturbatus animo, cum quibusdam ex consanguineis, cucurrit festinus ad adem, ex ea filium cum indignatione deturbatus. At ipse quia nouus erat Christi Athleta, cum audiret persequentium minas, & eorum præsentiret aduentum, dare locum ira volens propè Ecclesiam in sacerdotis cubiculo se abscondit; superuenientis verò repente patris furiam declinare haud comodi vultus, ut ad loc. & Antoniostium paternas minas audiuit, ad portæ lœvam, muro qua potuit collectione mæbrorum, adhæsit, qui vlerò suos sinus aperiens, timidum tyroneum in se recepit, ita ut duriorem inuenierit patrem, quam pariterem, mutusque hominē vicerit humanitate. Adhuc extat hæc muri concavitas in Monasterio sancti Damiani reuenter obseruata, cui ego, quo potui afflxi, & reverentia, memet immersi. Furēs Pater coniectis hinc inde oculis, dum in Camerula quæ perquirebat, minime conspicaretur, alio cum inuestigaturus divertit. Interim Franciscus è latibulo, oportuniore in noctis occasionem, prodies, in quadam occulta souet, Lucas 10. 34.

quām antea frequentare solebat, se abscondit. In ea delituit per mensem integrum, conscientia solo fido amico seruo paterno, à quo secreto, quæ virtutis opus erant, accipiebat. Rogabat interīm Dominum incessanter lachrymarum imbre perfusus, ut liberaret de manibus persequentium animam suam, & pia quæ inspirauerat vota benigno fauore compleret. Tandem post longas preces de sua diffusis virtute; spem suam totaliter iactauit in Dominum, statimque excessiva quadam completetur letitiae, ut plane sciret virtutem tunc proprius adesse diuinam, cum auxilium desperatur humanum. Nouas sibi sensit vires inesse, audaciorēmque iam factum animum ad ardua. Cœpit ergo se de pusillanimitatis ignavia damnare, excusioque mentis pauore ciuitatem versus intrepidus perrexit.

*Dreditur è
concessione.* Nouum militem vtero se pugnare offerentem, ut ciues viderunt facie squallidum, & xxvi.

mente mutatum, insensatum iudicantes, luto, lapidibusque impetrabant, & tanquam de menti & frenetico inconditis clamoribus insultabant. Famulus autem Domini nulla frater aut mutatus iniuria, ut surdus in omnibus pertransibat. Perpendit secum Apostolos

E. Cor. 1.10. etiam stultos reputatos propter Christum, quorum vitam, dum imitari voluit, sanctæ stultitiae, non horruit speciem induere. Ita in suis amandis vanitatibus exercitunt mundani,

*Epicler. in
euclypsid.* ut qui ad virtutis, & veritatis sapientiae semitas à perditionis via deflectunt, statim amantes, & stulti reputentur. Grauer Philosophus: *Sapientia studium suscipere cupis, statim te para, quasi futurum sis, ut deridearis, ut multis te subsannens. Sed si quid proficere vis, ne recusa quo-*

*29.
Laclant. in
epitom. di-
uinar. iohann.* minus ob res externas amens & fatuus habearū. Non dissimiliter Laclant. *Teneamus innocentiam, teneamus iustitiam, subeamus imaginem stultis, ut veram sapientiam tenere possumus. Ut ve-*

p. 1. ram sapientiam Christum Franciscus inueniret, imaginem subiecte stultitiae sub qua tot sustinuit opprobria à suis conciubus. Audiens autem pater apparuisse iam filium, torque

*A patre con-
cessio mani-
patum.* sponte à petulant plebe perpessum, accurrit statim non ad liberandum eum, sed potius ad perdeendum, posito omni miserationis affectu, cum improposito domum pertrahit, de-

*Matth. 5.
v. 10.* inde verbis, mox verberibus, demum vinculis affigit. Ille autem inflexibilis ad exequendum quod cœperat, promptior ex hoc & animosior reddebat, verbū illud secum recolens euangelicum: *Beatis qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Vidi ego non absque pictate, angulum ipsum obscurum, & terrum quo sub scala ædificij, arcta clausus est custodia, seruatürque ad huius pīj principij memoriā, in ipsa Ecclesia quæ nouiter constructa est in ædibus paternis, absque ylla structuræ iniuria, vel elegantis ædificij deformitate.*

*A matre lib-
eratur.* Post modicum tempus patre peregite proficidente, mater viri factum non probans, & xxvii.

infelixibilem filij constantiam emolliti posse desperans, à vinculis quem tenere amabat, absoluuit, & liberum abire permisit. Libertati restitus, gratias Deo soluit, & ad pristinum sacerdotis consortium remeauit. Rediens autem pater, cūmque domi non inueniens, cō-

*A patre do-
minus affig-
ter.* uitio illatis uxori tremens cucurrit ad locum, ut si eum reuocare non posset, saltem de prouincia effugaret. Franciscus vero confortatus à Deo, obvium vtero se obtulit patri furenti, libera voce clamans se pro nihilo ducere vincula, & verbera, insuper & contestans se pro Christi nomine gaudenter mala omnia subierunt. Videns itaque pater quod eum

ad suum desiderium reuocare non posset, ad extorquendam pecuniam se convertit, qua in fenestella inuenta, aliquantulum furor eius est mitigatus, auaritiae sui vecunque per pecunias haustum temperata, sed non expleta.

*Leg. 3. socii.
Citasur cora
consulibus
A. T. T.* Avarus nescit habere modum, nec sitim extinguunt quas haurit, sed excitant quas ob- xxviii

tinere sperat, diuitiz. Ultra acceptam pecuniam, dum plura Francisci pater exoptat, cum urbis agit consulibus, ut filius vocetur in iudicium. Requisiti moleste, praeconis voce, & personali citatione Franciscum coram patere præcipiunt. Quibus magna spiritus libertate adolescens respondit, se iam alterius ordinis evasisse, & per Dei gratiam è mundi liberatum seruitute, nec amplius quicquam sibi negotij cum mundo mundanisque principibus. Illinc credo intimasse eam se adeptum immunitatem & exemptionem à foro ciuili, quod interne, & per reuelationem acceperebat à Domino se in sortem Ecclesiastorum iam vocatum, & à mundanis perfectè segregandum, licet quo ad forum exterius, aut per leges externas immutatis adhuc vestibus non esset, unde privilegium clericale sibi potuerit vendicare, nisi forte primam iam habuerit tonsuram, per quam & si habitu non incesserit clericali, eximebatur tamè à potestate sacerdotali secundū cōmunem opinionem.

*Communis
in c. viii. de
eler. cōl. 1.6.
in c. qualiter
& c. eler. de
iudic. & pro-
batur. i.e. a.
de foro cō-
bet.* Consules vero nihil non sublime, & sanctum de viro cogitantes, quem tam repente & firmiter in virum alterum mutatum agnouerunt, acquieuerunt responso, & auido patri vterius de filio citando importune instanti, retulerūt eius verba, nec hoc negotiū in suo, sed Episcopi tribunali peragendum. Videns autem se nihil profecisse apud consules, rotus anidus pecuniae, & bonorum si quæ erant apud filium, eum ducere tentat coram Episcopo

Episcopo ciuitatis (non coram Fulginate Antistite, vt perperam saepe afferit Ioannes Marquez.) ut in ipsis manibus facultatibus renunciat paternis, & omnia redde-
ret quæ habebat. Ad querulas viri voces Francicum vocavit Antistes, ad quem ado-
lescens tanquam ad patrem animarum & Dominum dixit se ex tempore venturum. Sta-
tim ut se coram stitit patrisque querimoniam & desiderium agnouit, quoscunque habuit
suo usui nummulos, statim extraxit, dicens: Domine non solum pecuniam, quam rei sua
esse contendit, ei volo reddere libenter, verum & quæ mea sunt, vestimenta. Nec moras
patitur, nec cunctatur de aliquo, nec verba facit, nec expectat, sed continuo depositis omni-
bus vestimentis, ea patti restituit. Inuentus est autem tunc vir Dei cilicium habere ad
carnem sub vestibus delicatis, licet Iacobus Genuen. & Petrus de Natalibus in hoc sin-
gulares, exutis iam vestibus, factaque renunciatione cilicio sese induisse asseuerent. Insu-
per ex admirando feruore, spiritu ebrius, reiektis etiam femoralibus, totus coram omnibus
denudatur, & coniiciens oculos in crudum patrem absque ulla animi amaritudine pra-
claris his verbis eum affatus est: vsque nunc te vocavi patrem in terris, à modo autem se-
cure dicere possum: Pater noster, qui es in celis; apud quem omnem thesaurum reposui, &
omnem spei fiduciam collocaui.

XXIX. Verba hæc adeo egregia nullus erit, qui non proberat forsan erit aliquis, qui factum *An honeste-
re denudauerit:*
improberet, vel aliquam eius circumstantiam condemnaret. Morosi censores & delicatuli cu-
riales exprobabant omnimodam in pleno circo coram probo Antistite adolescentis nu-
ditatem, & quod membra, quæ sagax ipsa natura secretiori corporis parte, & sub imo con-
didit ventre omnium expanderit conspectui. Hæc vel ipse Apostolus *inhonestæ vocavit,* ^{1.Corin. 13.}
& maiorem exteris membris dixit requirere, vel *habere ab hominibus honestatem*, quia, vt ^{23.} *Theophyl-*
inquit Theophilactus, hæc diligentius & honestius tegimus, atque vestimus, vt etiam si ^{ibidem.}
quis toto corpore nudus sit, hæc tamen membra nudari non patiatur. Profecto si rem hæc
humano dimittamus confilio, calumniandam non dubito, quippe nec secundum huma-
*nam rationem, aut ciuilem consuetudinem licet. Sed multa facta, inquit Aug. que homini-
bus improbanda videntur, & Timonis Dei approbata sunt, & multa laudata ab hominibus, Deo re-
ste dānontur. Et ipse Frâscus in epistola enciclica ad custodes sui ordinis ait, *multas esse res* <sup>Augu. lib. 4.
confessio. 9.</sup>
in conspectu Dei nimis altas & sublimes, que aliquando inter homines reputantur pro vilibus, & ab-
icellis. Multa dicunt & aiunt sancti Dei viri, non tam humana ratione ducti, quam diuino
instinctu acti, quæ si iudicio ratiū politico, & humano discutiantur, errata iudicabuntur.
Attamen dum Dei instinctu aguntur, bona non esse nequeunt, dum in iis ductrix non
*est ratio naturalis, sed motrix est virtus diuina, quæ non tenetur apicibus legum huma-
narum. Si spiritus ducimini, inquit Apostolus, *non estis sub lege. Probe Aristoteles, & egre-* <sup>Galat. 5.
Arist. I. ~ moral.</sup>
gie satis pro naturali Philosophi captu. His, inquit, qui mouensur per instinctum diuinum, non
expedit consiliari secundum rationem humanam, sed quod sequantur interiorum instinctum, quis
*mouensur à meliori principio: Franciscum autem ab hoc motum principio, & ex admiran-
do spiritus feruore, ac spiritus ebrietate, quæ sui iuris hominem non dimittit, hæc fecisse*
*luculenter docet Bonaventura; & suam in suo seruo actionem adeò Deus honestauit, vt *Bonau. c. 2.**
*potius in laudem communiter vertatur, quam in opprobrium, iuxta illud Angelici Do-
ctoris: *Ille causus scientie & potestatis omnia subsunt, sua mosione ab stultitia, & ignorantia, &* <sup>Thom. I. 2.
q. 68. art. 2.</sup>
hebetudine, & duritia, & ceteris huiusmodi sutos nos reddit, quando per ipsum dona eius instin- ^{ad 3.}
*Etum sequimur perfelli.****

XXX. Ita plane Dei instinctui hoc Francisci factum attribuit Episcopus, qui dum cerneret, & *Nudus reci-
- admiraretur tam excellentem in vîro Dei feruorem, protinus exsurrexit, & inter brachia *purae bre-
- chus Episco-
- sua illum cum fletu recolligens, vti erat vir pius & bonus, pallio quo erat amictus operuit, pri-**

principiens suis, vt aliquid sibi darent ad membra corporis cōtegenda. Mysteriosè nudum
*fugiens, & Ecclesiæ futurus athleta, ipsis Ecclesiæ tanquam securi asyli, charis vlnis ex-
- cipitur, nec abs re seruus regis altissimi nudus relictus est, vt nudum sequeretur Christum*
*crucifixum Dominum, quem amat. Ita vere sequendus est Christus: *Nudus crucē ascēdit,* Ambros. lib.
inquit Ambros. *nudus ecce video. Talis ergo ascendat, qui faculum vincere parat, vt seculi adiu-* ^{I. 1. in c. 13.}
menta non querat. Vetus est Adam, qui vestimento quæsiuit, vicit ille qui vestimenta depositis, & ^{Lucx.}
talis ascēdit, quales auctore Deo nos natura formauit. Qualis in paradiſo homo primus habitauerat, ^{Ambrosius}
talis ad paradiſum homo secundus intravit. Sed Adam (vt pius habet Thauletus:) ob amissim <sup>Francis, co-
- munitas.</sup>
innocentiam legere se, & vestibus operire festinavit: Christus vero nudatus est, eo quod inseparabile, & ^{Tinaal. c. 13.}
illeam seruarat innocentie puritatem, nec ullo ei alio tegmine opus erat. Num Franciscus non
*tam innocens, quam vanus mundi oblectamentis adharet, & interius habet quod con-
- tegat, varia & multa exteriori se veste circundat, & dum malis se purgat & perfecta**

Apparatus

innocentia specie se cohonestat, non retinet unde se cooperiat. Appareat iam omnibus nudus, qui à nullo habet unde reprehendatur. Ita iam repente perfectus Christi Vincent Bester & discipulus eius est, ut nudum omnino nihil iam terrenum à Christi contulit. c. 9th. Iacob. Ge. tu, nisi solus carnis paries separaret. Non immerito dixerunt Iacob. Genes. & Petrus huius Petrus à Natal. exutis vestibus renunciatisque penitus mundi facultatibus, sic nudum ad Dominum conuolasse, nihil etenim iam erat terrenum, quo ad calum tendens deprimeretur.

Formas fibrae vestitae in cruce formam. Athleta nudus & expeditus ab omnibus, in palæstram descendit, ut nudus luctatur cum nudo, nec haberet unde teneretur, nec succumberet. Cui, parta iam de mundo victoria, oblatus est mantellus pauper & vilis cuiusdam agricultorū seruientis Episcopo; quem ipse gratanter suscipiens, cum clementio, quod sibi occurrit ad modum crucis manu propria consignavit, operimentum ex eo formans crucifixi hominis, & pauperis Seminudi. Sic utique se totum cruce munivit ut animam suam ligno salutis committens, per illud de mundi naufragio saluus exiret. Procellos mundi tempestates evadere cupiens, crucis habitu se circundans, salutiferse se ligauit arbori, per quam ad verę patrī portum incolamis perueniret. Arbor enim quedam in naufragiis crucis in Ecclesia, que inter totius facili blanda & pernicioſa naufragia, incolamis sola seruatur. In hac ergo nani quisquis arbori crucis se religaverit, dulces mundi procellas non timebit. Felix qui securus peruenit ad portum. Felix rerum mutatio, ut pro mundi exuviis Christi vestiret triumphum.

Sap. 10. 5. Circa annum quo hæc facta sunt, mire discrepant auctores decimum octauum tunc ^{XXXI.} Volat. 1. 11. suz zeatis annum egisse Franciscum ait Volaterran. quem sequitur Christophor. Helvic. Antrop. Helvetic. in circa annum vigesimum id factum dicunt. Petrus à Natal. & Iacobus de Vorag. vigesimum secundum enumerat Illustriss. Gonzaga in ipso lumine suz historiæ Seraphicæ Anno à Christi nativitate 1205. qui Francisci computandus est vigesimus quartus, conuerit Iacob. de sum purum alij. Sed omnibus verius annum computant Christi 1206. Antonius, Martini Polon. Sedulius. Matthæus Palmetius, & Ioannes Pineda cum aliis plerisque. Cum Gonzag. p. enim vigesimo anno à mundi contemptu communiter referatur vita defunctus, obierit. 1. chion. Quo anno 1226. consequens videtur ut conuersus dicatur ann. Christi 1206. & 25. suz zeatis, sub quo ad meliorem frugem redactum communiter dicunt historici. Nos vero eis. Anton. 1. p. iam supra statuimus natum fuisse ann. 1182. subductis ergo calculis exacte numerabitur it. 24. c. 7. eius conuersionis annus millesimus ducentesimus sextus, saltem inchoatus. Martin. ad.

1206.
Sedul in no-
tis ad vitam
S. Franc. c. 2.
Palmer. ann.

*Quam egerit vitam Franciscus post primam conuersationem, donec ordinem
instituerit Minorum? S. 5.*

*S*OLOLVVS exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupiditatum ciui- 1. sp. supra cit. spate relicta securus & liber secretum solitudinis petuit, ut solus & silens supernæ audiret allocutionis arcanum. Dumque per siluam quandam iter faciens laudes Domino lingua Francorum vir Dei decantaret cum iubilo, latrones super eum ex abditis irrue- runt. Quibus ferali animo eum paupercula lacerna spoliantibus, & quis esset interrogantibus, vir Dei confidentia plenus, prophetica voce respondit: Præco sum magni Regis. At illi percutientes cum in defossum locum niuibus plenum proicerunt, dicentes: Iace rustice præco Dei. Quibus recentibus exiliuit è fouea, magnóque exhilaratus gaudio, altiori capite voce per nemora laudes creatori omnium personare. Et veniens ad quoddam vicinum cœnobium, eleemosynam petuit ut mendicus, & recepit ut incognitus & despe- lopen. Greg. etus. Protraxit in eo aliquot diebus moras, seruiens simpliciter solo contextus industio, hu- y Maria. cit. milibus in culina deputatus obsequiis. At sentiens se patrum ibidem inter offas & ollas dam mona- in spiritu profecisse, nec à monachis ad spiritualia excitari, sed ad seruilia mancipari, illinc sferio. cœnobij incolis humanè salutatis, breui recessit.

Vestiar. ab amico Eugenio Eusebi. Inde vero progrediens, deuenit Eugubium, vbi à quodam amico pristino agnitus, & suscepimus, paupere tunicula ut Christi pauperculus est contextus, ad quod alludit Respon- sorum quintum officij diei festi: Amicum, inquit, querit pristinum, qui spretum in cœnobia tu- nica contextit. Ab hoc amico habitum illum eremiticum quo per biennium vsum fuisse Marc. lib. 1. communiter scribunt auctores, prædictam pauperem tuniculam ad tibias prominentem, c. 1. Reboll. c. 4. circumitorum, aut corrugiam quo circumductam vestein colligebat, calceos & baculum ac- Daca opulē. cepisse, sentiunt Marcus Vlissipponen. Ludovic. Rebollo, Antonius Daca, & ante hos de monacha verus chronologus Alexander Aquil. idque confirmatum iri videtur ex eo quod san- Aquilanus. atus Bon. & qui sancti viti vitâ accuratius primitus scripsierunt, post acceptâ hâc à prefato sionis. a. amico vestem, nullius alterius aliunde assumptæ ante secundâ conuersationē meminerint. At eo

At eo ipso quod priores scriptores silentio inuoluerint vbi eremiticum induerit habi- Vnde de
pia occa
monachis
Augustini
ni S. Fra
seri.
tum, vel id clarius non expresserint, nec à viro Eugubino traditum apertius asseruerint, sunt qui sibi illud vendicent honoris, quod religiosa cum insignierint cuculla, Augustinique tesi-
cera & doctrina decorarint. Afferunt habitum Eremiticum, quem omnes biennio gestasse admittunt, non Eremite liberi, neque Anachoretæ vestem, sed religiosi Augustiniani habi-
tum fuisse. coque donatum sanctum vitum à beato Ioanne Bono Montuano, in eiusque
manibus professionem solemnem aliorum religiosorum more emisisse. Plures sunt Augu-
stiniani qui ita hominibus persuasum volunt, quos nos referimus & aperte refellimus pe-
culiari de hac re dissertatione huic tomo ad finem suffixa.

III. Eremita & decenti hac veste donatus, ut sapiens architectus, inquit author compila- Compilat.
Chron. anni
1106.
tionis Chronologicæ, caput penitentiam agere, & altum præstare humilitatis fundamen-
tum, gloriosumque superedificare Dei & proximorum charitatis domicilium. Mira ergo
caeculum affligens corpus penitentia, totius humilitatis amator effectus, quam antea in-
duit leprosorum commiserationem continuo auxit obsequio. Demum se totum eis deuo-
uit, frequens in xenodochiis inter eos charitatine hinc inde discurrebat, omnium compa-
tiens dolorosum gemitibus, diligenterque omnium occurrentis necessitatibus. Lauabat
ipsorum pedes, ligabat ulcera, educebat plagarum putredinem, & sanie abstergebat. Oscu-
labatur etiā ex admiranda deuotione ulcerosas plagas ipsorum Evangelicus medicus mox
futurus. Propter quod tantā est, à Domino consecutus virtutem, ut in spiritualibus & cor-
poralibus morbis mirabiliter expurgandis, occultam efficaciam obtineret. Referam vnum
de multis quod accidit, viri Dei fama postmodum latius clarescente. Cum enim cuius-
dam de comitatu Spoleto os pariter & maxillam morbus quidam horribilis depascen-
do corraderet; nec subueniri posset eidem aliquo medicinæ remedio: contigit ut propter
sanctorum exposcenda merita Apostolorum visitatis liminibus, de peregrinatione rediēs,
seruo Dei occurteret. Cūque præ deuotione vellet ipsius osculari vestigia: vir humilis hoc
non ferens, osculari volenti pedes, osculum oris dedit. Dum autem leprosorum seruus
Franciscus, mirabili pietate, illam plagam horribilem ore sacro continget; omni fugato Osculo lepro-
sum sanari.
morbo, subito æger ille sanitatem recuperavit optaram. Nescio quod horum magis sit me-
rito admirandum: an humilitatis profunditas in osculo tam benigno; an virtutis præclari-
tas in miraculo tam stupendo.

IV. Mansit per aliquor dies Eugubij his pietatis addictus obsequiis, nec in patriam volebat Moratur ali-
quibus die-
bus Eugubij.
Pisan. con-
sul. 6.
Hebr. 11.
reueri, tum ut patris furem non resuscitaret, nec dolorem refriceraret, qui eum usque adeo
persecutus est, donec à patræ finibus expulerat; tum quia nullus eum patræ iam affectus
tenuerat, qui patri & patræ omnino renunciarat; nec iam hic manentem ciuitatem, sed fur-
ram, iuxta Apostoli sensum inquirebat. Qui nullum iam patrem se habuisse dixit in tetricis,
solum supremum illum agnoscebat in cælis, eternaque iam appetebat mäsiones, qui lates
spreuit omnino paternos. Peregrino in hoc mundo nulla singularis est patria, omne solum
patria est transeunti ad cælestia. Nec si ab hac vel illa expellatur regione, conturbatur, ne-
que enim quod amittit terrenum expendit, sed quod sperat cælestis, considerat; quo in loco
consistat, non curat, qui proprium hic locum non cupit habere.

V. At post aliquale tempus diuturno virtutis exercitio fundatus iam in Christi humilitate Redit affi-
fum.
Franciscus ad memoriam reducit obedientiam sibi à cruce iniunctam de sancti Damiani
Ecclesia reparanda, & tamquam verus obediens Assisium rediit, ut saltem mendicando vo-
ci diuinæ pareret. Depositaque omni verecundia propter amorē pauperis Crucifixi, ciuita-
tem ingressus cepit per plateas, aperteque in foris tamquam ebrios Dominum collaudare. Leg. i. Socio.
Mendicatio in-
ter fœsi.
Ut laudationem diuinam in præcipuis urbis compitis Assisiatibus intimauit, cum magna
humilitate & confidentia inter eos mendicare coepit, inter quos abundare solebat. Simplici & sincera misericordia absque efficta simulatave pietate à mendicandis incepit lapidibus,
simplici hoc usus sermone: Qui pro reparanda sancti Damiani Ecclesia vnum milius dede-
rit lapidem, vnam habebit mercedem; qui autem duas, duas habebit; qui vero tres, cotidem
accipiet mercedes. Alia adneciebat his similia verba, mito spiritus candore & sancta sim-
plicitate, propter quam quibusdam habebatur in derisum, aliis in contemptum. Alij stupe-
bant ad tanti virtutis mutationem & deiectionem, inter se repentes: Hic ne ille iuuentus Af-
fisiliæ flos? hic venustus ille adolescentum primas, & in iuvenilibus ludis splendidus primi-
cerius? Eousque se deiecit, ut apud suos nec velit abundantare, nec tantam celare penuriam?
Alij pietate ducti in lacrimas prorumpabant, serio secum considerantes, quod tanta ini-
tatio fuerit dexteræ excelsi; nec aliunde quam à Deo prouenisse tantum tamque egregium
sui contemptum, ut recte facili lascivia, mundique spreta vanitate, sciens & volens gra-
uem, sed meritotiam subierit paupertatem.

Apparatus

Diversus de cibis non mouetur. Ille autem hominum iudicia nihil pendens intrepidus in incepto pergit itinere, neque VI.

cum excitant aut pungunt bonorum laudes, nec retardant in aliorum irrisiones, licet cum infantile quidam male sani, etiam ipsi inculcarent, & aliis iniuriis contemptibiliter imperterent, inuictus animo patienter pertransibat, memor aliorum qui in præclarissimis operibus

similem passi sunt contradictionem. Ipsum nostrum magistrum pro stulto reputatum recordabatur, illiusque esse illas in sacro eloquio voces ad patternum: *Tu scis insipientiam meam.*

Psal. 68.6. Et iterum. *Tamquam prodigiū factus sum maliis, & tu adiutor fortis.* *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper secum.* Quem in Evangelio ipsi propinquai quasi mentis inopem ligare cupiebant, & aduersarij sugillabant dicentes: *Demonū habes, & Samaritanus es, &c.* Simili oppro-

Psal. 70.7. briorum genere affectus est Dauid Propheta; dum audiit: *Quid venit insanus iste? & nobilis-*

Psal. 2.12. *Hinc o. epist. 2.9. c. 7.* sima illa matrona Romana Paula dum Hieronymi se tradidit disciplinæ, de qua ipse refert.

Matth. 3.11. *1. Cor. 4.9.* *Indid. 2.1.* *Nom. susurronem quemdam (quod genus hominum perniciosissimum est) quasi benevolum nunciasse,* quod pro nimio feruore virtutum, quibusdam videretur insana, & cerebrum illius dicerent confundendam; cui illa respondit: *Theatrum facti sumus mundo & Angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum. Sed stultum Dei sapientius est hominibus.*

A più viru honoratur. Ita multi pij viri contemplati sunt in Francisci factis & conuersatione magnum spiritus VII.

Lez. 3. locio. fermorem, & quam alij vecordes in eo ineptiam irridebant, hi summa reputabant prudentiam.

Maria. c. 3. Potiori veriorique horum opinione non parvam obtinuit vir sanctus in populo reue-

Supra n. 1. rentiam, ita ut qui prius ei insultabant, sui errati humiliter veniam perierint; & quem antea

multo habebant despiciui, mox summo prosequerentur affectu. Obuius ei factus præfe-

ctus illius cenobij, in quo supra diximus, sanctum virum humiliter deseruisse, eius iam odore-

ratus virtutes, digna omnium opinione celebratas, reuereretur & suppliciter cum rogauit, ut

sibi suisque monachis ignoscet, quod minus humaniter, quam debuerint, inter se degener-

tem, ipso sui contemptu latenter tractauerint. Ille etiam qui adhuc iuueni suum in plateis

prolternebat palliolum, vbi cumque sancti viri facta laudari audierat, propter præmonstra-

tam à se sanctitatem, veluti fastabundus addebat: *Sipius ego vobis prædixi hunc hominem*

magnum euasurum; eni sanctitatis primicias; magna videbitis incrementa: stupenda & mi-

tabilia per eum deinceps operaturus est Christus.

Marian. cit. §. 8. Franciscus autem constanter in reparanda prædicta Ecclesia infudauit, necessaria rude-

Pisan. con- fr. 6. ra, lapides, & si quæ alia opus erant vndique conquirendo, propriisque humeris ad fabricæ

Reparat Ec- clesiam S. Damiani. locum deportando. Attritum ieconiis corpus affiduo dum attenuaret labore, ei Petrus Ec-

clesię sacerdos valde compassus, ut multo onere defessum refocillaret, quos poterat melio-

res cibos ei conquirebat & condiebat. Cogitauit etenim adolescentem lauoribus assue-

factum, ultra communem duriorēm clementiarum, aut mendicorum viatum, posteriori

Refugit Lan- turei cibos. cibo esse reficiendum. At notus Dei athleta post aliquot dies presbyteri humanitatem se-

cum considerans, ad se ipsum conuersus, ait: Inuenies tu, quocumque ieris, hunc sacerdo-

tem, qui tantam tibi præstet humanitatem? non est hæc vita pauperis, quam elegisti. Modo

ergo sicut pauperem decet, vade, & porta in manu paropside, ostiacimque emēdicata pro

amore Dei cibaria in ea coadunare non etubescas. Ita volūtariè te vivere oportet pro amo-

re illius, qui pauper natus, pauperimus in seculo vixit, nudus & pauper mansit in patibulo,

sepultusque est in alieno sepulchro. Sequenti igitur die accipiens paropside, ciuitatem in-

gressus præ foribus mendicabat, & quidquid varij generis escatum erogabatur, in scutula

conglomerabat. Postea in aperto sedens loco coram posita scutra ad prandium se paras; sed

delicatulus olim, & laurus ferculis, dulciculisque potionibus enutritus, ad primam buccel-

Dulcificat ei emendatus cibis. le intinctionem in paropside, patumper exhorruit, manumque retraxit. Sanctus autem pau-

pertatis incensus affectu, semet acriter obiurgans, animumque sibi addens, manducare ag-

gressus, tantam in his emendatis frustulis, & conglomeratis esculentis sensit voluptatem,

ut nihil in sæculo dulcior suavisque aliquando se gustasse putaret. Ex hoc inopinato gu-

stu tantum exultauit cor eius in Domino, quod caro ipsius licet debilis & attrita, corroborata se senserit ad quæcumque amara & gravia pro Domino hilariter toleranda. Gratias

deinde egit optimo huius pauperis cibi conditori, quod amarum in dulce conuerterat; &

quod antea horrebat, placere voluerit, & quod ex tenui cibo eum multipliciter conforta-

rit. Ad sacerdotem ergo reuersus eum rogauit, ut de suo viatu nihil amplius curaret, dicens

optimum se iam inuenisse oeconomum, egregiumque ciborum conditorem.

Marian. cit. §. 9. Pater vero filium videns ad infinitum paupertatis statum declinasse, populique imperiti

Pisan. con- temptui semet exposuisse, tactus dolore cordis intrinsecus, quippe qui huiusmodi mu-

litas. c. *Pio ecclæsiæ renatio ma- joritatem patrum.* tationem, catnis non spiritus oculis intuebatur, vbi cumque ei occurrebat, alio declinabat,

quia ad tantam in filio deiectionem vetecundabatur; & repente obuio aliquando maledi-

cabat. Sed ad declinandas feri patris diras execrations egregium excogitauit Franciscus

remediorum.

remedium. Hominem quemdam pauperculum & despectum in patrem sibi adoptauit, & in comitem assumptum, rogauitque ut quoties à Patre suo malediceretur, ille è regione sibi benediceret, signoque crucis muniter. Dū ergo deinceps ei pater mala imprecaretur, pauper vero bona deprecaretur, ad patrem dicebat. Crede pater, quod Deus potest mihi dare, & dedit, Patrem benedictiones pro tuis maledictionibus clargientem.

- X. Persecutiones has paternas ceteris dicebat amiores, quo enim quis tibi sanguine vel ^{Rodulp. l. 1.} necessitudine propinquior, eò molestior eius iniuria. At nec solus ei pater molestus, verum ^{hist. Scraph. fol. 174.} & germanus frater Angelus, qui iuuenili ardentia ad frattis facta, mundanis peregrina & ^{Rebolle. 1. p. l. 1. c. 16.} iustitia, cachinnabatur & ridebat. Videlicet cum aliquando in Ecclesia orantem paupere illa ^{Marc. cit.} Eremitica veste coniectum, & præ nimio algore trementem, suggestis irrisoriè socio, ut ^{c. 1.} ad Franciscum accederet, rogarètque ut aliquantulum sudoris sibi vendere veller. Ridiculo intermuncio sapienter vir sanctus respondit: se nolle hominibus suum vendere sudorem, carius, inquit, illum Domino vendam.
- XI. Magna facta est ei schola virtutis suscepitus ille pro ædificanda Ecclesia labor, nam fer-^{Dedific. re-}
uili exercitio corpus lasciuens edomuit, frequenti in tandem ingressu crebra Deum sa-^{secundari co-}
lubtabat oratione, & quotidiana mendicitate multa se superabat victoria. Quotiescumque ^{ram mundani-}
etenim ad alicuius noti vel amici occursum mundo adhuc suffundebatur rubore, se-^{nit.} ^{Marian. cit.}
ipsum reprehendebat, magisque deiiciebat, protinusque profunda cum humilitate ele-^{Pisan. couf.}
mosynam sibi fieri exposcebat; ut humiliori officio omnem mentis tumorem reprimere. ^{6.}
Reparata verò prædicta Ecclesia curabat ut coram sacra effigie Christi crucifixi, quæ cum ^{18.}
allocuta est, lampades duæ semper arderent: sed cum oleum mendicaret, euenit, ut quan-^{Prædicta illa}
dam ingredieretur domum, vbi multi conuenerant ad ludendum. subita percussus vere-^{Ecclesiæ fu-}
cundia ad tot conciumum conspeclum, pedem retraxit, deinde quid fecerit, fortis expendēs, ^{turam. Mo-}
carpit se vehementer, regressusque ad publicam ludi aulam, suam mentis infirmitatem ^{nialium ha-}
omnibus detectum, culpamque confessus magno cum furore & fiducia, Gallico idiomate ad ^{biculum.}
maiorem sui contemptum, eleemosynam petiuit, pro fouendis Ecclesiæ luminaribus.
- XII. Ipso primo sua conversionis anno prædictæ Ecclesiæ opus absoluit, in quo illud memo-^{Pisan. cons.}
ratu dignum, quod dum structæ præset, prætereunte rogaret, ut suum ei conferrent ^{18.}
pro illa fabrica adiutorium, propheticè annuncians; quod illa Ecclesia foret monasterium ^{Ecclesiæ fu-}
dominarum pauperum, quarum fama & vita per totum mundum glorificaretur Pater ca-^{turam. Mo-}
lestis. Non obscuram huius propheticæ assertionem mentionem fecit moriens ipsa harum ^{nialium ha-}
dominarum primiceria Clara in suo testamento, ut suo loco legenti clarius constabit.
- XIII. Sarta & tecta hac ædacula, ne otio defueret, aut corpus torperet ignavia, ad aliam lon-^{Tomo 2. ad}
gius à ciuitate distantem, diuino Petro sacram resaciendam, se præparauit propter deuotio-^{ann. 1151.}
nem specialem, quam ad Apostolorum Principem sinceræ fidei puritate gerebat. Breui ^{Restauras} Leg Greg. 9.
hanc restaurauit anno 1107. nam crescente eius bona opinione, crescebat etiam erga eum ^{Ecclesiæ S.}
populi deuotio, & eo libentius largiusque ei omnes subueniebant, quo fidelius viderunt ^{Petri.}
- XIV. Tertiam restaurare aggressus est Ecclesiæ ad DC. P. ab urbe remotam in rure subur-^{Et S. Maria}
bano, eo loco, qui Portiuncula dicebatur, sitam, B. Mariæ Angelorum nomine aliquando ^{Angelorum.}
celebrem, tunc autem derelictam, vetustate ferme collapsam, pastoribus tempore niuis & ^{Gonzag. in}
pluviarum excipiendis, ut haber Gonzaga, tantummodo deseruiente. Ipse autem sisus, ^{prou. S. Frac.}
non verò Ecclesia primitus Portiuncula vocabatur, propter paucos agellos, & aliquot inge-^{Conuen. 1.}
ra terræ, quæ veluti terræ Portiunculam in ampla illa campâ planicie possidebant Patres ^{Vnde dicta}
Benedictini. Ita notauit legenda Gregorij noni, indicarque Bonaventura, Marianus, Mar-^{Portiuncula?}
cus, Gondisalvus Illelias, & ex Bartholomæo Pisano alijs. Sed ex vico paupertimo prope ex-^{Bonau. 1.}
structo hoc asciuisse cognomen, voluit Rodulphus. Ipsam Ecclesiæ antiquitus dictam esse ^{Marian. &}
Portiunculam dicit speculum vitæ Francisci, non verò tractum illum agri Assisiensis, quo ^{Marc. cit.}
nomine præfiguratu vel prognosticatum ait, quod foret aliquando mater, caput, & por-^{Pisan. cons.}
tio pauperum Fratrum Minorum. Alij inditum hoc nomen volunt ab ipso patre Francisco ^{18.}
postquam ædículam sibi suisque concessit Benedictinorum Abbas, de quo inferius suo lo-^{Illel. hist.}
co: quasi vellet ipsa voce significare se nihil aliud desiderasse in terra præter illam illius tra-^{pont. lib. 5.}
ctus portiunculam, & hæc sola illius fuerit portio in terra viuentium. Ita Gonzaga cum ^{C. 1.}
aliis, quos ego in commentariis ad epist. 17. sancti Patris num. 4. ut idem sentirem, secutus ^{Rodulp. l. 2.}
sum. Atridet autem Henrici Sedulij conjectura, qua purat veram esse primam Pisani opi-^{fol. 1. p. 1.}
nionem, nomen verò Portiunculæ, ab ipso tractu agri Assisiensis transisse, postea ad Eccle-^{Specul. c. 55.}
siæ & monasteriū, quod demum inualuit inter fratres pia illa Francisci interpretatione. ^{alias 81.}
Vocabatur præterea sancta Maria de Angelis, ut notat speculum & Bonavent. quia olim ^{Anno 12. 12.}
audi.

34 Apparatus ad Annales Minorum.

audiū sunt in eo concensus angelici, confirmatūmque vero postea hoc nomen propter magnam ipsorum cum viro Dei cuiusque discipulis familiaritatem licet Gonzaga cum aliis dicit (quod & ego alias loco citato sensi) hoc agnomen de Angelis ei post incolatum Minorum accessibile.

Moratur in hac Ecclesia. bonau. cit. Hanc porrò Ecclesiunculam cum vir Dei sic derelictam conficeret, ob deuotionem XV.

feruentem, quam habebat ad Dominum mundi, corporis ibi assidue pro ipsius reparatione morari. Sentiens autem iuxta agnomen prædictum ipsius Ecclesia Angelicarum visitacionum frequentiam, pedem fixit ibidem propter reverentiam Angelorum, amorē inque præcipuum matris Christi. Hunc locum vir sanctus amavit præ certis mudi locis. Hic etenim humiliter cœperit, hic virtuosè profecit, hic sciliciter cōsummatum: hunc in morte fratibus, tamquam Virgini charissimum commēdauit. De hoc frater quidā Deo deuotus, ante conversionem suam, visionem viderat relatione condignam. Inumeros cernebat homines cęcitate percusso, facie in cælum directa, & genibus flexis, in huius Ecclesiæ stare circuitu qui omnes protésis manibus in altum lachrimabiliter clamabat ad Deum, misericordiam postulantes & lumen. Et ecce ingens de cælo splendor aduenit, se per omnia diffundens, qui lumen uniuersique tribuit, & salutem desideratam cōcessit. Hic est locus, in quo fratum Minorum ordo à S. Francisco per diuinæ revelationis instiñctum inchoatus est. Diuinæ namque prouidentiæ nutu, qua Christi seruus ditigebatur in omnibus, tres materiales erexit Ecclesiæ antequam ordinem inchoans Euangelium prædicaret: ut non solum à sensibiliis ad intelligibilia, à minoribus ad maiora, ordinato progressu consenderet; verū etiam, ut quid esset facturus in posterum, sensibili fortis opere mysterialiter præsignaret. Nam instat reparatæ triplicis fabricæ, ipsius sancti viri ducatu, secundum datam ab eo formam, regulam & doctrinam, Christi triformiter renouanda erat Ecclesia, triuque triumphatura militia saluandorum, sicut & nunc cernimus esse completum.

Quando secundo conuersu Francisca. Pis. conf. 8. Mart. c. 7. Sedul. in communiori veriorque est sententia Pisani, Martii Vlissippon. Sedulij, & aliorum plurimorum; non vero quadriennium ut perperam absque ullo fundamento afferuit Volaterranus, Volat. lib. 21. Autrop. cui solum adstipulatur Asturicen. Breviarium apud ipsos Astures impressum ann. Dom. cit. Franc. 1560. sub eius Ecclesiæ Episcopo D. Didaco Sarmiento de Sotomagor; in officio B. Franciscici, lect. 4. Neque triennium ut insinuare videtur sui immemor Antoninus, dum primo Auton. tū. conuersum ait an. 1206. secundò vero an. 1209. Paulo autem superius dixit per duos tantum annos habitum gestasse eremiticum, si ergo anno 1206. secundum communiorum & veriorei sententiæ domui abdicavit paternæ, & eremiticam induit vestem, eamque secundum ipsum Antoninum duobus tantum annis gessit, non an. 1209. sed 1208. dicendus est eam religioso, licet pauperculo, quem suis sectatoribus præscripsit, habitu commutasse. Ita sentit Marcus Vlissippon. Author chronicorum antiquorum nostri ordinis quæ in pergamen. M.S.S. mihi ministrata sunt ex nostra bibliotheca Aracalitana. Hauclerus volum. 2. generat. 41. Christophorus Heluicus in suo theatro historico, & ipsa temporum suppuratione id abunde confirmat; nam ut supra non semel inculcaui, mortuum referunt omnes an. 1226. & Antoninus discessisse tradit à secunda sua conuersione anno 18. sed cum eodem mense, quo secundò & perfectè conuersus dicitur, etiam obierit, ad integrandum uinculum octodecim annorum, posteriorē hanc conuersionem rectius computabimus anno 1208.

Pisa. jo. 7. 1. Ab hoc ergo anno annualistarum more ordiemur prosequemurque singula Franciscanorum facta per singulos annos distribuentes. Nec enim hic usque licuit annorum sequi seriem, cum difficultatum sit ex sapientissimi variis sententiæ distingueret aut scire viam vires in adolescentia, nec usque ad 25. & 26. annum plenè & distinctè constare potuerit, quid quoque anno egerit Franciscus. Iam Franciscani instituti limen salutamus, in quo venerabimur plenam & perfectam hanc Francisci conuersionem, & sacram tesseram, qua ad Euangelium præscriptum & se vestiuit, & nos exornauit. Eandem contexemus seriem ex Christi, Pontificum, Imperatorum Romanorum, & Minoriticæ religionis chronologia, quam ad singulos annos nostræ præfigemus narrationi;



ANNALES MINORVM.

ARGUMENTVM.

Franciscus audita sacri codicis lectione perfectè conueritetur ad Christum; paupertatem amplectitur Euangelicam, pauperulam vestem sibi obducit, crucis forma & figura latius describitur. Homines inuitat vir Dei ad penitentiam; pacem pradicit ubique, & passionis Dominica renouat memoriam.



N*t e* omnia ad stabiliendum dicendorum ordinem, Pontificiorum & Imperatoriorum annorum seriem clarus aperire & breuiter statuere, operz premium iudicamus, vt ex hoc uno loco quam numerandi suppurationem in sequentibus obseruamus, licet apprehendere. Innocentium Tertiū Anagninum, antea Ioannem Lotharium, Hernicorum nobili Comitum Sigismondi genere in Campania natum, anno Christi 1198. creatum Pontificem volunt communiter chronologi, Onuphrius, Ciaconius, Bellarum, Palmerius, & alij, à quo si incipias, hunc Christi annum, Pontificij Innocentij computabis undecimum; licet Palmerius cum paucis censeat decimum, ea vt arbitror ratione, quia ipsum creationis annum ceteris non connumerant. Otho autem quartus, Dux Saxonum, licet in schismate Aquisgrani eligetur anno 1199. contra Philip. Ducem Sueorum, & ab Innoc. confirmaretur, in Germania tamen Philippus obtinuit; unde donec occiso Philippo à Palatino Comite anno 1208. Ortho communi consensu electus solus regnare cepit, eius imperij annos communiter historici non recensent. Primum ergo hunc eius Imperij, propter commune electionem nos suppudamus, licet sequenti fuerit ab Innocentio solemniter coronatus. Deinde Religionis Minorum primum computamus propter rationes statim assignandas. A statutis his anteriorum suppurationibus Pontificum, & Imperatorum chronologiam per totam hanc historiam prosequemur, per quam amplissimi huius sodalitij gesta, ea qua licet temporum observatione diuidemus.

Atque vt à novo Francisci vita genere, admirabileque conuersione enarrandis exordiamur; vt vit Seraphicus tertiam sacratissimam virginis adem refecit, in ea deuotè san. Ioh. 1.14 &as protrahebat in diuinis excubitis moras, in quibus apud eam, quæ concepit verbum plenum gratiæ & veritatis, continuis insistens germitibus, vt fieri dignaretur aduocata ipsius meritis matris misericordiæ concepit, ac peperit spiritum Euangelicæ conuersationis. Dum enim in die quodam festivo ad eius hortatum & preces, vt adnotauit Marianus, Petrus sacerdos illc, quem superius diximus præfustum Ecclesiz S. Damiani, sacrum celebraret in predicta virginis adicula, illudque recitatet Euangeliu in quo Christus Dominus discipulis ad prædicandum intendis formam tribuit Euangelicam viuendi, ne videlicet posidarent aurum, sibi argentum, nec in zonis pecuniam, nec peram in eis, nec
Marianus
In appresso
S. Damiani
M. 1.14
ab aliis

ANNO CHRISTI 1208.	INNOCENT. III. ANNO II.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO I.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

Pauvertatē amplebitur Euangelicā Franciscus.
duas tunicas haberent, nec calceamenta deferrent, neque virgam, attentius instructionem hanc audiuit vir Dei, expletisque sacris mysteriis, clarius sibi intimari & explicari rogavit à sacerdote. Quorum perfectum & litteralem sensum ut plenius apprehendit, memorique comprehendens tecum tunc inquit, Apostolicz pauperiaris amicus, indicibili mox perfusus est spiritu. & hoc est inquit quod cupio; hoc quod totis præcordiis concupisco.

Diem quo per Euangelium hoc Apostolicam aure accepit, & cordi altius impressit disciplinam, singulariter adnotauit Marcus Vlissipon. fuisse Euangelistz Lucz sacram. At ego iudicarim Euangelicę exterrit similitudinem fecellisse candidum hunc chronologum. Etenim licet ex cap. 10. Lucz in eis die festib⁹ recitat⁹ forma viuendi præscripta septuaginta duobus discipulis, in ea tamen non prohibentur neque aurum, neque argenteum, neque pecunia in zonis, neque duplicitas tunicarum, neque virga, quæ tamēt⁹ Apostolis ad prædicandum missis Christus indixit, Lucz 9. Mart. 10. & Marci 6. Cum vero hac omnia reiecerit Franciscus, ut statim dicemus, ex sola Euangelica instructione in sacris mysteriis percepta, singulariumque expressè mentionem factam in illius diei Euangelio dicant Bonaventura, Marianus, & alij, immo & de Apostolis missam afferat Bonaventura celebratam, tam facile colligere licet, non Divi Lucz festo hoc euenisce, quam difficile scire quo certo die contigerit. Nec enim in villa Apostolorū festiuitate Euangelium, in quo omnia hac interdicantur, cantatur, nec per annum recitatur, præterquam ex Lucz 9. in feria quinta post Pentecosten. Illud est refugij, quod forsitan ea statu ab hac nostra aliqua fuerit rituum diuersitas, nec iidem Euangelici textus, qui modo leguntur festiuis Apostolorum natalitis, tunc vndeque recitabantur. Vnde forsitan in aliqua Apostolorum solemnitate, vel vorua missa, aut in die B. Lucz (quem ex aliquo vetusto codice credibile est signanter Marcum adnotasse) aliud tunc cantabatur Euangelium, in quo supradicta exprimebantur.

Quisquis ille fuerit dies, statim Franciscus executioni audit⁹ lectionis se parat, rēsque necessarias, quæ sati paucæ erant, conquerit. Neque enim aderant in ipsa Ecclesia in qua quidam nimis celeres huius rei executores statim peracta te sacra factam vestium mutationem volunt) quæ ad nouum requirebantur habitum; quamvis propriè dixerint nouitatem assumend⁹ vestis plus constitisse in electione, vel expoliatione veteris, quam in superinductione nouitie. Abiiciend⁹ res non assumend⁹ erant iuxta Euangelij tenorem, qui non habenda præscriptis, sed deponenda signauit. Obsequentiissimum sc̄e, quam primum licuit, Christi verbis hic magnus discipulus ostendit, nam calceamenta soluit de pedibus, depositus baculum (quem contra omnium scriptorum testimonium in hac conversione & post semper retinuisse afferuit Hieronym. Roman. eo quo alias dixeram fine) peram reiecit, pecuniam execratus, vñaque contentus tunica reiecta cortigia, pro cingulo in Apolog. funeto sumpsit, omnem solicitudinem cordis apponens qualiter audita perficiat, & Apostolicz rectitudinis regulz per omnia se coopteret.

Illud præ ceteris adiuvant Vincentius, Marianus, & Antoninus non contentum virum sanctum primaz tunicaz Eremiticaz forma, sed aliam sibi consuisse valde contemptibilem & incultam; quam pastoritiam dixerat Volaterra. & Petrus Galesinius hunc sequutus, ea dumtaxat crediderim ratione (vt etiam adnotauit Ioan. Marq. Sapius citatus) quia tunica erat rufis & hispida, caputumque ad scapulas pendebat acuminatum, eo more, quo exterius tegumentum gerunt pastores ad arcendas celi inclemencias, capitisque illud largius ampliusque obtegumentum ad vestem cōsuetum habent, quo à superueniente nimbo, aut niue defendantur. Quo habitus genere deinceps per totam vitam v̄sus est vir Dei, ea soluni admissa non magna differentia, vt aliquando parumper longiorēmque, secundum offerentium liberalitatem, vel tenuitatem, pannique mensuram portaret; & caputum aliquando magis vel minus pyramidale aut acuminatum adiueret.

Id porrò constat ipso, quos gessit, habitum conspectu, etenim ut ego vidi, & ante me adnotauit Sedulius, Assisi in æde S. Georgij quæ Monialium est sancti Claz, assertur tunica sancti viri, & caputum quadrata prope forma parumper acuminatum. Eiusdem formaz, alijs est habitus in monte Alueriaz; itēmque alter Florentiaz in Hetruria, quem serebat quando suorum vulnerū numero, forma, & dolore eum Christus tam dignanter, quam mirabiliter affecit. Hunc posteriorem maxima habent in veneratione Serenissimi Hetruriaz Duces, chistallināque obseruant in arca pluribus seris obfirmata. A qua extra multi mernit prece presentibus ipsis Serenissimis Ducibus, & integra principum protegente,

ANNO CHRISTI 1108.	INNOCENT. III. ANNO I'.	ORTONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO I.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

genie, magno apparatu luminarium, dignaque veneratione R. P. Antonius Daza anno Christi 1621. quando Commissarius Romanus Curia destinatus est in urbem. Vidit ad satietatem, & adnotauit qua potuit curiositate explicati & tensi in substrato ostro, color, formam, & qualitatem, mensisque est longitudinem, ex qua tamen perfecte constare non potuit, quod vir hic pius curiosusque desideravit, quoniam esset Francisci statuta, dum resectis ob devotionem multorum Principum illac transiunt, datisque pro magno munere in venerandas reliquias tunicae fimbriis, ad tancam redacta est breuitatem, ut nec ad genua mediocris staturae hominis perueniat. Color perfecte cinereus, qualitas sagi vilis, nec tamen rudissimi, Hispani *Soyal* vocante, Itali *Panno rigato*; strictionis obseruantur, & prouinciarum citerioris seu Taracensis Hispanarum Patres asperiorum gestare ea quam habuit pro manibus particula: strictus nimis non est; nec pannosus valde, aut præsegnina habet alterius panni, nisi ad unam levam manicam; unoquoq; resarciri indiguit loco. Laterus sum tam vastis scutulis adhuc in plurimis prouinciarum tam superare, quam superari sanctissimi institutoris saltum in exteriori veste asperitatem, consciissaque & lacerae vndique resarcitur tunice in filiis auctoritatem. Forma paterni illius habitus ipsa est quam in suo gestant filii: manicas haberet a cubito ad corpus laxiores quam patientur strictionis hodiernae obseruantur leges. In co-à-communi Minorum obregimento differt; quod capitium habeat quadratum, absque orbiculari illa parte ad pedem pendente, & sine rotundo aut pleno illo capitio obuelamentib; modo omnibus à Bonaventura tempore, et suo loco di- Anno 1160.

cam, consuetudinario. Quadraturam hanc ita explicem, ut si ab habitu diffaras capitium, & semel plures vel latera iungas, duangulum efficiat inferius, alterum superius; sed huius duanguli à parte posteriori angulus acutior est, vel acumen maius aut prominentius.

- VI. Religiosissimi Patres Congregationis Capuccinorum plus cateris ad hanc formam accedunt, si non excedunt, nec enim tam oblongum & acuminatum ut illi ad scapulas de- Forma ca-
pitiū S. Fran-
cis.
mittunt, facile iudicauerim sanctum Patrem gestasse. Imagines certe antiquæ, quæ statim à Francisci obitu depictæ sunt in multis cœnobiois Hetruriæ, & Vimbriæ non valde prouinisse retro acumen capitij aperte probant. Verum est in absidis Ecclesiarum sanctæ Mariæ Majoris, & Lateranen. demitti ad infimas usque scapulas, in imaginibus sanctorum Francisci & Antonij opere Mosiuo expressis in Lateranensi curia Nicolai I V. in altera vero S. Mariæ eiusdem & Iacobi Columnarum Cardinalis ad exitum deductis anno 1295. opifice Rodul. sol. Iacobo Torriti et in abside angulo dextro habetur. Sed iam isthac tempore non parum la- Vide anno
1220. n. 20.
xior & amplior evasit nostri habitus mensura; neque id mirum, si adhuc ipso vivente S. Francisco, & coram agente Elias & alij, de quibus non semel conquestus est sanctus Pa- Maria. c. 17.
ter, fimbrias dilatarunt, & mensuram à Francisco statutam transliterunt, ut expresse etiam in capitio longiori fecisse Eliam, Francisco apud Ægyptios agente, scribit Marianus. quod & in his ipsis vermiculati operis imaginibus plane probatur. Nam & adeò longum præferunt effigiati sancti habitum, ut etiam subcinctus & colligatus supra cingulum, iusta excedat vel exæquer longitudinem vestis, quam Franciscus gestabat, quamque illius mensuræ fuisse scribunt antiqui nostri legendarij, & ex his Rodulphi, ut subcincta absque villa huiusmodi supra cordam collectione terram non tangeret. Diffidentibus autem fimbriis, quæ præcinctæ vel correptæ in his conspicuntur effigiebus, ad unum vel alterum palinum per terram trahi oportet. Si ergo adeo dilatazæ fimbriæ laxiori huius temporis disciplina, quid mirum si & excreuerit acumen, & forma, alia aliquantulum evaserit? Antiqui sane rerum nostrarum scriptores illius volunt capacitatis aut longitudinis fuisse capitium, ut ex relatu trium eius sociorum ad sancti viri consilium, faciem cooperire possit, quo tamquam clypeo à malis incurribus periculosisque mundi spectaculis liberari facilius possent, qui suis oculis timent.

- VII. Totius vero Francisci vestis mensuram & qualitatem, ita legenda antiqua, & ex hac Descriptio-
tus vestis
sancti viri.
(Rodulph. citatus ita describit: Tunica B. Francisci fuit pallentis & cinerei coloris, qua- Lege. antiqu.
lēm fuisse tunicam inconsutilem Christi quidam affirmant. Fuit quoque cruciformis, cuius longitudo terram non attingebat, latitudo vero manicarum ad extremos digitorum arti- Rodul. fol. 6.
culos perueniebat. Fuit ei vestis unica, atque abiecta & ad pedes defluens. Nec turpe ducebat eam ferre, quamquam ei Princes conuenienti forent. Hac vrebatur, sive vis frigoris & hyemis instaret, sive ardor estatis. Capitium quoque quadratum detulit, tanta quidem lon- gitudinis, quod faciem operiret, qualiter habitum deferre consuerunt agrestes homines illius regionis, de quo quidam Vates aptè adinodum, & eleganter cecinit carmine.

ANNO CHRISTI 1208.	INNOCENT. III. ANNO II.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO I.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

Franc. Mau-
zus lib. 1.
i canceller ad.
in princip.

*Franciscus vero donum letabili agrestis
Accipit, & forma quam primam insignis amata,
Texta crucis, consuta de hinc simul aptas habenda
Tegmina dura sibi.*

Vnde mensura sui habitus latitudinem, longitudinem, qualitatem, despectionem & colorem verbo simul, & exemplo docuit, sicut socij eius ab eo accepisse testantur, quibus per sepe dicebat.

Iacob lib. 7.

*Præterea mollis pretiosa licentia vestis
Sit procul.*

Tantæ latitudinis erat vestis, quod subcincta absque omni collectione supra cingulum terram non tangeret. Longitudo vero manicarum non excedebat (ut diximus) extremos digitorum articulos, vnde torus habitus formam crucis insigni quadam mysterio repræsentabat, & omnis mundanæ gloria, & ornatus contemptum, alta quadam despectione ostendebat, ut esset dumtaxat nuditatis operimentum, necessitatis fomentum, veræ humilitatis indicium, & improperiij crucis Christi Iesu, quæ semper fixa erat in animo singulare contra hostes remedium. Nam vir sanctus virtute induitus ex alto plus interius, quam exteriorius igne calcabar, & proinde eligens sanctam paupertatem pro sua domina, pro suis delitiis, & diuiniis exercitabatur multitudinem & molitiam tunicarum; atque etiam tunicam suam aliquando facco consuens aspero, eos insigni hoc exemplo redarguebat, quos humanis delitiis nimium intentos paulatim declinare conspiciebat. Fatentur frater Leo, Bernardus, Aegidius, & Massetus socij B. Francisci formam habitus accepisse à B. Patre Francisco, quo & ipsi vrebantur, ut plerisque in locis hodie quoque tam perspicue cernunt, ut negari non possit.

B. Angelus
Claren. in
fine tribu-
lit. 7.

Addo aliam seu ferme eandem descriptionem ex vetusto ante tercentum annos authore VIII. B. videlicet Angelo à Clarenio, cuius hæc in fine chronicorum seu operis de septem tribulationib[us] ordinis, ab eo scripti & apud me MS. narratio. Quoad materiam docuit S. Franciscus quod esset de panno vili & coloris cinericij vel pallidi, corporis Christi mortificationem repræsentantem, etiam talis grossitatem quod corpus soueret, & posset fratri sano una tunica sufficere, intus & foris repectata; tantæ longitudinis, quod succincta absque omni collectione supra cingulum terram non tangeret; longitudo manicarum usque ad extremitates digitorum perueniret, ita quod manus operiret, & longitudinem manuum non excederet; latitudo manicarum esset tanta quod manus libere exire possent & intrare. Caput quadratum, & tanquam longitudinis quod faciem operiret. Ita quod habitus crucis formam repræsentaret, & omnis mundanæ gloria, & ornatus contemptum sua vilitate prediceret, & fratrem minorem mundo crucifixum & mortuum ostenderet, & esset nuditatis operimentum, & necessitatis amatorum paupertatis fomentum, & professorum humilitatis signum, & portationis improperiij crucis Christi verum indicium.

In Apolog.
de monach.
S. Franc.

IX.

Dominus revelauit mihi quod debarem vivere secundam formam sancti Euangeli. Quare non impropriè cum Paulo dixisset: Hoc nostrum institutum non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didicis, sed per revelationem Iesu Christi. An non ex reuelatione Christi prodit hæc vita, cuius leges ex Christi transcriptæ sunt Euangeli? An non Christi hoc magisterium, dum nihil humanæ disciplinæ in huius sodalitij regula, sed totum emanat ex Christi dictamine? An non Christi hæc militia, cuius tessera vel ipse vestes ostentant? Crucis Christi paupercula, quam nobis præscriptis, tunica typum habet,

M. L. sign:
Frato & clis
Franciscana.
a. Col. 4. 10.

ut semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Cinereum etiam habet cunctum cum Christi tunica colorem, ut perpetuat philosophiz, & perenni mortis meditationi vacemus. Funis quo cingimur nos commonefacit vinculorum quæ nobis iniecere nostra peccata; quibus soluendis ipse filius Dei funibus & catenis vindictus fuit. Pedes deteximus ut Deo affectus aperiamus, nec malas foueamus sub pectore concupiscentias, qui animalium mortuorum tergoribus pedes renuimus operire.

Prædict
transfus
punctum
sacrum.

X.

Tam felici rerum principio cepit vir Dei divino instinctu Euangelicæ perfectionis stimulator existere, & ad paenitentiam ceteros inuitare. Erant autem ipsius eloquia non inania, nec risu digna, sed virtute Spiritus sancti plena, medullas cordis penetrantia, ut in vehementem

ANNO CHRISTI 1208. & 1209.	INNOCENT. III. ANNO 11. & 12.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 1. & 2.	RELIGIONIS MI- XOR. ANNO 1. & 2.
-------------------------------	----------------------------------	--	-------------------------------------

vehementem stuporem audientes conuerterent. In omni prædicatione sua pacem annuncians dicendo: *Dominus deis vobis pacem*, populum in sermonis exordio salutabat. Hunc Isai 51. 7. quippe salutationem Domino reuelante didicerat, sicut ipse postmodum testabatur. Vnde factum est, ut iuxta sermonem propheticum, & ipse prophetarum Spiritu afflatus annunciatet pacem, prædicaret salutem, ac salutaribus monitis fæderaret plutimos veræ paci, qui discordes à Christo, prius extiterant à salute longinqui.

XI. Adeo perfectè Angeli pacis cœpit officium exercere, vt deuotus quidam vir/ quod cum tribus viri sancti sociis tamquam mysteriosum, adnotauit Marian.) qui eousque omnibus Marian. cit. sibi occurrentibus, & publice in plateis hæc verba repetebat: Pax & bonum. Pax & bonum: apparente Francisco omnino tacuerit, nec amplius in populo apparuerit. Quo significatum volunt, quod vel Franciscus perfectè, pacem spiritualem suæ obduxerit patræ vel ipse fuerit, quempius ille præco superuenturum prædictis verbis vaticinabatur, quasi ad Francisci aduentum, & pax & bonum oritura fuerint in populo.

XII. Ad nouum hoc vitæ institutum altius impressit menti Dominicæ passionis memoria, quam assidue deflebat; & si quandoque in solitaria secedebat loca, cuncta replebat gemictibus & singultibus, magno Christum propter se passum deplorans eiulatu. Ponè Eccl. 60. 2. 2. c. 2. Portiunculæ dum semel in huiusmodi planctus erumperet, quidam pertransiens Deflet Christi passionem.

spiritualis amicus ad eiulatus accessit, & dum Franciscum esse comperit, totumque in lachrimas abiisse conspexit, virilis animi, & verecundiz eum admonuit, indignum iudicans ut homo prouectus ita fieret eiulabundus. Cui Franciscus: Passionem Christi mei defleo, pro qua non deberem verecundari alta voce per totum orbem lachrymari.

XIII. Hoc modo residuum illius anni percurrit vir sanctus omnibus factus omnimodæ virtutis exemplar. Et licet hoc anno discipulos non habuerit, sine quibus non potest dici instituta religio, aliquale ei dedit initium, dum habitum, quem suis prescripsit, iam ordinavit & assumpsit, & regulam conscribendam iam sua vita præstendit. Hac, quantum colligo, ratione, hoc anno incepit Minorum religionem plures ferunt authores, Christoph. Helvetic. in suo theatro historico, Naucler. volum. 1. generat. 4. 1. Marc. Vlissyp. citatus & alij, & Antonius cap. 7. in princ. ait quod eo tempore quo Franciscus duplicitia depositus, secundum veriorem opinionem, in lapide isto fundamentali ordo fratum Minorum initium & fundamentum accepit; cui eisdem verbis subscribunt Marianus, & author chronicorum viginti quatuor generalium. Non ergo absque omni prorsus fundamento primum hunc statuimus huius religionis annum, à quo omnem deinceps Franciscanorum chronologiam prosequemur.

ARGUMENTVM.

Adherent ei tres viri perfecti, cum quibus habitans in derelicto tuguriolo predicatorum pergit in Aemiliam, et Marchiam Anconitanam. Regressus Assisium plures admittit in sodalitum, quos multus instruit disciplinis. Deducit eos in vallem Reasinam, ubi condonatis ei pristinis reatibus, reuelantur futura ordinis incrementa.

I. **N**O T E S C E N T E porro apud multos viri Dei tam doctrinæ simplicis veritate, quam vitæ, cœperunt ipsius exemplo viri quidam ad penitentiam animati, & eidem reiectis omnibus habitu vitaque coiungi, quorum primus extitit vir venerabilis Bernardus, connectio r. Bernardus, qui vocationis diuinæ particeps factus, beati Patris primogenitus esse meruit, tam priorita Bernardi. & temporis, quam priuilegio sanctitatis. Eius conversionem disertis verbis recenset Antonius citatus. Fuit, inquit, vir venerabilis de nobilioribus, prudentioribus, & dicitoribus ciuitatis Assisii, cuius consilio tota illa ciuitas regebarur. Cui accinit Franciscus Maurus etiam nominis mutationem ita indicans:

Inter primores fama notissimus urbe
Civis erat tota: genitor quem protinus ortum
(Francisci, primus quoniam florentibus agris
Vernaturus erat) perfitus numinis aura.
Pectora vaticini, Bernardum dixerat olim.

Maurus
Franciscus
ad med.

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

At plebs Romane nimium tunc emula lingue
Turbauit vocem, Graioque cacumine dempto,
Inseruit latium, primisque affuerit ab annis
Surgentem puerum Bernardum dicere : donec
Paulatim nomen sosa noscieret urbe.
Hic validos artus iam firmos robore & aeo,
Connubisque expers, omnemque exosus ab annis
Primavis veneros; quamvis disissimus agri,
Atque Subasigenum fortunatissimus esset,
Consilio gravis, & lingua dictisque disertus;
Audiebat vulgi planus vocesque sonantis:
Audierat monitus, divinaque iussa canentem
Franciscum : astutiusque animo spectauerat illum,
Admirans oculis ignem, lucemque coruscum
Afflatam, & toto fulgorem absistere ab ore.

*Exploras
Fräsiſſe ſan-
dationem.* Hic prudenter considerans in B. Francisco tantum mundi contemptum diuino instinctu ipsum ad secum cœnandum, & dormiendum devote invitauit, ut eius sanctitatem vel fatu-
tatem melius explorare valeret. Et cum post cœnam lectos quos pro se, & B. Franciso præ-
parati fecerat, ambo concendissent, dominus Bernardus fortiter stertendo, fixit se pro-
fundissime dormire. Tunc sanctus Franciscus & mente & vultu in Deum intendens, elcu-
tis manibus totus ignitus cum indicibilibus lachrimis, & deuota morositate hæc verba re-
plicabat: Deus meus, & omnia. Deus meus, & omnia. II.L

*Rodul. lib. I.
fol. 58.* Per totam noctem hoc prosecutum breuiuscum & compendiosum alloquium addit-
Franciscus, Marianus, & extra lectum in paucimèto positum, nihil aliud in tam lôga meditatione dixisse.
*donatur spi-
ritu prophe-
tico.* Recogitabat, inquit, vir deuotus & humilis qualiter diuina sapientia per ipsum idiocam &
simplicem tam ardua pro mundi renovatione, & hominum salute facere disponebat. Spi-
ritu enim propheticō (quo statim ad perfectam hanc conuersionem donatum aīunt etiam
*Sancti bona
quaque Dno
atribuunt.* Iacobus à Voragine & Petrus à Natalibus) illustratus præuidendo magnalia quæ per ipsum
& ordinem suum erat Deus facturus, & eodem docente spiritu de se humiliiter sentiens
suam insufficientiam considerabat, & patiuitatem virtutis; ideoque invocabat Dominum,
*Ambros. in
annos. ad
Exod. in
fin.* ut quod ipse non poterat, Deus ipse perficeret. *Santiss.* inquit Ambrosius, omnia Deus est,
nihil suum putant, totum Deo tribuant, virtutem, fortitudinem, sapientiam, etsi quæ sunt
alia quæ ad rectè agendum concourtunt; sibi adscribentes imbecillitatem, misericordiam, & to-
tius boni egestatem. Omnia habent in Deo reposita, nec aliunde quidquam sperant; nec
defraudantur, quia vere huiusmodi viris magnis quorū portio Deus, ipse omnia dat af-
fluenter. Illis est Deus misericors, & omnia largitur in virtute, ac magnificencia. III.L

Pia hæc Francisci verba, ut audiuist Bernardus, & lampadis quæ in cubiculo ardebat, IV.
beneficio religiose positum conspexit brachiis in crucem astis, oculisque in cælum cre-
*Legen. 3. fo-
cio. legen.
Greg. 9.* Otis, intra se compunctus dicebat; vere hic homo à Deo est. Sequenti aurora, ut habene-
*Statuit Ber-
nardus Fran-
cicum fratre.* legendæ sociorum, & Gregorij Noni, humaniter confabulatus amice hominem dimisit,
secumque altius eius vitam expendie. Denique secundò & tertiod similiter probata eius
sanctitate, firmiter statuit eum imitari, & quæ possidebat pauperibus distibuere. Quali-
ter autem hoc faceret, ipsum his verbis subdubiis interrogat: Si quis, Amice à Domino
suo panca vel multa in plures annos recipere, nolleque eis amplius vri, quid de huius-
modi bonis tibi melius faciendum videtur? Cui sanctus vir ex tempore respondit: ea Do-
mino suo à quo ea recepit, reddere debet. Cui denuo Bernardus: Francisce, plura ego ha-
beo bona quæcum meruerim à Domino, ea secundum cuum consilium libenter reddam, eo
quo disposueris modo, nam te sequi, tibi que inhibere decreui. Ad quæ verba exultauit in
spiritu Franciscus, iam mente videns opus suum voluisse Deum exordiri, & in tam egregio
viro felicia statuisse primordia. Ad Bernardum autem conuersus dixit: Domine Bernarde,
istud est adeo arduum, ut à Deo necesse sit requiri consilium, idque multa prece efflagi-
candum, ut dignetur potentissimus Dominus nobis aperire, qualiter hæc perficere debe-
mus. Crastino die summo mane conueniemus in Ecclesia sancti Nicolai, cuius Parochius
manifeste est probitatis; eumque rogabimus, ut sacra petragat pro nostris votis exaudiens;
*Trinit. idem
aberrante con-
fessio de Deo
geſu inuenit.* deinde orationi insitemus usque ad horam tertiam. V.

Placet Bernardo consilium; & summo mane ad Ecclesiam presignatam contendit, ubi
Franciscum iam orantem inuenit. Audito sacro & premisa longa & ferventi prece ad
horam

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
horam tertiam, cultor Trinitatis Franciscus ter Euangeliorum librum aperuit (ita vulnus Bo- nau. quamvis Marian. Anton. & alij dicant à sacerdote apertum) trino exposcens à Deo te- stimonio sanctum Bernardi propositum confirmari. In prima libri apertione illud occur- rit: <i>Si vis perfectus esse, vade & vende omnia que habes, & da pauperibus.</i> In secunda. <i>Nihil tu- teris in via.</i> In tertia verò. <i>Qui vult ventre post me, abneget semetipsum, & tollas crucem suam, & sequatur me.</i> Hæc est (ait statim vir saeculus) vita & regula nostra, omniumque qui nostræ vo- luerint societati coniungi. Vade igitur si vis perfectus esse, & perfice quæ audisti.			trina lib- apertio. & fles de De- vulnus. March. 19. March. 6.8. March. 16. 14.
VI. Scrupulum forsitan iniiciet alicui huiusmodi in re adeo graui sortitio; vel eo maximè titu- lo quod sortilegia hæc, quæ in expansis libris superstitione fieri solebant antiquitus, multo & vario iure prohibita sint. Gentilibus <i>Virgiliana & Prenestina</i> à Virgili, vel Homeri libro- rum apertione, & primi obuij versus observatione, ita dicta, communia erant. Gentilitiz huic vanitati alia successit inter Christianos superstitione, ex aperto novo aut veteri testamen- to, quid scire vellent consultantes, quæm impie sortes Apostolorum, vel sanctorum nuncupa- bant. Frequens sortitum usus erat in re Christiana donec sceleroribus statutis poenis inter- dictæ sunt in Concil. Agathen. cap. 42. in Aurelian. primo c. 32. in Antisiodoreni can. 4. & per Leon. 4. in epist. ad Episc. Britannicæ c. 4. per Gregorium lib. 7. epist. 66. ad Iambuar. Episco- pum. & lib. 9. epist. 47. ex quibus plures decerpserunt textus. Gratia. 26. 9. 5.			An litteris sine sortilegia: Vide Aug. l. + conf. c. 1.
VII. Noui quosdam has vel exinde probare sortes, quod magnis etiam vitis fuerint familia- res, hisque usus fuerit Augustinus, & Gregor. Turonen, sed Augustinus quales suæ fuerint, aperte ostendit, & damnat, dicens se planetarios & Mathematicos libros consuluisse, Franc. c. 49. quos Christiana & vera pietas repellit; & quos se reieccisse, tamquam fallaces divinationes & falsa deliramento lib. 7. conf. cap. 6. testatur. Quamvis alias aliud sortis genus probarer, dum sortitione voluit terminari, iuxta illud sapientiæ verbum: <i>Contradiciones sedes sortitio,</i> Aug. epist. & inter potentes defuit. Dubium illud quinam ex pastoribus manere deberent in populo, quibus usus fugere licet, imminente periculo? Gregorius verò Turonen. dum modestus tur- batisque in oratorio propter Platonem Archidiaconum & Gallienum coniectos in vin- cula doleret, Davidi carminis sumpsit librum, eo dumtaxat fine, velut ipse refert, ut aper- tus aliquem consolationis versiculum daret. Neque alij inculpati viri his sortibus iuste usi sunt, nisi vel in necessitatibus & rebus grauibus in dubio positis (<i>melius enim Deus</i> , inquit Aug. pros. August. in huiusmodi ambagibus, quam homines iudicant) & deuota feruentique oratione præmissa, sicuti fecerunt Conradus, & alius pius sacerdos, dum hæsitabant an Dominica- torum se inserenter instituto. Quibus sane adhibitis conditionibus nihil timendum est in Vicent. Bel. fortibus. Sors enim, ut habet August. nihil male est, sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem, nam & sortes miserunt Apostoli, quando Iudas tradidit Domino perit, & ce- cidit sors super Mattheum. In quæ verba Beda utramque à nobis præmissam conditionem exigit, & sufficere docet; quem sequitur Martinus Del Rio; & in vniuersum probat, licet Aug. in S. Thomas plures conditions exigat, quæ tamen cum his ferme coincidunt. Harum au- tem conditionum neutra in hac Francisci sortitione defuit, nec in alia huic simili quam adhibuit Deo præmonente, ut sciret eius voluntatem circa ea quæ sibi omnino forent agenda. Eam refert Bonavent. cap. 13. legen. & commendat Del Rio citatus, de qua nos Aug. in suo loco. Vide si placet apud August. lib. 8. confess. cap. 12. quomodo alia simili ratione re- ferat se, & sanctum Antonium Abbatem intellexisse quodnam vitæ genus eligere debe- rent. Porro de S. Antonio id largius scribit S. Athanasius in eius vita statim in principio, ubi ait has ipsas ferme lectiones quas accepit Franciscus, ex sacro audiuisse eloquio, & opere statim compleuisse. Vide etiam alia exempla apud Nicephorum Gregoram lib. 8. hist. Rom. cap. 14. apud Metaphrasten agentem de Gheranno filio Regis Francorum, & Gregor. Turonen. lib. 4. hist. Franc. c. 16 & 10. & lib. 5. c. 14.		Greg. Taro. lib. 5. hist. Franc. c. 49. Aug. epist. 180. fin. Protr. 18. 18. Vicent. Bel. Iacob. 1. 10. c. 68. August. in Psal. 33. Act. 1. Beda in c. 1. Act. Del Rio 1. 4. disqu. imag. c. 1. q. 7. 1c. 1. Thom. 1. 1. q. 9. 1. 9. in coip. Anno 1214.	
VIII. Sacra & salutari hac sorte edocitus Bernardus, res suas satis opinas, multo xre coin- mutavit; pecuniamque ipsam asportari fecit in aream sancti Georgij, vbi præceptore Francisco, congregatis egenis, mendicis, peregrinis, orphanis, & viduis omnia liberaliter distribuit; complexisque Euangelij consiliis, habitu & vita Francisco associatus est 16 Ka- lendas Maias; quo die volunt quidam Chronologi humile hoc incepisse sodalitum. Onu- phrius in chron. Eccles. Ciaccon. sub Innocent. II. non verò anno 1211. vt Antoninus in annorum computo parum sibi constans asseruit, cum ibidem dixerit incepsum hunc ordi- nem anno 1209, alibi 1210. & verius alio in loco dixerit mortuum Franciscum anno 1226. 1210. 12. c. 1. annis decem & octo postquam fratres coepit habere, quos si subtracteris, recidet ordinis 1210. 12. c. 1. primordium in ann. 1208. vel 1209. inchoatum.			Quando pre- mis accep- tus s. Fra- nsis. Anton. tit. 12. c. 1. 12. 12. c. 1. 12. 12. c. 1. 12. 12. c. 1.

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.	
<i>Ego fui Po- tri Carbanus.</i>	<i>Edem ipso die humili sua veste donavit vir Dei Petrum Cathani Ecclesiae Cathedra- lis Assisitatis, Diuino Ruffino sacre, Canonicum, qui Bernardi motus præludiis, eum comita- tus & imitatus est, donec eidem instituto una nomen dedere, prior Bernardus, posterior Ca- thanius. Priorem, suum primogenitum vocabat Franciscus, magno venerabatur affectu, & frequenter sepius commendabat eloquio, dicens eum omni reverentia dignum, qui suis li- beraliter in pauperes erogatis, nudum se obculit brachiis crucifixi. Conflantem & firmam eius fidem sepiissime extulit, & moriens multiplici cum sacrauit benedictione. Posteriorem commendauit non inferior virtus, cui vir sanctus integræ familie abdicato à se regimine curam iniunxit, quem secum duxit in Syriam, cui notum fuit præsens Christi cum Franci- scus colloquium de mendbris peccatoribus ampla indulgentia, quam vocant Portiuncula. Vtique amplior & commodior laus erit inferius.</i>			IX.
<i>Francis ad- huc Aegi- dius Assisi.</i>	<i>Dum magna hominum admiratione hi duo notissimi in populo viri, mundo valedixe- runt, absuit vir quidam spectabilis, rectus, ac timens Deum nomine Aegidius; qui septiduo post horum initiationem reuersus in urbem, à consanguineis & amicis accepit, quæ illis die- bus facta sunt Assisi. Ad tam mirabilis conuersio[n]is narrationem ex ardescens concepit de- siderium præfatos viros imitandi. Iam ante non semel secum altius cogitabat (ut refert eius legenda MS. quam à Domino Constantino Caietano Abbe Benedicte accepi, exar- ratam, ut quibusdam placet per Beatum Leonem, eidem viro sancto, ut ipse author præfa- tur, familiarem) quomodo perfectius & securius se totum Deo dicaret. Placuit ei magno- pere summa Francisci sui deictio, & insignis mundi contemptus, à quo dum longius ho- mo discedit, eo magis cælestibus appropinquat. Considerat secum illo die, & sequenti no- bre Deum consulit effusis precibus & lachrimis, quid agendum? Inditus ei feruentior appe- Pal. 150. 1. titus suos concives sequendi, & quia velociter currit sermo diuinus, nec scit tarda molimina Spi- Ambro. 1. ritus sancti gratia, summo manè ad nouam se parat militiam; & optatum iam pergit Ducem in c. 1. Luke. visurus. Dies erat sancti Georgij natali sacer; eius adit Ecclesiam rogaturus ut eius vota dirigeret & gressus, ut quem perquirebat, in soliditudine positum Franciscum inueniret.</i>	X.		
<i>Iacob. OJ. Ri- do in præ- speculi.</i>	<i>Habuc illæ amplissimi sodalitij tenues primitiæ in derelicto quodā tuguriolo in so-</i>			XI.
<i>Pall. pue- peri confes- sorii Aegidi- cius.</i>	<i>licitario loco à turba remota, nec omnibus obuic, iuxta sinuosum fluviolum, vulgariter Ri- go torto dictum. Semitam ignorabat Aegidius in triuio positus iuxta leprosorum xenodo- chium, & ne erraret instanter Dominum orauit, ut gressus suos dirigere dignaretur ad lo- cum, quem sanctus hic colebat triumviratus. Audivit eum Dominus, & recta, quo tende- Surius c. quo data cod.</i>			
<i>Gerran. ad 24. Aprilis.</i>	<i>bat, peruenit. Cogitanti verò illi de iis quæ animo proposuerat, obuius venit è sylua, in qua orationi vacabat Franciscus; ad cuius pedes se prosternens Aegidius, petiit in illius contruber- nium admitti. Eius verò fidem & devotionem animaduertē S. Franciscus ait ad eum: Non mediocris hæc Dei gratia est, charissime, quod te sibi militem & seruum adsciscit; confir- mansque eum hortabatur perseverare in eo instituto, ad quod diuinitus vocabatur. Dein de accisis ad se Bernardo & Petro, ait ad eos: Bonum fratrem misit nobis Deus. Quem cum illi iucundis animis amplexarentur, simul cibum sumpsere.</i>			
<i>Anton. tit. 14. c. 7. 4. 11. Marian. c. 4.</i>	<i>Portò protracto aliquantulum post tenuem refectionem spirituali colloquio, eunti Assi- sium Francisco cum nouo tyrone Aegidio, ut ei habitum conquereret, quo vestiretur; ob- uiam venit mulier paupercula, stipem mendicans. Sed cum nihil suppeteret, quod ei daret, Angelico vultu versus ad Aegidium Franciscus; Demus, inquit, charissime, huic feminæ proper Deum pallium, quo induetus es. Ille mox hilariter pallium dedit mulieri: simul au- tem videbarit ei eleemosyna (seu ve habet Antonius Maria. & codex MS. Italicus) feminæ illa cælos penetrasse, sensique se ingenti quodam animi gaudio perfusam. Statim emendi- cato pro Dei amore vili tegmine induit eum Franciscus habitu ordinis sui, & cum aliis duobus discipulis, sanctis ibidein deinceps imbuebat disciplinis. Vnde verò errorem hau- Gonz. in prou. Roin. conclu. 19.</i>			XII.
	<i>Gonz. in prou. Roin. conclu. 19.</i>	<i>teriam, dum ad aliorum Francisci sociorum conuersiones properamus, sola quæ sequuntur ex Bonaventura subiicio. Sanctus pater Aegidius vir utique fuit Deo plenus & celebri memoria dignus. Hic etenim postmodum virtutum sublimioris exercitatione prælatorus (sicus famulus Domini de ipso</i>		
<i>Regum com- munitatis.</i>				XIII.
<i>Bonau. c. 1. leg.</i>				

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

de ipso prædictis) quamquam esse idiosa & simplex, ad excelsa contemplationis sublimans est veritatem. Nam per multa curricula temporum sursum actionibus semper intentus, adeo crebris rapiebatur excessibus (quemadmodum & ego oculas fidei confexi) ut magis censeretur inter homines uitam au- gelicam agere, quam humanam.

XIV. Instructis aliquantum his paucis discipulis, noluit eos domi torpere, & vt proximos sim- plici sermone, & sancta vita docerent, Bernardum & Petrum destinauit in Aemiliam, ipse in Marchiam Anconitanam cum fratre Aegidio perrexit. Vbique celebrabant diuinis lau- des, & Dei bonitatem quam deuotè hominibus commendabant. In quorumcumque re- tum penuria valde latabantur, iudicantes magnum se inuenisse thesaurum in Euangelice paupertatis prædio, pro qua emenda cuncta dederunt. A quibusdam per quam humaniter recipiebantur, in aliis multa experti charitatis officia. Sed apud plerosque vestis nouitas, male ex & vita singularis asperitas magnam pariebat admirationem. In quibusdam oppidis eos ir- ridebant, in aliis & malo verbo, & duro verbere afficiebant, eos vocantes gyrouagos & ocio- sos nebulones; ab insolentibus iuuenibus, & licentiosis adolescentibus luto impetebantur & faxis, & per plateas ad capitium traxi ducebantur ridiculos, illis furta patientia cuncta ferentibus, & contumelias omnes pro magno ducentes, quippe quantum his secreti inecat lucri probe nouerunt.

XV. Imò præ ceteris doluit frater Aegidius ad eorum iam explicatam virtutem quoscumq- que eis exhiberi honores humanos, quos pro summo habebat vituperio; & sola pro Chri- sto perpessa opprobria gloriam dicebat; quare ad Duxem & Patrem Franciscum dolens, & moestus magna ait sinceritate: Pater iam recessit gloria nostra, dum hominum gloria asti- citur. Quis verba sanctum Patrem magno affecerunt gaudio, videntis suis discipulos, nec iniuriis commouerit, nec honoribus extolli. Cum verò Aegidius doleret, quod quam à pa- tre didicerat salutationem, adeo reuelata, vt supra dixi, multi indigneanter audirent, & tamquam nouam reiacerent; eum pie consolatus est Franciscus, dicens; Dimitte illis, quia nesciunt quid dicunt, dum hæc verba, Dominus tibi pacem, condemnant. In veritate ti- bi promitto, quod multi nobiles & principes huius mundi posthac tibi & aliis fratribus eos ita saluentibus magnam reverentiam exhibebunt.

XVI. In itinere licet Franciscus ad concionatoris modum adhuc populis non prædicaret, fa- lutaribus tamen & simplicibus verbis hortabatur omnes ad Dei amorem, peccatorumque penitentiam. Submonebat deinde Aegidius, vt fidem adhiberent Francisco recte ipsis con- folenti. Iterum cundum prædictum Franciscus propagationem sui ordinis Aegidio, addens insti- tutum suum posse non absurde comparari piscatori, sagenam in aquam mittenti, & inultos pisces capienti, paruos deinde reiicienti in aquas, magnos verò colligenti in vase sua. Qua- parabola etiam Christus Dominus regni cælorum, seu Ecclesiæ militantis conditionem ex- prescit, quæ bonos admittit, malos autem, vel infideles iuste repellit.

XVII. Peragratiss quibusdam oppidis illarum prouinciarum, ædificatisque plerisque magna: virtutis exemplis, ad suum redierunt rugurum quatuor hi viri Apostolici, quibus infra pau- cos dies quintum adiecit Dominus fratrem Sabbatinum ignotæ regionis, sed compertæ perfectionis & sanctitatis virum, qui post adeptum magnarum virtutum cumulum, & ani- plum charitatis augmentum, feliciter suum cursum consummauit. Paucæ certa fide digna de ipso scripta inuenio, eius corpus in vrbe in æde Aræ cæli iaceere affirmant authori speculi fol. 20. 3. Maria. 1. 4. 4. Rodul. I. 1. fol. 6. p. 2. Gonzag. de conu. A. 1. eccl. Angu 12. 19. Specul. fol. 20. 3. Maria. 1. 4. 4. Rodul. I. 1. fol. 6. p. 2. Gonzag. de conu. A. 1. eccl. Angu 12. 19. 11. 15. Comunitar. fr. Maria. Honor. 6. 4. Rodul. cit.

XVIII. Quintus Francisci socius fuit frater Moricus, vt antiquiores legenda, & communiter re- rum nostrarum scriptores volunt, quem tamen Bonaentura hoc tempore posteriorem constituit. Hic primo professus ordinem cruciferorum, eo tempore quo B. Franciscus redi- ret ex Marchia, non modicam adeptus vbique sanctitatis opinionem. Iacebat infirmus. Affilij Moricus in hospitali sancti Salvatoris Parietum, in quo hospites & peregrini com- munizare exciebantur. Languore graui & molesto ad ultimum ferme vitæ terminum peruenit, ita vt medici sibi nihil spei reliquum facerentur. Audivit quædam de sancti Fran- cisci virtutibus, & sanctitate referri; cui ex tempore se commendatum voluit, per internum rogans, vt pro se ad Dominum intercedere dignaretur. Cui B. Patet benignè annuens, nuncium urbanè dimisit. deinde oratione præmissa panis micas accepit, & oleo launpadis, quæ ante B. Virginis altare in æde Portiuncula ardebat, admixtas, in salutare eleuarium:

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIE IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

conglobauit, & tamquam singulare antidotum infirmo per duos ex sociis transmisit; dicens. Medicinam hanc fratri nostro deferte Morico; quia ipsum Christi virtus, non solum plenè sanitati restituet, verum etiam robustum bellatorem effectum, acie nostræ perseveranter adiungeret. Statim autem ut antidotum illud, sancti Spiritus adiumentione confectum, & ergo homo gustauit, sanus exsurgens tantum mentis & corporis à Deo vigorem obtinuit, ut paulo post Viri sancti religionem ingressus, & unica tantum operiretur tunica, sub qua longo tempore loricam portabat ad carnem, & crudis dumtaxat cibariis, herbis videlicet, leguminibus, fructibusque contentus per plura temporum lustra, nec panem gustaret, nec venum, fortis tamen & incolumis perseverans. Plura tamen de hoc sancto viro inferius per sua tempora distribuentur.

*Ei adhuc
fr. Ioh. de
Capella.* Sextus adscriptus huic collegio fuit Ioannes de Capella, vir nequam, datus in reprobum XIX.

*Marian. cit.
Rudol. cit.
fol. 67.* sensum, qui sceleratam vitam infami clausit interitu. Inter Francisci discipulos fuit velut Iudas inter Apostolos, quæ enim rerum necessarium dabantur fratribus eleemosynæ,

huic in communem usum erogandæ committebantur. Curam assumpsit, ut ait Marianus, procurandi quæ communi victrici deesse videbantur. Sæpius tamen reprehensus à B. Francisco quod nimiam ponebat in his rebus acquirendis sollicitudinem, & ultra veram necessitatem plura cumularet, nimium se terrenis & sæcularium familiaritati immiscens, nequam

Male perit. acquieuit. Namis laxus in disciplina regulari, vitam non componebat ad salutaria sui institutoris monita; abusumque introduxit in religionem pilorum, seu (ut antiquarum legendarum barbaris utræ vocabulis) almutiorum, vel birretorum. Hinc cognominatus *de Capella*, quia tunc per Umbriam capella patro nomine dicebatur pilcus. Fædam ei prædictis infirmitatem Franciscus, & miserum interitum. Verumque expertus est, nam horribili cooptatus est lepra, quam dum patienter ferre solebat, pauperibus consociis valedicens, in desperationem actus se dedit in furcas, & misere laqueo vitam sibi ipse finiuit. Hic inobedientia, relaxationis, & nimis circa terrena sollicitudinis finis.

*Pia ad eum
interitum con-
fessoris.* Necessarium huic nostro ævo ex Episcopo Senegalien, huius iniqui nebulonis perdixæ XX.

vitz, & impiz morti subiicio considerationem. Permitti videlicet aliquando à Deo, in quibusdam etiam perfectis sodalitiis vnius, vel alterius lapsum, tum propter eorum demerita, tum propter nostram doctrinam, ut insigni perditorum exemplo discamus ob vnius hominis delictum, non contempnere universum sodalitum, & communem viuendi regulam. Nam in celo omnes illi spiritus sunt boni: in inferno omnes sunt mali: in terra vero, tamquam in media aëris regione, in qua generantur grandines & fulgura, boni simul & mali vitam agunt. Si quidem nulla in mundo sanctior congregatio reperiendi potest, quam illa fuit Apostolorum, in qua iniquissimus Iudas inuentus est: sicut nunc sagena Ecclesiæ bonos & malos comprehendit: ita quoque religiosorum monasteria boni & mali habitant. Quid ergo mirum si in collegio sociorum B. Francisci Ioannes Capella formidabile sui reliquit exemplum: qui salutaris consilij tanti Patis oblitus, mandata eius neglexit. Natura enim vitorum est, illuc velle reverti, ubi primo steterunt. Sed hoc admiratione dignum est, quod abiit in locum suum, & in aëre crepuit medius aërearum collega potestatum, sicut Iudas, quem nempe veri Dei, & veri patiter hominis qui de celo venerat operatus salutem in medio terræ, proditorem nec celum recepit nec eum terra sustinuit.

*Volater. I. t.
Autrop. §.
Francisc.* Vera utique illa obseruatio Volaterrani de Francisci ad Christum similitudine: Con-

seruatoris, inquit, nostri fere per omnia typum gesit. Etenim (ut largius prosequitur peculiari de hoc arguento volumine Bartholomæus Pisanius) Christiformis in nativitate, vita, & exitu quantum licue creature creatori, & pauperculo seruo omnipotenti Domino, quam humiliter apparuit, ita ut essem in tam peruerso discipulo, inquit Antoninus, Christo conformaretur. Nihil magnum nec præclarum in malo assimilari discipulo, præclarus non habuisse, nec sanctam fœdari societatem iniqui hominis impietate, cuius opprobrium in omnes sodales se diffundat. Nam dum scelera malorum referuntur, non tam hunc vel illum proprio nomine iniuste egisse, quam Franciscanum peccasse communiter dici videamus, per quod & instituto & institutori quantum licet, appellazione hac absoluta expobrari contingit. At non laudatur hoc Francisci collegium à malo, sed quod in malo insi-

*Quare per-
muni Deus
sudores inter
liger.* gnem habuerit similitudinem, ex qua intelligatur, quam similis fuerit Minorum infantia faciosanctæ Ecclesiæ primordiis. In utroque autem collegio ideo permisit Christus ut malii inter bonos caderent, ne boni mali fierent, dum de sancti sodalitijs perfectione securitatem sibi promitterent, & inde ruerent, vnde perseverandi habeant occasionem. Deus, inquit August. melius esse iudicanit misericordiam non perseverasuros certo numero sanctorum suorum,

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

fuerum ut quibus non expedit in huius vita tentatione securitas, non possint esse securi; multis enim à perniciose elatione reprimis, quod ait Apostolus; Quapropter quis videsur stare, vident ne cadat. 1. Col. 1. 1.
 Admisit sanctissimis Apostolis Judam Christum, ut sciant nec in Apostolatu secure nimis torpendum; admisit & primis Franciscanis iniquum hunc Ioannem, ut qui huic instituto quaneumuis perfecto se deuouerint, non propterea se in tuto positos potent. Quantumvis mundo per summam paupertatem renunciaverint, licet nihil sibi cum mundanis commune reseruauerint, & vitæ genus sanctissimum elegerint, in ipsis harum virtutum culminibus periculum esse intelligant, idque sibi persuadent, dum illinc alios in precipitum abiisse timidi & dolentes conspexerint.

XXII. Ut iam accreuit discipulorum numerus, prudens Magister post longam virtutum disciplinam eos in paupertatis schola decrevit erudire. Duxit eos per ciuitatem Assisi ut mendicarent ostiarum, & intelligerent illud sibi dumtaxat esse patrimonium, quod piorum hominum tribueret magnificentia. At in ostiaria hac mendicitate plura praeter verecundiam passi, dura verba, irrisiones, parentum impropria, adolescentium petulantias, & indignas passim repulsas. Quidam in malam rem reiiciebant, aliij dicebant eos stulte reliquisse sua M. l. f. a. c. 1. fol. 16.
 ut mendicarent aliena: aliij torpentes, & pigros esse nebulones, qui ociosam elegerant prima men- dicatio. mendicitatem praे honesto labore; aliij deridebant insolitam, & nouam hanc spontaneam mendicitatem, raro antea visam; & parentes cum consanguineis hos ad suorum vituperium natos inuicem conquerebantur. Pij vero, & sinceri viri saniori consilio hæc attribuentes pauperem hominum vitam, & voluntariam egestatem suis reueabant beneficiis, & amplioribus fouebant eleemosynis.

XXIII. Dum paucis post diebus hilariter retulisset Franciscus optimo viro Guidoni ciuitatis Episcopo, quæ in mendicitatis præludiis novi perpessi sunt tyrones, quorum plura iam ante ab aliis accepit, amicus dixit Antistes: Durum, & molestum mihi videtur frater Francisce, tuum istud vitæ genus, absque omni prorsus terrena possessione. Cui vir sanctus respondit, imò molestum & asperum mihi videtur possessiones admittere, pro quibus defensandis & conseruandis, multa solicitudine, & cura opus esset; sed & ad sedandas dissensiones, & lites quæ ex eis oriuntur, arma oportet in promptu habere, per quæ dum iuruit in pugnam, solet Dei, & proximi amor extingui. Securius ergo, & tolerabilius iudico vitam pauperem agere, quam possessionibus locupletari. Placuit satis Episcopo sancti, & cordati viri responsio, & se, quod antea sepius præstiterat, firmiter promisit ei in omnibus adfuturum.

XXIV. Statuit autem Franciscus suos discipulos inter exteriores, & ignotos exercere, idcirco eos Pergit in val- lum Reatinum cum pugna.
 duxit ad vallem Reatinum (quæ in Sabinis est, non extra ipsius Umbriæ fines, notissima) ut stipem maiori peterent fiducia, & absque duriori acciperent contumelia. Infirmum etenim quodcumque vel infirme artis principium, & lenius erudiendi in limine tyrones, ut audaciora induant ad maiora, conamina. Hoc tunc euocandorum discipulorum extra Assisi fines Francisci studiū assignant Marianus & Angelus Reatinus, qui de rebus à Franciscop Marianus. 1. 2.
 gestis inter suæ patris terminos, deuotum edidit libellum. Imininet vero alteri huius vallis Angelus Reatinus.
 parti rupes magna, in qua neglecatum quoddam erat eremitorum, primo ipso intuitu Francisco gratum, tum propter eminentem & libetum situm, tum propter solitudinem viris contemplatiuis & Deo familiaribus acceptum. Hic sanctus gressus noctu se colligebat, interdiu procedebant ad populum, præsertim ad oppidum Podij Busconis (vulgo Italico Pogio Bastone) rupi vicinum.

XXV. Ibidem ut author est Gonzaga & Angelus Reatinus, quadam die sub concava rupe anno Gonzaga. 1.
 nos siros in amaritudine recognitans deplorabat contritione perfecta sibi exaltis emissa, com. 12.
 iuxta illud: Postquam conuersissime, egi penitentiam, & postquam ostendissimbi, percusi cor Angel. de meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiae mee. De hoc dolore, an in pugna Angel. de meum. 1.
 de alia alterius diei contritione nescio, veniat intelligendum illud S. Brigitæ testimonium Bridget. 1.
 verba hæc Christi referentis: Homo quidam erat Franciscus nomine, qui datus se conuertit à manus 1. 2.
 dana superbia, &c. tunc obtinuit veram contritionem omnium peccatorum suorum, & perfidum volun- 1. 2. 2.
 luntatem se emendandi dicens: Nihil est in hoc mundo quod non volo libenter dismiserem propter amo- 1. 2. 2.
 rem & honorem Domini mei Iesu Christi, nihil est etiam tam durum in hac vita, quod non volo gradi- 1. 2. 2.
 tanter sustinere propter eius charitatem, faciendo propter eius honorem omnia, quæ ego posero iuxta 1. 2. 2.
 meas vires corporis, & anime, & omnes alios quoscumque potero, volo adhuc inducere, & laborare, 1. 2. 2.
 ut Deum super omnia diligant toto corde. Quibus vel similibus verbis ex contrito, & humilia- 1. 2. 2.
 to corde procedentibus à Domino meruit exaudiri pro suorum venia peccatorum. Nam 1. 2. 2.
 ut telere

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

Bonau.c.3.
ad med.
Præudet mi-
rabiliter fu-
tura.

vt refert Bonaventura , sancti Spiritus in eum superueniente latitia , certificatus est de re-
missione plenaria omnium delictorum . Raptus deinde supra se ac in quoddam mirandum
lumen totus absorpsus ; dilatato mentis sinu , qua: circa se & filios suos futura erant , lucu-
lenter aspexit .

Marian. cit.
Prædictis fa-
tis ordinis
implundim.

Duplici hoc affectus ingenti sauro humiliter , sed perquam latius regressus ad filios .
[Confortamini , inquit , Charissimi , & gaudete in Domino , nec quia pauci estis efficiamini
tristes , nec vos terreat mea , vel vestra simplicitas , quoniam sicut à Domino mihi in verita-
te ostensum est , in magnam multitudinem faciet vos crescere Deus , siveque benedictionis
gratia multipliciter dilataribit . Multi conuertentur ad Dominum , & per uniuersum mun-
dum multiplicabit Deus familiam suam , & augabit . Ad vestrum quoque prosceluum co-
gor dicere , quod vidi . Quod veiue magis silere liberet , si charitas me non cogeret vobis
referre . Vidi multitudinem magnam hominum ad nos venientium , & in habitu sanctæ
conuersationis nobiscum volentium conuersari . Et ecce , adhuc sonitus eorum in auribus
meis cunctum , & redeuntium secundum obedientiæ sanctæ mandatum . Vidi quasi vias
ipolorum multitudine plenas ex omni fere natione in his partibus conuenire . Veniunt Fran-
cigenæ , festinant Hispani , Theuthonici & Angli (addit M. S. vetus , Scotti & Ibernici)
currunt , & aliarum diuersarum linguarum , accelerat maxima multitudo] Consolatoriæ
hanc sermocinationem primam ego posui inter sancti viri collationes ad fratres , vbi etiam
consulendi commentarij .

Leg.Greg.9.
Aperit va-
rios ordinis
fatu futu-
res.

Auditis ad magnam animi consolationem benignis his sancti Patris verbis , post religio-
sam inter se de his confabulationem scire cuperunt , qualis esset superuentororum fratrum
conuersatio . Ad sanctum proinde Patrem , quem varia data occasione propheticò dona-
tum spiritu compererunt , fiducialiter accedentes magna humilitate eum rogauerunt , ut di-
gnaretur aperire statum futuræ religionis per sæcula posteriora . Quibus ille : [Ut fidelius ,
& deuotè Domino Deo nostro propter omnia dona sua gratias referamus : & ut sciatis
qualiter cum præsentibus , & futuris sic fratribus conuersandum , futurorum processuum
fratres intelligite veritatem . Inueniamus nunc in principio nostræ conuersationis poma
quædam dulcia , & suavia nimis ad edendum : sed paulò post quædam minoris suavitatis
& dulcedinis offerentur . Postremo vero dabuntur quædam amaritudine plena , quibus non
poterimus vesci , quoniam præ acerbitate sua erunt inuescibilia vniueris , licet quendam
exteriorem odorem , ac pulchritudinem repræsentent . Et verè sicut vobis locutus sum , in
magnam gentem nos Dominus augmentabit . Sed ultimo sic cueniet , quemadmodum si
homo iactet retia sua in mare , vel in aliquem locum , & concludat multitudinem copiosam
piscium , & cum omnes miserit in nauiculam suam præ multitudine omnes portare fati-
diens , eligat maiores , & sibi placentes in vasis suis , ceteros autem foras emitat .] Hac san-
ctus Pater , ipsis , quibus referuntur in antiqua citata legenda , verbis , quæ in omnibus Fran-
cisci colloquiis nihil mutato semper apponere decreui , ut ex ipsis ityli sinceta vetustate
maiorem verba sancti viri fidem sortiantur . Ab iis etiam verbis , quæ prophætica sunt , ac-
commodandis , vel explicandis vbique abstinebo , nec enim prophæta sum aut filius pro-
phetæ , ut hæc exactè intelligam ; nec si ea de vnius , vel alterius religionis membra relaxa-
tione aut posterioris vel anterioris sæculi dissolutione , quispiam interpretari voluerit , id fa-
ciat absque inuidia & offensione .

Conuersio
Philippi Lon-
gi.
Bern à Bessa
in cathalo.
Generalium
sub 1. Gene-
rali.
Illi. 6. 6.

Duin vero per vicinas regiones sanctæ huius sodalitatis suavis odor efflatet , multi ad eos
accedebant , ut in via virtutis erudirentur , & tam sanctæ conuersationis exemplo instrue-
rentur . Accedit vero præ ceteris non solum instruendus , verum & illis adscribendus ex vi-
cino quodam oppido homo timoratus & candidus , nomine Philippus , cognomine Longus
(vt habet Bernardus à Bessa Aquitanus S. Bonaventuræ socius) vir tanta postea perfectio-
nis , quod velut alter Ilias calculo igoito per Angeli ministerium labiorum accepit mun-
ditiam : licet illiteratus per donum intellectus profunda Scripturæ sensa rimabat , & altiora
penetrabat mysteria . Mira de rebus spiritualibus voluptate loquebatur : primus fuit sui soda-
litij , cui institutor commiserit curam pauperum dominatum S. Damiani ; de quibus cum
inferius egerimus , de hoc sancto viro sermo redibit .

Anno 1219.
n. 43.
Bonaau.cit.

Septimo hoc admisso discipulo sanctus Pater redit Assisium , vbi miro studio & præsaga
charitate eos in cunctis spiritualibus erudiebat exercitiis . Plura eis de regno Dei , de con-
temptu mundi , de abnegatione propriæ voluntatis , corporisque castigatione pronuncians ,
propositum suum de mittendo illos in quatuor orbis partes aperuit . Duin enim sterilis , &
paupercula simplicitas S. Patris pepercerait septem quos signauimus filios . per eos desiderabat
vniuersitatem

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

vniuersitatem fidelium ad pœnitentiaz lamenta vocatam, Christo Domino parturire. Apri-
riens idcirco eis humiliter supernæ maiestatis consilium, quo per eos, eorumque consola-
les, res humanas renouare, & in meliores vertere decrevit, admonuit propterea superno-
iam auxilio in breui peritos evasisse huius tanti operis magistros, ut labescentis Ecclesiaz
iactur suo exemplo & verbo tam fideliter, quam humiliter obuenirent. Deinde piis &
candidis verbis eos hortatus, ut huic se accingerent labori, sequentem habuit sermonem,
quem ex vitaque legenda Thomæ Celani his sanctis viris coartanci, nec non legen. trium
sociorum inter collationes sancti viri secundam reposui.

*Statuit eos
miserere pra-
dicantem.*

XXX. [Consideremus fratres charissimi, vocationem nostram, qua vocauit nos misericorditer
Deus, non tantum pro nostra sed pro multorum etiam salute, ut eamus per mundum ex-
hortando omnes plus exemplo quam verbo, ad agendam pœnitentiam de peccatis suis, &
ad habendam memoriam mandatorum Dei. Nolite timere, quia pusilli & insipientes vi-
demur, sed securi annunciate simpliciter pœnitentiam, confidentes in Domino qui vicit
mundum, quod Spíritu suo loquetur per vos & in vobis, ad exhortandum omnes ut con-
uertantur ad ipsum, & eius mandata obseruent. Caueamus, qui reliquimus omnia, ne pro
modico regnum cælorum perdamus; et si pecuniam in aliquo loco inueniamus, non cure-
mus de illa plusquam de puluere, quem calcamus. Non iudicemus, neque despiciamus il-
los, qui delicate viuant, & curiose ac superflue induuntur. Deus est noster ac ipsorum Do-
minus, potius illos ad se vocare, & vocatos iustificare. Tales ergo reuictamur, ut fratres
& dominos nostros. Fratres enim sunt in quantum ab uno creatore creati; domini vero
sunt, in quantum bonos adiuuant ad pœnitentiam faciendam, eis necessaria corporis mi-
nistrantes. Ite ergo annuntiantes hominibus pacem, prædicantes pœnitentiam in remissio-
ne peccatorum. Inuenietis quosdam homines fideles, mansuetos, & benignos, qui cum
gaudio vos & verba vestra recipient; ac per oppositum alias infideles, superbos, blasphemos,
qui exprobrantes resistunt vobis, & his quæ dicetis. Ponite ergo in cordibus vestris
patienter & humiliter omnia tolerare. Nolite tamen timere, quoniam non post multum
tempus venient ad vos multi sapientes & nobiles, eruntque vobiscum prædicantes Regi-
bus, & principibus, & populis multis. Estote ergo in tribulationibus patientes, in oratio-
nibus vigiles, in laboribus strenui, in sermonibus modesti, in moribus graves, & in benc-
ficiis grati: quia pro his omnibus vobis regnum Dei præparatur æternum: quod nobis
concedat ille, qui vivit & regnat trinus & unus; & absque dubio concedet, si emissa seruauemus
vota nostra quæ illi voluntarie spopondimus.]

XXXI. Hac ut attentius & prompto ad obediendum animo exceperunt boni discipuli coram
seruo Dei humiliter se prosternentes in terram, cum gaudio Spiritus suscipiebant obedi-
entiaz sanctæ mandatum. Ipse vero dicebat vnicuique sigillatum; *talta cogitatum tuum in Domino, Psal. 54. 1.*
& ipse te enstruet. Hoc verbum dicere solitus erat, quotiescumque fratrem aliquem ad obe-
dientiam dirigebat. Tunc & ipse sciens se datum alii in exemplum, ut prius ficeret quam *Ad. 1. 1.*
doceret; cum uno sociorum versus unam partem perrexit, reliquis sex ad modum crucis
tribus aliis mundi partibus deputatis.

XXXII. In itinere positis vbiunque occurrebat Ecclesia, sacellum, vel etiam crux sub dio po-
stra, devotam humiliter in terra prostrati edebant orationem: deinde prætereuntes dice-
bant, quod ipse commemorat in testamento Franciscus; *Adoramus te Christe, hic & ad om-
nes Ecclesias tuas, que sunt in toto mundo, & benedic tibi, quia per fabellam crucem tuam re-
demisti mundum.* Magna etenim religione colebant quemcumque sacrum locum, & qua-
lecumque Christi Domini vestigium; Dei locum dicentes, vbi aliquid Dei erigebatur in
titulum. Obuiis quibusque viam pacis in veritate dicebant, & si quos ab ea aberrare vide-
bant, humiliter & benigne reducere conabantur. In mediis populis, quæ sanctus sugge-
rebat Spiritus, simpliciter absque fisco proferebant, pacem & veram cæli semitam an-
nunciantes, omnibus suadebtes ut cæli & terræ conditorem timerent & amarent, & sancta
eius mandata custodirent.

XXXIII. Nonus illorum in oppidis aspectus, & inaudita societas: non omnibus placebat diuersus
à cæteris cultus, dissimilisque à mundanis sermonibus cuius es-
sere nationis, professionis, aut conditionis viri? Simpliciter dicebant quod erant viri pœ-
nitentes è ciuitate Assisi oriundi: nec enim adhuc suam sodalitatem placuit dicere reli-
gionem. Aliqui libenter eos sub suis testis recipiebant, alij sibi timebant; vagabundos & *Dure à qui-
rapaces suspicantes: nec ad stipem, nec ad limen erant humani. In multis locis sibi prius ab
hosptio durius repulsi, præ Ecclesiarum foribus, & sub porticibus noctu quiescebant.*

Ad quas

*Lege. antiqu.
Cclau. Cod.
MS. Fauci.
tom. I opu-
scul. S. Fran-
cisci.*

*Francisi ad
discipulos
sermo.*

*Conversatio
primorum Mi-
noristarum.*

*Leg. 3. Socio
Francisc. in
tellam.*

*Dure à qui-
repulsi.*

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

Pisan. eōf. 8. Ad quas destinatas partes tuissi fuerint hi noui Dei præcones, è nullo potui colligere: xxxiv
 Mariano. c. 4. Florentiam, ait Pisanus, peruenisse Bernardum cum socio, quem Ægidium dicit Maria-
 g. 9. nus; vbi dum prima nocte à nullo recipierentur, & hospitalitatis beneficium omnes nega-
 Jacob. Oddo præfatio 2. rent, ad quandam accesserunt in suburbis domum, cuius heram rogauerunt, vt quam alij
 Marc. c. 10. negauerunt, hospitalitatis gratiam præstaret. Annuebat pia mulier, sed prohibuit maritus,
 dicens se nolle sub suo testo colligere homines ignotos, quos peregrino & ficto habitu in-
 cedentes futes & nebulones esse non temere sibi iudicare licebat. Erat præ soribus porti-
 cus, in qua ferme totam illam noctem duxerunt insomnem, intensum frigus perpetui / erat
 enim mensis Nouembris) Spiritu tamen feruentes, illa lati consideratione quod Christus
 Dominus in alieno stabulo natus, nō habuerit vbi caput reclinaret. Vt eluxit, hilares ad pro-
 ximam accesserunt Ecclesiam, in qua perseverantes in oratione Dei ingredientibus in tem-
 plum maximæ erant ædificationi. Præ ceteris accessit sacrum auditura, quæ præterita no-
 ñe negauit hospitium, & vidic religiosum & deuotum horum modum orandi, plus inte-
 riori intentorum meditationi, quam hue illuc in circumstantes ingredientiæ vagos ocu-
 los coniicientium. Tacita secum cogitauit verba mariti, & qui fieri posset, vt latrones aut
 peruersi possent esse, qui sanctis adeo enixè se dedicabant exercitiis. Dum hæc secum inci-
 ditatur, videt deuotam quedam ciuem Guidonem nomine, hominibus piis pecuniariam
 obtulisse eleemosynam, quam illi gratias reddentes, humiliter renuerunt accipere. Cau-
 salm sciscitanti cur pro reclusa pauperie dummos nolunt: Respondent, se iuxta Euangeli-
 cum consilium suis relixis, pauperes effectos spontaneos, & rei summariz vsum sibi pe-
 nitius interdixisse. Quo audito saniorem de eis concepit mulier opinionem, & Guidonis
 iu cos crevit affectus; ita vt illa captata viri benevolentia, cui sigillatum omnia narravit,
 illo ipso die in suam duxerit domum, sequenti vero apud Guidonem pranderent, & per
 plures dies habitatarent.

Aliquos experti sunt huiusmodi benevolos, sed plures durioris naturæ minorisque pie-
 taris, donec in populo innoverunt eorum opera bona, per quæ glorificarunt suum patrem
 in cœlestibus, & multam suis verbis conciliaverunt fidem in civitate. Vicerunt semper in
 bono malum, sanctas referentes pro iniuriis deprecationes, rogantes Deum ut contume-
 lias inferentibus dignaretur ignorare. Tanta vieti mansuetudine cessabant ab offensis in-
 iurijs, & sui errati suppliciter veniam exposcebat, quam faciliter obtinebant. Alij tanto
 virtutis allecti specimine se illis iunxerunt, & habitacula offerabant. Vnum admisisse Ber-

Pisan. conf. nardum in oppido Carmignano refert Pisanus. de quo sub hoc tempore dubito, nam neque
 ro. in Cist. frates habebant, qui locum incolerent, neque ante locum Portiunculæ alium obtinuerunt
 Floren. Rodul. fol. 261. Minoris. Vt vt sic locus hic spectabat ad Custodiā Florentinam prouinciæ Thuscix Min-
 norum Conuentualium, in coequo per aliquod tempus floruit B. Joannes Patens, primus,
 vel, vt alijs volunt, secundus post S. Franciscum Minister Generalis. Vixit in eodem con-
 ventu B. H. unius à Percusio prædicator insignis, de quo nos agemus inferius. Illud item in
 hoc loco memorabile quod dum prædicaret ibidem B. Joannes de Aluerna, magna pluvia
 inundata circuincrea terram irrigante, non madeficeret vel una guttula suggestum sub
 dio posuit, nec terra spatiū in quo auditores circumstabant.

Marian. & Rodul. cit. Dum hæc hisq; similia agerent pterenturque socij & non sine fructu animalium, reli-
 Alijs quis. gionisq; ie incremento per cœnitates & oppida discurrent, rediit Franciscus Assisium, vbi
 tuor. admis- quatuor alios admisit dicit. ipsos B. Coalitionem, vel vt alijs placet Ioannem de S. Constan-
 tu Francis. discipulis. Comitatus Assisij vrum simplicem, magnæ sanctitatis, profundæ humilitatis, & inge-
 nuz sinceritatis, qui plenus meritis & ianuis operibus mortuus est Assisij, sepultus apud
 Portiunculam; & Barbatum Altisiatein præcipuum paupertatis amatorem, quam verbo
 simul & opere extollebit, vel ut th. laurum incomparabilem in cælo reconditum. Præter
 mantellum, habitum, & cordam nihil prius se retinuit. Ipsam illam pinguem seu crassio-
 rem lacernam adeo pinniculariam habebat, vt non integrum diceres habitum, sed assuta
 inuicem multa præsemina. In conuersatione, supra quam dici potest, humilis & mitis
 erat, in charitate erga proximos ferventissimus, in oratione assiduus, in corporis macera-
 tione austerus. Iterum de eo sermo redibit inferius.

B. Bernard. Alter fuit B. Bernardus de Vuidante, sine vt vult Rodulphus Bernardus Vigilatius, quem xxxvii.
 de Vuidante. Rodul. fol. 47. adeo vigilem factum, ait in laboribus & animæ curis, vt minimè somniis crediderit, sed sa-
 cris vigili s magnum sibi sanctitatis nomen promeruerit. Eum rare perfectionis virum dicit
 Marian. & in cunctis virtutibus ex. ellentem, studiosum B. Fracisci in omnibus, præcipue in
 patientia, seclatorem. Multis clariuit in vita miraculis. obiit apud S. Mariam de Angelis.

ANNO CHRISTI 1209.	INNOCENT. III. ANNO 12.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 2.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

- xxxvii Quartus ex his, sed in hoc sodalitio undecimus fuit B. Sylvester Assisias. Primus omnium ingressus est ordinem sacerdos, nam nec B. Petrus Cathaneus quantumvis maioris aedis Canonicus, quando habitum induit, gaudebat presbyterio. Ita conuersum commorant tres socij in sua legenda. Vendiderat quosdam B. Francisco lapides pro S. Damiani Leg. 3. Soci. Qualiter et. Mirabiliter f. Sylvestri. Hoc anno u.s.
- zde reparanda, quorum iustum acceperat pretium; in miraculosa vero illa conuersione Bernardi à Quintualle, aderat liberali, quam supra retulimus, suarum rerum in pauperes distributioni. Dum profundi, & vero pecuniarum contemptu in omnes erogari vidit hominis peculium, praeside & magistro huius donationis Francisco, alienz rei cupidus accessit ad B. Patrem, & se deceptum queritur in lapidum pretio, & ultra acceptas pecunias plures sibi deberi contendit. Noluit cum auato vir sanctus contendere verbis, nec de re pecunaria, quam iam contemnebat, lites excitare, quantumvis perspectam habebat hominis avaritiam, sed immissa in sacculum Bernardi manu, pecunia plenam homini porrigena inquit, Accipe pro eo quod repetis, non quod ego debeam. pretio; & secundò extracta similiter de sacculo pecunia, offerebat, subinterrogans; habes adhuc plenam solutionem Domine sacerdos? Cui ille, plenam frater, & continuo domum lætus perrexit. At cum cubitum ire veller, & in conscientia sua tribunali secum subiret de peractis illo die iudicium, factum hoc sincere perpendit, & graui animaduersione dignum iudicavit. Itane, inquit, ego avarus? ita rei alienz studiosus, ut sincere mecum agentem fraudulenter postea decipiam? ita ego mundo & fluentibus in his divitiis, ut iam prouecta & declinantis aetatis vir summo congregem studio, quod adolescens ille summa liberalitate pro Deo laudabilitet condemnat? Pœnitentia facti, infectum vellere, dannum reficiam, ut commissum tollam piaculum. Veniam interim à summo puto Iudice, ne quod fateor, crimen citius puniat, & tempus negat impiè ablata iuste restituendi.
- xxxix Statuta secum firmius sui erroris correctione, illa nocte memorandam habuit visionem. Bonau. cit. Cum enim modum & vitam Francisci, fratrumque suorum humano Spiritu abhorret, ne periclitaretur pro temeritate iudicij, respectu fuit supernæ gratie visitatus. Videbat namque in somnis totam Assisij ciuitatem à dracone magno circumdati; præ eius magnitudine nimia, tota regio videbatur exterminio subiacere. Contuebatur post haec crucem quamdam auream ex ore procedentem Francisci, cuius summitas cælos tangebat, cuiusque brachia protensa in latum, usque ad mundi fines videbantur extendi; ad cuius etiam aspectum præfulgidum, draco ille teter & horridus penitus fugabatur. Hoc dum sibi tertio monstraretur, diuinum testimans esse oraculum, viro Dei, & fratribus suis per ordinem enarravit; ac non multo post tempore mundum relinques, vestigiis Christi sic perfectè adhæsit, quod vita ipsius authenticam reddidit eam, quam in seculo habuerat visionem. Ex huius visionis auditu, vir Dei Franciscus non in gloria est elatus humana: sed bonitatem Dei in suis beneficiis recognoscens, fortius animatus est ad hostis antiqui fungendum versutiam, & crucis Christi gloriam prædicandam.
- xl. Visio haec præcessit per aliquos menses huius sancti viri conuersionem, licet enim fortiter à Spiritu induceretur, ut Franciscum mundo valedicto sequeretur, haud statim licuit, donec à quibusdam rebus se expediret. Quamuis ergo visio præcesserit secundam illam fratrum missionem iuxta Bonaventuræ narrationem; secuta est, ut adnotauit ex tribus sociis Bonau. cit. Marianus, illius conuersio. Illum tam initiatum magna habuit in reverentia S. Franciscus, Leg. 3. Soc. Marian. cit. tum ob sacerdotium, tum quia sepius eum vidit familiariter cum Deo confabulante, velut alterum Moysem, sicut solet amicus loqui ad amicum suum. Fuit semper solitudinis amator, Exod. 33. nec satis ad votum occulta inueniebat latibula, in quibus ab hominum oculis suas absconderet virtutes.
- xlii. Adnumeratis sibi & socio his quatuor viris, aliorum sex qui aberant in sancta dispersione benignus Pater exoptans presentiam, & charæ sobolis desiderans cōspectum, cum in unum eos per se conuocare non posset, per eum orabat hoc fieri, qui dispersiones congregat Israëlis. Sicque factum est, ut absque humana vocatione omnes ex insperato, post modicū temporis Bonau. cit. ieiuniū desiderium, diuina operante clementia, non sine ipsorum admiratione, pariter conuenirent. Ingenteum concepit vir sanctus ad suorum filiorū aduentum, cordis letitiam, & eo maiorem, quo sincerius & humilius, quæ in iis quas peragrarent regionibus, se fecisse in Dei & proximorum obsequium, referebant. Iterebant primi in posteriorum discipulorum amplexus, sibi inuicem de sancta societate gratulantes, & animos ibi addentes ut in tanto Dei famulatu intrepidi perseuerarent. Referebant hilariter, qui regressi sunt, quæ in illa missione ludibria & verbera experti sunt, perquam gaudentes quoniam digni habiti sunt pro Christi obsequio.

ANNO CHRISTI 1209. & 1210.	INNOCENT. III. ANNO 12. & 13.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 2. & 3.	RELIGIONIS MI- NOR. ANNO 2. & 3.
-------------------------------	----------------------------------	--	-------------------------------------

obligio contumeliam pati, quibus sancte inuidentes nouissimi tyrones, nihil huiusmodi extra tyrocinium percessi, id sibi singentes solatij, suum etiam tempus ad futurum, in quo ad sacrum bellum progrediantur, & strenuos se ostendant aliorum commilitones.

Fouebat & instruebat sanctus Pater paruulam & deuotam hanc progeniem cum omni XLII. mansuetudine & lenitate in penitentia multa & viet asperitate. Pro prece horaria instituit, ut secundum officij diuini partitionem ad unamquamque horam recitarent ter orationem Dominicam, & missam audirent, cui dum interessent, plus volebat ut vacassent diuinorum mysteriorum contemplationi, quam vocali orationi. Causam vero cur tam breuem precandi methodum sanctus Pater instituit, assignabat B. Egidius, dicens nullo eum voluisse statuto impedire deuotionem, sed sancta & maiora illorum obsequia desiderasse, ut a spontanea emanarent deuotione.

Corius 2.
par. hist.
Mediolan.
Vincen.Bcl-
luacen.l.30.
c.99.
Marian.c.8.
§.10.
Predicci G.
ibidem Im-
peratorē de-
pendendum.

Hoc autem anno ad finem mensis Septembri è Mediolano, ut docet Bernardinus Co- XLIII. riis, Roman petens ut coronaretur a Pontifice, Otho Imperator, illuc per hunc ille hoc Francisci tugurium, Archiepiscopo & proceribus Mediolanen. adstipatus magnoque comita- tu & pompa incedens, transiit. At vir sanctus cum secus viam maneret, nec ipse, nec ali- quis suorum saltum aspicere de tugurio voluit, tantus erat in eis mundanz pompæ contem- ptus, & tam auctor ab huiusmodi vanitatibus insectandis aspiciendisue animos habebant. Misit vero sanctus Pater unum ex locis Imperatorei allocuturum, cui gloriam huiusmo- di modicum duraturam ei constanter nunciare, præcepit. Exequitur sui Patris mandatum humilis subditus, & coram omnibus dixit quod ab uno accepit; verumque denunciasse eti- cum Imperatoris displicentia, vel proximè sequens annus, in quo a Pontifice iuste excom- municatus imperij iure priuatus est, euidenter ostendit.

Plura subscriptiunt alij hoc anno facta a B. Patre, eiusque sociis, aliorum conuercionem, viuendi regulam præscriptam, eius per Innocentium approbationem, hisque similia, quæ in sequentem potius incidentur, ut suis locis amplius ostendemus.

S. Elizabetha
naufrigia.
Jacob.Mon-
tan. in vita.
S. Elizab.c.1.
Theodosie
Thuringus
de cedra.
Jib. t.c.1.
Hilslor. de latitiam Ecclesiz, tantarum rerum gratia declarandam, veluti ex siderum, quæ contempla- batur, aspeku, citata depropozisse. Quam quidem prædictionem, qui diuino instinctum spiritu hominem volunt, veteris Balaami vaticinio comparant: qui vero diuinatricem A- strologizæ vanitatem derident, intra famam reponunt.

Quarto autem Elizabethæ infantis anno Hermannus Princeps missis iterum legatis eam adferri ad se precibus, & quidem facillime, obtinuit, regina matre petitioni libenter an- nuente, quod regia declaravit munificentia. Nam posteaquam legatis honorifice suscepis, benigne auditis, atque humanissime tractatis, filiam in argenteo cunarum roteumate, mol- lissimo cubantem lectulo, & coram exhibuit & commendauit: plurima quoque munera si- mul obculit regia digna magnificentia, vim denique non mediocrem adiecit pecunia. Præ- ceptaque Principi dicerent: ne putaret his tantum muneribus liberalitatem suam limitari: destinare se, si diutius viuere contingat, adiuvare gloriam, divitias, honores, nec pati ut priorum cellatio, obliuione posteriorum vilescat, tantummodo bono esset animo, filiam- que bene commendatam haberet.

A R G V M E N T V M.

Præscribit fratribus regulam, quam ei confirmauit Innocentius tertius visionibus moni- tuis celestibus. Rome Cardinalium & Principum sibi, suisque animos deuincit. Re- diens in vallem Spoletanam commoratur per aliquos dies iuxta civitatem Orte, deinde redit ad pristinum locum Rivitorei. Obtinet a Benedictinis Ecclesiam sancte Mariae in Portuncula, ubi multis suo habetu donas, & salutaribus instruit disciplinis.

ERNESTUS Christi famulus paulatim accrescisse numerum fratrum, de instituto, quod obseruant, secum altius cogitauit. Conuocatis proinde undecim illis discipulis eos his verbis affatur: Video fratres charissimi, quod pius & misericors dominus nolram vult augere

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

augere congregationem. Prescribendum nobis institutum quod uniformiter sequamur, & monendus de nostra vita Sanctissimus Pontifex Romanus, absque cuius approbatione & condescensione nihil sanum aut firmum in fidei aut religionis negotio censetur. Eupres ergo ad matrem nostram sanctam Ecclesiam Romanam, notificenit Domino Papæ, quod per nos facere Dominus coepit, ut de voluntate & præcepto eius, quod cœpimus, prosequamur. Placuit omnibus viri sancti propositio, & se paratos respondent, ut quam dictaverit regulam sedentur, Romamque petant pro eadem confirmanda. Nullum erat tunc ius positivum Ecclesiasticum, nec aliosum exemplum, quo ad hanc confirmationem petendam cogerentur, ut docte notarunt Illustriss. Cardin. Bellarm. & Ioan. de Carthagena: sed ob maiorem rei firmitatem, ne sibi accideret, quod contigisse videbant V Valdensibus à Lucio, & Innocentio III. reprobatis, & propter summatam & religiosam quam statuerunt erga Ecclesiam Catholicam reverentiam & submissionem, sua magis sponte, ut ait Platus, quam legis cuiuspiam coactu, instituti rationem à Pontifice sancientiam decreuerunt. Scriptis autem pius Pater, longa præmissa oratione, sibi & sociis ceterisque suis sceleribus, simplicibus verbis hanc quam subilio formulam videt. Eam à se solo interiori dictante Spiritu condidisse communis est, & recepera inter vetustos nostros scriptores sententia; sed Chronicum magnum Belgicum id factum singulariter dicit, cooperantibus religiosis & peritis viris ex sociis. Longe autem distat hæc regula ab Augustiniana, quam plaus errore putauit Stephanus Garibayus proficeri adhuc Minores. In hac pòrrò sancti Euangelij obseruantia, pro fundamento indissolubili collocata, pauca quedam alia inseruit Franciscus quæ ad vni-formem viuendi modum necessaria videbantur.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI. AMEN.

II. **H**æc est vita quam frater Franciscus petiit sibi concedi, & confirmari à Domino Papa Innocentio, & concessit, & confirmavit eam sibi & suis fratribus habitis & futuris. Frater Franciscus, & quicunque erit caput istius religionis, promittit obedientiam & reverentiam Domino Innocentio Papæ, & eius successoribus obedire.

C A P V T . I.

Quod fratres debent vivere in obedientia, sine proprio, & in castitate.

Regula & vita istorum fratrum hæc est, scilicet vivere in obedientia, & in castitate, & sine proprio; & Domini nostri Iesu Christi doctrinam & vestigia sequi, qui dicit: si vis perfectus es, vade, & vende omnia, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo; & veni sequere me: & si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crux suam, & sequatur me. item: si quis vult venire post me, & non odit patrem suum, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores; adhuc autem & animam suam, non potest esse meus discipulus. Et omnis qui reliquit patrem, aut matrem, fratres, aut sorores, vxorem, aut filios, domos, aut agros, propter me, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit.

C A P V T . II.

De receptione, & usitatu fratrum.

Si quis divina inspiratione volens accipere hanc vitam, venerit ad nostros fratres, benignè recipiatur ab eis: qui si fuerit firmus accipere vitam nostram, multum caueant fratres sibi, ne de suis temporalibus negotiis se intromittant: sed ad suum Ministrum, quam citius poterunt, eum representent. Minister vero benignè recipiat ipsum, & confortet, & vitam nostram tenorem ei diligenter exponat. Quo facto, predictus, si vult, & potest spiritualiter, & sine impedimento, vendat omnia sua, & studeat pauperibus etrogare. Caueant autem Fratres, & Ministri Fratrum, quod de negotiis suis nullo modo se intromittant. Nec accipiunt aliquam pecuniam, nec per se, nec per interpolitam personam. Si tamen indiguerint, alia necessaria corporis, præter pecuniam, accipere possunt fratres causa necessitatis, sicut alij pauperes. Et cum fuerit ficerit, Minister concedat ei pannos proba-

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

tionis usque ad annum , scilicet duas tunicas sine caputio , & cingulum , & braccas , & caparonem usque ad cingulum . Finito vero anno & termino probationis , recipiatur ad obedientiam . Postea non licebit ei ad aliam religionem accedere , nec extra obedientiam evagari , iuxta mandatum Domini Papz . Si autem aliquis vencit , qui sua date non potest sine impedimento , & habet spiritualem voluntatem , relinquat illa , & sufficit ei . Nullus recipiatur contra formam , & institutionem sancte Ecclesie .

Alij vero qui promiserunt obedientiam , habeant unicam tunicam cum caputio , & aliam sine caputio , si necesse fuerit , & cingulum & braccas . Et omnes fratres vilibus vestibus induantur , & possint eas repeciare de sacris , & aliis peciis cum benedictione Dei ; March. 11. 8. quia Dominus dicit in Evangelio : Qui in ueste preiosâ sunt , & in deliciis , & qui molibus vestiuntur , in domibus Regum sunt . Et licet dicantur hypocritæ , non tamen cessent benefacere . Nec querant caras uestes in hoc saeculo , ut possint habere umentum in regno celorum .

C A P V T III.

De diuino officio , & ieunio .

Matth. 9. 11.
Matth. 6. 16. **D**icit Dominus : hoc genus demoniorum non potest exire , nisi in ieunio & oratione . & iterum : cum ieunatis , nolite fieri sicut hypocritæ tristes . Propter hoc omnes fratres , sive clerici , sive laici , faciant diuinum officium , laudes , & orationes secundum quod debent facere . Clerici faciant officium , & dicant pro viuis & pro mortuis secundum consuetudinem clericorum . Pro defunctu autem & negligentia fratrum omni die dicant , Misere mei Deus , cum Pater noster ; & pro fratribus defunctis dicant , de profundis , cum patet noster . Et libros necessarios ad implendum eorum officium possint habere . Et laicis scientibus legere psalterium , licet illud habere . Aliis vero neScientibus litteratas , librum habere non licet . Laici vero dicant , Credo in Deum , & viginti quatuor patet noster cum Gloria Patri . Pro Tertia , Sexta , Nona , pro qualibet istarum septem Pater noster , cum Gloria Patri . Pro vesperis autem duodecim ; pro completorio septem , & Credo in Deum , cum Gloria Patri . Pro mortuis septem Pater noster , cum requiem aeternam . Et Pro defunctu & negligentia fratrum tria Pater noster qualibet die .

Et similiter omnes fratres ieunent à festo omnium sanctorum usque ad Natale , & ab Epiphania , quando Dominus noster Iesus Christus incepit iejuare , usque ad Pascha . Aliis verò temporibus non teneantur secundum hanc vitam , nisi sexta feria ieunare . Et licet Luc. 10. 8. eis inanducate de omnibus cibis , qui apponuntur eis , secundum sanctum Euangeliū .

C A P V T IV.

De Ministris , & aliis fratribus , qualiter ordinentur .

IN nomine Domini : omnes fratres , qui constituuntur Ministri & serui aliorum fratrum , in locis quibus fuerint , collocent suos fratres , quos sepe visitent , & spiritualiter monent , & confortent . Et omnes alij fratres mei benedicti diligenter obedient eis in his , quæ spectant ad salutem animæ , & non sunt contraria vita nostræ . Et faciant inter se sicut dicit Matth. 7. 12. Dominus . Quicumque vultis , vt faciant vobis homines , & vos facite illis ; & quod tibi non vis fieri , non facias alteri . Et recordentur Ministri & serui , quod dicit Dominus , Non veni ministrari , sed ministrare ; & quod commissa est eis cura animarum fratrum , de quibus si aliquid perderetur propter eorum culpam , & malum exemplum , in die iudicij oportebit eos reddere rationem coram Domino Iesu Christo .

C A P V T V.

De correctione fratrum in offensione .

Heb. 10. 31. **I**deoque animas vestras , & fratrum vestrorum custodite , quia horrendum est incidere in manus Dei viventis . Si quis autem Ministrorum alicui fratri aliquid contra vitam nostram præcepit , vel contra animam suam , non tenetur ei obedire ; quia illa obedientia non

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

non est, in qua delictum vel peccatum committitur. Verumtamen omnes fratres qui sunt sub Ministris & seruis fratum Minorum, & seruorum, considerent rationabiliter & diligenter, si viderint aliquem illorum carnaliter, & non spiritualiter ambulare pro rectitudine vita nostra; post tertiam admonitionem, si non se emendauerit, in Capitulo Pentecostes renuncient ministro, & seruo totius fraternitatis, nulla contradictione impediente. Si vero inter fratres, vbicumque sint, fuerit aliquis frater, volens carnaliter, & non spiritualiter ambulare; fratres cum quibus est, moneant eum, & instruant, & corripiant humiliter & diligenter. Quod si ille post tertiam admonitionem noluerit se emendare, quam citius possint, mittant eum, vel significant suo ministro & seruo; qui Minister & seruus de eo faciat, sicut sibi secundum Deum melius videbitur expedire. Et caueant omnes fratres, tam Ministri & serui quam alij, quod propter peccatum alterius, vel malum exemplum don turbulentur, & irascantur; quia Diabolus propter delictum unius vult multos corrumpere; sed spiritualiter sicut possunt, adiuuente eum, qui peccauit; quia non est sanis opus inedicis, sed male habentibus. Similiter omnes fratres non habeant potestatem vel dominationem maximè inter se. Sicut enim Dominus dicit in Euangelio: *Principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non sic erit inter fratres, sed quicumque voluerit inter eos maior fieri, sit eorum minister & seruus, & qui maior est inter eos, fiat sicut minor. Nec quisquis fratrum malum faciat, vel malum dicat alteri, imo magis per charitatem spiritus voluntariè seruiant & obediant inuicem.* Et hæc est vera, & sancta obedientia Domini nostri Iesu Christi: & omnes fratres quomodo cumque declinauerint à mandatis Domini, & extra obedientiam euagauerint, sicut dicit Prophetæ, sciant se esse maledictos extra obedientiam, quousque stererint in tali peccato scienter. Et quando perseverant in mandatis Domini, quæ promiserunt per sanctum Euangeliū, & vitam ipsorum, sciant se in vera obedientia stare, & benedicti sint à Domino.

C A P V T VI.

De recursu fratrum ad Ministrum, & quod aliqui frater non vocetur Prior.

Fratres, in quibuscumque locis sunt, si non possunt vitam nostram obseruare, quam citius possunt, recurrent ad suum Ministrum, hoc ipsi significantes. Minister verò taliter studeat eis prouidere, sicut vellet sibi fieri, si in consimili casu esset. Et nullus vocetur Prior, sed generaliter omnes vocentur fratres Minores, & alter alterius lauet pedes.

C A P V T VII.

De modo seruendi, & laborandi.

Omnes fratres, in quibuscumque locis fuerint apud aliquos ad seruendum, vel ad laborandum, non sint camerarij, nec cellarij, nec præsent in domibus eorum, quibus seruunt, nec recipiant aliquod officium quod scandalum generet, vel animæ suæ faciat detrimentum: sed sint Minores, & subditi omnibus qui in eadem domo sunt; & fratres qui sciunt laborare, laborent, & eandem artem exerceant quam nouerint, si non sit contra salutem animæ suæ, & honestè poterunt operari. Nam, ait Prophetæ: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* & Apostolus: *Qui non vult laborare, non manducet.* Et unusquisque in eadem arte & officio, in quo vocatus est, permaneat. Et possint pro labore accipere omnia necessaria, præter pecuniam; & cum necesse fuerit, vadant pro eleemosynis, sicut alij pauperes. Et licet eis habere ferramenta & instrumenta suis artibus necessaria. Omnes fratres studeant bonis operibus insudare; quia scriptum est: *Semper facito aliquid boni, ut te Diabolus inueniat occupatum.* & iterum: *Ostiositas est anima ini-* Psal. 127.2. *mica.* Idcirco serui Dei semper orationi, vel alicui bonæ operationi insistere debent. Causæ sibi fratres vbicumque fuerint, in eremis, vel in aliis locis, quod nullum locum sibi appropriant, nec alicui defendant. Et quicumque ad eos venerint, amicus, vel aduersarius, sur vel latro, benignè recipiantur. Vbicumque sunt fratres, vel in quocumque loco se inuenierint, spiritualiter & diligenter debeat se reuidere, & honorare ad inuicem sine murmuratione. Et caueant sibi quod non ostendant se tristes extrinsecus, nubilosos, & hypocritas; sed ostendant se gaudentes in Domino, hilares, & conuenienter gratiosos.

ANNO CHRISTI
1210.

INNOCENT. III.
ANNO 13.

OTTHONIS IV. IMPER.
OCCID. ANNO 3.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 3.

C A P V T VIII.

Quod fratres non recipiant pecuniam.

Luc. 11.14. **D**ominus præcepit in Euangelio: *Videte, & caueste ab omni malitia, & avaritia; & atten-
dite vobis à felicitatibus huic facili, & à caria huic vita.* Vnde nullus fratum, vbi-
cumque sit, & quocumque vadit, aliquo modo tollat, nec recipiat, nec recipi faciat pe-
cuniam, aut denarios; nec occasione vestimentorum, nec librorum, nec pro pretio alicuius laboris; imo nulla occasione, nisi propter manifestam necessitatem infirmorum fra-
tum; quia non debemus maiorem utilitatem habere, & reputare in pecunia, & denariis,
quam in lapidibus. Et illos vult diabolus obsecrare, qui eam appetunt, vel reputant lapidi-
bus meliorem. Caueamus ergo, quia omnia reliquimus, ne pro tam modico regnum ca-
lorum perdamus. Et si in aliquo loco inuenierimus denarios, de his non curemus tamquam
Ecd. 1.1. de puluere, quem pedibus calcamus; quia *vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Et si forte
(quod absit) aliquem fratrem contigerit pecuniam, vel denarios colligere, vel habere, ex-
cepta solummodo prædicta infirmorum necessitate; omnes fratres teneant eum pro falso
fratre, & fure, & latrone, & loculos habente, nisi vere pœnituerit. Et nullo modo fratres
recipiant, nec querant, nec queri faciant pecuniam, vel eleemosynam, nec denarios pro
aliquibus domibus, vel locis, nec cum persona, pro talibus locis pecuniam vel denarios que-
rente, vadant. Alia autem seruitia, quæ non sunt contraria virtutum nostrorum, possunt fratres in talibus locis facere cum benedictione Dei: fratres tamen in manifesta necessitate leproforum,
possunt pro eis querere eleemosynam. Caueant tamen multum à pecunia. Similiter ca-
ueant omnes fratres, ne pro aliquo turpi lucro terras circumveant.

C A P V T IX.

De petenda eleemosyna.

i. Tim. 6.8. **O**mnes fratres studeant sequi humilitatem, & paupertatem Domini nostri Iesu Chri-
sti; & recordentur, quod nihil aliud oportet nos habere de toto mundo; sicut dicit
Apostolus: *Habentes alimena, & quibus tegamur, his contenti simus.* Et debent gaudere quando
conuersantur inter viles & despicias personas, inter pauperes & debiles, infirmos & le-
prosos, & iuxta viam mendicantes. Et cum necesse fuerit, vadant pro eleemosynis, & non
verecundentur, quia Dominus noster Iesus Christus filius Dei viui omnipotentis, posuit
faciem suam, ut peccatum durissimum, nec verecundatus est, & fuit pauper, & hospes, &
vixit de eleemosynis ipse, & Beata Virgo, & discipuli eius. Quando facerent eis homines
verecundiam, & nollent eis dare eleemosynam, referant inde gratias Deo, quia de ve-
re cundiis recipient magnum honorem ante tribunal Domini nostri Iesu Christi. Et sciant
quod verecundia non patientibus, sed inferentibus imputatur. Et eleemosyna est hæreditas,
& instituta, quæ debetur pauperibus, quam nobis acquisivit Dominus noster Iesus Christus.
Et fratres qui eam acquirendo laborant, magnam mercedem habebunt, & faciunt
lucrari & acquirere tribuentes: quia omnia quæ homines faciunt in hoc mundo, peribunt;
sed de charitate, & de eleemosynis quas fecerint, habebunt præmium à Domino. Et se-
curè manifestet unus alteri necessitatem suam, ut sibi necessaria inueniat, & ministeret. Et
Rom. 10.13. quilibet diligat, & nutrit fratrem suum, sicut mater diligit, & nutrit filium suum, in qui-
bus Deus eis gratiam largiatur. Et qui non manducat, manducantem non spernat; & qui man-
ducat, non manducantem non iudicet. Et quando necessitas superuenerit, liceat vniuersis fra-
tribus, vbi cumque fuerint, ut omnibus cibis, quos possunt homines manducare, sicut
Marc. 2.1. Dominus noster dicit de David, qui comedit panes propositionis, quos non licetbat co-
medere, nisi sacerdotibus. Et recordentur, quod dicit Dominus: *Attendite vobis ne foris
grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & superuenientis vobis repentina dies illa; tam-
quam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem orbis terra.* Similiter tempore
manifestæ necessitatis, faciant omnes de eorum necessariis, sicut eis Dominus gratiam
largietur, quia necessitas non habet legem.

C A P V T

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS M- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	--------------------------------

C A P V T X.

De infirmis fratribus.

Si quis fratum in infirmitatem inciderit, vbi cumque fuerit, alij fratres non dimittant seum, nisi constituantur unus de fratribus, vel plures, si necesse fuerit, qui seruant ei, sicut vellent sibi seruiri. Sed in maxima necessitate possunt ipsum dimittere alicui personæ, quæ debet suæ satisfacere infirmitati. Et rogo fratrem infirmum ut referat de omnibus gratias creatori; & qualiter vult eum Dominus, talem se esse desidereret, sive sanum, sive infirmum; quia omnes quos Deus ad vitam præordinavit æternam, flagellarum atque infirmitatum stimulis, & compunctionis Spiritu erudit, sicut dicitur in Apocalypsi: *Ego quos amo, corrigo & castigo.* ^{Apoc. 3. 19.} Si autem turbabitur, sive irascetur contra Deum, sive contra fratres; vel si forte sollicitè postulauerit medicinas, nimis desiderans liberare carnem cito morituram, quæ est animæ inimica; à malo sibi evenit, & carnalis est, & non videtur esse de fratribus, quia plus diligit corpus, quam animam.

C A P V T XI.

Quod fratres non blasphemant, nec detrahant, sed diligant inuicem.

Et omnes fratres caueant sibi ut non calumnientur aliquem, nec contendant verbis, sed studeant retinere silentium, quandocumque eis Dominus gratiam largietur. Nec litigent inter se, nec cum aliis; sed primo carent humiliter respondere, dicentes: *Serui inutiles sumus.* ^{Luc. 17. 10.} & non irascantur quia *omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio,* ^{Matth. 5. 22.} *qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit gehenne ignis.* ^{Ioan. 15. 12.} Et diligent se inuicem, sicut Dominus dicit: *Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* ^{1. Ioan. 1. 18.} Et ostendant ex operibus dilectionem, quam debent ad inuicem, sicut dicit Apostolus: *Non diligamus verbo aut lingua, sed opere & veritate.* ^{Eccl. 18. 15.} Neminem blasphemant, nec murmurant, nec detrahant alii, quia scriptum est: *Susurriones & detractores sunt Deo odibiles.* ^{Rom. 1. 29.} Et sint modesti omnes, monstrantes mansuetudinem ad omnes homines, nec iudicent, nec condemnent. Et sicut dicit Dominus, non considerent minima peccata aliorum, imo magis sua recognoscant in amaritudine animæ suæ. Et contendant intrare per angustam portam, quia dicit Dominus: *Angusta est porta, & arcta est via, qua ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniant eam.* ^{Luc. 6. 41. Matth. 7. 14.}

C A P V T XII.

De malo visu, & frequentia mulierum vitanda.

Omnes fratres, vbi cumque sunt, vel vadunt, caueant sibi à malo visu, & frequentia mulierum. Et nullus cum eis consilietur solus. Sacerdos honestè loquatur cum eis, dando penitentiam, vel aliud spirituale consilium. Et nulla penitus mulier ab aliquo fratre recipiat ad obedientiam; sed dando sibi consilium spirituale, ubi voluerit, agat penitentiam. Et multum omnes nos custodiamus, & omnia membra nostra nos teneamus, quia dicit Dominus: *Omnis qui videris mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus es.* ^{Matth. 5. 28.} cum ea in corde suo.

C A P V T XIII.

De presumptione fornicationis.

Si quis fratum diabolo instigante fornicaretur, habitum, quem ex sua turpitudine amisit, ex toto deponat, & à nostra religione penitus expellatur, & postea penitentiam faciat de peccatis.

C A P V T XIV.

Quomodo fratres debeant ire per mundum.

Qvando fratres vadunt per mundum, nihil portent per viam, *nec fæcum, nec peram,* ^{Luc. 10. 4.} *nec panem, nec pecuniam, nec virginem.* Et in quamcumque domum intrauerint, dicant

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

dicant primum : Pax huius domus. Et in eadem domo manentes , edant & bibant quæ apud illos sunt. Non resistant malo, sed si quis eos in maxillam percussit, præbeant ei alteram; & qui auferret eis vestimentum, & tunicam , non prohibeant. Omnes petenti se tribuant, sed si quis auferret quæ sua sunt, non repeatant.

C A P V T X V.

Quod fratres non teneant bestiam , nec equitant.

INiungo omnibus fratribus meis , tam clericis quam laicis, euntibus per mundum , licet morantibus in locis, quod nullo modo apud se nec apud alium , & aliquo modo bestiam aliquam habeant. Nec eis licet equitare, nisi infirmitate, vel magna necessitate cogantur.

C A P V T X VI.

De euntibus inter Sarracenos , & alios infideles.

Dixit Dominus : Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes , & simplices sicut columbae. Vnde quicumque fratum divina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos & alios infideles, vadant de licentia sui Ministri & serui : Minister vero det eis licentiam , & non contradicat, si viderit eos idoneos ad mittendum ; nam tenebitur Domino reddere rationem , si in hoc vel in aliis processerit indiscretè . Fratres vero qui vadunt, possunt duobus modis spiritualiter inter eos conuersari. Unus modus est, quod non faciant lites , nec contentiones , sed sint subditi omni humano creature propter Deum , & confiteantur se esse Christianos. Alius modus est, quod cum viderint placere Deo , annuncient verbum Dei , ut credant in Deum omnipotentem Patrem , & Filium, & Spiritum Sanctum creatorem omnium , redemptorem & Salvatorem Filium ; ut baptizentur , & Christiani efficiantur : quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto , non potest intrare in regnum Dei. Hæc & alia quæ placuerint Domino, ipsis & aliis dicere possunt , quia dicit Dominus in Evangelio: Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui est in celis. Et qui erubuerit me , & meos sermones ; hanc filius hominis erubescet , cum venerit in maiestate sua , & Patris , & sanctorum Angelorum. Et omnes fratres , ubiquecumque sunt , recordentur quod dederunt se , & reliquerunt sua corpora Domino nostro Iesu Christo , & pro eius amore debent se exponere inimicis , tam visibilibus , quam inuisibilibus ; quia dicit Dominus : Qui perdidit animam suam propter me , saluam faciet eam in vitam aeternam. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam , quoniam ipsorum est regnum celorum. Si me persecuti sunt , & vos persequentur. Si autem persequuntur vos in iniustitate , fugite ad aliam. Beati elli, cum vos oderint homines , & maledixerint vos , & exprobraverint , & execuerint nomen vestrum, tamquam malum , & cum dixerint oratione malum aduersum vos , mentiones propter me. Gaudete in illa die , & exultate , quoniam merces vestra multa est in celis. Dico autem vobis amicis meis , nolite timere eos , qui occidunt corpus , & post hec non habent amplius quid facient. Videte ne terreamini. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Qui autem perseveruerit usque in finem , hic saluus erit.

C A P V T X VII.

De Predicatoribus.

NVllus fratum prædicet contra formam , & institutionem sanctarum Ecclesiarum , nisi concessum fuerit sibi à suo Ministro. Cauet ergo sibi Minister , ne alicui indiscretè concedat : omnes tanien fratres operibus prædicent. Et nullus Minister , vel prædictor appropriet sibi ministerium , vel officium prædicationis; sed quacumque hora ei iniunctum fuerit , sine omni contradictione dimittant suum officium. Vnde deprecor in charitate (qua Deus est) omnes fratres meos prædicatores, oratores, & laboratores, tam clericos, quam laicos , ut studeant se humiliare in omnibus, non gloriari , nec in se gaudere, nec intrinsecus se exalte de bonis verbis & operibus , imo de nullo bono , quod dicit vel facit Deus , & operatur in eis aliquando , & per ipsos , secundum quod ipse Dominus dicit : Verum tamen in hoc

ANNO CHRISTI 1110.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 9.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

in hoc nolite gaudere, quia spiritus subiciuntur vobis. Et firmiter sciamus, quod non pertinent ad nos nisi virtus & peccata: & magis debemus gaudere, cum in tentationes varias incidimus, & cum sustinemus quascumque animarum vel corporis angustias, aut tribulationes in hoc mundo propter vitam aeternam. Omnes ergo, fratres, caueamus ab omni superbia & vana gloria. Custodiamus nos a sapientia huius mundi, & a prudentia carnis. Spiritus enim carnis vult & studet multum ad verba habenda, sed parum ad operationem; & querit non religionem, & sanctitatem Spiritus, sed vult & desiderat religionem, & sanctitatem foris apparentem hominibus; & isti sunt, de quibus dicit Dominus: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Spiritus autem Domini vult mortificatam & despectam, vilem & abiectam, & opprobriosam esse carnem, & studet ad humilitatem, & patientiam, & puram simplicitatem, & veram pacem Spiritus: & super omnia desiderat diuinum timorem, & diuinam sapientiam, & diuinum amorem Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Et omnia bona Deo altissimo & summo reddamus, & omnia bona ipsius esse recognoscamus, & de omnibus ei gratias referamus, a quo bona cuncta procedunt, & ipse altissimus & summus, solus & verus Deus habeat, & ei reddantur, & ipse recipiat omnes honores & reverentias, & omnes laudes & benedictiones, & omnes gratias, & omnem gloriam, cuius est omne bonum, qui solus est bonus. Et quando videmus vel audimus malum dici, vel fieri, vel blasphemari Deum, nos benedicamus, & benefaciamus, & laudemus Deum, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

C A P V T X V I I L

Qualiter ministri conueniant ad iniicem.

QVolibet anno unusquisque minister cum fratribus suis possit conuenire ubicumque placuerit eis, in festo S. Michaëlis Archangeli, de his que ad Deum pertinent tractaturus. Omnes vero ministri qui sunt in Ultramarinis & Ultramontanis partibus, semel in tribus annis, & alij ministri semel in anno veniant ad capitulum in festo Pentecostes apud S. Mariam de Portiuncula, nisi a ministro, & seruo totius fraternitatis aliter fuerit ordinatum.

C A P V T X I X .

Quod omnes fratres uiuant Catholicè.

Omnes fratres sunt Catholicci, uiuant & loquantur Catholicè: si quis verò errauerit à fide & vita Catholicâ in dicto, vel in facto, & non se emendauerit, a nostra fraternitate penitus expellatur. Et omnes clericos, & omnes religiosos habeamus pro dominis, in his que spectant ad salutem animarum, & a nostra religione non deviant, & ordinem & officium eorum, & administrationem in Domino veneremur.

C A P V T X X .

De Confessione fratrum, & perceptione Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi.

Fratres benedicti tam clerci, quam laici confiteantur peccata sua sacerdotibus nostra religionis. Etsi non possunt, confiteantur aliis discretis & Catholicis sacerdotibus, scientes firmiter, & attendentes, quod a quibuscumque sacerdotibus acceperint penitentiam & absolutionem, absoluti erunt procul dubio ab illis peccatis, si penitentiam sibi iunctam procurauerint humiliter & fideliter obseruate. Si vero tunc sacerdotem habere non poterunt, confiteantur fratri suo, sicut dicit Apostolus Iacobus: *Confitemini alterutrum* Iacob. 5. 16. *peccata vestra.* Non tamen ob hoc dimittant recurrere ad sacerdotes: quia potestas ligandi atque soluendi solis sacerdotibus est concessa. Et sic contriti & confessi sumant corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi cum magna humilitate & veneratione, attenden tes quod ipse Dominus dicit, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam eternam,* & *Hoc facite in meam commemorationem.*

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

C A P V T XXI.

De lande & exultatione , quam possunt facere omnes fratres.

ET hanc talern exhortationem & laudem omnes fratres mei quodcumque placuerit
Eis, annunciare possunt, & inter quoscumque homines, cum benedictione Dei: Time-
te & honorate, laudate & benedicite. Gratias agite, & adorate Dominum Deum omnipot-
tentem in Trinitate & unitate, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, creatorem omnium.
Facite paenitentiam, agite dignos fructus paenitentiae, quia scitote quod cito moriemur.
Lac. 6. 18.
Ibid. 17.
Date & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis; & si non dimiseritis, Dominus non
dimittet vobis peccata vestra. Beati qui moriuntur in paenitentia, quia erunt in regno ex-
altorum. Vxillis qui non moriuntur in paenitentia, quia erunt filii Diaboli, cuius opera fa-
ciunt, & ibunt in ignem aeternum. Cauete & abstinetе ab omni malo, & perseverate usque
in finem in bono.

C A P V T XXII.

De admonitione fratrum.

Matt. 5. 44.
Matt. 26.
17.
Matt. 1. 19.
Luc. 8. 13.
Attendamus omnes, fratres, quia dicit Dominus: *Diligite inimicos vestros, benefacie
h̄is qui oderunt vos.* Nam & Dominus noster Iesu Christus, cuius vestigia sequi debe-
mus, traditorem suum vocavit amicum, crucifixoribus sponre se obtulit. Amici ergo no-
strī sunt omnes illi, qui iniuste nobis inferunt tribulationes, angustias, verecundias & in-
jurias, dolores & tormenta, martyrium & mortem, quos multum diligere debemus; quia
ex hoc quod nobis inferunt, habemus vitam aeternam. Et odio habemus corpus nostrum
cum suis virtutēs & peccatis, quia carnaliter vivendo vult nobis auferre amorem Domini no-
strī Iesu Christi, & vitam aeternam, & seipsum cum omnibus perdere in infernum. Quia
nos propter culpam sumus facti, miseri, & bono contrarij; ad mala autem prompti, &
voluntarij; quia sicut dicit Dominus in Evangelio: *De corde hominum procedunt & exirent
cogitationes mala, adulteria, fornicationes, homicidia, furtū, & avaritia, nequitia, dolus, falsa testi-
monia, blasphemia, superbia, stultitia.* Hęc omnia mala ab intus de corde hominis proce-
dunt, & haec sunt, que conquinant animam. Nunc autem postquam dimisimus mundum, nil
aliud habemus facere, nisi ut solliciti sumus voluntatem Domini sequi, & placere ip̄i.
Multum caueamus, ne sumus terra secus viam, vel petrosa, vel spinosa, secundum quod
dicit Dominus in Evangelio: *Semen est verbum Dei.* Quod autem secus viam cecidit, &
non conculcatum est, hi sunt qui audiunt verbum Dei, & non intelligunt; & confessim
venit Diabolus, & rapit quod seminatum est in cordibus eorum, ne credentes salvi fiant.
Quod autem supra terram cecidit, hi sunt qui cum audierint verbum, statim cum gau-
dio suscipiunt illud: facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo
scandalizantur, & hi radicem in se non habent, sed temporales sunt, quia ad tempus cre-
dunt, & in tempore temptationis recedunt. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui verbum
Dei audiunt, & sollicitudo, & temeritas istius saeculi, & fallacia diuitiarum, & circa reliqua
concupiscentiae introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficiuntur. Quod autem in
terram bonam seminatum est, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum in-
telligunt, & retinent, & fructum afferunt in patientia. Et propterea nos, fratres, sicut di-
cit Dominus, dimicamus mortuos sepelire mortuos suos, & multum caueamus a malitia, &
subtilitate Sathan, qui vult ne homo mentem suam & cor habeat ad Dominum Deum,
& circueiens desiderat cor hominis sub specie alicuius mercedis vel adiutorij tollere, &
suffocare verbum & praecepta Domini a memoria; & vult cor hominis per saecularia ne-
gotia, & curam excizzare, & ibi habitare, sicut dicit Dominus: *Cum immundus spiritus exit
ab homine, ambulas per loca arida & inaquefa, querens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar
in dominum meum, unde exihi: Et cum venerit inuenient eam scopis mundatum & ornatum.* Tunc va-
dit, & assumit alios septem spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & sunt nouissima hominis
peiora prioribus. Unde, fratres, custodiamus nos multum, ne sub specie alicuius mercedis,
vel adiutorij, vel opertis, perdamus, aut tollamus mentem nostram a Domino. Sed in san-
cta charitate, quia Deus est, rogo omnes fratres, tam ministros, quam alios, ut omni impe-
dimento remoto, & omni cura, & sollicitudine postposita, quocumque modo melius pos-
sunt, debeant scrupule, amare, & honorare Dominum Deum mundo corde, & pura mente,
quod

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
<p>quod ipse super omnia querit. Et semper faciamus in nobis habitaculum & mansionem ipsi, qui est Dominus Deus omnipotens Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; qui dicit: <i>Vigilate ut habeamini fugere omnia mala que ventura sunt, & stare ante Filium hominum.</i> Et cum statim ad orandum, dicite: <i>Pater noster, qui es in celis.</i> Et adoramus eum puro corde. Oportet enim semper orare, & non desiccare; nam Pater tales querit adoratores. <i>Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate adorare oportet.</i> Et ad ipsum recurramus, tamquam ad patrem, & Episcopum animarum nostrarum, qui dicit: <i>Ego sum pastor bonus, qui pasco oves meas, & animam meam ponio pro omnibus meis.</i> Omnes enim vos fratres estis. Patrem vobis super terram: <i>vnum enim est pater vester qui in celis est, nec vocemini magistri: vnum enim est Magister vester, qui in celis est.</i> Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petatis & fieri vobis. <i>Vbicunque sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.</i> Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Verba que locutus sum vobis, <i>Spiritus & vita sunt.</i> Ego sum via veritas & vita. Teneat igitur veram vitam, & doctrinam, & sanctum eius Euangelium, qui dignatus est pro nobis Patrem suum, & nomen eius nobis manifestare, dicens: <i>Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi; quia verba, que dedisti mihi, dedi eis; & ipsi accepérunt, & cognoverunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.</i> Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi in nomine tuo, ut sint unum sicut & nos. Hac loquor in mundo, ut habeant gaudium in se mesiphs. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. Sanctifica eos in veritate. Sermon tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non enim pro eis auctor rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt propter verba eorum in me, ut sint coniuncti in unum, & cognoscant mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut me dilexisti. Et nos faciam eis nomen tuum, ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Pater quos dedisti mihi, vole ut ubi ego sum, & illi sint mecum; ut videant claritatem tuam in regno tuo.</p>			

C A P V T XXIII.

Oratio ad Deum, sine gratiarum actio, atque ad fratres exhortatio.

OMnipotens, sanctissime, altissime, & summe Deus, Pater sancte, & iuste Domine, Rex cœli & terræ, propter tecum ipsum gratias agimus tibi, quod per sanctam voluntatem tuam, & per unicum filium tuum, & per Spiritum sanctum, creasti omnia spiritualia & corporalia; & nos ad imaginem tuam & similitudinem factos in paradyso posuisti, & per culpam nostram cecidimus. Et gratias agimus tibi, quia sicut per Filium tuum nos creasti, sic per istam dilectionem tuam, qua dilexisti nos, ipsum verum Deum & verum hominem ex gloriose semper virgine beatissima sancta Maria nasci fecisti, & per crucem & sanguinem, & mortem ipsius nos captiuos redimere voluisti. Et gratias agimus tibi, quia ipse filius tuus iterum venturus est in gloria maiestatis suæ mittere maledictos, qui penitentiam non egerunt, & te non cognoverunt in ignem æternum; & dicere omnibus, qui te cognoverunt & adorauerunt, & tibi servierunt in penitentia: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Et quia omnes miseri & peccatores, non sumus digni nominare te suppliciter exoramus, ut Dominus noster Iesus Christus Filius tuus dilectus, in quo tibi bene complacuit, vna cum Spiritu sancto Paraclito gratias agat tibi, sicut tibi & ipsis placet pro omnibus, qui tibi semper sufficit ad omnia, per quem tanta nobis fecisti. Alleluia. Et gloriosam matrem beatissimam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem, Gabrielem, Raphaëlem, & omnes choros beatorum Spirituum Seraphim, Cherubim, Thronorum, Dominationum, Principatum, & Potestatum, Virtutum, Angelorum, Archangelorum; B. Ioannem Baptistam, Ioannem Evangelistam, Petrum, Paulum, & beatos Patriarchas, & Prophetas, Innocentes, Apostolos, Evangelistas, Discipulos, Martyres, Confessores, Virgines, beatos Eliam & Enoch; & omnes sanctos qui fuerunt, erunt, & sunt, propter tuum amorem humiliter deprecamur, ut sicut tibi placet, pro his tibi gratias referant summo Deo, vero, æterno, & viuo, cum Filio tuo beatissimo Domino Iesu Christo, & Spiritu sancto Paraclito in secula seculorum, Amen. Alleluia. Et Domino Deo uniuersos intra sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam ferire volentes, & omnes

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

omnes sequentes ordines, sacerdotes, Diaconos Subdiaconos, Acolythos, & Exorcistas, Lectores, & Ostiarios, & omnes clericos, vniuersos religiosos, & vniuersas religiolas; omnes pueros & paruulos, pauperes & egenos, Reges & Principes, laboratores, & agricultolas, seruos & dominos; omnes virgines, continentes & matritatas, laicos masculos & feminas; omnes infantes, adolescentes, iuuenes & senes, sanos & infirmios, omnes pusillos & magnos, & omnes populos, tribus & linguis, & omnes nationes, & omnes homines ubique terrarum, qui sunt, & erunt, humiliiter rogamus & supplicamus nos omnes fratres Minorum serui inutiles, ut omnes in vera fide & penitentia perseveremus; quia aliter nullus saluari potest. Omnes diligamus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & fortitudine, & ex toto intellectu, & ex omnibus viribus, toto nisu, toto affectu, totis visceribus, totis desideriis & voluntatibus Dominum Deum, qui totum corpus, totam animam, totam vitam dedit, & dat omnibus nobis: qui nos creavit & redemit, & sola sua misericordia saluauit: qui nobis miserabilibus & miseris, putridis & foetidis, ingratiss, ignatis, & malis omnia bona fecit, & facit. Nihil ergo aliud desideremus, nihil aliud velimus, nihil aliud placeat, & delectet nos, nisi creator, & redemptor, & salvator noster, solus & verus Deus, qui est plenum bonum, verum & sumimum bonum, qui solus est bonus; pius & mitis, suavis & dulcis: qui solus est sanctus, iustus, verus, & rectus: qui solus est benignus, innocens, mundus: a quo, per quem, & in quo est omnis venia, omnis gratia, omni gloria, omnium penitentium & iustorum, omnium beatorum in celis congaudentium. Nihil ergo impediatur, nihil separet, nihil interpellet. Utique nos omnes omni loco, omni hora, & omni tempore, quotidie & continuè credamus veraciter & humiliiter, & in corde teneamus, & amemus, honoremus, adoremus, seruiamus, laudemus, & benedicamus; glorificemus, & superexaltemus; magnificemus, & gratias agamus altissimo & summo Deo aeterno, & trinitati & unitati, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, creatori omnium, in se credentium & sperantium, & diligentium eum, qui sine initio & sine fine, immutabilis, & inuisibilis, incenarrabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, inuestigabilis, benedictus, laudabilis, gloriosus, superexaltatus, sublimis, excelsus, suavis, amabilis, delectabilis, & totus super omnia desiderabilis in secula seculorum.

Exhortatio ad fratres.

IN nomine Dei omnipotētis rogo omnes fratres, ut addiscant tenorem & sensum eorum quæ in ista vita ad salutem animæ nostræ scripta sunt, & ista frequenter ad memoriam reducant. Et exoto Deum, ut ipse qui est omnipotens, trinus & unus, benedicat omnes doentes, addiscentes, recordantes, & operantes ista, quoties repetunt quæ ad salutem nostram scripta sunt. Et deprecor omnes cum osculo pedum, ut multum diligent, custodiant, & reponant; & ex parte Dei omnipotentis, & Domini Papæ, & per obedientiam, ego FR. FRANCISCVS firmiter præcipio & iniungo, ut ex his quæ in ista vita scripta sunt, nullus minuat, vel in ipsa scriptum aliquod desuper addat, nec aliam regulam fratres habeant. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Roman per-
git Franci-
cius cū suis
Leg. j. sc. Hac ostensa fratribus regula, & per eosdem acceptata: commendataque, vnanimiter III. omnes Roman pergunt, constituto sui itineris duce B. Bernardo à Quintaualle. Magna in-

cedentibus per viam modelia, nihil aliud in ore eorum resonabat præter diuinum eloquium, & edificationis verba. frequenter ad latibula diuertebant, ut orationi & persoluen- dis horariis precibus, commodius vacarent. Vbi noctu decumberent, vel ad quem declinarent hospitem, non præmeditabantur, præparante & præmonente eis Domino ubique viros pios, qui vlerò obuios in suas ducerent sedes, & abunde omnia ministrarent. Deflexe-

Angel Reat. sunt autem paulisper ad ciuitatem Reatinam, in qua per vnum vel alterum manentes diem, *cit.*

Courfio mi- obuium habuit Franciscus nobilem quemdam militem, Angelum Tancreduum nuncupa-*rabili An-*

geli Brusni. tum cui licet antea ignoto, Dei instinctu ex tempore dixit: Domine Angele, baltheum, en-

sem, & calcaria militaria sat longo cinxisti tempore, oportet te modo ferre pro cingulo su- dem funem, pro ense Christi crucem, pro calcaribus puluerem & lutum plateatum. Me ergo sequere, & faciam te militem Christi. Mirabile dictu statim Spiritus sancti gratia adeo cor hominis ad suam flexit voluntatem, ut omnibus continuo relictis, virum Dei secutus sit, & sequenti die paupercula hac leucophæra ueste se humiliiter induerit, duodenariumque Franciscani collegij numerum compleuerit. Breuiter hic noto Bonaventuram, Vincentium

Bellua.

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

Bellua & alios docere cum undecim tantum discipulis Franciscum Romam perrexisse, quia non plures habuit cum Assisio discessit, nec huius Angeli ita itinere initiati meminerunt. Sux conuersationis seriem ipse Angelus ad amissum humiliter expressit in illo, quod scripsit, opusculo de Francisci gestis in partibus Reatinis. Sæpius eius inferius incident memoria.

IV. Mirandus prorsus, nec absque consideratione prætereundus ex repentina hac in omnibus ferme Francisci sociis mutatione, vberimus in breuissimo temporis spatio cumulus sanctitatis, ut omnes ferme repente sancti perfectique euaserint Euangelij sectatores. Sed conuersatione, sicut semen cadens ex improviso de manu agricolæ ubi non vult, vberius quandoque germinat, quam studiose seminatum: ita Spiritus Domini quandoque piè vtiliterque facundat animas; repentinaque propter ardorem animi mundi renunciatio meliorem finem sortitur. Appositè Hieron. *Subitus calor longum vincit tempore.* & Gregorius: *si plerumque gravior Deo subito amore ardens post culpam vita, quam securitate corpore innocentia.* Effectus hi sunt singularis Dei gratiaz, & specialis auxiliij. *Exerit quidem frequenter potens & misericors Deus singulares, & mirabiles istos sue operationis effectus, & quibusdam mentibus non expedita profectum mora, statim ingentia bona dantur.* Illud etiam singulare Dei donum, quod & in maiorem in modum hominum ubi vendicat considerationem, ut relictis mundi oblectamentis, carnisque blanditiis, spretis etiam patro genere cunctisque sibi charis, parua vel nulla interposita mora ad ciboram non tam parsimoniam quam penuriam, ad nuditatem & egestatem, ad summam corporis macerationem perferendam adeo libenter hi deflexerint, ut nec ad delicias, nec ad epulas vocati, velocius properarent. Sed qui vocavit Apostolos ad Ecclesias structuram, hos attraxit ad eiusdem reparationem. & sicut illi continuò reli- *etiam retibus secuti sunt Christum, ita his pretis vniuersis repente adhæserunt Francisco.* Illi statim ut audierunt vocem inuitantis, ipso per gratiam operante interius, cuius vox sonabat exterius, dicto citius ad unius iussionis vocem sequuti sunt. Hi nullam in sequendo moram fecerunt, non dilationis tempus quæsierunt, verbo potentis iussionis sub cordis intimo permoti. *Tali, inquit Caieranus, attractioni interni spiritus, nullus unquam resistit, nullus estiam resisteret unquam, quia efficit voluntarium sectatorem, operarium martyrem.* Caier. in c. 4 Matii.

V. Illud tertio pensandum, Christum nec viros doctos ad suum, nec ad Franciscanum ele- gisse collegium. Ea autem communior ratio, ut mirabilis mundi conuersio, verè mira vide- recetur sub indoctis magistris; non artificiosa, nec humana sub litteratis: nec persuasibilibus *Quare non votari ad Christi cole- gium Doc-
torum prudentiaz, & fastuosæ iactantiaz.* Illos elegit non doctos, ut doctos efficeret; mun- dani doctores necesse esset ut in eius schola dedilcerent. *Elegit eos, inquit Chrysost. non quasi Apostolos, sed quia Apostoli poterant fieri.* Sicut artifex si viderit gemmas preciosas, & non do- *7. in cap. 4. Matt. 4.* latas, eligit illas, non quod sint, sed quod fieri possint; habens enim scientiam artis, bonum incom- *princ.* possum non contemnit. Sic & Dominus videns hos, non doctrinam illorum aut sapientiam elegit, sed corda.

VI. Completo vero duodenario numero, ut ad Franciscum reveratur oratio, cum isto sim- plicum cœtu incepturn prosequitur iter ad Apostolicæ Sedis præsentiam, de sola confusus directione diuina: cuius desiderium Deus ex alto respiciens, sociorum animos, simplicitatis suæ conuersatione perterritos, ostensa viro Dei visione huiusmodi confortauit. Videba- *viro myste-* ria S. Fra- ncesci: siquidem ei, quod per quamdam viam incederet, iuxta quam stabat arbor celistinensis *viro myste-* ria S. Fra- ncesci. magnæ: ad quam cum appropinquasset, & sub ea stans ipsius altitudinem miraretur; subito tunc diuina virtute levabatur in altum, ut cacumen contingere arboris, eiusque summa facilime curuaret ad ima. Huius visionis prælagium vir Deo plenus intelligens referri ad condescensionem Apostolicæ dignitatis, exhilaratus est spiritu, fratribusque suis in Domino confortatis, cum eis iter est prosequutus.

VII. Cum autem ad Romanam Cutiam peruenisset, in eadem inuenit dominum Guidonem Leg. j. Soc. Assisiatem Episcopum, à quo cum ingexi receptus est gaudio propter summum in ipsum, Obiuum ha- eiusque sodales affectum. Sed ad primum turbatur aspectum, donec aduentus eorum cau- bent Roma Episcopum. sam explorauit: timuit enim eos voluisse ab Assisio aliò transmigrare ad magnam Assisiatum Afiq. iacturam, si tantorum hominum sanctæ conuersationis priuarentur exemplo. Ut vero ei constituit illorum desiderium, sc' adiutorem & promotorem huius negotij offert, indicatque ad faciliorem voti assecutionem magnam sibi esse cum illustrissimo Domino Ioanne do- sancto Paulo magnæ authoritatis viro, & S.R.E. Cardinali necessitudinem. Cardinalē hunc ex illustri Columnensium familia Eduardo patre satum, ait Mariaeus & à Celestino III. Mariau.c.4.

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

Panui. & Ciaccon. sub Caleſſ. & Innoc. 3. Bonau. cit. Favore ha- bit. Ioannem Cardinalem. creatum presbyterum Cardinalem tituli sanctapam Aquilæ & Priscæ referunt Panuinus & Ciacconus, & ab Innocentio III. anno 1205. factum Sabineſem Episcopum. Eum vitum venerandum, omnis sanctitatis amatorem, & adiutorem pauperum vocat Bonauentura; & Ciacconus magnum S. Francisci amicum. Hic iam audierat à Guidone predicto suo familiari sanctam hominum conuersationem, prodigiosumque institutum desiderabat quam maximè eos videre, eorumque perfaci ſancto colloquio. Ut accepit in urbem venisse, eos accessiuit, & magno cum honore suscepit, summaque habuit in reverentia. Ex corum verbis facta collegit, & ex conuersatione, instituti perfectionem, magna proinde fide & deuotione se corum commendauit orationibus, peritque mira dignatione, ut quasi ex iplis vnum se deinceps reputarent.

*Introduc-
tor ad Impe-
rial. 3.* Paucis postea diebus Franciscus Pontificem adiit, nequaquam paſſus rom hanc in longum protrahi, & introductus per quemdam conciuem domus Pontificis ad sanctissimum

Vide Panor. de. 7. Ecclesi. de Patriarc. Lateran. Sed repulsa- tur. *Vifia fidei
Pontifici.* Anticitatem altissimis intentum meditationibus rei Ecclesiasticæ gubernandæ, deambularem in Patriarchio Lateranensi, ex ea parte, quæ speculum, ut ait Bonauentura dicebat, (quod ego Solarium iudico à Leone III. constructum, postea à Leone quarto in meliorem formam restauratum, & à Celeſtino III. refectum; ob eminentem, in quo erat locum, & liberiorem vndique prospectum, speculum fortasse cognominatum) tamquam humilis & ignotus repulſus est indignanter. Quo humiliter foras egresso, sequenti nocte huiusmodi revelatio facta est à Deo ipſi Pontifici: videbat namque inter pedes ſuos palinam paulatim succreſcere, & in arborem pulcherrimam eleuari, & eo mirante quid hæc viſio vellet ostendere, diuina lux impressit menti ipſius Christi Vicarij, quod hæc palma illum pauperem, quem præcedenti die repulerat, designabat. Visionem hanc multi referunt ex c. 3. legendæ D. Bonauenturæ, nec tamen ipſe eam huic ſuo opuſculo inſervit, ſed Hieronymus Asculanus Bonauenturæ in generalatu ſuccellor, poſtea ſummus Pontifex Nicolaus V. renunciatus qui eam accepit à Richardo Hannibaldensi de Molaria Diac. Cardinali tituli S. Angeli in foro pifciū, à Gregorio nono creato, qui obiit ſub Gregorio X. ſteinachabundus ob tubei pilei priuationem anno 1274. Huic rem omnem retulit ipſe Gregorius nonus Innocentij III. patruelis fratris filius, cui iam à ſe creato Cardinali tituli S. Eustachij, viſionem ſibi ſuam expandit Innocentius, quod Hugoſino (ita vocabatur ante Papatum) principium fuit ſummæ in Franciſcum benevolentia. Præter viſionem hanc, inſigne illud miraculum de exco effoſſis iam oculis luce donato addiditæ ad finem legendæ eundem Hieronymum dicunt author chronicorum vetuſtorum MSS. & Marianus: ipſumque eius nomen, & generalis officium, quod poſt Bonauenturam obtinuit, in relatione miraculi expreſſum, rei amplius confirmant.

*Chron. auti.
MSS. ſyb
Generali
Hier. Aſcul.
Matio. c. 4.
§. 18.* Commotus autem hac viſione Pontifex mane ſequenti mandauit per ſuos famulos per urbem diuum pauperem quati: quem inuenitum iuxta Lateranum in hospitali S. Antonij (quod paulo poſt locupletauit & auxit Ioannes Columna nobilissimus cuius Romanus prebiter Cardinalis tit. S. Praxedis ab Honorio III. creatus, & cuius ampliorem facit citatus Onuphrius Panuinus mentionem) ante conſpectum ſuum celeriter iuſſe adduci. Cumque introductus eſſet, expoliuit ſuum propositum petens humiliter & inſtanter ſupradictam ſibi viuendi regulam approbari. Videt autem Christi vicarius, vir utique sapientia clarus, admittandam in viro Dei ſimplicis animi puritatem, propoliti constantiam, ignitumque voluntatis sanctæ feruorem, Christi pauperem mentis amore complectens, inclinatus eſt animo, ut pium ſupplicanti præberet aſſenſum. Distulit tamen perficere, quod Christi poſtulabat pauperculus, pro eo quod aliquibus Cardinalibus nouum aliquid, & ſupra vires humanas arduum videretur.

*Non fuit
obſtinent re-
gule appro-
bationem.* Hanc ſolam difficultatem in huius regulæ approbatione paſſum Franciſcum referunt cum Bonauentura, Autonino, & tribus ſociis eiusdem ſancti viri, rerum Franciſcanarum ſcriptores, non parem cum ſanctissimo Patriarcha Dominico, nec tunc dimiſſum ab Innocentio ad deligendam viræ formulam, ut Abrahamus Bzouius abſque villo proſrus fundamento ſcribit ad annum 1216. n. 12. qui hoc ideiā iam antea incoleauit an. 1215. n. 6. vbi D. Dominicum ait remiſſum Tolofam ad ſuos ſocios, ut quam proſterentur regulam, eligeant. nec enim eouque vllam ſibi conſtituerunt peculiarem. A. D. Franciſcus, quan supra poſuimus, iam concinnauerat, eamque approbari petebat, quod breui ſuperata difficultate, quæ in purpatorum Patrum vario dumtaxat opinandi modo conſistebar, à Pontifice impetravit. Largius huius erroris aliorumque plurium circa res noſtras conuincit Bzouium Marchetus Ferchius Veglensis docta & modeſta edita in cundem Annalista apologia.

*Refuditur
Bzouij error.
Vide Feidi-
nand del
Castilio 1.
par. Chron.
J. I. c. 16.* Ferchius in Bzouium n. 13. Hanc ſolam difficultatem in huius regulæ approbatione paſſum Franciſcum referunt cum Bonauentura, Autonino, & tribus ſociis eiusdem ſancti viri, rerum Franciſcanarum ſcriptores, non parem cum ſanctissimo Patriarcha Dominico, nec tunc dimiſſum ab Innocentio ad deligendam viræ formulam, ut Abrahamus Bzouius abſque villo proſrus fundamento ſcribit ad annum 1216. n. 12. qui hoc ideiā iam antea incoleauit an. 1215. n. 6. vbi D. Dominicum ait remiſſum Tolofam ad ſuos ſocios, ut quam proſterentur regulam, eligeant. nec enim eouque vllam ſibi conſtituerunt peculiarem. A. D. Franciſcus, quan supra poſuimus, iam concinnauerat, eamque approbari petebat, quod breui ſuperata difficultate, quæ in purpatorum Patrum vario dumtaxat opinandi modo conſistebar, à Pontifice impetravit. Largius huius erroris aliorumque plurium circa res noſtras conuincit Bzouium Marchetus Ferchius Veglensis docta & modeſta edita in cundem Annalista apologia.

- | ANNO CHRISTI
1210. | INNOCENT. III.
ANNO 13. | OTHONIS IV. IMPER.
OCCID. ANNO 3. | RELICIONIS MI-
NORVM ANNO'3. |
|-----------------------|---|---|--|
| XI. | Dubium & contradictionem aduersorum Cardinahum sustulit è medio supra domina-
rus Ioannes à sancto Paulo docta proposita ratione. Diuino namque spiritu inflammatus,
inquit Bonaventura, summo Pontifici & fratribus suis dixit: Si petitionem pauperis huius
tamquam nimis arduam, nouamque refellimus, cum perat confirmari sibi formam Evan-
gelicæ virtutis: caendum est nobis, ne in Christi Euangeliū offendamus. Nam si quis intra
Euangelicæ perfectionis observantiam, & votum ipsius dicat contineri aliquid nouum, aut
irrationabile, vel impossibile ad seruandum, contra Christum Euangeliū auctorem blasphemare
conuincitur. Quibus propositis successor Apostoli Petri conueritus ad pauperem
Christi, dixit: Ora fili ad Christum, ut suam per te nobis voluntatem ostendat, qua certius
cognita tuis piis desideriis annuamus. Omnipotentis autem Dei famulus, totum se confe-
rens ad orandum, precibus deuocis obtulit, & quod exterius ipse proferret, & quid inter-
ius Papa sentiret. | | Tellus rōstr.
ditionis Ca-
dinalia loca-
nes.
Bonaven- |
| XII. | Pontificis inde natus scrupulus (vt Cardinalis indicauit oratio) quod dura nimis vita vi-
debatur & regula, quæ nihil omnino terrenæ admittebat possessionis, sed omnem spem in
Dei reponebat prouidentia: refrigescente vero tunc charitate ex tenui stipe, difficile nimis,
& quasi incredibile putabatur integrum quodvis ali posse sodalitum. Renouit scrupulum
hunc Franciscus accommoda hac, quam à Christo accepit, proposita postea parabola: Virgo
quazdam, inquit, speciosa nimis in solitario & deserto loco. degebat, quam ut illius regionis
Rex vidit, eius egregiam pulchritudinem admiratus, in suam duxit sponsam. Cum qua per
annos aliquot in deserto commoratus, quosdam ex ea suscepit filios, & matri p̄z se feren-
tes venustam speciem, naturaliaque Regis delineamenta. Ad curiam suam reverso Monar-
chà filios pia mater enutrit, enutritos vero ad Regem transmisit, dicens: Filij, magno Rege
fati estis; in sua degit curia, ego solitudinem hanc nolui, nec potui deserere: vos patrem con-
uenite, & cuius stirpis sitis declarate; ille vobis necessaria & veſtræ nobilitati decentia lat-
gietur. Quod dum fecerunt, Rex statim sua in Eliis agnouit indicia, & matri pulchritudi-
nem. Quibus gratauerit ait: Ego verè meos vos agnosco natos, & vt prolem Regiam vos
educabo. Si enim alienos & seruos ex mea mensa, & stipendiis alendos curavi, quanto mihi
solicitor cura erit pro filiis meis, & speciosæ matri progenie, quam ego vehementer di-
ligo; cuius filios, quos ex me suscepit, ad mensam meam sedere faciā, & in curia mea alen-
dos suscipiam. Rex iste, sanctissime Pater, est Christus Dominus, speciosa virgo, paupertas,
quæ in deserto huius mundi ab omnibus repulsa & contempta, in solitariis locis degebat.
Huius pulchritudinem Rex Regum Christus è celo descendens adamavit, & mundum in-
grediens eam sibi statim in præsepio despousauit. Plures ex ea in hoc deserto filios procreauit,
Apostolos, Anachoretas, Monachos, ac alios quam plures voluntaria in profitentes pauper-
tatem, quos signa ipsius Regis Christi paupertatis, humilitatis, & obedientiae gestantes, trā-
misit ad celestem Regem, qui benignè eos suscepit, & promisit se illos aliturum, dicens: Ego
qui solē meū facio oriri super iustos & iniustos, qui pagani & hereticis à fide mea alienis de-
mens & thesauris meis viciū, & vestitom p̄bco, qui hos cibari & enutrirī curauis; quan-
to magis haec vobis libentiori animo concedam, & quæ vobis necessaria fuerint impendam,
iisque omnibus qui ex sponsa mea charissima paupertate fuerint procreati? Ad hunc cele-
stem Regem beatiss. pater domina & Regia sponsa, hos suos mittit filios prioribus & senio-
ribus nequaquam viliores, nec à patris aut matri pulchritudine degeneres, summa &
perfectam paupertatem profitentes. Non est ergo formidandum quod fame perent æter-
ni Regis filii & heredes, qui ad imaginem Regis Christi per Spiritus sancti virtutem de
paupere matre nati, & qui per Spiritum paupertatis sunt in religione paupercula enut-
di. Si enim Rex celorum imitatoribus suis regnum promittit æternum, quanto magis illa
subministrabit, quæ communiter largitur bonis & malis? | Leg. I. S. 1.
Martian. cit.
§. 18.
Bozios I. 6.
Sign. 2. c. 4.
Bonau. cit.
& alii.
Neq. nō Frā.
ciscus propo-
sita parabo-
la | |
| XIII. | Hanc parabolam & intellectum ipsius Christi vicarius cum diligenter audisset, miratus
est valde, & indubitanter Christum locutum in homine recognouit. Sed & visionem quam
tunc temporis è celo perceperat in hoc viro fore complendam, spiritu diuino suggestente
firinuit. Videbat namque in somnis (vt retulit) Lateranensem basilicam fore proximam
iam ruinæ; quam quidam homo pauperculus, modicus & despectus proprio dorso submis-
so, ne caderet, sustentabat. Vere, inquit, hic est ille qui opere & doctrina Christi sustentabit
Ecclesiam. Hoc ita verum esse exitus ipse, inquit Hieronymus Platini candidus author, de-
monstrauit. Nam non modo ætas illa qua primum hic ordo prodit, mirabiliter eius opera
adiuta & illuminata est, sed totis quadringentis annis, quibus deinceps stetit, hoc semper
egit, vt Ecclesiam Dei, qualib. fulciret. Aliam huiusmodi visionem habuit quinto ab hoc | Bonau. c. 1.
Pontifex ero-
der. Franci-
seum Ecclæ-
sum sugge-
runt. | |

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

anno idem Pontifex ad finem concilij Lateranensis de beatissimo P. N. Dominico , vt præter plures refert Ferdinandus à Castillo citatus , per quam voluit Dominus ostendere , quantum ferent adiutorij Ecclesiæ hi duo Patriarchæ , eorumque instituta . Multam certe semper factis & doctrina præstiterunt operam Ecclesiæ fulciendæ , prauisque fidelium moribus corrigendis ; sed tunc maiorem , quando æctiori inter se vñiti Fraternitatis & pacis vinculo communem adhibebant curam , vnamque admouebant omnes sacro operi manum , nec in diuersa dissidiosa simulatione rapti proprios porius sibi erigere titulos , quam Deo omnem adscribere victorij triumphum , aut huius Ecclesiæ structuram reddere auctiorem , omni curabant solicitudine .

Intelligendam porro visionem hanc Pontifici factam de spirituali fulcro bonæ doctrinæ XIV.

& sanctæ vice , quod Ecclesiæ in deteriora labanti , suis , suorumque humeris , & labore supposuit Franciscus , omnes cum ipso attestantur , Pontifice , non vero de materiali dumtaxat reparatione ædis Lateranensis per Nicolaum IV. Franciscanum , dum anteriorem , posterio-

Vide Panui . remque basilicæ partes ruinosa fortissimis repagulis additis solidaque structura fitauit , ut in Ecclesiæ Lateran . quidam innuere vñi sunt ex illis impolitis versibus in absida templi è musivo exaratis .

Tertia Ecclesiæ pater Innocentius hora

Quæ sese dederat somno , noscere ruina

Hanc videt Ecclesiæ , mox vir pannosus & asper

Despeditusque humeram supponens , sustinet illam .

At pater ewigilans Franciscum prospicit ; atque

Vere est hic , inquit , quem vidimus . iste ruenter

Ecclesiæ , fidemque feret ; sic ille petitis

Canit concessis liber Letusque recepit .

Francisci proles primas de sorte Minorum

Hieronymus quarti Nicolai nomine sargens ,

Romanus prefut , partes circumspicit huic

Ecclesiæ certa iam dependere ruina ,

Ante retroque levat , defracta reformas & ornas ,

Es fundamentis partem componit ab imis , &c .

Gonza. I. 1. Libenter admittimus cum Francisco Gonzaga restorationem banc & fulcimentum Ecclesiæ primo à Nicolao , deinde à Sixto IV. adhibitam , Sixti etiam quinti in eam ædem beneficij , & Franciscanorum Penitentiariorum perpetua in eadem laudabilia obsequia adiuvare , & confirmare Innocentij visionem . Id vero ioficiamus hoc solum terendisse tantum à Deo intimum spectrum , vt solam repræsentaret materialem reparationem à Franciscaniis fiendam , non vero adiutorium , seu subSIDIUM spirituale à Francisci instituto vniuersæ Ecclesiæ præstandum . Nam præterquam , quod omnes , quos viderim tam nostros , quam exteriores ,

Bozios I. 7. qui de hac visione agunt , eam ita explicent , Bonaventura , & Platus citati , Thomas Bozios Bern. sen. 10. & alij , etiam ipse Innocentius eam ita intellexit , & Alexander IV. apud Bernardinum Se- j. fern. 62. nensem ita innuit explicandam .

c. 3. a 1 Annus Pon. Iunocentius potro hoc diuino commotus spectaculo præcipua erga Franciscum deuotissimæ Franci- tione repletus , eius petitioni se per omnia inclinavit , quem speciali deinceps amore profe- fusi votu .

Affirmat autem Marianus ex legenda trijum sociorum , à quo non dissentit Bonaventura , XVI. in fine . Petrus , aliquo à sæcularibus insigniti discrimine , in altaris & sacramentorum ministracione sacerdotibus inservirent . In quibusdain regionibus adhuc huiusmodi gestante coronulas , vel tonsuras , religiosiores , & antiquæ consuetudinis studiosiores laici , nec tamen certi ut his consormentur , à superioribus compelluntur . Quibusdam enim quod Pontifex

Marian. eit. dedit ad decorum , facile cedebat in timorem , & ministrabat superbiendi , vel clericis semet

§. 19. comparandi materiam , quod ad honestius concessum est presbyterorum obsequium .

Bonau. c. 3. Bonau. in fine . Affirmat autem Marianus ex legenda trijum sociorum , à quo non dissentit Bonaventura , XVI.

Hieron. Ro- concessas has coronas laicis , tam ob ministerium sacerdotum , quam ut cum eisdem Dei man. 16. rei- pub. Christ. verbo prædicando incumberet , idque post hæc obtentum à Pontifice per supra nominatum

c. 14. Cardinalem Sabinensem Episcopum , vt ipse sanctissimus Dominus laicos omnes minoris ordinibus , & Franciscum usque ad Diaconatum donaret , solemnemque ipse in suis ma- ristis omnium recipere professionem , & vota probaret de huiusmodi obseruando instituto .

Quibus

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

Quibus emissis, ceteri Franciscus promiserunt se obsecuturos; Franciscus vero Pontifici, quem omnium, qui tunc aderant, & superuenturi erant, supremum rectorem Papa constituit. De multis etiam paternè & devote ad recentis instituti firmitatem & decorem humilem institutorem admonuit, suæ benevolentia redidit certiorem & benignè singulos amplexus, & benedicens perquam hilares dimisit.

XVII. Adfuit his omnibus Cardinalis Sabinensis, tamquam singularis protector, & optimus sequester, qui non solum concepit ipse in hos pios viros summum affectum, verum etiam canopere curiæ Principibus eos commendauit, ut præcipios ex Purpuratorum collegio, & Romanis dynastis eis deuinxerit. Hunc suum affectum & propensionem plus ceteris inter ^{Planet} ^{Cardinales} ^{bis & 1} Cardinales monstrarunt, & Franciscum, ut speciatim reserat Ciacconius, intimè dilexerunt, ^{Principib} ^{Francisci} ^{addidit.} Vide Ci-
Hugolinus Comes Anaguinus ipsius Innocentij nepos, Diaconus Cardinalis sancti Eustachij, post Episcopus Ostiensis, & Velicernus, demum Gregorius nonus in Pontificatu nun-
cupatus. Leo Brancaleo Romanus ex canonico regulari congregationis sancti Fridiani Lu-
censis Diaconus Cardinalis S. Luciæ in septifolio, postea presbyter tituli S. crucis in Hie-
rusalem, multis perfunditus grauissimis Sedis Apostolicæ legationibus; & Ioannes hic Epi-
scopus Sabinensis summæ in sacro collegio autoritatis. Nec ullus ferme fuit postea Car-
dinalis, qui crescente fratum numero non obtinuerit ad fauorem & honorem, ut secum
retinere possit quempiam ex his Apostolicis viris. Singularis erat illorum veneratio per to-
tam curiam, & in domo Pontificia usque ad Bonifacij octaua creationem, de cuius duriori
modo cum religiosis agendi conqueruntur quidam illius ætatis scriptores, & sub quo immi-
nuit erga nostros Ecclesiasticorum benevolentiam teneris verbis deplorat Nicolaus Ly-
ranus ad initium ultimi Psalmi illius, quam edidit in D. Franciscum, contemplationis, &
quam nos subiunimus in calce opusculorum eiusdem sancti Patriarchæ.

XVIII. Facta autem hæc in curia Romana, approbatamque suprapositam Francisci regulam
hoc anno docent ex recentioribus Azorius, ex vetustioribus Marianus, legenda sociorum, ^{Azor. 10. 1. 2. c. 1.}
& Thomæ Celani, quibus, tamquam Franciscanatum rerum antiquioribus, & exactioribus
obseruatoribus, subscribendum iudico, etsi alias in argomento prædictæ regulæ, vbi varias
aliorum retulit opiniones putauerim cum Henrico Sedulio, & Antonino Florentino hæc
accidisse anno 1211. Propter hanc (ut reor) regulæ approbationem, hoc anno ordinem in-
stitutum voluit aliqui cum Antonino Florentino, quibus adnumerat Ioan. Frideric. Mate-
narius Onuphrium Panuinum & Genebrardum. Sed Onuphrinus in annum 1209. cui ad-
stipulatur breuiarium Romanum, & Genebrardus in annum 1215. factum referunt.

XIX. Hinc facilis resolutio illius dubij; Prædicatorum, Minorumque quænam antiquior reli-
gio? nam Minorum Patriarcha prius sui ordinis confirmationem procurauit (verbis vtor
S. Antonini) non solemnem tamen per litteras, & quo ad hanc approbationem fuit prius
institutus ordo Minorum, inquit Antoninus, quantum verò ad solemnem approbationem
per bullas Apostolicas authenticam, fuit prius ordo Prædicatorum confirmatus per Ho-
norium tertium. Religionum autem antiquitatem vel tempus enumerandum esse à so-
lemni confirmatione usus obtinuit. Dominicano proinde sodalicio inter mendicantia pri-
mus cedendus locus, & præclarum certe alias meretur tum ob singularem pietatem, tum
ob raram doctrinæ præstantiam, qua semper Catholicam adiuuit Ecclesiæ, & fidei ortho-
doxz veritatem vbique validè defendit. Hinc potior gloriatio quam ab annorum censu,
quid enim prodest ante alios incepisse, & minus aliis laboasse? Opprobrium auget, socor-
diati arguit annorum multitudo, & à præclaris factis seriatim: Illa Pauli, aliis Apostolis po-
sterioris gloria, quod abundantius omnibus illis laborauerit, de quo Hieronymus; nouissima in ^{1. Cor. 15. 10.}
ordine, primus in meritis est, quia extremus licet, plus omnibus laborauit. Illud religionum decus, ^{Hiero. epist.}
ad Paulum, indefessa in propaganda fide, & emulatrix propugnandæ Ecclesiæ sollicitudo.

XX. Sed ut ad Franciscum redeamus, à Pontifice tot auxiliis muneribus, & gratiis donatus, sa-
lutaris Apostolorum liminibus, Cardinali Sabinensi, & Hugolino plenè de rebus suis in-
stuctis, urbanè valedixit, & superna gratia atque autoritate Papali fretus, cum multa fidu-
cia versus vallem Spoletanam iter arripuit, ut Euangelium Christi opere compleret, & ver-
bo doceret. Dum autem in via conferret cum sociis, qualiter regulam quam suscepérant,
sincere seruarent, qualiter in omni iustitia & sanctitate coram Deo incederent, qualiter in se
ipsis proficerent, & essent aliis in exemplum diutius collatione protracta, hora prandij per-
transit, & cum iam lassati essent ex diuturnitate laboris esurientes in quodam loco solitu-
dinis substiterunt. Sane cum omnis via decesset, qua posset sibi de viatu necessario prouidere;
statim affuit prouidentia Dei: nam subito apparuit homo afferens panem in manu,

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

quen pauperculis Christi dedit, subitoque disparuit, incognitus unde venerit, aut quo iret. Cognoscentes autem per hoc pauperes fratres supernum sibi in comitatu viri Dei adesse præsidium; magis doao liberalitatis divinæ, quam cibo carnis propriæ fuit refecti. Insuper diuina consolacione repleti, statuerunt firmiter, & irrevocabiliter confirmauerunt nullius inediæ aut tribulationis impulsu, à sanctæ paupertatis resiliere promisso.

*Vixit pedem
prope ciuita-
rem Orta.* Deflexerunt paulisper ad ciuitatem Hortz (qui Plinio Hortonum, aliis Orta, Italis Hor- XXI.
ti, vel Orti) Etrurie Episcopalem urbem in provincia Romana & ditione Pontificia sitam
*Marian. 1.4
in fine.* ad Tusciaz terminum, qui ad Vmbros vergit, ter M. P. à lacu Bassanello distantem. In aper-
Leg. Greg. 9. ti campi planicie non procul ab urbe neglectum ingressi fanum, oratione præmissa egerunt
inter se de commorando ibidem per aliquor dies, donec altissimi innotesceret voluntas ubi
placeret ut sedem sibi figerent. Nec tamen dum Dei expectabant placitum per orationis
consultationem, à bono feriabantur, sed quotidie ciuitatem ingrediebantur, vndeque pec-
catorum pœnitentiam per plateas & compita prædicantes, non absque animarum lucro, &
laboris mercede. Crevit erga eos populi deuotio, & quas superflua in plateis respuebant
eleemosynas, ad Ecclesiam deferebantur ab ipsis offerentibus, felices se iudicantes in quo-
cumque fratum obsequio. Confluebat etiam illuc tota ciuium multitudo ut nouos &
veluti è celo lapsos viderent & alloquerentur viros, quorum verba & doctrina verè illo-
Ubi necedit. rum conuersationem esse ostendebat in celis. At ex frequenti hominum turba sentiens
pius Pater filiorum turbari spiritum, illinc discedere constituit. Suasit etiam discessum lo-
ci amoenitas quam maxima, timens attenuandum iti mentis vigorem, qui ad ridentis prati-
*Loci amoeni-
tatis plenaria
firmitas con-
seruaria.* lasciuiam, ad vicini fontis & leuisontantis aquæ murmur, ad opaci uenoris umbram, cæ-
rásque luxuriantis soli delicias non raro cepescit. Effeminatus amoenitas nimis; nec da-
*Seneca epi-
st. 51.* biliè aliquid ad corruptendum vigorem posset regio. Una Hannibalem hiberna soluerunt, & indomi-
sum illum nimisibus acque alpibus virum, eneruerunt fomenta Campanie. Armis vici, vitiis vicitus
est. Reuerà cælestibus cogitationibus intentum loca seria sandaque eligere oportet. Indu-
randus animus, & à blandimentiis voluptratum procul abstrahendus. Sancti viri non ad
bona attendunt loca, sed ad bonam in locis conuersationem. *Iustorum locus*, inquit Gre-
*Gregor. 1.1.
in c. 14. lib. 1.
Reg.* gori, *bona conuersatio est; iustorum locus Dominus est.* Ne ergo in deliciose loco animæ per-
derent delicias, pia castra mutari iussit nouus, sed è celo edocitus sacræ huius militiz dux,
postquam ad quindecim tantum ibi commorati sunt dies.

Bonau. cit. 1. Hinc recta pergentes in vallum Spoletanum inter se tractare cœperunt, utrum inter ho- XXII.
*Pergis Frac-
cum sae in
vallum Spa-
letanum.* mines conuersari debent an ad loca solitaria se conferre. Sed Christi seruus Franciscus
non de sua, vel de suorum confidens industria per orationis instantiam, diuinæ super hoc
voluntatis beneplacitum requisivit. Supernæ igitur revelationis illustratus oraculo intelle-
xit se ad hoc illum à Domino, ut Christo lucraretur animas, quas Diabolus conabatur
austere; ideoque magis omnibus, quam sibi soli vivere prælegit, illius prouocatus exem-
2. Cor. 1.14. plo, qui unus pro omnibus mori dignatus est.

*Moransur
apud Riuum
suum.* Recollegit itaque se vir Dei cum ceteris sociis in eo quod supra insinuauimus tuguriolo XXIII.
*Bero. à Bess.
& Oddo Pe-
rusinus.* iuxta ciuitatem Assisi Riuus tortus seu sinuosus dicto, quod adeo angustum fuisse comme-
morant Bernardus à Bessa, & Jacobus Oddo Perusinus, ut vix in eo omnes simul sedere,
nequaquam protenso corpore iacere, valerent. Ut cominodius absque alternis molestiis
vel quiescerent vel orarent, suum cuique statuit locum deuotus Pater, signatis omnium
nominibus super subtilias seu trapes humilis ædiculæ. In hoc angusto viuorum, vel etiam
mundo mortuorum, sepulchro, incredibili amore, uianitate & spiritus alacritate non
paucos transegerunt dies secundum sanctæ paupertatis formam, in labore multo & inopia
vicitantes, ita ut saepius absque buccella panis crudus per contiguam planitem collectas
herbas, harumque radices lenti sibi præpararent in cibum, magis lachrimarum, quam deli-
ciatum panibus refici satagentes.

Bonau. cit. Vacabant ibidem diuinis precibus incessanter, mentaliter potius quam vocaliter, studio XXIV.
*Modus oran-
di sanctæ ha-
buit fortitudo.* intendentes deuotæ orationis, quia nondum ecclesiasticos libros habebant, in quibus pos-
sent horas Canonicas decantare. Loco tamen illorum librum crucis Christi continuatus
aspektibus diebus ac noctibus revolvebant, exemplo Patris & eloquio eruditæ, qui iugiter
*Maria. &
Perulus. cit.* faciebat ipsis de cruce Christi sermonem. Aram crucis erexit in medio tugurioli fixa in
terra mediocris mensuræ lignæ cruce, circa quam omnes in orbem acti magna veneratio-
ne & summo affectu dicebant; *Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per sanctam cru-
cem tuam redemisti mundum,* & deinde saepius repetebant orationem Dominicam. Docuit
insuper eos Dominum laudare in omnibus, & ex omnibus creaturis; honorare præcipua
reuerentia

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

reuerentia sacerdotes, fidei quoque veritatem, secundum quod sancta Romana tenet & doceat Ecclesia, & firmiter credere, & simpliciter confiteri.

XXV. Contrahentibus autem fratribus moram in loco praefato, vir sanctus die quadam Sabathi ciuitatem Aſſisi intrauit praedicaturus manè diei Dominicæ, ut moris erat, in Ecclesia Cathedrali: cùmque in quodam rugurio, sito in horto Canonicorum, vir Deo deuotus in oratione Dei, mox solito pernoctaret, corporaliter absentatus à filii; ecce ferè media noctis hora, quibusdam ex fratribus quiescentibus, quibusdam perseverantibus in orando, currus igneus mirandi splendoris per ostium domus intrans, huic atque illuc per dormiculum tertio se conuertit; super quem globus lucidus residuebat, qui Solis habens aspectum, noctem clare fecit. Obstupefacti sunt vigilantes, excitati simul & exterriti dormientes; & non minus senserunt cordis claritatem, quam corporis: dum ex virtute mirandi luminis, alterius alteri conscientia fuit patefacta. Intellexerunt namque concorditer omnes, videntibus inuicem vniuersitatem cordibus singulorum, sanctum Patrem absenteum corpore, presentem spiritu, tali transfiguratum effigie, supernis irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatum supernaturali virtute, in curru splendente simul & igneo, sibi demonstrari, à Domino; ut tamquam veri Israélitz post illum incederent, qui virorum spiritualium, ut alter Elias, factus fuerat à Deo currus & auriga. Credendum sane quod ille horum simplicium aperuit oculos ad preces Francisci, ut viderent magnalia Dei; qui oculos quondam aperuerat pueri, ad videndum montem plenum eorum, & igneorum curruum in circuitu Elizei. Regressus autem vir sanctus ad fratres, coepit conscientiarum ipsorum secreta rimari; confortare ipsis de visione illa mirabili, & de profectu ordinis multa futura praedicere. Cumque patefaceret plura, quæ sensum transcendebant humanum: vere cognouerunt fratres, super seuum suum Franciscum, Spiritum Domini in tanta plenitudine quievisse, quod post ipsius doctrinam & vitam erat eis proficiisci tutissimum.

XXVI. Post hæc odore sanctitatis & efficacia sermonum beati viri multi ei adhædere volebant, sed eorum receptionem propter locelli angustias disserens, ad socios hunc habuit sermonem: Chariſſimi fratres, & filij, diuina bonitas mihi dignanter ostendit, quod humilem hanc nostram familiam vult ampliare. Porro multi sunt, qui vestre student societati, quos ego admittere non possum, donec habeam unde eos congregem. Alia indigemus capiōri domo in qua recipiantur, nec minor necessitas Ecclesia, in qua omnes sacrum audiamus, canonicas soluamus horas, & si quia nostrum obseruit, in pace requiescat. Pergamus ergo cum fiducia ad Dominum Episcopum, vel ad montis Subasij monachos, eos pro Dei amore interpellantes, ut aliquam, quam in urbis circuitu habent Ecclesiam, nobis velint concedere, & sub aliquo suo secto orientem hunc catum colligere. Placuit sermo comitibus, & proxima luce vir sanctus primò Episcopo, deinde canonicis suum aperiens desiderium, quia potuit humiliante, postulauit Ecclesiam. Responso accepto nullam se habuisse, quam alienare possent; continuo egit de hac eademi re cum patribus Benedictinis. Hos expertus est liberaliores; etenim Abbas inito cum subditis consilio, ei concessit, quam ipse paucis ante annis reparauit S. Mariz in Portiuncula ædiculam. Nullum acceptabilius Francisco donum esse potuit, nec gravior ædes illâ, quam ipse reparauit, & in qua amplioram gratiam accepit, Apostolicum didicit institutum, & sepius concentus audiuit Angelicos.

XXVII. Exinde etiam charius hoc truius, quod omnium quæ in illo erant tractu, erat minima & paupertima, & quod non absolue cius dominium à se abdicaverint monachi, sed ea lege ille cum suis ædem incolerent, ut si illorum sodalitum amplius & copiosius fieret, huic loco tamquam primo & capiti id nominis tribuerent. Ratum habet Franciscus paclum, & gratiis, quas potuit, maximis redditis, latus reuersus ad suos totam rei seriem narrat, corisque iubilum pandit, quod primam sui ordinis pauperem & parvam ædem ipsa obtinuerit mendicitate; per quod tibi à Deo suggestum intelligebat, non in propriis ædibus, sed in alienis huius sodalitij viris tamquam peregrinis & aduenis commorandum. Et proinde in secunda, quam statuit obsecrandam, regula iussit ut fratres nec domum, nec locum, nec aliquam rem sibi appropriarent. Et moriens statuit ut Ecclesia & habitacula qua pro ipsis constituerentur, penitus non reciperen, nisi essent sicut decet sanctam paupertatem, quam in regula promiserunt.

XXVIII. Iam ab eo tempore quo à Francisco restauratum est hoc virginis delubrum, curabatur à pio sacerdote Petro Mazancoli Aſſisi, ad quem illa nocte declinavit vir sanctus, ut praeterea sibi gratiam à patribus Benedictinis narraret, cuiusque bona venia pacificè & amicè possent fratres accedere, dommodo ille locum cedere vellet. Nunquam tñnula pietas, statim enim bonus ille sacerdos in viri sancti irruens amplexus, nihil magis se desiderasse

Apparet fra-
tribus Fran-
cis in cur-
ru igne.

4. Reg. 1. 11.

4. Reg. 6. 17.

Accipit à
Benedictino
ædem Per-
sianulo.

Marc. c. 15.
Flor. c. 8.
Maria. c. 6.
Leg. autiq.

Francis. reg.
s. c. b.

Idem in te-

stam.

Bartholus
de Aſſisi I.

de indulg.

Portuoc.

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

dixit, quam ut B. Virgo haberet in hac sua sancta, licet humili causa quibus piè coleretur, & instanter laudaretur. bonamque fratribus obtigisse sortem adiunxit, quod in illorum venerari possessionem dominus sancta, Deipatæ chara, Angelis familiaris, & celestibus digna carminibus. Cieri porro fecit vicinum agricolam, qui coram referret, quod saepius antea narrauerat, multoties diuinum melos se ibidem noctu percepisse, fulgorētque per fenestras effulisse mirificum.

*Apparet ei
Christus in
adicularia
adidem.* Gavisus est Franciscus ad Presbyteri humanitatem, sed magis ad tantam adiculæ com- **XXIX.**
mendationem, cogitauitque in ea, ante suorum aduentum illa nocte requiescere, ut pac-
rius & largius in proximo superuenturam B. Virginis commendaret familiam. Sed ecce ad
primas noctis vigilias lux magna refulsa in habitaculo, & coram apparuit in altari Christus
Dominus cum sacratissima Genitrix, multis vndique stipati cœlitibus, Franciscum pla-
cido & suavi dignantes aspectu. Quorum benigno aspectu animum sibi addens vir sanctus,
humillimè adoratus, humilius interrogauit: Sanctissime Domine, Rex cœlorum, mundi
redemptor, dulcis amor, & supernarum potestatum Regina, quæ tanta in hanc adiculæ
vestra dignatio, ut è cœlorum sublimitate in humilem hanc aram placeat descendere? Cui
statim diuinum responsum: Illa mei Matriisque aduentus occasio, ut perdilectum hunc locum,
nobisque charam hanc adem tibi tuisque desponsemus. Quibus dictis statim diuini
euauit spectaculum. Conterritus Franciscus & gaudens: Verè, inquit, locus iste
sanctus est, & Angelico potius quam humano dignus incolatu. Hinc dum licuerit non re-
cedam, & mihi meisque erit in memoriale perpetuum diuinæ miserationis.

Marian. cit. Summo manè iussit socium ut reliquos vocaret è priori tuguriolo, & quam habebant **XXX.**
pauperem supellestilem secum transserrent in gurgustium fano vicinum, quo sponte ce-
debat urbanus ille sacerdos. Quibus ut accesserunt, miram illius loci excellentiam reue-
lauit, vitæque in ea puritatem, & continuam Dei laudem enixius commendauit; Patribus
autem Benedictinis semper summas habendas gratias, qui humilis sodalitij primitias tam
sacro donarunt loco, & cætera capessenda monasteria hoc Dei habitaculo, tamquam ad
*Dns. Benedi-
tibus annuū
censum.* paupertatis formam, & ad sanctitatis germe verè sacrarunt. Locum saepius ipse viuens
laudauit, & moriens seruenter fratribus commendauit. Quotannis tamen ut suum non
*Floret. &
Marcus ci-
rat Rodulp.
L. fol. 251.* esse, sed ex alieno possedisse beneficio ostenderet, gratumque se exhiberet in beneficos,
biscellam leuciscorum (quod piscicorum seu mugilum fluvialium genus est, Italis lasche)
quibus vicinum Asius seu Chiatium flumen abundat, ad monachos, veluti in censum dari
curabat. Illi quam deuotè spontaneum pauperum tributum, alio quocumque suorum
reddicuum estimabilius iudicantes, & pari cum eis amore contendentes, reddebat lecy-
thum olci in pauperis fratrum obsonij condimentum.

*Adu Portu-
civitatem cœ-
monitatio.* Huius loci hæc prima & tenuia iecerunt sibi Minores fundamenta, non lapidea, sed spi- **XXXL**
titualia, super quæ in magnam cresceret molem tota religio. Ex hoc enim loco prodierunt
tot per universum orbem stræctores cœnobiorum; ex hac humili arce proruperunt in
Christiani nominis aries tot strenui bellatores: ex hac schola dati sunt in universum or-
bem doctissimi magistri, qui hunc suæ originis locum illustrem reddiderint. In omnem
Christiani orbis regionem celebris euasit huius adiculæ memoria, felices semper habuit
successus, & maxima accepit incrementa. Quamvis enim B. Franciscus solam illam terræ
portionculam sibi sufficere saepius dixisset, nec ampliandam voluisse, & imbrices ac tegu-
las sumptuosius extructæ domus deiici curasset, hodie tamen nobile, ac capacissimum huic
adiculæ, ad modum Lauretanæ adis fanum circumducitur templum multo anno ac ate
perficiendum. Multa est & magna vndique aduentantium in hunc locum deuotio, nec
mirum, dum de eo Franciscus testatus est, quod trium sociorum verbis subiicio. Nos qui
cum B. Patre fuimus, testimonium perhibemus, quod cum affirmatione firma ipse de illa
Ecclesia pluries nobis dixit: quod ibidem sibi fuit reuelatum, quod propter multas præto-
gatiwas, & Dei beneficia ibidem præstata, B. Virgo inter summæ charas & suo nomini sacras,
hanc Ecclesiam affectuissimè diligebat; & propterea vir sanctus toto tempore vitæ suæ
maximam reverentiam & deuotionem in ipsam habuit.

*Maria. c. 5.
Marc. c. 17.
Iota. pat. 34.
c. 129.
Incilius. p.
Lea.* Fixit ergo hic pedem cum suis, & eos quorum antea distulit receptionem, hic libenter **XXXII.**
admisit, videlicet fratrem Leonem Assitatem, quem tamen Viterbiensem vult Iotnandes
virum columbinæ simplicitatis, à Francisco propterea vulgariter peccorelli di Dio vocatum,
& summè dilectum, cui fuit postea à secretis & à conscientia. Scivit prouide plus aliis de
viri sancti factis & mirabilibus, quorum principia ex eo suis locis referemus. Proutdeque
merito postea à Crescentio generali ministro electus, ut cum Fr. Russino, & Fr. Angelo
Reatino

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------------	---------------------------------

Reatino eius vitam conscriberet. Plura inferius de eo occurrunt recensenda. Recepit etiam Fr. Ruffinum Cissi S. Claræ consanguineum, virum nobilem, hominem castissimum, & virginez puritatis, qui ad tantam postea peruenit perfectionem, ut Franciscus fateretur factum sibi à Domino revelationem eum fuisse ex sanctioribus & fidelioribus inter eos quos Deus suos seruos reputabat, animaque eius iam tunc in celo canonizatam, nec proinde se dubitaturum adhuc in mortali corpore viuentem sanctum appellare. Altis erat contemplationis, & aliquando adeo intensæ, ut extra se rapitus velut insensibilis per diuernum tempus remaneret. Taciturnus fuit supra modum, ac summè modestus, magnamque obtinuit à Deo super energumenos potestate, ita ut ipse eius Magister Franciscus diabolis durioris expulsionis minaretur se fratrem Ruffinum vocatum, qui statim recedebant, ut suis locis amplius enarrabimus.

xxxiii Tertium his adiunxit Fr. Massum de Marignano, qui breui ad summæ virtutis apicem Marian. petuerit, & quem ipse postea mirificè diligebat, ut pote qui omni præditus erat humanitate, Rudolf & miram ostendebat erga exteros aduentantes urbanitatem. Si qui erant, qui beatum fol. 123. Franciscum altioribus intentum, vel contemplatione rerum cœlestium absorptum, aliisque Massum. occupatum alloqui vellent, singulari sua gratia in dicendo, & urbana conuersatione, sic detinebat, & suo suspendebat eloquio, ut nec moras Francisci aduentantis sentirent, nec si aliquando sui copiam nob ficerent conquererentur, plenam à Masso adepiti satisfactionem & consolationem. Quo religioso more à multis sanctum Patrem sacerdotalium liberabat molestiis, qua de causa perquam libenter Franciscus cum sibi assumebat socium, cum in aliquid solitudinis eremitorum spiritui vacaturus pergebat. Semel in die sub vesperam comedebat panem cum lachrimis, & in mensura. Prima noctis vigilia lassatum corpusculum duarum horarum somno reficiebat, ante noctis medium descendebat in Ecclesiam in qua semper orans pernoctabat, dicens: Domine in Iesu Christe da mihi contritionem peccatorum meorum, & da mihi gratiam emendandi, & satisfaciendi secundum voluntatem tuam; nec cessabat ab ista oratione quousque lachrymæ desfluerent. Deinde audita re sacra se abscondebat in cella, dicens pleno cantu, Domine Deus fac ut te cognoscam, te timeam, te diligam toto corde.

Paulo post eius ingressum B. Pater volens humilitatis huius sui discipuli periculum faciliere, ^{Massei b.} ^{militaria si} ^{periculum.} ^{passi,} ^{totum cœnobioi} ^{pondus sustineret,} cuius perfectio- acceperunt à Domino gratiam contemplandi & orandi, proinde ut liberius & commodius sanctis his exercitiis incumbant, & quum erit ut tu qui exterioribus monasterij officiis aptior es, portæ & culinæ curam agas, & quod his ministeriis atiquando superesse possit temporis, conquirendæ impendas eleemosynæ. Id autem præ ceteris curabis, ut aduentantes sacerdtales, fratres non perturbent, sed ad primum ostij pulsum solicitus adsis, iisque urbanis satisfacias verbis, ita ut solus omnium excipias negotia, nec opus sit ut quispiam ex fratribus ad ostium accederet. Abi in pace, & quam solerter vide ut hæc omnia fiant ad meriti salutis obedientiam. Ille vero inclinato capite humiliiter recessit absque ullo murmure, aut præcepti ferme importabilis excusatione, sed iniuncta per plures obiuit dies. Socij vero scrupulum passi, quod solus Massus totum cœnobioi pondus sustineret, cuius perfectio- nem & studium orationis, contemplationisque iam exploratum habebant, ipsi vero ferientur à laboribus, quam amanter rogauerunt sanctum Patrem, ut Massum tanto fasce leuaret, & inter se laborem distribueret. Quorum precibus acquiescens ad se vocato Masso dixit: Frater Massæ isti tui socij volunt in partem intare laboris: volo proinde ut quæ tibi imposui ministeria, inter eos dividantur. Cui summa humilitate discipulus: Pater, quidquid mihi in parte vel in totum imponis, à Deo existimo factum. At sanctus Pater illorum charitatem, & huius humilitatem considerans, fecit ut rarae virtute egregium sermonem, eo tendentem ut ostenderet, quod quo maiora quisque accipit à Deo munera, eo debet esse humilior, & quod absque charitate & humilitate nulla Deo potest virtus place- re. Quo expleto, munia prædicta inter alios diuisit, & omnes in sancto spiritu benedicens Iesus dimisit.

xxxiv Confabulatus aliquando Massus cum sociis de rebus diuinis, sanctorumque vitis, audiuit quemdam etiam tunc superuixisse virum, Deo summè charum, qui ad magnam, quam accepit sanctæ orationis, meditationis, aliarumque virtutum gratiam, magnam etiam adiecit humilitatem, qua in summæ vilitatis abyssum se detrudens omnium maximum se reputabat peccatorem. Hac virtute confortabatur & confirmabatur in gratia accepta, & ^{incessanter} ^{fudens hu-} quotidie in diuinis crescebat obsequiis. Emulatus Massus charismata meliora, feruen- miliora.

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

tissimum concipiens tantæ virtutis desiderium oculis ac manibus in cælum crectis , alta clamauit voce ; Domine spiritu hoc principali ac solido virtutum fundamento confirma me , & donum hoc perfectæ humilitatis nihil benignus concede , quod dum à te , qui das omnibus affluenter , non obtinuero , numquam perfectè lñabor. Deinde orabat incessanter , & gemitibus inenarrabilibus , vel clausus in cella , vel solitarius in nemore Dominum pro humilitatis virtute interpellabat. Tristabatur de gratiæ dilatione , & omni macerandæ carnis ingenio se affligebat , vt ad opeatum perueniret virtutem , donec quodam die ingrediendi syluam conuentui proximam , & validos clainores , lachrymosaque suspiria frequenter emittenti Christus facta ei voce de cælo dixit ; Frater Massæ , quid vis dare ad hanc gratiam possidendum ? Cui Massæ , diuinam confessum vocem agnoscens , respondit ; Domine dabo oculos capitis mei. Et Dominus ad eum : Ego volo ut tu deinceps & oculos & gratiam hanc habeas. Ex favore hoc diuino & peculiari munere , remansit vir sanctus adeo fundatus in humilitate , vt nihil se vilius putaret , & tantum accepit cordis iubilum , vt ferme semper cantaret , & eiusdem versus cantum sèpius in oratione vel Psalmodia assumearet. Cui cum semel B. Jacobus de Fallerono dixisset : Quare non mutas versum in iubilo ? Lñabundus respondit : Quando in vna re inuenit anima omne bonum , non oportet variare versiculum. Alia huius sancti viri gesta inferius suis locis inferemus.

Conuersio fr. Juniperi. Suæ etiam tunc aggregauit sodalitati vir sanctus B. Juniperum cantæ humilitatis & sim- xxxv.

Marian. c. 6. plicitatis virum , vt ab imperito vulgo fatuus crederetur. Incredibilia pene videntur quæ Marc. i. p.l. fecerit & dixit ad imam sui deiectionem , nec aliis quisquam tam honoris audius , quam hic 6.1. Rodulp. i. t. vituperij. Proinde cum ab aliquo afficeretur opprobriis , fimbrias pauperis lacernæ expandens dicebat ei : Amice proicias huc liberaliter , imple gremium lapidibus istis pretiosis , imple , ne timeas ; iniurias & opprobria lapides appellans preciosos. Quando redibat dominum , huiusmodi secum habebat sermonem : O inurilis frater , qua fronte redis ad patres? quo te admittent titulo? certè si hospitijs gratia te sub testo colligant , & panem arctum , & aquam breuem dederint , rem magnam & tuis meritis maiorem præstabunt : iuste certè te repellent tamquam sua indignum societate. Eius simplicitatem Franciscus admirans ad-

De nomine Juniperi. stantibus dicebat : Vtinam , fratres , de huiusmodi Juniperis integrum siluam haberemus ; alludens ad nominis ethymologiam & proprietatem , quia teste B. Isidoro , vt cinis Juniperi Orig. c. 17. diutissime accensos eiusdem ligni carbones seruant ; sic hic in sacro pectore accensum seruabat amorem. Et sicut Juniperus est obsita aculeis , & secundum Hieronymum , semper floret , semper nouis afferit fructus , & numquam deponit viorem suum , sic hic pœnitentiaz & 10. compunctione & asperitate souebat in se diuinæ charitatis viriditatem.

Hiero. in c. 14. Of. Per sex integros menses ab omni se abstinuit loquela , hac ratione. Proposuit prima die xxxvi non loqui in reverentiam Patris , secunda voluit tacere in honorem Filij , tertia silentiuin

Mirum eius silentium. sibi indixit ob amorem Spiritus sancti , quarta propter B. Virginem Mariam , quinta propter Angelorum deuotionem , sexta ob peculiarem aliquem Sanctum , quem illo die specia- lius honorare volebat , & sic deinceps donec prædictum tempus expleuit. Dum semel oraret , & forte aliquid magnum de se conciperet , apparuit quædam manus in aëre , & diuina insonuit vox ; Manus sine manu nihil potest facere , id est , nullus est tam bonus , qui quipiam possit sine manu , id est , Dei potentia , & auxilio facere. Quod audiens Juniperus saltans & exiliens per domum aiebat : Domine est verum , Domine bene est verum. Insignem eius humilitatem & sanctitatem dæmones ferre nequivant , quin ad eius præceptum vel meram præsentiam non recederent ab obsessis corporibus , vel energumenos quam citissime ab eius conspectu fugere compellerent. Vnde cum semel Junipero in itinere constituto ex opposita parte veniebat quidam à dæmoni possesus , qui præsentiens Juniperi ad eum centum vel plures passus distantis occursum , sibi molestum , alio deflectens veloci cursu fugam arripuit , nec à suis per septem millia P. cohiberi potuit à cursu & clamore. Tantæ commotionis causam rogatus & adiuratus dixit ; Per viam illam Regiam , inquiens , ille stultus Juniperus veniebat ; cuius præsentiam , nec à longè valui sustinere. Inquisitione huius rei facta à sodalibus de Juniperi aduentu , verum dixisse energumenum competerunt. Propter hunc illorum timorem minabatur B. Franciscus obstinatis dæmonibus superuenientium , nisi abirent , Juniperum , cuius vel nomine tertii auolabant ; sicut similiter de B. Ruffino superius recensuimus.

*Admittitur-
ur fr. Ibu-
minius &
Augustinus.* His acceſſerunt beatus Illuminatus Reatinus B. Francisci ad Soldanum postea profici- xxxvii. ſcentis socius , latenciumque in eius corpore vulnerum ante omnes conscientius ; ac B. Augustinus Aſſilijs , ob egregias animi doctes primus eratus Terræ laboris provincialis minister , quem

ANNO CHRISTI **INNOCENT. III.** **OTHONIS IV. IMPER.** **RELIGIONIS MI-**
1210. **ANNO 13.** **Occid. ANNO 3.** **NORVM ANNO 3.**

quem virum iustum & sanctum Bonaventura, Thomas à Celano, & Bernardus à Bessa testantur. Vtiusque horum præclarum agit mentionem Dantes Algerius, acutus & obscurus Poëta Florentinus, & eius commentator Christophorus Landinus asserit primis D. Francisci sociis esse annumerandos. Simplices & imperiti erant, si humanam speciem scientiam; si diuinam non mediocriter docti, quippe res cælestes adeo callebant, ut semper his intenti terrenas floccipenderent, & feliciter consummato huius vitæ cursu ad Deum transmigrarint, ille Assisi plenus dierum: hic Neapoli eodem, quo Franciscus, die & hora, vt suo loco dicemus, requiescit in Ecclesia S. Laurentij eiusdem ciuitatis.

xxxviii. Tunc etiam accesserunt B. Fr. Stephanus de quo alias erit sermo, & B. Leonardus Affiliates. Hunc elegit sibi socium B. Franciscus prima vice quando martyrij desiderio transfretare frustra tentauit. Quomodo verò eius cogitationes aliquando B. Patet detexerit, inferius dicemus. Hi duo feliciter vitam terminarunt, vbi verò iaceant non planè constat. Alter etiam Affilias, Iacobus nomine, hos secutus magnis precibus à S. Patre eodem habitu indui obtinuit, qui pro perfectionis semita, vestigia sui ducis proposuit in omnibus sectanda, quod & perfectè complevit, donec multo merito & sanctitate plenus cursum consummavit. Hunc Foggia, Apulia, Dauniæ, in regno Neapolitanó fertilissimo oppido (ita dicto à colonis, si Collenutio credamus, à multitudine fouearum seu fossarum, quæ pro grana- riorum vsu ibidem sunt) requiescere ait Marianus; & Gonzaga in hoc conuentu cuiusdam sancti viri ignoti reliquias ibidem asseruari refert, magnisque coruscare prodigiis, quem tamen putat mortuum ipso anno 1510. quo Minores hunc acceperunt conuentum; sed verius iudicandum à multis annis & ferme tribus saeculis mortuum hunc Iacobum, eiusque reliquias illuc transtulisse fratres ab antiqua illius oppidi Ecclesia, ad quarum presentiam Deus illa operatur mirabilia.

xxxix. Deus tua operat mirabilia.
Quinque refert Marianus , primum quod cuidam fratri Roberto cœcutienti & morienti in conuentu maiori Neapolitano apparuerit simul cum beatis Francisco , Antonio , & Augustino supranominato , & cum tam à cœcitate , quam à mortis liberarint periculo . Secundum , quod mulierem quamdam Salpensem (oppidum est in magna Græcia in Apulia) à dolore fistula repente liberauerit . Tertium , quod Philippum Foggiensem , diutinè quartana febre laborantem , noctu admonuerit die sequenti liberandum , atque ita factum . Quartum , quod virum quemdam Troiz , ciuitatis opulentissimæ in Apulia Daunia à Luceria P.M. VIII. distantis , à molesto cancro , per tibiam grassante , curauerit ob factum sibi de venerando sepulchro votum . Quintum , quod Matthæum Foggiensem crura gravissimè dolentem , & diuina obsequia in honorem huius sancti youentem continuo sanauerit . Multo his plura ait quotidie ab eo facta miracula .

XL. Theobaldus etiam Assisas hoc anno receptus est, cuius tanta fuit vita sanctitas, ut dum ad superioris præceptum festinanter transiret deinde S. Laurentij è regione ciuitatis Orræ, sita ad ipsam urbem, pro quibusdam rebus quantocius necessario exequendis, mediumque Tyberis fluuum per cymbam transuadare nequireret, ad fluminis ripas memor obedientia, sed immemor periculi cleuata parumper tunica, super aquas ambulauit, & clamantibus, mirantibusque, qui aderant, hominibus, tam profundum traiecit alueum, aqua vix perfusus usque ad poplites. Alias missus est à Praefecto pro conquirendis pisibus, quod dum emendatione à pescatoribus obtinere non potuit, immergens manum flumini semel atque iterum maiusculos duos pisces qui fratum sufficiebant in opere extraxit, & humiliter obtulit Guardiano. Miraculis & virtutibus clarus obdormiuit in Domino in praedicto Orræ cenobio.

XLI. Tot suos imitatus est ciues B. Simon de Assisio, quem multa gratia & benedictionis dulcedine præuenit Dominus. & ad tam mentis elevationem euerxit, ut eius vita magis iudicetur cælestis, quam humana, fieretque aliis speculum sanctitatis & virtutis. Extra cellam raro videtur, & inter fratres diuinis se colloquiis occupabat. Quamvis esset vir simplex & illiteratus, talia & tam sublimia de Christi amore loquebatur, ut non tam ex studio humano, quam ex spirituali experientia, & supra naturalem captum verba eius prolatæ viderentur. Quandoque sub horam vespertinam perrexit cum fratre Iacobo de Massa ad vicinum nemus, ut de rebus diuinis liberius agerent, & per totam noctem usque ad sequentis auro-
ræ crepusculum adeo dulciter de diuino tractatum est amore, ut fratri Iacobo videretur post tot horas nec unam consumpsisse. Miram sentiebat spiritus suavitatem in frequentibus, quæ patiebatur, exterioris hominis deliquiis, & quasi cum sponsa amore langueret, in lecto non tam perquirebat, quam expectabat, quem præ foribus sentiebat dilectum; dum

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

enim prænunciām experiebatur aduenientis spiritus dulcedinem, lectum concidens totus in purissimi sponsi amplexibus extra se raptus obdormire & in se deficere videbatur,
Greg. hom. 14. in Ezecl. Idem l. 4. moral. c. 3. Psal. 119.
 neque id mirum, quia vt habet Gregor. *Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi & divini, infirmatur procul dabo fortitudo carnis.* Et alibi: *Qui in austoris sui amore roborantur, quo magis in conceputa Dei fortitudine innatēs, eo magis à proprio virtute deficiunt, & quo robustius aeterna appetunt, eo magis à temporalibus salubribus defectione lassantur.* Hinc Psalmista: *Defecit in fastuare tuum anima mea.* Deficiente ergo anima diuino & salubri amore, ne corporis incommoda mentis interturbarent quietem, ac dulcedinem interrumperent diuinam frequenter superuenientes iacens excipiebat diuinos fauores, iisque diuturnis fruebatur intervallis. In huiusmodi sponsi deliciis adeo in Deum extra se serebatur, & tam insensibilis reddebatur, ut ardentes prunas super pedes & tibias ad durā fidei quorundam experimentum positas non sentiret, nec aliquam postea pateretur ignis lesionem.

Magna prædicabat efficacia, suosque confratres ante corporalem refectionem solebat XLII. spirituali reficere. Plures ad rectam veritatis semitam conuerit, aliosque ad suum attraxit Cōcurrūs in-
uenītū San-
sucerīnū. sodalitium. Sed præ ceteris iuuenem quemdam è sancto Seuerino Campaniæ inter Picentinos nobilissimo oppido, ex quo clarissimè Sansuerinatum familiæ origo, ad frugem deduxit. Hic quantumvis vanus, mundi addictus delectamentis, & delicatè lautèque à nobilibus educaretur parentibus, ad vnam B. Simonis conuersus prædicationem ei semper adhæsit. Sed molestam passus est in tyrocinio tentationem carnis, suggestente eo, cuius halitus prænosus ardore facit, vt ad ea quæ dereliquerit, corporis rideret obiectamenta: sive veiles saeculares repetit à B. viro qui urgentem salutaribus instructionibus repellebat tentationem. Sed cum nimis tentatoris molestia amplius se resistere posse iuuenis desperaret, reddendaque omnino vestimenta contendeter, eum prope se paulisper sedere vir sanctus rogauit, & angustiati afflīctaque caput in suo sinu reposuit. Demum eleuatis in cælum oculis seruentique effusa oratione extra se raptus, in ipsa extasi cum Deo egit de adolescentis salute. Dum ad se redit, inuenit discipulum ab omni liberatum malo, firmatumque in sancto religionis proposito, in quo ad tam excelsum charitatis apicem pervenit, vt cum cuidam malefactori ex iudicis sententia eruendi essent oculi, ipse magnis efflagitatet precebus, vt illi unum, sibi alterum eruenter oculum, ne miser homo omnino priuaretur lumine. Cuius admiratus charitatem iudex pœnam omnem misello dimisit. Alios attribuere hoc factum B. Iunipero notat Rodulphus, sed ipse cum Mariano, Marco, & Fr. Hugolino de monte sancte Marie, qui res prouincie Picenæ speciali complexus est tractatulo MS. & qui ipsum hunc iuuenem le vidisse & familiariter tractasse affirmat, huic adscribunt; forsan rem similem egit etiam Iuniperus.

Illud etiam prædicti narrant authores de B. Simone, quod cum Brufortij in Piceno intime confabularetur cum Deo in densa sylva, magnamque sentiret ex contemplatione dulcedinem, & desuper in ratis innumeræ garriscent corniculæ, præcepit eis in nomine Iesu Christi, vt statim auolarent, nec amplius ad illas redirent arbores. Citius dicto patuerunt, & vt speciatim refert supra citatus Hugolinus, cum ipse per plures postea annos in conuentu fratrum ibidem extrusso, commoraretur, nullam ibi nec in toto loci circuitu vidit huius generis volucrem, quod omnium opinione celebrabatur pro miraculo, cum antea turmatim illuc confluenter hæc aues, & nidificarent in illis arboribus. Virtutibus plenum obiisse Brufortij opinatur cum Pisano Marianus, sed Rodulphus & author chron. 24. general. cum Spoleti vitam clausisse volunt. At aliis est, qui Spoleti decessit, de quo iam ago.

Pisano cou-
fr. 8.
Marian. cit.
Rodul. cit.
Chron. MSS.
Convento Si-
monis de Col-
la Zona.
Marian. cit.
§. 10.
Rodul. cit. B. Simon ex Collazzono genere nobilis, ut puer, hoc tempore habitum suscepit. Pro XLIV. fecit misericordiæ in ordine, plerisque prælucens morum grauitate, & rerum agendarum prudencia, missus est ad Theuenonie partes cum beato Fr. Cesario, vt in illis religionem propagaret. Deinde creatus Marchia minister, mox prouincie S. Francisci, quæ munia magna industria & pietate exercuit. Matrem suam Othonis IV. domesticam, & imperatricis familiarem pedissequam suo hortatu ad piam viuendi rationem attraxit, deinde sorores & nepotes ad claustra rediit. Mira fragrans sanctitate obiit plenus dierum Spoleti. Huius non prioris Simonis, vt vult Rodulphus, multa miracula ab Episcopo Spoletano notata esse, & autoritate Apostolica Innocentij IV. approbata vult Marianus. Prodigiorum processus ex parte adhuc seruantur apud Patres conuentuales Spoleti. Summarium hic offero. Undecim diversimode contractos sanavit. Quinque herniosos, siue ramicibus & herniis (vulnari domine rupturis) laborantes consolidauit. Viginti duos cæcos, vel graui oculorum infirmitate

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTONIS IV. IMPER: OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

infirmitate laborantes perfecto donauit visu : nouem ab Epilepsia : quartuor à dāmotie liberavit : vnde decim mutis loquela restituit : tres mente captos sanò reddidit sensui : tres corpore cōtuso curuos erexit : decem podagrosos , vnum leprosum curauit : pastoris infirmum cōtractumque ouis crus sanauit : submersum in aquis puerum ad matris deprecationem à morte in vitam reuocauit ; quem iam adolescentiorem se vidisse in valle Spole-tana narrat Bernardus de Bessa aliaque refert huius viri sancti prodigiis opera , magno exame discussa , & multorum testimoniis probata.

XLV. Lætabatur sanctus Pater de conuersione tantorum virorum , & de sancta illorum conuersatione , magnasque agebat gratias tanti beneficij auctori , qui tam insignem ei concessit societatem . Tenerè hos suos , atque alias quorum nomina non sunt in prom-pitu , diligebat filios , ac velut pia mater magno educabat amore , præcipuas in sc̄ afflu-mens curas acqitendi omnibus necessaria . Primus ipse & aliquando solus ibat mendica-tum ostiatum , cæterorum parcens verecundia , quos adhuc verebatur sœculi affectionibus detineri . Sed dum omnium inopiz solus ob corporis debilitatem satisfacere semper non posset , consideraretque non aliunde quam ex aliorum eleemosynis viukturos , ad has emen-dicandas pro amore Dei eos voluit instruere . Congregatos ergo in vnum hac hortatur collatione : [Charissimi fratres , & filioi mei , volete verecundari ire pro eleemosyna ; quia Dominus se pro nobis fecit pauperein in hoc mundo , cuius exemplo elegimus viam verissimæ paupertatis . Si enim pro suo amore viam paupertatis eligimus , non debemus confundi pro eleemosynis ire : arham cælestis hereditatis erubescere nequaquam conuenit regni cælorum heredibus . Hæc estenim hereditas nostra , quam acquisivit & reliquit nobis Dominus Iesus Christus , & omnibus qui suo exemplo viuere volunt in sanctissima paupertate .

In veritate dico vobis , quod multi ex nobilioribus huius sœculi venient ad istam congregacionem , & pro magno honore & gracia habebunt ire pro eleemosyna . Vos ergo qui estis illorum primiz , lætamini & gaudete ; nec tenuatis facere , quæ sanctis illis facien-da transmititis . Ite ergo confidenter , & animo gaudenti , pro eleemosyna cum benedi-ctione Dei . Et magis libere & gaudenter ire debetis pro eleemosyna , quam ille qui de via numata offret centum denarios ; quoniam offertis eis amorem Dei , à quibus eleemo-synam peritis , dicentes : Amore Domini Dei faciatis nobis eleemosynam ; cuius compa-ratione nihil est cælum & terra .] Quibus perceptis verbis humiles discipuli ad Patris nu-tum lætançes ibant per vicina loca & castra , pro amore Dei petentes quæ iubebantur , hilariotesque in reditu coram sancto Patre conueniebant , iactantes alterutrum se plus aliis pro amore Dei collegisse , vel ampliorem reportasse eleemosynam . Ad quorum san-ctam & simplicem simulationem summopere lætabatur beatus Pater , videns suos tam li-benter voluntariam anplexas paupertatem , quibus utique non erat amplius necesse pe-cipere ut abienser ad stipem , dum quisque ad sui mortificationem sponte in hoc munus se-met offerret .

XLVI. Contigit semel ut vnu ex iis , qui è stipe redierant , peram seu manticam frustulis pa-nis reserat , humeris gestans domum intraret lætus , alaci & altiori voce laudans Deum sumimum benefactorem . Cui sanctus Pater occurrente ascoperam ex humeris eius in suos transferens , osculansque locum vel humerum in quo à fratre portabatur , interiora domus ingressus dixit ad cæteros : Sic ego volo quod frater meus vadat , & revertatur cum eleemo-syna , lætabundus Deum glorificans in suis beneficiis . Si quos verò videbat erubescientiores , & qui duriorem hanc putabant prouinciam , quam ut absque pudore possit obiri , eos verbis hortabatur huiusmodi : Ite charissimi filij , pro eleemosyna , quoniam hac nouissima hora Bonu. c. 2. frates Minores commodati sunt mundo , ut electi in eis impleant , vnde à supremo Iudice commendentur . Illud audientes suauissimum verbum : Quauidiu fecisti ex his fratribus meis Mat. 25. +. minimis , mihi fecisti . Iucundum proinde dicebat sub fratribus Minorum titulo mendi-care , quem in retributione iustorum , Euangelicæ veritatis magister , ore suo tam signan-ter expressit . In festis quoque præcipuis ubi opportunitas aderat , mendicare solitus erat , dicens in sanctis pauperibus Propheticum illud impleri : Panem Angelorum manducavimus ho- Psal. 77. 2. mo . Illum sane panem angelicum esse dicebat , quem pro Dei perituni amore , & beatis suggerentibus Angelis , pro ipsius charitate largitum , sancta paupertas colligit ostiatum . Vnde cum semel die sancto Paschæ , morari faceret in eremitorio quodā adeò ab hominum habitatione remoto , quod cōmode mēdicare nō posset ; memor illius , qui discipulis cūtibus Lucc. 14. 18

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

Iean.11.1. t. in Emmaus ipso die in specie peregrini apparuit : ab ipsis fratribus eleemosynam petuit , ut peregrinus & pauper . Quain cum accepisset humiliter , sacris eos informauit eloquiis: quod transeuntes per mundi desertum , tamquam peregrini & aduenz , verique Hebrei , Pascha Domini , hoc est transiit ex hoc mundo ad Partem in paupertate spigus , continuè celebrarent .

Bonu.c.1. Licet autem pro viribus ad vitam austerae fratres induceret : non tamen ei placebat **XLVII** distinctionis severitas , quæ pietatis non induit viscera , nec est discretionis sale condita . Cum enim quadam nocte , unus ex fratribus , præ nimietate abstinentia admodum faine cruciatus , nullam posset habere quietem ; intelligereturque pius pastor qui suæ imminere periculum : vocavit fratrem , apposuit panem , & ut ruborem ei tolleret , cœpit ipse prior comedere , eumque ad manducandum dulciter inuitare . Depositus frater verecundiam , sumpliit cibum gavisus quamplurimum , quod per circumspectam condescensionem Pastoris , & corporis euauisset dispendium , & non modicum accepisset adiunctionis exemplum .

Leg. j. Soc. Docuit insuper eos in pœnitentiis discretionem sequi ut aurigam virtutum , non eam **XLVIII** quam caro suadet , sed quam edocuit Christus : cuius sacratissimam vitam , expressum constat esse perfectionis exemplar . Vnam & alteram offero eiusdem de discretione commendationem [Fratri corpori cum discretione prouidendum est , fratres charissimi , ne ab eo tempesta acedia commoueatur . Servus enim Dei in comedendo , & bibendo , & dormiendo , & alias corporis necessitates sumendo , debet cum discretione suo corpori satisfacere , unde non radeat ipsum vigilare , & reverenter in oratione persistere , ita quod frater corpus non valeat murmurare , dicens : Fome deficio , tui exercitijs sarcinam ferre non valeo ; non possumflare rectum , & insistere orationi , nec in tribulationibus meis latari ; nec alia bona operari , quia non satisfacit indigentia mea . Si enim servus Dei cum discretione & satis bono modo & honesto suo corpori satisfaceret , & frater corpus , si postquam sufficientem vorasset annonam , alias mussaret , essetque negligens & pigrum , vel sompolentum in orationibus & vigiliis , & aliis bonis operibus ; s. ito pigrum iumentum calcaribus indigere , & inherentem asellum stimulatum expetere ; tunc debet ipsum castigare tamquam malum & pigrum iumentum , qui vult comedere , & non lucrari , & omnis non portare . Si vero propter inopiam & paupertatem frater corpus necessitates suas in sanitate & infirmitate habere non potest ; dum honeste petierit & humiliter à prælato suo amore Dei , & sibi non datur , sustineat amore Domini patienter , qui etiam sustinuit quærens , qui eum consolaretur , & non inuenit . Et hæc necessitas sibi à Domino imputatur pro martyrio . Et quia fecit quod suum est , id est , quod petuit humiliter suam necessitatem , excusat à peccato , etiam si corporis inde grauius infirmetur .]

*Pisan. con-
for. II. c. II.* Alia collatiacula sic haberet . [Fratres mei unusquisque consideret naturam suam : quia **XLIX** jicit aliquis ex vobis valeat sustentari pauciori cibo quam alius ; nolo tamen quod abundantiori cibo indigens , illum in hoc imirari nitatur : sed naturam suam considerans exhibeat corpori suo necessitatem suam . Sicut enim vobis à superfluitate comeditionis , quæ obest corpori & animæ , tenemur nobis cauere : ita à nimia abstinentia ; imo magis , quoniam Deus misericordiam vult , & non sacrificium .] Virtutem porto hanc ita efficaciter fiduciebat , quia optimi illi discipuli nimis leiciuntis , vigiliis , rigidissimis disciplinis ad sanguinis effusionem , aspermis cibis , circulis , & loricis ferreis durissime macerabant ; propterea multo infirmabantur , & quibus Syluester , primus , quem diximus , sacerdos , diutino ob nimiam pœnitentiam cruciabatur languore , donec B Pater eius aliquando sentiens desiderium de comedendis vuis , eum ut potuit , duxit ad propinquam amici vineam , in qua ad delectam à se , & Crucis signo benedictam vitam sedere iussit infirmum , & secum manducare . Quod ut fecit infirmus , statim exilio itus & sanus glorificans Dcūm in sancti viri initifica charitate , & stupendiis prodigiis . Et dum vixit , meminir p' tertiū huius erga filium amoris , & quam sapissimè fratribus non abque lachrymatum effusione referebat .

*Bonu.c.1.
Otium su-
giendū docet.* Otium verò omnium malorum cogitationum sentinam , docebat summopere fugiendum : exemplum demonstrans rebellem carnem & pigram disciplinis continua & frustosis laboribus esse demandant . Vnde corpus suum fratrem asinum appellabat , tamquam laboriosus supponendum oneribus , crebris cædendum flagellis , & vili pabulo sustentandum . Si quem vero cernebat otiolum & vagum , aliorum velle manducare labores , fratrem

ANNO CHRISTI INNOCENTII III. OTHONIS IV: IMPER. RELIGIONIS M.
1410. ANNO 1413. OCCID. ANNO 1413. NORVM ANNO 3.

fratrem muscam nominandum censebat: ex quib[us] talis nihil hoti faciens; sed impedita inficiens; vultus & abominabilem se omnibus reddat. Propter quod dicit sequitur:
*Volo fratres meos laborare & exercitari ut omnes dedicas per illos, corde, ani linguis uegendo; si vero laborare nescient, discant; or sepius tamen fuit multitudinosa. Et cum verò seu mercenarii labores operari non laborantur abnoscere, sed Guardiani, sive sapientioris iudicio diffundenda est. Si quis pauperrime co-
ram eo oculos apparebat, non pratoriter adhucque paterna contemplatione, subiungebatque, girovagos & copiosos suamendos citio ex ordine D[omi]ni.*

L. Sandram etiam paupertatem Filio Dei familiariter etiam decessit, & iam quam raro obesse repulsa, eam sic studuit sibi charitate desponsatae porporata, quod non solvo pro ea p[ro]sternem, matremque reliquit; verum etiam quod habere potuit, universa dispersit. Nemo tam auti, quam ipse cupidus paupertatis, nec chelaori custodiendi solicitor ullus, quamvis h[ab]et ius Euangelicae margarite. In hoc principio sunt offspudebatur asperclus, si quidquam videtur in fratribus, quod paupertati non per donatio donsonescit. Re vera ipse à principio teologiae usque ad mortem tunica, chordula, & femoralibus dimes, his contentus fuit. Christi Iesu paupertatem & matris frequenter cusa lachrymis reuebat ad mentem, & fratribus proponebat in sermone, ut liquebit ex hac quam subiungo ex Thoma Celano, & aliis, ratione.

[Paupertatem nouerint, frères charissimi, & ceterum esse Reginam: quia in Rege Regum, & in Regina marie ipsius tam persistenter effulgit. Paupertatem licetote, frates, specialiter viam esse salutis, tamquam humilitatis fomentum, perfectionisque radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus. Hec enim est Euangelici agri tesaurus absconditus, per quo extendendo vendenda sunt omnia & quae vundi non possunt, illius comparatione spectanda. Ad huius calmen qui cupit attingere, non solum mundanæ prudentia, verum etiam litterarum peritiae renunciare quoddammodo debet, ut tali expropriatus possessione, inde trahat in potentias Domini, & mudum se offerat brachiis crucifixi. Nequaquam enim factio perfide resercent, qui proprijs sensu loculos intra cordis arcana reservant. In omnibus ergo reluceat inter vos sancta paupertas, & principium in dominibus quas edificaueritis, considerantes illud Euangelicum, quod: *unipassu erubent, & volentes celi nidos Filiu autem hominis non habent, ubi caput suum redinaret.* Propter quod pauperum more pauperulas casulas erigite, quas non habere debetis ut proprias, sed sicut peregrini & aduenientias. Leges namque peregrinorum sunt, sub alieno colligi recte, sicut ad patriam, pacifice pertransire. Euangelica haec paupertas nostri ordinis est fundamentum, cui substrato primarie; sic omnis structura religionis innititur, ut plius securitate firmetur, & cuestione fundans ceteratur. Quantum itaque fratres declinabunt à paupertate, rancum inmundus declinabit ab eis, & querent & non inuenient. Si dominus in meam paupertatem complexi fuerit, inmundus eos nutrit, quia mundo datur ad salutem. Cominescunt est in meum inmundum & fratres. Debent enim ipsi mundo bonum exemplum, debet eis mundus prouisionem necessitatum; quando autem ipsi retrahentur bonum exemplum fide mientia, retrahet mundus manum iusta censura.

L. Orationis virtutem multoties commendabat, quam & ipse assidue frequentabat, ne forte absque consolatione dilecti, sine intemperante orans, spiritum Deo contendebat exhibere presentem. Erat quidem oratio contemplanti solatium, dum supernarum circuitu mansionum, Angelorum concitis iam factus fermenti desiderio quarebat dilectum, à quo solus eum carnis partes disiungebant. Erat & operanti presidium dum in omnibus, quæ agebat de sua diffidens industria, & de superna pietate confidens, per ipsius instantiam totum in Dominum cogitatum iactabat. Orationis gratiano vita religioso desiderandam super omnia firmiter afferebat, nullumque credens sine ipso in Dei prosperari seruitio, modis quibus poterat, Fratres suos ad eius studium excitabat. Nam ambulans & sedens intus & foris, laborans & vacans, orationi adeo erat intentus, ut illi videbatur non solum quidquid erat in eo cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicasse. Solitus erat nullam visitationem spiritus cum negligentia praeterire. Siquidem cum offerebatur, sequebatur eam; & quādū dominus concedebat, dulcedine perfruebatur oblata. Cum autem intentus itineri, divini Spiritus aliquos sentiret afflatus, sociis precedentibus, gradum figebat, nouāque inspirationem ad fruitionem conuertens, gratiam non recipiebat in vacuum. Suspendebatur multoties tanto contemplationis excessu, ut supra ipsum raptus, & ultra hominum sensum aliquid sentiens, quid ageretur circa se exterius ignoraret.

ANNO CHRISTI 1410.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTTONIS IV. IMPER. · OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
<i>Iacob c. 5. I Cor. 11. 8. In mis. Fr. 4. se mori p. p. quoniam.</i>	Rigidus in disciplina super custodiam suam. Habat curam per maximam gerens de utriusque hominis puritate seruanda. Quapropter plerumque in foueam glacie plenam se ipsum emergebat, ut & domesticum ubi hostem perfecte subigere, & candidum vestimentum pudoris à voluptatis incendio præseruaret. Tolerabilius viro spirituali fore incomparabilitet asseverabat magnum sustinere frigus in carne, quam ardorem caroalis libidinis, vel modicum sentire in membris. Mulierum aspectus & colloquia sollicitate cauenda & fugienda docebat, de quo brevis hæc extat illius persuasio: [Mulierum familiaritates, colloquia, & aspectus, quæ turbas occasio sunt ruinæ, tò sollicitius evitare debemus fratres charissimi, quo sepius per huiusmodi videmus debilem frangiri, & fortè spiritum infenari. Hartum cogitationem euadere conuersantem eum rebus, nisi probatissimum virum, tam facile iudico, quam iuxta scripturam in igne ambulare, & non combutere possit. Non enim securum puto, carum formarum intorsus hautre imagines, quæ possunt aut edoritz carnis resuscitare igniculum, aut pudice mentis maculare vitorem. Fruvolum profectò est quodcumque mulieris colloquium, excepta sola confessione, vel instructione breuissimâ iuxta quod saluti expedit, vel congruit honestati. Quæ sunt, quæsto, cum muliere Religioso tractanda negotia, nisi cum sanctam penitentiam, vel melioris virtutis consilium religiosa petitione depoicit? ex nimia securitate minus cauetur hostis, & diabolus, si de suo capillum potest habere in homine, cito exercescere facit in trabem. Nec enim solum mortificari debent via carnis, aut eius in-	L III.	
<i>A mulierum frigoris & risu fugienti- dam. Prou. 6. 48.</i>	<i>larem. 9. 11. terem.</i>	<i>larem. 9. 11. terem.</i>	<i>larem. 9. 11. terem.</i>
<i>Indidem. Galat. 5. 14. Rigor & Frig. us.</i>	Multoties secum perpendebat illud Apostoli: <i>Qui autem sunt Christi, carnem suam cruci- fixerant cum virtute & concupiscentiis, & ut cracis armaturam suo ferret in corpore, tanta dis- ciplinæ rigiditate sensuales appetitus arcebat, ut vix necessaria sumeret sustentationi natu- re. Difficile namque fore dicebat, necessitati corporis satisfacere, & pronitati sensuum non patere. Propter quod cocta cibaria sanitatis tempore vix admittebat & raro; admissa vero aut conficiebat cinere, aut condimenti saporem admixtione aqua ut plurimum reddebat insipidum. De potu quid dicam? cum & de aqua frigida cum leuis astuaret ardore, vix ad sufficientiam biberet. Modos adiuueniebat abstinentiarum potiores, & quoridie exercitatio- ne crescebat: licetque iam perfectionis culmen attingeret, tamquam incipiens semper ali- quid innouabat, afflictionibus carnis pudiendo libidinem. Egrediens ramen extierius pro- pter verbum Euangelij, conformabat se suscipientibus ipsum in qualitate ciborum, cum tamen ad interiora regressus districte seruaret rigidam abstinentiarum parcitatem. Sicque se- ipsum austерum sibi, humatum proximo, subiectum euangelio Christi per orationem reddens, non solum abstinendo, verum etiam manducando prezebat edificationis exemplum. Nu- da humus, ut frequentius, lectus erat lassato corpusculo; & sepius sedens ligno vel lapide ad caput posito, dormiebat, vñica paupere contextus tunica, in nuditate Domino seruie- bat & frigore. Vestis horrebat mollitem, asperitatem amabat, afferens propter hoc Ioannem Baptistam ore divino fuisse laudatum. Si quando verò in data ubi tunica lenitatem senti- ret, chordulis eam contexebat interius; quia non in casulis pauperum, sed in palatiis Prin- cipum, iuxta veritatis verbum vestimentorum dicebat requirendam esse mollitem. Ex- perientia enim certa didicerat, dæmones asperitate terreti, deliciosus autem & mollibus ad tentandum fortius animati.</i>	L III.	
<i>Iacob c. 8. Charitatem sue ignis. Ex creaturis semper ad Deum acon- dit.</i>	Feruentem eius charitatem qua semper ardebat in Christum quis enarrare sufficiat? to- nus namque quasi carbo ignitus divini amoris flamma videbatur absorptus. Subito enim ad auditum amoris Domini excitabatur, affiebatur, inflammabatur; quasi plectro vocis ex- trinsecz chorda cordis interior tangeretur. Talem pro eleemosynis censum offerre, nobis Item prodigalitatem dicebat; & eos qui minus ipsum, quam denarios reputarent, esse stultissi- mos: pro eo quod solius divini amoris impreiabile pretium, ad regnum celorum sufficiat comparandum; & eius qui nos multum amavit, multum sit amor amandus. Ut autem ex omnibus excitaretur ad amorem diuinum, exultabat in cunctis operibus manuum Domini; & per iucunditatis specula, in viuificam consurgebat rationem & causam. Contue- batur in pulchritus pulcherrimum, & per impressa rebus vestigia prosequebatur vbiq[ue] di- lectum; de omnibus sibi scalam faciens, per quam condescenderet ad apprehendendum eum, qui est desiderabilis totus. Inauditam namque devotionis affectu, fontalem illam bonitatem in creaturis singulis, tamquam in riulis degustabat; & quasi celestem concen- tum perciperet, in consonantia virtutum, & actuum eis datorum à Deo; ipsas ad lau- dem Domini more Prophetæ David dulciter horribatur. Christus Iesus crucifixus intra- fuz	L IV.	
<i>Psal. 148. 1. Dan. 3. 57.</i>			

ANNO CHRISTI 1210.	INNOCENT. III. ANNO 13.	OTHONIS IV. IMPER. OCCID. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 3.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------------	---------------------------------

suz intentis vbera, ve myrrae fasciculus fugiter morabatur; in quem oprabat, per excessui ambris incendium, totaliter transformari

L V. Prerogativa quoque peculiaris devotionis ad ipsum ab Epiphaniæ festo, usque ad continuos quadraginta dies, eo scilicet tempore, quo Christus latuit in deserto, ad solitudinis loca declinans, cellaque reclusus, quanta poterat arcticudine cibi & potus, ieiuniis & orationibus, & laudibus Dei sine intermissione vacabat; tam feruido quidem in Christum scriebatur affectu. Sed & dilectus illi tam familiariter rependebat amorem, ut videretur ipsi famulo Dei, quasi iugem præ oculis, ipsius Salvatoris sentire presentiam; sicut aliquando sociis familiariter reuelauit. Flagrabat ergo sacramentum Dominici corporis, furore omnium medullarum; stupore admirans permaximo, illum charissimam dignationem, & dignissimam charitatem. Sæpe communicabat, & tam devote, ut alios deuotos officeret; dum ad immaculatæ regni degustationem suuem, quasi spiritu ebrios, in mens plerumque rapiebatur exsultum. Matten Domini nostri Iesu Christi indicibili com- plectebatur amore, eo quod Dominum Maiestatis fraterem nobis efficerit, & per eam summis misericordiam consecrit. In ipsa post Christum potissimum fidens, eam sui ac suorum aduocatam constituit; & ad honorem ipsius à festo Apostolorum Petri & Pauli usque ad festum Assumptionis denuorissime ieiunabat. Angelicis spiritibus ardenter igne misericordio, ad excedendum in Deum, & electorum animas inflammandas, inseparabilis erat amoris vinculo copulatus; & ob devotionem ipsorum, ab Assumptione Virginis gloriose quadraginta diebus ieiunans, orationi iugiter insistebat. Beato autem Michaëli Archangelo, eo quod animalium representandarum haberet officium, spirituali erat amore deuotior: propter feruidum quem habebat zelum; ad salutem omnium salvandorum. Ex recordatione sanctorum omnium, tenequam lapidum ignitorum, in Deificum recalescebat interedium. Apostolos omnes, & principes Petrum & Paulum, propter feruidam charitatem, quam habuerunt ad Christum, summa deuotione complexans: ob quorum reverentiam & amorem quadraginta specialis ieiunium Domino dedicabat.

L VI. Non habebat aliud Christi pauper nisi duo milata, corpus scilicet & animam, quod posset liberali charitate largiri. Sed hæc per amorem Christi sic offerebat continuè, ut quasi omni tempore per rigorem ieiunij corpus: & per ardorem desiderij, spiritum immolare: exterius in atrio sacrificans holocaustum, & in templo interiorius concretans thymiam. Sic autem cum charitas excessiva levatio sursum in diuina ferebat, vereiudem affectuosa benignitas ad naturæ consortes & gratias dilatareret. Quem enim creaturis cæteris germanum pietas cordis efficerat; mirum non est, si Creatoris insignis imagine, & sanguine redemptis authoris, germaniorem Christi charitas efficiebat. Non se Christi reputabat amicum, nisi animas soueret; quia ille redemie. Saluti animalium nihil preferendum esse dicebat: eo maximè probans, quod unigenitus Dei pro animalibus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc sibi in oratione iunctamen, in prædicatione discensus, & in exemplis dandis excessus. Vnde quoties austeritas nimia reprehenderetur in ipso; respondebat se datum aliis in exemplum. Licet enim innocens eius caro, quæ iam se sponte subdebat spiritui, nullo egeret flagello propter offendit; tamen exempli causa renouabat illi peccatas & onera; custodiens propter alios vias duras. Dicebat enim: si im- plireremus loquaciter Angelorum; charitatem autem in meipso non habeam, & proximitate vir- tutum exempla non monstrem, patim prosum aliis, mihi nihil. Cum ergo cerneret suo exemplo ad crucem Christi baulandam feruenti spiritu plorantis animari, animabatur & ipse tanquam bonus dux exercitus Christi ad palnam victoriae per culmen inuidæ peruenire virtutis. Multa proinde, quæ fratribus concedebat, sibi ipse negabat, ut plus præstisset, & opere antecederet videretur, qui ut arctam ambularent per viam penitentiarum, hortatus est verbo. Candidum & simplex adne&to huius rei triuin sancti virti sociorum testimonium: [Nos qui fuimus cum eo, perhibemus testimonium de ipso], quod licet fato Leg. 1. soci tempore vita sua, esset circa fratres discretus & temperatus, ita tamen ut vellet; quod in cibis & aliis rebus nullo tempore deviarent à modo paupertatis & honestatis ac observationis nostræ religionis, ipse tamen pater sanctissimus à conversionis sua principio usque ad finem vita suo corpori fuit austerus, quamvis naturaliter esset debilis, nec posse in seculo vivere nisi delicate. Vnde quodam tempore considerans, quod fratres iam excedeant modum paupertatis & honestatis in cibis, & in aliis rebus, dixit in quodam suo sermone: Non putat fratres quod melior pitantia (id est, laetus obsonium, vel carnis edulium) esset corpori meo necessaria?

ANNO CHRISTI INNOCENT. III. OTHONIS IV. IMPER. RELIGIONIS MI-
1210. & 1211. ANNO 13. & 14. OCCID. ANNO 3. & 4. NOR. ANNO 3. & 4.

Sed quia oportet me esse formam & exemplum omnium fratrum, volo ut, & esse conten-
tus paucis & pauperculis cibis, & omnibus aliis rebus ut secundum paupertatem, & sum-
ptuosa & delicata penitus abhorere.

*Bonav. c. 6.
Hamilton in
10 miranda.* Humilitatem etiam, quæ omnium virtutum custos est & decor, quo poterat, secessabatur LVII. conatu, quam adeo perfectè assecutus est, ut copiosa virum Dei vobitate repletet. In propria quidem reputatione, nihil erat nisi peccator; cum in veritate speculum esset, & splendor omnimodæ sanctitatis. Super hanc studuit edificare scipium, ut sapiens architectus fundamen-
tum præiaciens, quod à Christo didicerat. Dicebat propter hoc, filium Dei de altitu-
dine sinus paterni ad nostra despicienda descendisse: ut tam exemplo quam verbo, Do-
minus & magister humilitatem diceret. Propter quod studebat tamenquam Christi dilecip-
Lec. 16. 15. lus, in oculis suis & aliorum vilesceret, à somno dictum esse magistro commemorans: *Quod
alium est apud homines, abominatio est apud Deum.* Sed & verbum hoc dicere, solitus erat,
*Actus San-
cti.* *Quoniam homo est in oculis Dei, sanctum est, & non plus.* Sculpsit proinde iudicantis multitudi-
nis extollit fauoribus, gaudebat de opprobriis, & de laudibus tristabatur. Malebat quidem de se vituperium audire, quam laudem; sedens quod hoc ad esemandandum induceret, illa impetraret ad cadendum. Et ideo sepe cum populi merita in ea sanctitatis extollerent, pre-
cipiebat alioqui fratri, ut in contrarium verba ipsum vilificantia suis auribus inculcando pro-
ficeret. Cumque fratres ille licet inuitus, cum rusticum, & mercenarium, imperium, & iurati-
beto digno exilaratur tam meo quam facie respondebat: [Benedicat tibi Dominus
Anton. 1. p.
tit. 14. c. 7.
March. 1. g.] filii clarissime, quia tu verissima loqueris, & iolia filium Petri Bernardonis, decet audire. Ha-
militatis ergo forma vir sanctus proinde suos fratres voluit vocari. Mores, secundum il-
lud: *Quod feceris uni ex fratribus meis minoribus, mihi fecisti.* Et praestos sui ordinis dici
Ministros, ut & verbis viceretur Euangelij; quod obseruare promiserat, & ex ipso nomine
discerent discipuli, quod ad descendam humilitatem ad scholas humilis Christi venissent.
Magister siquidem humilitatis Iesus Christus, ut informaret discipulos ad humilitatem per-
ficiam, dixit: *Quicumque valuerit inter vos maior fieri, suus est minister: & quicumque voluerit
inter vos primos esse, erit vester seruus.*

*Institut. fo-
dati. plau-
sanum.* Huiusmodi disciplinis & exemplis vir Dei nouellam hanc erudiebat familiam, magistram LVIII;
agenie illorum curam, quos electos nouit à Domino, ut aliorum fierent magistri. Considera-
bat secum arctius et horum disciplina exterorum per orbem recipiendorum fratrum
depondere doctrinam; proinde nulli parcerat labore, die noctuque monens vnumquem
quod illorum, & singulas salutaribus, & efficacibus verbis, vnicuique instillans virtutes. Vere
autem quos Deus ad eam insigne opus, orbis deputatos mores reformati prædestinavit
& vocavit, hos & magnificas virtutibus excolsis, & idoneos fecit ministros verbi Dei, ut
breui & absque magno præceptoris labore ad destinatum opus euaderent perfecti, ut ex
proxima, quam referimus missione, clarius liqueret.

Hec porro quæ retulimus hoc anno peracta esse docent Marianus, legenda antiqua LIX.
Celani, & alij, licet quæ ex Bonaventura transcriptimus, nullo apud eum anno signentur,
qui prudens & sciens se ad chronologiam non respexisse præfatur. Ad finem vero hujus
annii Innocentius Pontifex Othonem Imperatorem Ecclesiæ iura sacralege immiscentem,
*Actus 109.
84.* & tetras tyranicæ, inuadentem ditis solemniter denouit, & iure Imperij priuauit iuxta
S. Francisci, quum supra retulimus, prophetiam? Electores vero Idibus Decembris Frederi-
cium secundum Siciliæ Regem Henrici sexti filium, Philippi, Germanis olim grati, nepo-
tem, decimum septimum annum agentem, Imperatorem renunciatum. A sequenti pro-
inde anno, eius Imperij tempus recensebimus.

ED R G V M E N T V M.

Multiplicatus sociis mittit eos ad predicandum, facto prius periculo illorum virtutis &
sermonis. Predicat ipse Perusinus & annunciat eià bello intestino. Coronea quosdam
sue ad numeras familias, & domicilium acquirit, inde secreto recessit in lacus Thrasu-
meni insulam, ubi dimidiatu pane quadraginta dies transgit. Deinde Florentia, Pisii,
& per plura Tascie oppida exercuit domicilia.

*Initiatum
Jean. à Lau-
diis.* **N**ITTIAVERAT ipso huius anni limine Franciscus Ioannem de Laudibus è castro
Sancti Geminiani in Tuscia oriundum, virum perfectum, qui meruit vulnus laterale
ipiùs

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ipius Francisci adhuc viuentis, ut largius commodiiori loco dicemus, bimissis digitis pal-
pare; cuius corpus Bitonij in Umbrię gloriōsè quiescit; nec ceteros destitit quibuscumque
necessariis instruere disciplinis. Accidit verò ut postquam s̄p̄ius contemnendam, imo &
fugiendam, nec ullatenus tangendam moneret pecuniam, nec pluris estimandam terra vel
lito doceret, deuotus quispiam viator Ecclesiā orationis ingressus, vnum vel alte-
rum nummum ad pedes Christi Crucib⁹ in altari offerret; & frater quidam simplex illam
inde sublatam in abaco vel angulo quodam Ecclesiaz reponeret. Accusatur eti⁹ p̄inī apud
virum sanctum quod pecuniam conrectauerit. corām vocatus, & rem omnēm humiliiter
confessus, ad aliorum terrorē & instructionē acris ob tacitū arguitur denariū. & in
erroris poenam iubetur, ut quam manu suscepit, ore de teita resumat, & extra corporib⁹
septem longius asportet, sociis ocularibus testibus ex ore super sterco asini euomat, & po-
ste pedibus conculceret. Quod dum frater ille humiliiter ad magistri præceptū perfice-
ret, repleti sunt omnes timore & stupore ad tantam Patri⁹ de cœta pecunia indigationem,
didiceruntque nummos perfectè contemnere, quos ipso facto viderunt asini sordibus
comparati.

II. Sub rante Magistro hi perfecti collegz persistebant vñanīmicer in Dei obsequio, in ora-
tione assidua, in sanētis vigiliis, multa corporis maceratione, in fletu & lachrymis cum ti-
more & tremore suam aliorumque operantes salutem, & omnium videbatur cot vnum &
anima vna. Considerans autem vir sanctus iam aptos & idoneos euasisse pénitentiaz præ-
dicandaz ministros, & quod simel amplius esse non oportebat, magnum enim fuisse mundo detri-
mentum in vna zde coniungi, cuius mores erant reformaturi per varias partes dispersi, sedit
in medio eorum, & præmisso de diuina circa res humanas prouidentia deuoro colloquio,
vniuersusque de salute proximorum zeli & in loquendo discretionis voluit facere peri-
culum. Iubet ergo ut primus omnium os suum aperiat ad prædicationis munus Bernardus,
qui primus omnium dedit nomen societati. Ille verò sine mora obedienter incēpit, & ad-
miranda eructavit arcana, ita ut non ipse qui loquebatur, se qui inerat spiritus, verba pro-
culisse iudicaretur. Secundum in medium p̄t̄d̄re imperat Petrus Catharanus, qui si-
militer tam p̄t̄ & expeditè Dēi referavit magnalia, ut multis annis summum egisse vi-
detetur condonatorem. Alter de fugiendis peccatis, & acquirendis virtutibus mirum ha-
buit sermonem, & quisque tam docte de signata sibi materia locutus est, ut ex alto Dei vir-
tute & sapientia omnes imbutos esse non immerito crederetur. Cum ergo omnes eru-
rent verbum bonum, & illorum linguae viderentur calami scribarum, velociter scribentium,
qui à superiori dictabantur potestate, superēntque cuncti ad diuina in singulos concessa
beneficia, ecce in medio eorum, qui spiritum infudit & verba Christus Dominus apparuit
in specie pulcherrimi iuuenis singulos mira benignitate, & affabili dignatione benedicens. Ad celestē & repentinam hanc visionem omnes stupefacti extra se rapti, supini ceciderunt
in terram. Sed ut ad se redierunt, dixit vir sanctus: [Fratres mei, & filii dilectissimi, sum-
mas agite gratias Deo omnipotenti & Filio eius Iesu Christo Domino nostro, cui placuit
per ora simplicium, thesauros disseminare cœlestes. Namque ipse est, qui aperit ora infantium,
linguas soluit mutorum, & simplicium sermonem facit disertum. Mundo vitiis ob-
ruto miseritorditer comparatur, & homines in deuia præcipites, sui errati admonere consili-
tuit. Ut autem op̄us diaboli in tot iniquitatibus, quibus mundus abundat, destrueret, elegit
ignobiles, & contemptibiles sui verbi præcones, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius, 1. Cor. 1. 31.
& ut si uim quidquid boni efficiatur, appareat. In vobis quamuis non multi sapientes se-
cundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ramen vos ad tantum opus assum-
psit, destinandoque vult in omnes regiones, ut ipsum honorificetis in opere & verbo, &
ad eius timorem & amorem reuocetis, qui peccatis facti sunt longinqui. Accingite ergo
lumbos vestros, estote viri potentes & induimini armaturam fidei parati in obsequium
Euangelij illuc velut nubes volare, quocumque impetus spiritus, & obediētia vos direxerit,
ut super aridos & duri cordis terram imbr̄es effundatis divini sermonis. Non vos vocauit
Dominus ad hanc sodalitatem, ut hic sub limine parentum, aut intra placidos patriæ fines
vobis dumtaxat pacificè & absque labore attendatis, sed ut portetis nomen eius & fidem
coram Gentibus & Regibus terræ. In crastino ergo Italiz regiones sortiemur, ne pigri aut
tardi videamur Dei beneplaciti executores, in alia missione ad longinquieres & remotiores
orbis partes cito profecti.

III. Quibus auditis; viti sancti se ad omnia aiunt paratos, solumque expectare præceptum,
qui iam propriaz renunciauerant voluntati, nec de sua simplicitate dissidentiam superare

ANNO CHRISTI 1211.	INNOCENT. III. ANNO 14	FREDERICI I. I. IMPER. ANNO 1.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------------	---------------------------------

*Miris suis
predicatio ad
varias Italiae
regiones.* spem diuini adiutorij. Divisit ergo eis pius Pater terram in tuniculo distributionis, atque intra Italas fines, volens prima huius seminis grana iacienda. & hic experimento dicendum, quid alibi verbo doceant: eos misit binos ad omnes Hesperas provincias. Sibi obtigit in sortero Tuscia regio vicina, ne longius distaret a primo suaz religionis fidulo, in quo noui quotidie erant pulli eius cura educandi, ad quam statim perrexit presbytero adsociatus Sylvester. Peruenit ergo Perusium nobilem ac satis notam in ditione Pontificia ciuitatem, in qua publico in foro dum sermonem haberet ad populum, superuenerunt quidam equites ad nobiles ciuitatis iuvenes, qui in equis hinc inde discurrentes, & hastiludium exercentes impediebant auditores, ne quid vir sanctus praedicabat, audirent. Quos dum ipse populus sepius incusaret, & quidam acris arguerent, nec tamen illi a suis ludis & vanitatibus abslinerent, conuersi ad eos in seruore spiritus B. Pater dixit: Audite, & intelligite, quaz Dominus per me seruum suum vobis annunciat. Nec dicatis quod hic est Assissias (apposuit hanc cautelam propter mutuum odium inter utriusque ciuitatis populos) quia non secundum hominem loquor. Dominus exaltauit vos, & magnificauit super omnes vicinos vestros, propter quod magis debetis agnoscere creatorem vestrum humiliando vos, non tantum ipsi Deo, sed etiam vicinis vestris, & omni creature propter Dcum. Sed elevatum est cor vestrum in elatione & superbia & fortitudine vestra, & deuastasti & oppressisti vicinos vestros; & multos interfecisti. Vnde dico vobis quod nisi cito ad Dominum conuersi fueritis, satisfacientes illis, quos offendistis, Dominus qui nihil relinquit inutrum, ad maiorem vindictam & punitionem vestram, & in opprobrium vestrum faciet vos consurgere unum aduersus alterum, & mota seditione & intellino bello, tantam tribulationem patiemini, quantam vicini vestri vobis inferte non possent.

*Bonu. c. 11.
Inropidi re-
probida pec-
cato.* Hac claritate & in aperto vir sanctus publica hominum peccata redarguebat, & quodiam primo sibi suaserat opere, quod aliis suadebat sermone, reprobentem non timens, veritatem fidentissime praedicabat. Nesciebat aliquorum culpas palpate, sed pungere, nec vitam souere peccantium, sed aspera increpatione ferire. Eadem mentis constantia magnis loquebatur, & paruis, eademque spiritus iucunditate paucis loquebatur & multis. Omnis zetas omnisque sexus properabat virum nouum, mundo celitus datum, & cere-
nere & audire. Erat enim verbum eius velut ignis ardens, penetrans intimam cordis, omniumque montes admiratione replebat. Propter quod omnes cuiuscumque conditionis, quos in aperto vel in occulto reprehendebat, tanta eum veneratione suspiciebant, & audiabant, ut interius compundi ad eius moras & salutaria consilia, vel vitam componderent,

*Vine. l. 19.
c. 99.* vel timore & horrore correpti contra corripientem nec missurare auderent. Mirabantur etiam viri literati, eius quem homo non docuerat, verborum virtutem, videntes ad ipsum nobiles & ignobiles turmatim confluere, eique solerter intendere.

*Bellum ins-
titutum inter
Perusianos.* Ad complementum vero supra relatæ prophetiz, diuina evenit permissione, ut paucis post diebus, magnus oritur tumultus inter nobiles Perusinos & populum. Deuentum est ad intestinum bellum, sed populus prævaluit, & nobiles cum clero cui adhæserunt, expulsi sunt ciuitate. Qui ut illatam vlciscerentur iniuriam, omnia ruralia bona, domos campesres, vineas, segates, pomaria populi deuastauerunt, & quæ poterant, damna retulerunt. Stomachabundus similiter populus illorum depraedatus est zdes, cecidit seruos & filios, talisque facta est desolatio, contritio, & infelicitas in viis eorum, ut vere secundum Francisci vaticinium exteri hostes tot mala non possent infligere.

Tanto ergo suo damno Petusini hominis experti sanctitatem, qui futura mala præuidebit, & tam clare prænunierat, dignam eius conceperunt opinionem, & rogarunt, ut apud eos paulisper remaneret, sedemque suaz mansionis sibi deligeret. Adhæserunt etiam ei multi pij adolescentes & timorati viti, quorum aliquos sua ueste donauit, ex quibus specialiter inuenio fratris Humilis memoriam. Hic ab infancia sua cœpit Deum timere, prius item cordis & corporis multa seruans custodia. Factus adolescentior eum vita se ulari reddebat, diuque secum cogitabat qua ratione ad animaz salutem securius mundum deleret. Exibat sepius ciuitatem, & solus secum hæc meditabatur; sed dum semel longius ab urbe recessisset, & ad oram fluminis, inter Assissum & Perusium d. Flentis, totus cogitabundus obambulasset, apparuit ei Christus dicens: [Vit desideriorum, si votis velis potiri & saluari, sequere me in habitu religioso.] Cui iuvens: [Domine in quam religionem intrabo? Et Dominus ad eum:] Nouum ingredere ordinem Francisci Assisi. Subinterrogavit statim adolescentem; [quam Domine in hoc ordine vitæ normam seruabo, ut tibi magis complaciam?] [Vitam, inquit, communem ordinis sectare, peculia & intima fratum]

ANNO CHRISTI 1211.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 1.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

fratrum consortia fuge, neque aliorum defectus scriteris, aut velis iudicare.)

VII. Hac confortatus visione, & instrudus lectioне Perusium continuò regreditur, & Franciscum aggreditur, rogans ut inter suos eum velit consumerare. Humilem ex vultu agnuit B. Pater, libenterque admisit, & quam in eo subodorans est cordis humilitatem, mutato gentilitio in Humilis nomen, non latenter exprelit. Eum secum per aliquos dies duxit, deinde Assisium pro explendo tyrocinio misit; hinc demum Florentiam destinauit, ubi multis clarus miraculis extremum clausis diebus, honorifice conditus in convectu sancte Crucis.

VIII. E Perusio magna ibidem sui ordinis excitata opinione Franciscus peruenit Cortoniam, aliis Crutuniam, Ortelio Croton, Italiam Cortonam, Etruriam, non Umbriam, ut placuit Haliclib. Venit Fr. c. Carnassio, ciuitatem, Episcopalem, à Ioanne 22. factam; ad cuius agri proximos fines lacus sive Corti est Trasumenus, qui dicitur Perusinus, accepit per Flaminium Cos. ab Hannibale cladis memoria notissimus. Hic dum populo prædicaret, adsuit probus quidam iuuenis, Guido vocatus, quem pīj & honesti sui parentes litteris & virtute magna cura excoluerunt. Secundum acceptam à parentibus disciplinam, sanctam transfigit viram, ut eius legenda MS. refert, in Ecclesiis frequens, in communicandis sacramentis pius, in pauperes liberalis, erga infirmos misericors, in se multo flagello & aspero cilicio austerus, ut quam pīe voverat virginitatem seruandam, immaculatam conseruaret. Ut prædicare destitit vir sanctus, eum humiliiter flexis genibus rogauit adolescens, ut vellet secum prandere. In cuius amplexus irruens B. Pater, eum levavit ē terra, atque à Deo edocitus dixit conuersus ad suos: [Iste adolescens per Dei gratiam nostrā adscribetur hodie milie, & in ista ciuitate sanctificabitur. Dignanter deinde cum illo perrexit, & pransus est à prandio statim iuuenis genuflexus petiit summo affectu, ut in suum comitatum eum B. Pater susciperet. Cui Franciscus libenter se concessurum quod petebat, inquit, dummodo bonis omnibus exoneratus accederet, & quā iure primogeniturā ad parentum decessum obtigerant, pauperibus distribueret. Quod quam libentissime præstis, & continuo habitum à B. Patre accepit in precipua verbis zde, magna circumstante populi corona.

IX. Tyronem hunc secum detinuit vir sanctus aliquibus diebus, quem ut voluit in Dei contemplatione, & solitudinis amore instruere, interrogavit an extra urbem solitarius esset locus, in quo commodè posset aliquid extruere fratribus hospitium. Duxit eum tyrunculus ad quamdam imam vallein sub arce ciuitatis ad M. D. P. iuxta locum cellarum ab omni turba & strepitu liberum, qui valde sancto viro arrisit, & in eo Cortonensem liberali adiutus manū, pauperem edificauit conuentum in quo modo habitant Patres Capucini. In eo plures congregauit nouitios sui sc̄tatores, sed pr̄ omnibus notissimum fratrem Heliam, quem quidam ex Biuillio pago, agri Assisien. alij de villa, vulgo Cellulæ comitatus Cortonæ ortum, alij Pedemontanum affirmante. In villa Ursariæ prope Cortonam natum asserit Marianus, sed Ursariam longe distare à prædicta ciuitate, & in Apulia Dauaria in Provincia Capitaniana castellum esse quartā à Troia Italica lapide ad descensum Apennini docet Leander Albertus. Iudicauerim autem similitudine vocis deceptum Marianum, & Ossariam villam voluisse dicere, quæ prope Cortonam est, sic dicta à multitudo- nne ossium interfectorum eo loco in illa clade, quam supradiximus Hannibalem Romanis intulisse, cuius meminere Polybius, Liuius, Plutarchus, & Silius. Ex hac villa ego probabilius iudicauerim oriundum, tum ex affirmatione Thomæ Celani in legenda antiqua, tum ex zquiuocatione manifesta Mariani, tum demum ex assertione illorum, qui Cortonensem dicunt, nam hac urbe satum facile dici potest ex vicinia Ossariæ, & consuetudine denominandi homines ex celebriori quapiam urbe, quantumvis in obscuris locis urbi proximis progenitos. Nihil mirum si multi contendant de huius hominis ortu, ad modum illo-rū qui docerant de Homerū & Pythagorē origine, etenim licet non tam adæquauerit suam vitam ad præscriptam sibi à Francisco regulam, atamen magna fecit & gessit, & tanta sapientia prædictus fuit, ut ad magna negotia peragenda videretur ab ipsa natura progenitus, neque in Italia patres habere, obinde principibus perquam familiaris & chatus. Multa per totum hoc primum volumen de hoc vita se offerent dicenda, ram de officiis quibus fulsit in ordine, quam de legatione qua functus est ad Ioannem Græcorum Imperatorem, & plerisque aliis rebus, quibus celebrem sui reddidit memoriam.

X. Alium etiam S. Pater sub humili illo domicilio collegit ciuitatis Cortoniensis virum, Administrat. nomine Virum, cui vera religionis species, & summi honoris diuini & saluandarum animarum zelus magnam apud sanctum magistrum peperere opinionem. Post Benedictum de Aretio

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICII. IMPER. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	----------------------------	-------------------------------	---------------------------------

*Ex acceptis
aliquot annis
Frater in pau-
peris libera-
bus.*

*Pallio sed
dare ergo.*

de Aretio missus est Minister ad Provinciam Romanie in partibus Graecorum. Rediit postmodum in Italiam, & meritis multorum propagatz fidei laborum clarus migravit ad Dominum. Curam autem à se initiatorum agebat ipse sanctus Pater tam in iis quæ ad pietatem, quam quæ ad viatum spectabant. Socio vero Sylvestro domi relicto, assumpto secum ex nouitio aliquo, concionabatur in populo, & elemosynas colligebat. Si quis vero pauper accedebat mendicans, ex acceptis diuidebat, nulli dum quippiam suppeditabat, denegans charitatem. Eius nuditati, & infirmitate valetudini compatisens quidam Cortoniensis, obtulit ei palliolum, quod dum paucis gestaret diebus, accessit ad eum mulier paupercula duos circumducens filiolos seminudos. Petrit à paupere pauper quippiam ad parvulorum membra tegenda, cui ex tempore vir sanctus, quo se tegebat, largitus est mantellum. Socus vero B. Patris compatisens manu apprehendens palliolum, dixit ad mulierem: Dimitte & redde Patri, qua indiger, vestem, & quidquam aliud ego tibi acquiram. Cui B. Pater: Genius xodus dic culpam tuam, & absque mora dimittit huic pauperculæ, quam accepserat charitatem. Illud mihi palliolum accommodatum fuit, quo usque pauperior occurseret. Qui aderant ad tam pium spectaculum, magnopere edificati in bonum, paupertatis amorem in sancto viro digne extulerunt.

Aliud porto palliolum cum ei socij acquisivissent, & ad portam cœnobii occurreret ei pauperculus quidam Cortoniensis, mortuam uxorem & absque solatio vel remedio derelictos aliquot deploraret infantulos, & quippiam sibi dari pro Dei amore efflagitaret, exuens se exteriori illo amiculo B. Pater, ei porrexit subiungens; [Frater hoc tibi do mantellum, ea lege & conditione, ut nulli quantumvis reposcenti illud reddas, nisi prius iustum aut æquum tibi soluerit pretium. Quod ut rescuerunt fratres, & B. Pater recessit, pauperulum insecuri, reddi sibi postulauerunt quod accepit palliolum, dicentes nullum ipso largitore pauperiorem, & ob extremum frigus tenuemque valetudinem esse ipsi plus omnibus, opus. At mendicus recordatus S. Patris præmonitionis, velut suum defendebat mantellum, nec redditurum absque æquo pretio dicebat; nec reddidit, donec ad domum benevoli cuiusdam viri cum duxerunt, qui data pecunia pallium redemit.

*Supra n. 8.
Abi solus in
insulam insi-
falam.
Gonza. in
pro. S. Frá.
con. 15.
Rodul. sol.
591. pag. 2.
Per 40. dies
media usci-
tur pars.*

Imminente deinde quadragesima consumptis in superioribus exercitiis duobus ferme mensibus, commendata ædificiaz cura F. Sylvestro dissimulauit apud fratres se aliquanto longius solum iturum. Accessit vero ad deuotum quemdam virum, non longè ab illo loco morantem, iuxta eum, quem supradiximus lacum Trafumenum, seu Perusinum. Rogauit hunc ut feria tertia quinquaginta se transuechi curaret in medij lacus parvam & incultam insulam. Preparauit homo cymbam, & ante auroram diei cinerū sanctum Patrem transstulit, quod desiderabat, duos tantum (Gonzaga cum aliis vnum dicit) secum afferentem panes. Rogauit autem portitorum vir sanctus, ut nulli detegret illius latibulum, nec eum repereret nisi feria quarta maioris hebdomadæ. Durum videbatur lintrario, seu vestigiò hominem tot diebus in deserto, vbi humani generis nullus habitabat, tam tenui, & per exiguo viatu, vitam transtigere, sed ob sanctitatis perspectaz reuerentia, se fakturum quod iussit, promisit. Recedente hoc suo amico, sub spissò vepre formauit sibi receptaculum ad modum rugioli, in quo aliquantulum ab aduerso celo se defendebat. Ex panibus vero quos secum tulit, vnius dumtaxat dimidium manducauit, per quadraginta illos dies ad Christi exemplum in solitudine ieunans: Rediit autem vir ille deuotus statuto die, ut eum reportaret, vnde ante devenit, cui gratias agens transfractauit, placato, dum nauigaret, signo crucis procelloso lacu, & ad locum cellæ rediit vbi cœnam & resurrectionem Dominicam cum fratribus celebravit. Vt autem huins rari ieunij peruenit ad vicinum populum notitia, quotidie in insulam multi transuadabant, ut à sancto viro compactum viderent & celebrarent tugurium. Factis autem ibidem sancti viri meritis magnis prodigiis, ob eius deuotionem caperunt quidam illic demorati, & construere sibi habitacula, quæ decursu temporis mediocre coierunt in oppidum. Inualesceat etiam Perusinorum erga S. Patrem deuotione, eo defuncto ibidem in eius honorem conuentum ædificarunt, ut largius ad annum 1328. referemus. Adiacet conuentui fons ex quo aliquoties per illos 40. dies biberat vir sanctus à quo nomen accepit, & cuius aqua epota multos infirmos perfectæ reddidit sospitati.

*Legen. B.
Guido.
Guido sub
super folia-
ries uuit.*

Transacto autem Paschate B. Patrem rogauit nouitius tempore, sed spiritu veteranus & fortis, Guido, de quo paulo ante locuti, ut maioris solitudinis & liberioris contemplationis gratia sibi liceret in cauea rupe aduersi montis ad cuius radicem viuebant, cellulam sibi ædificare. Quod libenter ei concessit vir sanctus comperta & explorata eius virtute, eo ramen pacto ut ad preces horatias cum ceteris conueniret. Rebus autem integrè cōpositis, & fratribus

XI.

XII.

XIII.

ANNO CHRISTI 1211.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 1.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

fratribus saepius in religiosa vita instructis, omnibus valedixit piè omnes amplectens, & cruce configans. Commendauit autem præz cœnobioi præfecto Guidonem, quem sanctæ virtutum probè præsciuit. multa eius facta & prodigia in commodiora loca dif- ferimus enarranda.

XIV. E Cortonia deuenit S. Pater Aretium antiquam Erruriz in provinçia Romana urbem, quam sub intestino bello ultimo excidio proximam inuenit. Hospitatus vero in suburbio, vidit supra ciuitatem exultantes dæmones, ac perturbatos ciues ad eisdem mutuam suc- cidentes. Ut autem seditiones illas effugaret aëreas potestates, frater Sylvestrum colum- binæ simplicitatis virum, quasi præconem præmisit, dicens: [Vade ante portam ciuitatis, & ex parte Dei omnipotentis, dæmonibus in virtute obedientiæ præcipere ut excent festi- nanter. Accelerat verus obediens Parris iussa perficere; & præoccupans in laudibus faciem Domini, ante portam ciuitatis cœpit clamare valenter;] Ex parte omnipotentis Dei, & iussu serui eius Francisci, procul hinc discedite dæmones vniuersi. Redit ad pacem con- tinuò ciuitas; & ciuitatis in se iura ciues omnes cum magna tranquillitate reformat. Ex- pulsa quippe dæmonum furibunda superbia, quæ ciuitatem illam veluti obsidione valla- uerat; superueniens sapientia pauperis, videlicet Francisci humilitas, pacem reddidit ur- bemque saluauit. Humilis enim obedientiæ ardua promerente virtute, super spiritus illos rebelles arque proteruos, tam potestatiuum fuerat assecutus imperium; ut & ipsorum fe- roces proterias premeret, & importunas violentias propulsaret. Fugiunt quidem superbi dæmones excelsas virtutes humilium: nisi cum interdum ad humilitatis custodiam, diuina eos clementia colaphizari permittit. Sicut & Paulus Apostolus de se ipso scribit, & Fran- ciscus experimento probauit, ut inferius nos aptiori loco dicemus.

XV. Mirantibus autem ciuibis ad tam inopinatam & repentinam pacem, fuerunt qui refer- rent verba voce alta prolatæ per præmissum à Francisco præconem, cumque rediisse ad sub- urbium. Perquiritur à ciuibis diligenter, & inuentum cum B. Patre, Deo laudes soluen- tem, interrogarunt quidnam illud sibi velle præconium? Qui rem omnem retulit, peri- culosamque diaboli super urbem illam potestatem suo præcepto S. Patrem repressisse. Mu- tti ad eius pedes se prostrauerunt, deduxeruntque in ciuitatem magna cum letitia & reue- rentia, honores qua potuit fugientem. Ut peruenit ad forum, egregium coram toto po- pulo de pace amanda & conseruanda habuit sermonem, quo rixas, discordias, tumultus à malo genio, pacis inimico, suam habere originem loculenter ostendit. Finita concione ductus est in communes ciuitatis ædes, in quibus primoribus populi assistentibus corporis refectioni necessaria ministrata sunt. Deinde astum est de ædificando ibidem sui instituti conuentu, quem breui humili more construxit, religiosisque nouitiis locupletauit. Porro hæc gesta esse hoc anno Marianus & Hugolinus tradunt, licet Marcus & Rebolledo in an- num 1216. vel 1217. ea minus rectè distulerint.

XVI. Ceterum beati Benedicti inter Aretinos celebrior est memoria, quam ex Sinigardo de Sinigardis, & Elizabetha de Perramalischia honestis parentibus in Aretio natum sua vesti- dit tunica Franciscus. Qui eiusdem sancti Patris imitator assiduus ad magnam perfectio- nem per omnes sanctitatis gradus incessit. Prudens & grauis in moribus, factus est Mat- chiz minister, deinde prouinciaz Romanaz seu Antiochenaz, ex qua miraculosè accepit in ciuitate Babiloniæ Danielis Prophetaz digitum in suam patriam reportauit, cuius virtu- te Deus multa operatus est miracula. Iohannem Brennam Hierosolimorum Regem, & Constantinopolis Imperatorem ad ordinem recepit, ut suo loco largius diceretur. Eius pre- cibus ab imminenti & certo naufragio liberatos, socium & duos D. Basilij monachos, in quodam prope Antiochiam alueo nauigantes, refert Bernardus à Bessa, sequi miraculum hoc ab ipso eius socio aliisque viris fide dignis accepisse subiungit. Spiritu etiam prophetico claruit, & multa prædictæ occulta, præcipue fratri Thomæ Papiensi Tuscæ postea Mi- nistro, cuius in re ardua peragenda dubias cogitationes penetrauit & dissoluit. Alia de hoc viro enarranda nos suis locis expectant.

XVII. Franciscus aliquot diebus Aretij commoratus, plura ibidem edidit miracula. Illud spe- ciatim expresserunt vetustiores legendæ: rustici cuiusdam Aretini filium deformiter cur- rum & obliquatum ad eum adductum, in vlnis accepisse, & statim reddidisse patri re- stum & sanum; Domino ad sancti Viri amplexum consolidante contractum, qui ad mor- tui Prophetaz contactum resuscitauit defundum.

XVIII. Hinc iter direxit Florentiam versus per oppida & castella obuia, magno cum animarum fructu prædicans, quascumque terras pertransibat benefaciendo. Ingressus Gangheretum Gangheret. adiecta con- uenientia. in valle

ANNO CHRISTI
1211.INNOCENT. III.
ANNO 14.FREDERICI I.
IMPER. ANNO 1.RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 4.

in valle Arni in Tuscia oppidum, à loci dominis fuit perquam humaniter & magna cum reuerentia receptus, qui mira eius sanctitate allecti, ei assignarunt fundum, in quo extricte possit suis domicilium, cui etiam contiguam silvam dicarunt. Humilem vir sanctus ibi edificauit locellum, in quo ob aduersam valerudinem aliquot diebus oportuit remanere. Rodul. in cultud. Aretin. Et ne illo tempore in otio seriatetur, iis quæ orationi & prædicationi supererant temporis minutis suis manibus extruxit, vel muro circumdedit eum, qui sua ope & precibus in nemore extollauit, fontem, qui adhuc existit, & cuius aqua multos à variis infirmitatibus. Dissoluebantur vetustate muri, quos cum fratribus regul. Observantæ (qui anno 1418. à Patribus Conuent. neglegētum sub fr. Angelo de Civitella Provinciaz Tusciz vicario auctoritate Martini V. occupatunt conuentum, quem tamen iterum ex S. Bernardini præcepto iustiſ de causis quas Gonzaga memorat, deseruerunt) nouos conficere vellent sub Francisco Samsone Ministro generali ad annum 1480. ibidem tunc præsente, renuit id sua probare licentia, dicens suo tempore non permittendum, ut vestigia fabricati illius muri à sacris Francisci manibus, novo eretto omnino tollerentur, idque potius curandum, ut qua possit fieri arte conseruarentur, etiam debilia.

In neglecta Ecclesia de regensur reliqua. Id obiter de hoc loco dixerim, quod Marianus post 1400. annum accidisse notauit, XIX. temporis decursu ecclesiunculam à D. Francisco extructam, alia noua edificata adeo negligētam, ut variq. vsui successiue infestaret, donec demum deletio ab hominum memoria ibidem aliquando sacram extitise adem, mutaretur in stabulum. Ostendit autem Deus quantum sibi hæc hominum dispicebat incuria, morte quorundamque quæ illuc introducebantur animalium. Quidpiam illic latuisse facti existimauit quidam ex patribus, & abstergo purgatoque loco, inuenit in quadam parietis angulo defossam capsulam continentem quasdam reliquias sanctorum, scutellam ligneam, in qua stpius S. Pater comedebat, sicut appositum scriptum testabatur membranum, atque eius genuinam imaginem à quadam Aretino, non longe ab eius morte depictam. Mouit hæc ratio Patres, ut locum in veneratione haberent, & eretto in eo altari inuentam superponerent effigie, quæ in huic vsque diem magna colitur religione sub cura Patrum conuent. Custodiz Aretinæ.

Peruenni Flo- rentiam. Franciscus verò quam primum licuit per debiles vires inde recessit petitus Florentiam: ut illuc appulit, substitut in Xenodochio è regione Ecclesiaz S. Luciz supra flumen Arnense; in quo etiam acceptus est hospitio B. P. noster Dominicus, quando venit Perusium. In utriusque hospitis memoriam, supra portam, illorum depictas fuisse imagines, secundum eandem, qua tunc vsl, cucullam refert Marianus, & ad sua usque tempora consuetatas. Manè vero facto ciuitatem ingressus Franciscus, verbū Dei vndique cōfluentibus hominum turmis, disseminabat. Accepit à deuotis ciuibus, qui eum pro viro admirabili suspiciebant, hospiciolum iuxta Ecclesiam sancti Galli ad D. P. extra ciuitatem. Plures suo habitu illic vestivit, è quibus præcipiuus Ioannes Parenz ex oppido Carmignano non longe à Pistoria oriundus l. C. magnus in populo caudicis, ciuis Romanus adscriptus, & tunc in ciuitate Castellana antiquitus Fescenium dicta, in Tuscia, in provincia patrimonij S. Petri sita, inter altissimas rupes, à quibus haud procul in Veientibus erant Aræ Mutiz, quarum celebris apud Plinium memoria. Sed Rodulphus licet huius eum ciuitatis iudicem asserat, videtur eam in Sabinorum terminis constituere, & cum Tiferno Tyberino à Leandro & aliis ciuitas etiam Castellana vulgo Città de' Castello nuncupato, posito iuxta Tyberim in finibus Umbriæ & Etruriz, inter Perusium & Biturgiam confundere, dum ex Sabinorum consuetudine ad hujus ciuitatis accolas argumentum deducat. At verò Fescenii, non Tiferni eum iudicem veteres nostrarum rerum scriptores Marianus, Celanus, Aquilanus affirmant.

*Ea quæ occa-
fione.* Ea porro ei occasio mundo valedicendi, & nostris se aggregandi, quod cum non procul à dicta vrbe deambularet, viderit subulcum ad vesperam porcos in antrum cogentes, remittentesque atque hinc inde dilabentes hac voce iracundum compulisse: [Porci ingrediuntur in antrum, sicut iudices causarum intrant in infernum; statimque, veluti sibi dictum intellexerint, porcorum gregem absque difficultate villa sub antris se abdidisse. Quo spectaculo quamvis ludicro, ille serio percussus, & verè commotus, iudicatura dimissa venit Florentiam, ubi cum S. Francisci explorauerat virtutes, ei adhæsit, vocato etiam ad religionem filio, distributis prius facultatibus in pauperes. Tanta emicuit in religione virtute, ut eum transmiserit cum multis fratribus in Hispaniam dilatandi ordinis ergo, primumque crearit Hispanum Ministrum, deinde post S. Francisci obitum assumptus fuit ad generalatus apicem, in quo adeò integrè se gessit, ut in nullum æquo durior, nec in aliquem iusto propensior,

ANNO CHRISTI 1211.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 1.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4
-----------------------	----------------------------	--------------------------------	--------------------------------

propensior fuerit, quinim filium vnicum in culpam lapsum se uero castigauerit supplicio. Lachrymarum donum à Deo accepit, quibus alludè madebant oculi, ita ut lachrymarum magister appellaretur, nudis pedibus plures peragrauit Europæ regiones. amplior erit de eo alias sermo pro annorum ratione.

XXII. Alterum huic adhuciauit Ioannem Bonellum Florentinum, quom ob præclaras animi dores misit in Provinciam Narbonensem, seu ad Galloligures, ut illic suum disseminaret institutum. Innumerous ibidem recepit sui imitatores, & brevi multas ædificauit domos, quarum postea factus est Minister. De celebratis ab eo provincialibus comitiis, in quibus D. Antonius Patauinus eruditum habuit sermonem magno memorabilem miraculo, suo loco inferius agemus. Alius accessit his Florentinus nomine Monaldus, quem probatæ virtutis virum vocat D. Bonaventura, & de quo ita legenda Gregorij noni: (Fuit fuma clarus, sed clarior vita, cuius virtus in humilitate fundata, orationi frequenti adiuncta, scuto patientia seruabatur.) Supradicto Ioanni Bonello datus est in socium ad Galloligures; interfuit supradictæ D. Antonij concioni in Arelateni capitulo, in quo ad ostium capitularis aula diuina commonitione respiciens, vidit corporeis oculis B. Franciscum in aere sublevatum, extensis velut in cruce manibus benedicentem fratres. Assiduum venit ad primum generalem conuentum, de quo in Galliam discessurus cum aliis triginta fratribus cum iuberet sanctus pater ut prius pranderent, dixit architriclinus vnicum sibi esse pacem. Ne verò ieconi abirent, misit vir sanctus ad sanctam Claram, qui peticeret aliquot sibi mitti, si supererant monialium necessitati. Illa vero ex tribus, quos habebat, duos misit. Quos simul cum domestico pane cum accepisset B. Pater, suis manibus fregit, deditque vnicuique suum frustulum, dicens: Comedite fratres, iste est panis charitatis. Mirum, comederunt illi ad satietatem, & magnum postea iisqueuerunt cophinum, de iis quæ supererant fragmentis. Rediit autem Monaldus in Galliam, ubi meritis clarus defunctus, requieuit in antiquo conuento Arelateni à Joanne Bonello extructo, cuius modo extant dumtaxat ruinæ ob bellorum & temporis iniurias. Ab hoc tamen conuento translatum est in Archiepiscopatu[m] D. Ludou. Ienæ ædem cuiusdam ex sociis D. Francisci corpus, quod an alterutrius ex his duobus, an conuic. 6. vero alterius sit, ignoratur.

XXIII. Præter hos Isoléphum Florentinum, Michaëlem de Albertis, atque alios multos, quorum nomina nesciuntur, consodales fecit; ex his plerique non conténdunt claruerunt prodigiis. Requieuerunt in primo illo fratum cœnobio iuxta Ecclesiam S. Galli non sine populi veneracione. Sed dum post multos annos exhumaretur fratri Josephi cadaver, integrum & illæsum sana etiam circumducta veste, inuentum est. Extruxerunt autem Florentini in horum memoriam egregium sacellum, in quo corpora honorificè condiderunt propè dicam Ecclesiam S. Galli, quod magna populi veneratione frequentabatur, donec circa annum 1487. ipsam sancti Galli Ecclesiam obtinuit Marianus quidam Augustinianus magni nominis prædicatorum à magnifice domino Laurentio Medices, ut iuxta eam suis ædificaret cœnobium. Totum autem opus voluit prænominatus dominus suis absoluere expensis, & cum prædictum sacellum designatæ architecturae impedimento esset, dirui fecit, eleuatis inde prius beatorum reliquiis. Has ut sibi tribuerentur, institerunt nostri, à multis iam annis translati in ciuitatem, sed frustra, renitente populo S. Galli, qui se hoc thesauro priuari non permittebat; promittebat tamen in ipsa S. Galli Ecclesia honorificum se erecturum sanctis viris maiusculzum, de quo construendo pomposo opere, & magnis sumptibus dum longius consultaretur, secerò sublatæ sunt reliquæ, & alieni, sed ignoti, factæ sunt iuris.

XXIV. In prima autem illa ædicula, dum aliquamdiu moraretur Franciscus, veneratus ad ianuam tres pueri Florentini, à parentibus manuduicti, ut sanctum Patrem viderent. Pulso ostiolo, & facto illorum desiderij particeps sancto viro, descendit prius in hortulum, & euallis quinque sicubus, innocuos hos suos spectatores aggreditur. Discernit oculis vultus, & spiritu præuidit sortem futuram. Primo ergo vnam, secundo alteram, tertio tres porrigit fucus, adiiciens: [Eris adhuc filius meus charissimus.] Ita porto euuenit, nam adolescentior factus, Minorum induit vestem sub Angeli nomine, quod Angelicus factis propriè sibi convenisse probavit. His verbis cuicunque, loco recedens valedicebat: Benedictum sit nomen Domini nostri Iesu Christi, laudetur sua passio benedicta, beatissima Virgo Maria, & tota cœlestis curia. Quæ verba quam grata fuerint cœlestibus, mira apparitione docuit B. Virgo Maria, ei tribuens in præmium pulcherrimi coloris, & cœlestis odoris pomum, quo mirificè recreatus est, & ad maiores acquirendas virtutes humiliter, sed scrupenter se sensit allectum.

ANNO CHRISTI 1211.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 1.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Piscis recipit
Francis. cō-
venimus.* Locum hunc alio postea commutauit fratres, ut suo notabo tempore, & alterum xxv. Pisciam dictum super Pisciam item annem in Tuscia situm petiit Franciscus ad initium Octobris ubi concessus ei pro fratribus, quos secum è Florentia vocauit, conuentus ab oppido cognominatus, qui patribus conuentualibus subest, & spectat ad custodiam Lucanam. Ut fundamenta humilia hujus cenobij iecit vir Dei, transiit vterius ad ciuitatem Pisatum Erruræ nobilissimam urbem, olim nauali classæ potentissimam, exterarumque regionum vietricem, inter amnes Anserem & Arnum sitam. Hic dum semel atque iterum prædicaret plures suæ adscripti milizæ, sed præ ceteris notiores Angelum, vel Agnellum de Pisæ, virum vadequaque perfectum, quem ob insigne virtutis Specimen sanctus pater primum instituit Francis Custodem, mox Angliae Ministrum, & Albertum Pisanum. Ab geli socium, deinde in ministeriatu successorem, postea Theutoniz Prouinciam, hinc in Hispania B. Ioanni Parenti suffectum, ac tum demum totius ordinis Ministrum. Multa vterque, eaque egregia tam in itinere, quam in utroque regno peregit. Felicia in iis partibus iecerunt ordinis fundamenta, & optimos nobilesque libi pepererunt noui operis admissi, de quibus multa nobis infra dicenda. Pisæ autem valedixit sanctus Pater relictis duobus ex sociis, qui oblati conuentus à ciuibus iacerent fundamenta, & structuram curarent, quem penes se habent Patres Conuent. caputque est Pisæ custodiz prouincie Etrii i.e.; ad quam etiam alias spectat, quem in Vico Pisanæ, oppido haud procul à ciuitate, & ab Arno amne recepit.

*Alia erigit
cenobia.
Leander &
Blondi. in re-
gione Tu-
licæ.
Maria. §. 21.
Pisan. cit.* Dilapsus exinde ad castrum S. Miniati cognomento Teutonis (cui Henricus primus xxvi. Imperator Ecclesiam ad muros Florentiæ edificauit) ad dexteram Elsæ fluvij extructum, vbi oblatum sibi conuentum admisit, eorumdem hodie patrum & prouinciaz, sed custodiaz Lucensis. Plures habuisse cenobium hoc præclaros viros asserti Pisanus, præ quibus ait magistrum quemdam Antonium Parisiis, & per Tusciæ spectatz fuisse virtutis, celebre inque concionatorem. Non longè à castro hoc distat oppidum D. Geminiani in insula, quam prædictus Elsæ fluvius, & torrens qui à Staggia oppido altero, dilabitur Bonitium versus, efficiunt, olim ditionis Senensium, sed nunc Florentinorum, quod Desiderius Longobardorum Rex condidit. Huc ut accessit vir Dei prædicans pœnitentiam, ad eam subeundam allexit iuuenem quendam, Petrum nomine, celebrem postea agnothoram, & Christiani nominis usque ad sanguinis & vitæ effusionem apud Marrochios testem iuictum, cuius aliorūmque quatuor sociorum solemne martyrium, ampliorēmque dabisimus inferius notitiam. Neque hinc discessit vir sanctus absque acquisitione habitaculo, quod penes præfatos est patres sub custodia Scenensi, ex quo prodit Ioannes de Caulibus, magnus & deuotus per vniuersam Italiam præparator. Suum spiritum in piis quibusdam meditationibus, & eruditio tractatu de triplici via sapientiaz sufficienter expressit. Sedem autem postea mutarunt fratres quia ad constructionem nouæ arcis, necesse fuit dirui primam domunculam quæ iuxta mœnia oppidi extructa erat. Emptisque à D. Fr. Alexandro Laurentij de Bondelmontibus milite Hierosolymitano, situ cuius contigua Ecclesia S. Ioannis Baptista, cum onore celebrandi solemniter sancti præcursoris festum, intra oppidum se receperunt.

*Magna vir-
tus sanctoræ.* Quanto cum fructu & sui ordinis incremento intra unius anni circulum nouus institutor vnam vel alteram Italiaz regionem discuterit, plane mirum est. Sed viti magni Ecclesiæ athletæ à magno spiritu habent fortitudinem, assumunt pennas ut aquilæ, & velas nubes volant; quia verè in terra viventes, extra terram est omne quod agent. Vnde & per quendam nubem dicitur: In carne ambulantes, non secundum carnem ambulamus. Non enim oculo vires illas ministrabat, nec magnas illas & frequentes operabatur conueriones, sed quæ sub carne latebat Dei virtus, quæ dum in vita & signis emicat, terram commouet, & duritatem cordis emollit. Illuxerunt coruscationes tuae orbis terre, inquit Psalmista, vides & commota est terra. Videtur nubes & consemnatur; si coruscas quod intus lates, & emicat, splendor terret & mouet. Vtre Dei administrî, homines sunt carnem portantes, hi quandoque infirmi, idiota, ignobiles, sed fuit in illis quod fulguraret, fuis quod coruscaret. Forma humana nubes erat, splendor miraculi conformatio erat. Sic in verbis, sic in factis, cum miranda dicunt & miracula faciunt, apparerunt coruscationes orbis terre, vidisque & commota est terra fulgeribus de illis nubibus erumpentibus. Quocumque ergo Franciscus diuertebat velut fulgor commouebat, velut coruscatio illuminabat, & velut sagitta potentis acuta cor penetrabat, ita ut plurimi cum ad nouam sequerentur militiam, & qui sequi non poterant, arces construerent.

Neque

Iul. 60. 8.
Greg. hom.
in Ezech.
z. Cor. 10. 1.

Psal. 96.
Augusti. in
psal. 96.

ANNO CHRISTI 1211.	INNOCENT. III. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 1.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

XXVIII. Neque sanguiter socij adlaborabant, qui & spiritum participarunt; nam & quosdam adsciuerunt consimiles, quos ad ipsum sodalitij institutorem ubi aggregandos transmittabant, ut moneret Marianus; & plura acquisivereunt domicilia. Inter ceteros emicuit Bernardi virtus Bononiæ, quem vbi urbem ingredientem vili & despicibili habitu Bononienses viderunt tamquam aliquem nullius pretij hominem in ordinem coegerunt, quin etiam in forum progressum, atque ibi quiescentem pueri aliquae multi circumvenerunt, ac variis afficere contumeliis inficerunt: cum alij capitio traherent, nonnulli puluere aspergerent, quidam etiam lapillis appelerent, ipso omnia per multos dies summa atque inaudita exequitate animi perferente. Quare animaduersa jurisconsultus quidam nouam hominis lentitudinem vel patientiam potius admiratus, atque de eximia eius virtute & sanctitate aliquid suspicatus, accessit, & quinam esset, & ad quid venisset? rogauit. Cui ille: Qui sim cognosces, si haec legeris: atque statim Evangelicas leges nuper à S. Francisco sodalibus suis prescriptas, è sinu tractas ostendit. Quibus lectis jurisconsultus ad suos conuersus cum admiratione magna dixit: Nitidum iste est status aetior, quam vñquam fando audierim: quare graui scelere se obstringunt, qui huic homini iniuriam faciunt, quem maximis complecti honoribus, vt virtutis Dei amicissimum, esset opus. Inde ad Bernardum conuersus, locum se illis pro salute animæ suæ, in quo Deo seruirent, daturum, si se sequeretur, spopondit: atque illum libenter munus oblatum accipientem, domum suam deduxit, insignique exemplo charitatis excepit: ac nix ædes primum ad Puliolas, deinde in Porta Steria Annuntiatæ curauit, easque suis expensis necessariis rebus instruxit, seque sodalium eius perpetuum fore defensorem ostendit. Itaque Bernardus statim in tantum honorem ascendit, ut beatus putaretur qui illius attingendi, aut aspiciendi facultatem haberet. Quo ille offensus ad S. Franciscum se retulit, ac locum Bononiæ patratum esse renunciauit, adiiciens: Mitte Patet fratres qui ibi morentur, quia ego nihil illuc amplius ausim luctari, vbi propter nimium honorem potius imminet periculum iacturæ. Ad quæ exultauit in Spiritu S. Pater, tum propter filij humilitatem & sanctum timorem, tum propter Bononiensis populi erga suos propensionem. Misit ergo plures ex fratribus, qui inter illos commorarentur, & per Romandiolas plures sedes conquirebant.

XXIX. Duo hic adnotauerim, primum circa jurisconsultum illum Bernardi fautorum, & domicilij structorem, cum sibi vendicare Illustrissimos DD. de Pepulis, nobilissimæ inter Bononienses familiaz, apud quos diligenter asseruatur huius rei memoria, & viri nomen, videlicet D. Nicolaus de Pepulis Illustriss. Guilielmi filius, qui non solum instituto domicilium, verum & suum nomen dedit, ut ad annum 1220. dicemus. Secundū est circa huius facti tempus in quo discrepant auctores. Etenim Sigonius in historia Bononiensi hoc factum vult anno 1218. Sed in opere de Episcopis Bononiensibus sub Henrico à Fracta in annum 1219. resiicit Leandrum Albertum secutus, quibus accedit Cherubinus Ghirarduccius: sed in hunc annum reducendam historiam docet ex chronicis antiquis Marianus Florentinus. cuius sententiam confirmant Speculum S. Francisci, Pisanius, Rodulph. & Marcus citatidum parum post approbatam ab Innocentio regulam Bononiæ missum indicent Bernardum. In quo sane lapsus Sigonius, dum post approbatum ab Honorio institutum illud fuit. Qum dicat: quod nequaquam constare potest, dum quarto post annum 1219. quem ille statuit, videlicet anno 1223. regulam & institutum Honorijs confirmat. Ego ita has conciliandas sententias iudicarim, ut hoc anno missus Bernardus, anno 1213. suam ædicolam absolverit, & anno 1219. in ampliore formam, quam Franciscus ex Ægypto rediens anno 1220. probat, fuit translata. Ita sane indicat Rodulphus in custodia Bononiensi, huius monasterij longiorum subtexens relationem.

* * *

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

A R G U M E N T V M .

Dum adhuc in Herruria per huius etiam partem haberet Franciscus, in oppidu Sarthiani, & Cetonij domicilia, & socios acquisuit. Assum reuertitur, ubi multos ex concubis qd. Christum conuertit; inter hos notissima sancta Clara, de cuius genealogia, nomenclatura, & primis sancticatu agitur preludio. Conuercitur ad sanctioris vite genus, cuius exemplo ad eam sectandam alicet Agnes sororcula. Monesur celitus Franciscus non ad contemplandum, sed ad predicandum vocatum suisse. Navigatur in Syriam ex affectu martyrij, venit prius Romanum ubi B. Zachariam suo aggregauit sodalitio, & sanctum init fadus cum Iacoba nobili matrona. In Marchia Anconitana discipulum habuit B. Pacificum, sed à Syriaco detinetur itinero. Reuersus in Tusciam multo fecit preclara, mala demum affectus valetudine. Egidius peregrinatur ad Compostellam. Nascitur Ludovicus Rex Galliarum sanctissimus tertij instituti Franciscani.

NE V N T E hoc anno vir sanctus Franciscus sedulo Dei exercens ministerium, & circumquaque ad sacram conuocans militiam, peruenit Sartianum oppidum, Clusio vetustz ciuitati, primariz olim inter capita Erruriz, nunc Senis subiecta, vicinum, Albertoque Minorita, diuini verbi insigni praecone, famosum. Vbi dum prædicauit, inuita-
Marian. 1.7.
6.1. & leg. antiqu. tarunt eum oppidani, ut apud se remaneret. Quibus respondentem aliorum sibi subesse curam, & amplissimatum regionum sibi suisque cordi esse salutem; rogauerunt ut saltum ex sociis relinquenter, qui & populo instruendo, & habitaculo constituendo huius sodalitij PropoSartia viris supereffent. Annuit hominum votis, & circumlustrato territorio, secundo ab oppido vnum pauperi vnum ex lapide præscriptis situm inter densas sylvas in supereminentis montis extumine. Asper traxit monitum ascensus, & ex cœnobio latere magnum subiacet præcipitum. Hic placuit valde viro Dei locus tum propter asperitatem, tum propter solitudinem, tum maxime quia ex eo Assumti primi niduli sedes, aspiciebatur. Socij post eius discessum prout institutor desigauit, pauperatum effoderunt delubrum in ipsa rupe, ita ut pro laquearibus ipsum habeat montis supercilium, & cellulæ viderentur potius ferarum antra, quam cubicula monachorum.

Ad locum hunc aliquando diuertebat sanctus vir, propterea que quidam ex incolis viro Dei familiaris & charus, extra ipsum antrum aliquantulum remotam extruxit cellulam. ex solis lignis & tabulis, in quibus poliendis aliqualem posuit operam, ut quiete & liberius profundis suis isteenderet meditationibus. Ad quam cum duceretur prima vice ab ipso Cilium suum profundis suis isteenderet meditationibus. Ad quam cum duceretur prima vice ab ipso vnde Franci. structore, renuit in ea commorari, nimis pulchram esse causando, neque amplius can- pauperum. dem ingressurum adiunxit, nisi ad rudiorem pauperioremque reduceretur structuram vel cooperiret intus & extra frondibus, arborumque ramusculis ad mappalis vel rugioli modum, ita ut nihil curiosi artificij aut impensis cura in ea circumspiceretur. Ad votum ita factum à fratribus qui desiderabant apud se pet aliquot dies suum detinere institutorem, quod & obtinuerunt.

Bonav. c. 1. Hoc in loco sic Bellatituta, cum nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocavit **III.** aucte med. eum hostis antiquus tertio, dicens: Francise, Francise, Francise, cui cum quid quare- **Tenacur his** ret, respondisset, fallaciter ille subiunxit: Nullus est in mundo peccator, cui si conuersus ^{à demoni} Francis. fuerit, non indulget Deus: sed quicumque semetipsum penitentia dura necauerit, ini- fericordiam non inueniet in æternum. Statim vir Dei per revelationem cognovit hostis fallaciam, quo modo natus fuerit cum ad tepida reuocare: nam hoc sequens indicavit **Iob 41.11.** eventus. Continuò enim post hoc, ad insufflationem illius, *cuius balitus prunas ardere facit*; grauis ipsum carnis tentatio apprehendit. Quam ut præsensit castitatis attritor, de- posita veste, chorda cœpit se verberare; Eia, inquiens, frater asine; sic te debet manere, sic subire flagellum. Tunica religioni deseruit, sanctitatis signaculum præfert: furari eam libidinoso non licet: Si quo vis pergere, perge. Insuper & mirando fer- ^{Septem massa} uore spiritus animatus, aperta cella foras exiuit in hortum, & in magnam demer- ^{ex nunc cum} gens niuem corpusculum iam nudatum, septem ex ea plenis manibus cœp' compingere massiss;

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

massas; quas sibi proponens, suo sic exteriori homini loquebatur; [Ecce, inquit, hæc maior vxor tua est; quatuor istæ, duo filij, & duæ filiæ; reliquæ duæ serui, & ancilla, quos ad seruendum habere oportet. Festina igitur omnes inducere, quoniam frigore moriuntur. Si vero eorum multiplex solicitude molestat; vni Domino sollicitè serui.] Illico tentator viatus abscessit, & vir sanctus cum victoria in cellam rediit: quia dum bene pœnaliter artificoris, ardorem interius sic extinxit libidinis, ut deinceps tale aliquid minimè sentiret. Quidam autem frater, qui tunc orationi vacabat, hæc omnia, luna clarus incedente, prospexit. Comperito vir Dei, quod hæc ille nocte vidisset; referans ei tentationis processum præcepit, ut quamdiu ipse viueret, nulli viuenti rem quam viderat, propalaret.

- IV. De hac eadem cellula cum quidam ex fratribus venisset ad cœnobium S. Patrem allocuturus, interrogassetque vir Dei, vnde veniret? & ille respondisset: ex cella tua Pater; Legent. ant. Cellam non vult habere amplius, sed alius cuius nou sit propria, eam inhabitabit. Et adiiciunt legendæ anti-propriam. quæ concinnatores: Nos qui fuimus cum eo sepe audiimus cum dicentes: Nec dominum nec locum volo habere proprium: magister etenim noster dixit: Vulpes foæas habent, & volucres cali nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Et alias frequenter repetebat, Dominus quando recessit in desertum, & ieunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, non fecit sibi construi cellam, nec locum, nec domum, sed sub antro montis recumbebat. Quare ad Christi exemplum nec cellam, nec domum, quæ sua dicetur, voluit habere perfectus Christi imitator. Imo dum aliquando contingebat, ut accedens ad quodcumque fratum domicilium iuberet aptari, vel præparati hanc vel illam cellam, postea ad aliam declinabat, semetipsum reprehendens, quod tantam præferrebat inhabitandæ cellæ sollicitudinem. Digna certè erant hæc, quæ reculimus ut magno in pretio mons ille & eremus haberetur à fratribus, attamen derelictum monet Marianus ob nimiam asperitatem, & intolerabilem aëris intemperiem: nihilominus adhuc plurima habetur in veneracione ab oppidanis, & ipsis fratribus Sartianensibus, qui commodiorem & oppido vicinorem sibi elegerunt locum, qui temporis decursu deuolutus est ad obseruantes.

Ab hoc oppido recta venit sanctus vir Citonum, seu ut vocant Merula, & Leander Cirony ex-truis conuen-tum. Clusio non longe distantem, vbi locum suis occupauit, qui per unum aut alterum seculum sub custodia Clusina ad Patres Conventuales spectabat, donec sub D. Bernardino-Senensi tunc familiæ Observatum Vicario generali ad eadem & ab hac ad Reformatos sub Clem. 8. deflexit. Hoc in conuentu Deus Opt. Max. per suum seruum beatum fratrem Aegidium plura miracula operatus fuit. Iacerque venerabilis Pater, ac vere beatus frater Guido eiusdem beati Patris Aegidi socius, cuius ossa cum diu sub humili majoris sc. celli paulmento latuissent, à fratribus exhumata, ac lignæ theæ commissa, super altare quod eidem maiori saccello subest, honorificè recondita sunt. Fuit hic pater, Clusensis alii-floriferi ci-ri sandi. B. Gis do Ci-tonus. In chron. p. 2. 1.4. Leander in Thufcia. Gonz. In pro. Th. sc. econ. multa in eo. Et siquidem ille multigenis à Deo virtutibus insignitus, eiusque suauissimo colloquio potitus est. Insuper & duplum Helia spiritum, quo 4. Reg. 2. v. multa prædixit, diuinitus accepit. Et quid mirum cum in hoc monasterio regularis disciplina, monasticusque rigor perpetuo floruerint? Quod & in causa fuit ut plures hinc sanctissimi viri, maximaque sanctitate, pietate, charitate, ac diuino zelo prædicti prodierint. Horum B. Petrus Gallus, professio-ne laicus, qui cum charitate, obedientia, summa paupertate, ac continua contemplatione & oratione splendesceret, prout plures ex eius ore instante morte didicerunt, Virginis gloriose, eiusque dulcissimi filij, divi patris Francisci, S. Ioannis Evangelistæ, ac beatae Catharinae suauissima præsentia dignatus est.

- V. Alius vero fuit venerabilis ac beatus pater Fr. Petrus de Treguanda Senensis, prædicator in omnibus simillimus, atque eximius præparator, qui ex Patre Conventuali factus obseruans, perfectioni adeo studuit, ut Propheticò spiritu decorari meruerit, pluraque miracula tum viuens, tum quoque mortuus ediderit. Prædixit siquidem aduentum Regis Galliarum in Italiam, plurimasque patrum Obseruantum tribulationes, & pressuras, quæ certissimè illis superuenient: atque non paucis cœcis visum, surdis auditum, atque demoniacis

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

liberationem suis meritis à Deo Opt. max. impetravit, ad eisque modo epileuticis. In hiūsmet loci tabellario sexdecim Pontificis bullz à summo Pont. Eugenio I V. ad venerabilem Patrem fratrem Albertum à Sartiano transmissz custodiuntur: quibus illum ad Indos Orientales, ad Aethiopes, & ad alia plurima loca, Apostolica auctoritate delegauit. Atqui in sacrario pars ligni S. Crucis Christi, altera ex spinis eius sacratissimz coronz, quoddam Virginis glorioſz velum, pileolus D. Bernardini, pluresque aliz reliquz, quas negligenti sim onerosus, sciens prætermitto, diligenter asseruantur.

*Relic Franciæ Affi-
cione Affi-
sum
Mariæ c. 7.
§ 14.*

A Cetona redit Assibum ad quadragesimz principium, sancti & Deo chari adeptus VI. vbiique per castella & ciuitates opinionem: verbis enim & factis mirabilem se ostendit, & verè à Deo missum. Propter quod turmatim omnes ad eum confluunt, quidam velli-
menta tangebant, alij etiam pedum vestigia venerabantur, & qui ipsum arrectare, vel manus aut pedes eius osculari poterant, felicissimos se reputabant, omnemque ubi possi-
bilem honorem exhibebant. Vnde factum est, ut socius admiraretur valde, sed inde va-
lidius quod vir sanctus honorificantes non repellebat. Simplici proinde audacia admonere

*Honores sibi
factos non
segn.*

volut, fugiendos horum honorum, dicens: Pater, non animaduertis quæ circa te fiunt? non attendis ad istos applausus humanos? Tantum abest, ut hos pro Christiana humilitate repellas, ut potius ex affectu humano videaris in eisdem complacere. Quænam hæc, Pater complacentia tam aliena à Dei seruis? Cui vir sanctus maiorem admirationem incussit hac sua responsione: licet plurimus tibi videatur mihi honor impensus, attamen scias me reputare hos parum, aut nihil mihi exhibere illius honoris, quem deberent impendere. Ad hos sermones infirmi socij penè moti sunt pedes, penè effusæ sunt gressus ad scandalum, cuius ut subueniret infirmitati humili pater subiunxit: Vide frater & intellige, omnem hanc reuerteniam ad Deum remitto, nihil illius mihi tribuo, nec proprio, sed me ipsum con-
seruo, & confirmo magis in face meæ humilitatis & vilitatis. Veluti lapidez statu, aut li-
gneæ effigies, quibus debitus offertur cultus, nec tamen hinc extolluntur, aut tument, sed sub eadem permanentes materia, omnem honorem transmittunt ad suos prototypos pro-
pter quos adorantur. Homines autem ex hoc non modicum lucrantur, quia Deum recon-
gnoscunt & honorant in suis creaturis, & in me omniū vilissima. Qua pia & discteta ra-
tiocinatione deluit ex discipuli mente, quod obuenerat offendiculum.

*Bonav. c. 6.
ante med.
Hamuli &
egregia Frä-
cifa fonsen-
sia.
Eccl. 11. 10.*

Inter hos vero honores studebat bona Domini sub arcano pectoris recondere: nolens VII. patere gloriæ, quod posset occasio esse ruinæ. Nam sæpe cum beatificaretur à pluribus ver-
bum huiusmodi proferebat: filios & filias adhuc habere possum; nolite laudare nondum securum: Nemo laudandus, cuius incertus est exitus. Ista quidem laudantibus; ad se autem sic: latroni si tanta conculisset altissimus, gravior te foret Francisce. Dicebat fratribus sæpe: de omni quod peccator potest, nemo sibi debet iniquo plausu blanditi. Peccator, ait, ieiunare potest, orare, plangere, carnemque propriam macrare: hoc solu non potest, Do-
mino, scilicet, suo esse fideli. In hoc itaque gloriandum, si suam Domino gloriam redi-
dimus; si fideliter seruientes ipsi, quidquid donat, fideliter adscribimus.

*Leg. Greg. 9.
Quænam ho-
mum ei exba-
betatur.
Cant. 1. 14.*

Tantam autem ei præstitam honorificentiam scribitur in legenda Gregorij IX. ut ad VIII. eius ingressum in ciuitates & castella clerici obvius procederet, pulsarentur campanæ, exulta-
rent viri, congauderent feminæ, applauderent pueri, & cum ratis, hymnis, & canticis totus occurseret populus. Confundebatur ad sancti viri præsentiam heretica prauitas, ex-
tollebatur & confirmabatur fides Ecclesiæ; & tanto iubilo collætantibus fidelibus, latita-
bant, nec coram audebant hereticæ apparet. Nam tanta vigebant in eo sanctitatis signa,
ut nemo heterodoxorum, illi se auderet opponere, dum ad plenum promptissimo & humili affectu respiciebat vniuersitas populorum. Efferebant in plateas infantulos & infirmos,
ut sua benedictione donaret, panes proponebant ut benediceret, quos pro morborum me-
delis seruabant; Quidquid manu tangebat, virtutem participasse Dei hominis cōperiebant
in curatione languorum. Fimbrias vestimenti resecabant, ideoque aliquando indiscretè, ut
cōmuniter à tergo seminudus remaneret, donec à circumstantibus alio operiretur amiculo.
In tanto circumstrepente tumultu admiranda inerat mentis tranquillitas, sursumque
adhibebat studiū ne quis vel minimo auræ popularis puluere sordidaretur. Insensibilem
se omnibus exhibebat honoribus, exteriores lentiſ ſumma vigilantia recolligebat, interio-
ribusque religiosè compotis ſoli Deo vacabat. In foraminibus pette, in caverna macerie, in
Christi passi meditatione verſabatur in mediis honoribus. A quibus postquam ſe expedie-
bat, ſolitaria ſibi eligebat loca contemplationibus apta, pernoctansque in oratione Dei ſuam
conſiderabat misericordiam, & Dei erga ſe dignantissimam milericordiam.

- | ANNO CHRISTI
1212. | INNOCENT. III.
ANNO 15. | FREDERICI II.
IMPER. ANNO 2. | RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 5. |
|-----------------------|--|---------------------------------|--|
| IX. | Vita sanctitatis opinionem & veritatem conciliabat etiam hunc cultum & veneratio-
nem vitz innocentia, simplicitas verborum, puritas cordis, ardens in omnes charitas, sua-
uitas morum, & aspectus angelicus. Verè ipsa exterior compositio, & corporis dispositio,
naturalisque complexio omnium movebat affectus. Hanc plenè descripsit proximè citata
legenda, his ipsis, quæ subiicio, verbis: [Erat sanctus Pater noster gratus omnibus, quia
dulcis in moribus, natura placidus, in sermone affabilis, in exhortatione benignus, in com-
misso fidelis; prouidus in consilio, in negotiis gratiolus & efficax, mente serenus, animo
sedatus, spiritu sobrius, in contemplatione suspensus, in oratione assiduus, in proposito
constans, in virtute stabilis, in bonis proficiens, omnibus idem factus, ad indulgendum fa-
cilius, ad iram tardus, liber ingenio, memoria tenax, subtilis in differendo, circumspectus in
eligendo, in dictis & factis simplex, rigidus in se, pius in alios, discretus in domesticis fra-
trum, & externis secularium conuersationibus. Facundissimus eloquio, facie hilaris, vultu
benignus, insolentiz expers, statura mediocris paruitati vicinior. Caput mediocre ac ro-
tundum; facies utcumque longa & protensa, frons plana & parua; mediocres oculi, nigri,
& simplices; fulci capilli, supercilia recta; nasus æqualis, subtilis, & rectus; aures erexitæ,
sed paræ; tempora plana; lingua placabilis, ignea, & acuta; vox vehemens, dulcis, & cla-
ra, atque sonora; dentes coniuncti, æquales & albi; modica labia, ac subtilia; barba nigra
pilis non plene raspera; collum subtile, humeri recti, brevia brachia, tenues manus, digiti
longi, vngues producti, crura subtilia, paruuli pedes, tenuis curvis, caro paucissima, aspera
vestis, breuissimus somnus, manus largissimæ, omnium humillimus, erga cunctos mansue-
tus, omnium moribus vitiliter se conformans, inter sanctos sanctus, inter peccatores quasi
vnum ex illis.] Hanc eandem paucis mutatis sancti viri physiognomia descriptionem tran-
scripserunt Pisanius, & Rodulphus. | | Leg. Greg. 9.
Physiogno-
mia & de-
scriptio S.
Franc. 2. |
| X. | Post proficuum hunc discursum, & nobilem hanc deprædationem iam constitutus in
zdicula Affubate sibi per primos dies vacans, diligenter examine disceutiebat, si quid ei ter-
reni pulueris in huius excursus & conuersationis inter seculares, aut præstigi vndique ho-
noris, adhæsit, quem secura in se correptione animaduertens protinus excusit. Nouis quo
secum duxit, tyronibus regulas & monasticæ disciplinæ modum præscripsit. In populum
mox processit sacro illo & salutari quadragesimæ tempore prædicatus, diabolum depræ-
daturus. Omni conatu, sancta conuersatione, miro exemplo, ferventi oratione, & quoti-
diana prædicatione inimicum deturbare accelerat, prædari festinat, spolia detrahit, multos
ex vrbe & vrbis comitatu Dei adscribens militiz. Cœpit ex hoc Christi vinea germinare
germen odoris Domini, & productis ex se floribus suavitatis & honestatis, vberes fructus
afferre. Conuergebantur etiam Virgines ad perpetuum celibatum, inter quas virgo Dœ
charissima Clara, ipsarum plantula prima, tamquam flos vernans & candidus, odorem de-
dit, & tamquam stella præfulgida radiavit. Huius plena & perfecta conuersio accidit in
ipsa Dominica Palmarum modo infra describendo, ad quem oportet præfigere sanctæ
Virginis ortum & originem, quæ casto stylo narravit doctus, sed ignotus author anno à
S. Virginis obitu secundo iussu Alexandri IV. Pontificis, ut ex eius præfatione, quam sub-
iungimus, legenti constabit. Vitam hanc transcripsero Surius & Sedulius, cui nos intermi-
scerimus quædam ex legendis & chronicis antiquis, canonizationisque processu. | | Pisan. cof.
10.
Rodall. I. 1.
fol. 4 |
| XI. | Ita vero Anonymus hic S. Virginis orditur historiam: Quasi veterani mundi senecta
vrgente fidei caligabæ visus, morum nutabat gressus, marcebatur virilium operum fortitu-
do; quidimo faces temporum, fæces comitabantur etiam vitiorum, cum amator hominum
Deus, ex suis pietatis arcano, sacrorum ordinum suscitans nouitatem, prouidit per eos &
fidei fulcimentum, & reformatis moribus disciplinam. Dixerim certè modernos partes
cum veris sequacibus, luminaria orbis, viæ ductores, vitz magistros: in quibus meridia-
nus fulgor mundo ad vesperam consurrexit, vt lumen videat qui in tenebris ambulat. Nec
decuit infirmioris sexus adiutorium sibi deesse, quem libidinis gurgite interceptum, non
minus ad peccandum trahebat voluptas, & magis fragilitas impellebat. Suscitauit pro-
pterea pius Deus virginem venerabilem Claram: atque in ea clarissimam fæminis lucer-
nam accendit: quam, & tu Papa beatissime super candelabrum ponens, vt luceat omni-
bus qui in domo sunt, virtute cogente signorum, sanctorum catalogo adscripsisti. Horum
ordinum te Patrem colimus, te nutritum scimus, te protectorem amplectimur, te domi-
num veneramus: quem sic per maximæ nauis regimen vniuersale solicitat, vt parua quo-
que nauicula curam singularem & solicitam non excludat. | | Multos Affi-
fiates conuer-
tit ad Chri-
stum. 8. 1.
Bonav. c. 4.
Item S. Cla-
riam.
Infra q. 11. |
| XII. | Sanè placuit Dominationi vestrz, mez paruitati iniungere, vt recensitis aëribus S. Clara
fieri. | | Alexander
filius quar-
sus.
Historia
legentium. |

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Ex explica-
tione.*
legendum eius formarem; opus certe quod mea ruditas multum formidabat, nisi Pontificalis auctoritas, verbum coram posito iterum atque iterum repetiisset. Igitur me colligens ad mandatum; nec rurum ratus per ea procedere, quæ defœtiva legeram: ad socios B. Francisci atque ad ipsum collegium Virginum Christi perrexii; frequenter illud corde reueliens, non licuisse antiquitus historiam texere, nisi iis qui vidissent, aut à videntibus acceptissent. Iis, inquam, veritate prævia, cum timore Domini me plenius instrumentibus, aliqua colligens & plura dimittens, piano stylo transcurri: ut quia magnalia Virginis legere delectabit, ruditis intelligentia non inueniat, vbi pro verborum ambitu tenebrescat. Sequuntur ergo viri viros, verbi incarnati nouos discipulos, imitantur feminæ Claram, Dei matris vestigium, nouam capitaneam mulierum. Vobis autem sanctissime Pater sicut in his corrigiendi, subrahendi, & addendi plena manet auctoritas: ita mea per omnia subiaceat, concordat, flagitatque voluntas. Valere vos faciat Dominus Iesus Christus nunc & in æternum, Amen.

*Ideas c. 1.
Progenies S.
Clara.*
. Admirabilis femina Clara vocabulo & virtute, de ciuitate Assisi, clara satis genere XIII.

*Pietas Hor-
tulana ma-
tri S. Clara.*
Pietas Hortulana matre S. Clara. traxit originem: B. Francisco primo fuit concius in terris, conregnans postmodum in excelsis. Pater eius miles, & tota veroque patente progenies militaris. Domus abundans, & copiosa iuxta morem patriz, facultates. Mater eius nomine Hortulana, fructiferam in horro Ecclesiæ planeulam paritura, fructibus bonis & ipsa non mediocriter abundabat. Nam quamvis maritali iugo subdita; quamvis curis familiaribus alligata; vacabat tamen pro posse diuinis obsequiis, insistebat operibus pietatis. Ultra mare liquidem cum peregrinantibus deuota transiit: & loca illa perlustrans, quæ Deus homo sacris vestigiis consecraverat, tandem cum gaudio remeauit. Item ad S. Michaëlem Archangelum causa orationis accessit, & Apostolorum litima deuotius visitauit. Quid plura? ex fructu arbor cognoscitur, & fructus ex arbore commendatur. Præcessit in radice diuini copia munera, vt in ramusculo sequeretur abundantia sanctitatis. Prægnans denique mulier, & partu iam vicina, cum ante crucem in Ecclesia, crucifixum attente oraret, vt eam de partu periculo salubriter expediret: vocem audiuic dicentem sibi: Ne paukas mulier, quia quoddam lumen salua parturies, quod ipsum mundum clarus illustrabit. Quo edocta oraculo, natam infantulam sacro baptismate renascentem Claram vocari iussit, sperans promissi luminis claritatem, pro diuinæ beneplacito voluntatis, aliqualiter fore complendam.

*In Appar. §.
3. n. 3
Genealogia
S. Clara.
Rodulph. I. 2.
fol. 111.
Cimarell. 4.
pat. chron.
1.6. c. 15.
Ideas fol. 117.*
Genealogiam S. Virginis non obseruauit hic auctor, quam tamen ego accepi ab eodem XIV. ciue Assisiote, à quo supra admonui tradidam etiam parentum D. Francisci seriem. Rodulphus progenitores Claræ recenser, sed parum aliter quam habeat hæc genealogia. Paulus ex nobilissima olim illius urbis familia, quæ Sciforum (seu de Fuiti) vt habet R. P. Bartholomæus Cimarella fortassis ex parte materna) dicebatur; proauus fuit S. Claræ; hic genuit Berardutum Scifi, sive vt habet Rodulp. Bernardum. Huic tres filij Fauaronus/Rodulpho Fauorinus / Paulus, Monaldus; qui præclarri fuere milites, & terrenarum rerum facultate locupletes. Fauaronus ex Hortulana nobili & sancta heroina suscepit filias Claram, Agnetem, & Beaticem sanctam progeniem, quæ genitrici amplioris factæ sunt magistræ virtutis, quas etiam ad claustra secuta miraculis post obitum viri resplendens. Beaticis non minit Rodulphus, atamen alibi dum Claræ recenser discipulas, sororem esse testatur. Paulus procreauit Berardutum iuniorem, & Angelam, quæ Claræ consanguineæ adhæbit. Berardutus filium habuit unicum, beatum Russinum Scifi, Francisci sebastorem. Monaldus vero tres generauit liberos Bosonem, Iolom, & Finum. Bosonis filius fuit B. Sylvester Scifi Francisci postea sebastor. Ultra hunc gradum non inueni, qui amplius deduceret humius sanctæ feminæ progeniem, licet prædictus Cimarella assertat B. Bernardinum Feltrensem Tomitanum Assisi prædicante in circa annum 1487. quoddam adhuc sanctæ Claræ stirpis offendisse, & reuerenter salutasse.

*Rodul. cit.
De nomine
Clara.*
Nec prætereunda absque consideratione præclara Virginis nomenclatura, de qua ita XV. Rodulphus: Si nomina imponi debent à proprietatibus rerum, cum ipsa sint rerum nota, & signa indicativa, quamvis nominum impositio plerumque ad placitum sit, vt plurimum tamen sunt nomina rei consecutiva, sicuti in B. Clara Assisiæ oernimus, de qua canit Ecclesia, Clara re, Clara nomine Nihil enim opus est verbis, cum ea res cuius causa verba quæsita sunt, intelligatur: quæ tamquam nōs vernans & candidus à Diuo Francisco instituta, eius disciplinam, & genus vita simulata est: quod multo ante fuerat prænunciatum, dum adhuc esset, vt iam dictum est, in utero materno.

*Auctor vita
C. I. 1. c. 2.*
Edita mox in lucem parvula Clara, tempestiuè satis in umbra saeculi, cœpit clarere XVI. lumine,

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
Jurmine, atque intra teneros annos inorum splendore probitate. Docili corde primum ex matris ore fidei rudimenta suscepit; & spiritu interius conflante paciter & formante vas reuera purissimum, vas innotuit esse gratiarum. Extendebat libenter ad pauperes manum suam; & de abundantia dominus sua supplebat inopias plurimorum. Et ut suum sacrificium gratius esset Deo: proprio corpusculo delicata subtrahebat cibaria, clamque per interdarios mittens reficiebat viscera pupillorum. Sie ab infancia secundum miseratione crescente, mentem compasiam gerebat, miserorum miseras miserantem:	Matt. 1. p. hb. 1.c.4. & 1.8.c.1. Eduard. S. C. 1.4.		
XVII. Sancte orationis studium habebat amicum, vbi saepius odore bono respersa paulatim viram calitem actitabat. Et quia signacula non habebat, quorum evolutione diceret orationes dominicas: congerie lapillorum suas oratiunculas Domino adnuinebat. Non fecus ac priscus ille monachus Paulus in Pherme, qui mons in Sceti est, qui ut habent Nic. ceph. Calist. & Palladius, in orationibus quotidie sine intermissione se exerceens, eas veluti quoddam tributum, ad trecentas numero Deo offerebat. Ne autem ab eo numero abertaret: lapillos in sinum deponebat, & ad precationes singulas, singulos eliciebat calculos, quibus ad eum modum consumptis, precatiores cotidem absolutas ei esse constabat. Vbi autem virgo Clara frequenti oratione amoris stimulos primos sentire coepit, mundani floris picturam instabilem iudicat contemnendam: & Spiritus sanctiunctione praedita vilibus rebus premium sumponere vilitatis. Sub vestibus namque pretiosis ac mollibus ciliciolum gerebat absconditum: mundo exterius florens, Christum interius induens. Denique suis eam nobiliter maritare volentibus, nullatenus acquieuit: sed dissimulato imposterum mortali coniugio, virginitatem suam Domino commendabat. Talia fuerunt in domo materna sua delibamenta virtutis: tales primitus spiritus, talia præludia sanctitatis. Tantis itaque redundantem vnguentis, velut cellam aromatum licet clausam, ipsa sua fragrantia manifestat. Ore quidem vicinorum laudari nescia coepit: & secretos actus veridica fama prodente, rumor bonitatis eius vulgabatur in populo.	Idem ibid. Affidua in oratione. C. 37. Pallad. iii. hist. Sancta- ca fed. 20. Sphaerula pre- cestrum vte- batur.		
XVIII. Audiens vero tunc celebre nomen Francisci, qui velut nouus homo obliteratus in mundo viam perfectionis, nouis virtutibus renouabat: mox alloqui cum desiderat, & videre; suadente hoc ipso Patre spirituum, cuius iam vterque, licet differenter, accepérat primi- tiva. Nec minus ille tam gratiosus puellæ celebri fama perflatus, videre hanc & alloqui cupit: si quo modo qui totus inhiabat ad prædam, regnumque mundi debellaturus adueniat; nobilem istam præculo nequam possit eripere, suoque Domino vendicare. Visitat ille istam, & saepius ista illum, visitacionum suarum tempora moderantes: quibus diuinum illud studium, nec percipi ab homine possit, nec rumore publico detectari. Nam unica tantum comitante familiaris socia, (quam dominam Bonam Guelfuccij dictam obseruat Marianus) paternos lares puella egrediens clandestinos ad vitum Dei frequentabat Marian. c. 9. accessus: cuius sibi verba flantmantia, cuiusque ultra hominem verba & opera videbantur. Horribatur eam pater Franciscus continuè ad mundi contemptum, spem sacculi aridam, spem deocepitam viuo sermone demonstrat. Stillabat auribus eius dulcia connobia Christi. Iti, suadens virginalis pudicitiae margaritam beato illi sponsu, quem amor humanauit fore seruandam. Quid immoratur multis: Instante Patre sanctissimo, & moe fidelissimi paronymphi solerter agente, non trahit in longum virgo consensum.	Fit Franciscus familiaris. § 1.		
XIX. Aperitur ei protinus ætérnorum invenitus gaudiorum, quorum conspectu mundus ipse vilesceret, quorum desiderio à semetipsa liqueceret, quorum amore ad supernas nuptias aohelaret. Cœlesti namque lighè succensa: terrenæ gloriā vanitatis sic ex alto contempsit: ut nil iam de mundi applausu eius affectibus inhaeret. Carnis quoque illecebras perhorrescens iam thorum in delicto se nescituram proponit, soli Deo de corpore suo templum facere euplens & magis Regis connubia virtute promiceri contendens, ex tunc Francisci consilio se tota committit: ipsum post Deum statuens suz directionis aurigam. Pendet exinde anima eius ad sacra illius inonita, & de bono Iesu, calido excipit pectore, quidquid promis ille sermone. Moleste iam fert secularis ornatus décorum: & quasi stercus arbitrabatur omnia, quæ fotis applaudunt, ut Christum lucisfacere posse.	Cœlistem proponi ser- uandum.		
XX. Protinus ne speculum illibatæ mentis mundanus puluis viterius inquinet, aut contagio secularis vita æzymam fermentat etatem: properat pius pater Claram educere de sæculo tenebroso. Instabat Palmarum dies solemnis, cum ad vitum Dei puella fervido corde se confert; sciscitans de sua conuersione, quando & qualiter sit agendum. Iubet Pater Franciscus, ut in festo compita & ornata procedat ad palmam, cum frequentia populorum: ac nocte sequenti exiens extra castra, mundanum gaudium conuertat in luctum Dominicæ passionis.	Dominica Palmarum de mundi capu triumphare.		

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

passionis. Die itaque Dominico veniente, in turba dominarum splendore festivo puella prætadians, cum reliquis intrat Ecclesiam. Vbi illud digno præfigio contigit, ut ceteris ad ramos concurrentibus, dum Clara præ verecundia suo in loco maneret immota: Pontifex per gradus descendens usque ad eam accederet, & palmam suis in manibus poneret.

Nocte sequenti ad sancti Patris mandatum se præparans, opratam fugam cum honesta societate aggreditur. Cumque ostio consueto exire non licuit, aliud ostium quod lignorum & lapidum pondera obstruebant, miranda sibi fortitudine propriis manibus referavit. Igitur anno etatis suæ decimo octavo (ut obseruat Marianus, & factò compuro annorum quibus vixit, rectè deducit Sedulius) domo, ciuitate & consanguincis derelictis nocte illa Dominicæ palmarum, quæ in 19. incidit Martij, ut idem vult Marianus, ad S. Mariam de Portiuncula festinavit: ubi fratres, qui in aula Dei sacras excubias obseruabant, virginem Claram cum luminaribus receperunt. Mox ibi reiektis cordibus Babylonis, mundo libellum repudij tradidit: ibi manu fractum crines deponens, ornatus varios dereliquit. Nec decuit alibi florigeræ virginitatis ordinem, ad vesperam temporum excitari, quam in eius aula, quæ prima omnium arque dignissima sola extricata mater & virgo. Hic locus ille est, in quo noua militia pauperum duce Francisco, felicia sumebat primordia: ut liquido videtur utramque religionem mater misericordiz in suo diuersorio parturire. Cum autem coram altari B. Mariz, sanctæ penitentie suscepisset insignia, & quasi ante thorum huius virginis, humilis ancilla Christo nupissit: statim eam ad Ecclesiam S. Pauli monacharum nigraturum sanctus Franciscus deduxit, donec aliud prouideret Altissimus, in eodem loco mansuram.

*Marianus. s. 1.
Sedulius. in
notis ad yi-
tam S. Cla-
rae c. 17.
Nostri sequi-
ti sedulari à
S. Francisco.
Apud adam
Portiuncula. or-
do Marianum
& Claræ
vñctus. maria
Auton. 1. p.
tit. 1. c. 7.*

Ad consanguineos autem rumore volante, dilacerato corde factum & propositum Virginis damnant: & congregati in unum currunt ad locum, tentant quod obtinere non possunt. Violentiae impetu, venena consiliorum, blandicias adhibent promissionum: suadentes ab huiusmodi vilitate discedere, quia nec generi congruat, nec exemplum habeat in concreta. At illa pannos apprehendens altaris, caput denudat attonsum: firmans se nullatenus à Christi seruicio ulterius auellendam. Crescit animus bello croscente suorum, visque ministrat amor iniuriis lacesitus. Sic per plures dies, cum in via Domini obicem patetur, & sui se opponerent eius proposito sanctitatis; non collapsus est animus, non seruor remissus: sed inter verba & odia, ad spem animum tam diu reformat, donec propinquai retusa fronte quiescunt.

*Anony. c. 1.
Marian. cit.
Auton. cit.
Eius precibus
convertitur
Agnes for. Agon. c. 16.
Marian. 3.*

Paucis interiectis diebus ad Ecclesiam S. Angeli de Panso ordinis S. Benedicti iuxta ciuitatem Assisi transiuit, eam comitantibus ipso viro Dei Francisco, & duobus eius discipulis Bernardo & Philippo. Hic in tenebra adhuc conuersione quanta & quam mirifica fuerit virtus orationis ipsius apparuit, qua sororem suam Agnetem ad Deum conuertit, conueritamque defendit. Dolebat domi relicta, seculique periculis expositam sororem hanc statim teneram, carne ac puritate germanam i cuius conuersationem desiderans, inter precum primicias, quas Deo plenis affectibus offerebat, hoc postulabat obnixius, ut sicut cum sorore habuerat in seculo coherentiam animorum, ita iam in Dei seruicio, fieret inter eas unitas voluntatum. Orat igitur instanter Patrem misericordiz, ut relicta in domo sorori Agneti mundus desipiat, dulcescat Deus: eamque sic à proposito carnalium ouptiarum, ad sui amoris copulam transferat; quatenus una secum in virginitate perpetua sponso gloriz nubat. Mirandus enim utrique insederat mutuus amor; qui nouam diuulsionem, licet affectu dissimili, utrique fecerat dolorosam. Fauet celeriter divina maiestas egregiaz oratrici: primum illud donum quod præcipue postulat, quodque magis Deum exhibere delerat, festinantius elargitur. Nam post sexdecim dies à conuersione Claræ, Agnes diuino afflata spiritu, properat ad sororem, eiique suæ voluntatis arcanum reserat, dicens: se velle penitus Domino deseruire. Quam illa gaudenter amplectens: Gratias inquit ago Deo, dulcissima soror, quod me de te solitam exaudiuit.

*Confangui-
ni foribus
mariæ.*

Miram hanc conuersationem fatis est miranda defensio subsecuta. Cum enim felices sorores, apud Ecclesiam sancti Angeli de Panso, Christi vestigiis inhærent; atque illa quæ plus de Domino sentiebat, suam eruditæ nouitiæ & germanam: repente contra puellas noua consanguineorum prælia suscitantur. Audientes enim Agnetem ad Claram transiisse, eurrunt ad locum sequenti die duodecim viri furore succensi; & conceptam realitiam dissimulantes exterius, pacificum prætendunt ingressum. Moxque ad Agnetem conuersi/nam de Clara iam ante desperauerant:) Quid tu, inquiunt, ad locum istum venisti? festina quæcocius domum redire nobiscum. Qua respondentे, nolle se à forore sua Clara discedere.

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

dere; irruit in eam miles unus animo efferrato; & pugnis calcibusque non parcens, eam per capillos abstrahere conabatur, ceteris impellantibus & suis brachiis leuanebus eam. At proba iuuencula dum quasi à leonibus capra de manu Domini raperetur, exclamat dicens: Adiuua me soror charissima, nec me Christo Domino tolli permittas. Cum ergo violenti predones adolescentulam renitentem, per deuexum montis abstraherent, vestes abrumperent, vias crinum laceratione complerent: Clata cum lachrymis in oratione procumbens, petit sorori mentis constantiam tribui, petit vires hominum diuina potentia superari. Confestian vero tubero pondere, corpus illius in terra iacentis figi videtur, ut illam plures homines, suis conatibus admittentes, nequaquam valeant ultra quemdam rivulum asportare. Accurrentes etiam aliqui de agris & vineis, auxilium illis praestare contendunt: sed corpus illius de terra leuare nullatenus possunt. Dumque in suo conatu deficiunt, verbo iusorio miraculum extollunt, dicentes; tota nocte plumbum comedit: & ideo si ponderat, non est mirum. Nam & dominus Monaldus patruus eius, cum in tanta rabie confitatus, veller eam lethaliter pugno percucere: manum quam leuauit, subito dirus dolor invaserit, cumque usque ad plura tempora doloris angustia cruciavit. Ecce autem post longum agonem, Clara peregens ad locum, rogat propinquos à tali confitu discedere: & Agnetem seminecem iacentem suz solicitudini commendare. Quibus infecto negotio, cum amaro animo recedentibus, Agnes iucunda surrexit: & iam cruce Christi gaudens, pro quo hac prima pugna certauerat, se diuinis seruitis perpetuo mancipauit. Siquidem & beatus Franciscus manu sua ipsam totondit, & una cum sorore in via Domini erudituit.

XXV. Dum autem sancte Virginis Claræ præclaram iam adeptæ discipulam non plene mens inter illas sanctimoniales quiesceret, tandem ad Ecclesiam S. Damiani ex B. Francisci consilio simul cum sorore migravit. Ibi mentis anchoram quasi in cerro figens, non iam pro loci mutatione ulterius fluctuat, non pro arctitudine dubitat, nec pro solitudine reformat. Hæc est illa Ecclesia, in cuius reparatione Franciscus miro desudauerat studio, cuiusque sacerdoti pecuniam obtulerat pro opere reparando. Hæc est in qua dum Franciscus oraret, vox ad eum de ligno Crucis delapsa insonuit; *Francisce, vade, reparare domum meam, quæ, ut cernis tota destruatur.* In huius locelli ergastulo, celestis amore sponsi virgo se Clara conclusit; in hac sc à mundi tempestate celans, corpus, quoad viueret, carcerauit. In huius cauerna maceriz columba deargentata nidificans, Virginum Christi collegium genuit, monasterium sanctum instituit, pauperum Dominarum ordinem inchoauit. Hic in via penitentiz glebas membrorum terit, hic semina perfectæ iustitiae seminat, hic incessu proprio signat vestigia secuturis. In hoc arcto reclusorio per quadraginta duos annos discipline flagellis strangit sui corporis alabastrum, ut domus Ecclesiaz repleatur fragrantia vnguentorum.

xxvi. Non prius introducta Clara in cubiculum Regis aterni, & in cellarium sponsi celestis, quam ordinauerit in ea charitatem, & aliæ adolescentulæ latetæ sint & exultarint memores & factæ participes uberum tantæ in virginem diffusæ charitatis. Spargitur enim paulo post opinionem sanctitatis eius per proximas regiones: ut in odorem vnguentorum eius vnde que mulieres currant. Festinant virgines, eius exemplo, Christo seruare quod sunt; matritatæ caltius agere satagunt: nobiles & illustres amplis contemptis palatiis, arcta sibi monasteria construunt, atque pro Christo in cinere & cilicio viuere, magnam gloriam ducent. Concitatatur nihilominus ad coquinata certamina iuuenium impetus: & ad carnis aspernenda ludibria, per infirmioris sexus exempla fortia prouocatur. Plures denique matrimonio iuncti mutuo consensu continentium se lege vincientes, viri ad ordines, vxores ad clara monasteria transeunt. Mater filiam, filia matrem inuitat ad Christum: soror sorores allicit, & amita neptes. Omnes æmulo seruore Christo seruire desiderant: omnes huius vice angelicæ, quæ per Claram inclaruit, fieri participes optant. Innumeræ Virgines Claræ rumoribus excitatae, dum ad claustralē vitam transire non prævalent, in paternis domibus sine regula regulariter vivere student. Tanta hæc salutis germina virgo Clara suis parturiebat exemplis, ut in ea videretur impleri propheticum illud; *Atulti filij deserta magis, illi. 54. 1. quam eius que habet virum.*

xxvii. Cum communi omnium tam nostrorum, quam exeriorum historicorum consensu hoc anno vitam mutarit hæc sacra virgo, & Clarissarum instituto dederit initium, nescio unde irreperitur occasio authori epitomatis thesauri antiquitatum, & vitarum Imperatorum quod Jacobus de Strada Mantuanus edidit, nec non aliis, quos refert Joannes Pineda, ut assererent Constantiam Augustam Frederici secundi matrem, antequam Henrico sexto impe-

*Constantia Aug. s. nō
fuit. Cl. n. 4.
Strada. in Henrico 6.
Pined. i. 1.
monach. Ecc. c. 2. 1.*

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*E. Emil. in
Philip.*
ratori daretur in coniugem, monialem fuisse professam in monasterio S. Claræ Panormitanæ. Etenim eam Henricus sibi desponsauit circa annum 1190. viginti & amplius annis antequam Clarissarum institutum haberet originem. Qui ergo potuit fieri ut sanctæ Claræ fuerit monialis? Sane Germani, teste Paulo Aëtilio, hoc & alia quæ de ea referuntur fabulosæ vanitatis arguunt, atque ita res in suos quamque annos digerunt, ut pudeat pigearque tantæ asseverationi diligentia que fidem abrogare.

Vt cumque sit de Constantia, Clara adhibitis sibi sociis, suæque vitæ simulacris, spiritualis xxviii vitæ rudimenta, & excelsioris deinde perfectionis normam à sancto accepit magistro. Qui ut sacrarum virginum res composuit, corporum custodiz consuluit, & cuncta ad felicem exitum deduxit; ad interiora sua conuersus, quid potissimum sibi agendum esset, secum medicabundus expendit. Dubitauit an domi hærendum, vel petegre proficiscendum? an acquisitioue fouendi, vel plures acquirendi discipuli? an intra Umbrias fines latendum, vel ad exteriores prodeundum regiones? an deinum orationi & contemplationi incumbendum, vel potius alijs debeat solerter proficere? fidelis revera famulus & Christi minister, nihil absque superni numinis magisterio facile intentabat, vique cuncta fideliter & perfectè peragerer, illis potissimum virtutum exercitiis intendebat, quæ sacro dictante spiritu, Deo suo magis placere cognouerat.

*Dubitas Frd
cifimus an po-
tius esse vel
predictus.
Bonac. c. 12.*

Dum ergo in magnam huiusmodi dubitationis agoniam incidet, quam multis diebus, xxix. ab oratione rediens terminandam fratibus sibi familiaribus proponebat. Quid, inquit, fratres consulitis, quid laudatis; an quod orationi vacem, an quod prædicando discurrat: siquidem ego patruulus simplex & imperitus sermone, maiorem accepi gratiam orandi quam loquendi. Videtur enim in oratione lucrum, & cumulus gratiarum; in prædicatione distributio quædam donorum cælicus acceptorum in oratione etiam purificatio interiorum affectuum, & vnitio ad unum verum & summum bonum, cum vigoratione virtutis; in prædicatione spiritualium puluerizatio pedum, distraictio circa multa, & relaxatio disciplinæ. Tandem in oratione Dcum alloquimur, & audimus; & quasi angelicam vitam agentes inter Angelos conuersamur: in prædicatione multa oportet condescensione ut ad homines: & humanè inter eos vivendo, humana cogitare, videre, dicere, & audire. Sed unum est in contrarium, quod videtur præponderare his omnibus ante Deum; quod videlicet unigenitus Dei Filius, qui est sapientia summa propter animarum salutem de sinu Patris descendit, ut suo mundulæ informans exemplo, verbum salutis hominibus loqueretur, quos sacri sanguinis & pretio redimeret, & emundaret lauacro, & poculo sustentaret; nihil sibi omnino reseruans, quod non in salutem nostram liberaliter erogaret. Et quia debemus omnia facere secundum exemplar eorum, quæ videmus in ipso, tamquam in monte sublimi: videtur magis Deo placitum, quod intermissa quiete foras egrediar ad laborem.

*A junioribus
non designa-
tur discere
Franciscus.*

Cumque per multos dies, verba huiusmodi ruminaret cum fratibus; certitudinaliter nequibat percipere, quid horum sibi foret, ut Christo verè acceptius, eligendum. Cum enī miranda nosset per spiritum prophetiz, hanc per se ipsum quæstionem dissoluere non valebat ad liquidum: Deo melius providente, ut prædicationis meritum, per supernum manifestaretur oraculum, & servi Christi humilitas seruaretur. Non erubescet à minoribus parua querere verus minor, qui magna didicerat à magistro supremo: studio namque præcipuo solitus erat exquirere quali via, qualique modo Deo posset secundum ipsius beneficium perfectius deteruire. Hæc summa eius Philosophia, hoc summum eius desiderium extitit, quoad virxit ut quereret à sapientibus, & simplicibus, & perfectis, & imperfictis parvulis & grandioribus, qualiter ad perfectionis culmen, virtuosius peruenire valeret.

*Viam Domini.
Vide anno
1109. n. 19.*

Viam Domini ab omnibus suscipiendo. Vide anno 1109. n. 19. Assumens itaque duos ex fratibus, misit ad fratrem Sylvestrum, qui crucem egredientem viderat de ore ipsius; & tunc in montem supra Alibium, iugiter orationi vacabat: ut diuinum super dubitatione huiusmodi responsum perquireret, quod sibi ex parte Domini demandaret. Hoc ipsum demandauit sanctæ virginis Claræ, ut per aliquam puriorem, & simpliciorem de Virginibus sub ipsius disciplina degentibus, & ipsa cum sororibus aliis orans, super hoc exquireret Domini voluntatem. Concordauerunt autem mirabiliter in id ipsum, superno eis reuelante spiritu venerabilis sacerdos, & virgo Deo dicata: beneplaciti scilicet esse diuini, quod Christi præco, ad prædicandum exiret. Reuerentibus itaque fratibus Philippo, & Masszo, quos huius diuinæ voluntatis misit exploratores, eos militari charitate, & reuerentia sanctus Pater exceptit, eorum pedes humiliiter ipse lauit, & osculatus est, deinde adhibita corporis charitativa refectione seorsim secum deduxit in sylvam, sanctæ zdi vicinam, positis genibus nudato & inclinato capite, & manibus cancellatis, profunda

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

profunda humilitate interrogauit sanctorum interlocutores, dicens: Quid iubet Dominus meus Iesus Christus ut faciam? Respondit fr. Massaeus: Charissime frater & Pater, tam fratri Syluestro, quam sorori Claræ, & sociis vna eademque fuit Iesu Christi benedicti sponsio, ut vadas ad prædicandum, quia non vocavit te propter te solum, sed propter salutem etiam aliorum, propter quos ponet verba sua in ore tuo. Tunc facta est ibi super eum manus Domini; & in fervore spiritus surgens, rotus ignitus virtute Alcissimi dixit: Eamus in nomine Domini. Et assumptis in socios eodem fratre Massæo, & fr. Angelo Reatino, exsurgens continuo succinxit se, & nulla proculs cuncta mora iter aggressus est. Ibat autem cum tanto fervore, ut diuinum exsequeretur imperium, tamque celeriter percurrebat, ac si facta manu Dei super eum, nouam induisset è cælo virtutem.

XXXI. Cum igitur appropinquaret Beuanio ad quemdam locum deuenit in quo diuersi genitrix avium maxima multicudo cōuenerat: quas cum sanctus Dei vidisset, alacritet cucurrit ad locum, & eas velut rationis participes salutauit. Omnibus vero exspectatis, & convertentibus se ad eum; ita, ut quæ in arbustis erant, inclinati capitibus cum appropinquaret ad eas, insolito modo in ipsum intenderent; usque ad eas accessit, & omnes ut verbum Dei audirent, sollicitè admonuit dicens: Fratres mei, voluctes; multū debetis laudare Creatorem vestrum, qui plumis vos induit, & pennas tribuit ad volandum; puritatem concessit aeris, & sine vestra solicitudine vos gubernat. Cuius autem eis hæc & similia loqueretur: auiculæ modo mitabili gestientes, cœperunt extendere colla, pretendere alas, aperire rostra, & in illum attente respicere. Ipse vero cum spiritus fervore mirando, per mediū ipsorum transiens, tunica contingebat easdem; nec tamen de loco aliqua mora est, donec signo Crucis facto, & licentia data, cum benedictione viri Dei, omnes simul auolarunt. Hæc omnia contuebantur socij expectantes in via. Ad quos reuersus vir simplex & purus, pro eo quod hactenus avibus non prædicauerat, cœpit se de negligentia inculpare. Perueniens autem ad ipsum castrum Beani, Plinio, & Propertio, qui hoc oppido natus est, Meuania, vulgo Italico, Beagna, post habitum ad populum sermonem, quo ad Dei amorem omnes incitauit, si non excitauit, adducta fuit ad ipsum prædicationis locum puella veroque orbata lumine, quam super læsas potentias ter suo sputo linuit in nomine Trinitatis, & mox saluam perfecteque respiciente parentibus restituit, ad cuius illuminatione externa multi illuminati sunt interius, alij sancto viro adhæserunt, & plurimi ad meliore vitâ resipuerunt.

XXXII. Refert prædicta Hugolinus à monte S. Marie in breuicula quam contexuit historia de sancti viri gestis in hoc itinere, quæ à p̄fato viri sancti socio fratre Massæo percepit, qui & addit, ex magno quod in hoc uno loco acquisivit, lucro animalium animuim induisse in Orientem pergere, & desiderium omnes ad veritatis lucem perducendi. Auxit sanctam hanc cupidinem fervens charitatis incendium, quo gloriosum sanctorum martyrum æmulabatur triumphum; in quibus nec amoris flamma extingui, nec fortitudo potuit infirmari. Desiderabat propreterea & ipse illa perfecta charitate succensus, quæ foras mittit timorem, per martyrij flamam, hostiam Domino se offerre viuentem: ut & vicem Christo pro nobis morienti rependeret, & ad diuinum amorem ceteros prouocaret. Hinc statuit urbem petere ut cum Pontificis summi licentia & benedictione Babylonem versus iter dirigeret. Relicto itaque vicario ædiculæ Petro Cathanæo, prædicans per loca omnia, per quæ transibat, venit ad castrum Albianum, Albianam olim dictum, in modico colle haud procul amne Tybeti in Umbria extructum, non longè à Tudertina ciuitate. Vbi congregato populo, & indiector silentio propter hirundines vidificantes in eodem loco, magnisque garritibus perstrepentes, audiri vix poterat; quas vir Dei, omnibus audientibus, allocutus est, dicens: sorores meæ, hirundines, iam tempus est, ut loquar & ego: quia vos usque modo sati dixistis: audite verbum Dei tenentes silentium, donec sermo Dei compleatur. At illæ tamquam intellectus capaces subito tacuerunt; nec fuerunt moræ de loco, donec fuit omnis prædicatio consummata. Omnes igitur qui viderunt, stupore repleti glorificauerunt Deum. Illius miraculi fama circuque diffusa, multos ad sancti reverentiam, & fidei devotionem accedit. In ciuitate namque Parisiensi, scholaris quidam indolis bonæ, cum locis aliis studio diligenter intentus, dum importuna garrulitate cuiusdam in festaretur hirundinis, dicere cœpit ad socios, hæc hirundo una de illis est, quæ virum Dei Franciscum prædicantem aliquando, donec silentium eis imponet, molestabant: & conuersus ad hirundinem fiducialiter ait: In nomine serui Dei Francisci præcipio tibi, ut ad me veniens continuò conticescas. At illa Francisci auditio nomine, quasi viri Dei disciplinis edocta; & statim conticuit, & ipsius manibus, tamquam tutæ custodiz se commisit. Stupefactus scholaris statim eam libertati restituit. & eius orationem amplius non audiuit.

Admonitus calamus ut predictet.

Ambul prædicas, & artem audiuit.

Plin. l. 15. c. 11.

Propri. l. 4.

Beana re-

cam sanas

puellam.

Hugolin. in

chron. MS.

Bonau. c. 9.

Cupit mors

pro Christo.

Ioan. 4:18.

Bonau. c. 12.

Hirundines

silentio in-

benes. & cō-

cionante an-

dunt.

Res mira.

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
<i>Romanus 10. pro Franci- scis. Mariae 10. § 1.</i>			
Aliis in itinere patratis miraculis Romanam peruenit, Pontificem adiit, longum habuit xxxiii cum eo sermonem de mirabili incremento religionis, de sancta conuersatione fratrum, & de diuinis arcanis, qualiterque Deus labantem mundum erigere, & senescentem renouare deceverit vniuersali morum reformatione. Suam etiam mentem aperuit de adiunctis Mahometanis & Tartaris, vt si quam eis faciem præferre posset veritatis Euangeliz. Ad quæ omnia summi opere gaudens pius Pontifex licentiam & Pontificiam benedictionem libenter impertii. Antequam autem ab urbe recederet, semel ac iterum in plateis prædicauit, & fratrem Zachariam Romanum signis & portentis postea mirificum, suo habitu donauit, quem demum misit in Hispaniam. Sancti huius discipuli diffusius dabimus infra vitam, & sepulturæ locum. In urbe etiam ad suam recepit sodalitatem. Guilielmum Anglicum, qui propter vitæ sanctitatem, quippe qui plura perpetravit.			
<i>Conversio B Zurbart. Anno 1222. n. 40. Rodul. L. 1. fol. 105. Marian. §. 4.</i>			
vnuens miracula, meruit locum duodecimum possidere, & diuino consilio connumetrati vnde decim Francisci discipulis, suffectus enim est velut alter Matthias, in locum Ioannis de Capella, qui ad ludæ exemplum laqueo se suspendit, & crepuit medius, vt supra adnotauimus. Obiit sub generalatu fratri Helie, Assisi, sepultusque est in Ecclesia inferiori magni conuentus, vbi cum plurimis coruscaret miraculis mira sanctæ obedientiæ virtute iussus ab eodem Helia, ne quidquam gloriam sancti Patris Francisci suis prodigiis deraheret, vt à patrandis miraculis cessaret, nullum edidit deinceps.			
<i>Albertus vi- vo Dei Iaco- ba Romana. Matian. §. 5.</i>			
Tunc adiutorio sancto vito virtute eius prædicationis allecta illustris & præclarata matro- xxxiv. na Jacoba de Septisolis, vidua inter Romanas nobilissima & distissima, de qua nos quædam adnotauimus ad epistolam 17. S. Francisci. Commota viri fama voluit audire prædicantem; ex prædicatione ortum vehemens desiderium colloquendi. Tandem obtinuit, & ut sepius ab eodem ita instrueretur de rebus cælestibus, vt postea omnia ei terrena vilesce- rent, nec amplius quodcum curaret quam de vitæ puritate, summa continentia, & morum reformatione. Transmissa ergo cura & solicitudine rerum familiarium in duos, quos habuit, filios, alteros postea Romanos Senatores, animæ solerter incubuit, & accepto cælius lachrymarum dono, præteritam vitam quotidianis profluuiis defleuit negligenter transiit. Cordialem concepit erga Franciscum & sodales devotionem, quos semper excipiebat hospitio, & omnibus charitatis prosequebatur officiis. Opem adhibuit ut obtineretur ab Abate sancti Cosmæ, vulgo Cosmati, in regione Transtiberina in vicino Xenodochio ad ripam Tyberis receptaculum quoddam, vel hospitium fratrum Romanorum aduentantium, quo sanctus Pater diuerrere solerat. & ubi adhuc religiosè eius cellula in sacellum communata, in qua aliquoties rem sacram peregi, ab omnibus honoratur, ut largius ad annum 1219. referemus. Sancte oratorium sub hoc tempore Romæ ha- buisse Franciscum, præ ceteris auctor est Matthæus Parisius, quod tamen interuentione huius illustris heroinæ, obtinendum volunt quidam ex nostris. Ob hæc itaque & alia beneficia piam feminam benignus Pater religiosè colebat, ad eiusque ædes confidenter & familiariter diuertebat, cum quæ & virginem Clara dumtaxat sanctam inierat amicitiam, & castissimum conubrium. Usque in finem d' lexit eam, ut videre est ex ultima quædam scriptis Epistolis, quam nos suo loco d' abimus; qua ad funus eam inuitabat. Nec in illa elanguit erga sanctum magistrum dilectio, nam Roma proficisciens cum filiis moribundo adstitit, quippe cui soli ex feminis cœnobiooli patebant interiora, morientem brachiis exceptit, defuncto pieratis exhibuit officia, quina & patentia iam vulnera sepius & dulcius exosculata. Sumptuosissimas celebravit exequias, & per plures dies gemebunda adhæsit sepulchro. Reuersa deinde Romam rebusque suis compositis, & mundo valedicendo rediit Assisi, ut superuentura mors à suo non separaret dilecto, sed in eodem tem- plo donaretur sepulchro. Ita factum, ut qui se inuicerent in vita dilexerunt, in morte non sint separati; nam prius in templo sancti Georgij tumulata, cum ab eodem sancti Parris corpus in ædem suo nomini sacram transfertetur, in eamdem transportata est hæc sancta matrona, in qua hodie cernitur sepulturæ locus in muro prope suggestum, in qua etiam recondita sunt cum matre ossa filiorum.			
<i>Matth. Pa- ris. ad anno 1217.</i>			
<i>Anno 1216. n. 16. Sed præcepit erga omnum quæsitionem.</i>			
Instructa autem hac pia matrona, & eductis secum præmemoratis discipulis, relictis- xxxv. que aliis in præfato xenodochio, reuertitur sanctus Pater Assisium, patefactoque sodali- bus sui itin' ris proposito cunctis benedixit, & ut in iugi regularis disciplina proficeret au- gmento affectuose commendauit. Recta hinc perrexit, ut haber legendæ antiqua, in ciuitatem Asculanam in Piceno nobilem: quem autem sibi adsciverit socium non memora- tur. Miru in modù desiderabat Asculanus populus hominē videre, quem omnes sanctum proclamabant,			
<i>Pergit Afas- lum. Leg. antiqu. Marian. §. 6.</i>			

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

proclamabant, in medio proinde positum omnes audire & videre gestiebant, adeo ut in plateis & compitis quoquaque progredientem turmatim sequeretur, & se inuicem ut vel pauperem lacernam contingenter, conculcarent. Triginta porto ibidem cum ex clericis, <sup>Triginta ibi
fusibus disci-
pulis.</sup> tum ex laicis ad suum sodalitum recepit, quos ad exercitas à se zodiacas transmisit.

xxxvi. Non substituit diu hoc in loco, sed ztu percitus martyrij ad maritimum progressus portum, nauem quandam ad Syriæ partes tendentem, conscendit, sed ventis contrariis flatus, compulsus est in Sclauoniz partibus applicare. Cum igitur moram aliquamdiu contraxisset ibidem, nec iuuenire posset nauem tunc temporis transfretantem: fraudatum suo desiderio se seniens, nautas quosdam Anconam tendentes, ut amore Dei eum secum ducent, exorauit. Verum illis propter expensarum defecatum pertinaciter recusantibus; vir Dei plurimum de Domini bonitate consilus, nauem cum socio latenter conscendit. Adfuit quidam à Deo, ut creditur, pro paupere suo missus, qui secum ferens necessaria vietus, quendam timorem Deum de naui ad se vocatum, sic allocutus est: Hzc pro pauperibus fratribus in naui latitantibus conserua fideliter, ac necessitatis tempore amicabiliter subministra. Sicque factum est ut nautis propter vim ventorum, per dies plures nusquam applicare valentibus, omnia consumerentur ipsorum cibaria, & sola pauperi Francisco collata desuper elemosyna supercesset. Quæ cum esset permodica, tantum diuina virtute suscepit augmentum, ut diebus plurimis in mari propter tempestatem continuam contrahentibus moram, usque ad portum Anconz omnium necessitatibus plenariè subueniret. Videntes itaque nautæ per seruum Dei, multa se mortis euassisse discipiunina; tamquam qui maris horrenda pericula senserant, & miranda ora Domini videant in profundo; gratias egerunt omnipotenti Deo, qui semper in suis amicis & servis mirabilem & amabilem se ostendit.

xxxvii. Cum autem relicto mari terram perambulare cœpisset, iactato in eam salutis nomine, reportabat nianipulos fructuosos; statim namque plures varia conditionis & status viri, cui sunt secuti. Inter quos quidam sæcularium cantionum curiosus inuentor, qui ab Imperatore propter hoc fuerat coronatus, & exinde Rex versuum dictus; virum Dei contemptorem mundialium adire proposuit. Cumque apud castrum sancti Seuerini eum prædicantem reperisset in monasterio quodam, facta manu Domini super se, vidit eundem crucis Christi prædicatorem Franciscum, duobus transuersis ensibus valde fulgentibus, in modum crucis signatum; quorum unus à capite ad pedes, alius à manu in manum per pectus transuersaliter tendebatur. Non nouerat facie seruum Christi: sed tanto monstratum miraculo mox agnouit. Subito stupefactus ad visum, incipit meliora proponere; tandemque verborum ipsius compunctus virtute, tamquam si esset gladio spiritus ex eius ore procedente transfixus, sæcularibus pompis omnino contemptis, beato Patri professione cohæxit. Propter quod videns ipsum vit sanctus, ab inquietudine sæculi, ad Christi pacem perfectè conuersum, fratrem Pacificum appellauit.

xxxviii. Hic postmodum in omni sanctitate proficiens, antequam fieret minister in Francia (si quidem primus ibidem ministerij gessit officium) ineruit iteratò magnum Thau in fronte Francisci videre, quod colorum varietate distinctum, faciem ipsius nitro venustabat ornatum. Hoc quippe signum vir sanctus magno venerabatur affectu, frequenti commendabat eloquio; & in eis quas dirigebat litterulis, manu propria subscribebat; tamquam si omne ipsius studium foret signare Thau, iuxta dictum propheticum super frontes virorum geometrium & dolentium, ad Christum Iesum veraciter conuersorum.

xxxix. Huic etiam fratri Pacifico sequentem tribuunt visionem legenda Greg. 9. & Marianus, Leg. Greg. 9. quam ita referunt: Cum alias esset in comitatu viri Dei in valle Spoleiana sub vesperi frater Pacificus, venissentque ad hierocomiuin, iuue hospitium publicum leprosorum iuxta Treuium, processit paulo vterius sanctus magister ad derelictam & destructam Ecclesiam sancti Petri de Bonaio. Remisit autem socium ad hospitium, dicens se velle in Ecclesia illa pernoctare; ut vero summo mane ad ipsum rediret, admonuit. Soluto deinde completorio, & longa facta oratione dum parumper requiescere vellit, non potuit: spiritus namque eius timere cœpit, & toto tremens corpore diabolicas sentit suggestiones. Exi- <sup>Vides Fran-
ciscum Thau-
signatum.</sup> liit statim foras magno seruore signo crucis se muniens, & alta clamans voce dixit: Ex parte Dei omnipotentis dico vobis dæmones, ut quidquid desuper datum fuerit vobis, & permisum à Domino Iesu Christo, in me confessim exerceatis, & meo corpori noceatis, quoniā paratus sum ad omnia perferenda in molesta hac sarcina qua maiore non habeo inimicū, vere magnā mihi præstabitis gratiā, sic enim vendicabitis me de aduersario meo <sup>Dæmones la-
tissimi. Ex parte
suis.</sup>

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

pestilio, & ianmico fraudulentio. His dictis statim omnes illæ suggestiones cessauerunt, & tentamenta euanuerunt, ita ut redeuntem ab Ecclesia placidus repente somnus exceperit.

Reuerente autem fratre Pacifico ad auroram secundum patris præceptum, vidit

XL

cum profundæ contemplationi immersum, & è regione orans sancti viri obseruabat absque illepticu dulcissima cum Christo colloquia. Dun cuncta secum altius expendit, miraturque quantam inuenierit Franciscus gratiam in oculis Domini, ecce repente factus extra

Bonav. c. 6.
Excali fede
Franciscus in
celo.

sciplumen, vidit iner multas in celo sedes, vnam ceteris digniorum, pretiolis ornatam lapidibus, & omni gloria resplendentem. Miratus intra se præcessi resplendentiam throni; anxiacepit cogitatione perquirere, quis ad illam deberet assumi? Audiuit inter hæc vocem dicentem sibi; sedes ista vnius de mentibus fuit, & nunc humili seruatur Francisco. Reuersus demum frater ad se, ab orationis excessu; virum beatum exterius prodeuntem solito fuit more securus. Cumque incidentes per viam de Deo inuicem loquerentur: frater ille visionis suæ non immemor, solerter ab eo quæsiuit, quid de se ipso sentiret? Ad quem humilis Christi seruus, video, ait, mihi maximus peccatorum. Cui cum frater diceret ex aduerso, quod hoc non posset sana conscientia dicere, nec sentire, subiunxit: si quantumcumque sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia prosecutus, arbitor sanè, quod multò, quam ego, Deo gratiior esset. Confirmatus fuit frater ex tam admirabilis humilitatis auditu, de veritate visionis ostensæ; Euangeli sacro testante cognoscens, quod ad excellentiam gloriæ, de qua superbus elicitur, verè humili exaltetur. Multa præclarè gessit hic Pacificus, & magnus enituit in eo regularis disciplinæ, saluandarumque anima-

Matt. 23, 12. rum zelus, propter quem à sancto Patre ut diximus primus creatus est Franciæ minister. Vbi invenit fr. Miraculis viuus & mortuus claudit. Vbi autem sepultus sit, se nescire facetur Marianus. Pacificus. Rodul. fol. Monet Rodulphus Venetiis in æde Minorum Conuenti. superesse adhuc sarcophagum, 216. & 271. in quo repositum fuit corpus eius cum subiectis verbis:

IN HOC SEPVLCHRO DEPOSITVM FVIT CORPVS B.
PACIFICI ORDINIS FRATRVM MINORVM ANNO D OM.
1432. DIE 21. IULII.

Idem etiam Rodulphus in custodia Veronensi in loco Ript eumdem conditum fuisse asseuerat, cuiusque opera non longe à frattum cœnobio emanare fontem aquatum. At Franciscus Gonzaga tumulatum ait in conuentu Lensensi in Belgio, in saxo marmoreo prope maius templi altare, & suauissimum adhuc spirare odorem, multaque ibidem ad eius inuocationem fieri miracula. Rem confirmant Ferreolus Loctius in suis chronicis Belgicis, & Ioannes Molanus in Natalibus Belgicis, qui & monumenti exscripterunt epitaphium huiusmodi:

SVB HOC LAPIDE RECONDITA SERVANTVR OSSA
SACRA B. PACIFICI ORDINIS MINORVM, QVI IPSE
PRIMVS FVIT PROVINCIÆ FRANCIE MINISTER.

Quid de bino vel trino hoc sepulchro & epitaphio dicam, planè nihil occurrit certi, conieclurare hic licet: vel illum Venetum & Ripanum alium esse à Belgico; vel bonam aliquam hujus corporis partem Venetias vel ad Ripam fuisse translatam.

Euocato secum hoc nouo tyrone fratre Pacifico, ut ad Franciscum redeat oratio, è

XLI.

Picentibus transiuit ad Etruscos, ut habitacula sua ibidem anno clapsō constructa reuise-
ret, & quomodo in via Dei fratres proficiebant, præsens agnosceret. Num hæc loca lustra-
tum in Tuscia. alium obtinuit à nobilissima Vbaldinorum familia Florentina prope Scarpatiam op-
pidum ad quartum decimum à Florentia lapidem, olim circa Christi annum sexcentesim
Historia V-
baldina f. 6. mun à predictis Vbaldinis pro monachis S. Basilij extructum in meditullio cuiusdam
nemoris, vnico à Scarpario milliari.

Ad hoc tempus & fundatores originem huius conuentus referunt chronica peruer-
sta MSS. eiusdem cœnobij, & historia Vbaldinorum à Ioanne Baptista Vbaldino concin-
nata, cuius firmorem facit fidem Aeneas Sylvius in libello quodam MS. de variis fra-
gmentis quarundam rerum memorabilium. Hæc eius verba: in Mugello in reliquis oppidi
Pile, et si ob tempus consumptum, quod vix legi potest, subscriptam in silice calatum monumen-
tum, nunc quoque adest.

A.N.

ANNO CHRISTI
1212.

INNOCENT. III.
ANNO 15.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 2.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 5.

A. N. S. D. C.

VIRI VBALDINI FILII OLIM DM^R PILÆ PROPTER
RELIGIONIS ZELVM ECCLESIAM ET HABITACVLVM
NEMORIS PER AMOREM DEI, VT B. BASILII REVE-
RENDI MONACHI ILLIC COLERENT SVIS SYMPTIBVS
INSTRVI CVRAVERVNT, OMNES QVOQVE SYOS SVÆ-
QUE FAMILIÆ POSTEROS DOMINOS FORE VOLVERVNT.

Deficientibus tamen prædictis Patribus Basilianis à diversis anachoretis occupatum extitit, donec tandem hoc anno à prælatorum fundatorum successoribus sancto Patri collatum fuit. A quo quidem tempore usque ad annum 1449. Franciscanis fratribus, maximè tamen Conventualibus, paruit. Quo plurimis ex eis peste absumptris, quod vix maiora loca conseruare possent, inter alios conuentus hic quoque deservit est. De quo quidem actum esset, nisi illustris Cosmas Medicus Franciscani instituti amantissimus, post plurimas possessiones à prædictis Vbaldinis emptas, sumptuosumque palatium non procul ab ipso nemore constructum, ipsum ab eiusdem ordinis Observantibus occupari curasset. Prædicti itaque Patres Observantes virtute bullæ Martinianæ hunc conuentum anno 1420. vel circiter, ingressi sunt; ipsumque & à proxima imminentे ruina, sumptibus tamen præfati Cosmæ Medicis, præsoruarunt, & plurimis adiectis ædificiis, occuparunt: ita ut commode octodecim fratres continere valeat. Hæc sacrae adiectiones multis nominibus laudanda venit: tum quia antiquissima, cum à mille ferè annis exordium suspergit: tum quia à beatissimo Patre Francisco ordini subacta & acquisita: tum quia præsentia duorum summorum Pontificum, qui & eidem plurimas gratas p[ro]p[ter]e indulgentias in mortalium fauorem impertiti sunt, honestata: tum etiam quia ab hominum frequentia semota, orationi, contemplationi, ac sacra lectioni plurimum favet. Hunc quoque locum intimè dilexit B. Pater Bonaventura, & ad ipsum sepius diuertere assueverat, in eoque existens (si Gonzagæ & communis illius loci incolarum narrationi credamus, quod tamen alias serio examinabimus) utensilibus coquinæ ab Aliorum iuendis, licet Parisiensis Doctor, & totius Seraphici instituti Generalis Minister, intentus, 1474. Cardinalium galerum, & Albanensis Episcopatus dignitatem à summo Pontifice Gregorio decimo sibi transmissa accepit. Qui nequaquam capropter commotus non prius Pontificios legatos admisit, quam cæpsum ablendi opus explessit, imo ad id usque tempus oblatum galerum ex proximioris arboris ramusculo appendere iussit. Cumque huius loci fratres, pro more, completorium ante cœnam persolueret soliti essent, atque ex tanti Patris promotione lati ad refectorium cœnaturi, eo quinimè ex obliuione personato, conuenissent, & ab ipso de completorij satisfactione interrogati, culpm humiliter fassi essent, non prius mensæ accubuit, quam diuinum pensum cum illis in choro solui curasset. A quo etiam tempore ea hoc in loco consuetudo inolevit, ut non prius completorium à fratribus dicatur, quam campanæ signum pro salutanda vespertino tempore Virgine gloriofa, audiatur. Huius sacrae domus Ecclesia à Romano D. Leonardo Medicis Episcopo Fotoliensi 23. Octobris anno Domini 1520. consecrata fuit: licet consecrationis dies ob populi frequentiam, Dominica prima mensis Maij cuiusque anni celebretur: quo etiam die accedentes maxima indulgentia sibi à summo Pontifice Eugenio IV. dum casu isthac Ferrariam versus iter faceret, concessa gaudent. Est prætereà hic locus, licet modicus atque silvestris, celebratione tertij capituli generalis Cismonitanæ familie Observantis quæ anno Domini 1449. contigit, factaque fuit expensis præfari Cosmæ Medicis, omnino illustris. In qua quidem illud contigit: Cum enim ob Vicarij generalis deponendi infirmitatem ultra quindecim dies capitulum protenderetur, misis duobus patribus rogauit præfatum dominum reliquus cœtus, ne molestè ferret, si per castella, proximioreisque pagos sibi in posterum necessaria quereret. Cui pius Cosmas respondit, ut bono animo esset, nihilque curaret, quandoquidem illi, et si ad plurimos dies protraherentur huiusmodi comitia, nihil penitus defuturum esset: quod etiam facto comprobavit. Quo quidem in capitulo, cui etiam B. Pater Albertus de Sarriano interfuit, beatus Pater Ioannes de Capistrano in generalem vicarium electus est. Quiescunt tandem in hoc ipso loco plurimi patres, quorum nomina ob eorum inter- iactibi vi- geritatem vitam, candidissimæque mores in libro vita scripta esse piè credimus. n' predari.

ANNO CHRISTI	INNOCENT. III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1212.	ANNO 15.	IMPER. ANNO 2.	NORVM ANNO 5.

Inter eos vero præstantiores fuere venerabilis Pater Ioannes à Perusio , huius prouincie dum adhuc prouincie S. Francisci adiuncta esset, Vicarius aliquando prouincialis: & Pater Benedictus de Gauoraccio Theologus consummatus , qui & pœnitentia perfectioris agendæ ergo ab instituto Divi Patris Augustini Ordinis Eremitarum , cui aliquando mancipatus fuit, ad hoc Seraphicum conuolauit: & Pater meus , siue Bartholomæus à Florètia sacerdos, vir utique purissimus atque simplicissimus, cui etiam auicula ad nutum parebant , & ignis quo semel cauterizandus erat, non secus atque beatissimo Patri Francisco contigie, innatum sibi temperans calorem lenissime vclus adustulauit, serpentemque morbum, ne ultra progredetur, cohibuit.

Vide anno
1212. a. 3.

Ab hoc nemore dilapsus vir Dei per vicina & obvia prædicabat oppida, donec per. XLII.

Marian. §. 8.
§. 10.

venit Assisium ad finem mensis Octobris , & in zde Portuncula requieuit paulisper, cu- ram tamen sedulam gerens filiorum, quos continua lectionibus instruebat , & salutaribus consiliis horcabatur ad excelsas virtutes. Plura autem ex iis, quæ suadebat, adnotarunt

Suo discipu-
lo sedulo in-
fratu Fran-
cescu.
Leg. antiqu.

socij authores antiquæ legendæ , dicentes : Admonebat sollicitè fratres , ut sanctum Euangelium & regulam, quam promiserant, obseruarent firmiter , & maximè , ut circa

Sacerdotibus
quem bene-
rum tribu-
vili.

diuina officia , & Ecclesiasticas ordinationes essent reverentes & deuoti , audientes deuotè missam , & corpus Domini deuotissimè adorantes. Ut sacerdotes qui sanctissima tractant , & ministrant sacramenta , ubique locorum summo haberent in honore , caput profundè coram eis inclinarent , manus oscularentur , & si fieri posset , etiam equo- rurum quibus insidarent, pedes, propter reverentiam potestatis ipsorum. Ne queropiam ho-

Rom. 14.4.

minum temere iudicarent, despicerent illos , qui delicate viuunt , aut mollibus vestiuntur , quia idem , inquit , nos & illorum Deus , potens illos ad se vocare , & vocatos lu- fliscire ; alieni serui iudicari non debent ; dominus suo stans aus casus. Imo habendos ad- debat pro dominis & fratribus; pro dominis; in quantum sua dant & necessaria præbent bonis ad faciendam pœnitentiæ pro fratribus quatenus eiusdem factoris sunt creature. Extra domum procedentes in publicum, monebat ut erga ornes modestos , pacificos, & morigeratos se exhiberent, talisque esset illorum conuersatio, ut quicumque audirent, vel viderent eos , glorificarent Patrem cælestem. Pacem etiam omnibus iubebat annunciarit, ramen ita ore offerendam , ut etiam retinoretur in corde, neque nullus ad rixam aut di- scordiam, sed potius ad benignitatem & mansuetudinem prouocaretur: adhuc enim (sub- didit) votati sumus, ut vulneratis medeamur, contractos alligemus, & errantes reuocemus in viam. Multi enim modo videntur membra diaboli qui postea erunt Christi discipuli.

Bern à Bessa
cir.

Hæc & cætera dicebat, ut obseruauit Bernardus à Bessa , per verba affectuolissima &

suauia, omnes dulciter fouens , infirmis compatiens , iuniores in virtute consolidans, se- niores honorans, sacerdotes de quocumque defectu admonens in occulto, in omnibus se

Marian. cit.

gerens non ut severus iudex, sed ut pius pater. Nobiles & reverentia dignos, debita traæ- bat honorificentia: piè cuique, quod suum erat, impéndens; considerabat prudenter in om- nibus eorum gradum & dignitatem. Tentatis & afflictis ex corde compatiebatur, & omni subueniebat pietatis auxilio. Ex his primis discipulis accessit ad eum , qui suppliciter ro-

Tentatio per-
manens ad
tentus exer-
citu.

garet, ut pro se intercederet ne vinceretur à grani , quam patiebatur carnis molestia. Cui protinus vir pius: Ne propterea diffidas, fili, nec animo cōcidas, quasi cæteris peior euæsc- tis, quia tētaris à dæmode, sed magis propter hoc te Dei seruum debes reputare. Nullus in

1. Cor. 10.13.

via Dei perfectus euanis, qui per tribulationes & tentationes non pertraherit. Et qui gloria- tur se nullam sustinuisse, sciat non immissam fuisse propter suam infirmitatem præuisam à Domino , quia fidelis est Dominus , qui non patitur nos tentari supra illud quod possumus : & proinde vix obiciuntur certamina fortia , nisi ubi fuerit virtus perfecta. Similiter aliis spiritualem , carnali duriorem, passus tentationem, cum diu vexaretur, procidit ad patris

Imperat Frä-
cissus dano-
nibus ne am-
plius frauen-
tientur.

fui pedes, & rem omnem expandere tentans, non potuit lachrimis & frequentibus singul- tibus præpeditus. eleuans autem bonus pastor infirmam ouiculam , & inter brachia te- nens , cælitus penetrans quod intus latobat, tenera voce dixit ad fratrem : Fili mi, ne ti-

Alietur, ur-
bus edifica-
de monasterio.

meas, hoc erit tibi in gratia augmentum. & deinde alta & imperiosa voce inquit ad dæ- mones : Præcipio vobis maligni dæmones , ne amplius hunc meum fratrem impugnetis.

Quibus dictis statim frater liber euanis , & dæmon consulut recessit , per quod sancti viri in filium pietas, & in dæmones potestas apparuit.

Legen. aar.
Bessa cit.
Marian. §. 11.

Speciali & præcipua cura eis commendabat sanctam paupertatem , habitacula pau-

percula, eremitoria simplicita, sepibus humilibus circuindata, ea præcipue, quæ procul ab hominum commercio edificabantur: in urbibus enim & prope oppida aliter faciendum,

mutisque

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI IL IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	--------------------------------	---------------------------------

tourisque cingenda maiora zdficia, suadere hominum malitiam, & fratum multitudinem, populorum obsequio necessariam, ipse fatebatur. Execrandas addebat multipli-ces & molles vestes, pannumque hispidum & asperiorum huius sodalitij proposito, & paenitentia prædicandæ esse necessarium; si quis tamen molliore indigebat tunica interiore, concedebat, in exteriori tamen semper relucere voluit sanctam humilitatem & paupertatem. Sanctam orationem, iugem Passionis Dominicæ meditationem, pacem & mutuam charitatem ab omnibus desiderandam, & acquirendam proponebat, & vitia vel defectus procul abigendos instantissimè admonebat. Quotidianam inquisitionem faciebat domesticæ disciplinz, nihil lubricū dominari permittens, nihil impudè relinquens, si quid minus rectè deprehenderet à fratribus perpetratum. Nihil tamen inter puniendum, aut seria animaduersione in delinquentes turbabatur, nihil erat in eo commotionis aut iræ, non audiebatur vox eius foris, sed placidus & mitis in latitudine cordis omnia peragebat. Apostolica in eo vigebat auctoritas, quæ reverentiam & magnum conciliabat respectum, & affectuofissima, paternaque erga filios dilectio, quæ studiosos reddebat omnes mādatorum executores, ita ut non solum quam promptissimè imperio, vel consilio obtemparent legislatori, verum quod & velle aliquantulum eum suspicabantur, quam celeriter adimplerent.

XLV. Mirum sanè in modum profecerunt sub tanto magistro hi primi discipuli, præclaras assecuti virtutes, quas tres ex iisdem in ea, quam scripserunt, legenda, & Bernardus à Bes- Legen. 3. si Bonaventuræ socius ita descripsérunt. Præter eam quam dixi obedientiam, arctissimam cior. Bett. coluerunt paupertatem, profundam humilitatem, columbinam simplicitatem, & singula- Discipulus rem cordis puritatem. Summa inter illos charitas & fraterna dilectio, unus spiritus & extremitate. vna fides in eis, vna voluntas, laudabilis morum concordia, conformitas mentium, & pietas actionum. Quando veniebant ad congregaciones capitulares, (quas hoc anno statuit sanatus Pater bis quotannis fieri circa festum Penthecostes, & S. Michaëlis Ar- Statis Fr. Maria §. 1. changeli apud S. Mariam de Angelis) deuitabant vanas fabulas, & quæstiones inutiles, colloquebantur inuicem de vitiis sanctorum, de obseruantia & perfecta intelligentia suæ regulæ, & rebus diuinis. Reuertentes ad proprias sedes, vel ad prædicandum missi tamquam peregrini & adueniæ discurrebant, nihil portantes in via præter libros quibus soluerent preces horarias. Ut nomine, sic & re verè Minores apparebant, omnibus subditi propter Deum, nihil magnum, nihil sublime de semetipsis cogitantes. Bini incedebant, Ecclesi. 4. v. vt frater iuaretur à fratre, & reuera habebant emolumendum societatis suæ, nam vnu- quisque vt socij subueniret, vel necessitati, vel periculo semet impendere, & superim- pendere satagebat. Accidit semel, vt vel fatuus, aut scurra in prætereuntem fratrem lapi- des proiiceret, quos vt in se recipere, & socium ab iniuria defenderet, comes se interpo- suit vt clypeum, malens sibi noceri quam fratri.

XLVI. Reuerebantur se inuicem ex humilitate & charitate quasi alternos dominos, & qui inter eos officio vel gracia præcellebat, erat sicut minister. Si vel facto vel verbo à malo ingenio præuenti, vel leuiter se offendebant, deposita animi passione prostrerentes se ad offensi pedes, non inde poterant auelli, donec pedibus os conculcaretur, & plena tribue- tur remissio. Gratus inuicem occursus, & grauis separatio, nisi ad sanctæ obedientiæ præceptum ab inuicem diuelli oporteret, propter quam chara & amabilia contemne- bant. Omni postposita contradictione & mora illuc ibant quo mittebantur, non discu- tientes præceptum, nec rationem exigentes mandati. Poscebant humiliter ne mitteren- tur ad patrias, vel in eas prouincias, in quibus aliquando habebantur honori, aut amori, per quod implebatur in illis, illud Propheticum: *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filii matris mea.* Lati & hilares semper incedebant, tribulationes pro lucro habentes; semper pro persecutoribus exorabant, quorum multos ad Deum conuerte- bant. Obuios vel in plateis aut foris convenientes sanctis & zædificationis adoriebantur verbis, excitabantque vt creatorem ac Dominum diligenter. Os & sapientiam dabat Dominus, vt opportunè & efficaciter sermocinarentur, vt plurimos vbique à mundi pe- lago ad salutis lictus extraherent. Vere tunc visus separationis gladius in terram mitti, March. 10 quando separabatur filius à patre, nurus à socru, gener à socero, & cognati à consan- guineis.

XLVII. Ad sacerdotes & animarum pastores libentius diuercebant, quam ad seculares: his au- tem deficientibus, interrogabant, qui erant sanctioris noræ in populo, sub quorum

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

textu colligi possent: nec sine delectu, aut bonaz fama ad quoscumque deflectebant. Ex eleemosynis quas colligebant, cum aliis pauperibus diuidebant, nihil vlli negantes quod sibi superesset. Terrena omnia generosè contemnebant, vix admittentes necessaria naturaz. Sola tunica intus & foris resarcita, festinalibus & rudi pro cingulo fune contenti, nullum in-componendo habitum tempus absurmebant, sed despectum & neglectum portabant. Ab hospitio repulsi in cryptis, vel sub porticibus dormiebant, & summo mane premissa deuota & longa oratione in Ecclesiis, exhibant ad opus aliquod honestum, vt labores manuum suarum manducarent, & de fructu operum suorum reficerentur. Ita perfectam induerunt patientiam, vt saepius iniuriis, opprobriis, malo verbo, & duro verbere affecti, nec patrocinium quererent, nec de illatis malis quererentur, neque in ore ipsorum aliud, quam gratiarum actio, & vox laudis resonaret. Frequenter iudicium & examen subibant conscientiaz, exactè discutientes vel quid egerint, vel in quo defecerint, nihil telinquentes impune. Tanta maceratione carnis vitiorum incentiva reprimere satagebant, vt in glaciem, aut in niuem semet nudos immergere, vel inter spumas euoluere non dubitarent. Summo studio superbiam procul fugabant, de se humiliater, de aliis, maximè de sacerdotibus, sublime sentientes. Vnum ex his Sacerdos quidam in iudicando temerarius, vocavit hypocritam. Simplex & sincerus frater sacerdotem mentiri non posse piè secum expendens, se deflere cœpit vt hypocritam, & mœstus cogitabat, quomodo obiectam sibi hypocrism repelleret. Interrogatus à Sancto Patre cur adeò mœteret? rem narravit, nec potuit à fletu cohiberi, donec prudenter sacerdotis verbum vii prius interpretaretur, & saluo tanto sacerdotum honore, aliquando in hujusmodi leviusculis rebus, vt homines decipi posse, docebat.

Digna de sa-
cerdotibus
opinio.
Viuent.
Bello. lib. 10.
C. 99.

Linguam silentij perpetui fræno cohibebarunt, nibil nisi necessarium proferentes, nec scurrile, aut ociosum verbum nominabatur inter eos. Sensus omnes externos mortificatores, & penè mortuos habebant. Per animaz fenestras, oculos & aures multum aduehi mali probè cognoscentes, clausas habebant, ne per illas incaute mortem intrare contingeret. Simplex eis aspectus, incessus modestus; oculos in terram defixos, mentes in cælum crectas habebant. Mundum, & quæ mundi sunt pro nihilo ducentes, sed vt stercora arbitrantes, exules & mundo crucifixos se reputabant, vt ciues ascriberentur in cælis. Per viam crucis & semitas iustitiaz incidentes, observationis Euangelicæ offendicula cuncta remouebant expediti ad currēdam viam mandatorum Domini, transibant per oppida & vrbes beneficiendo, spargentes semina virtutum, omnes ædificantes ad vitam religiosissimis exemplis, & simplici, absque lenocinio composita, doctrina.

Hugolin.
cit.
Conversus
dus ex Fran.
discipulus e-
fusus.

Duo ex his sub vesperam peruererunt ad quoddam castrū, prædonium receptaculum, & malefactorū fortalitiū cuius dux & dominus ortu clarus, moribus obscurus, homicidiis & prædis assuetus cum circuicinis populis dissidebat. Ad ianuā pauperculi fratres deteti ne introirent, rogarunt per internuncium ducē, vt placeret se sub tecto illa nocte recipere. A Deo motus iussit eos ad se introduci, introductos curialiter iuxta nobilium vrba-gregios præmitatem recipit, & secum recumbere fecit in mensa. Circumsedere & ceteri sui genij homines, qui velut gloriantes quod malefecerint, ea solum referebant & tractabant inter epulas, quæ illo die parrarant vel homicidia, vel maleficia, & quas eripuerant prædas vicinis. Notarunt & doluerunt fratres malam malorum sermocinationem, arreptaque hinc occasione vñus ex eis caprā comiter hospitis licentiā, post cœnam, propolis efficiaci, sed simplici alloquin, gaudio paradisi & pœnæ inferni, detestabilem hominum vitam adeo ob oculos posuit, & in meliorem mutandam esse multa ratione, & imminentis diuini supplicij minis probauit, vt tacti omnes dolore cordis intrinsecus ad prædictoris pedes conciderint, & errati veniam profusis lachrimis à Deo humiliiter exposcerint. Præ ceteris hæc mutatus repente in vitum alterum, salutari confessionis remedio expiate voluit peccata. Cui cum satisfactoria opera, lustrandorum sacrotum liminum, subleuandorum pauperum, restituenda rei alienæ iniunxit sacerdos, dixit se hæc peracturum, interim tamen dum omnia completerentur, timere se iustum sumendam de suis peccatis vindictam. Bono, inquit presbyter, eslo animo, ego pro te fideiubebo, & Dominus dabit tibi spatiū pœnitendi. Induit ad hæc verba peccator fiduciam, bonam concepit spem venie, & de suo fideiussore opinionem; tamen explorare voluit quid ageret in cubiculo, an velut communis fors hominum decumberet, an tota sterteret nocte, an vero iuxta conceptam de eo opinionem ultra communem hominum vitam, peculiare aliquod in eo compieret

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

comperiret specimen virtutis. Curauit ad hunc finem appendi in habitaculo lampadem cuius beneficio explorare valeret fratum actiones. Accubuerunt prima noctis vigilia, sed vigilauit semper sacerdos, curam agens eius pro quo se vadem obtulerat. Ut putauit domesticos omnes dormire, è lecto profiliens, genuflexus feruenti coepit oratione veniam petere sui hospitis peccatorum. Precibus addidit lachrymas & planctum, donec in ipsa oratione eleuatus est procul à terra, ubi tamquam bonus sequester inter hominem & Deum, medius inter celum & terram, adeo vehementer plorabat, ut nullus visus sit damnum aliquod, vel charissimorum obitum cognitorum tam acerbè defleuisse, sicut hic unus pro remittendis huius hominis peccatis eiulabat. Ita perstigit longo tempore immobilis, donec circumfusus luce de celo meruit exaudiri. Observauit omnia hæc latenter hospes cum lachrimis, & facto mane domui suæ dispositus, retentisque fratribus per aliquor dies aliena restituit, propria diuisit in pauperes, & semet illis adscripsit comitem, donatus postea habitu ab ipsomet institutore Assisi. Cæteri etiam socij iniquitatum ad domini exemplum derelictis deprædationibus, quibus antea inhiabant, commissorum piaculorum egerunt sub variis institutis pænitentiam.

L. Simplices & illitterati fratres, qui prædicandi donum à Deo non acceperant, aliis seruiebant humiliiter, leprosorumque visitabant xenodochia, quibus quantumvis humilia ^{Mariae. 8.5.} & vilia exhibebant pietatis officia. Ita se velle docebat sanctus Pater verbo & exemplo, ^{Infirmis bene- libenter le- profis.} nam eos secum ducens, primus lectos versabat, plagas curabat, saniem radebat, ulceræ la- uabat, & lingua quandoque lingebat. Recipiendos ad ordinem admonebat in huiusmodi ministeriis eos oportere exerceri, quos quandoque in eisdem volebat experiri. Delicatulos, & qui abhorrebat hæc munia, reliciebat, humiliiter autem, & charitatue exercentes libenter amplectebatur, quibus ut maiorem adderet animum, & gratiore redderet leprosos, fratres Christianos eos vocabat. Præ cæteris claruit in hoc ministerio Iacobus Simplex è comitatu Perusij, qui ob continuam circa leprosos curam, vocabatur economus & medicus leprosorum. Huic commendauit sanctus Pater (ut refert B. Leo, qui præsens hæc omnia vidit) ex leprosis unum, in quo à planta pedis usque ad verticem capitis non erat sanitas, undeque ulceratum. Sollicita erga miserum cura, & quotidiana beneficentia restituit languido vires, quem tamen adhuc ulceribus horridum, ex hierocomio velut familiarem socium deduxit usque ad zedem Portiunculæ. Obuim habuit sanctum Patrem, cui indiscretum visum hoc factum Iacobi, proindeque corripuit dicens: Non deberes frater ita facile educere fratres Christianos, nec enim te decet neque illos. Licet cupierim, ut illis in hospitio seruites, nollem foras extraheres, non enim omnibus gratus illorum aspectus. His dictis, considerauit miserum leprosum se suffusisse rubore, & affecisse dolore propter reprehensum suum benefactorem, quare procidens ad pedes eius, veniam petiit, & ut animum adderet verecundanti, pænitentiamque ipse dicti subiret, præhabita licentia Petri Cathanei zediculæ vicarij, præ foribus manducauit in eadem patina cum leproso, quem post amplexum & deoscularum, hilarem dimisit.

L.I. Aliud mirabile narrat Hugo Linus de leproso infirmitatis adeò impatiens, ut infer- ^{Hugolin. cit.} uientes sibi fratres multis afficeret iniuriis, pugnis aliquando peteret & calcibus, & contra ipsum creatorum plurimas effunderet blasphemias. Rem retulerunt pij viri sancto ^{Aliud ege- gium factum.} Patri, compatiensque tantæ miseriae, languido se obtulit in obsequium. Quo impatiens dicente: quid tu mihi plus cæteris suis sociis poteris præstare? Deus mei oblitus est à tot mensibus, quibus crucior hac diuturna & intolerabilis infirmitate; desperavi, nequaquam ^{Iob. 7.16.} ultra iam vivam, neque tu, neque alius quispiam tanto meo malo præbere poterit lenimen. Cognovit sanctus vir hominem malo spiritu agitatum, qui per infirmitatem corporis infirmorem reddidit mentem, ut de Dei misericordia desperaret, & tamquam in crudellem & immisericordem impias effutiret blasphemias. Retraxit ergo se paulisper in abdum locum, intensèque pro misero oratione fæcta, rediens ad eundem rogauit ut patienter ferret Deum sua delicta castigantem, & ne meriti causam vetteret in peccatum. Quem dulcibus & placidis verbis emollescentem interrogauit sanctus Pater, quod potius sibi præstare vellit obsequium. Respondit nihil sibi gratius fore totius corporis locatione, ita enim, inquit, computrui, & forteo inter hæc putrida stramenta, ut in sterquilino mihi videar facere, neque meipsum valeam ob horridum sufferre fætem. Cui statim vir sanctus fecit calefaci cum herbis aromatariis aquam, quam desuper infundente

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

vno ex sociis, ipso facris suis manibus, à capite lauante deorum, ita vlcera lauit extreius, vt Deus animam abstergeret interius, & corpus, quocumque perueniebat manus, vegetum redderet & sanum. Vna lotione corpus sanabat, & animam curabat cælestis medicus, & decurrente per scapulas aqua, cœpit per oculos effluere languentis, Dei misericordiam, & sancti viri virtutem in se recognoscens. Integræ mox sanitati restitutus, coram omnibus clamauit plenam deprecans peccatorum remissionem, suam confessens in Deum ingratitudinem, qui benignè corripientem, & circa multitudinem iniquitatis paternæ plectentem quotidiano murmure, & blasphemæ offenderit queritonia. Penituit eum verè per multis dies translati reatus, quem multo fletu, & varia in suum corpus animaduictione plenè meruit dimitti. Post aliquot menses decadens ex hac vita apparuit S. Francisco oranti, gratiasque egit, quod illius meritis & beneficio post leue purgatorium, gloriolus transierit ad patriam.

*Moros vir
sanctus.* Dilabente hoc anno vir sanctus in tertianam incidit febrem, quæ post easlit quartana, LII.

*Precognitus
adolescens u-
niuersitatem su-
periorum.* quem vt rescivit morbo laborasse D. Guido ciuitatis Antistes, vt erat vir pius & in Dei seruum valde propensus, instanter & importune cum eo egit, vt in sua domo decumberet. Iacentem hic conueniebant fratres in rebus necessariis, eoque deferebant iuuenes sodalitio adscribendos, quorum à sociis Italiæ regiones lustrantibus missorum aliquando triginta, aliquando quadraginta simul habitu donabat. Inter quos accessit nobilis ex Luca ciuitate adolescens, ploras & instantissimè petes vt cum cœteris iniciaretur. Quem iunctus vir sanctus dixit; O miser, quid adeò ploras, & oculis velis indicate, quod tibi cordi non est: quam facile diuelleris ab hoc tuo leui proposito. Nec magna intercessit mora, quando accesserunt ex parentibus duo cum equis & seruis ad Episcopi palatum iuuenem reuocaturi, & si oportet, vi reportaturi, quibus absque plurima reuidentia assensus adolescens, iuxta sancti viri prædictionem, reuersus est in domum paternam, facilimè abigens tepidum illud monachatus desiderium.

In hac infirmitate cum rigorem abstinentiaz pro recuperanda sanitatem modicum relataret; viribus corporis vrcumque resumptis; verus sui contemptor, ad propriæ carnis animatus opprobrium; Non est, inquit, conueniens ut populus abstinentem me credat;

*Rarum hu-
militatis ex-
emplum.* & ego è contrario carnaliter reficiat in occulto. Surrexit propriea sanctæ humilitatis multum ex spiritu inflammatus; & in platea ciuitatis Assisi, populo conuocato, solemniter cum fratribus multis, quos secum adduxerat, maiorem introiuit ecclesiam; funeque ad collum ligato, nudum cum femoralibus solis, in oculis omnium se trahi præcepit à fratre Petro

Marian. q. 1. Cathaneo suo vicario, vt ex legenda antiqua notauit Marianus, vtque ad lapidem, in quo malefactores puniendi consueuerant collocari. Super quem condescens, licet quartanam. Super quem condescens, licet quartanam.

Antou. 1. 1. c. 2. 4. Iustus esset & debilis; acerbi frigoris tempore, cum multo vigore animi prædicavit. Audientibusque cunctis, asseruit se non tamquam spiritualem honorandum fore: quinimo tamquam carnalem & glutonem, ab omnibus contemnendum. Igitur qui conuenerant, tam ingenti viso spectaculo admirati sunt: & quia ipsius asperitate iam nouerant, deuotione compundit, humilitatem huiusmodi magis admirabitur, quam imitabiliter proclamabant. Licet autem id magis videatur portentum fuisse, instar Prophetalis vaticiniij, quam exemplum: tamen verè documentum extitit humilitatis perfectorum, quo Christi securator instruitur, transitorum laudis præconium debere contemnere, tormentis quoque iactantibus comprimere fastum, & fraudulentem simulationis mendacium confutare.

*Ad sui de-
Bironem pro-
prios repre-
hens deſerit.* Multa quidem in hunc modum sapientis faciebat, vt exterius tamquam vas perditum possideret, & sanctificationis spiritum interius possideret. Ut se cœteris despicabilem redderet, non parcerat rubori, quin coram omnibus proprios manifestaret defectus. Si à peste

*Maian. 5. - Je-
deuantic.* superbix, vanz gloriz, aut alio quocumque viuo impetrabatur, statim illud coram præsentibus, sive fratribus, sive secularibus propalabat. Vnde accidit quod cum per plateas

Sap. 4. 11. incedenter magna sequeretur hominum turba; & pauperculæ viduz ab se aliquid pertenti palliolum, quo cegebatur, offerret; statim reuersus ad sequaces coram omnibus confessus est, qualiter ad bonum & publicum opus vane gloriatus est. Maximam proinde curam adhibuit nihil ad nittere in occulto, quod coram omnibus non licet in publico, neque aliud facere in secreto, quam quod sublime & sanctum de eo concipiebant homines, ne turpis fidio deciperet animam illius. Proinde nobis, inquiunt socij authores legendæ antiquæ, semel dixit: Taliter volo vivere in eremis, & alijs locis absconditis, ac si vivideret ab omnibus: si enim magna de me concipiunt homines, nec visuo, quam pusant, vitam, turpis efficiantur.

ANNO CHRISTI 1212.	INNOCENT. III. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 5.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

esset hypocrita. Volenti ergo vicario suo conualescentis de hac infirmitate debilem stomachum vulpina pelle, ad habitum assuenda, fouere; respondit: Si vix ut interius fomentum illud admittam, eiusdem mensura aliam pelliculam confue pari exteriori, ut omnibus confest, qua intus latet mollities. Alia huius generis exempla in proprios annos remitto.

L V. Hoc anno fratres, qui missi sunt ad partes Lombardiz, Mediolanum appulerunt, & Marian. §. 1.
ractam peperunt sibi sanctis prædicationibus, & religiosis exemplis opinionem, vt eis Rodul. li. 2.
Henricus Sattalas Archiepisc. Mediolanen. zdes dederit S. Victoris ad Theatrum, dein- fol. 17. 2.
de ad S. Mariam Farcinam, deum communi consensu ciuitatis eis concessus sit hor- Pisan. cons.
tus Philippi Dei serui, in quo sanctos Geruasium, Protasium, Naborem, Felicem & alios 12.
Christi martyres sepelivit. Hoc in loco conuentum exædificarunt, cui postea Alexander Morig. in
M. lector conuentus, arctissima enim erat habitatio fratum, ad cuius amplitudine Mediol.
opus habebant templo prædicto, quo obtento & veteri diruto zdes dilatarunt. Postea multum excrevit cœnobium, autoritate & redditibus, estque caput custodiz Mediolani Patrum Conuentualium; quibus Paulus Tertius applicauit prioratum domini Galeatij de Clusiano, clerici Mediolanen. redditus annualis centum & sexaginta Ducat. auri de camera. Conuentus est egregius, religione & litteris insignis, in eo floruerunt fr. Leo Archiepiscopus Mediolanen. B. Petrus de Arcagnano inquisitor ab hereticis proscriptis crudeliter occisus. B. Antonius à Rosate à Saracenis ob Christiani nominis confessionem interfactus. fr. Antonius de Rusconibus generalis quondam minister; fr. Franciscus à Ceppa prouincialis Mediolani, qui interfuit concilio Pisano. Plura sanctorum corpora, & insignes reliquias recognitas & approbatas per S. Carolum Borromatum, quæ in hac zde assertantur, & quarum solemnissima facta est translatio anno 1571. die 12. Septembri, qui scire voluerit, consulat Paulum Morigiam in suo sanctuario Mediolanensi c. 4. qui & alia præclara huius domus refert encomia,

L VI. Pia & sancta horum fratum conuersatio mouit adolescentem quemdam nobilem, di- Marian. cit.
uitem, & doctum, vt eorum assestaret sodalitatem. Responderunt rem difficultem inten- Legen. an.
tasse, incipiendumque à sui abnegatione, & temporalium abdicatione. Cuncta quæ præ- tig.
scribebant, leuia iudicauit ex vehementia celestis vocationis, & per plures dies instiit Nobilis Mc.
in habitu petendo, tandemque ad fratum consilium omnes suas facultates vendidit, dislan. peti-
quatum potiorem partem distribuit in pauperes, partem alteram reseruavit itineri, quod admitti in
peragendum dixerunt fratres versus Assisium vbi degebat sui instituti rector, penes quem dumtaxat erat potestas ad ordinem recipiendi. Ille familiares quosdam & parentes con- fuditur magni-
uocauit vt comitatentur in via, & magnam duxit secum turbam satellitum. Secutus est cum fastu Assisianis.
etiam rogatu nobilium cognatorum ex fratribus unus, vt prosperum faceret desiderium
eius, qui postquam ad sanctum Patrem accessit, cùmque ad ostiolum cœnobij deduxit,
vt nobiles viros salutaret & exciperet; statim vt vidi tantum fastum, & pomposum co- placit S. Frä.
mitatum, interrogauit: Qui sunt isti domini, aut quid volunt? Cui frater hilari vultu, qua- cito.
si magnam & gratam offerret vito sancto prædam: Pater, inquit, hic est ex nobilissimis
Mediolanibus, adolescentis eruditus & diues, qui vester cupit esse discipulus. Subtri- nec proinde
dens S. Pater, frater mi, inquit, coram omnibus, non videtur mihi bonus pro nostra so- placit.
cieta, ad pauperem enim religionem nimio cum fastu, elati animi signo, venire, mihi indicat, non contempisse perfectè amorem seculi, nec ei velle perfectè valedicere. Con- Tandem ha-
sulam hac in re nostros consolades. Conuocatis igitur in unum, & re omnibus propo- milianum re-
sita, ipso adolescenti coram posito, singulos interrogauit, an admitti deberet? Quibus cipitur.
sigillatum dicentibus: Nequaquam, quia adhuc radicata, nec perfecte extirpatam in eo
conspiciebant vanam gloriam & pomparam mundanam, obstupuit, totoque palluit ore
adolescens, & in compunctionis lachrimas erupit. Quem vt vidi ore mutatum, & cor
de compunctionem, eius compatiens benignus Pater, denuo interrogauit: vultis eum reci-
pere fratres mei, si velit humiliter seruire in culina, & noster esse coquus, quo ministerio
seculi abdicabit vanitatem. Responderunt, sibi hac lege placere. Conuersus ad iuuenem
inquit: Audisti quid hi dicunt: complebis hoc pactum? Illo prouoluto ad sancti viri pedes,
afferenteque se paratum ad omnia, quæ sibi placuerit imperare: amplexus est eum &
deoscu

ANNO CHRISTI 1212. & 1213.	INNOCENT. III. ANNO 15. & 16.	FREDERICI II. IMP. ANNO 2. & 3.	RELIGIONIS MI- NOR. ANNO 5. & 6.
-------------------------------	----------------------------------	------------------------------------	-------------------------------------

deosculatus, dimissisque comitibus & satellitibus, quibus omnē pecuniam & supellec̄tilem eradi p̄cepit, misit nouum tyronem in urbem, ut in supradietō quod habebant in xenodochio hospitio, fratribus inferuaret in culina. Quod humiliter & absque vilo fecit murmure ad magnum sui & fratrum solamen, & tantus eusasit vir inter vilia humilitatis officia, ut cum ceteris in eadem zde postea p̄ficerit sanctus Pater, & magna deinceps splenduerit vita & monitia.

Lege. antiqu. Hoc etiam anno vt notat legenda antiqua, dedit vir sanctus licentiam B. Egidio vi- *LVII.*
Vita Egid. sendi sanctum Iacobum in Hispania, quo toto itinere numquam fuit expers famis propter *M. S. c. 1.* paupertatem quam ferebat causā Dei. Cum aliquando peteret eleemosynam, nec quid-
curius in- quam usquam acciperet, in agrum se contulit, atque illic repertas fabas aliquot, p̄z mul-
Egidius pe- ta fame comedit: dānsque se quieti, post adeo surrexit robustus, ac si bene lautis esset da-
regrinarus p̄-
ad Compe- pibis abunde refectus.

Obuium quandoque habuit pauperem quemdam; cuius miseratus nuditatem, abstra- *LVIII.*
Irridetur & xit capitum de cucullo suo, deditque ei: ac deinde viginti diebus iuit ipse nudo capite.
mala offici- Cum autem tam deformi habitu veniret in Galliæ Cisalpinæ castellum Sicarolum, qui-
tar. dam eum ad se accepit. Ille vero magna pressus inopia, libens accessit ad hominem,
sperans se aliquid ab eo eleemosynæ accepturum. At ille nequam taxillis in manus eius
conieclis, rogabat num ludere veller, putabat enim lusorem & improbum hominem esse.
Egidius vero eam contumeliam placere ferens: Deus, inquit, ignoscat tibi. Ita ille sape
per mundum ambulans, indignis modis illudebatur.

Marian. c. 9. Nascitur hoc ipso anno sanctus Ludouicus huius nominis nonus, patre Ludouico *LIX.*
§ 13. octauo Rege Christianissimo, qui in Albigesio & Comitatu Tolosano hæreticos oppu-
Emil. lib. 7. guavit; & matre Blanca piissima & prudentissima, Regis Alphonsi, Hispani filia, quæ
Guaglio. lib. relictum filium post patris mortem quartum decimum, ut verius habet Mattheus Palme-
7. rius, agentem annuin Christiana potius pietate, quam Regio luxu aut fastu educauit, ra-
Palmer. an. literique instruxit, ut iam inde à pueritia sanctus, regno suo præstiterit ut in fide & pietate
1217. perseuerans, felix esset atque beatum. Eius singulares virtutes suo loco recensebimus,
Nascitur S. quo etiam quā probato iure cum nostris connumeramus contra quosdam dubitabun-
Ludouicus dos & alieni honoris inuidos, sufficienter monstrabitur.

ARGUMENTVM.

Egrotat etiam hoc anno Franciscus; quod præsens non posset, populos per literas in-
struie: confodales visitat, & domos acquirit per vallem Spoletanam, traetus Inte-
ramnen. Narnien. & Tuscia regionem, plura rūndique operans mirabilia. Apenni-
num transiens predones ad optimam vita rationem perduxit. Comitis Orlandi li-
beralitate montem accipit Aluerne, cuius ampla subiicitur descriptio. Per Lombar-
diam, Pedemontium, & Galliam traiecit in Hispaniam, inde transiit Marro-
chium martyrij accensus desiderio. In Hispania Regem Alphonsum nonum allocutus
eius bona via suis preparat habitacula. Clare iam hoc anno fama diffusa, plu-
res ei adhærent discipula.

An. 1216. **F** LAPSI anni febres, quibus B. Franciscum in Episcopio decubuisse diximus, etiam *I.*
u. 14. hoc anno molestæ & variz, modò tertianæ, modò quartanæ. Sed pacatus & tran-
quillus animus didicit Christi magisterio mala hæc patienter tolerare, & odiisse corpus
suum in hoc mundo, ut in vitam æternam animam custodiret. Pro lucro ducebat dolenti-
bus cruciari, infirmitate grauari, febribus astuare, minus mali iudicans corpus vni, quam
Vitis sancti animum. Vitis sanctis hic ardor, quamvis asper, optabilis est, per quem corpus in seruitu-
aduersa qua- tem spiritus redigi, & cum infirmantur, se fortiores evadere compiriunt. Id etiam illis
que tolerans boni est, præsentis vita mala sentire, quod admoneantur perennis supplicij, ut infinitas
pasionem. amaritudines declinare solerter studeant, qui tam graviter paucis horis atmariuscula to-
lerant, atque his angustiis illas discant evadere, quibus nec physicus, nec dies criticus,
nec herba medebitur. Felix breve febris incendium, quod æterni refrigerij causa esti-
felix

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

felix etiam sanctorum sors, quibus quicunque mala præsentia cooperantur in bonum æternum.

- II. Illic autem Francisco molestior hic morbus, quod alta meditante in circa proximorum salutem, domi teneret torporem, & exultantem ut gigas ad currendam viam, velut innectis compedibus retardaret à præda. Sed aquar multæ non potuerunt extinguere charitatem in proximum, quem adeo ardenter dilexit, & cuius saluti nihil præferendum esse dicebat. Cogitauit ergo, quod potuit offere, pereuntibus subsidium, & salutaria monita per litteras mittere, quæ præsens exhibere non poterat. Breuiusculam proinde, quæ sequitur, encyclical epistolam ad uniuersos dedit Christianos, qua ad duo præcipue capita legis Euangelicæ, ad perfectum a morem, & purum Dei cultum, simplicibus & paucis verbis inuitat.

*Vniuersis Christianis, religiosis, clericis, laicis, masculis
& feminis, omnibus qui habitant in uniuerso mundo.*

- III. O quam benedicti sunt, & beati, qui Deum diligunt, & faciunt sicut Dominus dicit in Euangeli: *Dileges Dominum Deum tuum ex corde tuo, ex tota anima tua, & proximum sicut te ipsum.* Diligamus ergo Deum, & adoremus eum puro corde & pura mente; quia super omnia hoc querens, dixit: *veri adoratores adorabunt Deum Patrem in spiritu & veritate: omnes qui adorant eum, in spiritu veritatis adorare oportet: & bene valete in Domino.*

- IV. Non prius elapsæ hæc tabellæ è viri sancti manibus, quam per omnes transmissæ, tanta enim audiatur, quidquid illius esse dicebatur, omnes appetebant, vt brevi tempore ad omnes transiret. Admirabantur omnes hominis in hac epistola sinceritatem, & erga se charitatem, cuius verbis multi opere subscripterunt, & rescripterunt, vt in via Dei proficere volentibus ampliores notas transmitteret. Nescio quæ lateat secreta in sanctorum verbis energia, nescio quid latentis habeant virtutis, vt plana, simplicia, nec ad artem aut orationis numerum composita, homines circumducant, & à præcipiti placidoque cursu reducant. Hinc illa virtus quod *humanæ non sunt industriâ composita, sed dininâ mente sunt sua, & quia non secundum artem p. viri scripserunt, sed secundum gratiam, que super omnem artem est.* Illa quæ sub verbis est gratia, mouet, & quo vult homines flebit. Illa est quæ in sanctis das vocis sue vocem virtutis, & in qua confidenter dicunt, *in Deo faciemus virtutem,* quippe ipse eis promisit se per illos locuturum. Non enim, inquit, vos estis qui loquimini, sed *spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Nam si loquitur in eis *spiritus sanctus, qui per sequentibus traduntur pro Christo, cur non & in eis, qui tradunt discipientibus Christum?* Planè loquitur, & verba dat & vocem euangelizantibus virtute multa, ve euellant & dissipent vitia, vt edificant, & plantent virtutes. Senserunt ergo plures horum verborum Francisci virtutem, & rogauerunt vt plura adscriberet; quibus obsecratus, & impulsus à charitate, quæ semper ad maiora perurget, largiorem hanc instructionem, & veluti præmissi compensdioli ampliorem commentarium, ad omnes transmisit.

Vniuersis Christianis, religiosis, clericis, laicis, tam viris, quam feminis, omnibus qui habitant in uniuerso mundo, Fr. Franciscus eorum seruus & subditus, obsequium cum reverentia, pacem veram de celo, & sinceram in Domino charitatem.

C A P V T I.

De causa scribendi has litteras.

CVM sim seruus omnium, omnibus & seruire teneor & administrare odorifera verba Domini mei. Vnde in mente considerans, quod cum personaliter propter infirmitatem, & debilitatem mei corporis non possim singulos visitare, proposui litteris præsentibus nuntius verba Domini nostri Iesu Christi, qui est verbum Patris vobis offerre, & verba Spiritus sancti, quæ Spiritus & vita sunt.

ANNO CHRISTI
1213.

INNOCENT. III.
ANNO 16.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 3.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 6.

C A P V T II.

De fide & imitatione Christi Domini.

Luc. 1. **I** Stud verbum Parristam dignum,tam sanctum & gloriosum nuntiauit Pater altissimus de celo per sanctum Gabrielem Archangelum suum, quod & descendit in uterum Virginis gloriosæ Mariz, ex cuius utero veram suscepit carnem humanitatis, fragilitatis & Col. 8.9. nostræ: qui cum diues esset super omnia, voluit ipse in mundo cum beatissima matre sua eligere paupertatem. Prope passionem celebrauit pascha cum discipulis suis,& accipiens Matt. 26.27 panem, gratias egit,& benedixit,& fregit, dicens: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum,* & accipiens calicem, dixit: *Hic sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur* Matt. 26.28 *in remissionem peccatorum.* Deinde orauit Patrem, dicens: *Pater, si fieri potest, transferat a me calix iste.* Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis super terram. Posuit tamen voluntatem suam in voluntate Patris, dicens: *Pater, fiat voluntas tua, non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Cuius Patris talis fuit voluntas, ut filius eius benedictus & glorirosus, quem dedit nobis,& natus fuit pro nobis, seipsum per proprium sanguinem suum, sacrificium & hostiam in ara Crucis offerret, non pro se, per quem facta sunt omnia, sed pro peccatis nostris, relinquens exemplum nobis, ut sequamur vestigia eius. Et vult ut omnes salutem per eum, & Mart. 12.30 recipiamus ipsum puro corde, & casto corpore. Sed pauci sunt, qui velint recipere eum, licet eius iugum suave sit, & onus leue.

C A P V T III.

Maledictos esse divina mandata preuaricantes, benedictos & vero Deum diligentes.

PC. 19.9. **Q** Vi nolunt gustare, quam suavis sit Dominus, & diligunt tenebras magis quam lumen, noientes adimplere mandata Dei, maledicti sunt; de quibus dicitur per Prophetam: *Maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Sed è contrario quam benedicti & beati sunt, qui in spiritu & veritate (ut oportet) eum adorant: Dicamus ei laudes & orationes die noctuque, dicendo: *Pater noster qui es in celis, &c. quia oportet nos semper orare, & namquam deficere.*

C A P V T IV.

De confitenda peccatis, & Eucharistia sumenda.

Iacob. 6. **D**ebemus siquidem confiteri sacerdoti omnia peccata nostra: & recipiamus Corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi ob hoc, quod qui non manducat carnem suam, & bibit suum sanguinem, non potest intrare in regnum Dei. Digne tamen unusquisque manducet & bibat: quia *qui indigne manducat, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

C A P V T V.

De facienda penitentia, & proximo amando.

Luc. 1.8. **F**aciamus insuper fructus dignos penitentie, & diligamus proximos, sicut nosmeipso: & si quis non vult eos amare sicut seipsum, saltem non inferat eis mala, sed faciat bona.

C A P V T VI.

De iustitia cum misericordia administranda, & de eleemosyna elargienda.

Jacob. 1.1. **Q**ui autem potestatem iudicij receperunt, iudicium cum misericordia semper exercant, sicut ipsi vellent à Domino misericordiam obtinere. *Iudicium, enim, sine misericordia erit illi, qui non facit misericordiam.* Habeamus itaque charitatē & humilitatem, & eleemosynas faciamus, quia ipsæ lauant animas nostras à iudicibus peccatorum: homines enim

Minorum.

III

ANNO CHRISTI **INNOCENT. III.** **FREDERICI II.** **RELIGIONIS MI-**
1213. **ANNO 16.** **IMPER. ANNO 3.** **NORVM ANNO 6.**

enim omnia perdunt, quæ in hoc mundo relinquunt, secum tamen portant charitatis mercedem, & elemosynas quas fecerunt, de quibus à Domino consequentur præmium & dignam mercedem.

C A P V T VII.

De abstinentia, et honore Ecclesiasticis impendendo.

Debemus ieiunare, & à vitiis abstinere, in omni quod inducere potest ad peccatum, nec non & à quacumque superfluitate visus. Et etiam Catholici Ecclesiam visitare frequenter, Ecclesiasticos venerati, & reueri ob eorum officium, & administrationem sanguissimi corporis & sanguinis Christi, quod sacrificant, & recipiunt, & aliis ministrant. Et sic miter sciamus omnes, quod nemo saluati potest nisi per sancta verba, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, quæ clerici dicunt, annunciant, & administrant, & ipsi soli ministre debent.

C A P V T VIII

De vero religioso, & perfecta obedientia.

Specialiter autem Religiosi, & qui saeculo renunciauerunt, tenentur plura & maiora facere, & ea dimittere quibus non est opus, & odio habere corpora nostra cum vitiis & peccatis, quia Dominus dicit in Euangelio: *Omnia mala à corde exirent.* Diligere inimicos nostros, & benefacere his qui oderunt nos. Observare præcepta, & consilia Redemptoris nostri, nos in ipsis abnegare, & corpora nostra ponere sub iugo seruitutis & obedientiæ. Et nullus tenetur ad obedientiam in eo, vbi committitur delictum vel peccatum; quia tantum ad id venimus, vt saluando animas nostras, honorum operum aliis exempla præbemus. Mat. 13, 18.
Luc. 16, 17.

C A P V T I X.

De benignitate Prelati erga subdispos.

CVi autem obedientia impendenda est, & commissa, & qui pro maiore habetur, videat ut minor fiat, & aliorum fratum seruus, & in singulos subditos misericordiam operetur, quantam sibi vellet, cum esset subditus. Nec ex delicto fratris irascatur in fratrem, sed oinni patientia & humilitate ipsum benignè corrigat, moneat, & supportet.

C A P V T X.

De humilitate, & miseria corporis, & felicitate spiritus.

Non simus secundum carnem sapientes, atque prudentes, sed simplices, humiles, & puri. Et habeamus corpora nostra in opprobrium & despectum, quia omnes per culpam nostram simus miseri, & putridi, sicut Dominus dicit per Prophetam: *Ego autem sum vermis, & non homo, &c.* Numquam debemus desiderare esse super alios, sed potius subditi & subiecti omni humanae creature propter Deum. Et omnes illi qui fecerint, & perseuerauerint usque in finem, requiesceret super eos spiritus Domini, & faciet in eis habitaculum, & mansionem, & erunt filii Patris caelestis, cuius opera faciunt, & sunt sponsæ, fratres & matres Domini nostri Iesu Christi. Sponsæ sumus, quoniam spiritui sancto coniunguntur fideles animæ. Fratres sumus Iesu Christi, quando facimus voluntatem Patris qui in celis est. Mat. 15, 50. Ma-
tres, quando portamus eum in corde & corpore nostro per amorem & sinceram con-
scientiam, & parturimus eum per sanctam operationem, quæ lucere debet aliis in exem-
plio. O quam gloriosum & magnum habere in celis Patrem! O quam sanctum, Paracliti-
cum, pulchrum, & amabilem habere sponsum! O quam sanctum, & quantum delectabile,
beneplacitum, humile, pacificum, dulce & amabile, & super omnia desiderabile, habere
talem fratrem, qui posuit animam suam pro omnibus suis, & orauit pro nobis Patrem, di-
cens: *Pater, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Pater, omnes quos dedisti mihi in mundo, tuis
erant, & tu eos mihi dedisti; & verba que dedisti mihi, dedi eis, & ipsi accepérunt, & cognoverunt
verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Rogo pro eis, sanctifico me ipsum, ut sint san-
ctificati in unum, sicut & nos sumus. Et volo Pater, ut ubi ego sum, ibi sit minister meus, ut videas
claritatem in regno meo.*

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

C A P V T X I.

De Christo Salvatore laudando.

Ei auem, qui tanta sustinuit pro nobis, et vna contulit, & conferet in futurum; omnis creatura, quae est in celis, terra, mari, & in abyssis, reddat laudes Deo, gloriam, & honorem, & benedictionem: quia ipse virtus est, & fortitudo nostra, qui est solus bonus, solus altissimus, solus omnipotens, admirabilis & gloriolus, & solus sanctus, laudabilis & benedictus per infinita secula seculorum, Amen.

C A P V T X I I.

De cecutione & deceptione peccatoris.

Omnes illi, qui non sunt in paenitentia, & non recipiunt Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed operantur vicia & peccata, & qui ambulant post concupiscentiam suam, & mala desideria, & non obseruant quæ promiserunt, & serviunt corporaliter mundo & corporibus, desideriis, curis, & solicitudinibus huius seculi & huius vitz, decepti sunt à Diabolo, cuius filii sunt, & cuius opera faciunt. **C**æci sunt, quia verum lumen non vident, Dominum nostrum Iesum Christum. Sapientiam non habent spiritus, quia filium Dei in se non habent, qui est vera sapientia Patris. De quibus dicitur: *Sapientia eorum deuorata est.* Vident, agnoscunt, & sciunt, & faciunt mala, & scienter perdunt animas suas. Videate cæci, decepti ab iuicinis vestris, scilicet à carne, mundo, & Dæmonie, quia corpori delectabile peccatum, & amarum Deo seruire, quia cuncta mala à corpore hominum exequunt, & procedunt, sicut dicit Dominus in Euangelio: Putatis diu possidere vana huius seculi, sed decepti estis, quia venient dies & hora, de quibus non cogitatis, & nescitis & ignoratis.

C A P V T X I I I.

De infelici morte peccatorum.

Infirmatur corpus, mors appropinquat, veniunt propinquui, & amici dicentes: *Difpone domum tuæ, &c.* Et vxor eius, & filii eius, propinquui, & amici se fingunt flere; & respi- ciens videt eos flentes, & mouetur malo motu, & cogitando intra se, dicit: Ecce animam meam, & corpus meum, & omnia mea pono in manibus vestris. Vere iste homo est male-dictus, qui confidit, & exponit animam suam, & corpus, & omnia sua in talibus manibus.

Icclm. 17.5. Vnde dicit Dominus per Prophetam: *Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine.* Et statim faciunt vocare sacerdorem, qui dicit ei: vis recipere paenitentiam de omnibus peccatis tuis? Respondet: volo. Vis satisfacere de commissis, & his quæ fraudasti & deceperisti, de tua substantia? respondet: Non. Cui Sacerdos: Quare non? respondet: Quia cuncta dis-posui in manibus propinquorum. Et runc incipit perdere loquela, & sic moritur ille miserrimus. Sed sciant omnes quod ubicumque, & qualitercumque homo moriatur in criminali peccato, & sine satisfactione, & potuit satisfacere, & non fecit, quod talem dæmon recipit, & rapit animam suam de corpore suo, cum tanta angustia & tribulatione, quantum nemo scire potest, nisi qui patitur illam tribulationem. Et omnia talenta, potestas, & scientia, quam purabat habere, auferuntur ab eo: & propinquui & amici, quibus bona tradi- dit, tollent ea, & diuident, & postea dicent: Maledicta sit anima eius, quia plura potuit dare nobis, & non dedit, & potuit plus acquirere, quam quæsiuit, & similia. Corpus coine- dent vermes, animam corrodent dæmones; & sic perdet animam & corpus propter hoc breue seculum.

P E R O R A T I O.

Iohn. 4.16. Ego frater Franciscus minor seruus vester, rogo & obsecro in charitate, que Deus est, & cum voluntate osculandi pedes vestros, quod hæc verba & alia Domini nostri Iesu Christi, cum humilitate & charitate velitis recipere, operari, & obseruare. Et omnes illi, qui ea benignè recipiunt & intelligunt, ea mittant aliis in exemplum. Si in eis perseverauerint usque in finem, benedicat eos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

His

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

- V. His & similibus obsequiis in proximum, & quotidiana domesticorum instructione, dum licebat per vires & morbum, prestolabatur non inaniter, nec absque fructu valedicinem. Perfectam deinceps numquam obtinuit, exhaustis etenim corporis viribus inaudita penitentia, quoad vixit, clanguit; sed tenuior, & minus molesta incunite vere, ut solet, facta est quartana. Statim ut egredi licuit, quia martyrij fructus adeo cor eius allegerat, ut preciosam pro Christo mortem super omnia virtutum merita peroptaret, ^{Maria. c. 5.9.} versus Marrochium (frattum cura Fr. Petro Cathaneo commissa) itor attspue, ut Miramolino, & genti eius Christi Euangelium praedicaret, si quo modo ad concupitam palinam valeret attingere. Tanto namque eius desiderio ferebatur, ut quamvis esset imbecillis corpore, peregrinationis sue praeccuteret comitem, fratrem videlicet Bernardum, aliosque, quos sibi adscivit in via, & ad exequendum propositum festinus, & tamquam spiritu ebrios aduolaret.
- VI. Voluit tamen filios suos visitare per vallem Spoletam, & in comitatibus, prouincia vicinis, transeundo benefacere, atque aedicas quasdam multiplicatis fratribus acquirere. Decimo ad dextram lapide distat ab Assiso Fulgineum, vulgo Fulgine, ciuitas Francisco semper grata, ubi adhuc sui instituti non erat habitaculum, quod tamen nunc obtinuit, illudque solum ibi memorabile perpetrauit; quod hospitis & necessarij sui domum, ipso instance benedixit, munitione signo crucis, tantu postea virtutis, ut fratres contiguis aedibus domus haec ter aut quater intrada remaneret auolante alio Hamma, tamquam si non auderet accedere, ab aliisque infortuniis saepius liberaretur, non absque omnium admiratione. Dedit tunc huic instituto nomen Hermannus Fulginas magne & sancte apud suos opinionis, apud quos iacet in Ecclesia Patrum Conuent. Floruerunt etiam in eodem conuentu, qui ad prouinciam sancti Francisci Tuderti, & custodiani vallis Spoleranz spectar, frater quidam Martinus signis, & miraculis clarus, & B. Paulucus Trincius, primus restaurator obseruantie regulatis in Italia; nec non tempore Joannis 2.1. magister Simon Philippi prauitatis haereticorum inquisitor, & frater Franciscus Spoletinus, qui in Damiate, opulentissima Aegypti urbe, praedicans sectam Mahometis purum esse figmentum, martyrio coronatus est.
- VII. A Fulgineo Iuua ex parte ad Apennini latus deflexit ad Treui oppidum, olim Mutusca Virgilio 7. Aeneid. Oliuiferaque Mutusca, deinde Trebia & Trebula, vel duplice nomine Trebulæ Mutuscae dictum, ut in auditorio publicauit Lypsius, ubi dum in foro, in numero predicaret populo, pullus asinilasciuiens, huc illucque discurrens, ruditu frequenti vocem intercipiebat concionantis, quem dum apprehendere non potuit populus iam tumultuans, placido vultu, inquit ad stupidum animal Prædicator: frater asme, ore te ut sileas, nec inturbes verbum Dei, quod scienti huic populo propono. Quæ verba veluti rationabiliter capere iumentum, statim cunctis admirantibus obedit, & propius accedens utroque poplite flexo se etiam exhibuit auditorem immobilem, donec sanctus vir totum completeret sermonem. Postea ibidem exadificatus est conuentus, qui ad eosdem Patres sub eadem custodia hucusque pertinuit.
- VIII. Hinc abiit Spoletum, ubi iam sui tuguriolum acceperunt, & bene audiebant in populo, licet non defuerit (ut solet nihil tam probatum esse quod ab omnibus probetur) qui humilius & indignius de illis sentiret, neque proinde veller villam eis ex abundantia sua facultate eleemosynam largiri. Quod cum fr. Andreas de Senis qui stipem colligerat, viro Dei narraret, iussit ut quacunque honestâ arte vel unum ei extorquerent fratres panem, & ad se deferrent. Ita factum; & avari panem accipiens in mensa Franciscus, benedixit diuisisque inter singulos fratres, iubens ut antequam sicutum unusquisque frustum comedederet, pro largitore precatetur, ter reperita oratione Dominica, & salutatione Angelica. Exaudiuit piorum orationes Dominus, hominemque aeterno emolliuit & flexit, ut antequam è prandio surgerent fratres, iam praeforibus pulsaret, sue duritie, & iniqui iudicij veniam petiturus. Quem omni benignitate admissum, & a sancto viro de suo instituto instructum, principium habuerunt deinceps fratres benefactorem.
- IX. A Spoleto versus Africum P. M. X VI. distat Interamina: antiquis Interamnium, vulgo Terni; priscum illud nomen fortia quod inter armes, altissimam scilicet ex Natre fossam, ipsumque Narem sita fit. Ut appulit, loci visitauit Episcopum, quem postridie habuit auditorem in platea, magna circumstante populi multitudine. Adeo vero ^{Ibidem. Maria. §. 13.} ^{Aurum emolliit Spoletanum.}
- X. A Spoleto versus Africum P. M. X VI. distat Interamina: antiquis Interamnium, vulgo Terni; priscum illud nomen fortia quod inter armes, altissimam scilicet ex Natre fossam, ipsumque Narem sita fit. Ut appulit, loci visitauit Episcopum, quem postridie habuit auditorem in platea, magna circumstante populi multitudine. Adeo vero ^{Marian. cit. Predicatio in Epi. scops Intz. ramus.}

ANNO CHRISTI.	INNOCENT. III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS ME-
1213.	ANNO 16.	IMPER. ANNO 3.	NORVM ANNO 6.

obstupuit discretus & pius Pontifex ad prædicantis doctrinam & seruorem, ut tetragonato sermone suggestum ascesserit, & ad populum subiunxerit: Magna est & continua frater charissimi Dei Optimi. Maximi. erga sanctam Ecclesiam suam prouidentia, & solicitude, nam ex primo quo eam plantauit tempore, nunquam eam destitut illustrare & illuminare magnorum hominum meritis & doctrinis. Nunc autem in novissima hac hora misit pauperculum, despœcum, & illiteratum hominem hunc Franciscum, qui eam verbo excusat & exempla, culus quo minor est litteratura, sed euidentior est virtus divina, quæ studia mundi eligit, ut confundat sapientes. Propter nimiam hanc suam charitatem & cuiam erga nos, debemus ei gloriam & honorem, nec enim caliter fecit omnia nationi. Quibus dictis ad sacram ædem orationis se receperit, quem insecurus Franciscus ad pedes eius genuflexus, & manum osculatus, ait: In veritate dico vobis, domine, quod nullus unquam tantum mihi exhibuit honorem, quantum à te hodie accepi. Alij enī mihi nescio quam sanctitatem, & virtutes indignè tribuunt, creatori, à quo omne datum optimum defusum est, quod suum est, detrahentes: sed vos discretè separatis pietate, à vili, dignum ab indigno, sanctum à peccatorq. Deo & non mihi homunculo gloriam attribuens. Regi seculorum immortalis, & inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum est ab hominibus inponenda. Magis adhuc admiratus est Episcopus ad hæc verba sancti viri, discretam & humilern hanc audiens gratiarum actionem, ruerisque in eius amplexus, quam urbanè dimisit.

Pransus est in eadem ciuitate apud Ecclesiam sancti Christophori præfectorum cum aliis quamplurimis coniuvit: apud quas dum hospes quereretur in cellario suo quedam vini dolia acida facta, & ut motis est, iussisset affteri vasculum ut probaretur à recumbentibus, accepto ciatho aceti, & cruce signato, vir sanctus è latere sedenti tradidit presbytero, nomine Ioanni, Ecclésiæ sancti Galliani Sacellano, qui dum acetum se gustaturum putaret ut exteri, vinum invenit inox optimum, totumque subridens ebibit poculum. Quod dum illi admiceretur, interrogarentque, quid tam late potauerit? respondit, numquam meum le potum habuisse per quod agnoverunt Dei in suo seruo virtutem.

Dum ibidem degeret, puerulus quidam Iohannes ex repentina morti casu periit, discerptaque & lacero corpusculo effossus ex rudere delatus ad matrem, coram omnibus & circum lachrymatibus cognatis parabatur ad funus. Motus sanctus Franciscus pietate erga parentes in suum institutum bencuelos, accessit per pseudothyrum seu posticum secerò, & clanculum ducto ad eum puer collachriatus est. Facta oratione tetendit se super mortuum, statimque vocavit ex nomine, qui confessim respondit, & surrexit integræ sanitati & virtutis restitutus. Dum autem eum redderet cognatis, monuit ut in Dei timore crearetur, nec sibi sperandam esse, licet nuberet, filiorum successionem. Quod vaticinium res ipsa probauit.

Bern. à Bel. Narrat Bernardus à Beilla alium in hoc itinere mortuum ab eodem resuscitatum. Dum XIII. fa. Submersum remansit ad cuiusdam pīi viri ædes accederet ut reciparetur hospitio, inuenit vniuersam insectam familiam, & herum plorantem ob demersum in vicino flumine fratrem, cuius augebat dolorem, quod nec cadaver inueniri poterat, ut sepelitur. Re audita, ut erat compassius vir Dei, secessit in abditum quemdam locum, ubi paulisper orauit. Hinc regrediens ad dolorem virum, iussit mitti seruos ad determinatum siuum flumij, prædicens in profundo alveo teneri, vel hæzere ex veste defunctum. Quem ut extraxerunt & reculerunt domum, coram omnibus vir sanctus hominem vocauit ad vitam: quo egregio miraculo domum illam à duplice absoluit inærente.

Bonav. c. 5. Paulo post in Comitatu Narniensi apud castrum sancti Urbani eremiticum quemdam, XIV.
Marian. c. 7. & derelictum in asperrimo monte accepit locum, in quo dum molesta illa cruciaretur
5. 3. febre, superueniretque intensus stomachi dolor, naturæ defectum sentiens, vini vasculum postulauit. Qui cum nihil vini quod sibi dari posset, responderetur adesse: iussit aquam adferri, & a latam signo crucis edito benedixit. Mox vinum efficitur optimum, quod fuerat aqua pura, & quod deserti loci paupertas non potuit, viri sancti puritas impetravit. Ad eius gustum tanta protinus facilitate conualuit, ut saporis nouitas & innovatio sanitatis, gustabile ac gustantem supernaturaliter innouantes, perfectam in ipso expoliationem veteris hominis, & induitionem noui duplii attestacione firmarent.

In specu

ANNO CHRISTI.	INNOCENT. III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1213.	ANNO 16.	IMPER. ANNO 3.	NORVM ANNO 6.

- XV. In specu huius crenni oranti & familiam suam Deo commendanti apparuit Angelus, qui exauditum in celis dixit, institutum laudavit, & quæ sequuntur, adiecit: Fr. Franciscus, ^{frater} An felix tu, & felices filii tui, qui Apostolicam renouatis & præfertis normam, quam qui fideliter & usque in finem obseruauerit, ad celum recta transibit, & lucidas cum Christi discipulis mansiones accipient. In peregrinationis huius exilio spatiolem huius instituti protectorem & defensorem ager Deus ipse contra demonum insulæ. Tibi eisque addictis dabit de rore cari & de pinguedine terre, proteget eos ab aduersis, gratia dabit, illisque in vita termino, modò iusticias eius nos prophanauerit; & mandata custodierint, erit propicius. Ex aduerso persequentibus, impugnantibus, vel odio habentibus ipsos non deerit flagellum, neque recedet à domo eorum tribulatio, & nisi resupuerit, in æternum peribunt.
- XVI. In eodem etiam cœnobio accidisse assertio Gonzaga in iraculum illud cithartæ ab Angelo pulsæ ex quo Bonaventura citatus probat, quod non solum creature seruo Dei scruebat ad nutrum; sed & creatoris ubique prouidentia condescendebat ad placitum. At non hic, sed in ciuitate Reatinæ in domo Thedaldi Saraceni id contigisse ex Mariano & legenda antiqua referemus ad annum 1215. nisi fortassis & eundem fauorem celitus hic etiam alias acceperit.
- XVII. Locus hic humilitate & paupertate inter Patres regulatis obseruantiz prouincie S. Marian. cit. Francisci iobignis est. Ecclesiam & aliqua cubicula quæ adhuc inuisere licet, pro modulo ^{Mira adiu-} suæ paupertatis curauit construi S. Franciscus, quæ absque ullis ferreis clavis, sed ex ipso ligno compactis, perfecerunt socij, quos operi præfecit. Voluit sub vicario Generali Hieronymo Torniello guardianus quidam nescio quid politoris operæ in chori sedilibus ponere, pro quo, ut moris est, in suffigidis tabulis clavos adhibuit ferreos, quorum nullus, ut diximus, in vniuersa antea conspiciebatur zdicula. Sed non fecit impune, nam cum amouit ab officio prædictus vicarius illac transiens, quia non reveritus est tanto paupertatis exemplo detrahere, & opus sanctorum sacra & religiosa tot annorum obseruatione commendatum curiosa nouitate mutare.
- XVIII. Inhabitarunt etem hanc ob sui solitudinem beati Patres Antonius de Padua, atque Gonz. cit. Bernardinus de Senis, binisque pauperculis oratoriis exornarunt: quorum utrumque vna cum specu, in quo B. P. Franciscus contemplationi vacare assueverat usque in præsentem diem perseverat. Quidquid vero zedificij à prædictis hic est, B. P. Bernardino de Senis deberur, qui conuentulum, vt nunc est sub titulo S. P. Francisci construi curauit, instituitque ut instruendis nouitiis deseruiret, quod & mordicus obseruat. Habitauit etiam diu in loco B. P. Petrus Aricensis, diemque anno Domini 1464. clausit extremum, cuius corpus integrum omnino atque incorruptum adhuc perseverat. Nec mirum cum in perpetuis vigiliis, ieiuniis, orationibus, atque contemplationibus, usque ad ultimum habitum, vitam egerit.
- XIX. Transiens per castrum Corbij ad ciuitatem Narnensem, nouum sibi comparauit discipulum Bernardum nomine, qui postea meruit apud Marochium palinam obtinere martyrii, ut suo loco dicemus. In ipsa Narnia, olim Nequinum dicta, quod secundum Pro. copium CCCLI. stadiis ab urbe Roma abest; non longe à monte Scipionis in aspero & saxaso colle sita, sanauit ad instantiam Episcopi signo crucis, à capite usque ad pedes protracto, Petrum quemdam ex omnibus corporis membris sola lingua per quinque mensium spatium vrentem. Eodem signo visum restituit mulieri veroque oculo læsa, & iuuenem à doformi struma liberauit. In ciuitate deinde Orienzi puerum ita conglomeratum, ut caput podibus portaret applicatum, & haberet ossa nonnulla contracta, signo crucis ad parentum lachrimabiles preces ab eodem suscepit, subito extensus exiliit perfectè liberatus. Per Ameliam, Ciceroni Ameria, decimo ab Aluano lapide inter Tiberim & Narniu, ciuitatem antiquam, venit ad sancti Gemini honestum oppidum, inter quod & Porcariam oppidulum, in quodam ameno nemore in monte alto, obtinuit ab Abbatæ portæ regalis locum cum sylva contigua. Extruxit ibi Ecclesiunculan in honorem B. Mariz Virginis per omnia similem Ecclesiaz S. Mariz de Angelis. In antependio altaris ^{In nemore} fecit pingi varias creaturas, angelos, pueros, aves, arbores & similia; quibus ipse subscripsit varios hos & solitos versiculos creaturas omnes ad creatoris laudem inuitans.

Timete Dominum, & date illi honorem.

Dignus Dominus accipere laudem & honorem.

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Omnis qui timet Deum, laudate eum.
Ave Maria gracia plena, Dominus tecum.
Laudate eum canticum, & terra universa.
Laudate omnia flamina Dominum.
Laudate Dominum, quoniam bonus est.
Omnis qui legitur bac, benedicite Dominum.
Omnis creatura laudate Dominum.
Omnis volucres celi laudate Dominum.
Omnis pueri laudate Dominum.
Iuuenes & virgines laudate Dominum.
Dignus est Agnus qui occisus est, accipere laudem & honorem.
Benedicite si sancta Trinitas, atque in diuisa unitas.
Sancte Michael Archangеле defende nos in p[ro]lio.

Antependium hoc pro virti sancti reverentia diligenter ad suum usque tempus seruatum
Marian. c. 7.
§. 29.
 testatur Marianus in deuoro sacello illius eremitorij, quod virti Dei dum vixit erat cubi-
 culum. In eodem monte adhuc visitur inter scissuras petrarum, quzdam cripta, in qua
Bonav. in
legen-
not.
 se abdebat seruus Dei, dum contemplabatur & orabat. Motis enim erat ei, ut refert Bo-
 nauensis, semper querente loca solitaria, amica mortoribus, & maxime inter etepidines,
 abruptorum montium quia petrarum scissuræ ad memoriam ei reuocabant Christi pas-
 sionem. Conuentulum hunc, quem locum eremitæ vocant, statuunt Pisanus & Ro-
 dulphus sub custodia Tuderio, in quo aiunt semper vixisse fratres ad litteram regulam
 obseruantes.

Ad S. Gemi-
ni adam ex-
trus.
 Rediit iterum ad S. Gemini prædicaturus Euangelium Dei, quod ita strenue petegit, XX.
 vt quod libenter sibi suisque locum inhabitandum concesserint oppidanii. Ibi dum mo-
 raretur quibusdam diebus sui hospitis uxorem à d[omi]n[o], quo per longum tempus mo-
Hospitum à
demonio li-
berauit.
 lesle vexabatur, orantibus ipso, & tribus quos secum ducebat sociis, mirabiliter libera-
 uit. Locus post serui Dei mortem sub eius inuocatione in meliore formam constructus
 fuit à quibusdam, vt ferunt, dominis de Capitonibus, illius oppidi incolis, quorum in-
 signia affixa sunt pluribus in locis Ecclesiæ. Meminerunt huius loci Pisan. & Rodolph.
 sub custodia Narciensi.

Locus edi-
ficiis ad Pe-
diatum Bona-
v. 11.
 Discurrens inde per obvia oppida & castra venit in Tusciam; & deinde ad Meridio-
 naliora Florentia ad ripam El[be] Huuij, & ad eius originem, ad Casulum, Staggia, & Po-
 dium Bonitium, aliis Poggibontium laetum ac nobile oppidum ad collis pedem situm,
 in cuius specula fortissimus extrectus à Florentinis murus ad subiectæ vallis tutelam, Pog-
 gium imperiale vocatur. Specie olim oppidum hoc ad Senenses tradit Volarteranus.
 Dum semel & iterum hic prædicaret, experireturque populum in se benevolum, petuit
 suis construere receptaculum. Quod per humaniter & benignè illi concesserunt iuxta Ec-
 clesiam S. Mariz de vico Camalduli, quam etiam circa annum 1220. in fratum usuni
 donarunt. In huius oppidi tabulario suo tempore repertum ait Marianus instrumentum

Gonz. in
provin-
Tusc. con.
6.
Rodol. 1. 1.
fol. 161.
 publicum concessionis præfatz Ecclesiæ, inter alia vero se hæc verba obseruasse: *Concedi-
 mus nos, &c. uidam fratri Franciso de Assisio, qui vocatus sanctus ab omnibus, &c.* Adhuc
 scripturam hanc custodiri ait Gonzaga ab oppidanis. Oppidum olim in alto erat monte,
 vbi modo est monasterium fratum, sed expugnatum postea à Florentinis, cum esset par-
 tium Gibellinarum, deletum vel translatum est ad imam vallem, & remansit cœnobium
 in solidudine, in quo conditus est B. Luchesius dictus de sancto Cassano, qui fuit feruidus
 sedator factionis Guelphorum, dimissaque patria ad villam Gorgiani iuxta Podium Bo-
 niti se recepit, vbi bonorum operum studiosus aliquot post annis habitum sanctæ con-
 versionis Penitentium à B. Franciso humiliiter recepit, in quo sancte vixit, multoque se-
 cum eraxit, vt amplius alibi dicemus.

Anno 1221.
¶ 14.
 Succedentibus vero annis, cum plurimæ eleemosynæ ad B. Luchesij, de tertio eiusdem XXII.
 B. Patris Francisci ordine, sepulchrum ibidem erectum, à fidelibus offerrentur (corusca-
 bat enim maximis miraculis) pulchra sat[is] Ecclesia, demolito antiquiori sacello in hono-
 rem sanctorum Francisci & Luchesij ex eis constructa, atque ipsum monasterium amplia-
 tum resarcitumque est. Locus hic ad Patres nostri ordinis Conuentuales pertinuit, à
 quibus ex Apostolica auctoritate, instauratis oppidanis ad Observantes tunc temporis
 maximè

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

maximè florentes, sub B. P. Bernardino de Senis, sequenti de causa translatus est. Præterat fortè eo temporis loco quidam guardianus plus & quo avaritiaz deditus, qui centum aureos in peculiares suos usus conuertendos, sub quodam proprij cubiculi latere abdiderat: cumque casu die quadam hora pomeridiana oppidum petret, tres equites, iuxta facies assumpras, sibi notos in itinere offendit, illosque coinerat ad cænam & hospitium inuitauit: quibus annuentibus domum repetit, omniaque necessaria ad eos humanissimè excipiendos quam diligentissime præparauit. Illis tamen plus iusto immorantibus, cum quibusdam sibi amicis fratribus discubuit, opiparéque cœnatus est. Altera vero die cum neque nocturnis, neque diurnis, neque etiam prandio adfuisse, fratres refracto ostio, ut quid in causa esset rescirent, eius cubiculum ingressi sunt, miserumque hominem extra grabatum, nudum, ex percussionibus & verberibus liuidum, humi iacentem, atque laterem, pecuniaz custodem, ore tangentem inuenierunt. Quibus miserum huiusmodi spectaculum maximè admirantibus, alter eorum qui sibi socius hesterna die fuerat, quid illi cum tribus equitibus in via accidisset, referre cœpit: alius vero non abs re esse quod sic pronus ore interim lateri impresso iacetet, subiecit: quamobrem suspicioni cedentes, laterem amouere, terramque effodere corporunt. Dum minus cogitarent laticans pecunia apparuit. Quod in causa fuit, ut & tres præfatos equites dañones fuisse, qui miserum hominem in commissaz culpaz peccati noctu suffocassent, ipsi certissimè suspicarentur, & re, minus tamen cautè, diuulgata, ad oppidanorum instantiam, locus (ut præfati sumus) ad fratres Observantes deuolutus est.

XXIII. Exornatur huius monasterij Ecclesia, quibusdam sanctorum corporibus, beati scilicet ut diximus Luchesij, qui plurimis claruit miraculis: cuius caput cum in sacristia à fratribus honorifice seruaretur, ad Gregorij X. Pont. Max. fortuitò inde transeuntis, præceptum, in ignem proiectum est, quo tamen se ipso inde exiliente, concessit Pontifex ut ipsum fratres processionaliter gestare possent. A quo tempore singulis annis, eo die Dominico, qui Passioni Salvatoris dicatus est, conuenientibus populo & clero, cum maxima veneratione à Conuento ad oppidum usque defertur, indéque ad proprium locum reducitur. Et venerabilis patris fr. Bartholomæi de Colle, qui à B. Patre Ioanne Capistrano Perusij in publica platea cum aliis pluribus scholaribus, atque Doctoribus Seraphicæ religionis Franciscanæ habitu induitus fuit, & in sacro monasterio montis Sion guardiam aliquando egit, ac tandem anno Domini 1478. hoc in loco bonis operibus plenus migravit ad Dominum. Et profundissimæ humilitatis atque contemplationis viri fratri Marchionis à Cortonio laici, qui aliquando tædio mendicationis affectus, quod propter eam à contemplandis diuinis mysteriis avocaretur, ad Carthusianos transire decreuerat, sed correptus à Domino, atque præmonitus quod obedientiam maller quam sacrificium, adeo se mendicationi dedidit, ut nihil sibi dulcius ipsa ab eo tempore accidere potuerit. Et incredibilis sanctitatis Patris Francisci à sancto Stephano, cui cum B. Patri Bernardino de Feltrio, montis pietatis in ciuitate Lucense erectionem meditanti, aliquot eius ciues tergiuersarentur, ac beatus ipse Pater fere de assequendo negotio desperaret, Christus Dominus præfati montis institutionem absque dubio futuram reuelauit, præcepitque, ut prædictum B. P. Bernardinum de Feltrio hac de re certiore in redderet.

XXIV. Senas dehinc petuit nobilissimam à Florentia, Erruriaz urbem, pluribus & ambitiosis oppidis dominancem, suburbicario agro diuitem, viris insignibus famosam. Occupauit hic oratorium sibi ædificatum à quodam domino Bonaventura in loco, quod Rauaccianum dicebatur, non longè ab eo, quem nunc fratres inhabitant, de quo alias nobis erit sermo sub anno 1226. Memoranda quædam in hac ciuitate patrauit vir sanctus, quæ & nos suis annis commemorabimus.

XXV. E Senis discedenti & palliolo propter superius memoratain infirmitatem, contego, pauper quidam occurrit; cuius miseria oculo clementi conspecta; oportet, inquit ad socium, ut reddamus mantellum pauperculo isti, nam ipsius est: mutuo enim ipsum accepimus, donec pauperiorem inuenire contigeret. Socius autem, p[ro]ij Patris necessitatem considerans, pertinaciter ob sistebat ne prouideret alij se neglecto. At ille; pro furto, ait, mihi reputo à magno eleemosynario imputandum, si hoc quod fero, non dedero magis egeni. Propterea de omnibus quæ sibi dabantur ad necessitatem corporis reueandam, solitus erat à danib[us] licetiam petere, ut licet posset si magis egenus occurreret, erogare. Nulli prorsus rei parcebat, nec mantellis, nec tunicis, nec libris, nec etiam paramentis altatis;

ANNO CHRISTI 1113.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
altaris; quin omnia hæc dum posset, ut pietatis impleret officium, indigentibus largitur. Plures item cum oneratis obuiaret in via pauperibus, imbecilles humeros illorum oneribus supponebat.			
Mariae ro- s. 9. P. san. conf. 11. Hugol. cit. Novit. ado- lescent. ha- buit donar.	Hoc in itinere factum vult Marian. quod author conformatum, & fr. Hugolinus re- serunt de conuersione nobilis cuiusdam adolescentis ex Burgo sancti Sepulchri, mæni- bus, arcibusque quatuor munitissimo oppido, uno à Tyberi milliari versus Apenninum; qui audito saepius viri sancti nomine cum videre cupiebat, & sequi. Vtrumque obtinuit in oppido montis Casalis in Appennino. Nam dum prædicantem audiuit, & post suum desiderium de hac ineunda sodalitate deprompsit, monitus à sancto Patre, ut secum bene prius expenderet quid tentaret, duriora hæc dicens, quam ut in deliciis enutriti ea possint perferte absque molestia. Respondit: Pater, nonne tu, & tui ejusdem sunt mecum com- pagnis; ex eadem terra coagulati, eundem haurimus aërem, & similem viuimus vitam? quod mei similes ferunt, ego ne non adeo ægrè passurum cum Dei adiutorio confido. Placuit sancto viro cordata iuuenis responso, & indito Angeli nomine sibi coniunxit. Id tamen in eo aliquot post annis displicuit, quod iussus ut per oppidum natuum publicè moneret, sanctum vitum crastina die publicè prædicaturum, id facere distulerit ob recundiam, & inanes parentum respectus. Asperè correpus de inobedientia, & vana sa- culi erubescens, missus est ut nudus præceptum impleret: quam pœnitentiam dum summa alacritate subiret, revocatus est à prima platea. Vitam egit sanctam miraculis illustrem, Guardianusque constitutus est in loco montis Casalis, ubi etiam censemur diem extremum clausisse.	xxvi.	
Marcus I.p. l. 1. o. c. 8. Pisan. cit.	Dum aptem ædis præfectum ageret, illaque transiret sanctus Franciscus, narravit ei tres insignes in illis montibus prædones plura mala viatoribus inferre, & à cœnobiarachis quotidie mendicatum panem extorquere, seque nescire qua ratione illorum extorsioni- bus possit mederi. Cui sanctus vir: si quæ dixeris tibi peregeris, confido in Domino, quod illorum animos lucaberis. Optimum quem habes panem, & vinum deser eis in montem, fratres pre- & strata mappa in terra iuiva fratres mansuetis & placidis verbis ad eden- dum. Quod dum fecerint, suauiter spiritualia verba tu cum socio tuo proponite: deinde humiliter petite, ut vobis promittant, scilicet deminem amplius vulneraturos, aut lœsiros. Quod si promiserint die sequenti regredimini, etiam cum pane, vino, & obsonio, & dici- te, hæc vos illis perfette, tum quia fratres; tum quia amice pridie vobis promiserunt, quod petiistis. Si similiter tertio feceritis non dubitetis, quin Dominus illuminabit con- silia cordium illorum, & docebit eis viam bonam, per quam ambulent. Fecit omnia Angelus, & ad tantam homines deduxit mansuetudinem, atque erga fratres amicitiam & familiaritatem, ut præstata obsequia rependerint, suis humeris è sylvis ligna portantes ad Eremitorium, fratibusque in aliis humiliiter seruientes, unus eis adhæsit, & facit alio se contulerunt pœnitentiam de reatibus astuti.	xxvii.	
Marcia. cit. c. 9. Pisan. cit. Alij. tre. si- mili. con- sensi.	Alios tres simili charitatis officio orante pro eis sancto Francisco conuertit, trahens eos in funiculis charitatis ad tantam scelerum displicantiam, ut sanctam deinceps egerint vitam in ordine, quorum duo non adeo diu vixerunt, sed, qui remansit, tertium tam au- stere pœnituit vita præterita, ut per quindecim annos quibus superfuit sociis, ter in septi- mana panem tantum & aquam adhiberet in cibum, unica pannosa indutus tunica, nudis absque sandaliis pedibus incederet. Miram ante mortem habuit visionem, quam eo, quo mortuus est, anno referemus. Utramque hanc conuersionem notat hoc in loco fa- ctam Marianus, & postea, ut dicit Pisanus, transisse ad fratres tertij ordinis conuentum: sed reassumptum iterum à Patribus Conuent. qui dum refectorium ampliare vellent in- uenerunt in subterraneis sepulchris, ad artem elaboratis, trinos loculos, in quorum uno integrum iacebat cadaver. Horum trium iudicant corpora hæc fuisse, & ob sanctitatis opinionem, ibi recondita, quæ illi in Ecclesia reverenter in elevato & pulchro reposue- runt sepulchro.	xxviii.	
Mariae ro- s. 11. Gonza. in pro. 17. Tusciz. con. Rodul. l. 2. cl. 16.	Incepit vero prosecutus iter, Apennini iuga transgressus Franciscus, pergens per vallē Marciañam ad Montis Feltri oppidum, recessuit in castro sancti Leonis, Mon- tis Feltrini comitem, & dicti castri dominum, noua quadam equestri dignitate insignien- dum, magnam præparasse solemnitatem ludorum, & spectaculorum, ad quam amicos & cognatos invitauit: inter hos accessit Illustrissimus Comes Orlandus Cathanius domi- nus vallis Casentina, adiacentis regionis, & iunioris Clusij (ad Clusij Hetruseæ ciuitatis differentiam)	xxix.	

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

differentiam) quod olim Romani impedituri ne Hannibal Carthaginens. Amilcaris filius, strenuus Pænorum Dux post superatas maxima industria Alpes vterius progrederetur, in dicta Casentina valle ad mille passus à monte Alueræ construendum, communendumque curarunt. Audiens autem B. Pater sonitum & strepitum iubilantium, clangore cinque tubarum & buccinarum, è via deflectens ad ascensum monticuli, in cuius ingo erat castrum, ad socios ait: Eamus, & nostras opponamus arcis dæmonis insidiis, quas in huiusmodi iubilationibus sternere solet incautis, vehementer enim & vbique nobis ^{Publicis in spectaculis e- gregie predi- cat.} allaborandum est pro animarum salute. Perlustrato oppido, auditoque solemnî sacro, cui omnes cum novo milite interfuerunt, exeuntes sacrâ zdem in editiori quodam loco, fereuenti exceptit & detinuit sermone, proposito materno idiomate hoc themate: *Tanto è il ben che espero, che d'ogni pena me diletto*, id est: Tam ingens est bonum quod spero, ut omnis pena me delectet. Quod luculentissimè probauit tum egregiis rationibus, tum Apostolorum exemplo, qui ibant gaudentes à conspectu consiliū, quoniam digni habiti sunt pro nomine ^{A.D. 3. 41.} Iesu consumeliam pati: tum etiam ex sanctorum martyrum sanctis qui in melis, in pellibus ^{Hebr. 11. 37.} caprinis, in carcibis, ad metalla condemnatis, egentes, angustiatis, afflitti, suprema vita peccatula & dispendia hilariter subierunt considerantes, quod non sunt condigna passiones hu- ^{Rom. 8. 18.} ius temporis ad futoram gloriam, qua resulabunt in nobis.

XXX. Hominis feruorem, miramque dicendi energiam admirati sunt auditores, diuinum quid in ipso venerantes, in faciem eius suspensi, tamquam in vulnus angelii stantis inter illos, secumque expenderunt eo tendisse sermonem, vt à festis & vana saeculi lâritia transcendum doceret ad Crucis Christi perfertæ passiones, sine quibus non peruenientur ad regnum. Si enim non compasimur, non conregnabimus. Præ cæteris commotus Orlandus, qui nihil tam cupiebat, quam videre & alloqui virum, de quo tam miranda sepius audierat, expectauit, brachiis exceptit ex alto descendente, & scorsim vocatum rogauit, vt animæ causam auctorum patienter audiret, eruditetque Urbanus & discretus Pater: Vade, inquit, domine, & honora hodie amicos tuos, qui te inuitarunt, & postea commodiori hæc peragenda sunt tempore. Obscuratus, interim curavit, vt pij virti impransi non manerent, quos ad vesperam adiit, & ad votum allocutus, egit cum institutore plene ad votum, de Christianæ vitæ profectu. Ad vocem grandis loquelæ ignis exarsit in eo deuotionis & affectus erga sanctum virum eiusque institutum, cogitauitque optimè qua arte eis frui possit familiarius, si videlicet haberet in suo dominio conuictores. Obtulit ergo eis montem Alueræ deuotum & solitarium, contemplationi & monastica ^{Offert ei mō- ri Alueræ.} rit peropportunum, quem si inhabitare placeret, curaret ut quæ opus essent, ministrarentur. Sancto viro ob innatum solitudinis amorem placuit oblatio, & gratias agens respondit, se illi Clusum missurum antequam ex Italia discederet, qui montem explorarent, si rebus cælestibus meditandis, & religiosæ vitæ transligendæ deserueret. Ex vicino mox pago, expletis iam spectaculis & solemnitate prædicta, binos eò socios destinavit, qui & præfatum montem vndique lustrarent, & locum ædificando conuentui idoneum feligerent.

XXXI. Pios exploratores velut angelos è cælo delapsos domo excepit pius Comes, quos ipse postea quinquaginta associatus militibus duxit in montem excelsum, quem sui institutoris studio accommodum, planitiemque ædiculæ extruendæ aptam inuenierunt, in qua deliberauerunt commorari in nomine Domini. Comitis famuli statim gladiis & campestribus armis excisus è nemore rainis, sufficiens efformatunt turgiolum, quod inhaberet in pacificam possessionem publico desuper consecro instrumento, quod adhuc in hujus loci cartophilacio asseruatur, qua licuit solemnitate tradiderunt. Hac ratione humiliiter & deuotè felici omne, & sancto auspicio occupauerunt Minores montem hunc, modo per orbem mirabiliter insignem.

XXXII. Est autem mons hic in arduis Apennini iugis altitudine procerus, ab aliis montibus Roduli separatus, super quos caput extulit omnes, tribus à lateribus præcipitibus, quasi quibus. ^{262.} Defribu- dam altissimis mœnibus cinctus. Duplice flumine Tyberi & Arno alluitur, à Bibiena ^{mons. Ali-} nobili oppido in agro Clusentino distans septem millibus passuum. Quidam Aver- ^{mons. Ali-} nam à Verna deduci putant. Erat enim Verna apud Romanos dea latronum, habe- ^{Verna.} batque templum Romæ, ubi à sicariis Verna colebatur. Utcumque sit, mons iste est sub- ^{Averna. Averna. I.} limis, cuius summum cacumen nemo scandere auderet, nisi frequens fagus prospic- ^{gubulat. I.} atum discriuinis auferret, & casuris promitteret obicem. Fagi amplæ sunt in cacumine, ^{clio} herbaque

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Abducat her-
bea Carolina.* herbaeque & virentia prata, quibus nouas faciunt vinbras. Est quoque maxima copia illius herbae, quæ vulgo Carolina dicitur: herba est spinosis foliis, quæ solo hærentes flores muniunt: dicta autem putatur Carolina, quod magno quondam Carolo diuinitus ostensa sit salutaris aduersus pestiferam luem. Fama est illum cum Romam peterer, cuin exercitu tæbe pestifera laborante, super hac calamitate anxiū in quiete Angelum vidisse, qui dixerit: Surge, & cum iugum montis ascenderis, iaculum proicito, herbamque illam legito, cuius radicem ferro iaculi vulneraueris, hanc terito, & redactam in pulucrem cum vino ægrotis dato ut bibant, & virus omne depeller, tibique exercitum conseruabit. Amoenissimus est modo mons & maximis virentibusque arboribus coronatus, cuin antea caluus, inhospes, & horridus esset. In loco Francisco familiari apparent impenetrabiles caueræ, abrupti & suspensi lapides, inaccessæ vndique rupes, in barathra hiatus profundissimi, quos horror erit aspicere. Sacra nunc vbique antra, scissuræ, templa delubra, sacella, prodigia, & vestigia miraculosa sanctorum virorum, Angelorum solatia, fratriationes rupium, & petrarum in passione Christi scissæ, singulare & arcane apparent modo. Locus ipse vniuersus pio quodam & diuino ardore, animas ad beatè viuendum, ad relinquentias huius mundi lordes incredibili modo excitat, ut diuina quædam vox ascendenti personare videatur: *Locus sanctus est, finem peccandi facit.* Vete sanctus iure optimo, quem Christi Saluatoris nostri, glorioissimæ virginis Mariæ, plurimorumque Angelorum atque sanctorum praesentia Beatissimi Patris Francisci, & multorum sanctorum virorum admiranda vita, & religiosa habitatio sacravit.

Gonza.cit. Rem grata hic præstare decreuimus arcana hæc simul date, & vniuersam huius sacri xxxiii montis historiam colligere, ne lectorum suspenderemus, & aude cupientem cuncta per legere alio remitteremus. Accipe ergo quæ ex illustrissimo viro Francisco Gonzaga exscribimus, aliqua ex his suis locis amplius relaturi. Habitarunt itaque prædicti Franciscus & Aluernæ sci socij in paupere tugurio in meliorem formam redacto sub præfati Comitis ample patrocinio, donec regressum ex Hispania sanctum virum in montem duxerunt. Quem condescendentem cum fratre Massizo, fratre Leone, & fratre Angelo Reatino, aues garris, & alarum rota quibusdam super scapulas, quibusdam super caput & humeros quiescentibus, lætitæ suscepérunt. Dehinc iussit præfatus Comes Orlandus parvam quædam Ecclesiam S. Mariæ de Angelis sacram iuxta formam Seraphico Patti Francisco à gloriosissima Virgine sanctisque Ioanne Baptista, atque Joanne Evangelista traditam, qua etiam de causa quædam suffragia ad eorum honorem atque laudem in sacrorum stigmatum saecello singulis diebus à fratribus decantantur, eodem in monte ad fratum eius habitatorum usum ædificari: quæ & antiquior dicitur. Cum enim fratum habitatio, crescente populi ad hunc locum devotione, aduentantes fideles capere minimè posset, post viginti sex à morte Seraphici Patti annos, prout ex Apostolico quodam Innocentij quarti diplomate dato Lugduni 17. mensis Nouembbris, anno Domini 1252. satis constat ex diversis eleemosynis extendi ampliarique coepit. Alexander vero quartus summus Pontifex, qui sacrum hunc Aluernæ montem summa veneratione ob sacra stigmata Seraphico Patri ibidem impressa, prosequebatur, ne vel in aliquo Assisinati S. Mariæ de Angelis Ecclesiæ cederet, sed ut eiusdem saltim esset estimationis, atque auctoritatis apud omnes cum illa, cum eum, tum quoque Ecclesiam (de quo supra) ibidem ædificata in à septem Episcopis nempe Aretino, Vrbinate, Florentino, Assinate, Perusino, Tifernate atque Fesulanio de Christiano more benedici, atque consecrati voluit, qui omnes maxima tum nobilium, tum quoque populorum multitudine stipati vigesimo mensis Augusti summo studio, summaque diligentia præfati summi Pontificis voluntati fecere satis. Nam post consecratam Ecclesiam, vniuersum in gyro montem equitando benedixerunt. In cuius rei memoriam anniuersaria eius consecrationis dies circumuincinis populis solemnisima est. Aderat quoque præfatis Episcopis B. Pater Bonaventura totius nostri Ordinis Generalatus munere insignitus.

*Cofertur fra-
tribus Ob-
seruantibus.* Temporis decursu præfatus mons à Patribus Conuentualibus nobilis Francisci Ca- xxxiv. thanij, tertij Franciscani Ordinis alumni, atquæ præfati Comitis Clusenii Orlandi, siue Rolandi legitimi successoris opera, anno Dominicæ Incarnationis 1430. sedente Martino quinto summo Pontifice ad Observantes deuolutus est. Martino vero præfato Martino quinto statim ad eosdem Conuentuales reddit. Tandem anno Domini 1431. Eugenio quarto ad sumimum Pontificatum electo, id magno Cosma Medice, vniuersaque Florentina

ANNO CHRISTI	INCORP. FIL.	1. E. DE C. II.	RELIGIOSIS M.
1213.	ANNO 16.	IN CRASSO 3.	AD VIM ANNO 6.

Florentina Republica, iuxtam sollicitationis us, post primum generali capitulum Bononie in Comitatu b. Pauli de Monte ab Obscuris antiquis Citramontanis Pateribus celebratum ad prefatos patres Observantes per Recuerendissimum B. F. Gallicanum de Cassali Franciscanum totius Ordinis Generalem Ministerium regresus est. A quibus in hodiernam usque diem paciam occupatur: verum tamen est, quod prememorati Observantes in huiusmodi regressus exordio à circumcidientis patre hominibus ob iniuriam, qua Pateribus Contentualibus maximè iuncti erant, plures molestias, iniurias, atque probra, ex parte patris intermixta extrema omnum rerum penitiam, qui maximè laborabant, perpetrari fecerunt, donec eorum protectio, cura, atque defensio Florentino Senatu ab eo. ^{Pr.} dem suorum Pontificis Eugenio quarto commissa extiterit. Qui eam ex animo acceptans ^{acc.} iussi executionem Laniticum consulibus demandauit. Illi vero trius etiam conservatores, insignibus que tum prememorati Pontifices Eugenii, tum Florentini Senatus, tum propej quoque Observantialibus soribus afflisis, creditos fratres ab omni prolsus vexatione atque humana molestia iniurias reddidere.

xxxv. Ecclesia, de qua supra 3 cohortis ex lignis à fratribus anno Domini 1465. fabrificatus ^{Hab.} fuit. Ipia vero Ecclesia à pientissimo quodam Dominico Bartholi anno 1486. ex eadem ^{trans.} materia, ea tamen lege à fratribus posita exornata extitit, ne quid eius forma immutaretur, neque quid accidens acciperet, ne & ipsi male perirent, prout & tres sibi mutuo succedentes guardiani, quod eam ampliare, atque in aliam formam ab ea, quæ à gloriosa virgine, antisque Ioanne Baptista, atque Ioanne Evangelista (de quibus supra) Seraphico Patre tradita fuerat, transferre attentassent, male perierant. Quod & in causa extitit, ut praefata Ecclesia in eodem semper statu permaneret, atque in maxima ab omnibus veneratione habeatur. His accedit, quod Servatoris nostri Christi, gloriose eius Matris plurimorumque Angelorum, atque Sanctorum presentia sapientius honorata sit. Qua et: in de causa singulis diebus Sabbathinis missa de Conceptione eiusdem Virginis gloriose in ea à fratribus solemniter celebatur. Hanc quoque sacram ædem sibi in sepulchorum elegit praefatus Comes Rolandus Cathonius eius fundator, ad quem plures alij heroes, sancliche fratres appositi sunt. Adiuvat huius Ecclesie turris campanaria ex qua & moderno templo / de quo inferius / descendit. Hanc praefatus Deus iudeus Bartholi Florencinus ciuis, suis sumptibus à fundatore edificavit, annoque Domini 1490. absolvit. Maiorem vero campanam, quæ & ad portam Comitem Rolandum pertinuerat Illustriss. Laurentius Medicis Leonis X. Pont. Max. pater loco conferendam curauit. Id facit hunc quod passim Cardinalis dicitur sui papa B. Francisci cellula à praefato Comite Rolando sub maxima quadam fogo, (et supra minimus) ^{sacrae c} adficiata, postmodum vero ab Illustrissima Catharina Rubru Petre male Comitis uxore, ex maxima in beatum ipsum. Patrem devotione, in eam formam quam modo induit, translata. Dicitur autem Cardinali, à ceteribus Illustriss. Galcotti de Vbertinis Atetini. Petre male Comitis, ac S. R. E. Cardin. ibi reconditis.

xvi. Formicæ eius porre, quod se paret epitaphium, incisum est: ANNO DOMINI 1224. B.
Franciscus sub hac arbo, sepe cum gratiarum actione, & levita spiritu comedat. Et tunc resum exaltationis S. Crucis Straph et in huic montis latere, ubi nunc est cella Crucifixi apparuit. & ex tuncto corpori eius strigata Domini Iesu Christi mirabiliter impressa fuerunt. In eiusdem ^{M. 1224.} facilli penetralioribus quadratis lapis terrena crata concreta existit, ex quo B. P. Franciscus sapientius selectionem sumpsit, & supra quem, dum in interiori humis nec facilli parte, que diuina Maria Magdalena sacra est, instantius oraret, atque à Deo quid de sua religione post eius mortem futurum? qui: eam consolatetus? quis correctus? quis consolatus? quis pro ea oratus est, supplice peteret. Christum Domum sed neceum conspergit, sibique que sequuntur respondentem audiuit. Quod videlicet sacra eius r. ligio ^{M. 1224.} ad ultimum usque iudicij diem perseveratura esset; quod quicunque eam dilexerit, ^{magis pri} ^{intendat} Francis. licet maximus peccator existat, Deus ita res eius disponet, ut nomen orbem tandem à se in fine consequatur. Quod quisquis illam persecutus fuerit, et si per iniquitatem egerit, hac luce diu minime scueretur; quodque nullus eius alumnus qui male in ea vivebit, diu in mortal peccato perseverare poterit: nam velis propositum, etiamen couf illus intendabitur, vel eo detecto sibi valdabit. Adiecit quoque Damascus & aliud, quod tamen beatus ipse Pater, quod se forte contingere, præ hunc iuste retinet. Creditur tamen, idque ex quadam revelatione B. Leonis eius socio post perris obtum facta.

ANNO CHRISTI
1213.

INNOCENT. III.
ANNO 16.

FREDERICI I.
IMP. ANNO 3.

KELEMBORIS MI-
NORV. ANNO 6.

*Magna plo-
ga à morte
France, causa
de Italia.*
illud vniuersale quoddam flagellum à Deo mortali bus per Italiam posuit cuius mortem ini-
mittendum, respexisse, quod tamen eius meritus, si forte peccatores vitam ad melio-
rem frugem conuerterent, differe statuerat. Quod & statim ab eius morte fecitum
est, nam tanta famis vniuersam peruersitatem Italiam, ut macti homines non solam her-
bis, sed & arborum corticibus pro cibo usi fuerint. Vnde & tanta clades fecuta est, ut
nihil à mortis imagine ubique appareret. Cum igitur prefatus Pater Leo dicam: *magis
samt mappula de solito more hora prandii contegere vellet, prohibuit B. Pater submis-
ciens: Noli charissime frater ista facere, sed mensam primò aqua, deinde vino, posse
modum lacte, rursus oleo, ac tandem balsamo lauare satagit: quandoquidem Christi
stus Dominus in ea sedere, mihiique, quæ audies reuelare dignatus est. Ita à primo
exorsus ad quartum usque progressus fuit: nam quintum (ut prediximus) tibi reuerantur:
Prefatz mensæ, quæ sequuntur, verba incisa sunt: *Alesu B. Frat. i. i. super quam habebus
mirabiles apparitiones, sanctificansque ipsam effudit oleum de super dicens: Hic est ora Dei.*
Substitit autem in sacratio prefata mensa ducentis ferè annis, cumque viri tra-
tres prohibete possent, ne scutulæ ex longinquæ aduentantes eius aliquid au-
ferrent, ne tandem in nihilum redigeretur, inde ad hunc locum translata, atque
terrea cræte (ut diximus) communita est. Huius denique Sacelli inferior pars B. Ma-
rie Magdalena dicata eusæt, tum quod eius imagine insignita fuerit, tum quoque
quod beata ipsa peccatrix deuoto euidam Patri Mariano à Lugo ibidem sepium appa-
ruerit.*

Dum quadam die Seraphicus Pater per huius facti montis salebras aliquæ: n locum contemplationi opportunum qualiterutus discurreteret, quoddam saxum quasi arti-
*Scissus hic
moni in pas-
sione Christi.*
ficiose ad instar cubiculi scissum, non longe à prefata eius cellula vidit, quem in-
gressus, atque ad amissum, post septem Davidicorum penitentialium Psalmorum re-
citationem, contemplatus, summo eius opificis sciendi desiderio flagrare coepit: nam
inferior eius pars pavimenti, superior vero, quæ & simulacrum recipienda luci accommo-
dam habet, recte affabre elaborati formam pra se fert, & ecce dum huiusmodi deside-
rio instantius vacaret, adfuit illi Angelus, qui & sibi dixit prefatus. Lapidem in Christi
secutoris morte cum ceteris petris scissum fuisse. Quamobrem summa cum in postea-
rum veneracione prosecutus extitit, sepiusque ad eum contemplationi vacaturus, atque
divinas immisiones recepturus declinavit.

*Extrahuntur
in monachos
ritualia.*
Illustrissimus (ut ad sacri huius loci fundatores, atque benefactores redeamus.)
Siuen Guidonis Battifolij, atque Puppii Comitis filius, Herrunusque heros utrum-
que factorum stigmatum facillum, atque quinque cubicula inter cubiculas diuino Antonio Abbat, atque S. Sebaltiano martyri sacras quinque sacerdotibus, quibus & vi-
clum, & amictum, ne mendicationis ergo egredi cogentur, contendens accommoda-
da suis supribus, ex maxima qua in beatum Patrem Franciscum cerebatur deuoti-
tione exhibisci cutauit. Prefati vero fratres diuino tantum celebando officio, con-
tinuisque medicitionibus vacabant, atque inter reliquos sanctitate insigiles ad id mu-
nus exequendum à Generali totius nostri Ordinis Ministerio feligebantur. De quo-
rum numero beatus pater Corradus Offidanus prouincie Marchie alumnus aliquan-
do fuit. Is enim cum invitus eo fuisset delinatus, teque tanta habitat, ex indignum
iudicarer, à perdeuota sorore Benenentia Anconitana de tertio Franciscanorum Ordine,
atque sanctissima femina per litteras petuit, ut le inde à Generali ministerio amo-
vendum curaret. Cui illa suauit, ut pedem figeret, quandoquidem id gratilimum Deo
futurum, sibique bene successurum esset. Idque profecto rei eventus comprobauit:
Nam & Deus Opt. Max. quinque mortuos ad eius preces hanc mortali vita restituit,
sibique gloriofa virgo in die Purificationis eius apparuit, atque puerum Iesum suis u-
lis excipiendo tradidit. Perseverauit autem huiusmodi quinque sacerdotum succe-
sio grousque Seraphicus Ordo aliquantulum à recto trame declinare coepit: à quo
etiam tempore prefata cellulae ruine exposite sunt. Quamobrem ut primum hic lo-
cus ab Eugenio quarto Pont. Max. Observanti familiæ (ut prefatis sumis) collatus ex-
ticit, huiuscmodi sacerdotum habitacione abrogata, statutum, idque consulto à pa-
tribus fuit, ut singulis diebus res divina in factorum stigmatum facello ab uno fa-
cilius sit. ut singulis diebus res divina in factorum stigmatum facello ab uno fa-
cilius sit. ut singulis diebus res divina in factorum stigmatum facello ab uno fa-
cilius sit. ut singulis diebus res divina in factorum stigmatum facello ab uno fa-

*Corradus Offidanus hic
mox mortuus in-
culta.*
Quamobrem ut
publica sup-
plicatio ad
factum sit.
ius loci fratres processionaliter ad idem facellula glorioissime Virginis nocturnum
hunc

ANNO CHRISTI 1113.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI I I. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	----------------------------------	---------------------------------

(hunc benedictam vocant) alta voce persoluentes pergerent. Quod quidem eidem virginis gloriose gratissimum extitit: nam semel ex altissima quadam fago, inter aediculam Divi Antonij Abbatis dicatam, atque illam quæ Cardinalis dicitur surrigente religiosos eò tendentes benedicere visa est. Cumque præfata processio ex nimia niuum multitudine quodam à fratribus prætermissa fuisset, plura diversi generis animalia à veteri Ecclesia ad præfatum facellum usque bina & bina, ad processionis instar procedere, sequenti nocte visa sunt. Quod cum fratres resciuisserint, huiuscmodi processionem perpetuo habendam, licet tempestas magis magisque scuiri firmissimè statuerunt. Quæ etiam de causa Clemens septimus Pont. Max. singulis fratribus qui ei intersunt, plenariam omnium peccatorum indulgentiam viuæ vocis oraculo concessit.

XXX. Sanctæ vero Crucis facellum, quod & secunda B. Patris cellula fuit, à fratribus Leo- Facellum
Crucis.
ne, Angelo, atque Massæ eius sociis ex lignis, terra, atque arborum foliis primitus aedificatum extitit. Hoc præ ceteris B. Pater summopere dilexit, atque ad celebrandam Angelorum quadragesimam, plenioribusque affectibus Deo vacandum in habitationem elegit. Qua etiam de causa prefatis sociis præcepit, ne eò se quæstutri aliquando accederent. Vni nihilominus patri Leoni ad ipsum, vel aquam & panem pro refecione beato Patri ministraturo, vel matutinas horas secum persoluturo patebat accessus. Hic sibi B. Pater Franciscus ab eodem Patre Leone inter orandum raptus, atque in æra etiam super altissimas arbores elevatus visus est. Hic quoque asturem sibi familiarium habuit, qui se ad Canonicas persoluendas horas singulis diebus excitabat. His igitur de causis, quodque tanto Patri addictissimus esset, præfatus Simon Florentinus heros huiusmodi cellulam in iustum facellum sub titulo S. Crucis anno Domini-
ca Incarnationis 1264. transferendam curauit. Idque sequentes litteræ ibidem incise facile indicant: Anno Domini 1264. feria quinta post festum Assumptionis gloriose virginis Maria Comes Simon filius illustris viri Comitis Guidonis, Dei gratia in Tuscia Paletinus, fecit fundari istud oratorium ad honorem S. Francisci, ut ipse, cui in loco isto Seraph apparuit sub anno Domini 1224. infra octauas matutinatis eiusdem Virginis, & corpori eius impressis stigmata Iesu Christi, consignet eum gratia Spiritus sancti. Ex eius vero fonte, quæ sequuntur carmina legere licet.

*His quondam Divi Francisci hac cella secunda
Extisit in scopulis, nunc vero dicta Ducis
Hic quater arcta decem illædies ieunia solvit
Ordinis Angelici datus honore sacri.*

XL. Construxerat sibi beatissimus pater Franciscus non longè ab hoc ipso facello domi ad-
hue intra cellæ limites teneretur, sub procera quadam fago, oratorium, in quo inte-
gras in oratione noctes consumere assueverat. Ad hoc igitur in festo exaltationis san- In huic fa-
cto crucis paululum ante auroram orationis ergo perfecturus, maxima luce circum-
fusus in ipso medio itinere Christum Dominum in Seraph specie ex aëre sibi apparen-
tem, atque sacra stigmata imprimenter vidit. Fratres vero ne locus tanto mysterio
dignus mortalium pedibus tereretur, ipsum ferrea crata congeendum curarunt. Quam
tamen perdeuora quedam femina Elizabetha cuiusdam Angeli de Baldis vxor, hono-
ris causa inde amoueri, atque aliam omnino æream, anno Domini 1536. sibi sub-
rogari fecit: nec facile populorum ad sacrorum stigmatum facellum, quod & Co-
mes Simon (de quo supra) elegantissimè exornandum curauit, & in quo quin-
que lampades perpetuò lucent, deuotio, ob sacra stigmata ibidem recepta, expri-
mi posset. Ad ipsum siquidem perpetuo Christi fideles sua vota persoluturi confluunt,
plurimaque inde beneficia à Deo Opt. Max. meritis tanti Patris referunt. Adau-
get præterea huiusmodi deuotionem vespertinus (vt prædictus) fratum accessus,
qui singulis noctibus à compleriori perdeuotas quasdam antiphonas in B. Virginis
Marie, sanctorum Angelorum, Ioannis Baptizæ, Ioannis Euangelistæ, Hieronymi,
atque B. Francisci honorem ibidem deuotissimè decantant: præsertim eam quæ ab his
verbis exorditur: *Celerum candor splenduit, &c. & illam, quæ ab his verbis auspicatur:
Crucis hic apparet hostia, &c.*

XLI. Cum Illustrissimus pariter ac Reverendiss. Reginaldus Rauennatum Archiepiscopus

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*sacelli con-
secratio &
varia indul-
genzia.*

iuncto sibi Reuerendissimo Aldobrandino Arcinorum Episcopo, sacrum hunc Aluernæ montem, ex maxima in B. Franciscū deuotione concepta, visitatus anno Domini 1310. perivisset, fratres, ut sibi præfatum S. Crucis facellum consecrare liceret, exorauit. Quibus denique annuentibus ipsum quinto mensis Augusti eiusdem anni, cum maxima cordis letitia, de Christiano more consecravit, atque sanctissimæ Crucis, sanctis Angelis catærisque cælestibus spiritibus, atque B. P. Francisco dicavit: insuper & omnibus Christi fidelibus illud in prælatorum sanctorum festiuitatibus atque per eorū oœtuas accedētibus integrum annum de iniunctis penitentiis, ex Apostolica auctoritate, remisit. Postmodum vero Reuerendissimus P. Fr. Angelus Feduccius à Bibienna Pisauriensium Episcopus præfatum montem accedens, præmemorati facelli sacerorum stigmatum maius altare 2 f. Ianuarij, anno Domini 1375. ex facultate tamen Reuerendissimi Ioannis Alberti Arcinorum Episcopi, cuius ex partes erant, ad Dei, B. Virginis Mariæ, S. Pauli Apostoli, cuius conuersio eadem die celebrabatur, B. P. Francisci, B. Ludouici Episcopi, B. Antonij Paduani, atque B. Claræ honorem sacrauit, & octoginta indulgentiarum dies omnibus, id facellum in qualibet prælatorum sanctorum festiuitate visitantibus, concessit, atque aliquot sanctorum Ioannis Baptizæ, & Sebastiani ossa, aliquotque B. Bartholomæi Apostoli crines eidem altari dono dedit. Præterea summi Pontifices Bonifacius IX. Sixtus IV. & Innocentius VIII. prout ex eorum diplomatis in præsentis loci archivis asseruatis liquido constat, omnibus Christianis, qui sacerorum stigmatum, facellum, atque ambas, nouam scilicet atque veterem, Ecclesiæ in sacerorum stigmatum festo visitaue-
rit, dummodo commissa peccata per sacram confessionem abstererint, eam indulgen-
tiā plenariā quæ Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Angelis prope Assilium in festo Portiunculæ, nempe secunda ciuiuslibet mensis Augusti, in eorundem fauorem concessa est, ex Apostolica auctoritate impertiuuntur, supra præfatum sacerorum stigmatum facellum ri-
mami quandam inuisere licet, ubi B. P. Franciscus sepius orasse creditur, & B. P. Leo eius secretarius, socius, atque confessarius quodam oratorio constructo plures, easque mira-
biles revelationes habuit. Distinguebatur tamen præfatum oratorium ab eo facello al-
tissima quadam figo, quam insolens quidam miles tantum facellum sua ruina demoli-
turus, anno Dominicæ Incarnationis 1498. ex mera tantum malitia succidit. Sed ea
sunt Dei Opt. Max. bonitas, ut arbor ad aliam partem inclinata, nihil penitus detrimenti
eidem intulerit.

*Sacellum D.
Bonaventura.* Non longè ab hac ipsa sacerorum stigmatum æde, versus inferiorem partem, aliud ora- XLII.
torium B. P. Bonaventuræ sacrum sublîstir, quod maxima fideles deuotione prosequun-
tur. Hæret siquidem ei ferè loco, in quo Seraphicus Pater Franciscus sacra stigmata ac-
cepturus genua flexit. Dicitur autem beati Bonaventuræ, non quod ab ipso ædificatum
sit, sed quod ad illud beatus ipse Pater, dum Generalatus officio fungetur, sepius se-
pissim oratus diuenterit. Cum B. Pater Antonius de Padua post generale capitulum Assi-
sij celebratum, in quo corporis B. P. Francisci translatio facta est, hunc sacrum montem
in habitationem elegisset, nullo pacto induci potuit, ut secunda B. P. Francisci cellula,
quod se ea indignum iudicaret, vteretur: sed aliam ad eius latus sibi construendam cu-
rauit, in qua & sermonum librum ad Gregorij I X. Pont. Max. instantiam composuit.
Hanc præfatus Simon Comes sacerorum stigmatum, atque sanctæ Crucis facella ædi-
caturus, intra eorum fundamenta, conclusit: vnde & facelli sancti Antonij de Padua no-
men acquiuit.

*Præcipitatu-
s à James S.
Francesi da-
to recipiat
e falso.* Inuisere quoque licet hoc in sacro monte quoddam specu, quo se B. P. Franciscus con- XLIII.
templationi vacaturus, recipere assueverat, & ex quo inuidens sibi dæmon cum præci-
pitare visus est, sed saxum alioquin durum, ita se B. P. molle, tractabileq. e p̄xhuit, ut
& digitos in eo imprimere, & eius apprehensione huiusmodi præcipitationē euadere po-
tuerit. Digitorum vestigia plurimis annis ibidem perseverarunt, que tamen polka ferro
cesserunt. Post aliquot vero annos, cum quidam frater viam, qua præfatum specu pete-
bat, hominum gressibus faciliorem, atque familiariorem reddere contenderet, ab eodem
dæmons inde præcipitatus fuit. Cumque fratres retro, ac cruce sumptis eò rende-
rent, ut defundunt cor religiosum sepulturæ tradarent, eum incolumē omnino atque can-
ticum Te Deum laudamus cantantem in gratiarum actionem inuenierunt. Quibus & ille
fallus est, se meritis B. P. Francisci, cuius in tanta crux fauorem ex intimis præorditis
implorasset, mortem evasisse. Præfatum specu, ob Seraphici Patris reverentiam, hone-
taturus

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

statorus perdeuotus Angelus Baccius, Aretinus ciuis, facellum in honorem S. Sebastiani, anno Domini 1480. eo scilicet tempore quo grauissima pestis vniuersam Italiam peruersit, ad frateris cuiusdam Laurentij à Fabriano, cui vulgo Zaccetus, nomen fuit, instantiam, ibidem edificandum curauit. Ad cuius dextrum latus plurima antiquiorum Patrum hoc in loco defunctorum ossa recondita sunt. Hac dum ex coenacero exhumerata, ut in honorib[er]centiores quatuor sepulturas, ea de causa erectas, inferrentur, diligentius congeruntur, nubecula quadam ex tempore orta per diem, atque sequenti nocte igneo globo cuncta fuere. Quamobrem ius sepulchris prætermisssis, præsenti loco, ut in maiori veneratione haberentur donata sunt.

XLIV. Substat facello S. Antonij Abbatis secretum B. P. Francisci oratorium, in quo semper ab aliis orare solitus erat. Huic h[ab]et locus B. Francisci, lectulus vulgo appellatus, <sup>Oratorium
de B. Antonio
Francisci.</sup> cù quod super eum defatigata ex continua genuflexione, atque oratione membra necessario somno aliquando refecerit. Hunc illustrissimus Petrus Ioannis Pauli de Vrsinis, cum omnium membrorum contractionem ex grauissima infirmitate incurrisset, felici eventu sequenti, in facellum D. Antonio Abbatii sacrum anno Dominicæ incarnationis 1440, erexit. Cum enim is heros (ut prædictimus) omnino contractus priorum membrorum usum amisisset, omniaque necessaria remedia, sed humana recipiendæ sanitati pristinæ adhibuisset, nec eam assecurus esset ad hunc sacrum Aluernæ montem, ex maxima qua B. Franciscum prosequebatur devotione, deferri, atque per cuncta loca, in quibus beatus item Pater aliquando substitisset, circumferti voluit, ac tandem ad hoc oratorium delatus, atque præfato in lectulo declinatus post præmissam orationem, voti compos effectus est. Quamobrem ne aliquando à tanto patre ingratitudinis argueretur, præmemoratum sancti Antonij Sacellum ibidem propriis sumptibus edificari, atque sequentes litteras cum gentiliis propriez familiz insigniis eius portæ incidi curauit: *Hoc opus fieri fecit Petrus Ioannis Pauli de Vrsinis de urbe, olim capitaneus generalis populi Florentini.*

XLV. Prope hanc sacram edem substitit aliquando fagus (cuius supra meminimus) ex qua virgo gloriofa fratres benedixit, cui alia eiusdem generis arbor successit, quæ scaturientibus venis aquam ad pellendos oculorum morbos salutarem perpetuo midistrat. Ad latum eius portæ qua silua pertinet, deuotissimum aliud occurrit facellum ab illustrissimo quodam Comite Francisco ex parte edificatum, atque ab eius vxore Alexandra anno Domini 1532. omnibus numeris absolurum. Atqui illud, quod campanarum turri vicinum est, à perdeuoto Iacobo Francisci Stronconio, diu Stephano portomartyri eius tutelari, etiam pro parte constructum, atque ab eius successoribus, anno 1550. absolutum extitit.

XLVI. In cliuo vero eius colliculi, qui supra sacrorum stigmatum facellum cleuatur, alia quoque surrigit sacra domus beato Patri Ioanni ab Aluerna dicata. Fuit siquidem beatus is Pater religiosissimus sanctissimamque vitam in ieiunio, contemplatione, atque penitentia perpetuis, per plurimos annos hoc in sacro monte præsertim vero in præfato colliculo, ubi & ligneari cellam in praetextam sacram edem translatam, sibi construxerat, atque omnino angelicam vitam duxit. Insuper & Aluernæ cognomen, cum primo Firmanus cognominaretur, ex diurna montis habitatione contraxit. Strauerat præterea beatus item Pater Ioannes iuxta præfatum facellum deambulationis ergo semitam, quæ ad altissimam sagum terminabatur. Cumque quadam die diuinis meditationibus intentus per eam obambularet, oculorumque aciem in crucem eidem arbori affixam, direxisset Christum Dominum in ea grauiori passu gradientem ex tempore vidit. Ad sacrosanctos eius pedes prouolutus, cum semel atque secundo erratorum veniam ab eo sibi dari supplex expostulasset, nec responsum aliquod retulisset, tertio ipsum iuxta arborem secutus, interim corpore in terram demisso, eandem petitionem repetit, ac tandem votum assecutus, diuinos pedes, manus, ac sacrosanctum laterale vulnus deosculati meruit. Quapropter summa letitia perfusus, ac in extasim factus est. Quo inter sacerdotes diuulgato, tanta eis ad præfatam fogum incessit religio, atque deuotio, ut nullo pacto à fratribus prohiberi potuerit, quin eam omnino decorticarent. Eoque tandem factum est, ut cortice nudata perierit. Pater igitur ac frater Angelus Rassinas sacri huius loci guardianus, ac tanta populorum deuotio aliquando euansceret, ipsam succidendam, atque inibi sacram quoddam facellum, anno restitutæ salutis 1518. edificandum curauit, cuius altare eiusdem arboris truncu innititur.

XLVII. Cum enim antiquior, cuius supra meminimus, Ecclesia maximis angustiis tenetur,

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Nona adi-
tur Eccle-
sa.* tur, nec accedentem populum, nec fratres huius loci habitatores capere posset. Illustris simi pariter ac pientissimi heroës Tarlatius Petrus malz Comes, ciùsque legitima vxor Ioanna S. Florz Comitissa, qui tertio Franciscanorum Ordini adscribi voluerunt, ex maxima in beatum Patrem Franciscum, ciusque secundam prolem deuotione, aliam multo capaciorem, multoque elegantiorum, sub glorioſe Virginis tutela, suis sumptibus à fundamentis erigendam curarunt. Idque sequentes litteræ fornici inscriptæ principalioris eius portæ satis indicant. Anno Domini 1348. nobilis miles dominus Tarlatius de Petra mala, & domina Ioanna Comitissa de S. Flora, vxor eius ædificari fecerunt istam Ecclesiam ad honorem bearum Marium semper Virginis. Sed cum immatura morte præuenti, quod piè ac sanctè proposuerant executioni mandare minimè potuissent, suis hæreditibus, ut mille aureos coronatos ad eius perfectionem, ac viginti quinque singulis annis in festo beatissimi Patris Francisci ad fratres induendos penderent, ex testamento præcepere. Quibus nihilominus tergiuersantibus, ac tantorum parentum votis minime annuentibus, Lanificum consules (de quibus supra) tum ex propriis, tum ex acquisitionis, & à se, & à fratribus eleemosynis, eam & perfici & absolvi anno Domini 1497. fecerunt : cuius princeps facellum Illustriss. Franciscus Medicus anno Domini 1457. ex propriis facultibus prius construxerat.

*Magna in-
tus adiu nra-
guia.* In huius modernioris Ecclesiz sacrario, quæ sequuntur, sacrosanctæ reliquiae reli-
gioſius aſſeruantur. Nempe tres paruz cruces, ex eius ligno, in qua Christus Domi-
nus pro nobis peperit, fabrefactæ, atque chryſtallina cruce circumdatæ. Alia iti-
dem Dominicæ Crucis particula, & inconsutilis Dominicæ vestis pars. Ex linteo quo
Christus Dominus adhuc infanzulus cum esset, inuolitus fuit : ex purpureo vestimen-
to eiusdem : ex leſtulo vbi idem in deserto aliquando iacuit : ex loco vbi orauit, quando
ſanguineum humorem emisit : ex lapide in quo diſcipulorum pedes lauaturus genua fle-
xit : ex columna ad quam idem Christus alligatus pro nobis flagellari voluit : ex sepul-
chro eiusdem : ex lapide Dominicæ ſanguine intincto : ex pelui in quo diſcipulorum pe-
des lauit : ex linteo quo ſe eos lauaturus præcinctit : ex mensa, in qua cum eis ultimam
coenam fecit : ex veſtimentis, ex cunabulo, atque ex eiusdem Christi Domini præſepio:
ex arca veteris testamenti : ex lapide in quo Beata Virgo ſedebat, quando Spiritus fan-
dus in columbz specie ſuper eam, atque ſupra Apoſtolorum ſingulos in festo Penteco-
ſtes descendit : ex crinibus, laete, ſepulchro, eiusdem B. Virginis Mariz : ex crini-
bus S. Ioannis Euangelizæ, atque ex manna ſepulchri eiusdem : ex oſſibus sancti Ioani-
niſ Baptizæ, atque ex lapide ſuper quem decollatus fuit. Item ex oſſibus ſanctorum Pe-
tri & Pauli, Iacobi fratri Domini, Andrez, Thomæ, Barnabæ, Bartholomæi, atque
Mathiz Apostolorum. Ex oſſibus quoque ſanctorum Innocentium, atque sancti Simeoni.
Ex oſſibus etiam ſanctorum Stephani protomartyris, Laurentij martyris, Felicis
Papz & martyris, Anastasij, Felicissimi, Agapiti, Valentini, Ciriaci, quadraginta martyrum,
Pontificij, Iuliani, Stephani Papz & martyris, Donati, Felicis, Urbani, Porphy-
rij, Mauriti, Clementis, Nicolai, Blasij, Alexij, atque Hilarionis. Ex crinibus, ſan-
guine, tunica, atque chorda B. P. Francisci. Ex chorda quoque & barba sancti Bernardi
Abbatis. Ex oſſibus, & veſtimento S. Mariz Magdalenz, atque ex oſſibus SS. Agne-
tis, Praxedis, Felicitatis, Rotentianz, Ceciliæ, Sabinæ, Petronillæ, Scolasticæ, Eu-
phemiz, Ruffinæ, Margaretæ, Victoriz, Constantiz, Columbz, atque vnius ex un-
decim millibus virginum & martyrum. Ex tunica crinibus & velo B. Claræ virginis : ex
casula & cilicio S. Martini Episcopi : ex virga Aaronis : ex terra ex qua Adam pro-
toplatus formatus fuit, ex manna filiis Iſraël coelitus collato. Aſſeruantur præterea in eodem ſacrario paſtoraliſ D. Thomæ Cantuariensis Epifcopi baculus, lignea ſcu-
tella ex qua B. P. Franciscus comedere aſſueuerat, & cristallinus cyathus, ex quo idem
Pater in mensa præfati Comitis Rolandi, aliquando bibit, habitus inſuper & cilicij
eiusdem pars, tuniculæ quoque atque mantelli S. Ludouici Epifcopi & confessoris parti-
culæ, & cingulum præmemorati Comitis Rolandi, quo aliquando B. P. Franciscus præ-
cinctus fuit, & ille Comes ab ilium dolore liberatus extitit, & quamplurimæ aliz reli-
quiaz, vi ſunt Beatorum Patrum Bernardini de Feltro, atque aliorum tum chordæ, tum
habitū, tum quoque tunicularum partes, quas breuitati ſtudens ſigillatim reſerue volui.
Et hæc diſta ſunto de Ecclesia, ſacellis, ſanctorum reliquiis, atque deuotis montis huius
ſacri locis.

XLVIII

Vt autem

ANNO CHRISTI 1813.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

XLIX. Ut autem aliqua de reliquo eius ædificio dicamus, curiosum lectorem præmonitum cupimus, ut meminerit antiquiores fratres nostros nihil minus quam ædificiorum monilem atque superbiam, quod sanctissimæ paupertati contradiceret, curasse; eaque de causa pauperculis, ut plurimum, turgioliis ex vili materia compactis, fuisse contentos: prout & primi huius sacri montis habitatores extiterent. Quibus humilis casula vel stramine, vel arborum frondibus coniecta, vel excavata rupis habitatio fuit. Cum autem fratrum numerus in dies magis, magisque cresceret, nec ea viuendi forma, quod hic locus frigidissimus sit, omnibus attideret, summa tum fratrum, tum quoque præfatorum Conventuum, solum cura, atque diligentia, quædam domus pro maiori parte lignea contra aëris frigorisque inclemenciam ad communem fratrum habitationem iuxta moderniorem Ecclesiam 26. anno à beatissimi Patris Francisci morte ædificata extitit. Quæ tamen anno à partu Virginico 1472. cum Illusterrimus, pariterque Reuerendissimus Franciscus Piccolomineus Senarum Cardinalis, qui postmodum summus Pontifex creatus Pius III. appellari voluit, hunc Aluernæ montem devotionis ergo petere decreuisset, aliquotque famulos, qui necessaria præpararent, præmisisset, eorumdem incuria flagrare cœpit. Cumque vorax flamma tertia eius parte absumpta, etiam illi cui vniuersa tum fratrum, tum præfati Cardinalis Illusterrimi supellec̄tis, credita fuerat, minaretur incendium, genuflexi fratres Diui Laurentij auxilium implorare cœperunt, se illi ex voto astringentes, ut si flamma supellec̄tis, atque reliquis adhuc permanentibus parceret, eius commemoratio ab ipsis singulis diebus facienda veniret. Qua pollicitatione facta B. Laurentius illis ex medio igne, qui & statim extinctus est, apparuit. Et ab eo temporis, nullo die prætermisso, eius commemoratio fit. Atqui præfati Lanificum consules fratrum operâ maximè adiuti, constructis ex lapide muris, ut similem casum facilius euadere possent, huiuscmodi damnum quantacuyus reparandum curarunt.

L. Quod vero reliquum est ædificij plurimos sui authores habuit. Nam noua infirmaria, eiisque refectorium, aromataria, atque veterque Xystus liberalissimis Serenissimorum Hetruriz ducum Cosmæ Medices, atque legitimæ eius uxoris Eleonoræ à Toletu sumptibus anno Dominicæ incarnationis 1594. constructa fuere. Bibliotheca vero quæ & satis copiosa est, ex diuersis benefactorum eleemosynis in eam formam quam modo præse fert, anno Domini 1557. translata extitit. Atqui commune fratrum refectorium, & superædificatum dormitorium ex liberali Ioannis cuiusdam ab Antiqua (vulgò della Vecchia) Aretini ciuis clargitione multo ante, nempe anno Domini 1518. huic loco accessere. His annexenda venit pulcherrima cisterna, eaque aquarum capacissima, quæ præfato anno 1518. fabricari cœpit, & anno 1522. solerti fratrum diligentia absoluta fuit.

L.I. Est præterea sacra hæc domus domus illustris capitulo quodam generali ibidem anno Dominicæ Incarnationis 1484. celebrato, in quo beatus pater Angelus de Clauasio tertio familij Observantij Franciscanæ generalis vicarius electus fuit, & congregazione alia generali intermedia sumptibus Serenissimi Cosmæ Medices secundi Florentij Ducis habita, in qua anno à mundi redemptione 1563. Reuerendissimus Pater fr. Aloysius Puteus, qui & postmodum totius Franciscani instituti generalis Minister, Commissarius generalis Cismontanus creatus fuit, omnino illustris.

L.II. Maior profecto quam par sit nobis historia texenda foret, si omnes gratias, immunitates, atque privilegia huic sacro loco concessa impræsentiarum referre vellemus. Nihilo minus tamen ne ipsa ex quadam oscitantia prætermisso videamur, aliqua ex plurimis in medium adducemus. Fuit igitur sacer hic Aluernæ locus primò à Patre luminum quadam speciali privilegio donatus, cum à nullo ante beatissimi Patris Francisci aduentum præoccupatus fuerit, ac si tantis mysteriis in Seraphico ipso Patre; in eo complendis, ex inera industria, ab æterno destinatus, depuratusque esset. Fuit & ab eius filio, quem & vniuersorum diuinus Pater hæredem instituit, maximo favore non semel sed multo cumulus, cum vel sua corporali præsencia locum dignatur, vel sacra stigmata in eiusdem Seraphici Patris Francisci corpore producit. Fuit & à tertia in diuinis persona, Spiritu sancto videlicet, summe honestatus, cum sacro eius igne tum Seraphicus ipse Pater, tum quoque plurimi alij Patres ac fratres in ipso inflammati fuerint. Fuit & à gloriosissima Virgine Deipara singulari gratia insignitus, dum vel eius præsencia fruitur, vel antiquioris construendæ Ecclesiæ formam ab ea recipit, vel ipsam suos fratres ex arbore,

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

(ut prolocuti sumus) benedicentem contuctur. Fuit denique & ab Angelis visibili forma sp̄e sp̄ie visitatus, & à plerisque summis Pontificibus, Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, atque Ecclesiasticis primatibus multipli beneficio in Christi fidelium se accedentium fauorem (ut infra dicemus, & ex Apostolicis, reliquaque litteris in huiusmet loci archiuis assertuatis liquido constat) dignatus.

*Multa ibi principia di-
plomata.* Gregorius I X. Pont. Max. diuinidiam pœnæ partem commissis criminibus LIII. ex Apostolica auctoritate remittit iis qui vel sacrum hunc montem, vel Ecclesiam in co- cretam in sacerorum stigmatum festiuitate deuotè visitauerint. Eius plumbea bulla ab his verbis auspicatur: Seraphin volabant iuxta Prophetam, &c. Innocentius I V. Pontifex itidem maximus, plumbeæ cuiusdam bullæ datæ Lugduni, anno sui Pontificatus VIII. virtute hunc sacrum montem, quem & sanctum appellat, in suam protectionem recipit. Et Apostolicorum duorum brevium ibidein, eodemque anno datorum tenore quadra- ginta dies de iniunctis pœnitentiis relaxat iis, qui vel eius Ecclesiam in beatissimi Patris Francisci solemitate visitauerint, vel eleemosynas pro eiusdem fratum sustentatione liberaliter erogauerint. Alexander Papa I V. virtute cuiusdam Apostolici brevis dati an- no sui Pontificatus primo, cuius initium est: *Si nosse militie, &c. omnibus tum guardia- nis, tum ministris, tum quoque fratribus patribusque præcipit, ne vel hunc locum ali- quando deserant, vel ipsum aut in toto, aut etiam in parte demoliri permittant.* Idem Ale- xander I V. Apostolico brevi anno sui Pontificatus 2. edito, cuius exordium est: *Ad pro- merenda sempiterna gaudia, &c.* centum dies de iniunctis pœnitentiis remittit omnibus & singulis, qui sacri huius montis Ecclesiam in sanctorum Francisci, Antonij, & Clari festi- uitibus, vel per eorum octauas visitauerint. Idem quoque Alexander I V. virtute ale- riis Apostolici brevis dati anno sui Pontificatus 3. cuius initium est: *Sanctorum meritis in- dyla gaudia, &c.* centum alios dies satisfactioni adiudicatos relaxat iis, qui ad præfata Ecclesiam in gloriosissimæ Virginis Mariz solemnitatibus, aut per eaurum octauas, acce- ferint. Idem etiam Alexander I V. dato alio brevi Apostolico anno sui Pontificatus 6. quod ab his verbis exorditur: *Olim dom, &c. tum ministro, tum quoque cæteris huius Tuscicæ provinciæ patribus fratribusque existentibus, ac pro tempore futuris ex Aposto- lica auctoritate præcipit, ne vel sacrum hunc locum aliquando relinquant, nevo inde vel campanas, vel ornamenti, vel libros amoueant, aliisque deducant: insuper & eiusdem loci habitatoribus, ut scriceis paramentis ad Diuinum cultum vti possint, concedit.* Nico- laus I V. summus itidem Pontifex datis suis litteris quarum initium est: *Lices is, de cuius munere venit, &c.* annum & quadragenam de iniunctis pœnitentiis condonat iis, qui præmemoratam Ecclesiam in diebus sanctis Francisco, Antonio, atque Clari sanctis, vel per eorum octauas visitauerint. Benedictus X 11 summus quoque Pontifex ex maxi- ma qua in sacra Patris Francisci Stigmata, atque in hunc montem ferebatur deuotione, vniuerso Ordini Franciscano, ut prælatorum stigmatum sacerorum festum duplicatis an- tiphonis (id duplex maius appellant) celebrare possit, liberalissime concessit Bonifacius Papa I X. expedita plumbea bulla, cuius principium est: *Spendor paterna gloria, &c.* iis Christi fidelibus qui prædictam Ecclesiam 17. mensis Septembri, quæ dies sacris Sera- phici Patris Rigmatibus dicata est, deuotè accesserint, eandem proorsus indulgentiam, quam visitantes sacram sanctæ Matiz de Angelis prope Assisium ædem 2. mensis Augu- sti promerentur, ex Apostolica auctoritate impertitur. Hanc indulgentiam expedita plumbea bulla, cuius exordiū est: *Dudum siquidem, &c.* Sixti I V. anno sui Pontifi- carus quinto confirmauit, illudque addidit, ut huius Provinciæ minister vel vicarius, & in horum absentia præsentis loci guardianus, per quattriduum ante prælatorum stigmatum sacerorum festum, idoneos quosdam patres in confessarij, qui eadem prius auctorita- te, qua Vaticanani Minores confessarij erga pœnitentes pollent, erga hunc locum accede- tes, confiterique volentes fungi possint, feligere valeat. Innocentius V III. summus quicque Pontifex plumbeæ cuiusdam bullæ datæ anno sui Pontificatus tertio, tenore, quæ ab his verbis exorditur: *Pafferis eterni, &c.* Sixti I V. concessioni subscriptit. Insuper & auctoritatem confessarij factam ad omnes casus Episcopis siue à iure, siue à consuetu- dine reseruatos extendit & etiam concedit ut præfata indulgentia tum in veteri, tum quoque in noua sacri huius montis Ecclesia à fidelibus promereri possit, & ut quæcumque vota, Religionis, Compostellano, castitatis, atque Hierosolymitano de imptis, commutare possunt: utque & sacramenta ministrare, atque mortuos apud se sepelire valeant, ex Apostolica

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Apostolica autoritate concedit. Nicolaus tandem quintus Pontifex Maximus plumbæ bullæ cuius principium est: *Inter ceteros, &c. anno sui Pontificatus quinto expedira, qua- tuordecim annos, ac totidem quadraginta de iniunctis pœnitentiis remittit iis, qui adiu- trices manus pro virtusque istius loci Ecclesiaz, ac conuentus conseruatione porrexi- vint. Illustrissimus Neapoleo tituli sancti Adriani Cardinalis centum quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis remittit iis omnibus, qui propria peccata confessi sanctæ Mariæ Ecclesiam hoc in sacro monte erectam visitauerint.* Idipsum quoque vel sacrorum stig- matum facellum accendentibus, vel sacram concessionem hoc in eodem monte audientibus impertitur. Fratribus insuper istius loci habitatoribus potestatem facit, ut sibi dum extra montem concessionantur, assistentibus quadraginta dies de eisdem pœnitentiis remittere valeant. Ac tandem omnibus annonam huiusmet loci religiosis afferentibus centum dies de præfatis pœnitentiis condonat. Illustrissimus etiam Matthæus S. R. E. Cardina- lis, ac Episcopus Portuensis, nec non & Apostolicus legatus centum dies de eisdem pœ- nitentiis relaxat cuius Christi fideli, qui præfatam huius sacri montis Ecclesiam in qua- cumque B. Virginis Mariz, S. S. Francisci, Antonij de Padua, & Claræ Virginis solemni- tate, vel in die consecrationis eius, vel in Parasceue deuote visitauerit. Idipsum quoque concedit Illustrissimus Marcus tituli S. Marci Cardinalis, ac Acquileiensis Patriarcha iis, qui ad eandem Ecclesiam vel in Parasceue, vel in Dominica Palmarum, vel in feria 2. post Pascha, vel in prima mensis Augulti, vel in eius consecratione accesserint, aut ele- mosynas aut pro conservando edificio, aut pro comparandis ornamentis erogauerint. Re- uerendiss. Marcellinus Aretinorum Episcopus quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis condonat iis, qui sua liberalitate huius loci fratres prosecuti fuerint. Idipsum facit Re- uerendiss. Guillelmus eorundem Aretinorum Episcopus, qui & eandem gratiam prædi- cavit locum visitantibus concedit. Præcedentibus duobus Episcopis subscriptit Reueren- diss. Guido à Petra mala Aretinus quoque Episcopus. Præfatam indulgentiam duplicat in eorum favorem, qui sacrum hunc montem deuotionis ergo accesserint, sacrorumque stigmatum facellum visitauerint Reuerendiss. Angelus Pisauriensis Episcopus. Reueren- dissimus Pizzimanus Feltensis Episcopus huius sacri montis cacumen perentibus, ne cantum laboris in cassum subierint, quadraginta quoque dies de iniunctis pœnitentiis re- mittit. Reuerendissimus verò Guillelmus Vbertinus, Episcopus Aretinorum datis Bibie- na literis 2. t. mensis Iulij, anno Domini 1275. quartum exordium est: *Quoniam ad hoc debet nisi humana fragilitas, &c. ne aliqua mulier hoc in sacro nocte pernoctare, neve ali- quis vir in nocte consecrationis eiusdem montis, ut tripudia, comessationes, lascivii can- tus, atque plurimæ alia dissolutiones olim introductæ euitarentur, ibidem commorari, neve etiam aliquis, quicumque ille fuerit, absque peculiari vel huius loci guardiani, vel eius vicarij facultate arborem in eo præcidere, vel præcolum inde asportare aliquo pacto præsumat, sub graui interminatione præcipit.*

LIV. Hunc denique sacrum montem quamplurimi heroës, atque heroinæ, Duces, Principes, ^{Summi en- moniti hunc visitare.} Reges, Reginæ, atque Imperatores sua præsentia honestatunt: de quorum numero fuere ^{moniti hunc visitare.} Sereniss. pariterque pientissimus Henricus huius nominis V I I. Romanorum Imperator, qui datis sub huiusmodi initio litteris: *Henricus Dei gratia Romanorum Imperator, &c.* ipsum in suam protectionem, atque tutelam suscepit. Et serenissima Ioanna Franciæ Regina: & Serenissimi Hierosolymorum, atque utriusque Siciliæ Reges Robertus & eius vxor Sancta cum Carolo Calabriæ Duce eorum primogenito. Et serenissima Ioanna Grecorum Imperatrix, quæ summa huius montis religione tacta ad ipsum atque ad locum S. Mariæ de Angelis prope Assisium inuisenda Constantinopoli soluit, & ad propria post tantam peregrinationem reuersa, carnisque ergastulo soluta proprium corpus Assisium transfe- rendum, atque ibidem in Ecclesia S. Francisci tumulandum ex testamento voluit, cavit- que. Ut autem multa paucis perstringam, nouerit curiosus lector inter præcipuos huius sacri montis atque conuentus, facellorumque in eo cretorum benefactores sibi annu- merandos Serenissimos Herruriæ magnos Duces Colinam, eiusque legitimam vxorem Eleonoram à Toletto, eorumque usque imprimis successores. Quod & eorum- dem gentilicia insignia cum ædificiis, tum sacris vestibus, tum iocalibus diuino cultui destinatis, tum quoque libris impressa facile indicant. Ex plurimis tamen sanctissimis Patribus ac fratribus, qui in huius monasterij Ecclesia sepulti sunt; ne legentibus tardio- sim, aliquot tantum in medium adducam, illos videlicet qui peculiari aliqua prætro- gatum

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONES MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

gatiua claruerunt. Et primo quidem loco patrem Laurentium à Fabriano, Zacc̄zum obstaturz breuitatem passim vocitatum, qui fuit sacerdotio, profundissima humilitate, charitate, ardentissima oratione, atque summa abstinentia insignis. Deinde obedientissimum fratrem Bernardinum ab Aluerna laicum, qui 83 annis in maxima paupertate, vita austerritate, atque perfectione hoc in loco Deo Opt. Max. inserviuit, Virginisque Virginum, ac beatissimi Patris Francisci, nec non & plurimorum aliorum sanctorum presentia, antequam animatum celo redderet, dignatus est. Postremo vero loco deuotissimum fratrem Marianum à Luco quoque laicum, quem Diabolus assumptā felis, vel alterius animalis irrationalis forma, ab oratione, cui instantissimus fuit, auertere, sed frustra, maxima contentione nitebatur.

*Comparatio
principis se-
cunda Scriptura
monibus.*
Rodul. fol. 26.
Genes. 10.
Gen. 13.
Gen. 13.
Num. 12.
Num. 18.
Deut. 32.
Exod. 10.
9. Reg. 6.
Luc. 12.
P. 67.
Dab. 4.
Calamum hucusque suspendit non inaniter, neque iniucundè, ut spero, mysteriosus L VI
hic mons, quem supra diximus Franciscum per suos socios occupasse, quos ex Romanulæ Mariae. 10. seu Romandiæ vico illuc transmisit. Interim ipse quædam loca lustrauit, & Bononiam 9. 14.
Anno. 11. 11. peruenit, vbi suis, quos supradiximus, iam illius urbis accolat, visitatis, deuenit Immola- 9. 17.
Bonau. c. 6.
Vetus Episcopū hu-
miliare.
lum, in via Æmilia olim forum Cornelij dictam, optimo agro latifundiis campellitum, & amœnorum collum, frugum omnium feracibus locupletem. Huius ciuitatis Episco-
pum adiit; humiliterque poposcit, ut cum ipsius beneplacito posset populum ad prædi-
cationem vocare. Cui Episcopus durè respondens: sufficit, inquit, frater, quod ego præ-
dicem populo meo. Inclinavit caput verus humilis, & foras egressus, post modicam ho-
ram regreditur intrò. A quo cum Episcopus quasi turbatus requireret, quid iteratò pete-
re vellet: humili tam corde quam voce respondit: Domine, si Pater filium uno pepulerit
ostio, alio sibi reintrandum est. Humilitate vietus Episcopus, alacti vulnu eum amplexa-
tus est, dicens: Tu, & omnes fratres tui de cetero, in Episcopatu meo, generali mea licen-
tia prædicetis, quia illud humilitas sancta promeruit.

In hac regione quædam loca sancta prædicatione & raro comparauit exemplo, è qui- L VII.
bus no

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMP. ANNO 3.	RELIGIOSIS M. NORM. ANNO 6.
<i>bus notatum repens vnuum sancti ignis dictam. Hunc capundi ex Bonaventura hanc refert Marianus originem. Inter Lombardiam, & Marchiam Tenuissimam iter agente eum fratre socio iuxta Padum : tenebrosa noctis superuenit obscuritas. cumque via esset exposita periculis magnis & multis propter tenebras, iluum & paludes. dixit socius ad vitum sanctum : Ora Pater, ut de instantibus periculis liberemur. Cui vir Dei cum fiducia multa respondit : Potens est Deus, si placet sue dolcedomi, tenebrarum effugata caligine, beneficium nobis impendere lucis. Vix sermonem compleuerat ; & ecce tanta lux illico cœpit circa eos superna radiare virtute, ut nocte alius existente obscurus, ipsi luce clara, videnter non solum viam, verum plurima circumquaque: cuius lucis dueatu corporaliter directi, & spiritualiter confortati, usque ad locum hospitiū per non modicum viæ spaciū cum diuinis hymnis & laudibus incolumes peruererunt. Mirabilem autem suam directionem diuini ignis obsequio considerans sanctus Pater dixit ad fratrem Leonem : voluntas Dei est, ut hic nostris acquiramus habitaculum, quo nos tanta misericordia sue dignatione perdūxit. Ab oppidi accolis serui Dei prædicatione excitatis intra paucos dies quod operarunt, obtinuerunt, & ex antecedenti miraculo conuentum sancti ignis appellauerunt, quo uox in ad hanc usque diem à vicinis populis, & Minoribus insignitur.</i>			
<i>LVIII. Crescente quotidie & urgente desiderio martyrij, hinc per Pedemontanos acquiuitum in oppido Cherij suis consodalibus domicilio tetendit in Hispaniam, ex hac transfectus versus Marochium. Qua vero illuc traiecerit an terra marina vel an amplius quidquam notatum dignum in hoc itinere patruerit, signatum non intenio. Id mouet, ut afferat per Galliam pertexisse, quod ex nostris alienisque monumentis nubi probetur, quod per Nauarri regnum, Gallia conterminum primum Iuliobrigam, valgo Logronium olim Cantabrorum modo Castellæ veteris, quam vocant, urbem peruererit. In Hispaniam ingressu scribit ex legenda antiqua Marianus ei occurrisse in via detrahunt & destitutum pauparem quendam, languidulum, co-passumque sanctum virum tamē misericors, præfecisse eius saluti fratrem Bernardum à Quintaualle, qui genuflexus inclinato capite humiliter & libenter eius curam suscepit, & egit, quoad denū reuersus sanctus præceptor, paupere integra sanitati restituto, cum secum reduxit anno sequenti in Italiā, cui postea ut suo uariabilius loco facultatem fecit peregrinandi ad S. Iacobi sepulchrum.</i>			
<i>LIX. Dilabente hoc anno appulit Iuliobrigam, ubi cuiusdam nobilis cognomento Medranii, qui tunc forte sub Regis Castellæ signis aduersus Nauarreum militabat, filium gravissimo morte labore autem, è mortis faucibus eruit, pristinaque sospitati restituit. Id hoc anno factum, non sequenti, ut scribit Gonzaga, præterquam quod antiqua chronicæ M. S. S. testentur, ex ipso convincitur Gonzaga, qui in descriptione conventus Burgensis & Toletani hoc ipso anno ait S. Franciscum Burgos antiquis Auea, aliis corruptè, ut recte notat Merula, Masburgum, quan dignè laudet L. Martinus, venisse, quo ramen per Iuliobrigam ad Septemtrionem non longè à finibus Nauarre ad Iberum flumen strum, hoc iam patrato miraculo, peruerit. Illuc tunc, ut indicate videntur Mariana & Rodericus Toletanus, vel paulo post ut ait G.ribaius Rex Castellæ Alphonsus nodus appulit, ibique ad colloquum Piacentiam conuocatum generum suum Alphonsum Lusitanorum Regem, hunc nominis secundum cognomento Crassum, quoniam brevi adfutatum non sperabat, totus intendebat in Gallici belli apparatum. Domi sonque, in pœce & iniustitia clarus, nec pietate inferior, quippe vel hinc sancti cognomen adcepit. Princeps, accedentem ad se humiliè virtutis Dei, humanissime exceptit, & lecta eius regula, quam perpetam vel libertiorum virtutis tunc confirmatam assertunt Gonzaga, & Iann. Mariana ab Honorio rectio, sed p. ro Honorio Castiga Innocentio, & longiusculo mito colloquio, edificandorum in sua ditione sui sodalitij collegiorum faciakateni do-nauit.</i>			
<i>LX. Probant hec præter alias historias, quatuor lapideas imagines, portæ matris Ecclesiæ superposita, quatuor altera sancti Francisci, altera B. Dominicæ Regi suas regulas explicantum, & S. R. E. Cardinalium literas offerentium; alia eisdem Alphonsi Regi, alia denique Eleonoræ Reginae præfati Regis uxoris hos patriarchas gratanter excipientium personas representant. Quæ tamen aliquibus errandi ministrarunt occasionem, ut dicent, simul utrumque institutorum illuc aduenisse, cum S. Dominicus perte, non</i>			

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

mis sub Ferdinando Rege, si quis vero Franciscus sub Alphonso prefato suum in Hispaniam induxit et institutum. Annum 1218. assignat aduentus sui institutoris & creacio-

Auron. 1. p. nis primorum conuentuum S. Antoninus, nec non Ioannes Mariana, sed & alium posse-
tit. 1213. c. 4. 8. riorem assignandum multis contendit Ferdinandus à Castillo, quod alias exemplifi-
f. Maria. li. n. mus, & primos predicatores transmigrasse vel missos à B. Dominico anno 1217. dicit
e. s. 1219. Theodoricus ab Appoldia. Sanctum vero Franciscum unanimi consensu omnes sui or-
Arun. 1219. n. dinis scriptores vel hoc anno, vel sequenti ad Hispanos permeasse testantur; quodcum differ-
n. Castillo l. entia ita concilianda, ut in fine anni huius appulerit, & sequenti interiora Hispanie
Theodor. Predic. 4. 0. peragrarit. Corrigendus ergo Mariana, qui B. Franciscum sancto Dominico posticu-
1219. n. s. & seqq. in Hispaniam venisse scribit. Et inane argumentum à sculptis Burgis imaginibus ex facili
Theodor. licentia pictorum & sculptorum adiungendi quod volunt, refellitur, ut optimè respon-
1219. n. Marian. cit. dent Gonzaga, & Castillo, qui cum Alphonso à Carthagena, & Stephano de Garibay:
Gonza. in proo. notat primum illius Ecclesie lapidem iactum ab Episcopo Mauricio quinto Idus Iulias
Castel. con. anno 1222. post quem interlabi oportuit non adeo breve tempus, ut opus ad eum petac-
1. niret statum, quo superponendz essent hæ statua, & quo excidere potuit ad nominum
Carthag. de memoria quo anno, vel sub quo Rege, tuncque adfuerit Patriarcha. Quod si Regia
reb. Hisp. c. 3. illa statua Ferdinandum exprimat, non immenso ei adstante sanctissimi Patriarchæ, quip-
Garib. l. 12. c. 46. pe illorum sodalitæ hunes favore & auspiciis in legionis, Toleti, atque Castelli regnis
floret & multiplicari coepérunt. Nam B. Dominicum, & Ioannem parentem à S. Fran-
cisculo delinatum suum commissarium in Hispaniam diuersis licet annis exceptit, pluri-
misque favoribus prosecutus augendæ latiusque disseminandæ fuit religionis potestatem
& auxilium impetravit.

Gonzo. cit. Ab Alphonso autem, non à Ferdinandō ut perperam putauit Garibaius, in hac Bur- L XI.
c. 47. gensi ciuitate, ut diximus, facultate concessa Francisco suz sodalitatis domicilia ex-
Burgi locum truendi, aediculam Archangelo Michaëli dicatam, atque è cuiusdam montis clinu, ali-
Gonz in quantulum à præmemorata ciuitate Burgensi distantis, eminentem, occupavit, ibi ali-
proo. Bur gen. con. 1. quamdiu substatit. Cœptam autem peregrinationem continuaturus, unum vel alterum
ex sociis, qui eius curam gereret, ibidem reliquit. Mutarunt post fratres locum hunc
minime suorabilem alio commodiori; non longe tamen ab hœ distantia; quo vero an-
no, non omnino constat. Exeat cuiusdam Petri Dias Ecclesie Burgensis Canonici testa-
mentum quo ante annum 1230. legat fratribus pinguedi elemosynam ad sui conuen-
tus constructionem, & in canobis archivio assertur. A postolicum Innoe. I V. diploma
datum anno 1240. quo certa annorum de iniunctis penitentis quantitas fidelibus ad-
iunctices manus ad huius loci consecrationem porrigitibus, ex Apostolica auctoritate
relaxatur. Quæ scripturæ conuincunt paulo à sancti Francisci morte fratres sedem mu-
tasce, cui ædificandæ canonicus fratribus pecuniam legat, & consummantes Pontifex
indulgentiam concedit. Ex pictum elemosynis affabre & elegantissimè constructa est,
& pulcherrima gaudet Ecclesia, in altero cuius facilio, Seraphico Patii dicto Anony-
mus quidam ex eius sociis tumulatus est. In prima vero aedicula tria promulgatum in-
colatum corpora iacent, quæ anno Domini 1569. dum forte fortuna ipsa aedicula redi-
ficaretur, integra omnino, carnis tamen consumptis, uno & eodem in loco apparie-
runt, & ab uniuersa fere ciuitate visa sunt. Qua etiam de causa is locus in magna est
apud Burgenses veneracione.

Hic adiungit Gonzaga duo miracula in Patrum huius ædis gratiam patrata, quibus te- LXVII
stificatum voluit Deus, quantum sibi placeat, pauperum præcipue religiosorum hospita-
litas. Nam cum deuotus quidam Petrus à Renuntio oppidi Tardajos Hispanie nuncu-
proba: Dea bositatus ptei, quod distat Burgis sex mille passibus, accola, qui Franciscanos inde transeuntes hu-
manissimo hospitio excipit, resolvens erat, in grauem infirmitatem incidisset, atque morti,
iuxta revelationem sibi diuinitus factam, propinquus, aliquot ex hoc conuentu fratres,
qui sibi morienti adfuerint, euocari vellisset: nec illi itineribus, ab illis in multis obcessis,
eius votis satisfacere potuissent: adfuerit ex insperato duo grauissimi Franciscani circa
medium noctis, quorum senior infirmo piura de celesti regno, deque vita beata propo-
suit, aperitque, atque tanidu adfuit, quousque animam suo creatori ille redderet, resti-
queretque. Eo tamen vita fundo, ut primum eius animam Deo Opt. Mix. de religioso
more anulo commendarunt, omnibus interim qui defuncto aderant, salutatis recesser-
unt: nec ab aliquo superuenientium postea fratum agniti sunt. Qua de causa cum à
fratribus.

ANNO CHRISTI 1413.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

fratribus, cum quoque à secularibus is rei euentus singulari Dei beneficio tributus extitit. Præterea cuidam præfati Petri à Recourio filii grauissimè infirmanti, quæ post chari patentis obitum transiunt Franciscanos ad se declinare voluit, adfuit Seraphicus Pater Franciscus, qui eam ex tempore integræ sospitati restituit, atque de obitus die certiorem seddidiit.

LXIII. Sancto Patre Francisco, ut diximus, viterius pergente, & in remotis Hispaniarum platis posito, filij in valle Spoleana sub Fr. Petri Cathanij, sancta viuebant disciplina, Patri vultum, ut iterum videre licet, continuo deprecantes. Præ ceteris incerebat ad tanti Patris absentiam sancta Virgo Clara, quam sacro clausam reliquit ergastulo, & quæ hoc anno ultra sororem Agnetem alias coepit habere discipulas: voluit enim Dominus ne cælestis huius benedictionis vena, quæ in valle Spoleana scaturit, breues intra terminos concluderetur, sed amplum deriuaretur in amorem, ut fluminis impetus, totam Ecclesiam letificaret ciuitatem. Nam virtutum Claræ fama diffundi coepit, & post eam adolescentulæ cucurserunt in odorem vnguentorum suorum. Bino hoc carmine id exprimere voluit ^{Audib. c. 7.} Clivis eius author apud Surium:

*Clensa manens Clara, toto darescere mundo
Incipit, & laudum titulus prælata refugiet.*

LXIV. Inter primas à sorore discipulas illuxit soror Pacifica Guelfutij sanctæ virginis consanguinea, & in seculo vicina ex domo concagua summè familiaris. Mediz erat ætatis mulier quando ad Claræ exemplum se clausuræ commisit, nam & Hortulanam Claræ matrem, robustè & supra adolescentulæ vites comitata est ad ciuitatem sanctam Ierusalem, & alijs ad delubrum S. Michaëlis in monte Gargano, & denum ad visitanda limina Apostolorum. Sanctè vixit in seculo, & sanctius in religione. Sensit inter cæteras sorores virtutem suæ magistræ, dum variis & instantibus febribus cruciata, repente integra donatur sanitatem ex deducto per canidem super se crucis signaculo. Tantè peruersit sanctitatis, & apud Claram opinionis, ut idonea videretur, quæ Hispellum, quinto ab Assisio lapide mitteretur ut monasterium Vallis gloriosæ dictum, cuius moniales non adeò arctè, nec perfectè secundum Claræ magisterium, viuebant, reformatæ; quod & oportuit Claram magisterio Francisci & ministerio fratrum in aliis plerisque monasteriis præstare. Cum vero aquæ penuria laboraret hoc Hispellum, coadunatis sororibus & præmissa oratione, soror Pacifica miraculosè aquam impetravit. Nam intra monasterij septa apparens speciosissima cerua vngulis veluti terram effodiens, eduxit coram oratricibus copiosam veniam aquarum ex arido & stienti loco, quæ in hunc usque diem scaturire non desinit, & eam deuotè portatibus infirmis miraculose tribuit sèpius salutem. Post unum aut alterum annum reuersa est hæc Dei famula ad sanctum Damianum, ubi in Claræ consortio sancte religiosèque viuens obdormiuit in Domino nonagenaria, tumulata in Ecclesia S. Georgij, ad quam simul cum monialibus S. Damiani post Claræ mortem translata est.

LXV. Hanc secuta est Claræ ucepis soror Amata D. Martini de Corano filia, B. Balbinæ, de ^{B. Soror A-} qua nos alias, germana soror plurima virtute insignis. Eam parentes viro parabant, & va- ^{mata.} Marian. cit. ni in hunc finem ornabant. Lascivienti ut solet ætati placuit vestium luxus & ornatus ni- ^{Rodul. f. 136} mius, artifitique insana procorum salutatio. Doluit Clara de consanguineæ periculo, à quo ^{Process. ca-} nonis ut liberaretur, & Deum potius studeret amare, quam homines enixè rogauit. Voti compos- fæcta est, nam cù quodam die veniret ut Claram visitaret, adeò eius verbis & sancta com- smota est exhortatione, ut statim seculo libellum remiserit repudij, nec à consanguinea amplius potuerit diuelli. Eam nimio pœnitentia rigore infirmam hydropisi & continua russi per annum integrum & mensem, laborantem sancta Clara crucis signo manuumque impositione, repente sanauit. Chara valde fuit sanctæ magistræ, eiusque opera sèpius usq; est in suis languoribus, arque in postreino ei ostendit Christum sibi adstantem, cui Dominus dignatus est semet exhibere spectandum. Notæ virtutis & sanctitatis post Claræ obiit. Corpus eius conditum est in Ecclesia S. Georgij, cum predicta sorore Balbina.

LXVI. Soror Christina filia D. Bernardi de Suppo Assiate, socia & familiaris fuit B. Cla- ^{B. Soror C-} ræ in seculo, in iisdemque sèpius cohabitabant ædibus, secretorum colloquiorum Maria. cit. sanctæ Claræ cum B. Francisco hæc conscientia erat, & Dei sponsam occultè ad Francis- Rodul. f. 137 cam euentum comitabatur. Eam secuta est ad sponsum thalamum, & sacrum asylum in quo noni quadraginta tribus annis commorata, dies suos sanctè finiuit plena bonis operibus in monasterio S. Damiani.

ANNO CHRISTI 1213.	INNOCENT. III. ANNO 16.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 3.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 6.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

S. Agnes. Soror Agnes filia D. Opportuli Bernardi Affisatis, qui ad annum 1238. octogenarius LXVIII. fuit monasterij S. Damiani, ut ex originali scriptura eiusdem cenobij ad illum annum ostendatur, inter primas Claræ consocias numeratur, quæ tenerula aetate monasterium ingressa, mundum ignorans ob columbinam simplicitatem chara fuit perfecta. Voluit experiri cilicij Claræ asperitatem, quam tantam esse competit, ut licet alias penitens, & in se severa, non potuerit per diem integrum illud perficere, ut in processu pro canonizanda sancta Clara inter cetera eius penitentiarum opera depositus. Vide aliquando puerulum Iesum Claræ colludentem & blandientem in choro, dum concionantem Minorem quemdam audiret; qui an Christus esset, dum dubitaret, facta est ei interior vox; *In medio eorum sum*, & persuasio efficax ut crederet Christum cum suis dilectis, & in medio congregatorum sua verba debite audientium, adesse. Alias etiam conspexit lucem magnam super Claram descendenter, simulque reuelationem accepit, tunc Spiritum sanctum speciali quodam influxu in eam descendisse. Apposita est ad suas consolas in aede S. Georgij.

S. Francisca. Maria Procell. Rodul. fol. 139. Soror Franciska (adscitio ob sancti Francisci affectum nomine) D. Capitanei de LXVII. Colle medio filia, hoc tempore ingressa, tantæ euasit virtutis, ut in die Apostolorum Philippi & Iacobi meruerit videre Christum infantulum in Claræ gremio, & sanctissimi Eucharistie sacramenti species in puerum speciosum conuersas. Sex annis grauissimo dolore capitis laborans Claræ precibus meruit sanari. Lacet apud sanctum Damianum. Ibidem sepulta etiam soror Angeluccia huius temporis monialis, Claræ familiaris, virtutis spectatrix: & soror Beneuenuta dominæ Diambriæ Affisatis filia, virginè sex annis cum Clara conuersata, per quam liberata fuit à quinque fistulis, quibus per annos duodecim vexabatur. Meruit in transitu sancte Claræ Virginem sanctissimam Mariam cum turba virginum lecto circumstantium vide.

S. Beneuenuta. Hoc anno in mense Septembri aduenit alia de Perusio nomine Beneuenuta, quæ LXIX. ob magnam sanctitatis opinionem sparsam de utraque sorore Clara & Agnese, quas in seculo, videntis bis cum parentibus Affisum, cognovit, & valde dilexit. ex familiari & meritis inter parentes commercio delibetavit eas imitari. In continua regulari obseruativitate perseverauit, proptereaque à Clara valde dilecta. Recepit etiam vocis, quam dederat, beneficium Claræ intercessione; postquam obiit non sine sanctitatis nomine, eius ossa translatæ ad S. Georgij cenobium. Harum aliarumque huius temporis Claræ discipularum neque notitiam, neque miraculorum, aut rerum insignium memoriam aliam reperi potuimus, quam quæ habetur in processu canonizationis, eiusdem sanctæ Claræ, ex quo hæc pauca, ut licuit, sunt extracta. De aliis Claris alias erit sermo locupletior.

A R G V M E N T V M .

Quidam acquisitus domicilii in Hispania, iter intendie in Marrochium ad martyrium obeundum; infirmitate prepeditus visitat S. Iacobi corpus, ad cuius limina monitus ab Angelo suum institutum ubique propagandum, ex reuelato cœlitus thesauro domini Compostelle edificat, illinc socios missis alias exterrituros. Transit inde in Lusitaniam, reveritur in Castellam, utriusque tam veteris quam noue potiores partes percurreat. Navarreos, Arragones, Catalanos invaserit, ubique malea acquirens habacula, & operans mirabilia; per Galliam in Italiam rediens apud montem Pefulanum prefignat locum à suis inhabitandum. Recensentur demum quedam Clara discipula & B. Elizabetha virentes.

Gonz. in prou. Burgen. con. 1. Gupta a. 39. Civitate Burgensi discensit S. Franciscus interiora Hispaniarum penetratus, quando heros ille Iuliobrigensis, unus filium, ut superiori diximus anno, è mortis faucibus eripuit, memor tanti beneficij, sciens iam sancto viro potestatem factam à rege, ut suis

ANNO CHRISTI 1114.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

suis extriceret in Hispania domicilia, eum longiusculè procedentem à cœpto reuocauit *Iuliobrigi Minorū* itinere, & omnino compulit Iuliobrigam reuerti, vt propriam domum in conuentum *extremum* consecraret, cui contiguos hortos, ad se pertinentes, liberaliter adiunxit. Domum ad cœnobij formam breviter redactam, quidam ex sociis vir sanctus regendam commisit, cui existyronibus, quos sua adquiebat prædicatione & miraculis velut in ceteris faciebus domiciliis, ex itinere quosdam transmiscebatur. Primam hanc Franciscum in Hispania adem erexit, & miraculosam adolescentulo Medrano hoc anno præstitam vale- *vix pri-*
tudinem allicit Gonzaga, sed primam alij constituant Burgensem, & superiori anno *Iuliobrigi an Burgem remanserunt Gonz. in prov. Cal. con. i.* adolescentis miraculum. Et sane si vel ipsi assentiamur Gonzagæ afferenti anno 1113. Franciscum ex Gallia in Hispaniam traiecerit; in Hispaniæque ingressu Iuliobrigam venisse, & expectandum rationabiliter credamus Iuliobrigensi viro, vt domicilij extuctio- ne acceptum recompensaret beneficium, licentiam Regis non longè agentis, vt Franciscus solum in Hispaniam introduceret sodalitum, non improbabiliter suspicabimur prius apud Burgenses, post patrum Iuliobrigæ miraculum adificasse, vel potius iam adifica- rum sacellum occupasse. Atque in eo sensu accipiendus videretur Gonzaga, vt cum Iuliobrigensem primum dixit conueatum eorum, quos ipse Seraphicus Pater in Hispania ere- xerit, vt de creatione novi conuentus, non de occupatione eretti locutus sit; Burgensem autem vt ipse habet Gonzaga, non erexit, sed erectum occupauit sacellum. Quidquid vero sit de anteriori vel posteriori huius conuentus creatione, Ecclesiaz S. Franciso post mortem dieat, maius sacellum præfati equitis Medrani successoribus cessit iure patronatus in sepulturam, & reliquiam post domicilium resarcitum, atque ex parte adificatum piorum eleemosynis in amoenissimo situ non procul à civitate ad fluminis Iberi marginem. Vnum & alterum patruuit hic miraculum B. Bernardinus è Senis, quæ suo dabimus loco. Hoc anno vel in primo accessu, vel in regressu ad Logronij ciuitatem vir sanctus Vi- *Gonza. in prov. Can- tabria. con.*
& oris urbis non adeo distantis, incolarum expertus est humanitatem, qui intra suos mu- *Viboria ca- nobium da-*
ros adiculam S. Mariæ Magdalene sacram suis sumptibus viri sancti sodalibus exzifi- *Castellæ infantis filia, & Lopetij Diaz de Haro vndeclioni Cantabriæ domini neptis, am- plissime auxit, vt suo tempore dicemus.*

II. Ab his ciuitatibus resiliens fidei athleta, cursum concitato prosequitur gressu ad martyrium, totus anhelans ad palmam, duo quæ habebat minuta, corpus scilicet & animam liberali cupiens charitate Christo largiri. Ita continuè hæc offerebat, vt quasi omni tempore per rigorem ieunij corpus, & per martyrij desiderium spiritum im- molaret: exterius in atrio volens sacrificare holocaustum, & in templo interius concre- mans thymiam. Sed id ne hæsitare & mirari cogit, quomodo tenellam adhuc suæ reli- gionis plantulam, altis nondum iactis radicibus voluerit deserere, & innumeris expo- *Expenditur qualiter O-*
nere periculis, quæ res nouas, maximè quæ Dei sunt, ex more circumdant, & veluti crumpentem supprimunt plantam. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos super eos volitat, vt superuenientia mala præcaueat: ita Religionum principes & insti- *ties ad mar- tyrium.*
tutores suis adsunt sublidiis, vt sectorum adiuvant infirmitatem, & irruentia damna propellant. Procreant, & protegunt discipulos, nec non nisi robustos propriæ fiducie vir- tuti. Adhuc est in ipsa infancia, nec dum plane fundata hæc paupercula religio, & iam secundo fundator abscedit: tenelli nondum perfectè nati filioli, & iam exponuntur, prius expositi quam nati. Cur nos Pater (ardentem te fari licet Seraphim) dese- ris? cui nos desolatos relinquis? Vere si abieris, si recesseris, inuident gregem tuum lupi rapaces.

III. Magnus sanè ardor martyrij in sanctis hominibus, adeò vrget, & vrit, vt non si hi- *In sandis*
lios relinquant, sed quod Patrem sequantur, expendant, non quod dimittunt post se, *uru magnis*
sed quod habent ante se, magna anxietate conspicunt. Amor illorum, vt dixit Ignatius, *order mar-*
tius, crucifixus est, non est in eis ignis mundana, sed celestis materie, & aqua viva, qua insus *Ignat. in c-*
dicunt: veni ad Patrem. Pulchrum putant à mundo occidere ad Deum, ut ad ipsum exoriantur, apud Sur. ad *pilt. ad Ro-*
Proinde non naturalem vice cursum præstolantur: mundana funera, supremas suorum *1. Februar.*
lachrymas despiciunt; celestem gloriam violenta immaturaque morte preueniunt. Velocius *Basil. hom.*
ex hac vita, quæ potius est interitus longus dicenda, brevi quidem labore commigrae con- *19. in S.*
tendant, supremum etatis finem, inatitem, sterilem, infructuosum, stultum, vanum expe- *Cordium*
pectare fastidont. Mortem igitur pro dilecto ferendam non mortem putant, sed vt *martyr.*

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM, ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	----------------------------------

Melphir. sancta Sophia dixit ad Anastasiam filiam, *bonum ex malo mundo discessum, Letitiam, apud San in gaudium, voluptatem, splendorem, pulchritudinem, lucem longe hac luce dulciorum, & pulchri- c. 1. ad 18. rem.* Hinc peccat Franciscum viri alii magni derelictis, quos non adeo pridet genuerunt, vel suscepserunt filii, ad hunc properabant triuophum. Sanctissimus Patriarcha & Theodosius in vita S. Dominicus confessor Dominicus, instituto in Abbatem, qui ceteros gubernaret fr. Mattheo (qui solus in sacro ordine Prædicatorio illius præfectorum præstulerat genus) decreuit proficiendi ad Saracenos desiderio martyrij obeundi, anno 1217. cum paulo ante uno vel altero anno per regalis approbationem institutum formari. S. Aeromius Abbas

Arbanus. in vita S. Aet. ad med. flagrant cupiditate martyrij, cum persecutio impissima Maximiani fureore vesano va- staret Ecclesiam, sanctis quoque martyribus Alexandriam perduxit; relato & ipse monasterio, fecutis est futuras Christi victimas, dicens: *Pergamus ad gloriosos flagitos triumphos, ut ipsi congregiamur.* Magnus ille Dionylius Areopagita subrogato sibi saec Ecclesie Episcopo, martyrij desiderio, festinantis itineris Romam ac celeans insiste- bat, ut simul cum Apostolis, si ita vellere Christus, occumberet, & postea in Gallia morte vicaria alliqui mortuimentione desiderauit, incredulz genis non verebatur expe- tere fertatem, ut qui iam erat Christi nominis inter multa tormentorum flagella perse-

Discipulus Huberti in vita spud. Sur. ad 1. Nouemb. Francisci confessio, fieri mortis multatione miseretur & marty. Quid Hubertum Episco- putum memorem Leodiensem, qui dum commoti non potuit Lamberto Christi martyri, crebro talia conquerebatur: *O me infelicem, terque miserandum, cuius se peccata in tantam fa- stidere congeriem, ut non idoneus dignusque possum reperi confortio tanti viri, martyri triu- phum subveni palmanque vitorie inuadentis.* Quid similia referam de Eligio Episcopo Vida Audi. Nouamenti? Quid primos illos recenscam Antilites, & Patres, qui teste Chrysostomo, & nom in vita Elegij. & scilicet in vita Iuliano Apostata, omnes ad martyrium, quasi ad aluarium, apes - volabant? IV.

Francisci vero feriens desiderium, eti Deo gratum, non tardus probatur ut comple- Chrysost. in iuuent. & Maxi. matr. paro a prin. Bonav. c. 9. & Egroti in Hispan. Franci. retur. Quare ipse qui pusillo suo gregi magistrum paravit, seruavit Franciscum, ut instar, ei monachorum, non solum oratione eius, sed & conspectibus firmaretur. Cum itaque in interiori esset Hispania divina dispositio, ut ait S. Bonaventura, quod ipsum reser- bat ad alia, grauissima ei superuenit infirmitas, qua præpeditus, quod cupiebat implere, ne- quiuit. Statuit ergo Dei obediens voluntati, quod per manifesta ei constituit signa, & adora- tio S. Iacobii Apostoli reliquiis, in Italiam reuerti. Sed ubi agrotauerit, vel quoniam peragra- verit in hac peregrinatione regionem exactè nullus ex nostris memorauit. Multū nobis præstarent Patres Hispani, si eam quam Itali, adhibuisserent operam in obseruandis gestis prodigiisque sui institutoris. Nihil ferme calamo dignum præterierunt priisci Italiz Franciscani, quorum inconciencia & humili, sed eo sinceriori & fideliori enarratione præ- cipue Mariani Florentini omnium locupletissima vis sumus, & quorum opera facilius scire licuit, quid quoquoque anno vir sanctus in his egerit prouinciis: Hispani vero, vel qui cum sancto viro in Hispaniam transierunt pauca notarunt, vel nostram subterfugere notitiam. Hac tamen de rebus Hispánicis ab omnibus nostris etiam Italis obseruata, quod Hispaniam lustravit, S. Iacobi corpus Compostellæ coluerit, quod in Lusitaniam tra- iecevit, quod vniuersum ferme Aragoniæ regnum, & vicina perambularit, demum unum vel alterum eius inibi factum referunt prodigium. Nihil tam nobis in Hispanico hoc iti- nere faciem præferre poterit, quam populorum perpetua (ut fertur) & probata tradicio, quod qualiter sortiatur auctoritatem, & mereatur credulitatem, ponderosissime res aliae, imo & fidei nostræ arcana affatim probant. Hanc egomet ipse constantem esse & sacram in multis urbibus & oppidis, diuersisque regnis Hispánicæ comperi, cui si refragari quis velit, non impunis, nec absque effrontis nota effugiet, adeo pro magno pius populus, & in Franciscum propensus semper duxit eius se præsentia visitari. Neque aliunde quam ex hac diurna, & numquam interrupta traditione Illustriss. Gonzaga primorum Hispánicæ con- ventuum in Franciscum referrit originem, nec profecto inaniter aut leviter me iudice id præstitit, ut ex singulis domiciliis statim constabat. Ex horum situ & geographia, si nos iti- neris sancti viri cursum deducamus, non leviter dividare, sed veluti quibusdam facilis, & Ariadne filo in dubio & cœco gressu duci ab eis iudicibus merito censebimus.

Supra n. 1. Regesta Frä- tis in His- pania ad pa- tufigata. E Iuliobriga ergo rediens, ut supra dixi, ad Ixiam habens Hispanos Vaccinos, per Se- ptemtrionalem partem veteris Castellæ, ut iuniores vocant, transiuit per priscos Tu- rinodigos populos, & regnum Legionense ad flumen Elsa, antiquis Estola, qui rapido, cursu à superioribus Asturibus Augustanis fertur in Dorim, vel Durium fluvium. Ultra, huic.

ANNO CHRISTI 1274.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

hiunc Alturicam versus, alius est Fluviolus, veteres geographi Vrbicum vocar, qui eundem cum superiori habet sorsus terminum; quem ut à villa Nouia, Ortelio & Antonido Noua, Mariano Novis, aliis Nonis, ad oppidum transuadere tentat, non licuit sine periculo profundioris aluci. Ad cuius ripam dum parumper substitit **cum** fascis nocte superuiente, accessit è dicta villa adolescens duos minans caballos, pannis vellibus onullos, qui pauperum misertus, depositis in aduerso margine sarcinis reduc ad fratres, transportauitque, & nocte illa humanissime curauit necessaria quacumque eis in hospitio ministrari. Evi sanctus Pater die sequenti in recessu valedicens, dixit: Retribuat tibi Dominus in retributione iustorum. Exaudite supra virti sancti preces, quae visitantे adolescenti paucis post mensibus limina Apostolorum, magisque interiori accepto solamine, quod expiatum per sacrosanctos sacramentorum ritus ante diuinopiacem, & deuore salutatis sacris cemeteris, Deum obnoxie rogauit, ut cum locupleto hoc meritorum cumulo, antequam mortali quopiam criminis tolleretur, sibi hoc etiā meliori committare. Obtinuit quod petiit, ex hac vita in illa peregrinatione decedens. Pater ut mortuum audioit filium iusta solui voluit, conuocatoque Clero solemniter ad altare processosserit. Sacrosancta dum inciperentur mysteria, ecce triginta fratres delubrum ingredientes graui concentu choros efformant. Quibus terminatae sacrae, ad prandium vocatis, varia apponuntur fercula, & magnæ redduntur de inexpectato beneficio gratarum actiones. Urbane tractatos comitantur populi extra oppidi compita, sed redeuntes appositas dapes inueniunt intactas. Quod miraculo adscribentes, curiosi & exploratores inserviunt, qui de eorum conditione, & incolatu perquisierent. Sed nec quod flexerint, nec qui eos per semitas villas aspexerit, inuenire potuerunt, quare non absque fundamento iudicauit pauperem Franciscum, cuius iam celebris in illa regione erat opinio, cum suis discipulis cum curculo reddidisse in retributione iustorum, quod accepit ab adolescenti hospitalitatis beneficium. Per quod factum est ut oppidum illud propensius semper Francisci amauerit sectatores.

VI. Recta hinc per Auiam & Satiam fluvios, qui in Minium decurrent itur Compostellam, sive Flauium Brigantium principem inter Ibericos seu Gallicos ciuitatem. Hic vir saeculus paupertatis amantissimus apud pauperem quemdam carbonarium, cui domus in suburbis, nomen vero Cotolai erat, diuertisset, noctu contemplationi vacanza causa in vicinorem monticulum se recipiebat, in quo diuinæ voluntatis esse intellectus, ut suis fratribus in Dei que inferni vallibus ita ab illo populo nuncupatis conuentum edificaret. Huiusmodi igitur valles quæsitus summo mane surrexit, atque post adhibitam diligentem curam eas ad Benedictinos quosdam Patres monasterij sancti Paij, sive Pelagi eiusdem ciuitatis, quorum successores modo in conuentu S. Martini contemporantur, pertinere accepit, casque valles sibi inuicem contiguas esse inuenit. Memor igitur benevolentiae prefatorum fractum erga se, atque suum ordinem, nec non & conuentum S. Mariae de Angelis Assumptionis, quod ab iisdem gratuito accepérat, S. Paij Abbatem humiliter aggressus, huiusmodi conuentus prefatis in vallibus edificandi facultatem ab eo maxima cum fiducia, constanteque animo petiit: prefatoque Abbatे quid sibi in pretium daturus esset respondente subiecit: Cum pecunia longe à me sit, nec quidquam aliud occurrat (sui enim pauperissimus) quod tibi pro tanto beneficio erogare possim: Iubens fluvialium piscium castellulam in annuum censem dabo, pendamque, ducento capi possim. Cuius fiduciam atque simplicitatem admiratus pius Abbas eius votis sub oblata conditione annuere decreuit. Quamobrem confessa de tradendis vallibus sub prescripta lege scriptura, caue chirographo B.P. Francisci, atque Abbatis sublignata, domum Cotolai repetens Pater Seraphicus, inquit: Carissime hospes, ut ad labores astringaris oportet, voluntas liquidem Dei est, ut sibi Ordinis mei domum in vallibus Dei, atque inferni edifices. Nam quod ad situm attinet, is mihi ea propter à Patribus Benedictinis concessus est. Cui Cotolai: Quonam pacto, Pater mi, id præstare potero, cum ex mercenario labore visititem? Nonne me pauperiorum nosti? Tuncque B. Pater subiuxit bono animo, et h. quamobrem sumpro prius ligone, proximiorem petitum fontem, cumque terræ aquaerulum effoderis, opulentissimum inuenies thesaurum, quo inuincto tibi muneri satisfacere valeas. Quod cum Cotolai ex deuotione ad Patrem conceperat præsuerit, omnia sibi iuxta Patris præsigium succederunt.

VII. Itaque ex adiumento à pio Cotolai thesauru conuentus hic qui nunc S. Francisci titu-

M. a. t. p. I.
§. 4.
Rebol. ibid
c. 11.
Maria. c. 10.
§. 17.
Adolescentis erga Franciscum humana- nitas à Dio restituatur.

Persuerit Fra- ciscus Com- postellam. Gonza. in pio. S. Iac con. I

ibi in funda- parrum Be- nedictinorū conuentum adspicit ms- rualit. /

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

lum præfert, partim in valle Dei, partim verò in valle inferni hoc anno eiusdem Cotolai operæ ædificatus est, vt ex inscriptione præ foribus Ecclesiæ, & tumuloru[m] Cotolai & uxoris Mariz de Bicos dicitur, ex antiquissima & fidelissima traditione, ex authentico etiam scripto ex Patrum Benedictinorum huius Compostellanae civitatis archi uis summa fidelitate extracto ad instantiam fr. Garciæ à S. Iacobo minoritz. Sed præ omnibus retn omnino indubiam facit præmemoratum B. Francisci chirographum diligenter ad hoc usque seculum à Patribus Benedictinis in sacrario asseruatum, quod tamquam veneratione & memoria dignum sibi ostendi curauit Philippus II. Catholicus Rex anno Domini 1554.

Splendor Mi-
nister annus illac transiret. Dictum annum censum, fiscellam videlicet fluvialium pisciculorum lon-
gum tempore exsoluerunt Franciscani patribus Benedictinis ex predicta conuentione in-
ter sanctum Franciscum & Benedictinorum Abbatem. Successu vero temporis eis re-
missus fuit; sed plurimi adhuc Guardiani, quos vocante, vetustæ pietatis & humilitatis stu-
diosiores censu[m] quantumuis remissum sponte soluunt, quæ veluti sibi summe acceptum
majori charitatis cumulo, & pinguioris eleemosynæ beneficio patres Benedictini repen-
dunt. Iacent in hoc conuentu Antonius Guzmanius quinques minister prouincie D. Ia-

Prou. j. Lc. cobi nobilis prosapiaz, magnarumque rerum obcundatum vir & fratres aliquot laici seu conuersi, quorum ad annos quibus obierunt erit memoria, nec non comitiorum à Caro-
lo V. anno 1520. ibidem celebratorum pro suorum regnorum moderamine. Ornavit plu-
ritum hanc ædem insigni claustro, aliisque ædificiis ad annum 1613. P. Iosephus Vasquez doctus nec mediocris notæ vir, conquitis hinc inde pitorum eleemosynis adiutus libera-
litate Maximiliani Austriaci Archiepiscopi, & Ecclesiæ matricis capitulatum benefi-
centia.

Non solum hunc conuentum inter Celticos seu Gallicos obtinuit vir sanctus, verum VIII.

Ad Apolo- ad capiendos alios, socios ad varia oppida iuxta visionem & præceptum Dei ad altare
ls. absore sancti Apostoli sibi factum, transmisit. Etenim cum apud venerandum corpus feruenter
monasteri or- oraret, apparuit ei Angelus Dei, & monuit dilatandum esse suum institutum per univer-
dines dila- sum orbem & plurima sibi ædificanda domicilia in Europa, & quedam occupanda ante-
Marian. cit. quam ex Hispania rediret; id demum diuinum esse placitum ut in Italiam remearet.
§ 15. *Cornunnia a-* Celestibus proinde patens monitis, dum Compostellano extrundo institit cœnobio, *difensor cō-*
uentus. vnum ex sodalibus misit Cornunniam, antiquis Caroniu[m], urbem senatu Regio modo ec-
Gonz. cit. lebriorem, qui religioso exemplo & sancta conuersatione id prestatit ut sibi daretur fa-
con. 2. cultas & situs ædificandi cœnobij ad littus matis Oceani paululum à monibus ciuitatis.

Cum autem Dei famulus omni pecuniarium genere, quo operatis satisficeret, omnino carceret, vixit saltim eis mistare curabat. Quapropter ad littus pisces sibilo vocas, cum pilares ad natarent, sibi necessarios, alios interim benedictione dimittens,prehendebat, & opificibus ministrabat,qua mira arte opus maiori ex parte promovit. Cuius corpus in huius loci Ecclesia sepultum est, in peculiari quodam sepulchro, cuius dextero lateri sequentes litteræ impressæ sunt. *Offa sancti fratribus.* Nomen enim eius vel ex propria indu-
Addit. Prou. stra. fugiendæ videlicet auræ popularis ergo, vel ex crassa Paerum incuria, nescitur, licet
j. Iac. in aliqui velint hunc esse fr. Benito Tudertinum, cuius infra erit mentio. Aliquot eius
conu. Oue- ossa ex dicto sepulchro exhumata, honorifica quadam in arca lignea recondita sunt, atq;
rcia. Infra an. ad sepulchri latus eminentioni in loco apposita, à Cornunnensibus maxima in veneratione
1216. o. 1. habita, præfatum eius miraculom mausoleo in pariete est superpositum. Vetustatem huius
fundationis confirmare poterant antiqua constructionis norma, & epitaphium hoc cui-
dam sepulchro incisum: *Hic iacet famulus Des Hernandus Ioannes de Gube, qui obiit sub era*
millesimæ, trecentesimæ, id est anno Domini 1262.

Ouerum de Discipulum alium, cui nomen Petrus Compater, destinavit ad Astures transmonta-
finis fratre nos, qui Ouerum quod Prouincie metropolis est, à quibusdam ut notat Rodericus To-
s Franc. let. episcoporum nominata) sedem suis posuit, in qua parum ipse vixit, moriens
Rod. l. 4. de anno 1216. Iuxta portam Ecclesiæ à parte interiori diu humi incuit, donec 26. Maij an-
rebus. Hlsp. c no Domini 1487. ad eminentiorem atque honorabiliorum locum ad instantiam & sum-
18
Gonz. cit. ptribus nobilis viri Alphonsi de Baldercabano, Asturum gubernatoris, supra præcipuam
con. 1. Ecclesiæ portam translatus fuit, ubi religiosa veneratione colebatur à populo ut san-
D. Petrus & Deo charus. Sepulchro impositum epitaphium hoc à piis quibusdam viris ap-
Compater. positum fuit;

IX

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORUM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Frater Petrus ego, cognomine Compater ante
 Cornū hic ossa te go, me saluatore volante
 Annis millesimū centam̄ bis, decim sex. Odo pleniss.
 Sanctus q̄bis frater de gente Minorum
 Compater, s̄mo Pater appellatus misericordus
 Filius esque Dei, vox faveente Dei.*

Quibus versibus indicatur in populo habitum pro sancto, compatiuum fuisse erga pauperes, & favore aliquo ecclesi affectum, quo Deus dignaretur cum filium suum appellarē, & mense Octobri anni 1216, ut dixi defundūtum. Alia adhuc translatio reliquiarum sancti huius viri facta est anno 1594. die 15. Iunij per Ludouicū de Quito guardiam, & Theologiz professorem in locum honorabiliorem, dum murus, in quo antea conditæ erant, ruinata minaretur. Ipuerit in sepulchro tres arculas plumbeas, per quas diuisa erant vici sancti ossa dura & integra. In prima erat hæc memoria primæ translationis pecorina charta signata: *Reliquie eiusdem sanctissimi viri socii patris nostri Francisci, qui nuncupabatur fr. Petrus Compater: eius translatio facta fuit 26. Maii anno Domini 1487.* In secunda erat aliud membranum cum his verbis: *Reliquia que continentur in his tribus thecis, sunt fr. Petri Compatrii sanctissimi viri, quondam socii signiferi patris nostri Francisci, que translate fuerunt 26. Maii anno Domini 1487. frater Thomas.* Idem repetebatur in membra no tertiaz capsulæ. Adfuerunt huic translationi D. Ludouicus Carrillo de Mendoça Asturiæ gubernator, & illius ditionis nobiles quique, & viri præcipui, quibus aliquæ partes distributæ sunt ossium & byssini veli quibus inuoluebantur reliquæ, quæ non pauca operatae sunt miracula, ut ad illum, & Deo placuerit, annum enarrabimus. In eadem etiam Ecclesia conditum corpus Alphonsi à Palenzuela Minoritæ prouincie D. Iacobi alumnæ, atque Ovetensis Episcopi viri doctissimi, discretissimi concionatoris, Catholicorum Regum Ferdinandi & Elizabethæ confessarij. A quibus missus fuit in Angliam acturus cum Henrico VIII. de matrimonio cum Christianissima Catharina eorumdem Catholicorum Regum filia anno Domini 1470. Obiit hic pius Antistes non sine laetitiae opinione maximum sui desiderium omnibus relinquens.

X. Alterius ciusdem sancti viri sodalis opera, ut firma habet traditio extructum monasterium extra oppidum Ribadeum, olim Daetonum nuncupatum, in finibus Galleorum versus Astures Transmontanos. Eius ossa eminentiori in loco recondita in Ecclesia, hoc epitaphio insigniuntur: *Iesus. Hic iacent venerabilia ossa ciusdem fratris socii B. Francisci, qui obiit anno Domini millesimo ducentesimo, secundo & vigesimo: nouennio scilicet ab ingressu sancti Patris in Hispaniam. Huius fundatori nomen, licet ipse in veneratione magna sit apud populum, penitus ignoratur. Maius loci sacellum modo habet patronos nobiles quosdam ex familia Anleorum, vti patet ex characteribus fornici eiusdem facelli incisio.*

XI. Tradunt nostrates etiam tunc ad se missum in Hiberniam unum ex Francisci sociis ex civitate Compostellana, idque eo tempore quo ciusdem civitatis extruebatur conuenitus. Traditionem hanc videtur confirmare Gonzaga dum assulet quemdam ex scriptis suis, Francisci socii, qui ex Compostella in Hiberniam transiens aliquot monasteria in insula construxit, & tandem ibi cum maxima sanctitatis opinione diem clausit extremum, fundatorem ecclesiæ parum remque prouincie Hibernie fuisse. Clarius rem dixit, dum & hunc ipsum annum signavit aduentus huius pīj viri in Hiberniam R. P. Antonius Daça huius curiæ in rebus sanctis servit Minores in Hibernia. Historiæ in ordinem redactæ circa annum 1617. & 1620. Attamen annales antiqui Hibornici MSS. duo, & tertius alter codex membraneus Ioannis Clyn Minoritæ Hiberni Clyn in chion. MSS. Lageniensis (de quo Richardus Scanhurstus in descriptione Hibernie, qui terum notabilium seriem fidei historia à Christi nativitate ad annum 1350. deduxit, vixitque ad annū 1405. quo iam senex creatus est Hibernie minister, intermisitque munus scribendi) Minores in Hiberniam transfretasse dicunt anno 1231. vel sequenti. Quibus ego subscribendum putem, utpote vetustis & candidis rerum Hibernicarum obliteratoibus, finceraque & constanti assertione concordibus, praesertim cum oppositam traditionem

Dua facta
translatio
reliquiarum.

Addit ad c. 7.
vetus Prog.
S. Iacobi.

ANNO CHRISTI 1514.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

nullius ex superioribus seculis testimonio nobis constet ab antiquis ad recentiores descendisse, & quod Gonzaga assertit, nullo enumetato tempore, possit cum prefatis annalibus cohædere. Accedit quod communiter feruntur Dominicanos in Hiberniam, ut & in Angliam priores yepille, quorum aduentus annum statuunt duo ex dictis codicibus manuscriptis millesimum ducentesimum vigesimum sextum. Verumtamen nihil hic definitio, probabilius tamen puto Clyn assertum. Quid vero se mihi offerat in eo difficultatis ad annum 1230. explicabo.

*Transmigravit
Fridericus in
Lusitaniam.* Multum excutti, sed iam ad Franciscum redeo. Destinatis itaque supradictis sociis, iactis Compostellani conuentus fundementis, prescriptraque ædificij norma ex sodalibus alteri, eo discessit loco, ex quo in Lusitaniam traiecerit fidicarim; nec enim aliunde commodius venire potuit Araducam, villam scilicet Vimaranensem vulgo Guimaraes, Bracarense diocesis, ad quam accessisse, præterquam, quod nostri omnes Hispani referant chronicci, constantem illius populi traditionem esse ipse probauit annum 1611. quo illic per aliquot menses hæsi, dum à studiis Coimbricensibus licuit feriari. An in mari ter rause illuc traiecerit non liquet; faciliter & breuiter ex quopiam vicigorum portuom navigando appelleret Vianam, vel Esposendam maritimis portus, à quibus paululum distat Vimaranum. Illud hic memorabile fecisse obseruatur, quod hospitis sui filiam defensas. Marcus, & functam ad viam reuocarit, propter quod sancte audiuit in tota illa regione. Visitaesse Reboll cu deinde fertur Reginam Vtracam Alphousi secundi Lusitani uxorem; & Alphousi nomi, & alii. Dubium an alii octauo, Castellani Regis filia, à qua perbenigne & reuerenter suscepimus dicunt. *Vianam Regi.* Vbi eam inuiserit, aut quid cum ea tractarit, nemo est qui referat; quod narrationem nam Vtra. dubiam reddit. Etenim satis diligenter superiori anno notarunt qui de ea scripserunt, collocutionis Francisci cum Callellano Rege locum, quod & semper ab historiis obseruatur in congressu cum Regibus & viris illustribus. Dubium etiam auger, quod si cum pia Reginam sermonem inierit, quomodo non de planeando in illis dominis suo sodalitio egerit, quomodo non locellum, vel tuguriolum aliquod suis obtinuerit? qui tam vehementer & ad votum ad solum conspectum, efficacemque sermonem hominis & Regum pub. rectores flecebat, maximè patratis iam in illa regione miraculis, quorum fama per adiacentem vndique percrebuerat regionem. Niū dici placuerit ad penetralia regni, distanterne, in qua degebatur Reginam, provinciam, famam hanc non peruenisse. Cui facile occurrit, non dici, nec scribi Franciscum ultra Intercannensem regionem, seu illam regni portionem, que Minio & Dorio circumscribitur, amplius extendisse versus Occidentem Occidentalem ad ciuitatem Coimbrensem, in qua tunc Reginam degebatur, sed ad extremos Castellæ terminos regressum. Quare merito quis dubitauerit, quod vel quale Marian. cit. fuerit Ioanni Mariane fundamentum, ut solus assertaret, cum ultimam penetrasse Lusitaniam.

*Quid fonsit
dum de va-
rianio Lusi-
tanico. His-
tor. Marc. lib. 1.
c. 45.* Hinc & iam ambigua fides illius, que circumferebatur prophetæ, qua vaticinariu XIII. dicebant Franciscum ad huius Reginæ quæstum, Lusitanie Regnum nunquam vniuersum. dum iti cum Hispanico seu Castellano. Sane de ipso alloquo, ut dixi, subest scrupulus maior de hoc vaticinio. Neque primus & solus qui illud retulit Marcus Vlippouensis ad firmam præbendam fidem ratione aliqua seu fundamento nos adegit, neque ampliorum præsticit ipse vel præstandum voluit, quam que lemnisculo cuiquam rumor, vel inani cvidam schedit, cum nec à graui ullo historico, nec constanti traditione id se accipisse, sed alicubi scriptum, vel dictum, nec locum tamen nec librum, nec populum assignans, se tibi perisse testetur. Forsan ex quopiam verbulo circa regni gubernium, vel in aliud sensum prolatu, occasionem sumpererunt quidam parum sibi interpretes in hunc detorquendi, atque hoc vaticinium efformandi, quod quam maximè tunc ampleret Lusitanis, quibus frequentia bella, alternaque aliquando clades sonitum prebuerunt tepidioris amoris, ne dicam odu, erga Castellanos, quibusque minima tam auctoritas erat, quam in horum deuenire potest item. Hæc vehementer affectus vis, ut quod quis velit, ab aliis dici potest; non quod proficitur, sed quod desideratur, mente concipiens. Ego nam ut ha-
*Chrysostomus, quem ad modum acutis turbatus aliud pro alio certit: et mens affectione
perturbata idem pati confusus. Id hinc ego testificari possum: in vilibus & oppidis Lusita-
nus, quorum plurima & optima percutiri, quoties de hoc cœrimonaculo, toties mihi responsum nequaquam habitum aliquando pro vero, aut à Francisco proposito, sed aliando adiumento.*

ANNO CHAISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

- XIV. Nec tam obinde dubiam aut reueicudam prophetiam hanc praetensem iudicarim, quod minus vera sit, & videatur clusa, ut pueri quidam recentes scriptores, qui dum sanctos viros etiam propheticos afflato spiritu aliquando quendam ex proprio penus tamquam faedica oracula depropulsis, & sique errasse, communiiscuntur cuius rei exemplis hoc vuum adducunt: propterea que subiungunt in posterioribus Marci Vlissippone chronicis prophetiam expunctam, nullumque eius fieri mentionem, quia certa censu-
tae eam falsam esse ostendit. Etenim praeceps quod minus religiosum, minusque ma-
deretur puerum, absque sufficienti similitudine centericis in vaticinando, & studiosi
monodacij, quasi cum Pseudoptophorid scirent: Dominus dicit, cum Dominus non di-
cas, incusat viros sanchos, praesertim quos sacramenti legionum duces Dominus in Ec-
clesia confidit; ipsam illam prophetiam sicut ealis preferretur, vel admitteretur) sua
adhortare veritate adiutori, qui regum statu roste perpenderit. Quid enim va-
ticingent, quid aliud predictum est, quam non vniendum cum Hispanico, seu Castel-
lano regnum Lusitanicum: Id ipsum iam falsum apparuisse dices statim ac Philippus se-
cundus rerum potitus est in Lusitania. Ac si ad conditiones & pacta deditioonis & acquisi-
tionis regnique vertas, diligenter quo exanimanda proponas, etiam sub uno domino re-
gnum, utique Castellum & Lusitanum veriusque divisum, & ab inuicem separatum
iuvantes. Capita conventionis quae Regia nomine Dux Vrsanensis sive Ossunensis Re-
gius atatus publicauit, & Regem concessurum esse spopondit, quae & statim à corona-
tione Rex ipse concessit, nihil tam carent quatuor vniuersitatem regni vtriusque. Eorum sum-
marum leges licebit apud Joannem Antochium Viperanum libro de obstante Portugallia, Hie-
rensemon. Constitutum lib. 4. de eodem argomento: Heteram in historia Lusit. lib. 3. num. 80. Hicronym.
Franch. in
hill. Lusit. 3.
Vapella Mo-
les lib. Pro-
phetium
S. Francic.
c. Recolli-
tes de stat.
monach. &
Temporis
qualitas 16.
q. 1. & gl. lib.
c. translato.
de conflit.
l. peculiari
in pinc. fl.
de leg. 2. & l.
g. ege fl. de
leg. 1. Bar. in
l. li conve-
neit. q. 1. in
da. fl. de pi-
gnor. actio-
ne & Mer-
noch. in ad-
dition.
- XV. Sunt Pontificum leges circa Ecclesias decreuerunt, quod ea, quae alteri vnitur, assumat
vacuum, priuilegia, & consuetudines eius cui adiungitur, illius legibus regatur, & sua
iura desperat, quodque etiam translate sacerdotio inesse sit ut translatio legis fiat. Et
Imperatorum statuerunt, quod si provicia adiucitur regno, reguletur secundum regulas
& priuilegia primi cui accedit, & iisdem legibus sit gubernanda. Ex quo inferuntur luri-
consulti, aliud esse Ecclesiam alteri vnitri, aliud ei subiici, vel quod ab eodem prelatato re-
gatur. At hinc confitetur, vnta non esse haec regna; quippe distincte sunt omnino Ca-
stellana & Lusitana leges, discreta iura, diuersa priuilegia, in nihilo diminutae sanctio-
nes antiquae regni nouiter adepti. Imo id ante omnia cautum est Regia interposita fide,
iuspandrati sacramenta confirmata, ne priuilegia, neque immunitates ciuitatum Portu-
galensium irminuerentur, non mores, non leges, non iudicia commutaren-
tur; eadem regni ac regis munera, iudem ordines militares retinerentur. Eadem plane
regni facies, eadem aula: administratio, iudem regni ministri adhuc perseuerant. Idem
sacerdotum collegium, iudem facelli regij cantores more pristino aluntur Vlissippone,
qui sacra peragunt cantri & ritu consueto. Omnia officia quae apud Reges superiores in
vsi fuerunt, tum in aula, tum in reliquis regni partibus conferuntur indigenis, qui admini-
strabunt: eadem officia, cum Rex in Lusitania persistet. Prelaturae omnes, Abba-
tiae, beneficia, & possessiones solis conferuntur Lusitanis, neque Castellani ciuitas oppi-
dum, pagus, iurisdictione, vel vllum ius regale poterit concedi. In arcibus plerumque
præsidarij milites constituantur Lusitani. Auro, argento excudendo in Lusitania, &
regionibus ab illa dependentibus, sola insignia & arma Lusitanie nullis aliis admixtis
imprimuntur. Vtriusque Lusitani & Castellani habentur pro alienigenis, nec corundem
beneficiorum possunt esse participes.
- XVI. Regnum Legionense, Murcianum, Granatense, Gallecum, & alia, quia verè vnta
sunt regno Castelle, iisdem reguntur legibus, & quidquid in hoc statuitur in iisdem sta-
tutum esse censetur. Imo Arragonum regnum & Cataloniae Principatus, qui sua tinentur
& illa volunt iura, seque non admixta vel vnta cum regno Castelle gloriantur, non
adeo ab eodem disiuncta, vel separata sunt, ut Lusitanicum. Etenim nec causa fidei lx-
sa vel corrupta, quantumcumque graves devoluuntur ad supremum Hispaniarum in-
quisitorum, veluti suas transmittunt Aragonenses & Cataloni, sed eorum suo Lusitan:co
inquisitore maiore terminantur. Neque communem habent suarum causarum vindicem
in curia Romana oratorem Regium, qui omnia Hispanica curat negotia, sed peculiarem
mittunt heroem, qui solius Lusitaniz, regnumque ab ea dependentium res peragat,
quod

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quod modo æquè feliciter atque prudenter hic præstat, dominus Michael Suaetez à Pe-
reira, cuius ego olim eruditioem in Academia Coimbricensi celebrabam, in quæcan-
dem primam iuris Pontificij cathedram rexit. Regia diplomata circa res Lusitanas Lusi-
tanico dictantur idiorum, nec subscribuntur à Rege multipli illo titulo regorum;
quibus feliciter ad multa, orem, scuola gaudet, ut solerat ex eisdem Regnotum sche-
dulis & indultis, sed solo nomine Regis Lusitanæ, & subjectorum Lusitanis Regnotum.
Tandem occurrentibus sibi regis classibus siue mari Tyrrheni, siue Mediterranei, siue
Oceani, sola Lusitania non demittit insignia: ad præsentiam Regij Castellam, & ex illi
eodemque expandit & eleuat modo, quo fieri solebat sub Regibus Lusitanis.

Quid plura recensem? aut quid amplius immutaret? separata nec vnius esse Rex ipso XVII.
Philippus II. qui primus utrumque obteinuit dominium voluit declaratum, cum in villa
Neobantia, vulgo Tomar in Cittagena, inter Schababim, & Coimbricam, ab aë 336.
ab illa 344. M. P. distante, ubi totius regni concilium indixerat, cœtitium & oppido-
rum procuratoribus anno 1581. potentibus ut regnum Lusitanæ semper separatum ma-
nere à ceteris Hispanicis, veluti erat sub Regibus Lusitanis quoad suas leges & iura, id
Garib. I. liberaliter concessit. Neque id profecto mirum, cum eiusdem Catholicæ Regis unus Se-
c. 6. 7. renissimus Rex Emanuel anno 1498. similiter apud Toletum pcpigerit cum Castellæ,
Legionisque Regibus & dynastis, modo illorum dominia devoluissentur ad eius filium
Michaælem, Regum Catholicorum nepotem, quod immatura morte infantali in ipsius
cunis fuerat præpeditum. Simile quid in Parlamento Anglicano sub Eduardo tertio cir-
ca Galliz & Angliz regna statutum refert Nicolaus Harpfeeldius Archidiaconus Can-
sec. 14. tuariensis in sua historia Anglicana Ecclesiastica. Sane non alia ratione quam ex hac Re-
c. 1. gis Philippi concessione & sponsione de non vniendis regnis, neque de coromiscendis sta-
tibus offensi sunt Lusitani ad Philippi discessum è Lusitania, quod Albertus Cardinalis
Regni administrator nolebat subscribere mandatis, aut allis diplomaticis, quæ super ne-
gotiis Regni conficiebantur, sed trâsmittenda esse curabat Madritum ad Philippum. Quia
Hier. Cone-
ct. cit.
I. p. in fine. cum cuperent ad Regis promissum regnum Lusitanæ separatum manere à regno Ca-
nestag. &
ambigua Pro-
prietate re-
gum.
Ded. II. 8. stellæ, videbantur sibi animaduertere hanc regnandi rationem, qua Philippus Madriti
vti voluit, esse arctiorem coniunctionem, quam ipsi vellent. Tota ergo coniunctio ea-
que sola est, ut vnu sit veriusque Rex, qui moderetur habendas, & regni præscribat offi-
cia, sed neque hoc ipsum præstat absque consulibus Lusitanis, qui sibi assident in curia,
cætera vero omnia reguntur per Triumviratus aut Proreges ut plurimum Lusitanos
Olissippone regni emporio longè latèque dominantes, & cæteras regni prouincias mo-
derantes.

Quis ergo verè aut scitè dicat mendacis Prophetæ illa fuisse verba? aut quomodo XVIII.
non verè negauerit non coniungenda aut vnienda hæc regna, quorū adeo tenuis vnu,
Obscuræ &
ambiguae Pro-
prietate re-
gum.
Ded. II. 8. & tam ingens diversitas, multiplexque separatio? Quis Prophetæ fuit consiliarius, aut
internam comprehendit, immissam cælestis, inspirationem, adeoque penetravit, ut non
potius de hac ampla disiunctione, quam de illa exili vnuione sit intelligenda? Obscuræ sunt
ut plurimum semper prophetæ, nec semper in cortice sensus. Clavis signatique sunt ser-
mones Prophetarum, neque quos ipsi exterius proferunt, quid velint interiori, aliquando
percipiunt. Præagiunt omnes Prophetæ, sed non in omnibus Eliz duplex spiritus, ut
omnino quod præagiunt, intelligent; quidam internas habent visiones, sed id ipsum
quod vident non comprehendunt; alii quod pronunciant exactius intelligunt. Optimè
Irenæus dixit; Prophetæ antequam compleuantur esse enigmata, quia profecto adeo obscuræ
sunt, ut nec Oedipus illas explicet, & varias interpretationes admittant. Sit ergo vnu
aut alter, qui dicat prophetiam hanc de vnuione qualicumque etiam extrema vel mini-
ma intelligendam, & consequenter minus piè addat in ea eructanda Franciscum, modù
illius sit, fuisse deceptum, erunt alij plures & doctiores, qui tamquam veram defendant,
& verè prophetam, si quis erat, rectè prophetasse, dum immutatum in omnibus excepto
solo gubernatore regnum manserit Portugallensium.

Regreditur
Franc. in Ca-
stellam.
Insigni Cini-
tatem.
Quisquis ergo illius vaticinij auctor assignetur, & cuiuscumque habeatur auctoritatis XIX.
aut veritatis apud viros cordatos nihil amplius Franciscum in illo regno perpetrasse no-
tatur. Primumque eius vestigium in regressu ad Hispanos occurrit apud Ciuitatenses,
vulgo Ciudad Rodrigo non longè à Lusitanæ finibus, vbi ad quamdam ædiculam, diuno
Ægidio longulè ab urbis mœbiis erectam diuertit, inibique per aliquot dies sublitterit.

ANNO CHRISTI 1214	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Postmodum eiusdem ciuitatis senatus de eriendo Minorum monasterio, sedis egit, in eamque venit sententiam, ut is locus fabricæ destinaretur, quem B. Pater per eos transiens inhabitandum elegerat. Prefatz ædicula acceuie cœnobium satis amplum & honorificum ex publicis & priuatis Ciuitatensium facultatibus. Admisit ædicula Francisci titulum, & sub invocatione veriusque sancti magna habetur in veneratione; satis decenter ornatum & inuictibus auctam ipse aliquores perspexi, ad quam non semel oravi. Extra sacraarium in hortulo memini mihi ostensem aquæ fontem triangularem, quero ex Trinitatis veneratione ad eam formam S. Franciscus effodit, cuiusque aquas vix natu-ram salubres ad varios morbos effugandos ab infirmis cum deuotione potari. Ad ædi-cula latus aliud sibi nobile facillum constituit Antonius ab Aquila Zamorensis Episco-pus ex Ciuitatibus oriundus, in quo sepulchrum sibi elegit, sufficientibus reliktis redi-tibus suis hereditibus, certumque successoribus, ut semper fratribus hoc in loco capitu-lariter congregatis necessaria ministrent. Quod & illi quam diligentissime, atque pro-voto exequuntur. Addidit quoque nobilissimus idem Præsul gratissimum sibi fore, si unam & eandem secum sepulturam fratres habere vellent. Quod sane patentissimum humilitatis atque in Franciscanam religioem benevolentia indicium fuit. Meminerat ^{Sep. 7. 6.} siquidem ex sapientiae libro unum & eundem introitum esse omnibus, vitam, similem que exitum: ideoque piissimus vir, hinc sanguine clarus, atque Episcopali dignitate fulgidus, non est ad instar aliorum, qui se ex aliorum contactu contaminari timent, quique propriis cineribus, si alienis commiscantur, iniuriam fieri existinant, aspernatus pauperum religiosorum in sarcophago societatem.

XX. In æde maiori dicta ciuitatis supra templi forniciem curiosis rerum indagatoribus & viatoribus, illac transeuntibus spectanda proponitur lapidea S. Francisci statua, qua syn-chronos quisquam eius personam habitumque, quem tunc præferebat ad artem expedit. Alia est etiam eiusdem sancti Patris in dicta Ecclesia solemnis memoria propter defunctum Episcopum ad vitam reuocatum, ut plenè referemus ad annum 1433. quo res ipsa successit. Interim itinerantem sequitur Franciscum, & non longè ab oppido Robledillo Cantianæ, vulgo Corianæ diæcesis, superato cuiusdam editi montis iugo in quadam aprica planicie eius memoriæ compemimus. Cum enim aquilare, ad riuelum procul decurrentem, iuxta quem didicere solebat, volantem conspexit, propheticō af-flatus spiritu, locum ostendens sequentibus narrat dixisse discipulis: *Ad illam aquilam fluente perpetuo ardabit flama, Deoque Opt. Max. fidelissime deservetur.* Id tei eventus facile comprobanit. Nam canonicus quidam Ecclesie S. Iacobi in Compostella ex eorum numero qui Cardinales à tempore & concessione Paschalis primi Pontificis appellatur (quem tamen per errorem ex Romanis Cardinalibus fuisse putauit Baptista Moles) ad Seraphici patris doctrinam feruentissimæque conciones pœnitentiaz agendæ stimulæ factus, reliktis, dignitate, seculo, ac omni re familiari, sanctum vitum secutus, eius licetia & benedictione obeyens ad locum non multo distanter ab eo, quem B. Pa-tor insinuerat, è societate S. patris in Italiæ tendentis, ut fertur regressus, inibi humili sub S. Spiritus invocatione constucto tuguriolo pœnitentiaz viam maximo cum furore ingessus est, eamque pro voto emensus omnibus adiacentibus populis mirabilis omnino apparuit. Eum tertij ordinis, à Franciscò instituti, à quibusdam creditum refert Gon-zaga; sed plures post annos illam viuendi normam Franciscus secularibus præscripsit. Eius discipulum sub primo instituto ego crediderim, nisi forsan maluerit sua libertate gaudere, & accepta aliqui à Franciscò norma solitariè pœnitere, & postea audita à fratribus tertij ordinis institutione, eundem obseruarit.

XXI. Quidquid ouerm sit de instituto, vacabat p̄s vir diuinis concionibus, sacramentalibus quo secularium excipiendis confessionibus, pluresque à seculi vanitatibus reuocauit. Accidit in eis in domo ad tugurioli ostium staret, ut pastor pastori à se sciscitanti, quo gregem ubi conueniat: ministratus esset, responderet: *Ad aquilam fluente.* Quamobrem intelligens eum esse locum à B. P. Francisco premonstratorem relicto antiquo tugurio, pœnitentibus quibusdam fatimis ad salutariæ eius monica ad frugem redactis, & in communione tridentib; prefata aquilæ fluente ad tertium lapidem inde distantia petuit, ibidemque quodam in specu pœnitentiaz strictioris iter arripuit. Post transactum vero aliquantulum temporis misse ad eam, idque suæ conditum, Seraphicus pater Franciscus aliquot frates, qui uina secum ad lapidem iactum à pœnitentio specu hunc conuentum Sanctissimum

Gooza.
prou. S. H
chaelis ei

Antony a
Aquila m
Mores pie
tæ.

Gonzag. in
prou. S. Ga
briel. con. 1.
Prophetie
predicit sive
adficandum
canebum.
Et adharet
Cardinalis
Compostella
rus.

Moles de
prou. S. Ga
briel. c. 29.
& 30.

Gon. cit.

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MR. NORVM ANNO 7.
<i>Ecclesiast. de annis S. Mariae Angeli in diez. Canonicis.</i>			
Sanctissimum Mariæ de Angelis sacramatum , tum ex lapidibus temere congestis , tum quoque ex impolitis lignis arque vili materia à fundamentis ad verticem usque edificaturunt. Dicitur hic conuentus , qui & diuinorum contemplationi , atque diuinis recipiendis immissionibus aptissimus est à supradicto oppido sibi proximiori Robledillo III. M. P. altissimisque montibus in gyro cingitur , ubi miraculosè Zepius fratribus , septa , ut necessaria quererent , egredi non valentibus propter obessa vndique altissimis niuibus itinera , opportune cum omnium admiratione prouisum est. Iacent hoc in loco cum prefato Cardinali Fr. Rodericus Robicius : Ioannes à Ponteuedra , & Franciscus Ciuitatensis , miraculis illustres , quorum illustriorē dabitur ad annos , quibus dies obierunt noticiam.			
<i>Item secundum Motiu. eadi. Gonzag. cit. cou. L. Franc. Rad. de ord. Alcant. c. i. Mecenatus de ord. libib. equestrib.</i>			
In eodem Episcopatu ab oppido Gatta , Hispanice dicto , ad tertium lapidem distat XXII. domus alia de Monte celi nuncupata in profunda valle altissimis montibus circumcincta. Eta celestium rerum meditationibus apta , favore nobilis Alcantatensis militiaz (pluribus ante annis exoritur primo obtento monasterio in oppido Peteyro ad decem milliaria à sudis de ord. perius dicta Roderici ciuitate ad Coato fluvium distantia) in cuius territorio sita est , feli- citer ereta , vel ab ipso sancto Francisco , vel à sociis , quos secum duxit in Hispaniam , ut communis habet extimatio. Quæ sane mouit Philippum secundum Regem Catholi- cum , & prefatæ militiz administratorem , ut magna in eadem pietate & animi propen- sione , collabentia præ veritate edificia refecerit , & ab imminenti ruina preservarit. Floruerunt hoc in loco viri religione & virtute spectabiles , Ioannes à Spinosa , quondam prouincie S. Gabrielis moderator , vita & ministerio cum sanctitatis opinione funetus. Cyprianus quidam vir deuotissimus , & supra modum patientissimus , & Michaël laicus professus , cuius sanctitatem indicant quod sanctus Franciscus eius adfuerit funeri , & ca- daver in seretro positum signo crucis munierit , & dum terræ traderetur campana cœno- bij , nemine pulsante , sonuerit.			
<i>Gonzag. in pr. u. Conc. con. jo. Conventus Areualen-</i>			
Aliam nobis ministrat semita Francisci faciem traditio Areualensis populi , dioecesis XXIII. Abuledis , qui mordicus asserit conuentum Minorum apud se erectum , eiusdem S. Patris opera exordium sumpsisse. Quibus adstipulati videntur antiquissima edicula prope ipsum constructa (quæ & ab eodem beatissimo Patre edificata fertur , eaque de causa ab iisdem oppidanis in maxima veneratione habetur) & alabastrinum sepulchrum in hu- iusmodi loci Ecclesia ad latus pronunciandæ epistolæ depuratum , satis artificiosè erectum: in quo admirandæ religionis Pater Leo , unus ex Seraphici Patris Francisci sociis , alias tamen ab eo qui inter primos duodecim socios computatur , honorifice quiescit. Per- tinuit præterea antiquitus hæc sacra domus ad Conuentuales Franciscanos patres , à qui- bus ad eiusdem instituti obseruantes ex Apostolica auctoritate , sub anno Dominicæ Incarnationis 1432. devoluta est. Cumque omnimodam miraretur ruinam à Serenissi- ma Maria Castellæ Regina , Regisque Ioannis eius nominis secundi uxore , arquo Regis Henrici IV. matre ab ea vindicata , omninoque reparata fuit. Ibidem turularius est Fr. Laurentius Rapariegos miraculis ante & post mortem insignis , de quo alias ad annum 1517. sermo redibit. Huic conuentui coæcum esse Abulensem tradit Gonzaga , facile- que persuaderi potest ex locorum vicinia. Nam vel accedendo vel recedendo ab Are- ualo oppido ad Abulam ciuitatem , vel vice versa potius transire ; vel per aliquem ex sociis Abulæ conuentum occupare.			
<i>Conventus Abulæ. Induct. con. 15.</i>			
Idem prorsus fundamentum nobis suppetit , ut ex Areualo vel Abula Mantuanam Carr. XXIV. idem in Pro- Cast. con. s. Carobium Madritu.			
pentanam , aliis Majoritum , vulgo Madritum tetendisse S. Franciscum iudicemus ; quoque pro indubitate & omnino certo referunt Mantuanii Franciscum ad se deflexisse , adeo ut in dubium hoc vocare , nefas putent , & inexpiabile piaculum. Quod & in casu est , ut cum ipsi loco , cum quoque eius habitatoribus afficiantur , fauconique , & ut pri- curantibus fratribus ob aeris insalubritatem fluminisque prolixitatem , cuius exhalati- ones aliquando oociuz , eius desertionem , atque ad aliud terram multo salubriorum translationem , Madritensis senatus perpetuo testiterit , seseque opposuerit : assertorem in honestam atque vituperia plenam fore , si filij & successores domini sibi à tanto patre reliquiam , quavis etiam virginissima de causa deseterent. Huic etiam traditioni adstipu- latur is fontulus , qui inter duos huius sacrae edis popullos scaturiens , B. P. Francisco ab omnibus Madritensis ascribitur. Afferunt enim hi ipsum Patrem , ut primum Madri- tensis oppidum applicuisse , tectorium ibidem finisse , atque rugioliu[m] pro fui , suorumque sociorum			

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sociorum habitatione, ex pauperrima vilique materia construxisse. Postea ab oppidanis constructum est iuxta prisca illam Franciscanam formam, ut aliqua eius adhuc vestigia coomonstrant, sub qua diu permanuit, donec temporis lapsu in multo elegantiorē, multoque augustiorem suppeditantibus interim Regibus, magnatibus, atque Madritensibus oppidanis, quæ ad eius promotionem necessaria erat, translatum est. Nec facile alicui ex ceteris Madritensibus monasterii sancta est oppidanorum ad eum benevolentia, animique propensio! cederet, nisi quædam antiquioris illius patrum dormus sibi augustius, atque iuxta architecticam normam debet exadificando maximo effet impedimento, & tanti fundatoris reuerentia huius prouincie Patres maximè cohiberet à paternis vestigiis abolendis.

XXV. Pulchra & percommoda habet valeudinaria duo, vnum æstium, alterum hyemale, satis instructa, architrivium etiam elegans & nobile, facella in claustro materia & opere præstantissima, quæ viri principes qui in curia Regis Catholici degunt, ex summa erga domum & fratres benevolentia quotidie suis sumptibus adificant. Ibi resident communiter supremi huius sodalitij rectores, atque optimi quique ex vniuersis Hispaniæ prouinciis concionatores, & litteris illustres; quorum aliquando tanta me subiit veneratio, ut in gravissimorum, magnorumque Antistitum confessu, & Ecclesiæ prælatorum concilio me versari putarem, tot erat hinc inde in quocumque ampli cœnobij angulo videre homines omnis generis eruditio[n]is, morumque claritate conspicuos. In Ecclesia quæ vel à Francisco, vel ab eius sociis constructa creditur, proptereaque in maiori habetur veneratione, ad dextrum majoris facelli latus sacro decantando Euangelio destinatum Serenissimæ Reginæ Ioannæ, Henrici eius nominis I V. atque Castellæ Regis legitimæ vxoris corpus, alabastrino quadam, atque pulcherrimo mausolæo reconditur. E vestigio vero, id est, ad sinistrum eiusdem facelli cornu, epistolæ pronunciadæ deputatum illustriss. herois Henrici à Villena corpus, sub nobili alio sepulchro tumulatum est.

XXVI. Non infirmior, sed æquè tenax Aillonij oppidi Saguntinæ diœcesis, quam Mantua præmemorata traditio, de recepto in se S. Francisco, & cœnobia eiusdem loci ab eodem adificato. Traditionem hanc confirmant certissima indicia. Primo quidem fonticulus in horto emanans eiusdem S. Patris nomine insignitus: deinde antiquissimum facellum in claustro erectum, cuius fornici sequentes litteræ incisæ sunt: *Hunc S. Francisco fecit Ecclesiam.* Tertio demum eiusdem Seraphici patris cubiculum ex arundinibus, arborumque ramusculis contextum, quod ante centum annos in illo loco conspicere licuit. Modo capax & ampla est domus, Marchionum de Villena, ad quos attinebat oppidum, beneficentia & amplis oppidanorum eleemosynis adificata.

XXVII. Antequam ad hoc Aillonij oppidum S. Franciscus perueniret, oportet, ut è Mantua Carpentana tenderet ad Nuete urbem, si vera esset fama quæ velit eum in quodam tuguriolo ibi ad lapidis ab oppido iactum, aliquantum stetisse, cui rei confirmandæ incisæ sunt quædam Hispanicæ litteræ fornici cuiusdam facelli: *En esta capilla est uno nuestro padre S. Francisco año de 1214.* quæ assertant in eodem fuisse facta, erantque qui assertuerint loco illius facelli præexistisse cubiculum, vetustate collapsum, ab eodem S. Patre inhabitatum, dum illac limina D. Iacobi visitaturus pertransiret. Sed per Nauarriæ regnum & Iuliobrigam, ut supra diximus ingredienti Hispaniam impossibilis erat per hanc urbem transire, nisi ad Occidentem tendenti, longo irritoque conatu, & multis milibus passuum recta vergendum esset ad meridiem. Nec etiam in regressu, in hac, quam sequimur, semita, adeo facile erat nisi plurimum distotto itinere ad hunc locum defletere. Ceterum quidquid sit de hoc, de quo nihil definio, nec famam, aut traditionem, si constans est, intercido; in circuitu huius oppidi aut conuentus longè latèque non est aliud inuenire S. viri vestigium, quod ex recto itinere excusione[m] eius ad hunc locum confirmet.

XXVIII. Numantiam tamen (si modo Soria ciuitas ita appellanda sit, quod in dubium vocant geographi) ab Aillonio cursum direxisse ego probabilius & verius iudicatum: ubi cum ad Patrum Benedictinorum monasterium sub titulo Domini nostre de Emporio ibide[m] erectum, hospitij ergo declinasset, pratum inde non multum distans sequenti luce petens, quinque aceruos ex lapidibus hinc inde dispersis, inibi exexit. Interrogatus vero à sociis, quid ubi huiusmodi lapidum congeries vellent, spiritu Propheticō respondit eum locum

*Id ē in Pre
Concept.
con. 32.
Aillary co
ventus.*

*Nuete carna
bum.*

*Gonzag. in
Cath. c. 2.*

*Anno 1213.
D. 19.*

Merula p. 1.

Colinogca.

c. 19.

Marian. l. 1.

c. 19 & alijs.

*Gonzag. in
Ptoe Conc.*

co. 13.

Numantiam

*temp. S. Fra
nsis.*

ANNO CHRISTI 1214	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

à Domino ad conuentum sui ordinis ædificandum electum, ideoque velle se materiam pro suo modulo disponere ac præparare. Cui responsioni rei euentus fidem adstruxit. Nam Joannes Patens primus Minorum in Hispania, deinde totius ordinis moderator, dum generalatus officio fungetur, generali quandam Patrum Vltimontanorum congregationem Sarie vel Numantie in conuentu iuxta patris Francisci præsigium eretto anno Domini 1233. qui septimus à sancti Paeris obitu fuit, celebravit.

Ade Pro. Burg. con. i. Comunus Tudell. A Numantia non nimium distar ad Iberum flumen Tudella Vasconum, siue Nauarro- xix. riuum ciuitas in ipsius regni oris extorta, ubi monasterium S. Pater non in suo aduentu in Hispaniam, ut quidam volunt, sed in regressu obtinuit non longe à ciuitate. Ibidem per centum quinquaginta & plures annos constitutum coenobium, donec ingrauescente inter Nauarræ & Castellæ reges cruentissimo bello, quod ciuitati plurimum incommodi hoste superueniente posset afferre, communi consilio fuit destructum, sed postea alium in locum translatum per Paulum II. Nauarræ Regem, ut commodius suo loco dicemus.

Mariae. jo. §. 16. Gonzag. in Pro. Caste con. i. Monasterio Barchinonæ. Regoum deinde Aragoniz cum perambulasset, ut habet Marianus, nec monasterium aliquod, quod sciam impetraverit, Barchinonem venit Cathaloniz opulentum & nobile camporum. Ibi à longo itinere aliquantulum respiraturus in hospitali D. Nicolai, tum mari, tum quoque Barchinonensisbus mœniis contiguo, substitutus. Barchinonensis senatus eius humilitatem, sanctimoniam, atque paupertatem summopere admiratus, huiuscmodi hospitale in monasterium, quamvis à paupertate iuxta patris votum non abhorrens, ut aliquot interim ex eius fratribus apud se habere possit, transfetti curauit. Huiusmodi monasterij pars, nempe Ecclesia, & claustrum, adhuc perseverat, & à Barchinonensisbus ipso die B. Patris deuotissime visitatur. Aliquot post annis ampliacum & sumptuosis ædificiis vario incremento locupleratum est monasterium Regum Aragoniz, Leonoræ Cypri Reginæ, Ioannis Calaritanorum Archiepiscopi è Minoribus assumpti, & Barchinonensium benigna liberalitate extrebaratur anno 1618. quo illuc in tremitibus Hispanicæ classis cum illustriss. D. Fr. Antonio à Trejo Episcopo Cartaginen. & Regio oratore ad Paulum V. summum Pontificem, appuli, illius ædis claustrum secundum multo ære absoluendum quo ad exitum iam deducto domus hæc inter præcipuas & nobilissimas totius Hispaniz venit connumeranda.

In huius conuentus Ecclesia quam B. Ludouicus Tolosanus Episcopus, Bernardo Bar- xxx. cjonensi Episcopo præsente sub anno 1247. consecravit, iacent Serenissimus Alphon- sus III. Aragoniz Rex, qui omnes virtutes, præcipue vero castitatem, qua etiam de causa cognominari meruit, nec vxorem duxit, mirifice coluit, qui que anno Domini 1292. ætatis vero sua 27. viam vniuersitatem carnis ingrediens in Minoritico habitu sepeliri voluit. Et pientissima Aragoniz, atque veriusque Siciliæ Regina Constantia, præfati Regis Alphoniæ mater, atque Manfredi Siciliæ Regis filia, quæ Siciliæ regnum Aragoniz Regi, cui nupsit, in dotem contulit. Et nobilissima Maria Iacobi II. Aragoniz Regis vxor, atque Hierosolymotorum & Cypri Regis filia. Et Sibilia Fortiana vulgaris cuiusdam hominis filia, sed speciosissima, quam Petrus eius nominis IV. Aragoniz Rex coniubio sibi iunxit. De qua Lucius Marinus Siculus, hæc Scribit. Rex Petrus IV. iam senio coniectus amore huius Sibilæ mulieris viduæ desperitus, mortua Leonora filia Regis Siculorum coniuge, eam vxorem duxit. Sepulta tandem iacet in huius monasterij Ecclesia Leonora Cyriorum Regis vxor, & Petri eius nominis III. Aragonum Regis ex filio Petro neptis. Serenissimæ huius Reginæ Leonoræ pater, Petrus scilicet, Constantia eius uxore defuncta, Minoriticum habitum induit, & ante expletum probationis annum, ex Apostolica sibi facta auctoritate, in manibus R. P. fratriss Bernardi Bruni Prouinciaz Aragoniz ministri solemnè votum de religioso more hoc in eodem monasterio emisit. Etiam hoc in conuentu sepulturam naestus est doctissimus, atque religiosissimus P. Fr. Pontius Carbonellus, à quo præfatus S. Ludouicus Tolosanus Episcopus litteris & bonis moribus extitit imbutus, & qui integra Biblia postillauit sanctorum Patrum sententias.

Rodul. fol. 284. Marc. lib. i. c. 15. Castillo. c. 15. Reboll. Marian. cit. Chroo. 14. Quid amplius egerit in principatu Cataloniæ vir sanctus non compereo, nisi quod XXXL mense Octobri cum apud sancti Celoni oppidum inter Baroinonam & Gerundam sancti viri socius ex obuia vinea racemum vnum aut alterum decerpserit ad famam vel sitim temperandam, statim superuenient vinitor ea, quæ solet, feritate, & verbo ac verbere male affectum mantello spoliauit. Oravit qua potuit humanitate & humilitate Franciscus ut gener, iniuste creptum pignus redderetur, neque enim damnum erat ullum, vuarum legere racemulum,

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

racemulum, quod vbique ferme terrarum communis hominum commercio, & humanitate, viatoribus licet. Exorare non potuit durus custodem; quare dominum aggressus cueutum narravit, & facile obtinuit pauperculi mantelli, & vilis forsitanque inferioris pignoris restitutionem. Hinc comiter habuit viro gratias, initoque cum eo placido & longiusculo de rebus cælestibus sermone, adeo eum sui iuris reddidit, ut quidquid posset, minus esset, quam veller in virti sancti obsequium præstare. Promisit deinde se hospitio excepturum omnes in posterum fratres Minores illuc appellentes, & quantum liceret necessaria ministraturum. Franciscus è regione ut beneficium rependeret in partem eum admisit honorum operum, quæ in suo ficerent sodalitio, & patris fratrurn Minorum nomine dominavit. Optime deinceps dum vixit vir bonus promissum adimpleuit, nec erat ullus ex fratribus aduenis, qui uon haberet unde hominem digne laudaret. Longiusdem vi-
Socium nitor j
Refusus & beneficium & impensis
gratiam pendit E
tam meliori mutauit, sed dum iusta soluerentur clero conuocato, neque aduentante ex fratribus ullo, qui in locis & ciuitatibus vicinis iam habebant domicilia, exortum est murmur in populo, quo taxabantur de ingratitudine. Subito ad valvas Ecclesiæ, in quam delatum cadaver, apparuerunt viginti duo Minores, qui alternis choris pie & deuotè pro Ecclesiæ more defuncti animæ parentarunt. Expletis funeralibus à consanguineis vocantur ad prandium, sed templum egressi ex omnium oculis mirabiliter evanescunt: quo facto non immerito vniuersus iudicauit populus angelos vel sanctos fratres è celo huc missos fuisse precibus & meritis S. Francisci, in obsequium & honorem optimi sui benefactoris.

XXXII. Ultimum tandem viri sancti vestigium in Hispania apparet in ultimis etiam finibus illius prouinciarum in oppido Perpiniani, inter munitissimas arcas facile principe, Sigismundi Imperatoris & Ferdinandi Aragonum Regis conuentu pro sedando periculo & in-
Cansibum Perpiniane.
ueterato Pontificio schismate, ope Constantiensis consilij, percelebti. Vetus traditionis tenaces ibi in recessu domicilium suis obtinuisse ferunt, neque refragatur Gonzaga, qui Perpinianensem conuentum Seraphico Patri coœcum credi recenseret. Sane Gonzag.eit.
est in Ecclesia sepultura cuiusdam nobitis viri Arnaldi Costæ ibidem sepulti anno 1292.
quod aliquantulum superiori assertioni videtur adstipulari. Creuit mirum in modum monasterium, ita ut tres etiam habeat Ecclesiæ, quarum altera B. Patri Francisco (& hæc maior est, diuinoque persoluendo officio deseruit) altera Angelorum Imperatrici, alia verò S. Mariæ de Claustro consecrata est. Quare modò subfuerit prouinciarum Pro-
uenciarum modo prouinciarum Aragoniarum, largiorem afferit Gonzaga rationem. Habuit in-
colas viros illustres Fr. Paulum Martyrem, cuius mortem dabimus ad annum 1458. Fr. Franciscum Ximenium virum doctissimum Episcopum Elnensem, aliungi à Francisco illo Ximenio Toletano Archiepiscopo, & venerabile Dei seruum Fr. Angelum del Pas, cuius Angelus del Pas.
miranda opera modo examinantur in vrbe ut sanctis adnumeretur, & cuius elucubratio-
nes, eruditæ sanè & multæ nostra solicitudine & opera modo sudant sub prælo. Ampla nos expectat suæ laudis materia, cuius corpus penes nos est in huius conuentus Ecclesia,
quotidie ab aduenis & indigenis frequentatum.

XXXIII. E finibus egressus Hispaniarum quid amplius egerit Franciscus in itinere, donec re-
dierit in Italiam, non constat: vel celeriter absque sparsa semine verbi Dei propter tur-
bulentas tunc Gallorum res, per Galliam transit Narbonensem, & Gothicam; vel si
quæ egit nostrorum incuria cuncta nos latent, præterquam quod dumtaxat referatur
in Montepessulano, quibusdam dicto Agathopolis in Gallia Linguaoccitana, qui tunc Maria. Mat.
sub hæresi Albigensium, asylo rutoque refugio Catholicis fuit, prædicasse, & prophe-
ticè prædictisse, in ipso, in quo hospitabatur xenodochio suis fratribus construendum
sore domicilium, quod circa annum 1220. incæptum est, sed ad annum 1230. com-
pletum expensis incliti Iacobi Maioricarum Regis, quod sub illo tempore amplius re-
feremus. Illud etiam memorabile, quod languente viro Dei tum ex veterano mor-
bo, tum ex itineris & hyemis incommodis antequam Pedemontanam attinge-
ret regionem, in oppidulo quodam decumberet, & fratri Bernardo (quem ut pro-
ximo diximus anno, ab eo secum loco reduxit, quo ei infirmi curam commisit) signi-
ficaret ob aliorum ciborum naufragium, nihil tam appetitum reuocaturum quam sylue-
strem aliquam auicularum. Non prius desiderium aperuit, quam præ foribus adfuerit An-
gelus Dei in forma nobilis equitis, qui ad infirmi lectum accedens, volucremque optimè
præparacū apponens, dixit: Accipe, serue Dei, quod tibi mittit Dominus. Statimque disparuit ab

ANNO CHRISTI 1214.	INNOCENT. III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

oculis circumstantium , per quod Franciscus intellexit Dei erga se benignitatem , eoque libentius cœlitus missum cibum sumpsit , per quem ita resocillatos sensit artus , & spiritum , vt statim exsularet è lecto laudans Deum , qui voluntatem timentium se facit , & deprecationem eorum exaudit .

*B. Balbina
Claræ disci-
pula.
In sua n. 36.
Supra n. 64.* Hoc anno adhæserunt S. Claræ soror Balbina , alia à Claræ nepte , de qua anno se- **XXIV.** quenti , tanq; virtutis & perfectionis discipula , vt aliarum mereretur esse magistra , & fundatrix conuentus Hispellensis in valle Gloriz , de quo nos superiori anno . Interfuit miraculosis quibusdam Claræ operibus , de quibus suo loco sermonem instituemus . Obiit *B. Benedicta* ante S. Claram in eodem quod fundavit monasterio . Aduenit tunc & alia nomine Be- > nicta , quoz post Claram prima electa est Abbatissa S. Damiani , miraculis clara : honorifi- ce reposita est in sarcophago lapideo in Ecclesia S. Georgij Assisi .

*Bonifac. rei
Vngaric. de-
cad. 1. 1. 7.
Occisa ma-
ter. S. Eliza-
bethæ.
Surius ad
diem 19.
Novemb.
Jacob. Mod.
tan. in vita
S. Elizab. c.
Adolescens-
ta Elizab-
etha dixisse.
Reueraria in
templo.* Hoc item anno Gertrudis mater S. Elizabethæ interfecta est (iure an iniuria , id con- **XXCV.** tendat alij) à Banciano regni Vngariæ relicto gubernatore , dum Andreas Rex expeditionis Christianæ & belli in Turcas destinatus imperator , proficiscitur in Orientem . Annum tunc agebat Elizabetha septimum vel octauum : amissæ mattis damnum maiori constan- tia & prudentia , quam ab illa sperari potuit ztate , pertulerat , matricidæ non vindictam parans , sed veniam exorans . Magnum hoc indicium futuræ sanctitatis in tenera puella omnes iudicabant , neque hoc solum , sed alia multa argumenta cœlitus inditæ virtutis , & superinduendæ pietatis veluti progymnasmata , in omnium oculis edebat . Basilicas namque sanctorum ingressa pro altari quolibet nunc genua figere , nunc puellari decentia prosterni , nunc oculos manusque attollere : & si quando inter ludendum (vt habet ztas illa) proximè clausi templi fores accessisset , humi procumbere , & sacra limina crebrius osculari . Luctandi etiam studio , occasionem humiliaris quærebat , staturam suam scire admodum ad alicuius è sodalibus mensa corpusculum ; quam vbi tenero arctatam complexu , artifici rotatu afflixisset : statim & ipsa prostrata , veniam petendo offensiunculam , si qua intercessisset , deprecabatur . Decimam quamque portiunculam lucelli , quod sibi ex lusu prouenisset , pauperibus erogabat puellis : debito illas obstringens Dominicam preceptionem , & Angelicam salvationem fundendi .

Iam nonum ingredi annum corporat , cum repente præter omnium opinionem Prin- **XXXV.** ceps ipse , Ludouici , cui desponsata erat , pater , ex hac vita migravit : ztatis deinceps incrementum accessione profectuque virtutum accumulans ; id imprimis faciendum sibi destinauerat , vt omnibus in rebus Deum præ oculis haberet , illum inspectorem cordis humani cogitaret , illum penitus præsentem haud segniter obseruaret ; illius causa vestium decorem , carnis lenocinia , mundi vanitatem abiiceret , proculcaret , contemneret . Votivas quotidie preces Deo fundebat ; quas interdiu si quopiam impedita negotio intermisisset , noctu persoluebat . Diuum Ioannem Apostolum , præter cœteros charum sibi patroni loco delegerat : imitata pietatem Christianorum , quibus singulatum eligere aliquem è cœtu Apostolico , quem familiarius clientium more colant , consuetudo est . Ne tamen electionis euentu , vt assolet , incerto , quia sorte agebatur , alium quam Ioannem nanciseretur : præmissa ad Deum prece effecit , vt quem summopere volebat , semel iterumque , ac tertio sortiretur . Cuius voti compos effecta , adeo dilexit , coluitque adeptum , vt ob ipsius nomen , meritumque rogantibus , nihil denegandum putaret .

*Orationes
quotidianæ.
In an. Apo-
stoli patrem
caefuit.
Refin' dies
vt celebat.* Felios dies pro ingenij modulo , religiosè admodum pergebat , ita vt (quod fuit ea **XXXVI.** ztate mirum) semper aliquid sibi de ornatu corpusculi decerperet ; sciens Deo magis mentem , quam vestem placere ; acceptioremq; animum esse , religionis studio dedi- tum , quam corpus margaritis , purpura , lapillis , auroque & argento præfulgidum . Pro- inde chirothecarum vsum tantisper intermittebat , dum res diuina compleceret : volens officio quantumvis parvo , consuetudini suæ aliquid detrahere , & voluntati aliud suadenti , pro Deo contrarium ingerere . Puellari lusu præpeditæ , si quando fortuna latior aspirabat , cessandum sibi oxyus aiebat : quandoquidem prosperioris auræ demulceretur afflatus . In choreis , quas vitare non poterat , semel tantummodo circumuisse contenta , sati esse dicebat : uno se gyro mundi amatoribus gessisse morem , reliquos ob Christi amo- rem intermissionem . Ita quotidiano fermè exercitio , & affectioni aliorum propensæ re- nitendo , & dissolutionis vice laxamenta declinando , ad maiora Christianæ pietatis officia , semet subrigebat .

ANNO CHRISTI 1254.	INNOCENTII III. ANNO 17.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 4.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 7.
-----------------------	-----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

XXXVIII Educabatur vna cum Elizabeth Agnes sutor Sponsi, virgo adinodum pulchra. Quæ duz dum ad Eccleſium cundum erat, pari vestium ornatu decorata, parique coronarium, gemmis, auroque fulgentium instruēta gestamine Sophiam Sponsi matrem modico intervallo, (vt nobilium mos est) antecedebant. Ingressis templis, coronam Elizabeth confestini deponebat: atque tamdiu ingloriū verticem ostendere perseverabat, quoad ritu ſacrorum completo, domum redire monebatur. Quod cum Sophia veluti temerè factum, vehementer diſpliceret, percundanti causam, ita respondit Elizabetha: Absit à me ranta procul impetas, vt ibi caput meum turrito fastu micantis coronæ ſuperbiat, vbi caput Saluatoris mei spinis coronatum acerbè compungitur. Ita iam tunc, diuina charitas in caſta puellaris animi præcordia, animaduertione Domini passionis veluti in uerone quodam, vulnus agere coepit, eaque ſibi met deinceps vendicare.

In confefſione
Christi con-
cepſi corona
deponebat.

XXXIX Auxit quoque inuidiam, quotidianæ conuerſationis humilias, per quam ſacra virgo relictis nobilibus & purpuratis, pauperum magis & ancillarum gaudefebat confor-
tio, fruebatur alloquiis, operibus occupabatur: in tantum vt Sophia crebro diceret; illam ſanctimonialium contubernio ſociandam esse: quod vitam iſpis quam ſimillimam p̄ se ferret, nihilque ageret genere ſuo dignum. Erant & procerum quidam, qui Eli-
zabeth, quod dotem, (vt iſi garriebant) destituti impatiens nuptiis, attulissent, aut Hungari remittendam, aut alteri cuilibet ex nobilibus collocandam in matrimonium, contendenter. Inter hæc inuidientium verba, veluti rosa spinarum aculeis compuncta Elizabeth, quam latissimè diſfuso mansuetudinis odore, cum ſe contemptui habeti vide-
ret, ab iis p̄cipue, à quibus obſeruari debuerat; verita ne quoquis detrahentium molimine ſuperata, viam deferrere humilitatis: post vberimas lachrymas, toris ad Deum præcordiis confugiens, ſuam illi cauam enixiſſimè commendauit. Nec ſpes orantea
frustrata eſt, ſponsus deinceps ad eius amorem argumenta non dubia demonstrare, pro-
priumque animum vbi ex itinere domum revertiſſet, cum munusculis, cum caſto am-
plexu edente.

In iuria ap-
petit proprie-
tate.

Sponsus eam
magis amat.

XL. Nec tamen interea temporis, iactare procerum quorumdam ceſſabat improbitas: Magna audi-
nihil prorsus nuptiarum inter principem & Elizabeth fore, dotem ab Hungaria eſſe pet-
quam tenuem: pueram, nobilissimi principis neque præstantiae congruēt, neque ani-
mo cedere: proinde remittendam ſuis quam primum eſſe. Hanc falſam persuasionem
paſſim in vulgo diſſipari, Gualterus de Varila (vou ex p̄cipuis legatis qui Elizabetham è domo paterna in Thuringiam duxerant) moleſte ferens; Principem aliquando
inter viam quid de ascenſanda ſibi in matrimonium Elizabetha destinasset, familiarius per-
conceſſatur. Qui ille, oſtenſo grandi monte, respondit, ſe, ſi mons aureus totus eſſet, ſe, ſi ſuo chario-
ſibique daretur optio, altero dumtaxat, id eſt, aut monte, aut Elizabeth matrimonio aneo moſe.
potiendi: poſthabiturum ſacræ virginis coniugio, ampliſſimam auti molem, ob id in-
uidorum blaterationes prorsus minimi facere ſcire. Illos, quæ iactaſſent probare non
poſſe: perbreui declaraturum, quo erga virginem animo eſſet. Hoc responſum ad Eli-
zabeth perferre Gualtero poſcenti, non modo à principe facta eſt perferendi facultas,
verum etiam quo verbis maior fides haberetur, additum munus. Erat autem eſt ſpeculari
lapide, in tenuiſſimas cruitas filo, gémina facie ſpeculum ſic fabrefactum, vt pars vna ea.
vitri modò translucida, colorumque fuciſ nuda eſſet: altera Christianæ crucifixionis pi-
etutam p̄ferret. Quo munere donata virgo, dici non potest, quanto ſit affecta gau-
dio: cum & ſponsum in adiſſo ſemel amore conſtare, & oblatrantium inuidiam nihil
effeſſe experimentis adnotaret. Hæc ſunt quæ de infantia atque adolescentia

Mittit ei a-
moris indi-
ca.

S. Elizabeth p̄cipui eius vita scriptores ſigillarunt uſque ad nubiles
annos, ad quos dum peruenire licuerit, caſtas nuptias
& reliquam vitæ ſanctitudinem
proſequemur.

ANNO CHRISTI
1215.INNOCENT. III.
ANNO 18.FREDERICI II.
IMPER. ANNO 5.RELICIONIS MI-
NORVM ANNO 8.

ARGUMENTVM

Regressus in Italiam per Pedemontanos, Alexandriam à Palea cognominasam, Coronum cubique mirabilis in signis & prodigiis peruenit Assisum. Initiaso Ioanne Simplici, viro optimo, pergit Aluerae montem lustraturus, male affectus in via à demonibus. Rebus in Monte dispositis descendit in Marchiam Anconitanam, cuius precipua oppida & turbes percurrit multus sue aggregans sodalitati, & plura acquisens domicilia. Verbus & factis multis evadique erudiens ad salutem venit ad Concilium magnum Lateranen. in quo Pontifex Innocentius III. denuo eius institutum probat, & iam à se approbarum declarat. B. Egidius hoc anno Ierosolymorum montu Gargani, & alia pia loca perlustrat: & ad Claram, quæ ex humilitate volebat Abbatissæ munus deponere, plures accedunt discipule.

Rerum in Italia. Franciscus in huius anni luctu per Pedemontanos peruenit vir sanctus Franciscus ad ciuitatem Alexandriæ à Palea cognominata iuxta fluvios Tanarum, & Borniam ex eis.

Appennino labente, amoenissimo loco in Lombardia Cispadana sitz. Illic à pio & locupletato viro hospitatus, stabat præ foribus quasi ad stipem quidam male sanæ mentis homo, Anton. tit. quem infidelem dicit Antonius exploraturus & obseruaturus Francisci actiopes, quippe quem liuor edax agebat ut agrè ferret Dei seruum tanti extimari, & pro sancto reputari in ciuitate. Appositz ad prandij horam in mensa dapes, atque inter cetera ferraria fructu incula. pro hospitis dignitate & benevolentia parata, infertur aleulis capus. Pauperis afflita brevi genit vocem & faciem eleemosynam petit pro Dei amore nebirlo præ foribus: statim Franciscus audito Dei nomine, quam coram habebat in catino capi partem transmisit filio mendico. Ille maligne reseruant integrum cruris, vel alia acceptæ partem, in crastino dum vir sanctus coram multa prædicat plebe, reuelat, & diaboli instigatione suader non venerandum, nec habendum pro sancto, qui fastiles saginatasque devorat Isai. 1. 8. 17. aues. Sed Deus cuius nimis bonoris casus fusi amici, & confessoris principatus eorum, qui quo Luc. 10. 6. iussit suos ut manducarent quæ apponenterent eū, propitius fuit viro sancto, & vlciscens in Psal. 98. 8. Sed à Deo admittentes inimici. Fecit enim ut ab invierto populo reputaretur & videretur piscis, miraculosi defensionem. quod verè fuerat caro, & velut iustus vit nequam in toto exsibilaretur & confundetur confessu. Erubuit ad communem sui confusionem, & penituit Dei agnoscens publicè circa suos prouidentiam, iuxta illud Davidicum: Impie facies eorum ignominia, & querent nomen tuum Domine. Redierunt itaque carnes ad pristinam speciem, dum rediit præuaricato ad mentem.

In Burgo S. Donini, pernibili castro in via Aemilia, aliquando Palauicinorum ditinis, prope splendidum olim D. Columbz coenobium à Frederico II. post cladem ad Parham accepitam excisum, alio ei prouisum miraculo. Cum etenim ad fratrum domiciliom cum pluribus sociis, qui de reditu in Italiam gratulabundi ei obuiam procedebant, accederet, nec etat unde eis prouideretur de pane dum nullus fratum incolarum refectio superesset; iussit vir Dei ut architrichinus canistrum in quo reponi panes solebant, respiceret: facit iussus quod alias in vanum fieri putabat, & inuenit plenum pane recenti, quod antea absque ullo vacuum non semel probauit. Sancti Patris virtutem filii agnoscentes, reverentes & hilares panem è celo ministratum maudiuerunt, Deum glorificantes qui talera dedit hominibus potestatem.

Per alia pergens fratrum coenobiæ & accepto Opreni prouincie Mediolanen, & custodia Modoefiz Patrum conuentual. loco in quo B. Amadeus primam celebrauit missam tandem deuenit Cortonum, vbi summa omnium letitia exceptus est. Fratres vero qui in monasterio Cellarum, de quo nos supra, audientes eum in urbem venisse cum fratre Guidone, visum magno auiditate venerunt, & cum codem ibidem illa nocte requieuerunt. Postridie prædicauit coram vniuersità multitudine ex eminentiori lapide, qui adhuc in veneratione habetur in populo. Finito sermone dum voluit recessere, & ad Cellas Beatisne à cum fratribus se recipere, non potuit, adhibitis in portis civitatis custodibus, qui exenti prohiberent. Deteneus per tres dies totidem habuit sermones ad populum, sed in tertio

^{171.} Rodul. fol. ^{Aucto. 1211.} n. 9. ^{Vetus Carta.} Idem. §. 16. ^{Breviarius à} cum fratribus se recipere, non potuit, adhibitis in portis civitatis custodibus, qui exenti prohiberent. Deteneus per tres dies totidem habuit sermones ad populum, sed in tertio

ANNO CHRISTI 1115.	INNOCENT. III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 5.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 8.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

tertio humiliiter rogauit, ut dimitteretur, ob sidem pro se relinquens fratrem Guidonem, cuius sanctitas iam elucebat ubique, & cuius meritis publicè predixit urbem à multis liberandam periculis. Ausi non sunt propter viri reverentiam, repente amplius detinere, quapropter eum ad monasterium comitati, se suaque eius precibus commendarunt. Hec ibi per paucos dies quibus fratres hortatus est ad perfecta virtutis officia.

IV. Perueniens deinde Assisium, inenarrabili latitia exceptus à filiis, desideratusque à virgine Clara, ut videt extructam iuxta cenobium post suum recessum nouam domum quam eius vicarius Petrus à Caranico inumeris aduentantibus hospitibus preparauerat, interrogauit: quid sibi veller noua illa structura? Responsum à vicario gratia hospitum, & ut commodius diuinum possit solui officium, se domum illam edificasse. Cui vir sanctus iratus, inquit: Frater Petre, locus iste norma est & exemplar totius religionis. Volo proinde ut qui hic viuunt, & qui huc adueniunt, tolerent patienter paupertatis incomoda, ut dum redeunt ad suos, referant quam pauperem gerant vitam incolæ S. Mariz de Portiuncula. Si enim aduenis plenè & ad votum satishas, & quæ volunt, eis ministrantur solamina, viuantque sub bonis & recentibus ecclesiis à fratribus extructis, imitabuntur in suis prouinciis, quæ hic viderunt & experti sunt, allegabuntque nihil se amplius facere, quam quod fuit apud Portiunculam, à qua viauersum sodalitum suscepit originem. Permisstamen ad multas fratum preces, & manifestam capacioris receptaculi necessitatem domum subsistere, quam alijs ditui præcepit.

V. Ingens erat filiorum gaudium ad tanti Patris presentiam, & multorum siebat populorum cōcursus ad videndum eum, quem fama fecit notissimum. Plures eū expectabant, ut ascriberentur sodalitio, è quibus non pauci nobiles, alij bonis litteris probe exculti. Ille ut erat animo generosus, & discretione præcipuus, honorificè & comiter eos pertractans vnicuique quod suum erat, & conditio exposcebat, libenter impendebat. Ioannem cognomento Simplicem, agricolam hac ratione tunc initiauit. Vicina percurrentis castella dolebat quam leuiter curarent presbyteri de munditia suarum Ecclesiarum, arreptisque scopis multoties cas verrebat. Dum ita semel faceret in derelicto quodam fano peruenit fama ad vicini oppidi populos adesse Franciscum, atque in suburbana Ecclesia scopis purgamenta educere. Præ ceteris accurrerat ad humile spectaculum Ioannes hic ruralis, qui in proximo arabat campo, & verrente summo studio videns Dei seruum, indignum culit, nisi ipse operi ferret. Eadem ergo operi incumbens sanctumque virum rogans, ut à labore quiesceret, scobem omnem & sordes eduxit, aranentum operam, & texturam improbam perdidit. Sursum deorsumque mundata ade inuit cum viro Dei sermonem, dixitque simpliciter: frater à multis diebus ex quo de te, tuisque fratribus audiui, quæ vnde narrantur, cogitavi similiter Deo seruire, sed qualiter ad te accedet rem ignorau. Nunc autem quia ita Domino placuit, ut te hic ad votum videreim, me tibi offero, ut faciam quodcumque tibi placuerit. Vir Dei considerans hominis simplicis pium affectum, & super huic similes requiescere facilius spiritum Dei, tamquam à Deo sibi missum statuit recipere, & de sui sodalitij oneribus instructum monuit ut si hæc perfette veller, à contemptu & expropriatione rerum terrenarum inciperet, amotaque res familiares pauperibus distribueret. Absque villa mora superno æquus impetu protinus bonus vir ad vicinum aratum perrexit, & dissoluto bovi iugo, vnum minauit ad ædem, inquiens: Pater, tot annis serviui patri meo, familiam omnem, meo iuuans labore, proinde licere puto ut, vel hunc vnum bovi pro tot annorum stipendio & hereditatis meæ portione mihi adscribam, & in pios, quos tu præscriperis vñus distribuam. Quibus ditis domum abiit suis valedicturus, & rem ruralem commendaturus.

VI. Illi autem commoti ad hominis sibi summè necessarij recessum, cum magno eiulatu venerant ad sanum, & Ioannis instructorem rogarunt multa prece, ut sibi eripere nolle viræ suæ refugium, & victus remedium. Dulci eos hortatus alloquio Franciscus dixit ut domum redirent, prandiumque pararent, se etenim apud eos recubitusuin, solamenque lateturum promisit. Strata mensa adfuit vir Dei, expletoque prandio, ad Ioannis patrem sermonem & vultum conuertens, ait: Amice hospes filius tuus impulsu ductus diuino, Deo vult inservire, quod tibi nequaquam displacebit, imo summè placere debet; causa enim hæc est summæ latitiae, non tristitiae, & propter quam, maximas Deo debes gratiarum actiones; quod dignatus sit ex tua progenie sibi seruum adsciscere. Neque parum in

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENT. III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 5.	RELIGIONIS MILITIAE NORVM ANNO 8.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	--------------------------------------

hic te tibi lucis confurgit, dum pro uno quem dimittis filio, plures tibi acquiris, & fratres constituis tuos, vniuersos vndique huins sodalitij sectatores. Præterea Dei creatura est; quod si euro sibi addicit creator, quis audebit eius voluntati resistere? aut dicere: cut ita facis. Omnipotens est, & iustus, suum reposcit; fiat ergo voluntas eius, & perueniat super hunc filium tuum misericordia eius. Ego cum repellere non debeo, nec possum à domo Dei, dum concupiscit, & deficit anima eius in atria Domini, à quibus neminem licet accedere. Quod solum possum, præstabo, ut quem in pauperes volebat, & decebat erogare, bouem vobis relinquerat, ut sic relinquens mundo quæ sua sunt, nudum se committat brachiis Christi. His aliisque huius generis rationibus flexi parentes, liberè & cum gaudio abire permiserunt, quem antea nullatenus patiebantur auelli. Hoc modo Franciscus Ioannem hunc lucratus est discipulum, velut alter Elias Elizæum vocans ex aratro, ut cordis terram araret, campumque animæ excoleret multarum semine virtutum.

*Perficiens et
magis Franci-
ci secessor.*

Initiatus Ioannes cœpit seruire Deo in simplicitate & puritate cordis, in utraque ad eo proficiens, ut magistro valde placeret, eumque sapissime sibi socium adhiberet. Ille autem Francisci vitam sibi normam proposuit, ad quam suas adsequaret actiones, quod ita sedulo curauit, ut nihil facientem videret præceptorem, quo statim id ipsum ipse parraret. Si orabat, si ambulabat, si oculos in cælum, aut brachia in altum elevabat, si rufiebat, si quidpiam aliud agebat, secundas hic vices addebat, idque diligenter obseruabat, ut nihil præteriret infestum, quod fieri à suo deprehendebat magistro. Adnotauit hæc aliquando institutor, piumque æmulum leniter corripuit; monens quibusdam videri posse vanas & gestularias has actiones, atque ex animi levitate procedere. Cui Ioannes: Pater, ego Deo promisi te sequi, te imitari, cuncta quæ feceris, pro virili æmulari, parce ergo meæ simplicitati & infelicitæ, quæ te duce non timerit errare. Meæ parum aut nihil fido ruditati, hoc vnum scio me nihil scire, proinde bonum natus magistrum, illud solum efficiens, quod te præunteret, & opere docentem prius fecisse conspexero. Miratus præceptor simplicis discipuli candorem & sinceritatem amplius dilexit quotidie in Dei obsequio adeo proficiens, ut quam citissime factus sit condiscipulis multarum virtutum exemplar, qui ut bonus discipulus opere magistri crevit exemplo. Paucos post annos migravit ad Dominum non sine nota sanctitatis, cuius laudabilem conuersationem sapientius vir sanctus referebat, & exollebat, ita ut non fratrem Ioannem, sed sanctum Ioannem Simplicem appellaret.

Multi hoc tempore accesserunt fratres, ut à longo cardio soque itinere redeuntem partem salutarent; sed præ aliis adfuerunt, qui factum Aluernæ montem occupauerant. Reulerunt quam comiter secuti à Comite Orlando actum, quomodo possederint locum, quam aptus ad cœlestes immisiones recipiendas, quam commodus ad res diuinæ contemplandas, quam remotus à tumultu, quam liber à scandalis. Voluit ipse montem lustrare, assumptisque secum fratribus Leone, Masszo, & Angelo, pro suo more & humilitate itineris guardianum constituit Masszum, interdicens ei; ne sollicitus esset animæ suæ quid manducarent, aut biberent, sed curaret ut diligenter & piè diuinum solueretur pensum, religiosum obseruaretur silentium, summa relexeret in omnibus artibus modestia. Transiuntibus deinde per castrum Citernæ in valle Castellana prope Burgum S. Sepulchri, voluit prædicare populo ad se conuenienti in agro sub quadam quercu, quam formicis ebullire notauerat. Imperauit statim ut recederent; quibus illico obedientibus populum monuit ut viam aperiret. Abierunt recto tramite omnes, neque villa amplius ad illam quercum, etiam futuris temporibus se receperit. Illud etiam in hac concione memorabile quod procaci & importunæ adolescentiæ cymbalum pulsanti dum prædicaretur, nec secundò & tertio admonita ut taceret, acquiescenti, sed molestius obstreperi, dixerit vir sanctus alta voce coram omnibus: Tolle, tolle, diabole, quod tuum est. Quibus dictis repente in altum rapta mulier ex omnium oculis evanuit, neque deinceps usquam apparuit.

*Iobiter oras
on derelicta
Ecclesiæ.*

In eodem itinere venit sero ad Tyti villam, iuxta castrum Capresi, quinto ab Aluerna milliario, extra quam ad CCCP. erat quædam derelicta ecclesia; in hanc se recepit illa nocte oratus. Etenim quia in oratione percepérat sancti Spiritus desideratam præsenciam, tanto familiarius se offere precantibus, quanto plus inuenie elongatos à strepitu mundanorum: ideo sapientius loca solitaria quærebat, ad Ecclesiæ derelictas nocte pergobat. Quiessentibus vero sociis in prima noctis vigilia ad orandum surgentem aggrediuntur vndique

*Maria §. 2.
August Mi-
glis 1. 1. de
monte Al-
uernæ t. 3.
Pisan. conf.
10.*

*Pergit mons
Aluerna la-
frustratur.
Luc 12. 12
Verbo forni-
ca abigit.*

*Procuram in-
tegraliter tra-
duco Sabat.*

*Iobiter oras
on derelicta
Ecclesiæ.
Idem §. 4.
Bonac. c. o.
Histori. an-
eq. montis
Aluernæ in
princ.
Miglus cit.*

VII.

IX.

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENT. III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 5.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 8.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

vindique diaboli, variis modis diversisque artibus & minis deturbare conantes ab oratione. Deinde horribiles pugnas sustinuit, & sensibiliter cum illis confixit. Armis vero munitus cælestibus, quanto vehementius impetebatur ab hostibus, tanto fortior in virtute, & feruentior seddebat in prece; fidenter dicēs ad Christum: *sub umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerunt. Ad dæmones autem: facite quidquid in me valetis maligni spiritus & fallaces. Non enim potestis, nisi quantum vos manus supernas relaxat, & ego ad perferendum omnia, quæ illa infligenda decreuerit, cum omni iucunditate paratus assisto.* Tunc dæmones horribilis & scuimus in eum irruentes plagiis multis & verberibus affecerunt, huc illuc impellentes, & per pavimentum trahentes. Ad Dominum cum tribularetur, clamauit *vir sanctus*, dicens; *Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, pro vniuersi beneficiis tuis, quorum hoc minimum non est, sed magna tuæ charitatis erga me certum indicium, dum errata mea in hoc seculo punis, ut in alio euadam impensis. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum ad sustinenda plura, si quæ supersunt, aut infligi placet, flagella.*

X. Hac mentis constantia sçpissimè vir Dei dæmones fugabat, qui tam inuidam patientiam nec vincere, nec ferre valentes abscedebant confusi. Ille autem frequentem solitarij remanens & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca spargebat lachrymis, pectora manu tundebat; & quasi occultius secretariū noctis, confabulabatur cum Domino suo. Ibi respondebat iudici, ibi supplicabat patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoque à fratribus ipsum piè obseruantibus, aliquoties auditus est, clamoris gemitibus, apud divinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta voce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi visus est nocte orans manibus ad modum crucis protensis, toto corpore sublevatus à terra, & nubecula quadam fulgenti circumdatus: ut illustratio- nis mirabilis intra mentem, mira circa corpus perlustratio testis esset.

XI. Ex hac eamen pugna & colluctatione aduersus spiritus tenebrarum harum fatigatus, & ex multo verbere debilior dum non potuit ultra pedes procedere, socij tanto Patri compassi redierunt Tyfum, rogauerunt ex villa quendam ut pro Dei amore vehendo infirmo accommodaret iumentum. Quibus villanus rusticana loqua: Estis vos de illis fratribus fratris Francisci de Assisio, de quo tot bona dicuntur? Respondentibus illis se ex illis esse, & animal pro ipso petere Francisco, magna deuotione stravit asellum, & ex Ecclesia sanctum virum reduxit in villam, ut debilitas vires aliquantum in sua domo reficeret. In breui autem illo spatio quod intererat inter Ecclesiam & villam appetitus obrepit apud hominem aliquantum hærendi, & gallinæ aliorumque similium obsoniorum, quæ in villis habentur beneficio, corpus refocillandi. Accendentibus autem ad domum asinarij, vidit in sterquilinio præ foribus iacere mortuam & fætentem gallinam, quam eleuans, & ad os, natesque apponens, inquit: En, gluto, gallinæ carnem, quam appetiuisti, satis te, comedere quantum libuerit. Deinde proiecta, ad ientaculum solum admisit incineratum panem & aquam; gratisque redditis viris propter suam benevolentiam eius benedixit ad domui, & prædictis progeniei à generatione in generationem duraturæ, neque diuitias neque paupertatem Dominum daturum, sed quæ commodæ vitæ & vieti essent perpetuum incrementum hospitis de necessaria. Antiqui huius vaticinij, adhuc recens est in dicto loco memoria, domus illa vocatur sancti Francisci, omnibusque transeuntibus fratribus patet ad hospitalitem; in qua Augustinus Miglius sçpe se refectum, & charitatue receptum commemorat.

XII. Sub meridie peruererunt Clusium, vbi summa lætitia & exultatione excepti sunt à Comite Orlando, qui dum obtinere non potuit à sancto viro, ut illo apud se die requiesceret, post prandium eos est comitatus ad montem. At cliuum montis ascendentibus, asinarius hærens iumento, Orlando & sociis sancti viri pone venientibus, inquit pia ratione simpliciter: Frater Franciscus multa bona audio de te, plurimumque te Deo iudico debere. Cui Franciscus: Amice, magna est Dei nostri erga me misericordia, quia respexit humilitatem & vilitatem famuli sui. Adiunxit vir bonus: Stude quæso talis esse, qualis diceris, quia multi in te confidunt: & moneo te ut nunquam aliter sit, quam de te speratur, ne de te bene opinantes decipientur. Qua simplicis viri audita monitione prosiliuit in terram, & pedes eius exosculatus gratias egit humiliiter, quod tam utiliter, & sincere eum monere voluerit. Eleuatum à terra socij iterum iumento imposuerunt, sed cum asperum clium condescenderent, ad ascensusque medium peruenirent, asinarius asperioris

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENT. III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 5.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 8.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Bona uita, & longioris viæ itinere fatigatus (ut habet Bonaventura licet loci non meminerit, quem tamen uterque dialogus montis Aluernæ, & Marianus notarunt) nimiōque sitis ardore deficiens; instanter cœpit clamare post sanctum: En morior, inquit, siti, nisi poculi alicuius beneficio continuo refociller: absque mora vir Dei profiliuit de asino; & fixis in terra genibus, palmas extendit in cœlum, orare non cessans, donec se intellexit auditum. *Eduardus Frat. aquam de pista.* Oratione tandem finita; festina, inquit, viro, ad petram, & illuc aquam viuam inuenies, quam tibi hac hora, misericorditer Christus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quæ seruis suis tam facile se inclinat. Bibit sitiens homo aquam de petra, orantis virtute productam, & poculum hausit de saxo durissimo. Aquæ decursus ibidem ante non fuit: nec, ut est diligenter quæsumum deinceps potuit inueniri.

Dum in monte superando ultra laborarent, voluit paulisper vir sanctus sub queru XIII. *Anno 1215.* quadam respirare, statimque aduolauit, ut alias diximus, magnus autium numerus ap-
Gestantes a sui Francisc. plaudens & congratulans eius aduentui. Pars in humeros, pars altera in scapulas, & alis gestientes, accipiantur. suo moe gaudium explicantes de hominis accessu. Quo raro euentu dixit ad suos: *Marijan. & Miglius cl.* Credo fratres charissimi quod Domino placet ut hic habitemus, magnam enim præf-
runt sorores aues de nostro aduentu luctitiam. Latus ergo consurgens iugum montis condescendit, donec ad fratum tuguriolum peruenit, in quo ob locelli humilitatem & paupertatem vehementer sibi complacuit. Sub nocte Clusum rediit Orlandus, sed siy dispositio. postridie regressus ad fratres, necessaria quæque asportari curavit, ut simul prandente. A prandio multas viro habuit gratias, Franciscus ob talem ac tantam benevolentiam, sed præcipue propter donatum suis montem, sibi quam gratissimum, quippe sollicitariz & religiosz vitæ percommode. Deinde rogauit, ut sub procera quadam fa-
go ad lapidis iactum à fratum tugurio sibi construi curaret ædicolam in qua solus oraret. Cuius votis libenter annuit generosus heros; & seorsim vocatis fratribus, in-
quit: A biennio ferme vobis montem hunc concessi inhabitandum, & possidendum; superuenit qui solum desiderabatur, vestri institutoris consensus, vestrum imposte-
ruin iudicare, & me, meisque habebitis tutelares, atque subsidiarios benefactores in quibuscumque necessitatibus. Nihil sane mihi gratius præstare poteritis, quam, ut quo-
tiescumque libuerit, vel suggesterit occasio ad hunc vestrum seruum, & si dignamini, fra-
trem, recurritis.

Reddis heroi, quas debuerunt, pro tanta benignitate gratiis, post eius discessum, in XIV. *Decet suis* qui vir sanctus ad suos: filij charissimi, magna & incenarrabilia sunt erga nos Dei bene-
genia repente ficia, qui adeo flebit erga humiles & inutiles seruos suos, corda fidelium. Ex acceptis,
fidelium in ho- quotidiæ accipienda speremus; si parua videntur concessa, adiiciet maiora dum in di-
mibus. *Pf. 14.1.* unorum mandatorum obseruantia persistenter. Iactate ergo in Domino cogita-
tum vestrum, & ipse vos enutrie in monte hoc, qui Eliam in deserto, Antonium
Mattei. 6.16. & Paulum in eremo nutriuit. Volucres cæli non nent, neque congregant in horrea, & tamen Pater cælestis pascit illas, quanto magis seruis suis alimenta præbabit, qui
Pf. 14.7. & 1. non dabit in æternum fluctuationem iusto, cuius oculi super timentes eum, & in
Pf. 14.18. eis qui sperant super misericordia eius, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos
Pf. 14.5.3. in fame. Nolite ergo confidere in principibus, nec in charitatiuis oblationibus opti-
Ierem. 17.5. mi huius nostri benefactoris Orlandi spem vestram aut fiduciam ponatis, maledictus quippe est, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Ille secun-
dum nobilem suam pietatem egit nobiscum, fecit sane quod suum erat, restat ut quod nostrum est, nos non omitamus, ne videlicet in tantillo offendamus sanctam paupertatem, recurrentes ad huius domini substantiam, tamquam ad reconditos no-
bis thesauros. Illud certissimè scitote, filij charissimi, nullum nobis nostræ relevandæ necessitati securius esse refugium, quam nullum habere. Si enim veri & Evangelici fucri-
mus pauperes, mundus nostri miserebitur, & affluenter nos pascet, si autem à paupertate defecerimus, mundus nos fugiet, & indigentias illico modo repellentes, maiores pati-
mur penurias.

His & similibus documentis Franciscus huius montis incolas instruebat, norma- XV. que prescribebat ad quas vitam adæquarent. Hæsit ibidem per aliquot dies, dum formam cellæ sibi construendæ, & Ecclesiæ ædificandæ iuxta eam, quam sacratissi-
Anno 1215. ma virgo, & uterque Ioannes Baptista & Evangelista tradiderant, ut supra diximus delineat

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENT. III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 5.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 8.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

delinearer. Lustrauit interim vnde montem; videntesque magnas petrarum scissuras, præter illas, quas supra memorauimus, hiantesque ingentes lapides, suspensas immensas montis moles, quæ primo aspergente terrebant. Oravit Deum ut sibi reuelare dignaretur an concusso montis hæc fuerit commotio, an aliunde hæc ruptura, vel naturales, vel monti coætæ? Apparuit in oratione Angelus, qui in passione Christi scissum hunc montem referret, vnumque ex iis esse, de quibus Euangelista terrenæ commotionem in morte creatoris referens, dixit: & scissa sunt petra. Maior deinceps sancti hominis deuotio in montem hunc, quod etiam suo more senserit Christi mortem, & suorum lapidum scissura, eam quæ inter Christi animam & corpus, adeo crudeliter & inhumanè facta est representaret. Neque aliquando ad has respiciebat scissiones, quin statim veniret in meatem Christi passio, seque scindi, vulnerari, & cruciati vellet, ut particeps fieret crucifixi dolorum, quos sibi obiici videbat in lapide inanimato. Ita sancte mirabili Dei prouidentia fieri decuit, ut mons ille in Christi passione scinderetur, in quo eadem Christi passio & vulnera nouissimis temporibus renouarentur.

XVI. Præruptos inter hos lapides magna aspera saxea moles dividitur à reliquo monte alto circumquaque præcipitio, non nisi transmissi pontis beneficio accessibilis. Illic tamquam in insulam vel in fidam custodiam relegabat famosus quidam illius eterni prædo, quos auxiliariis satellitibus prehendebat viatores, quibus in viis regiis sternebat insidias. Emissos per pontem versatilis illic tenebat, donec statuto pretio redimebantur. Multa inferebat vicinis populis damna, strages vnde exercebant, propter quas lupi nomine vnde audiebat. Doluit vehementer ad Francisci & sociorum aduentum, nolens sui latibuli & perditez vitæ consciens habete. Sæpius iussit ut recederent, minas adiiciens. Pauperras autem inter latrones ipsos secura, non habens vnde lardatur, reddidit fratres intrepidos, nam *cantat vacuuus coram latrone viator, solam animam in confiscato habens.* Quodam tamen die serio accedenter prædonem, ut omnino eos à monte deturbaret, vir Dei adeo placide exceptit, & minas tonantem, mala verba effundentem, adeo patienter audiuit, placidisque rationibus furens. fregit iram, ut non solum cohabitatores voluerit in monte, verum & scipsum admitti consoladæm in tugurio. Probauit per aliquot dies terrestrium hominum angelicam vitam, quam libenter amplexus, mutatus est in vitum alterum, Agnelli nomen ex Francisci impositione, pro lupi nomenclatura sortitus. Vixit postea religiosissime, velut recens adhuc eius testatur in monte memoria, à quo in hunc diem asper illæ & solitaræ petre crepidines vocantur: *Caser fratriis Lupi.*

XVII. Tandem de monte recedens Franciscus venit ad montem Casalem supra Burum sancti Sepulchri, ubi cum in deserta oraret Ecclesia, intellexit per spiritum sacras ibidem remansisse reliquias: quas cum longo iam tempore, defraudatas honoscentia debita, non sine macore consiperet; præcepit fratribus, ut eas cum reverentia deferrent ad locum. Sed cum poscente causa discessisset ab eis; mandati Patris intermetores filij, obedientiæ meritum neglexerunt. Die vero quadam cum sacra celebrare vellent mysteria, superiori altaris operimento submoto, ossa pulcherrima & redolentia nimis non sine admiratione reperiunt, intuentes reliquias, quas non hominis manus, sed Dei virtus attulerat. Reuersus paulo post vir Deo devotus, diligenter curpit inquirere si quod de reliquiis mandauerat, esset impletum. Verum neglectæ obedientiæ culpam Fratres confidentes humiliter, cum pena veniam meruerunt. & ait vir sanctus: Benedictus Dominus Deus meus, qui per se ipsum impletuit quod vos facere debuistis. Considera diligenter, inquit Bonaventura, dñe prouidentia curam circa puluerem nostrum; & humili Francisci excellentem in oculis Dæi perpende virtutem. Nam cuius iussis non paruit homo, votis obdiuit Deus.

XVIII. A monte Casali transiit ad Marchiam Anconitanam, alias Picenum, prædicans semper per obvia castra & ciuitates, pertransiens benefaciendo & sanando oppressos, multæ domicilia suis acquisiens, & plures adolescentes suo adscribens sodalitio. Statiq; in ingressu sub primis Apennini collibus occurrit ei Fabrianum, nobile & magnificum illius regionis oppidum, à Fabro Iano ita appellatum, ut quidam tradiderunt, & confirmare videtur ipsius castri symbolum, quod Iani imago est, manu

ANNO CHRISTI 2215.	INNOCENT. III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 5.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 8.
-----------------------	----------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Fabriani prae-
dicti domum
reducuntur.*
malleum tenetis, uti subiecerit incidi impressuri. Hic duin pro suo more sermo-
nem haberet ad populum, & clamoribus strepituque clementiorum è regione
palatium quoddam extruencium impeditetur, ne liberè verbum Dei ab audienti-
bus exciperetur, in vanumque rogaret, ut pro concionis spatio ab opere cessarent,
prædictis, quod quia Dominus illam non ædificaverat domum, in vanum laborauerint
qui ædificabant eam, quia breui erat ruiturum, sed in ruina nullum hominum, anima-
liumque hæsurum. Ita evenit, nam paucis diebus post completum ædificium taliter cor-
ruit, ut animalium nullum offenderit.

*Ei in Valle
Fabriani ex-
discandum
suum concur-
rum.*
Post sermonem receptus est hospitio à nobili quadam vidua nomine Maria, **XIX.**
relicta nobilis Domini Alberti Gentilis de Fabriano, à qua dum interrogaretur, quo-
modo adiacens vallis appellabatur? accepit nominatam in populo *Vallis pauperula.*
Tunc propheticè vir sanctus: *In valle hac pauperula, pauperuli mei fratres aliquan-
do habitabunt.* Neque irritum fuit vaticinium. Nam cum fratres anno Domini mille-
simi ducentesimo trigesimo quarto, oblatum sibi locum extra oppidi portam, ubi mo-
do est Ecclesia sancti Angeli inhabitasse usque ad annum millesimum ducentesimum
septimum, quo propter ingruentia bella ditus est, constitueruntque alium reedi-
care iuxta portam Cauaram: nescio quis insinuavit non ibi, sed inferius in *valle pa-
uperula* uti prædixerat Franciscus, esse construendam. Accessit statim uanamis plebis
sententia quæ sumptibus lente collectis, fratribusque ad prænominatam habitanti-
bus portam, uti in suis chronicis M S S. scribit beatus Franciscus Fabrianus, in loco
à sancto Patriarcha præsignato, compleuerat ædificium anno millesimo ducentesimo no-
nagesimo secundo, & in festo translationis eiusdem S. Patriarchæ ad illud transtulit eius
señatores.

*Acquiri sui
premiorum
Fabriani.*
Audiens autem vir sanctus quarto ab illo loco millario ad Apennini montis ra-
dices in valle Saxi inter altos colles remorum à turbis & asperum fuisse locum, in-
ibique Ecclesiam Beatæ Mariæ consecratam, contiguumque monasterium derel-
ictum à sanctimonialibus sancti Benedicti, quæ ingrauescente bello iam aliquot ante
annis Fabrianum se receperunt, ob sumnam erga sacratissimam Virginem deu-
otionem, incredibilemque solitudinis affectum, voluit illuc ire, ut si videretur ido-
neus ad habitandum locus, eum suis fratribus obtineret, tum ut non esset beatæ Vir-
ginis ædes absque cultu, tum ut in pio & solitario loco commodius religiosi cele-
stibus intenderent meditationibus. Dum autem eo se conferret cum socio absque
alio ductore, atque in itinere oberrarent, petierit à quadam agricola, agellum arantem,
ut eos comitaretur, & eo usque vellet perducere. Ille autem indignabundus: *Quid,*
inquit, ego aratum propter vos deseram, tempusque agricultura statutum, ut fratre resam in obsequio?

*Celum mi-
raculam ager
hominis Fra-
ncisco seruun-
tu.*
At S. Pater blando & pio sermone hominem flexit, certo certius ei promittens nihil tem-
poris inaniter claplurum, neque ipsum quicquam dispendi in agriculturæ intermissione
passurum. Dicens ergo piis exploratores ad locum, acceptaque benedictione rediens
ad campum, quem incultum d'cedens reliquit, aratum iam torum inuenit. Mansit au-
tem sanctus Pater in præfato loco summe sibi grato per aliquot dies, ex sparsis per mon-
tes ædibus vicum conquirens exploransque loca vicina ex quibus commodius fratres
locum inhabitari, necessaria alimenta possent accipere. Tandem omnibus prudenter
dispositis, & obento monasterio à nobili Saxorum familia, colli curauit per transmissos

*Gonzag. in
privid.
March. con.
14.*
illuc sui instituti viros religiosos, vocarique voluit eremitorum sanctæ Mariæ de Val-
le Saxe, vel ut habet Gonzaga, à saxorum multitudine montis vicini, vel à val-
lis & regionis dominis supra nominatis ex Saxorum progenie ita nuncupata. In eo
tamen decipitur idem Reuerendissimus Gonzaga, quod à Bonifacio IX. dicat hoc mo-
nasterium à monialibus Benedictinis ad nostros translatum, cum iam ante aduentum
S. P. Francisci, ipsæ illac sponte bellorum metu discesserint. Diploma dicti Pontifi-
cis, de quo citatus Gonzaga, agit de noua & reiterata concessione, quippe, ut vel ipse
hic habet author, alii ingruentibus bellis, dictum monasterium fratres, etiam pluri-
ma incommoda atque pericula vitaturi, deseruerunt. Ad illorum autem regresum no-
num possidendi circulum à præfato obtinuerunt Pontifice, qui id ipsis suis literis expresse
asserit. B. P. Franciscum hutus acceptandi conuentum sive eremitorij authorem, atque
etiam in habitacorem fuisse ...

Deuotissimus

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENTII III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. AN. 5.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 8.
-----------------------	-----------------------------	--------------------------------	--------------------------------

- XXI. Deuotissimus est hic locus, à multisq; viris Sanctis inhabitatus, sive ab ipso S. Francisco visitatus, deinde à SS. Bernardino, Ioáne Capistranensi, Jacobo Piceno, sive à Marchia, ab eius comite B. Marco à Sancta Maria Gallo, aliisque perfectissimis Minoritis, quibus in tyrocinio educandis perpetuo est destinatus. Vnum & alterum manifestum testimonium Dei prouidentiae circa huius eremitorij incolas ad suos annos referemus. Structura ædificiorum admiratione gignit spectantibus, considerantibusque quomodo in tam arduo & excelso loco, inter horridos montes tanto operi potuerint materia & clementia preparari. Huius loci meminit Blondus egregius, si quis alias, rerum Italorum historicus. Est vero, inquit, *ad Esis flauj dextoram sub ipsi Apennini iugis quia validum Umbria oppidum positur, locus fratrum Seraphici Francisci, eremita dictus, quo viso, ut inquis Poëta Ouidius, potest dicere, numen inest. edificiis certe, quantum religiosis viris fas sit, in ea locorum asperitate tam commode instructus, ut alio eiusdem ordinis Italia urbium loca amanisset superet.* Et Leander Albertus Bononiensis. in descriptione Italiz, regione 13. sub titulo *Vmbri Senones* vbi admirabundus: *Sub Apennini iugis, inquit, Eremita fratrum Minorum canobium apparet nobile ac adiustum tam magnificum, ut profusa absque ingenti admiratione conspici nequeat, se que facultas esse potuerit in his asperis, horridisque locis tam splendide ac luculentser adiustandi cogites. Successivis tamen incrementis ad perfectam tantumque dignitatem euasit, nam primitus extorta est ibi arx, sive fortalitium, deinde euasit monasterium sanctimonialium, tertio nouis incrementis, sumptibus illustris D. Ciauelli de Ciauellis euasit in cenobium Minoritarum, ac tandem crescente erga pios incolas hominum pietate, crevit & eorum liberalibus expensis ipsum ædificium.*
- XXII. Dum autem Franciscus tractum illum iustraret, peruenit ad ædes cuiusdam Rainerij plebani Ecclesiaz, quæ Civitas dicebatur, in montibus iuxta Fabrianum, à quo adeo benignè & beneficè receptus est hospitio, ut magnam cum illo inierit amicitiam. Ad hunc aliquoties deflexit, siveque conscientia arcana sacramentali confessione detexit, ac tandem vna dierum post confessionem ad eius pedes genuflexus, hominem humiliter admonuit ex suis consodalibus futurum, neque tam arctam pati necessitudinem, ut vita genere, aut terra intercapidine perpetuo dissociarentur. Plenam autem hanc societatem & vitæ similitudinem ineundam post suam mortem subiunxit; atque ita verè factum est, ut vir Dei prophetauit; nam ut amicum suum tanta miraculorum gloria coruscantem in Sanctorum numerum relatum plebanus audiuist, statim eius instituto non men dedit, & ad eius regulam suos mores sanctissime cooptauit, ut suo loco dicetur. In conuentu Fabrianen. Patrum Conuentualium, in quodam lapide ad turrim campaniam affixa sunt haec verba: *Hic sunt ossa Venerabilis Fratris Rainerij, qui fuit confessarius B. Francisci, qui ei pradixit quod futurus esset frater Minor.*
- III. Fabriano tandem valedicens Sanctus Pater peruenit Auxiūnum, Piceni ciuitatem antiquam, Liuio Oximum dictam, in colle sitam, cuius radices Muson annis alluit. X. M. P. à mari Adriatico. Huius urbis incolaz, ut aduentantem ad se audierunt, obuiam perrexerunt, atque omni quo poterant honore: honores omnes respuerent in suam ciuitatem deduxerunt. Postero autem die ita mundi pompas, honores, & vanitates despicienda mitifice persuasit, ut statim triginta adolescentes spretis, quæ vir sanctus docuit spernenda, Dei obsequio sub eius institutione se manciparint, cæteri vero auditores internè compundi de reformatis moribus variè cogitarint. Hinc Anconam, etiam antiquissimam urbem, sub promontorio Anconi, olim Poëticis & Historicis per celebri, qua se in mare torquet, erectam, deinde Maceraram, hinc Asculum venit, ubique praedicans & signis coruscans. Hic locum qui Eremita vocatur, occupauit. Post delectens Camerinum, in Apennini iugo munitissimo loco situm, supra montem sanctum, alias montem Agnani alium obtinuit, qui Conuentus Experimenti vocatur, nam periculum facturi Camerites, sive Camarinenses morum virtusque Franciscanorum, an cum sui patris doctrina cohærente, eis illum conuentulum ad mille passus distantem, ex publicis facultatibus construi curarunt, quem & ab huiusmodi experientia speramento quod laetare experimentum sonat, vocari voluerunt. Tandem post plures annos cum in ipsis nihil, nisi sanctum, bonum atque laudabile perspexissent, relictis in priori locello sex fratribus ob sui patris venerationem, quibus abunde & pie cuncta necessaria mini- strant, in ciuitatem eos introduxerunt in ædificatum ab uniuersitate conuentum, qui pro. March. sub Alexandro Texo datus fuit fratribus de Observantia, ut suo loco cederent, quem in cultu Rodulph. in Cicerini.

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENTII III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. AN. 5.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 8.
-----------------------	-----------------------------	--------------------------------	--------------------------------

Gonzag. cit.
ton. tunc possidebant, vbi nunc arx est munitissima ciuitatis. Tacet hoc in conuentu B. Ioan.
de Parma.

*Conventus
Matellicæ.* Hoc anno sunt, qui velint obtentum à sancto viro etiam conuentum Matellicæ, op- XXIV.
pidi sexto à Fabriano lapide, quibus tamen nec scripturam firmam, nec adeo probabi-
lem traditionem certam astrarere fidem notat Gonzaga. Id solum firmum est ex bulla
Leonis X. an. 1518. à Patribus Conuentualibus ad Observantes translatū per Senatum
Matellicatem, tempore magistri Guidi de Sancto Leone Provincialis, & fratri Marini
Albanensis Guardiani. Certior est illa traditio de occupato per sanctum Patrem con-
uentu Siroli, qui maritimis Anconitanis maris fluctibus alluitur, distarque à Sirolo, An-
conitanæ dicecis pago, passibus centum atque totidem à Sirolano castro. Eam confir-
mat arbor è vestigio Ecclesiæ à B. patre plantata, virentibus foliis adhuc perseverans,
ab omnibus sancti Francisci arbor nuncupata, quæ cerasorum quoddam genus, conuicinis
populis mirabile & appetibile, producit. Locum autem ædificauit illustris quidam Co-
mes Albertus, ignoti cognominis, non iuxta eam quam modo habet, sed iuxta formam
humiliorem. Obiit hic venerandæ sanctitatis vir frater Petrus à Monticulo, vulgo Mon-
teccchio in veneratione habitus à populis vicinis, quippe qui dicat plura edidisse mira-
cula. Primo altari ad dextram ingredientis incisa sunt hæc verba: *Hic iacet B. Petrus de
Monticulo. Ad natalitij annum iterum de eo redibit sermo.*

*Conventus
S. Sabini.* Sancti Sabini conuentum ad mille passus à ciuitate Asculana ultra Truentum flu- XXV.
men, in regno quidem Neapolitano, sed in Asculano territorio & prouincia, quam fra-
tres vocant Marchiz, in supercilio eminentis cuiusdam montis amazni, cui collis Co-
lumbarius nomen est, extructum asserit hoc anno Marianus à S. Francisco. Sed nihil
certum in hac re se inuenire potuisse ait Gonzaga, & mirum sanè videretur, si non ali-
qua esset traditio à tanto viro factæ primæ fundationis, vel acceptæ possessionis. Scrupu-
lum etiam auget quod huīus loci non meminerit Pisanus recensens cetera monaste-
ria custodiz Asculanz, neque enim videtur, quod si aded à principio in nostrâ venisset
porestatem, atque à Sanctissimo institutore occuparetur, à tam serio prouinciarum, cu-
stodiarum, & monasteriorû sui temporis suppatorum, prætermitteretur. Quidquid au-
tem sit de fundatione vel prima possessione, id certo constare ait citatus Gonzaga pri-
mitus hoc cœnobium à Senatu Asculano ex publico æratio, pro monialibus Sancti Be-
nedicti extructum; deinde cum earum fama ob liberam solitudinis licentiam periclitat-
etur, eundem Senatum curasse ut ædificato ad earundem habitationē ex eodem æratio
allo intra ciuitatis muros nouo monasterio, hoc quod antiquius erat, fratribus nostris
pensa in singulos annos præfatis sororibus vnica tantum ceræ libra, in usum & habita-
tionem traderetur, & sorores ad illud transferrentur. De qua quidem translatione extat
adhuc penes easdem moniales Pontificia quædam bullæ, sive potius eius bullæ authen-
ticum transumptum. Licet sacra hæc ædes, quam frequentius sex Fratres inhabitant,
inter montes ædificata sit, nihilominus ramea ita disposita, ut eius accolz ex una parte
totam ciuitatem, ex altera patentissimos Neapolitani Regni campos, atque præterla-
bentem Truentum flumen, & ex altera mare ad quindecim milliaria inde distans fa-
cillimè atque delectabiliter contueri possint. Mirabile dictu est, quanta in hunc locum,
atque in sanctum Sabinum eius patronum deuotione Asculani ciues, præsertim vero
mulieres ferantur; quam vel hinc saltæ colligere licet. Nam & puerulos semineces
postpositis medicis in dies summo altari exponunt, beatoque Sabino offerunt, quos &
rediviuos sepe sibi recipiunt, & frequentissima vota in necessitatibus promissa fideliter
reddunt, & ecclesiam summa cum deuotione frequentant, atque tandem fratribus
necessaria liberaliter ministrant.

Marian. 5.
20. Pisanus custodiz antiquæ Camerini cœnobium, quod dum ædificaret, & operati ma-
gno luctu ardore laborarent, viresque sibi ad opus defecisse quererentur, nisi aliquantu-
lum vini ministraretur; misit sanctus vir ad castrum Louis vicinum, duos ex fratribus,
Rodul. in qui illud à benefactoribus procurarent. Sed motam facientibus, & ultra querentibus
cad. collaud. clementariis, compassus eorum ineditæ ad vicinum fontem perrexit sanctus vir, & facto
*Conventus aquæ in signo crucis, scaturientem aquam in vinum optimum convertit, ex quo per
vicium.* desuper signo crucis, scaturientem aquam in vinum optimum convertit, ex quo per
int. gram horam licuit haurire. Adfuit tunc quidam Ioannes de Villa Alterini comi-
tatus Camerini, qui miraculosum hoc potavit vinum, remque cœlitus gestam narravit
Fr. Bona

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENTII III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. AN. 5.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 8.
-----------------------	-----------------------------	--------------------------------	--------------------------------

Fr. Bonaventuræ Tolentinati, à quo, & ab ædificioli Oratoribus vndeque diuulgata est.

XXVII. Alia plura sunt in hac prouincia Picena monasteria, quæ ad sanctum institutorem suam referant originem. Quo tamen certo anno ea occupauerit vel extruxerit, non satis constat, verosimilius hoc tempore, quo vniuersam ferme Marchiam, & adiacentes per agravit regiones ea obtinuisse. In custodia Fanensi conuentum Mondauij patrum Conuentualium à sancto viro extructum vult Petrus Rodulphus, antequam ipsum Monda- vium oppidum construeretur in monte Silneso & Hermo, cuius Ecclesia post an. 1530. refecta est. Oratorium etiam extruxisse ait Arimini, & hospitatū en loco sancti Bartholi vbi nunc moniales sanctæ Claræ morantur in loco dicto vallis. Franciscus Gonzaga ex receptissima seniorum traditione eidem tribuit authori conuentum Massæ, parui, sed opulentissimi pagi Firmianæ iurisdictionis, extructum & sacrum Annunciatæ Virginis in accliviori parte montis Stalij, quingentis à pago passibus super placidum & delectabile Lethz flumen, quem ut fideles & vicini populi sèpius inuiserent, propter sancti viri reverentiam, multi summi Pontifices elargitis indulgentiis commendarunt. Conuentum item sancti Ioannis de Saxo Montisfalconis ad M. P. ab oppido, ab ingenti quodam Saxo, silua vestito, super quo ædificatum est, ita cognominatum. In siluz meditullio fonticulus perennibus aquis abundans, suum authorem Franciscum, à quo & nomen hereditauit, agnoscit, cuius epoëa aqua febres curat, aliasque morbos probinentium fide & deuotione propellit. Ab eodem etiam structore exordium ducit monasterij Colfani extructi in pagorum Campi Rotundi & Cessa Palumbi Camerineu. dicæces. confiobus, in media silua ad oram dilabentis Fiastræ fluuij, quem etiam amazniorem reddit fonticulus, à sancto viro è sicuti loco deductus. Iacet hic B. Franciscus à Cal-darioiola frequentibus miraculis clarus. In media quoque silua educto item miraculose fonte alium redificauit locum, quem patres strictioris Obscuru. incolunt, ad sesquimiliare à Pignano oppido in quo B. P. Couradi Offidani corpus magna colitur deuotione.

XXVIII. In hoc sancti viri per Picenum discursu, euénit ut cum quemdam locum prope Roccam Brini, Custodiz Esnæ prædicatum venisset, accederet ad cum pauperculus infirmus rogans ut eius misereretur, suisque commendaret auditoribus. Iunata misericordia homini compassus, quam ei condoleret, & cum infirmante infirmatur, & cum indigeante ipse indigeret, affectuosus & collachrimans socio expressit. Ille autem, vel ut patris Corripit gra-matica, uter faciun- sinistra de pauperi sus-picantem. Bonau. c. 7. legen. Vinc. Bel- uac. l. 10. c. 106. Anton. tir. 1. 5. 5. Marc. Ma- rull. l. 5. me- morab. c. 1. mitigaret dolorem, vel ex minori & tepidiori in pauperes compunctione: verum est, inquir, quod si ad lacram & pannosam attendamus vestem, exteriorisque hominis nobis iudicandi sint affectus, pauper esse dicetur, sed fortasse si interiora scrutari licet, non inueniatur in tota hac prouincia alius voluntate ditior, aut mente superbior, quod & in multis huiusmodi mendicis sèpius est compertum. Statim durius vir sanctus temere iudicantem, & absque sufficienti fundamento malignanter, increpauit, obque oculos ei posuit, quam grauiores offendit. Aspera sancti Patris increpatione homo compunctus, ad pedes eius procumbens humiliiter sui errati veniam poposcit. Absque penitentia & satisfactione non condonandam tam grauem culpam respondit pius pauperum amator. Respondenti itaque discipulo se quamcumque libenter subiecurum, iniunxit ut exuto habetu nudus ad ipsius pauperis pedes ex animo culpam suam fatetur; & humiliiter peteret ut sibi velit ignoscere. Ita fecit promptissime, & humiliiter, obtenta venia rediit ad patrem, qui misericorditer & amanter eum vlnis excipiens, adiunxit: Non tam in pauperem, fili mi, quam in Christum peccasti. Ecce enim in paupere Christus, qui in paupere tanquam in speculo nobis obiicitur. Quotiescumque ergo pauperes, aut infirmi tibi occurruerint, inopiam & infirmitates, quas pro nobis dignanter Christus assumpsit, pie considera, & humiliiter venerare.

XXIX. In eodem itinere adiunctus est ei quidam socius, apud quem non erat æqua viri sancti estimatio, neque digna de eius sanctitate opinio, ut plerumque fit, non omnibus omnes sanctos probati. In quodam ergo ex eis locellis, quos iam possidebant Minorites in prædicta prouincia, ad quem declinauit vir sanctus, alium sibi similem inuenit hic modicus fidei socius, qui inuicem murmurantes dicebant: Vnde fratris Francisco tanta hominum veneratio & sanctitatis opinio? Quid plus cæteris præstat? nonne cum cæteris edit, bibit, dormit? Eadem lacerna vestimur, iisdem vescimur cibis, eamdem omnes agimus vitam, eiusdem sumus conditionis: vnde ergo hic potius reputandus pro sancto?

ANNO CHRISTI
1215.

INNOCENTII III.
ANNO 18.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 5.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN 8.

Vnde adeo respiciendus in populo? Dumque hæc & alia inter se proferrent, statuerunt maiori sollicitudine sancti viri obseruare actiones. Nocte ergo illa, dum post refactionem post breuem initam cum fratribus collationem, in cellulam se recepit, ut breviusculo somno refectis artibus liberius ad orandum consurgeret; unus ex his vita sancti viri exploratoribus, curiosius obseruans quatenus ante ceteros fratres iuerit cubiculum. Franciscus, rediens ad socium, irrisoriè inquit: Qualis est hic frater Franciscus, qui adeo opportunè indulget somno: hicne ille adeo admirandæ sanctitatis, & superexcellentis virtutis homo? Sed dum circa hæc per aliquantulum temporis spatium confabularentur, denuo rediit explorator ad cubiculum obseruatus an adhuc vir sanctus dormiret, altóque sterteret somno. Inuenit autem patens ostiolum & lectum absque decumbente, propo-
*Sed quam
unigra ipsi
comperitur.*
suitque proinde serius inuestigate, quò se contulerit vir sanctus. Per illustratis frustra zdi-
culæ angulis, inuenitoque reserato ostio, quo tendebatur ad nemus, cænobiolo conti-
guum, illuc suspicatus est perrexisse: audiuit enim id Francisco familiare orate in nemoribus, siluis, abditisque recessibus, & locis idoneis libera cum Deo colloquia ineundo. Dum itaque interiora nemoris penetraret, audiuit virum Dei feruorosius pro hominum salute clamantem, vocesque suas cœlo inserentem, dulcia tandem suspiria ad sacratissimam virginem emittentem rogantemque humiliter, ut filium suum dilectum ei veller ostendere. Videlicet deinde lucem magnam vniuersum locum circumdedisse & in micro splendore ineffabilique pulchritudine sanctissimam virginem filium in vlnis gestantem è cælo descendisse, & Francisci brachiis amicè & familiariter tradidisse; quem ille teneritatem amplexans, & velut alter Symeon summa cum reverentia & letitia in brachiis, tanquam in ara tenens, interpellabat modis omnibus pro peccatorum conuersione, vniuersique orbis salute, dulces inter miscens casti amoris blanditias. Ad hæc territus socius animoque & corpore consternatus, iacebat veluti exanimis in semita, per quam ad cubiculam erat redeundum, donec pulsantibus fratribus ad matutinum, restituto saeratissimæ matri dilecto filio, regredieretur vir sanctus, videretque iacentem in terra. Cui subleuato, & ad se reuerso, præcepit ut nulli dum ipse viueret, quæ vel vidit, vel au-
divit referret. Ille è contrario putans non esse bonum, talentum Regis abscondere, sed ad maiorem Dei gloriam excelsa huiusmodi opera esse manifestanda, fratribus omnibus secretò rem narravit, conceptaque iam altera de viro Dei opinione, temerarij sui iudicij dignam egit cum socio murmuratore pœnitentiario, & deinceps tanquam angelum Dei sanctum veneratus est patriarcham.

Hugolin.
cicatus.

Tyronulus
sancti viri
explorat a-
Bionis, &
super.

In hac eadem prouincia simile accidit cuidam tyroni columbinæ simplicitatis, quem XXX, ad sodalitum receptum vir sanctus ad domum tyrocinij deducebat. Sed cum in itinere subdio quadam nocte pernoctare oporteret, dum sanctus magister dormire paulisper sta-
tueret, pie exploraturus adolescens, quid illa nocte facturus erat præceptor, iuxta il-
lum procubuit. Ne vero continget, ut ipso altum dormiente; vir sanctus exlurgeret, li-
gauit tacitè chordæ seu funi, quo præcingebatur, sancti patris cingulum. Post paucas
horas dum ad orandum vir sanctus exlurgeret, colligatosque funiculos præsentiret,
solutis nodis quierè recessit ad condensas arbores vicinas. Adolescens autem postea
expergefactus, & pie se videns illusum hoc illuc discurrat, magister ubi esset, inuestiga-
turus. Magni autem & cælestis luminis beneficio ad locum, ubi orabat, deductus, timidus
& venerabundus aliquantum retro persistens, intra arbores prospiciens, vidit chorocæ-
lesti circundatum, Christum Dominum; sacratissimam Matrem, utrumque Ioannem Ba-
ptistam & Evangelistam colloquentes cum Francisco. Ad visionem stupefactus corruit
in terram, donec vir sanctus superne edactus, quid tenello euenerit discipulo, eum eleua-
vit de terra & ad animum reuocauit, præcepitque ut visionem nulli diceret. Obsequutus,
est bonus iuuenis sancte viuens in religione, & ad superos translato sancto patre, rem om-
inem vbiique propalauit.

In dicta etiam prouincia benigne supra quām dici potest, receptus est hospitio à quo-
dam nobili & pio viro qui collatis in sanctum virum & socium omnibus humanitatis
officiis, dum recederent, omne suum obsequium facultatesque devote obtulit illorum
televandis inopiis. Vir Dei, inquit, ecce me, meaque vobis trado; omnia, vestra sunt, siisque
ad placitum vtimini. Si quibus indigetis, habitu, palliolo, librī aut aliis quibuscumque
rebus, confidenter vobis emite nostris soluenda pecuniis. Certo certius credite me vnde-
quaque paratum ad vestra obsequia, & misericorditer Dominum mihi amplas tribuisse
facultates

Legen.anti-
qua. Hugo.
cicatus. Pi-
san. confor.
12.c.40.
Benignum
hospitium ad
suum ducit
fodalitum.

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENTII III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. AN. 5.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 8.
-----------------------	-----------------------------	--------------------------------	--------------------------------

facultates quibus pauperum possim & debeam inopis subuenire. Admiratus est Franciscus ad hominis benignitatem, multotiesque de eadem in itinere cum socio protraxit sermonem; tandemque subiunxit: verè frater vir iste esset bonus pro nostra societate, qui tam humiliter à Deo accepta beneficia recognoscit, qui proximos suos tam impensè diligit, qui pauperibus res suas libenter impedit, & adeo alacriter curialiterque hospitalitatem exercet. Curialitas hæc, quam adeò sincerè præ se fert, Deo est gratissima, quippe vna est de ipsius Domini proprietatibus, qui solem suam oriri facit super iustos & iustos, & omnia sua illis curialiter administrat. Est etiam curialitas soror charitatis, extinctrix odij, & seruatrix amoris. Quapropter cum tantopere hæc virtus & aliae dotes in hoc bono viro resulgeant, libenter eum mihi adsciscerem in consolalem. Redibimus proinde altero die ad zdes eius, & ad Deo seruendum in nostro sgdalitio exhortabimur, fortasse interius dñinus hoc ei spiritus persuadebit. Interim Dominum rogetus, ut nostrum hoc desideriū, modo iustum & æquum, velit completere. Itaq; oratione præm. non semel pro hac e, desiderium cordis eius tribuit Dominus viro sancto & voluntate labiorum eius non fraudauit eum: nam paucis post diebus cum ad prædictum hospitem regredere tur, feruentiusque in eius zde tota nocte oraret, secreto tamen hospite, quid faceret, inspiciente, cleuatus est à terra, & magna circumfusus luce, certificatus est de capienda, quam desiderabat, præda, fæliciter exauditus ad votum. Eaque ipsa hora sensit hospes celestem quandam sub pectore flammam, magnumque sibi immissi de imitando & secundo Francisco desiderium. Quod statim ut dies illuxit, sancto viro deuotè & humiliter expressit, qui gratias agens patre spirituum, quod bonum hunc tanto viro infuderit, aliquidque contemplans quod hæc fuerit mutatio dexteræ excelsi, summo cum gudio & alacritate eum initiauit, distributis prius in pauperes eius facultatibus. Qui postea sanctissimè vixit in religione summè gratus sancto institutori, quod inoata illa curialitate aduentantes in cœnobio omnes comiter excipiebat.

xxxii. Peruenit deinde ad quoddam monasterium sancte Mariæ de monte maiori quorundam monachorum, in cuius Ecclesiam intrans statim exultauit in spiritu summa repletus consolatione, quod in maiori altari sibi reuelatum fuerit lacuisse reliquias sacratissimæ Virginis Mariæ. Quod audiens monachi periculum huius rei fecerunt, inveneruntque sicut vit Dei ante prædixerat. Dum autem in interiori clauistro paulisper cum eisdem confabularetur, & illi de quibusdam virum, tanquam à Deo illuminatum, interrogarent, percunctati sunt etiam quid faciendum incidente Natalis Domini festivitate in diem Veneris? An vescendum esset carnibus, an ab eis abstinentum? Quod curiosus quæsierunt, quo tenerius viderunt hominem semper loquentem de Verbi diuini incarnatione & nativitate, neq; absque cordis & corporis iubilo audire potuisse Verbum carnem factum. Ille autem, non solum, inquit, homines puto illo die carnes manducare posse, verum & si parietes eis si vesci possent abundanter eis ministrandas velim, vel deforsis carnibus liniendos, in die quo Verbum caro factum, natum est nobis, & ad mundi salutem. Imo cuperem quod etiam in Regiis viis diuites & principes carnes & frumentum proicerent, ut bestiæ campi, & volucres cæli haberent, quibus abunde suis satisfacerent necessitatibus, & suo modo tali tamque festivo die iubilarent. Ita rem hanc Marian. 5. sub hoc anno narrat Marianus, sed responsum hoc B. Fratri Morico datum refert Pilanus 25. Pilan. conf. 8. in cœn. vobis vere- contatus est Moricus. An autem ex hac responce sancti viri inferri aliqualiter possit, rist. cum voluisse ut fratres Minores ita incidente Natali Domini carnes manducarent, lari- Tom. 2. gius tractavi in opusculis sancti Francisci ad regulam Clarissatum, probavique nequa- opusc. 1. Francisca in adnot. 16. ad reg. Clarilli. Matth. Pari. & Vespberg. ad an. 12 15. Marian. cit. Declarat in concil. Later. Tom. 3. ep. dinem At- tracum à se fuisse appro- batum.

xxxiii. Dum autem Romæ iam omnia erant in promptu ut inciperetur frequentissimum & celeberrimum concilium vniuersale Lateranen. Mensē Nouembri ut habent Matthæus Paris. & Abbas Vespger. & 17. eiusdem mensis die, ut peculiariter notat Marianus, venit in urbem sanctus Patriarcha in dicto concilio de rebus sui instituti acturus, quod & fecit. Nam ad eius instantiam ut his ipsis verbis rem refert Marianus: Dominus Papa coram omnibus ordinem suum esse approbatum pronunciare fecit, & regulam per ipsum prius sine bullâ approbatam manifestare fecit. Idemque expresse assertunt B. Leo in legenda trium socior. & B. Angelus Clarenus in processu expeditionis in regulani Minorum apud me M.S. & in caput primum eiusdem.

ANNO CHRISTI 1215.	INNOCENTII III. ANNO 18.	FREDERICI II. IMPER. AN. 5.	RELIGIONIS MI- CORVM AN. 8.
-----------------------	-----------------------------	--------------------------------	--------------------------------

Quod omnino verosimile & rationabile erat, nam cum tot molestias patarentur per ~~xxxv~~ varias regiones, præcipue Ultramontanas, cuius sectatores propter virtus & habitus nouitatem eo tempore quo tot vigebant heres, effruescebantque vndiq; sectarij pernicioſe, quorum in limine horum annalium mentionem egimus, necessarium erat agere apud Pontificem, ut in solemnissimo & frequentissimo conuentu totius orbis parrum: (ut potestis mille ducentorum duodecim, ut ex quo computo deducit Severius Binus) declararet se suosque non ex numero hereticorum, sed ex grege fidelium esse, manifestarique iuberet in Concilio suum institutum & regulam quibusdam iam annis à se approbatam.

Gonzaga in
provin.
Tutoni.
Chron.Bel-
gic.adan.
1215.
Lord.1.1. de
Anton.iii.
24.c.14.5.j.
Theodosie.
ab Apoldia
lib.1.vitz 5.
Dominic.c.
vlt.
Supra an.
1210.0.8.
Infra.0.14.

Idem confirmat Reuerendiss. D. Gonzaga dicens: *sub Innocentio. 3. celebratum fuit Roma concilium generale, in quo ab Ecclesia receptus approbatus & confirmatus est ordo Minorum. Hoc idem velle iudicq; chronicon magnum Belgicum, dum ait: In Concilio Lateranen. constitutum fuisse ordinem Minorum. In eodem hunc ordinem receptum fuisse scribunt Iordanus de Saxonia & S. Antoninus. In quo etiam egit sanctissimus Pater noster Dominicus Prædicatorum, inclitus Patriarcha de sua confirmanda religione. Cuius preces (viso iam noctu sanctissimo viro suis humeris labente Ecclesiam foliente, ad eum modum, quo prius vidit Franciscum eiusdem ruinis obstantem, ut diximus superius) hilariiter admisit Pontifex, & pium propositum commendauit. Hortatus vero est sanctum institutorem, ut Tolosam ad suos fratres rediret, communicatoque cum eis consilio, regulam quandam approbatam deligeret, quam ordo approbandus sectaretur, atque ita ad ipsum rediens, confirmationem pro voto reportaret. Quod & vir sanctus fecit, ut sequenti anno dicemus. Ex his totque grauissimorum testimoniis consensu apertius habebitur sensus genuinus: canonis concilij Lugdunensis Religionum discessarem, de religiosis domib; in 6. in quo dum declaratur constitutionem factam de tollendis omnibus ordinibus Mendicantibus adiumentis post concilium magnum hoc Lateran. qui nullam metuerint confirmationem sedis Apostolicæ, non extendi ad Prædicatorum & Minorum ordines, quos evidens ex eis utilitas Ecclesiæ vniuersali proueniens perhibet approbatos; ita intelligendum est, ut non ante concilium Lateranen. institutos, sed solemniter confirmatos, neget, seu diplomate Pontificio stabilitos non fuisse supponat. Iam enim per plures annos constitebat veraque religio, & Franciscana saltim voce tenus ab Innocentio 3. quadriennio vel amplius antea, approbationem obtinuit, ut in solemnis confirmationis bullâ testatur Honorius 3. & ipse Innocentius in hoc concilio scitum voluit, largiusque referunt annales virtusque instituti.*

B. Egidius per-
git Hieroso-
lymam.
Vita M.S.B.
Ægi. Surius
ad 13. April.

Quodlibet fibi
victum ac-
quiebat.

Hoc anno instanter petiit & obtinuit à sancto Francisco B. Egidius licentiam inu- ~~xxxx~~ sendi sepulchrum Domini; quo dum tenderet venit Brundusium: vbi cum dies multos hrere cogeretur, simulacrum acquisivit sibi, eaque per plateas ferens aquam, vicitum necessarium obtinebat sibi & socio; deinde transmisso mari, cum multa animi pierate vidi sepulchrum Domini, & alia loca sancta, veniensque ad oppidum quoddam, seu ciuitatem Anconæ (vt meus habet Anonymus author vitz Italicæ scriptæ, beato viro ferme coxus) morabatur illic causa sibi vicitus parandi labore suo. Texebat enim sportellas ex viminiis, quarum illic magnus usus erat, extincta corpora deportabat in cœmeterium, & per vicos circumferebat aquam, iis laboribus scle sustentans. Si autem nihil horum posset efficere ad Domini mensam properabat ostiatum panem mendicans. Iude tandem rediit ad sanctam Mariam de portiuncula sui patris asperg& & consolatione fruiturus, à quo tamen non longè post potestas facta est alterius suscipienda peregrinationis ad montem Garganicum, sancti Michaëlis delubro & apparitione celebrem, & ad sanctum Nicolauum Barensem invisendum. In quibus itineribus solebat hortari viros & fœminas ut Deum timerent & amarent, & ob sua malefacta agerent penitentiam.

B. Balbina
neptiu S.Cla-
rae.

Rodulph.J.i.
sol.157.

Mari an. in
april.1.1.

Hoc item anno B. Balbina neptis sanctæ Clari, filia Domini Martini de Carano, monasterium sancti Damiani assumpto habitu intrauit, in quo sanctissimè vixit, totquo de- dit suæ virtutis specimina, ut ad alia monasteria iuxta regularem obseruantiam fundanda vel reformanda sapienti à sancto Francisco & beata Clara mitteretur. Primum omniū extruxit Aretij cœnobium nobile iuxta Euangelicam perfectionem, quam à sua instructrice didicit, vbi cum per annum unum & mensem, ut habet Rodulphus, vel mensis quinq; ut Marianus, stetisset, apteq; cuncta dispositisset, rediit Assisiū ad monasterium S. Damiani, à quo ad alias, ut dictū est, sacras ædes iuxta dispositionē S. Patris Francisci & B. Matris Clari excurrebat. Valde diligebatur à sua magistra, quæ & eam infirmantem suis

ANNO CHRISTI 1216.	INNOCENTII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 6.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 9.
suis precibus curauit, & alias à morbo iliaco liberauit superuixit sancta Claræ paucis annis, & plena dierum bonorumque fructuum obit apud sanctum Damianum, inde translata in eadem sancti Georgij intra ciuitatem.			
XXXVII.	Tunc etiam accessit Beata Philippa Assisias Leonardi Chislerij filia, salutaribus B. Claræ exhortationibus ad Dominum conuersa, que perfecit tante magistræ vestigis in hærens, sancte vixit, sancteque obiit apud sanctum Damianum, modo condita in Ecclesia sancti Georgij. Quam etiam imitata est & statim secuta B. Cecilia Gualterij Gaciæquerra Hispellensis, vixitque 39. annis sub disciplina S. Claræ, magna cum laude & pietatis admiratione. Hæc etiam sensit suæ institutricis diuinam virtutem in curandis languoribus, dum eius precibus liberata est à molesta tusse, & periculosa peccoris ægritudine. Tumulata est cum aliis plerisque sanctis monialibus in predicta Ecclesia S. Georgij, ubi etiam requiescit B. Lucia Romana hoc eodem tempore in tenella æate sancto huic Virginum collegio adscripta, cuius mors pretiosa fuit ex transactæ virtutis manu.	B. Philip. Rodulph. Manau. B. Cecilia.	
XXXVIII.	Primarius autem huius ordinis lapis ac nobile fundamentum Virgo Clara, dum in fundamento sanctæ humilitatis virtutum omnium fabricam ab ipso principio studuit collocare, voluit sub hoc anno renunciare in manibus sancti Francisci (cui à conuersionis initio obedientiam promisit) nomen & officium Abbatissæ, volens humiliter potius subesse quam præesse, & inter Christi ancillas libenter seruire quam seruiri. Coegit autem vir sanctus regimen retinere pauperum & sanctorum dominarum, de quo in Claræ corde timor, non tumor exoritur, nec libertas sed seruitus augmentatur. Quo enī iam aliquis prælationis specie alius cernitur, eò reputatione propria vilior, obsequio præceptor, cultu despectior reperitur. Nullos iam famularum respuit actus: adeo ut plerique sororum manibus aquam infunderet, sedentibus assisteret, comedentibus ministret. Invita valde aliquid præcipit, spontanea vero facit: magis eligens per seipsum facere, quam sororibus imperare. Infirmarum sedilia ipsa lauabat, ipsa tergebat, suo illo nobili spiritu, nec sordida fugiens, nec scanda perhorrescens. Pedes famularum deforis reverentium sepius abluit, & abluti oscula impressit. Lauabat semel cuiusdam seruientis sororis pedes, quos dum deosculari properat, illa tantam humilitatem non ferens, pedem subterahit, dominamque suam pede in ore percussit. At illa pedem famulæ blandè resumit, & sub ipsa planta strictum osculum figit. De cæteris præclaris sanctæ primiceriæ virtutibus alias erit sermo opportunior.	S. Clara r. nominat off cum Abba vise Sed regim seruitus à Francisco.	
XXXIX.	Circa hunc annum accepit à patribus Benedictinis alium conuentum, cui Cœcer S. Francisci modo nomen est, à diurna & frequenti sancti viri in eo reclusione & animi recollectione, sicut est in monte Subasio, secundo ab Assisio milliari. Magna habetur in veneratione à circumuicinis populis, cumque Franciscus ipse valde dilexit propter frequentes & molestas in eo superatas tentationes. Nec satis fuit satanæ sancto Patri insidiatum esse, nisi & eius charissimo discipulo Ruffino pedicas laqueosque, ut suo tempore dicemus, hoc eodem loco retendisset. Inter cætera verò quæ hanc sacram ædem commendatissimam celebriorēmque reddūt potissima sunt cubiculū beati patriarchæ Francisci; eiusdem sacellum, in quo continuo orationi vacabat: lapideus lectulus, in quo idē defatigatus omnino lasciusque decumbebat aliquando, ligneum cervical quo vtebatur: fons, ipius Patris precibus à Deo impetratus, qui scaturientibus venis largissimas propinat, ministratque aquas: oratorium prefati beati patris, Ruffini: & aliud quoque oratorium beati itidem patris Bernardi à Quinta Valle. Habentur hac in æde plurimæ Francisci exuixæ, sanguis qui ex eius stigmatibus profluit, panniculus croceus sericus, quo B. Leo ploruentem sanguinem excipere solebat pixis, qua sanctus pater Christi corpus reconcedebat, calix, ex quo post sacram communionem lauatorium hauriebat, baculus, cui in itinere innitebatur, & pars bona habitus eiusdem & cilicij S. Claræ.	Conuentus Cœceris. 1/3	
XL.	Circa idem tempus paulò post receptionem montis Aluernæ acquisitus etiam conuentus de Villa omnium prouinciarum Bononiensis ferme antiquissimus, in quo habetur magna in reverentia quædanæ sancti viri cella, quam inuisunt circumuicini populi singulis Kalendis Augusti. Hic vir sanctus garentes inter umbrosas arbores auiculas, quod sc̄ris meditationibus intento, impedimento essent, ab eo correptæ, & ut silentio iussæ ad nutum & ex tempore patuerunt, indeque sub silentio recedentes nunquam amplius vel ipsæ, vel aliae similes ibidein viæ sunt. Tres hic arbores, nempe laurum in primo	Gonzag. in piou. Bononiens. con. L. Conuen. de Villa.	

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 6.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 9.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

edificij claustris, cupressum in secundo, & oliuam in prato sancti Patris maius planatas inuisere licet. Domum inhabitare multi probatissimi & sanctissimi patres, & Ecclesiam consecravit 16. Iunij an. 1400. Nicolaus montis Coruini Episcopus.

ARGUMENTVM.

Concupitos undique fratres ad Comitia generalia, eos ad uniuersas Europe Provincias, institutis ubique rectoribus destinatis. His male affecti multis in locis tandem multa exercitantes patientia, & plurima fidei constituerunt domicilia. Ex Germania omnino pannis misso reddita ostiaria: Franciscus in Galliam perrecturus prius visitat limina Apostolorum, quorum intercessione verum obtinet spiritum paupereatis. Init ibi strictum fodus & dulcia colloquia cum S.S. Dominico, & Angelo Carmelita, quibus salutis iter prosequiturus Semper peruenit.

Anno praecedito 1216. Vbi ICATIA, vti diximus in Concilio Lateranen. approbatione regulz & ordinis I.

sui Franciscus dissoluto Parrum confessu, Assisium abiit, scriptis ex urbe literis conuocatoris ad fratres suos, hinc inde dispersos, ut ad comitia generalia conuenirent apud zedem sancte Marij Angolorum ordinis primuam, in quibus de eiusdem propagatione & fratum missione ad communem hominu salutem cōmunitibus ageretur suffragüs. Adsuersunt, quibus licuit, ad statutum à viro sancto Penthecostes diem, qui eo anno inquit in tertium Kalendas Iunij, quo felix dedere suo confessui principium. Primum hoc fuit generale capitulum, ut vocant religionis, licet alij celeberrimū illud Storcarum anno 1219. habitum, pro primo recensent. At cur nou & hoc generale dicatur nescio, cum in eo & in aliis fratres omnes, qui poterant, conuenerint; de generaliter religiosis beneficio in eo actum sic. & assighati fuerint pro omnibus fidelium partibus ministri & praefati, & ad uniuersas ferme Europæ regiones fratres destinati; quorum superioribus commissa fuit authoritas, alios huic sodalitio aggregadi, & tanto instituto dignos admittendi, quod nulli alii ab ipso Francisco eo usque licebat. Nihil ergo mirum, si alij conuentus annuatim habiti, in quibus tanti momenti res non tractabantur, nec tot fratres conueniebant, non dicantur generales, hic autem pro generali habeatur, à quo etiam Marianus cum alijs ex nostris, generalia omnia capitula recensent. Nescio itaque unde irreperitur occasio docto viro Alfonso Ciaccone asserti primum generale capitulum Minorum à beato Francisco celebratum fuisse anno 1223. apud sanctam Mariam de Portiuncula, eum præter hoc unum & alterum generale ante prefactum annum habuerit.

Marianus c. 1216. Ex hoc conuentu & hoc ipso anno missos fratres ad diuersas nationes ait Marianus, & II. Franciscum diuississe suis terram in funiculo distributionis. Noui tamen Marcum Vlissipponensem, Rodulphum, & alios concilium hoc reposuisse sub anno sequenti, sed placuit Marianum his anteriorem & verustiorum auctiorem sequi, qui germanius concordat rerum sequentium chronologiam & Rodulphus confundat res huius capituli, cum iis quæ operariunt in comitiis anni 1219. præsertim cuin illud mihi iuppitat efficax huius rei argumentum, ni initum ex omnium sententia Franciscum non nisi in hoc capitulo post lignatas extetis fratribus alias provincias, eam quæ Franciz dicitur sibi delegisse, & post absolucionem capitulum illuc iter direxisse, visitatis tamen prius Apostolorum liminibus, & salutato Romæ, ut statim dicemus, S. Dominico, antequam suæ regulz confirmationem obtinuerit. Ad hæc omnium calculo inciderunt in annum 1216. Capitulum ergo quod ad hæc omnia præcessit, non potuit celebrari anno sequenti. Quinam vero tantæ missis operari ab hoc conuentu missi sint, à nullo alio clarius & vberius quam ab eodem Mariano accipere potui; quos ita ille recenset & distinguit. In Hispaniam destinati sunt cum fratre Bernardo de Quinta valle, viri sancti primogenito, alij duo eiusdem nominis, frater Bernardus de Humanalis & fr. Bernardus de Moraria, frater Zacharias Romanus, frater Clemens Tuscanus, frater Benincasa de Tuderto, & frater Gualterius; viri omnes sanctissimi, fr. Ioannes ignoti cognominis sacerdos, fr. Petrus laicus qui ad annum 1230. marty

Marc. 1216. 1223. R. Rodulphus. Vnde Aut. in. 1226.

Miruntur fratres in Hispaniam.

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 6.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 9.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

martyrium subierunt in regno Valentiz, ut diffusus ad illud tempus dicetur. Cum his etiam missi alij fratres, quorum nos nomina latent.

Ad Galloligures seu Prouinciales Gallie Narbonensis transmissi cum fratre Ioanne Bonello de Florentia Prouincie ministro, frater Monaldus Florentinus, fr. Christoforus de Romandiola, fr. Ioannes de Penna Picenus, & alij triginta, quorum nomina non occurunt. Parisorum traditum & Galliam Belgiam sibi reseruauit sanctus Pater, sed detentus à Cardinali Hugolino ne illuc iret, ut mox dicetur, substituit sibi fr. Pacificum Picenum, in seculo rex versus dictum, & fratres Angelum, & Albertum Pisanos, quorum ille primus Anglia minister, hic quartus fuit ordinis primicerius. In Germaniam superiore & inferiorem missi cum alio fratre Ioanne de Penna, altero ab illo, quem supradiximus missum in Galliam Narbonensem, fratres sexaginta.

III. Eorum, quos per prouincias Cismontanas distribuit, illi dumtaxat qui sequuntur, à scriptoribus notantur. Lombardiz instituit ministrum Ioannem de Strachia, quem tam iuxta saeculi prudentiam, plus sapientem & sibi fidenter, quam oporteret, postea absoluit ab officio. In Piceno seu Marchia Anconitana fratrem Benedictum de Areto, sibi familiarem & gratum, quem post sanctissime gubernatam illam prouinciam misit ad Graecos & Antiochenos. In Calabria fr. Daniele Tuscum, vbi ordinem propagavit, qui denum Septem cum aliis sex martyrium pro Christi fide subiuit. In Apulia alium instituit, cuius memoria non extat. In Terra laboris fratrem Augustinum de Affisio, virum verè sanctum, qui suum institutorem in caelos meruit comitari, ut supra testigimus, & amplius ex Bonaventura alias referemus ad annum 1226. In Tuscia fr. Eliam Coridonensem non aliunde (ut supra probavi) natum, quem postea totius ordinis crevit Vicarium, & post viri sancti mortem fratres cooptarunt in Generalem.

IV. Distributis ita piis viris Europæ regionibus, libenter unusquisque sanctæ obedientiae acceptauit mandatum, dum omnes non suam, sed sui institutoris religiosa humilitate sequi didicent voluntatem. Non fuit ex omnibus, qui reluctaretur, nec qui quereretur quod ad longinquiores remorasue mittetur prouincias, nec qui petereret ut ad propinquiores destinaretur, sed tanquam si uniuersus quam desideraret, contigisset regio, ita alacriter & libenter solutis comitiis ad sibi statutam se præparabat missione, illud sapientis secum perpendens: *Vir obediens loquesur victoria*, quia dum alienæ voluntati homines humiliiter subduntur, scipios in corde superant, rebelles hominum voluntates vincunt, deviantesque à via veritatis secreta quadam virtute ad Deum reducunt. Sola, inquit Augustinus, *obedientia tenet palmum*, namque nihil ferme propter obedientiam tentatur, quod Dei virtute, propter quem obeditur, non facile supereretur. Consonat illud Curtij: *Obsequio mitigans imperia, & principum securitatem mansuetudinem vertit civium obedientiam*. Ad orbis ergo victorias mittendi viri religiosi à sui victoria incipiendum esse probe nouerunt, nihilque proinde difficultatis in præcepto causantes, promptos & expeditos se monstrabant ad opus.

V. Conuocatis ergo omnibus in unum & flexis genibus coram in terram procumbentibus, tenero quodam patris affectu, nec absque interiori contemplatione magni operis, ad quod mittebantur, ita omnes assatus est: In nomine Domini tecum bini & bini per viam humiliter & honeste, maxime cum stricto silentio à manu usque post tertiam, orantes Dominum in cordibus vestris. Verba otiosa & inutilia non nominentur in vobis: licet enim ambuletis, tamen conuersatio vestra sit ita humilis & honesta, sicut si in eremitorio aut in cella essetis. Nam ubicumque sumus & ambulamus habemus semper cellam nobiscum. Frater enim corpus est cella nostra, & anima est eremita, quæ moratur in cella ad orandum Dominum, & medicandum de ipso. Vnde si anima non manserit in quiete in colla sua, parum prodest religioso cella manufacta. Talis sit vestra conuersatio inter gentes, ut quicumque vos audiet vel videbit, gloriosum patrem cœlestem, & Deum laudet deuotè. Pacem annunciate omnibus, dicentes: Dominus dicit vobis pacem, sed sicut pacem annuntiatis ore, sic in cordibus vestris pacem & amplius habeatis. Nullus per vos prouocetur ad iram, vel scandalum, sed omnes per mansuetudinem vestram ad pacem, benignitatem & concordiam prouocentur. Nam ad hoc vocati sumus, ut vulneratos curemus, alligeimus contractos & erroneos reuocemus. Multi enim vobis videntur esse membra diaboli, qui adhuc discipuli Christi erunt.

VI. Accepta sancti Patris benedictione nullam interponentes moram, sociis valedicto, per-

In Galliam

An. 1217. a.

In Germaniam

Ministri
crevi in
partibus Cif-
montanae.

Anno 1210.

n. 16.

Bonau. in
legen. c. 14.

An. 1226. n.

38.

Supra anno

1221. n. 8.

Alacriter
pergunt omni-
nes ad suas
missiones.

Prou. 11. v.

28.

Vide Greg.

lib. 35.

Moral. c. 10.

August. in

Psal. 70.

Curt. lib. 8.

Præscribit eis
quismodo sa-
habant in
missionibus.
Vide colla-
tion. 22. in-
ter opusc. S.
Francisci.
Corpus cel-
la animæ.

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 6.	RELIGIONIS M- NORVM AN. 9.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	-------------------------------

cto, perrexerunt quo obedientia dirigebat. Statutam sibi normam ad vnguem obseruantes eodem animo eademque mente ad messem multam procedebant lancti operarij, criticum mox congregaturi in horreum patris familias. Varij tamen illorum euētus in singulis prouinciis, in ipso missionis limine, quos hic sub breuitate libet transcurrere, praesertim quē hoc anno acciderunt. Qui ad Hispanos tendebant in diffusis planicieſ ſolidudine magna ſeti laborantes, viribus deſtituti, tandem peruererunt ad fontem aquarum, quibus vniuersi ex p̄cepto sancti viri F. Bernardi ſui primicerij benedixerūt, quas poſtea haurientes virtute ſanctæ Crucis in vinum optimum conuertas compererunt.

*Missionis His-
panicae Pa-
tronis miracu-
lorum prouidi-
tur.*

*Peregrin. de
Bonon. sub
S. Francisco.*

*Multa passi
in Hispania.*

Non paucos ſane labores perpeſsi in locis illis, ad quā huius instituti, iam à biennio in VII. Hispaniam introducti notitia non peruererat, nam nouitates omnes in principio ſupe-
ſt̄, & plurimi hinc inde hæretici diſcurrebant per illam regionem. In aliis partibus hu-
maniū recepti, Christianam benignitatem, & deuotam in pios Hispanorum propenſio-
nem experti ſunt. Sed durius paſſi beati patres Zacharias & Gualterus cum tertio quo-
dam ſocio ad Lusitanos tranſiſſi, donec tandem p̄iz Regioꝝ Vrracꝝ, de qua nos ſupra,

An. 1: 14.

D. 12.

Inf. noꝝ 13.

Marc. lib.

10. c. 13.

Maria. c. 11.

§. 6.

*Gonzag. in
Prou. Catal.*

mouast. 8.

*Beuter iu
bift. Valente.*

1. p. l. c. 22.

*Ilerda con-
ſtruunt mi-
racula, ſe mo-
nasterium.*

gratiam inierunt. Huius & Sanciꝝ principis, Alphoni Regis ſororis, beneficia in pios hos viros anno ſequenti retexemus. Felicius evenit iis, qui ad Catalonos deflexerunt, nam dum ad ciuitatem Ilerdenſem (non procul à Sycori fluuio inter Caſaraugustam & Barchinonem extructam, viſtoria illa celebrem qua Marcum Varronem, Lucium Affra-
nium & Marcum Petrium, Pompeiani exercitus p̄fectoros, Iulius Caſar profligauit) perueniſſent, obuiusque fieret quidam heros Raymundus de Barriacho dictus, qui eos domum coaduxit & charitatibꝫ refecit, tantam inierunt cum eo amicitiam, ut de con-
ſtruendo eis habitaculo ſerio penſitaret. Illi autum addentes ſpondebant, ne quicquam pauperiorēm fore ob expensas in pio hoc opere pecunias, neque exhaustendas, quas in alios uſus domesticos reponuit. Pia fiducia credidit peruadētibus, opusque tentauit, ſed ad ſtructurā mensuram decreſcente pecunia, & omnino exhaustis loculis, irritaque ſpe, quam ad ultimum ferine quadrantein fouebat, fratres conuenit de facta ſibi ſponsione, ſibique impositum affuerans. Illi autem in Domino fidentes in cuius nomine ſuo be-
neſactori ſpoſonderunt, rogarerunt ut tranquillo eſſet animo, & ad ſua ſcrinia rediret, omnem ſuam pecuniam cuī magno ſcenore inuenturus. Rediit homo pecuniaꝝ audiuſ ad loculos, quos anteā vacuos probauit, & ultra nummos in fabricā diſtractos, non mo-
dicam ſummam adauictam numerauit. Quo miraculo & ille humilius ſe dedicauit qui-
buscumque fratrum obſequiis, & ciues vniuersi in eorum uſus ſua abunde ministrabant. Primum hunc prouinciā Aragoniā conuentum fuille affirmat Marianus, in quo plura meritis S. Franciſci patrata ſunt miracula, quā ſuis temporibus diſtinguemus. Fratribus alio commodiōri erecto datum eſt hoc monaſterium ſanctimoniālibus Clarissis, in quod deducta ſunt ſolemni comitatu veriusque Scnatus Ilerdensis ecclieſiſtici ſcilicet & laici anno 1577.

Ad. 1211.

D. 11.

*Conſervatio
fratrum in
Gallia.*

Gallicana miſſio feliciter à magno incepit miraculo, nam ut ſupra iam retuli, dum IX. per aliquot dies post peractum capitulum harerent de rebus in prouincia peragendis instruendi, deficiente pane eo die, quo diſceſluti erant, tribus panibus uno videlicet doméstico, & binis à B. Clara miſſis ultra trīginta fratres ſaturati ſunt, ſuperfuerunt que copiosa fragmenta. Dum autem ad ſtatutum miſſionis locum peruererunt, per plurimos dies multa inedita famis & frigoris pertulerunt incommodo tanquam pero-
grini & ignoti frequenter repulsi, donec hominum duritiem mīro pietatis exemplo flexerunt & emollierunt. Namque intempeſta nocte ad ſacras ſurgebant excubias, matutinūmque recitabant deuotē in iis Ecclesiis quatum copia ſiebat, vel in derelictis facellis aut cremitoriis & in Cathedralibus ædibus vñanimiter peruilebant in oratione Dei ab hora octaua uſque ad vndecimam, quo tempore ſi inuitabantur à quopiam ad prandium humiliter ſequebantur: ſin verò, mendicabant oſtiatim. A prandio ſervie-
bant in Xenodochiis, leproſis p̄cipue ministrantes, lectos ſternentes, ulegra curantes, ſaniem abſtergentes, & quibuscumque humilitatis officiis ſeuerent. Quibus Christiana

ANNO CHRISTI 1215.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 6.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 9.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

Christiana pietate dignis spectaculis hominum in se conuerterunt oculos, & animos conciliarunt ita ut plures haberent sectatores, & tandem plura sibi construerent domicilia.

X. Missio vero Germanica omnino fuit irrita: durè enim recepti Fratres Theutonici idiomatis proflus igoari, crudeliterque in fugam & redicim ex voluntaria prouincia acti propter metum & suspicionem hæreticorum, quia ex Italia illuc tunc declinabant. Simplicitatem autem Fratrum & idiomatis imperitiam, lepidam huic seu repulsa occasionem ministrasse referunt chronica M. SS. prouinciarum Saxoniz, Argentinæ, & Germaniz inferioris quorum penes me sunt exemplaria quæ etiam Illustriss. recenset Gonzaga his verbis.

Fratribus Theutoniam aggredientibus, cum quidam occurrisserent, rogassentque an hospitari vellent, illos Germanicè ita, quod Latinè sonat ita, respondentes perhumanter exceperunt, & eis cibum & potum subministrarunt: quare cum Theutonicum idioma ignorarent, præfata responsum cuicunque interrogatio accommodare statuerunt, arbitrantes semper ex illa similes eleemosynas se reportatus, & huiusmodi beneficiis prosequendos fore. Attamen contra euocit: nam aliis percontantibus, an hæretici essent, & ad auerendam à fide Catholica Theutoniam illuc accessissent? Cum suum statutum responsum in medium proferrent, ab ipsis non solum comprehensi & in vincula coniecti sunt, sed etiam iudicia publica, atque varia supplicia subierunt. Quare in Germania se nihil proficere conspicentes in Italiam remearunt, narrantes confratribus ea quæ in Germania fuerant perpetrati. Ex quo euenu Theutonia tale nomen apud Fratres sibi vendicauit, ut nullus nisi martyrio flagrans illuc conferre se vellet, & aliqui Deum precarentur ut illos à scætitia Theutonicorum liberare dignaretur. Prima autem hæc repulsa fecit, ut denuo aduentantes Fratres benignius reciperentur, & diffusius ibidem eorum institutum propagaretur.

XI. Porro Sanctus patriarcha indignum putans domi torpere dum natos præmiserit ad laborem, Parisiensi se paravit itineri: ad quem tractum libentius se perrexisse dicebat quod magna tunc ibidem vigeret reverentia sanctissimæ Eucharistiz, quam indicibili amore & honore vir sanctus colebat. Prius tamen statuit illustre Baselense genus in Vmbria dissidiis domesticis, & diuturnis discordiis turpiter & miserrime pene extinctum, ad concordiam reuocare; quod & feliciter perfecit. Illi autem in accepti beneficij memoriam suis sodalibus monasterium statim hoc anno edificarunt in suo territorio sancti Angeli de Pantanellis dictum iuxta Tyberis marginem inter condensas arbores. Quem locum saepius B. Jacobus Tudertinus inhabitauit in quo etiam plurima ex suis canticis composuit, & quem demum ruinæ propinquum multis post lustris sanctus Bernardinus Senen. refecit. Dehinc voluit limina Apostolorum visitare, ut prosperum facerent iter suum, & adscito sibi in socium fratre Massæo, in via mendicans peruenienti prærandi hora ad quandam fontem limpidissimum ad cuius oram dum consedisset expositis ab utroque in tabula lapidea exigui panis frustulis, quæ ostiatim mendicando collegerant, & quidem bonam partem acidis & duris ille spiritu exultans fratremque compellans: excitare illum coepit ad gratias Deo agendas de illo tam ingenti paupertatis thesauro, idque ipsum clara gradatim voce iterare. Quærenti autem Massæo, quisnam is esset thesaurus in tanta rerum etiam necessiarum inopia, vbi non obsonium, non vinum, non etiam mensa suppetet? respondit illud ipsum esse magnum beneficium, quod illa omnia, quæ decessent, à Deo supplerentur, qui illum eis panem ac fontem, illum etiam lapidem tam prouidè præparasset: paulo autem post inde ingressus in quodam templo, quod primum occurrit orare instituit Deum, ut sibi & suis sanctæ paupertatis amorem inspiraret, idque tanto feruore, ut ex facie ignis emicare videretur.

XII. Itaque hoc diuino ardore incitatus, mouit se versus Massæum brachiis apertis, cum que magna voce ad se aduocauit: qui cum admirans & stupens in Sancti patris brachia se immisisset, tantus fuit Francisci æstus interior, ut anhelitu solo per oris hiatum erumpente, multis illum cubitis in sublime ejaculatus sit: in quo ascensu, is postea saepius narravit tanta se dulcedine delibutum, quantum antea nunquam in vita sua gustasset. Tum Franciscus: Eamus, inquit, Roman ad Santos Apostolos Petrum & Paulum exortandos, ut nos doceant tam præclarum paupertatis thesaurum recte & fructuose possidere: is enim ita præstans, itaque diuinus est, nos autem ita viles & abieci, ut indigni simus,

Dare repulsi
fratres in
Germania.
Chro. M. SS.
saxon.
Gonzag. in
proæ. prou.
S. Crucis.

S. Franc. fidè
eligat tristis
Parisien. &
quare
Gonzag. in
piou. S. Frä-
cis. con. 42.
Chro. MSS.
piou. S. Frä-
cis.
Baselenſes
dominos pa-
cificat,

Plat. de bo-
do flat. re-
lis. l. .6.9.
Marcan. c.
15.9.4.
Ingenis reple-
tur gaudio in
terū inopia.

Mirum pau-
pertatis flu-
dum.

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 6.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 9.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

*Pauperatio
commodatio.* qui cum talibus vatis teneamus. Hæc enim est virtus de celo in nos influens, quæ nos ita instituit & informat, ut terrena cuncta ultra concilcemus, quæque obices omnes à medio tollit, quo humana mens cum Domino Deo suo libertime, atque expeditissime coniugatur. Hæc est quæ animam adhuc in terris posicam, facit in cœlis cum Angelis conuersari. Hæc est quæ Christum in cruce associat, cum Christo in tumultu absconditur, cum ipso resurget, & cum ipso in cœlum ascendet. Hæc est quæ dotem agilitatis super cœlum volandi animabus ipsam amantibus etiam in hac vita concedit, cum veræ humilitatis & charitatis alas se amantibus impertiat: Eamus proinde rogatum Apostolos Sanctissimos ut hanc gratiam nobis impetrarent à Domino Iesu Christo, ut ipse paupertatis forma & obseruator præcipius eam nobis donare dignetur.

*Ad limina
Apostolorum
funda peccati
duri pauperum.* Cum ergo Romam peruenissent, intraverunt Ecclesiam sancti Petri in Vaticano, XIII. & in distinctis facellis orantes, qua poterant efficacia, rogabant Sanctos Apostolos, ut ducantur instruere, quatenus sanctam paupertatis virtutem perfectè possent acquirere, & suis meritis à Domino impetrarent, ut vitam Apostolicam addiscere possent,

*Hugol. cit.
Marian. cit.* & sectari. In pia hac sua petitione cum devotione & lachrymis perseveranti Francisco apparuerunt magna cum claritate Petrus & Paulus Apostoli pia benignitate eum amplectentes & dicentes: Frater Franciscus exauditz sicut in conspectu Dei orationes tuæ, & vberes lachrymæ quas effundis pro acquirendis sancta paupertate, quam Christus magister noster, eiusque Sanctissima genitrix amplexi sunt, & nos ipsius Apostoli sumus sectati. Misit proinde nos ad te Dominus Iesus Christus, ut annunciemus tibi, quod solliciter exorasti; & concessus tibi tuisque est thesaurus sanctissimæ paupertatis, quam qui verè possederint & perfectè professi fuerint, ipsorum erit regnum cœlorum. Quibus diebus disparuerunt, infusa Francisco summa animi consolatione, qua exultans & exiliens venit ad fratrem Massenum, remque ut euenit narravit. Accedentes itaque ad confessionem Petru maximas quas poterant reddiderunt gratias pro ingenti hoc beneficio, & singulari consolacione.

*Moritur In-
tercessio.
Onaphr.
Ciaccon.
Plat. Bellar.* Incidit in hoc tempus mors Innocencij Pontificis, Perusij cum illac transisset ad tol- XIV. lendas discordias & extinguendum bellum quod erat inter Genuenses & Pisanos cum Cisalpinis. Nam tertiana febri, quæ breui transit in acutam, deinde paralyticum, demum lethargo correptus obiit 17. Kal. Augusti cum sedisset an. 18. menses 6. dies 9. Vno ut quidam volunt, vel tribus aut quatuor postea diebus, ut alii placet ei succedit Honorius III. presbyter Cardinalis SS. Ioannis & Pauli cit. Pamachij S. R. E. Vicecancelarius, Centius antea vocatus, nobilissima gente Sabella ortus. Ab hoc ergo anno Honorij Pontificium auspicamur, prosequemurque. Ille autem quamprimum Romanum reversus approbavit confirmatione inlytum ordinem Prædicatorum 1. Kalendas Ianuarii iostante sanctissimo institutore Dominico, qui ad hoc ipsum in urbem redierat.

*Croesus Ho-
mem.
Humbert.
lib. de vita
stat. c. 1.
Flamin. &
Garzon. in
vita S. Dom.
Apold. l. 2.
c. 2.
Anton. lit.
22. c. 1.
Castillo l. 1.
c. 18.
Plat. cit. l. 1.
c. 14.
Confirmatur
ordo Prædi-
catorum.
Mira S. Do-
minici visto.* Dum autem confirmationem hanc expectaret, continuus & ardentissimus vacans orationibus, Apostolorum principis corpus saepius visitabat. In cuius basilica, dum noctu sacris precibus intenderet magnum suæ curæ leuamen est assecutus, ita ut minime dubitaret affore tantis cœptis ac suis votis Deum. Vedit enim Christum ira iungenti succensum ob intoleranda hominum flagitia, à patris dextera exire rexisse, tria manu iacula tenentem, ut uno eorum superbos, altero auaros, tertio libidinosos deleret; virginum verò principem ac cœli reginam, eius venerabilem genitricem, ad illius genua procumbentem sese illi opposuisse, ac rogasse, ne genus humanum ranta clade afficeret: habere scilicet per quos emendari hominum flagitia possent. Matri precibus ac verbis mortum, cui nihil petenti negare potest, substituisse ac petisse; vbi nam essent per quos fieri ea quæ diceret, possent? Tunc humani generis tutelam ac seruatrixem hunc Dominicum Prædicatorum, inde Franciscum Minoritarum institutores ac principes ostendisse ac distinxisse: Hi sunt, fili, per quos quassa in terris & collapsa pietas instaurabitur, ac restituatur. Delinictum pollicitatione matris filium continuisse paratam ad feriendum manum, ac sententiam mutasse & iacula deposuisse. Quo quidem diuino spectaculo vir sanctus fiducia plenus, ac minimè ambigens voti se compotem futurum, dum ex templo egredieretur obviuum habuit, quem non nouerat ante, nec viderat unquam, beatum Franciscum, quem, ut socium sibi à Deo ad instaurandam Ecclesiam traditum, iniecit collo brachiis pie admodum & cum ingenti laetitia complexus est. Tum, quæ vidisset & audisset illiomnia narravit & addidit; itemus simul, & nullus præualebit contra nos; inter quos

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 6.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 9.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quos mutua & incredibilis deinceps charitas fuit. Quæ quidem tanquam à beato Dominico visa diuus postea Franciscus Prædicatoribus narravit.

XV. Dignum putat diuinum hoc spectaculum Theodoricus ab Apoldia, & opportunam Apold.cit.
hanc pientissimamque Virginis Mariæ pro humano genere ab instanti clade præseruan- Vide Casif.
do intercessionem, ut eius potentiam, clementiam & circa nos studium paulisper consider- de B. Virg.
remus. Libuit ergo piam eius considerationem, & sacram apostrophem ipsis eius verbis hic lib. 1. c. 27.
subnectere. [Quid illa, inquit, potentius, quæ omnipotentis iudicis iram, qui iam ut fulgor Maria l'irgi-
excuerat gladium suum, & artipuerat iudicium manus eius, supplici prece retinere po- num genus
tuit, ne diffusa eius ira deuoraret impios sicut stipulam, & arderet usque ad inferni nouis-
sima? Clementiam eius abunde testatur, quod pro perituis tam humiliter, tam benigne,
tam instanter interpellauit. Eius clementiam ambiunt peccatores ne pereant: iusti ut pro-
ficiant. Porro studium, curam & diligentiam tuam erga nos, ô Domina nostra, in his plane
experimus, quod non modo potentissimi furorem ardenter iudicis intercipis, & pro no-
bis apud Filium clemens intercedis: sed etiam quod omnium salutis ministros egregios
exhibuisti filio tuo: nempe viros letissimos Dominicum & Franciscum, quos tu virgo
Mater Filio offerens, præclarè commendas: & Filius acceptans veritatis testimonio ap-
probat & perinde ut agnos à se missos inter lupos firmissimis praesidiis tuerit ac munit.
Benedicamus ergo, fratres charissimi, Patrem cum Filio & Spiritu sancto, cuius super nos
inscrutabile videmus consilium, & benignissimum sentimus affectum. Benedicamus &
Matrem Dei, cuius precibus placatus filius, misericordie memori fuit cum esset iratus pec-
catis hominum, relinquens nobis semen divinum, sine quo sicut Sodoma fuissimus, &
quasi Gomorrha periissimus. Ex eo vero nos enati benedicto semine, mittamus radices
deorsum, & faciamus fructum sursum: ut sit in nobis agnitus propriæ vilitatis & animus
incommutabili intentione addictus æternitati. Nos enim sumus semen seruorum eius, cum
quo bona permanent: semen, cui benedixit Dominus, ut crescat & hæreditate capiat terrâ
viuentium cum beatis mitibus, & portas possideat initiorum suorum, id est dæmonum.
Amplectamur amanter & iritemur constanter tantorum patrum clarissima exempla, &
exitias virtutes, ut digni efficiamur, qui cum eorum semine in Dei filii numeremur.

XVI. Ut autem ad visionem ipsam redeamus, Fræciscum etiam eandem ipsam habuisse ex-
pressè asserit ex aliis S. Vincentius Ferrerius, & pie iudicat Ferdinandus Castillo, atque Lu- Vide. serm.
douicus Rebolledo, qua moneretur quid de cato vito sibi in socium dato, & de semetipso
Deus ex alto starueret, quantoque operi & oneri eos dedicarit. Itaque colloquentes, ad in- 1. de B. Do-
uic. serm.
uium firmissimum & sanctissimum inierunt fardus amicitie, & statuerunt quibuscumque
se obiicere difficultibus, nec labori vlli succumbere cum divini honoris detrimeto. Di- 1. de B. Do-
gnum plane, inquit Castillo, admiratione & consideratione erat videre duos homines ex-
terius despicabiles, inermes, veste lacera, frigore algentes, fame & siti laborantes, absque 1. de B. Do-
principum fauore, aut sculi potentia mundi triumphum ineditantes, ingentia ultra hu-
manas vires secum statuentes, orbis conversionem inter se partientes. Quis talia meditantes, & serio proponentes audiret, qui veluti Thrasones non irrideret, aut veluti fatuos non
contemneret? Sane si rem ipsam cum personis conferamus, inaccessibilem & insuperabit
humana iudicabit prudentia. At illa est Dei potentia, qui miseros & contemptibiles
ministros ad res excelsas assumit ut inde magis diuina virtus eluceat, & non glorietur om-
nis cato in conspectu eius. Ita binos hos despectos & infirmos viros elegit, ut confundere
sapientes, & destrucere mundi superbiam. Misit eos in orbem terrarum, tanquam duo luminaria magna, qui peccatorum tenebras suæ virtutis luce depellerent, tanquam novos misit
Apostolos qui homines velut equos & mulos effectos, pulloque lascivienti similes à sua-
rum concupiscentiarum vinculis soluerent, & ad Christum adducerent. Tanquam veros
Angelos misit, qui Loch iustum & qui prædestinati erant ad vitam æternam, ab uniuersali
Sodomæ incendio liberarent. Tanquam populi duces misit, qui populum Dei educe-
rent ex domo servitutis & in libertatem vendicarent Christianam. Verè ut S. b. Illicus
duo christianæ pietatis lumina terris affulsere quibus multo maxima parte orthodo- Sabat. A.
xa crevit fides. Vel, ut duo illi utriusque ordinis Minorum & Prædicatorum pri- asad. 9. lib.
micerij sancti Bonaventura & Humbertus ad suos fratres scripsere. Hi sunt duo ma- in pone.
agna luminaria, quæ lumine cælesti, sedentes in tenebris, & umbra mortis, ubi- Gen. 1. 16.
que terrarum illuminant & coruscant. Hi sunt dux tubæ veri Moysis Christi
Dei nostri, quorum ministerio multitudinem populorum, iam ad suum principium
Xvi. 1. 16.

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 6.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 9.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

conuocauit. Hi sunt duo Cherubim pleni scientia , mutuo se respicientes , dum idem sentiunt , & alas suas extendentes ad populum , dum ipsum verbis & exemplis protegunt , & discurrent secundum obedientiz volatum , super omnem populum disseminate scientiam salutarem. Hi sunt vera sponsæ ex quibus paruuli in Christo lac fugant quo nutriantur , & augmenta recipiant in salutem. Hi sunt duo filii olci splendoris , qui assistunt dominatori vniuersæ terræ ; prompti ad eius imperium , quocumque voluntas eius eos duxerit suam legationem implere. Hi sunt duo testes Christi , qui saccis amicti iam prædicant , & testimonium perhibent veritati. Hi sunt illæ duæ stellæ lucidæ , quæ secundum Sybillinum vaticinium habent species quatuor animalium , in diebus nouissimis nomine Agni vociferantes , in directionem humilitatis & voluntariæ paupertatis. Addam. Hi sunt duæ illæ columnæ Iachin & Booz , quæ porticum templi fulciebant , quarum prima significat firmabit , stabiliet ; secunda , in eo tobur & fortitudo. Hi duo Cherubim propitiatorij , qui arcam Dei , id est , Ecclesiam , vehant , ferant , sustineant , hisque Deus in uectus sacra responsa , oracula , monita salutis mundo effundat. Plurimi aliis horum magnorum virorum dignis elogis ne longior fiam ægre tamen supersedeo.

Nullo alio quam hoc & superiori anno inueni simul conuenisse Romæ hos sanctos XVII.

*Propheeticam
horū parric
charm cū B.
Angelo Car
melit. collo
quium.
Enoch. 1e
rofol.
Tho. Bellon
11.10f.*

Patriarchas , quare persuasom mihi habeo vel illo , vel isto superuenisse sanctum illum virum Angelum Carmelitam , egregium mox fidei athletam martyrio coronandum apud Siculos , & propheticum admirandumque illud iniisse cum his patriarchis colloquium apud Lateranum , quod sequentibus verbis retulit Enoch patriarcha Hierosolymitanus Carmelita , cotaneus ipsius beati Angeli capite duodecimo eius vietæ , quem Thomas Belloriosus Prothonoratus Apostolicus excudi curauit. [Romam , inquit , venimus , ubi loca sanctorum omnia deuotè lustrantes , mane proximo , maxima cum cleri , tum populi multitudine coacta in Basilica sancti Joannis Lateranensis sanctus Dei Angelus magno spiritu feruore prædicare coepit : aderant ibi sancti Dei viri Franciscus & Dominicus , quos cum nusquam antea vidisset , supernæ claritatis splendore mens illustrata , nouas , sed sublimissimas Ecclesiæ columnas adesse prædixit. Sermone tandem finito sanctus Dominicus spiritu elevatus , dixit sancto Franciso : hic est Angelus Hierosolymitanus . Christi & fidei Catholicæ defensor , & declamator ardenterissimus , qui doctrina & sanctitate virtutæ incredibiliter Christianæ fidei profuit. Cui sanctus Franciscus respondit : hic est ciuis cœlestis , qui in Sicilia martyrio coronabitur ; & ambo simul animo hilari ad sanctum Angelum veniunt , & cum incredibili humilitate saluant ac niutuo pacis osculo prosequuntur. Tunc Angelus : Saluete , inquit , maximi Christianæ militiæ doctores Dominice impugnator hæresum strenuissime , & Franciscus Christi præcipue imitator , qui virtute humilitatis , vera portabis stigmata Christi. Dominicus vero : Tu , inquit , Angele gaude & lætare , tibi enim priuilegio datum est , mortiferam hæreticorum rabiem compescere , Christianum noten defendere , & Ecclesiam augere & illustrare. & Franciscus subdit : Tibi Angele veritatis defensor ; merito gestiendum est , breui namque in Sicilia martyrio virtutæ militiam terminabis , & tripli laurea coronatus , diuinæ fruitionis & sempiterni gaudij præmia suscipes. Ad hæc Angelus : Vobis sanctissimi viri , vobis magis gaudendum est quibus Christianam rem publicam felicibus coepitis , meritis & doctrinis amplificare concessum est. Iis , aliisque vltro , citroque inenarrabili charitatis ardore dictis , de multis & magnis scripturarum & fidei mysteriis humiliter inter se locuti sunt , & cum prope ad sanctam Sabinam peruenissent , homo quidam genere nobilis , sed leprosus obuiam eis veniens dixit : Orate , sanctissimi viri , vt Deus fædo hoc morbo vestra intercessione me liberet ; quem illi in pace abire iubent , & subito sanus effectus dat gloriam & honorem Omnipotenti Deo Angelus autem cum Dominico & Francisco illum diem & noctem diuinis sermonibus & oratione translegit .]

*Lspofsum re
ponit sanat.*

Huius colloquij meminere Franciscus Maurolicus in suo martyrologio , Thomas de XVIII. Bapt. Mant. Trugillo tom. 2. thesauri concionatorum ad 5. Maij , Petrus de Natalibus in vita sancti Angeli post librum duodecimum de sanctis nuper canonizatis cap. 10. neenon Baptista Mantua. lib. 10. Fastorum de sancto Francisco largius autem in Apologia pro Carmelitis in vita eiusdem Angeli , qui sanctum alloquens virum , sequenti carmine rem docte descripsit.

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 6.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 9.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Cum mare transfisces capiens invadere Roma
 Reliquias sacras, cineres, monumentaque Patrum,
 Et Laseranensis flares in lumine templi,
 Contigit eternam res memoranda diebus.
 Nam minor Etrusca veniens de monte Labarum
 Ad tua Franciscus se se vestigia flexus
 Prostrans gemibus, sacrū dedit oscula plantis,
 Insuper adiecit salue pater Angele monia
 Insula Carmeli, te mors manet inelyta Christi.
 Testis eris tibi Rex diuum decus annuis istud,
 Te quoque Francisco memorant responsa dedisse
 Talia, soluendo sano pro munere grates
 O Franciscus Deo, sed erit tua gloria nusquam
 Inferior tibi: Christus enim sua vulnera quinque
 Imprimet, & fies Christi patientis imago.
 Dominicus Hispanus qui tunc veniebat ab oris
 Forte aderat, tam mira notans presagia Patrum
 Et tulerat casus mundi hac tria lumen in unum, &c.*

Sub anni finem salutatis his sanctis viris, Roma discessit Franciscus iter suum in Galliam prosequuturus. Tum autem accidit ut afferunt Marianus & Hugolinus, quod Hugolin. Marian. Bonau. c. 7. Tres pauper- culi mulie- res ei occur- runt. tartar Bonaventura antequam ad Senarum urbem, per quam ibi transcendum erat, accederet, tres mulieres pauperculas, statura, aetate, ac facie per omnia similes, in quādam ei magna planicie inter Campilium & sanctum Quiritum (non vero Quirinum, ut ex errore typographorum legitur apud Bonaventuram) occurrisse, nouum salutari- nis munusculum ei offerentes: Beneueniat, inquiunt, domina paupertas. Quo audito verus paupertatis amator indicibile repletus est gaudio: utpote qui nihil in se salutandum ab hominibus tam libenter haberet, quam quod illæ decreuerant. Subito disparentibus illis, considerantes fratres socij tam admirabilem in eis similitudinem, salutarios, occursus, & disparentiz nouitatem; mysticum aliquid designari circa virum sanctum non irrationabiliter perpenderunt.

XIX. Sane per illas tres ut videbatur, mulieres pauperculas, sic uniformi facie occurrentes, sic salutantes insolite, sic subito disparentes, Euangelicæ perfectionis formositas, quantum ad castitatem scilicet, obedientiam, & paupertatem, satis conuenienter ostenditur in voto Dei, pari forma perfectè fuluisse: licet gloriari prælegerit in priuilegio paupertatis, quam modo matrem, modo sponsam, modo dominam nominare solebat. In bac exteros cupiebat excedere, qui ex ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare. Si quando igitur pauperiorem se queripiam, secundum exteriorem habitum certaret, semetipsum protinus arguens excitabat ad simile: tanquam si emula paupertate concertans, vincit se tiroceret in illo. Accidit enim ut pauperculum quemdam obuim haberet in via: cuius cum nuditatem aspiceret compunctus corde lamentabili voce dixit ad socium: Magnani verecundiam intulit nobis huius inopia, quia nos pro magnis diuinitiis paupertatem elegimus; & ecce magis reluet in ista.

XX. Cum autem ad ipsam ciuitatem Senarum appropinquaret, occurrit ei quidam iuuenis Hugoli cit. Mati. cit. 1. Spec. S Frac. aucep, qui quos cepit turture viuos deferebat in ciuitate vendendos. Ut erat Turture à Franciscus compassius, & pietate plenus, præcipue erga mansueta & casta animalia, 1 p.c. 77. tenetimne inquit ad aucupem: Bone adolescentis, quam affectuose te deprecor, ut inextincte morte pre- fidas custodiz innocentias aviculas, quibus in sacra Scriptura castæ & fideles fuerat. animæ comparantur, neque velis eas tradere in manus crudelium occisorum. Commissus pietate viri, alisque quas adiunxit rationibus adolescentis, liberè quas portabat, ei tradidit volucres, qui eas in gremio recipiens, tanquam rationis capaces, sanda quadam simplicitate ita colloquebatur: Sororculæ meæ turture, simplices, innocentes & castæ, ut quid ita vos capi permisistis? Sane si in alterius audioris aucupis, quam in huius adolescentis manus incideretis, certum vobis imminebat mortis periculum; à quo nunc ego iuuenis istius liberalitate vos etipiam, faciamque vobis vidos ut fructificetis, & secundum Domini primatum illam rerum dispositionem

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI I.I. IMPER. ANNO 7.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNIS 10.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	-----------------------------------

erescatis & multiplicemini. Deducatisque secum usque ad locum fratrum in Rauacciano prope mœnia Senarum, præ cœnobiolo baculum, quod manu gestabat, fixe in terram, quod die sequenti iduentum est in proceram & opacam ilicem excreuisse quæ etiam num reuirescit. In hanc dimissis turturibus, iussit ut incolerent & ibidem suis temporibus nidificarent, quod in plurimos annos fecerunt, ita familiares fratibus effetti, ut ad cibum accederent, veluti domestica gallinæ. Adolescenti vero id reddidit pro accepto dono mercedis, ut ei prædiceret in suo sodalio religiosè viaturum, regnumque acquisitum æternum: quod vere prædixisse, iuuenia non diu protracta initatio, & sancta eius in ordine conuersatio persuaserunt. Quo modo factum est ut turturibus temporale, & adolescenti vir sanctus vitam procurarit æternam.

Rodul. sol. 219. in cu-
lud. Vrbet.
Hoc anno aliquantis per antequam diem obiret commoratum apud Urbeuetanos In- XXI.
nocentium author est Rodulphus, ibique ædificasse Minoribus Ecclesiam, idque ait constare ex archiuo ciuitatis & Episcopi. Quidquid sit de structuræ tempore, in Utbeuetano hoc conuentu floruerunt B. Ambrosius & Moricus ibidem prognati, de quibus nos amplius suis locis agemus. Porro ædis structuram absoluere D. Bonaventura ob singularem memoriam illius loci, quia, ut idem habet Rodulphus, sacras literas ibi professus est una cum D. Thoma Aquinate, & Archerio Gallo Cardinali. Dubiam mihi reddit primam structuram ab Innocentio, quod S. Dominici, Carmelitarum, & aliarum religionum adhuc non approbatum, sed à successoribus confirmatarum Ecclesiæ ab eodem Pontifice simul cum illa S. Francisci assert fabricatas.

ARGUMENTVM.

Dissensus S. Franciscus à Cardinale Hugolino ne pergeret in Galliam Romam rediens petue, & obtinuisse à Pontifice eundem Cardinalem in protectorum, cuius in Minoribus mira fuit pietas, & beneficentia. Assiduum tendens Franciscus heret paulisper in valle Reatina, in qua res miras operatur, & domicilia suis edificat. Plura etiam extrinnescuntur in Lusitania, & Hispania per missos ab eo consuetales.

SED ENAS hoc anno relinquentis Franciscus Florentiam appulit, visitatis prius suis discipulis monachis Aluernæ incolis. Ut intellexit tunc ibi Apostolica legatione fundum Hugolinum Cardinalem, Episcopum Ostensem, & Veliternum (qui ob spectram prudentiam, & rerum agendarum petitiam, sepius ab Innocentio & Honorio ad huiusmodi functiones mittebatur in Galliam, Tuscam, Longobardiam & alias regiones) electus fama pietatis & Christiani zeli tanti viri salutatum abiit. Ille benignissime seruum Dei exceperit, quem per hominum ora longe latèque iam volitavent, summopere alloqui & audire cupiebat. Quo apud se per unum aut alterum diem retenter, familiariterque de rebus suis interrogato, à tanto prosequendo itinere dissulsa, dicens: Adolescit adhuc tuum institutum Francisce, nec desunt in curia, qui perfundarent, si poscent. Nostri quos habuisti contradictores in principio, adhuc habes occultos aduersarios, & nisi adsit in curia, qui res tuas curerit, & ad perfectum deducat, facile acta revocantur, & dolosè supplantantur. Te præsente magis serio tuum fouebitur institutum, & efficacius incitabuntur tibi addisti, ut tuis velint adesse, & tibi in adiutorium. Quod ad me attinet, iam ex hoc tempore totum in vobis addico. Gratias retulit vir sanctus pro tanta benevolentia, sed iter sibi prosequendum, vel hac suaderi voluit ratione: Domine quâ plurimos ex meis fratribus ego præmis ad varias & longinquas nationes; si ego domi ad lates & focos quietam & labores expertem vitam duxero, non decribit pauperibus peregrinantibus, siti & fame inter extraneos laborantibus occasio murmurandi, nec mihi causa verecundandi: si autem etiam me sub eodem vita genere secum collaborantem intellexerint, alacrius perficerem quæ me ferre dudierint, ratiabiliusque allos potero ad opus provocare. Compatiens autem pius Cardinalis ad remotissimas regiones missis: Quare, inquit, frater adeo dare cum tuis egisti, ut tantis calamitatibus exponeres, quas per longos & ignotos terrarum tractus oportet ut patiantur? Cui sanctus Pater magno cum seruore & spiritu propheticè respondit:

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 7.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	----------------------------------

respondit: Domine vos iudicatis, quod propter has dumtaxat prouincias Deus institutum hoc crearit; attamen ego vobis in veritate dico, quod ad vniuersale totius orbis bonum & ad salutem omnium illud instituit. Neque ab hoc beneficio excluduntur infideles, quarum terras huius sodalitij fratres penetrabunt, & dum ad Euangelicam normam & suum institutum vidas composuerint, & mores, Deus etiam inter sui nominis hostes abunde eis cuncta ministrabit. Ad hæc verba maiorem induit erga Franciscum affectum pius legatus, magisque serio egit ut pro tam utili & necessarij instituti beneficio remaneret in Italia. Cui morem gressens vir sanctus, sibi substituit quos supra diximus Anno 1216.
n.s.j.

II. Initio cum piissimo principe stricto amicitia fœdere, rogatoque ut suis velit esse patrocino, & generalibus proxime futuris comitiis interesset, redit in vallem Spoletanam, ibique dum plures exciperet suorum querelas, qualiter durè pariebantur, minusque pie tractabantur à multis Ecclesiastis prælatis, neque decesserit qui in curia sancto obloquerentur instituto, statuit à summo Pontifice petere in protectorem & defensorem sui Ordinis vnum de sanctis Romanis Ecclesiæ Cardinalibus, qui à nouello & tenero grege truculentorum luporum rabiem arceret, & longe latèque propagatum sua autoritate protegeret. Cœlitus monitum hac visione ait legenda trium sociorum: Videlicet in somnis gallinam pullos plurimos sub aliis congregare à superuolantibus miluis defendere voluntem, nec tamen omnes potuisse, pluresque proinde patuisse rapinæ, magna vero alterius volucris sub aliis pericula subterfugisse. Expergefactus dum somnijs interpretationem expeteret à Domino, eam ita accepit; ut intellexerit se per gallinam, discipulos per pullos, & Cardinalem in protectorem assumendum per volucrem magnarum alarum demonstrati. Conuocatis ergo fratribus rem omnem & protectoris necessitatem exposuit, breuemque deinde adiecit hanc de omnimoda subiectione ad Ecclesiam Romanam collationem, cuius petitioni voluit ordinem commendare. Mater omnium Ecclesiastarum, inquit, est Romana, & domina omnium est religionum. Vadam & recommeñabo fratres meos sanctæ Ecclesiæ, cuius potentia virga percellantur maleuoli, & filii Dei in æternæ salutis augmentum ubique plena gaudent libertate. Recognoscant ex hoc filij dulcia beneficia matris, & speciali deuotione semper ipsius reverenda vestigia compleuantur. Non erit, ipsa protegente in ordine ipsius occursum, nec filius Belial per vineam Domini transibit impunis. Paupertatis nostræ ipsa Sancta Ecclesia simulabitur gloriam, & humilitatis præconia per superbiz nubilum offuscati non sineat. Charitatis & Nahum 1. pacis viacula in nobis seruabit illæsa, censura stricissima percutiens dissidentes. Euangelij puritatis obseruancia sacra compagnia in eius aspectu florebit, nec odorem vita vel ad horam clabi patietur.

III. Romam deinde pergens illic inuenit Cardinalem Hugolinum, ex Heturia regressum, cui dum rem detexit, desideriumque aperuit de Pontifice alloquendo, suum vicissim manifestauit Cardinalis, ut vir Dei publicum haberet ad eundem Pontificem, & Purpuratos patres sermonem. Excusauit se quantum licuit, suam prætexens ignorantiam, simpliciterque se & rudiorem esse contestans, quam ut in supremo mudi consensu possit aut debet prædicare. Superavit omnia hæc Cardinalis desiderium de audiendo hominis in Leg. j. Socio-
rum. concioneum, proindeque rogauit obnoxius, amicèque præcepit ut obtemperaret, seruumque adhiberet studium, ut doctum & tanto auditorio dignum sermonem præpararet. Ad importunas tanti sui benefactoris, moxque futuri protectoris preces, non obsequi non potuit, fecitque quod ille iussærat, politamque elaborauit concionem, cum evoque non humanæ inuocationis ornatum prætenderet, sed diuinæ revelationis afflatum redolceret. Cum ergo statuto die stetisset in medio, ut ædificationis verba proponeret, sic obliuioni tradidit omnia, ut effari aliquid omnino nesciret. Verum cum hoc veridica humilitate narrasset, conferebat se ad Spiritus sancti gratiam inuocandam; tam efficacibus subito verbis cœpit effluere, tamque potenti virtute illorum mentes virorum sublimum ad compunctionem inflebat, tamque potenti virtute, ut aperiret clareret, quod non ipse, sed in ipso Spiritus Domini loquebaratur.

IV. Terminata concione introduitus ad familiarius colloquium præsente dicto Domino Hugolino, tandem circa sui ordinis præfectorem Christi vicarium affatur: Pater sancte Petri a Penitentiæ Cardini & domine, vestre continuæ curæ & incessabili solicitudini circa vnuersam mode- Penitentiæ Cardini præfectorem. randam Ecclesiam, ego misellus & indignus seruus ex corde compatrior; & cum timo-

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 7.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 10.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

Legen. 1. fo-
tiorum. re, ac verecundia accedo quotiescumque pro Minoribus vestris seruolis loqui, aut intercedere oportet. Curas enim vestras humilibus rebus nostris noui superiores, videoque praeforibus heroes, ac huius saeculi locupletes, aliarumque religionum viros graues & doctos, neque adeo facilis eis posse aditum patere, propter grauum, quz vestram beatitudinem circumdant Christiane Reipub. negotiorum multitudinem. Nos ergo omnibus viliores & contemptibiles, quomodo audebimus pro rerum nostrarum oportunitate aut necessitate ad vestra penetralia ingressum attentare, quin & timemus verecundamurque tamquam indigni accedere ad ostium vestrum, & pulsare ad tabernacula principis Christianorum. Quare sanctitatem vestram supplex oro ut dominum hoc Ostiensem nobis dignetur pro Papa & vice tua concedere, vt ad eum tempore necessitatis possimus recurrere, salua tamen & integra semper vestre praeminentia dignitatis, à quo tamquam à capite huius corporis mystici vigor descendit, & potestas omnis emanat. Annuit humanissime Pontifex viri sancti precibus, & suam Cardinali concessit potestatem circa Minores, seriam adiungens commendationem de fouendo & protegendo eorum sodalitio.

V.

Ostiensis pri-
mus ordinis
protector. quamuis enim verè protectoris, defensoris, & benigni patroni officium egerit opere, & affectu vir ille optimus Ioannes à sancto Paulo Cardinalis, cuius nos mentionem & lau-

Supra ann. dem supra præmisimus, atamen non assignatus à Pontifice, nec communis fratum exor-
1210. n. 7. ratus instantia, sed innata pietate & sponte tantam gratiam fratribus ipse præstiterat.

Rationes pe-
sendi pro-
torem. Præter illam autem rationem iam assignatam, vt protector ordinis peteretur, alias etiam duas subfuisse scribunt Rodulphus, Marianus, & Philippus à Perusio Theologæ magi-

Rodulph. li. ster, nimirum, vt religio esset capax temporalium rerum, & vt per protectorem maiori
2. fol. 2. 1. & humiliori subiectione S. R. Ecclesiæ ordo subesset iuxta illa regulæ verba. Petans à
Maria. c. 13. 5. 8. Dominò Papa unum de sancte Romane Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, protector &
Philippus Pe- corrector huius fraternitatis, vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sancte Ecclesiæ
rus Epist. ad Gondisal. stabiles in fide Catholica, &c. Posteriorem hanc duntaxat causam assignat Gonzaga, sed
Gonz. i. par. tres iam relatas complectitur, statuitque huius protectionis rationes prædictus magister
tra&. de Protector. Philippus à Perusio in epistola ad Gondisaluum seu Gonsaluum generalem Minorum
quincum decimum scripta circa annum 1306. in ultima iam senectute, quippe qui hunc
ipsum protectorem Hugo in ad Pontificatum cuectum se vidisse testatur Perusij.
Consuluit eum prædictus generalis minister de modo quo protector postulari debet, &
de iis, qui iam præcesserunt: ad queni totius rei setiem plano & candido stilo per longius-
culam dedit epistolam, quam ex vetusto codice M. S. è cœnobio S. Ioannis Baptistæ Pi-
saurien. ad me delato, ad huius rei pleniorum notitiam & ad magnam arque xquam pri-
motorum protectorum commendationem opportune hic subiicio.

Venerabili in Christo Patri fratri Gonsalvo, Ordinis fra-
trum Minorum generali ministro Fr. Philippus de Perusio
senectutis eius qualecumque reliquias cum affectu reueren-
tie filialis.

. Reuerendus in Christo pater Alexius, minister prouincie Bononiensis, mihi notifica-
te curavit quod voluntatis vestre erat, imo quod mihi per ipsum paternitas vestra manda-
bat, vt de modo petendi Cardinalem à domino Papa iuxta quod ministri in regula præ-
cipitur, vobis scriberem, si quid noscerem, quid videlicet antiquorum patrum consue-
tudo haetenus habuisset. Libenter igitur acquieci, ob id maximè quia mens repræsen-
tauit aliqua, quz ertl forsitan non videntur ad vestrum valere propositum, reputo tamen
digna esse memoria, & quz facere possunt ad alicuius informationis & devotionis au-
gmentum. Dico igitur in primis, quod ratio, quz mouit beatum Franciscum ad hoc
Prima ratio petendi pro-
tectorum. quod præciperet, vt à domino Papa peteretur Cardinalis, fuit triplex. Prima accipitur ab
antiquis patribus, videlicet quia si quando propter aliquam causam oporteret fratres ad
Apostolicam Sedem recurrere, cum fratum & status ipsorum exiguitas prohibetur, ne
facilis eis ad Papam daretur ingressus, voluit vt unus Cardinalis daretur ordini ad quem
Secunda ra-
tio. quasi vice domini Papæ, possent fratres habere in oportunitate recursum. Alia ratio est,
quod

VI.

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

quod audiui à Domino Ioanne Gaetano antequam esset Papa, quando habebat ordinis curam, hoc modo loquebamur iuvicem de ordinis pauperate, quæ fratres ab omni dominio & irre rerum temporalium reddidit penitus alienos. Tunc dixit: prudentissime fecit beatus Franciscus, qui voluit quod ordo haberet vnum caput extra se. Ratio hæc videtur confirmari per id quod Gregorius IX. scripsit in declaratione c. 4. quod esset temporalium rerum capax per hoc caput, quo quasi mediante usus rerum ordinis conueniret. Et hæc ratio confirmatur per illud caput declarationis regulæ, *Quia vero dominium liborum, &c.* vbi dicetur de procuratore instituendo per Cardinalem. Item tertia ratio est, quod in regula ponitur, *ut semper subditi & subiecti, &c.* Habuit ergo ordo usque ad tempora Domini Clementis Papæ V. quatuor tantummodo Cardinales: quorum primus fuit Dominus Hugolinus Episcopus Ostiensis, qui postmodum fuit Papa Gregorius IX. de illo quomodo datus vel petitus fuit, nescio. Hoc tantum audiui ab antiquis patribus, quod ipse cum beato Francisco patre nostro ordinaverunt & scripserunt regulam sororum ordinis sancti Damiani, qui modo vocatur ordo sanctæ Clæræ ad instar regulæ fratrum Minorum, propter cuius regulæ aritudinem partim compassionem Cardinalis ipse profundebatur multis lachrimis in scribendo, hic postmodum factus Papa, tanta deuotione ac dilectione istum ordinem prosequutus est, ut sicut audiui ab uno fratre, qui fuerat de sua familia, qui vocatus fuit frater Benedictus Florentinus, mandatum quod summi Pontifices consueuerunt facere pauperibus de lotione pedum, in habitu fratrum faceret, & fratres ipsum coadiuware solebant; aliqui pauperes; qui talia erant soliti recipere obsequia, ipsius Papæ, sibi tamen incogniti, recusabant servitium, & fratrem alium adducebant, dicentes Papæ: *Vade frater, quia tu nescis benefacere, permite istum facere, qui facit melius quam tu.* Hic etiam Papa ut audiui, interdum aliqua pia loca in habitu fratrum consociatus à fratribus infra urbem, ut incognitus esset, vadens & rediens visitabat. Iste itaque, ut dictum est, ad Papatum assumptus dedit ordini dominum Raynaldum, qui & ipse factus erat Episcopus Ostiensis post illum, de quo nescio an nomina-
tus, vel aliter fuerit postulator. Hic postmodum factus Papa, fuit nominatus Alexander Papa quartus. Hic quamvis requisitus, nullum Cardinalem dare voluit ordini, dicens quod nolebat quod fratres, ipso viuente, haberent alium Cardinalem, sed ordinem voluit retinere sibi ipsi, & ipse volebat eius immediatus esse protector. Quod qualiter ipse fecerit, res in manifesto est. Nam detrahentes miraculo sacrorum stigmatum sancti patris nostri, quæ supradictus Papa Gregorius per universum orbem suarum literarum tenore, tamquam visa certitudinaliter & cognita promulgarat: hic Alexander per suas litteras in partibus Lombardæ sententia, & pena graui compescuit. Hic Gulielmum de Sancto Amore damnante statum pauperum cum sua doctrina damnauit, & libellum quem idem Gulielmus contra pauperes ediderat, in virgulto domini Regis Franciæ Parisis ipso Rege presente, scilicet sancto Ludouico, publico tradi fecit incendio. Hoc itaque defuncto à successore eius domino Urbano Papa IV. natione Trecensi celebrato capitulo generali Pisis à fratre Bonaventura tunc generali ministro, & à ministris cæteris anno Domini M.CC.LXIII. Dominus Ioannes Gaetanus sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis petitus & obcentus est, quamvis ut intellexi, idem Papa nepotem suum dominum Anchorem dare ordini voluisse: sed non acceptantibus fratribus dominum Joanneum Gaetanum petiunem contulit tamquam patrem ordinis principia deuotione coniunctum. Nam pater ipsius Cardinalis Dominus videlicet Matthæus Rubeus de tertio Nicol III gloriabatur, ex quo audiui aliquid ipsum Dominum Ioannem, etiam cum esset Papa publi-
ca confabulatione glorianti. Isto igitur ad protectionem ordinis deputato, accidit quod fratres ex certis superinductis dominarum ordinis sancti Damiani remeritatibus, qui-
bus sibi ius ministeriorum ab ordine vendicabant, fratribus petentibus & Cardinali ipso assistente, fratres ipsi siue ordo ab earum obsequiis absoluti sunt per dominum Urbani prædictum, adiecta declaratione quod ordo nullo eis debito tenebatur. Vnde Papa ipse alium eis Cardinalem præfecit, scilicet dominum Stephanum Episcopum Prenestinum: Datus protec-
tor separa-
tum Clæræ, &
suum statum
revocans.
Sed quia hic volebat quasi ex autoritate fratres ad ipsatum obsequia revocare, factum est quod vni tantum, scilicet domino Ioanni prefato uterque, quemadmodum & aliis præcedentibus, fuit ordo commissus, qui eis ordinavit regulam, quam nunc habent sub bulla domini Urbani prædicti. Iste itaque ad Papatum ut priores assumptus, in primo generali capitulo quod post ipsius creationem extitit celebratum, in quo frater Bona

Videlicet
Nicol. j.

Tertia ratio.
Primus pro-
tector Hugo-
linus.
Scribus famul-
tis S. Franci-
s. regal. S.
Clæræ.

Raynaldus
secundus pro-
tector.
Alex. d. 4.
alium præter
se prædictorē
nolum conce-
dere.

Tertius pro-
tector Ioan-
nus Gaetanus.

Nicol III glori-
abatur so-
ciarem ha-
buisse s. or-
dinis S. Fra-
ncis.

Datus protec-
tor separa-
tum Clæræ, &
suum statum
revocans.

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI I. I. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------

gratia electus fuit in generalem ministrum apud Assisium, monuit ipsum Ministrum cum toto generali Capitulo, ut prouiderent ac deliberarent si quid viderent eis pro statu ordinis à Sede Apostolica postulandum, propter quod idem generalis cum ministris discrecis aliquibus ad hoc assumptis, ad eius se præsentiam conferentes, inter quos ego fui

*Emper. op-
fida fuit mi-
nister Tu-
scie.*

vous, qui licet indignus eram fratum Tuscic tunc temporis seruicio deputatus: Ministri ipsi, qui præsentes erant ex parte ministrorum Cardinalem secundum regulam petierunt.

*Quatuor or-
dinis profe-
ctor D. Mat-
thæus.*

At idem pater, summus Pontifex singulorum votis per priuatum scrutinium disquisitus, ordinem domino Matthæo compisit & commendauit, tamquam ordinis præcipuo di-

lectori, cuius commissionis modum si ex parte tetigaro, credo quod ipsius domini Papæ magis ostenderetur affectus. Constitutis in ipsius domini præsentia generali & prouincialibus ministris, qui ad hoc venerant, ac ipso domino Matthæo sanctæ Mariz in porticu

*Quo offensio-
ni commis-
sione à Ponti-
fice.*

diacono Cardinali, dominus Papa in Cardinalem intendens, sic exorsus est: [Ad te no-

ster sermo dirigitur. Si beneficia quæ tibi prouenerunt per nos recensere vellemus, inuenientur magna & utilia, & numerosa; sed in nullo Scut existimus tibi aritham virtutis eternæ, sicut in isto quod modo præstamus. Damus enim tibi quod introducat te in paradisum, scilicet suffragia omnium sanctorum fratum istius ordinis. Damus tibi melius quod habemus; damus tibi cordis nostri desiderium, pupillam oculorum nostrorum. Tunc tanta cum iis verbis eliquata est amoris dulcedo à corde Pontificis, tanta ab oculis lachrimarum abundantia profluit, tantus singultuum impetus profluvit à pectori, me teste, quæ narrō, ut quasi intercluso anhelitu, non solum loqui non posset, sed nec tantæ virtutis maturitas ab ciuilatu vocem potuerit refrænare. Vnde factum est, ut omnes qui aderant, laxatis lachrimatum riuulis cum flente fierent, ciuiliarent cum ciuilante & non parua mora temporis cum tacente racerent. Tandem vecumque spiritibus quietatis, resumpta voce Pontifex ait: Non possumus nos in hac materia dilatare, quia natura non patitur. Et extenta manu proprium annulum Card. cum osculo manus recipienti, porrexit dicens: Committiuntus tibi ordinem fratum Minorum, & conuertit se ad illa vocabula declaranda, quæ ponuntur in regula, scilicet ut sit gubernator, protector & corrector istius fraternalitatis, & dixit: Tua gubernatione ordo non indiget, quia in te sapientibus & prudentibus personis abundat, quod ad se gubernandum bene sufficit sibi ipsi, correctioni quoque te non oportet insistere, quia inter fratres res sunt taliter dispositæ, quod in hac parte non videretur esse posse defectus, habent enim guardianos; quod si deficerent, possunt recurrere ad custodes, & à custodibus ad ministros, super quos est minister generalis & adhuc capitulum generale. Itaque non est verisimile apud eos ea, quæ correctione indigent, præteriti. Vnum autem est, in quo tuo patrocinio opus habent: sunt enim imbecilles & pauperes, & multas frequenter qui eos indebet inquietant, quibus per se repugnare non possunt, & ideo indigent brachio & fortitudine protectoris. Hoc est potissimum, in quo ipsis tua cura debet assistere. In his & similibus, paucis tamen, ut credo, amplius, sua verba conclusit. Ab illa die in anima Papa intendit declarationi regula,

*Ad quid plus
indiges ordo
protectore.*

ita quod fere per duos menses omnia alia negotia, non sine admiratione totius ciuitatis prætermisit, cum omnino quod ageretur, extra eos cum quibus haec agebantur, omnibus esset incognitum. De domino Matthæo, meo non indigetis testimonio. Omnium enim quatuor ego habui notitiam aliqualem, nam dominum Gregorium recolo me vi-

*Sic III. quæ
sum cogi-
tare circa re-
gula decla-
rationum.*

disse Perusij, non quidem Cardinalem sed Papam, cum adhuc infantulus essem. Et post mortem ipsius pater meus Cardinalis voluit me interesse suis exequiis Perusij celebratis, licet non ibi defuncti. Dominum Alexandrum etiam Cardinalem vidi, de cuius manda-

*Pater autho-
ritatis creatus
Cardinalis.*

tō & gratia, cum esset Papa, Parisensem studiosum me quadriennio aluit. Dominus etiam Ioannes Gaietanus, qui Nicolaus Papa III. fuit, ut supra dictum est, cum haberet curam ordinis me in suum assumptum familiarem, & ad sua obsequia me coegit. Per cuius occa-

sionem Dominus quoque Matthæus, multa me familiari gratia prosecutus est semper. In his forsitan aliqua, ut prædicta posita sunt, quæ possunt videri esse præter propositum. Sed pro tanto mihi dicenda fuisset videntur, quod & petentes & dantes ordini Cardinalem, ad illum semper habuerunt singulariter oculum, qui ordinem ipsum amplexaretur charius & dulciori prosequeretur affectu. Et hoc non videretur ab aliquibus posse tam vere percipi quam ab eis, quos contingit tales effectus per evidentiam affectuum experiri. Haec omnia prævia conscientia quantum mihi subministravit memoria, scripta sunt; ad quorum firmatatem rogaui custodem & guardianum meos, ut præsentes literas sigillorum

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI I. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	-------------------------------	---------------------------------

suorum munimine consignarent. Paternitatem vestram conseruet in columeta clementia Saluatoris.

VII. Ex hac liquet epistola quam deuote, quam serio Hugolinus, & qui cum sequuti sunt, religionē protexerint, & quibus rebus se ingesserint. Multi dubitarunt, & motis quæstionibus controuerterunt, an circa omnia regenda plena sit potestas Protectorū, & an ad singula eorum excedatur auctoritas. Eo deuenit contouersia, ut eam suis literis & sententiis determinarint Greg. XI. Sixtus IV. & alij Pótifices, quorum diplomata in scripsérunt Rödulp. Emanuel Rodericus, & alij. sed nihil in hac re omnino certum, aut stabile, dum iuxta Pontificū decreta aliquando restringatur auctoritas, aliquando iuxta rerum indigentiam amplificetur, & ipse dominorum Cardinaliū varius affectus, & diversa cōditio potestatem exalteat, vel remittat. Largius scripsérunt de hac re Ludouicus Rebolledo, Antonius Cordubensis, prædictus Emanuel Rodericus, Ludouicus Miranda, Illustriss. Franciscus Gonzaga, & alij plerique. Sane si ad posteriora nostræ institutionis aut regulæ verba attendatur, ampliā & magnam in vniuersum sodalitium eis concessit legislator potestatem.

VIII. Verè Hugolinus non potestatiè & imperiosè, sed paterne & amice hoc suum munus obiuit; super Minores constitutus factus est quasi unus ex eis, nihil tam curans, quam vt à molestiis & iniuriis vbiique terrarum defenderetur, ab Ecclesiarum prælatoris fouenter, amicè reciperenrur, & per vniuersas orbis provincias ad omnium salutem distendenter. Prima quam scripsit Thomas Celanus legenda & que Gregorij noni vocatur, miram habet tanti viri & piissimi protectoris commendationem, quam hic libet transcribere: [Tamquam fidelis seruus & prudens constitutus super familiam Domini, studebat modis omnibus cibum æternæ vite sibi commissis ministrare in tempore oportuno sollicitus erat vbiique sacram religionem plantare, & in remotis partibus claram famam clarioris vite ipsius ampliare. Cui adhærens sanctus pater tamquam filius matris suæ, securus in sinu elementis suæ dormiens quiescebat: pastoris certè iste implebat vicem, & faciebat opus; sed sancto patri pastoris reliquerat nomen. Dicitus pater necessaria prouidebat, sed felix iste dominus prouisa effectu trancipabat. Dedit illi Dominus linguam eruditam, qua confundebat aduersarios qui nouellæ plantationi insidiabantur in isto principio ut perderent, & elestant vineam eradicare studebant, & primos & purissimos furari & consumere nitiebantur fructus. Qui omnes tam Reuerendi patris gladio interfecit, & ad nihilum sunt redacti. Erat enim ei, vt diximus, riuis eloquentia, que reducebat errantes à via, discordes pacificabat, & concordes fortiori charitatis vinculo colligabat. Conformabat se moribus fratrum, & in desiderio sanctitatis erat cum simplicibus simplex, cum humilibus humilis, cum pauperibus pauper. Erat frater inter fratres, inter minores minimus, & velut unus ceterorum in quantum licitum erat, vita & moribus se gerere studebat. Erat in Ecclesia Dei lucerna ardens & lucens, sagitta electa parata in tempore oportuno. O quoties depositis preciosis vestibus viliibus indutus, discalceatus pedibus, quasi unus ex fratribus incedens, rogabat ea, que ad pacem lunc. Hoc inter virum & proximum suum quoties aperiebat, hoc inter Dominum & homines semper sollicitè faciebat, & non solum cum esset in Minoribus hæc talia faciebat, sed etiam tam paulò post electus fuisset pastor in vniuersa Ecclesia.]

IX. Concordant plerumque cum his que de preclaro hoc viro, & sancto Pontifice habet codex MS. Vaticanus Centij Camerarij de censibus Ecclesiæ in fine, & alias inscriptus Registrum Nicolai de Aragonia Cardinalis in archiuo Vaticano, cuius aliud exemplar perutrum ex instructa sua bibliotheca pro magna in me benevolentia mihi præbuit Nicol. de Arag. in Greg. Illusterrimus Cardinalis Scipio Cobellutius bonarum literarum sincerus favor & industrius promotor in vrbe, cui magnum meorum studiorum ex Vaticana pœnu subsidium, ego acceptum referto: & tertium vidi penes R. P. Constantimum Caieranum Abbatem sancti Barontis Benedictinum. Hic, inquit author, forma decorus, & venustus aspectu, perspicacis ingenij, & fidelis memorie prærogativa dotatur, liberalium & utriusque iuris peritia eminenter instritus, fluuius eloquentia Tullianæ, sacræ paginae diligens obseruator, & doctror, zelator fidei, disciplina virtutis, reditudo iustitiae, solarium miserorum, religionis plantator & cultor, castitatis amator, & totius sanctitatis exemplar. De Capellania D. Innocentij Papæ in honorando collegio in Cardinalem sancti Eustachij modica interiectione promotus, non multo post in Ostiensem Episcopum ordinatur. Cuius officij tempore penitentium fratrum, & dominarum inclusor, novos instituit ordines, & ad summum

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

summum usque prouexit. Interieatis deinde quibusdam subobscuris & ambiguis de institutione ordinis & regula Minorum, quz sanc non cohaerent, nec subfistere possunt, subiungit: [Quorum(Minorum) codem rigante ad eos limites incrementa venerunt ut praebente diuina potentia per singulos orbis terminos eorundem venerando consortio vix viculus reperiatur immunitis. Præter illa quidem mira estimatione notanda, quz fratum necessitatibus pia liberatione concessit, dominabus eisdem (sanctæ Claræ monialibus) in Urbe monasterium unum scilicet monasterium sancti Cosmæ in Lombardia, in Tuscia. Expeditis innumeris & ministerijs sui subuentione construxit prouidendo postmodum necessitatibus earum, id est, singularum. eas quz suz prædicationis studio, diuinatus inspirante, parentibus dimissis & patria, nec lachrimis emollitz, natorum mundi superbiam & temporales diuitias commutauerant, in paupertatem extremam & in asperæ lanæ mordentes aculeos vestis prætiosæ contextam, post summi Pontificij solium colligebat, ut filias venerabatur, & matres, ipsarum indigentiam vberioribus auxiliis prosecutus. Plura sanc his beneficia pius vir in ordinem Minorum & Clarissarum concessit assumptus ad Pontificatum, quorum ad suos annos & huius monasterij sancti Cosmæ descriptionem amplior & grata erit memoria. Nunc protectoris & Cardinalis pia munia recensemus.

Leg. 3. soci. Ad omnia, dum per Curiaz negotia licebat, fratrum comitia præsens aderat, quem X.
 Leg. Greg. 9. prope accedenter fratres omnes processionaliter excipiebant, ille vero è curru vel equo
 Leg. antiqu. In comitiū statim exiliens pedes eos comitabatur. Solemnioribus deinde comitiorum diebus so-
 fratum mi-
 ra protectoris
 pietas. Lemniter sacrum peragebat, leuita Franciso Euangelium concinente. Sermones deinde
 publice habebat ad populum, in quibus institutum laudabat & ipsos fratres religiosis &
 grauibus instruebat exhortationibus. Ipsum institutorem miro suspiciebat affectu & re-
 verentia, & tamquam hominem de celo collapsum, colebat atque in solo conspectu illius summo gaudio & exteriori replebatur exultatione. Sæpe testatus est ipse, ut scribit Thomas Celanus, quod post idicam cum Franciso familiaritatem in quantum curu-
 que magna hæret mentis perturbatione, vel animi ræstitutia statim ad eius conspectum & alloquium omne cordis euansceret dubium, rediretque serenum ac tranquillum, & remota accidia, ac spiritus tepiditate mens eius perfecte exultaret in Domino. E re-
 gione Franciscus modis omnibus, & singularibus humilitatis obsequiis se Cardinali sub-
 Francis et-
 ga illam re-
 spondit. tunciebat, illumque miro ac reverenti venerabatur affectu. Vnde accedit, quod cum ali-
 quando in conuentu Carteris supra Assisium ei diceretur Cardinalem præ foribus ad-
 esse eum vibraturum, fugerit per abrupta montis, inter densaque arbores servet ab-
 sconderit. Quod ut Cardinalis resciuit admirabundus causam voluit explorare, neque ab eo per se & per seruos suos investigando destitit, donec latenter detexit, causamque latibuli amice quz sivit. Cui humilis vit: Domine & pater, ut audiui tuam celstudi-
 nem me pauperculum & vilem tanto dignaturum honore, considerans meam vilitatem & indignitatem confusus erubui, indignorem viliorēmque me iudicau, quam ut me-
 teret in tuo conspectu apparere, & tantum à vestra dignatione honorem recipere. Te
 enim pro domino meo humilier & reverenter suspicio. Augebar etiam hanc reveren-
 tiā relatio illa cælestis, quā intellexit eum Christi vicarium vniuersaque Ecclesiæ
 patrem & dominum futurum; quare ita superscribebat quas ad eum dirigebat literas:
Reverendo Patri ac Domino Hugoni totius mundi Episcopo, & patri gentiam futuro, &c.

Tantum itaque ac tales ut obtinuit protectorem, resque suas in urbe composuit, re-
 diens Assisium hæsit quantisper in valle Reatina, Italiz umbilico, ut ex Plinio & Var-
 rone volunt Blondus & Albertus, quem & descripsisse iudicant Virgilium 7. Aeci-
 dos illo versu: *Est locus Italia in medio sub montibus alis, & cæteris quz sequuntur carmi-*
nibus, nam omnia quz in descriptione habet Vates, in hac valle reperiuntur, omnique
ex parte præcessu imminent montes, qui ciuitatem Reatinam & agrum ingenti lacu cir-
cumfusum claudunt. In planicie hac in ciuitate ipsa, in lacu, & in montibus mira inue-
tiuntur Francisci vestigia, nam & vndique in hoc tractu per eum Deus mirabilia ope-
ratus est, & quatuor sui sodalitij habitacula in formam crucis in locis eminentioribus vir sanctus ipse construxit. Omnia sub hoc anno referemus, quamuis non co-
dem omnia euenerint, tum quia non omnia certa constant chronologia, tum ut
omnia unius loci delectabilius & clarius comprehendamus. Quædam sunt, quz
suos reposcent annos, & quz propter historiæ seriem suis temporibus sunt distinguenda,
quz

Blond. &
Alber. in
Vmbria.

Roma ab
Franciscus et
vallem Rea-
tinam.

Mira ibi o-
peratur, &
quatuor ex-
tra habita-
cula.

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

quæ tamen hic simul cum cæteris leui penicillo indicabimus.

XII. Primum itaque cœnobiolum hoc anno non sine miraculo obtinuit, iuxta castrum Grætij (vulgo Grecchia) nam cum oppidanis verbum Dei proponeret, emollieretque hominum corda ad pœnitentiam, rogauerunt eum ut quantisper apud se moraretur: quibus libenter morem gerens, tum ob loci pauperiem, amoenitatem, & solitudinem, tum ob componentes reformatosque incompositos hominum mores, qui absque ullo conscientia remorsu cognatas secundo aut altero gradu consanguineas sibi desponsabant, & verbum Dei sacramentaque Ecclesie, quam raro frequentabant, sibi construi fecit in monte alto, procul ab oppido tuguriolum inter duas proceras carpinos quæ coniunctis & intertextis suis ramis ab aëris inclemencie, & Solis ardore protegebant humile pauperum receptaculum. Dum autem ab oppido Coranello extra vallem iuxta Calentium torrentem, haud procul à Tiberi sito, rediret ad tuguriolum, & rusticum quendam filiolum vlnis gestantem rogaret, ut se comitem & itineris ducem adhiberet, ille vero se excusaret propter frequenter & quotidianum luporum incursum, qui vndeque regionem illam, quasi plaga cælitus missa, diuexabant, fideiustice pro lupis nullum ei, nec eunti, nec redeunti nocitum, quod experimento compertit, nam noctu domum redeunti cum filio duo occurserunt lupi canda blandientes, qui ad suam usque casellam absque ulla iniuria magna hominis admiratione associarunt.

XIII. Rem proximo mane narrat in vicinis oppidulis, & ex successu infert virum hunc Deo esse quam maxime charum, cœlestemque ei inesse contra luporum rabiem virtutem. Conueniunt orones ad tuguriolum viri sancti, & supplices orant à se tantam ferorum animalium, quæ bruta & homines consumebant, pestem arceret, aliisque quibus diuexabantur malis mederetur; nam ut habet Bonaventura etiam granda annua tempestate sata & vineas deuastabat. Afflictis cōpallus vir sanctus de virtutibus festandis & vitiis extirpandis, propter quæ dicebat hæc immissa flagella, sermonem habuit, tandemque subiunxit: Ad honorem & laudem Dei omnipotentis fideiubeo vobis, quod pestilenta hæc omnis abscederet, & respiciens vos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis, si mihi credentes misericordia vestri, ut vera confessione præmissa dignos faciatis pœnitentia fructus. Iterum hoc annuncio vobis, quod si beneficiis ingratii ad vomitum conuersi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur pena, & maior in vos ira desauiet. Ab illa utique hora pœnitentiam ad exhortationem ipsius agentibus illis, cessauerunt clades, petiere pericula, nec molestia quicquam lupi intulere vel grandines. Imo quod maius est, si quando vicinorum arua grando peruaderet, istorum terminis appropinquans, terminabatur ibidem, aut in partem aliam diuertebat. Cessavit grando, seruerunt & lupi passionem servi Dei; nec contra pietatis legem in homines ad pietatem conuersos attentauerunt amplius desauire: quamdiu iuxta conditum contra piissimas Dei leges impiè non egerunt. Tantum autem beneficium non absque memoria & gratitudine recipiendum putarunt, impositoque sibi spontaneo tributo, de dandis certis olei mensuris perpetuis illius cremitorijs incolis. id sedulo præstant, nam vel ad vomitum peccatorum redeuntes, vel beneficij immemores continuò ab irruentibus lupis sui officij monentur, ut ipsi qui modo viuunt testantur turicolæ, & non semel etiam suis temporibus euensis scriperunt Angelus Reatinus, Bartholomæus Pisanus, Marianus Flotreninus, & postremus concinnator Historiæ vallis Reatinæ apud me MS. quorum unusquisque distincto floruit seculo.

XIV. Ex prædicto sermone præ cæteris vitam commutauit in meliorem, & intimo amo-
ris vinculo hæsic viro sancto generosus quidam ex Grætio eques, Ioannes Velita dictus iam grandior & obesus, cui proinde nimis molestus & onerosus ascensus asperi montis, in quo vir Dei latebat, quem saepius & familiariter inuisebat. Fatigatus ergo aliquando ex itinere suum explicuit tedium & circumuinctorum populorum dolorem, quod tam longè abset vir Dei, rogauitque ut ad commune omnium solamen proprius ad castrum accederet, moratur in habitaculo sibi ad votum construendo. Viri votis se assensum, subridens protinus, nec longius à castro recessum, quam puerulus quisquam tortem posset proiecere. Conducto itaque secum Francisco descendit gaudens eques de monte, & ad castri ianuam vocato obuio puero, torrem commisit propiciendum. Lacerto tamen & plusquam virili brachio diuina virtute ultra milliarium ciaculatus est puerulus facem in oppositum monticulum silvestrem, cuius Ioannes dominus

Angel. Reati.
Maria. §. 16.
Ioan. Franc.
Nunno in
descrit. val.
lis Reatinz.
Grætij tuguriolum sibi
confervit.

Fideiustice
pro lupis.

Medietate ma-
tis Graecie-
num.

Bouau. c. 8.

Angel. de re-
bus Reati.
Pisan. conf.

§. 1.

Maria. §. 14.
Hist. Reati.
MS.

Mutat loca
non sine mi-
raculo.

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

dominus erat, quæ incenso nemore cecidit in locum petrosum in declivitate collis, ad quem obstupefcentes cum Francisco accesserunt oppidani, & tamquam diuinitus ostensum elegerunt in sicutum novi domicilij. Domunculam totam, statim ut poterant, exciderunt in petra, ita ut etiam monumenta fratum ibidem postea morientium, excidenda fuerint in duro lapide. Quo humiliter completo primum rugioliolum dimisit Franciscus, cuius adhuc cernitur vestigium, & testes sunt revirescentes adhuc carpini, quantumvis exorticatz & in orbem, ac in pulpam à pastoribus casz ad conficiendas cruces & orbiculos precanos pro hominum deuotione.

*Bonau. c. 8.
Leg. Greg. 9.
Leg. antiqu.
Auton. tit.
13. c. 2. § 5.
Lepusculus
ab eo recede-
re non vult.

durus si in-
beras.

Piscis col-
dans.*

Celebrem hanc reddiderunt ædicularum, varia quæ in ea vel prope patruavit Franciscus miracula. Tres miraculosos animalium irrationalium applausus, refert Bonauen-tula; primum quod apud Gratum viuus viro Dei oblatus fuit lepusculus: qui liber in terra politus, cum posset, quo vellet effugere, vocante se patre benigno in sinum illius proprio cursu saltauit. Quem ipse pio cordis affectu circumfouens videbatur eidem comparari, quasi mater, dulcique allocutione commonitum, ne se iterum capi permitteret, liberum abire permisit. Cumque pluries in terra positus ut abscederet, semper in sinum patris rediret (tamquam si sensu quodam occulto cordis ipsius perciperet pie-tatem) tandem iussu Parris à fratribus delatus est ad loca solitudinis tuiora. Secundum, quod per lacum Reatinum eidem ad eretum de Gratio properanti pescator vnam ex deuotione fluvialem obtulit auem, quam cum libenter susceptra apertis invitaret manib[us] ad recessum, nec illa vellet abire; erectis in cælum oculis diu in oratione perman-sit; & quasi aliunde post longam horam ad se reuersus, dulciter iterato mandauit auicula ut Dominum laudatura recederet. Susceptra itaque cum benedictione licen-tia, gestu corporis quoddam prætendens gaudium, auolauit. In eodem lacu similiter oblatus fuit piscis magnus & viuus; quem more solito, fraterno nomine vocans, in aquam reposuit iuxta nauem. Piscis vero coram viro Dei iudebat in aqua, & quasi more illius allectus, nullatenus recessit à naui, nisi prius ab eodem cum benedictione li-centia sibi data.

*Mirabilia in
eo loco parva-
ta.

Marian. cit.*

In eodem eremitorio celebres illas natiuitatis Christi excubias celebrauit Franciscus, quando meruit infantulum viuum ex præsilio in vlnas elcuare, præsente & vidente su-prædicto equite Ioanne. Ibidem reprehendit fratres quod sumptuosius & lauius straue-rine mensas in eiusdem Natalis festiuitate. Ibi etiam molestum se præbuit somni & quietis perturbatorem diabolus, cœrical capiti sancti viri suppositum ingressus. Hic prophetauit magnam discordiam Perusinorum mox futuram. Illic propter comedium à se lardum in quadragesima votiva sancti Martini dum infirmaretur, accusauit se pu-blice, & tamquam glutonem reprehendit coram populo, quæ suis locis largius referen-tur. Iuxta calstrum visitur adhuc & obseruatur lapis in quem ascendit prædicaturus po-pulo: dum primum illuc peruenit, & vitiosos hominum mores extirpavit. Ex quo sa-pissime loci incolas & fratres vidisse flammas & igneos globulos veluti in cælum cōscen-dere testatur Marianus, seque serio cum testibus oculatis de hac re egisse, ubi etiam di-Quum quod tum propter viri sancti reverentiam, tum propter miraculosas has flammas trans-portatus fuerit mysteriosus lapis in Ecclesiam, aliasque partes religiosas, semper ta-men in pristinum redierit locum.

*S. Parri in
hoc loco ve-
figua.*

Exstant adhuc architecturæ Francisci dormitorium, oratorium & triclinium angusto XVII. ambitu contenta, neque enim omnium latitudo sex passus aut longitudo triginta exce-dit. Hæc humiliter absque superioribus contignationibus in ipsa area petræ fabricata sunt; quæ super hæc excreuerunt ædificia superiora, postea adiecta sunt, vel sancti Bo-nauenturæ tempore, ut quibusdam, vel posterius ut aliis placet. Habentur in veneratione refectorij mensa, ex qua sa-pissime cibum cum suis sumplit, & in sacrario ferramenta par-ua, miro modo elaborata & flexibilia, quæ secum deferebat frequenter ad hostias effor-mandas pro sacerdotibus pauperculis, tanta erat illius erga ipsos & Eucharistiz sacramen-tum deuotio. Inuisitum etiam ibidem arcta spelunca in qua per multos annos post gene-ralatum habitauit beatus Ioannes Parmensis, & sepulchrum prædicti equitis Ioannis iuxta altare præsepij. Miraculose etiam aliquando huius loci incolis Deus prouidit, se-cit enim sub guardiano Stephano Molina, sanctæ opinionis viro, & strictioris obseruan-tiaz in prouincia Romana inchoatore, ut cœrus lethali vulnere iæsus statimque moriturus lacum ingredereetur, cuius cardibus pauperculi fratres, qui nihil penitus, quo instauria brachionalia

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

bacchanalia esculentius celebrarēt habebāt, ventri aliqualiter indulserunt. Ad hunc item locum deuenientē, & noctū à recto tramite aberrantem deduxit Angelus in forma pulchri & adolescentis Minoritæ piz & præclaræ memoræ virum Franciscum Gonzagam generalem ordinis agentem; qui postquam cum paucis sacerdotibus & clericis solita & debita supremo prælato obsequia noui aduentus præstiterat & cum eisdem promore cecinit illam antiphonam: *Salve sancte patet ab omnium oculis euauit, quem eo usque cœnobitz reputarunt ex comitatu fuisse generalis, & ille ex cœnobitarum numero iudicauit.*

XVIII. Alium ultra duo millaria ab ipsa Reatinæ ciuitate obtinuit locum, superiori ad occidentem oppositum, non longè à quadam Ecclesia sancto Fabiano sacra, vbi accidit illud miraculum quo Franciscus deuastator plebani vineam ab in numero se visitante populo ex paucis relictis racemis tot vini dolia ministrare fecit, quotnumquam antea suppeditarit. Admirantibus itaque Reatinis beati Patis virtutem ac sanctitatem, summeque miraculum celebrantibus in id vniuersus Reatinæ ciuitatis senatus coiuit, ut ex publicis facultatibus eodem proorsus in loco, vbi id acciderat, cœnobium ædificaretur. Diu illud occuparunt patres Clarenzi, deinde fuit ob rerum penuriam derelictum, sed postea suauè & instantia cuiusdam Reatinæ Episcopi resumptum à patribus obseruantiz prouincie Romanæ. Huius loci Ecclesiam sub inuocatione sanctæ Mariæ de Foresta vel de natre, quia inter densas sylvas & lucos ædificatus, ipse Gregorius nonus ob sancti viri deuotionem consecravit, in qua dicti miraculi expressa sunt adhuc vestigia.

XIX. Tertium ad dextrum latus Grætij erexit domicilium in monte Rainerio, sive Columbæ, ita possidente cognominato, vbi in quadam petræ scissura tempore passionis Christi facta, quam nos profitemur regulam, Christo dictante, conscripsit, ut largius ad annum 1223. dicemus super præfata scissuram, seu speluncam ædificari curarunt fratres facellum in honorem Archangeli Michaëlis, à quo in speluncam descenditur. In alia etiam editiori parte collis cernitur oratorium B. Virginis Mariæ, ab ipso Francisco constructum, à quo per angustam semitam, in petra excauata peruenit ad Archangeli ædiculam. Miram incurit hic mons & frequentia quæ in eo habentur Francisci vestigia, cunctis spectantibus reverentiam & deuotionem. Vnde & Sixtus quartus iam Pontifex omnia perlustrare voluit nudis pedibus, monitusque à quibusdam Cardinalibus, præcipuisque sui comitatus viris ut saluti caueret, respondit: Locus iste sanctus est, ingrediensque in subterraneum facellum, seu speluncam illam, in qua condidit Franciscus regulam, flens circumstantibus, inquit: Hic locus ille est in quo Euangelica renouata est vita: hic à Deo data regula fratum Minorum. Magnæ est estimationis apud circumiuicinos populos hæc sacra domuncula cum adiacente conuentu, tum ob frequenter Francisci incolatum, tum ob exemplarem vitam ibidem inhabitantium, qui strictiori student regulæ obseruantiz.

XX. Nidificauit aliquando prope hunc locum cassita, & quotidie accedebat ad virum Dei ut cibum pro enutriendis pullis acciperet. Quos ut domum duxit & maior rostro minores appeteret, ciboque prohiberet vel priuaret, exosus sanctus vir tantam cibi auiditatem & erga sororulas inhumanitatem, tanquam ad rationis capacem, inquit: In humana & infatibilis alaudula, malam mortem obibis, nec erit ex carniuoris animalibus quod tuis velit carnibus vesci.

Ita sane paucis interpositis diebus euenerit, nam in vasculum aquæ, quod ipse vir sanctus apposuit ut epotarent, cassicula cadens suffocata est, ex quo extracta & cottis, canibusque studiosè proiecta, non erat qui illam veller attingere. Sunt qui dicant virum sanctum hic passum cocturam illam mirabilem ad oculorum leniendum dolorem, cuius inferius largiorem dabimus narrationem. Illud huius loci tribuunt sanctitati, quod proximo hoc sæculo prægrahdis quædam arbor facello eiusdem diui patris imminens, niuibusque onusta ruinam minaretur, anxiisque venerandæ caniciei pater, frater Stephanus à Molina de quo nos supra, tunc loci guardianus eam amorem coparet, ne sua ruina vniuersum templum conquassaret, quotquot in gyro fuerunt rusticæ eò, ut eam succiderent, conuenerunt. Cumque nihil, aut certe parum proficerent, essetque res plena periculo, pius ipse pater guardianus conuocatis exercitibus

Nuovo 10
hist. valle
Reatinæ.

Gonzag. in
prou. Rom.
con. 32.
Mariæ c. 13.
Convent. S.
Maria de
memor.

Cox. manuæ
Columba.

Infra. a. 9.

Diplicat. in
in animalia
voraciæ.

Anno 1215.
n. 1.
Hist. Rear.
M. S.
Gonza. cit.
con. 16.
Supra hoc
anno num.
17.

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
fratribus ad orationem confugit. Et ecce dum nihil minus cogitant, nullo impellente adeo suauiter, adeoque blande arbor testo adhazit, ut nullo absque discrimine, & absque vnius tegulz iactura iode amota succisaque sit. Quod in causa fuit ut & euentus miraculo tribueretur, & secularium deuotio supra modum exereceret. Auget etiam loci estimationem beati patris Thomae de Scarlino habitus, ibidem diligentissime seruatus, ad cuius contactum multi à multis curantur languoribus.			

*Con. Bodij
Busconu.
Hillor.
Reat M. S.
Gouza.con.
19.*

Ad sinistrum lacus Gretij in saxolo quodam monte iuxta Podium Busconis in honorem beati Iacobi Apostoli, quartam edificauit Ecclesiam, & domum coniunctam. Hic post plurimas dæmonis tentationes superatas, celebresque viatorias de eo reportatas certam habuit reuelationem de præteriorum peccatorum remissione, in cuius rei memoria, elegans in ipso reuelationis loco extructum est sacellum. Aliud etiam non longè distat, in quo cubitorum, pedum capitisque vestigia supra naturam duro lapide impressa visuntur. Extra ediculam in monte alia sunt dæmonis vestigia deformia & ingentia viva in petra relata dum gigantis phantastica forma sanctum virum à seruenti oratione, horribili suo aspectu voluit deturbare. In medio etiam itinere à cœnobio ad prædominatum oppidum alia est in lapide impressio quæ libri formam representat, nam cum ingens incideret pluia, veritus ne breuiarium madeficeret, apposuit ad quandam petram, sub qua etiam se volebat à superueniente nimbo colligere, quæ libro cedens intra se eum recepit, ita ut nihil ab aquatum sit passus illuvie. Receptaculum hoc lapideum in hunc diem perseuerat, atque eiusdem est omnino mensuræ cum sancti Patris Breuiario quod apud sanctum Damianum Assisi seruatur. Viget etiam in dicto castro memoria præstrix sanitatis cuidam iuuenculo, cui dum adeo exortaretur venter per quadriennium, ut nec ad tibias aut crura posset respicere, cum sanctus pater effulis precibus, & adhibito crucis signo matris reddidit incolorem.

Dum vero Franciscus in valle Reatina his edificandis intendebat cœnobiois, augendæque pietati & religioni studebat, non inane fuerunt nec tenues cogitatus sociorum, quos superiori anno ad diuersas destinarat prouincias. Illorum qui missi sunt in Hispaniam tres vel plures ultimam penetrarunt Lusiraniam, ex quibus notiores Zacharias & Gualterus, qui plurima passi opprobria, durisque repulsas Reginam adierunt Veracam Alphonsi secundi Lusitanorum Regis coniugem, Conymbrycæ degentem, quæ explorata hominum probitate, & mature per doctos viros illocum examinato instituta, egit cum Rege, ut admitterentur in regni incolas, & possent suæ sodalitatis exercere domicilia. Annuit Rex, & extra dictam ciuitatem ad D. P. Sacellum D. Antonio Abbati sacrum eis concessit, cui statim accreuit humile tugurium, in quo postea sanctus Antonius Parauinus Minoribus se addixit, cuius adhuc ibi recens memoria, & initiationis locus ostenditur, quem ego sepius invisi, dum per quadriennium ferme in Academia Conymbrycensi Theologiz operâ dedi. Perstiterunt hic per aliquot annos, donec commodiorem & ampliorem locum obtinuerunt ex altera parte Ciuitatis iuxta Mondam fluvium. Dum autem præsumtum facellum sub iure matris Ecclesiaz reductum ruinam minaretur, concessum fuit ad annum 1540. fratribus prouinciez pietatis inhabendum, ut tunc largius referetur.

*Conuent. Q.
Supp. men.
Gonzag. in
pro. Portu.
con. 1.
Con. Alan-
querij
Gouza.con. 2
Marc. lib. 6.
c. 18.
Valconsel.
in actis reg.
Lusit. sub.
Sancio. 1.
Dñs. Nô-
nius, dege-
nealog. reg.
Lusit. sub.
Sancio. 1.
Sancio prin-
cipi.*

Ampliorem eo ipso anno obtinuerunt zdem aliam Olyssippone, celeberrimo totius regni emporio, extera natione frequentissimo, & adiectis vndique ex ultimis Itidorum finibus variis opibus dictissimo. Crevit hæc zdes, quam sepius incolui, amplitudine, structura, autoritate, & magnificencia temporis excursu, ita ut inter prima fiducis domicilia possit habeti: à quo præcipuum suum habuerit incrementum, dicetur ad annum 1272. & quantum commendetur ab insigni miraculo & piis virtutis ibidem sepultis. Terciam adhuc occupauit ediculam hoc anno Zacharias in oppido Ierabrica, volgo Alanquerio, quod in patrimonium cessit Sanciz Sancij primi filiz, & Alphonsi z. germanæ sorori, quam perpetam Gonzaga Sancij secundi dicit vterinam. Mire & iuste laudant hanc heroidem scriptores à pietate, ab illibata castitate, à misericordia. Illius expensis extructum est cœnobium ad subter labentis alueoli ripam, longiusculè ab oppido, Ecclesiamque dicauit sanctæ Catharinæ. excepti hoc in loco anno 1219. quinque illi fidei athletæ apud Matrochium passi, sed per paucos ibi perstiterunt annos fratres; non enim pati potuit nobilissima heros Sancia, ut procul abessent.

ANNO CHRISTI 1217.	HONORII III. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 7.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

aberrant, aerisque offenderebunt manifesta insalubritate; quare ad annum 1222. com-
mutato suo palatio in cœnobium, eos illò deduxit, ut tunc largius dicemus. Adhuc
tamen Ecclesiæcula primi cœnobioli perseverat, quæ sepius me illuc transeuntem ad
piam primorum fundatorum excitabat memoriam; quam modo datis ad me literis au-
dio redicisci patrum prouinciaz Portugallizæ pietate; obtentamque à Philippo. 4. ut
per tres aut quatuor fratres, perpetuo in strictissima regule obseruantia victuros, tantæ
antiquitatis & pœnitentiae memoria conserueretur.

XXIV. Prætereundum hic non erat pius & singulare cuiusdam huius cœnobioli incolæ &
Zachariæ socij factum, quo quantum religiosis viris fugiendæ mulierum conuersario-
nes, ad oculum monstrauit. Prædictæ principi Sancæ familiaris erat domicella, ob
pietatem chara, nomine Maria Garcia, quæ religiosum, verè quæ religiosi erant
curantem, sepius inuisebat: quo nihil ei molestius, nec quod magis horreret aur
fugerer. Dum ergo semel orantem per nuncium interpellaret, rogaretque ut se
alloquuturus in Ecclesiam prodiret, illeque renueret, illa doinum pro mulierum
conditione, magis instaret cum lacrymis, suamque causaretur modestiam ex denega-
to sancti viri alloquio, & pia exhortatione, tandem importune rogatus accessit
ignem vna, paleas altera manu ferens; quas ut igni admovit, & subito succende-
rentur adiunxit: Domina, ideo tuum, quantumvis pius recuso consortium &
familiale colloquium, quia id ipsum quod paleæ ex approximatione ad ignem lucratæ
sunt, lucrantur etiam religiosi, qui cum fœminis familiaribus aut sepius colloquuntur,
ingentemque illum perdunt fructum, quem ex diuino alloquio & sancta oratione pos-
sent acquirere. Quo facto, quibusque verbis cum rubore pia pedissequa dilcessit, ne-
quaquam in posterum religioso importuna. Plutes ex nostris rem hanc referunt, sed
viri nomen non exprimunt. Id dumtaxat addunt sanctè vixisse, & obiisse, idque per mi-
racula constitisse: & sanctum Antonium Olissipponensem, dictum de Padua, adhuc
canonicum regularem in cœnobia sanctæ crucis Conymbrensi, cum ingenti claritate
vidisse eius animam ad cœlos ascendentem. In eo tamen errant Peregrinns Bononiens. & Marianus, quod afferant visionem hanc habuisse D. Antonium dum missam
celebraret Conymbrix; quod nequaquam verum esse constabit, dum suo loco largius
probabimus non inter canonicos, sed apud Minores presbyterio initiatum. Forsitan
inde sumpta errandi occasio, quod primi huius rei narratores scripserint inter missarum so-
lemnitas immissam cœlitus hanc visionem, potuit tamen his solemnis interessere, aut mi-
nistrasse, non tamen ea celebrare.

XXV. Quartum demum possedit monasterium B. Gualterus, Zachariæ prædicti socius
iuxta insulam villam Vimarani, vulgo Guimaraes, Brauarensis dieccesis in prouin-
cia Interamneni, quæ Dosio & Minio fluminibus cingitur, accepta area, sibi à piis
viris oblata, inter fundum, qui villa Viridis nuncupatur, & alium, cui Cabalinus
nomen est, vbi oratorium edificans, cum vitæ sanctimonia, tum miraculis clavuit,
quibus illius tractus homines ad frugem conuertit, ut fusi in eius vita ad mortis
tempus dicetur. Ob insalubrem acrem ab hoc loco translati fratres anno 1271. ad Xe-
nodochium, Albergaria vulgo nuncupatum, portæ turris veteris contiguum, sed hinc
denudò in pristinum redierunt locum, donec iterum revocati, in monasteriolo à se con-
structo & postea amplificato iuxta xenodochium habitarunt. Tandem exædificato am-
plo eis monasterio (in quo à studiis Conymbrensis per aliquot menses feriatus
sum.) opera Regum Dionysij Ferdinandi & Ioannis nec non ipsorum Vimaraniensium,
Xenodochij monasterium dereliquerunt quod dilatandis manibus oppidi fuerit im-
pedimento. Suis temporibus hæc omnia clarius distinguentur. Porro obtentum pri-
mum locum à B. Gualtero hoc anno præter alios quamplures scriptores docet ipse
Gonzaga in primo conuentu prouinciaz Portugallizæ, licet de hoc Vimarano agens
dubitare videatur an ad annum 1218. fuctint missi Gualterus hic & Zacharias in Lu-
sitaniam, quos tamen expresse afferit ipse in proœmio dictæ Prouinciaz & in conuentu
Olissipponen. eò peruenisse anno 1217.

XXVI. Felicius itaque successit Lusitanie fratribus, quam iis qui in Castella cum Bernardo
Quinta Vallensi remanserunt, neque enim aliud adsciuisse sibi in huic missionis auspi-
ciis inuenio domicilium præter unum ex Meridionali ciuitatis Toletanæ regione in lo-
co, cui vulgo nomen erat Bastida non procul ab urbis manis, vbi quidam afferat

Marianus.
M. M. citat
e. 29.
Civitas
general.
Peregrin
Bonomia
Gib. S. Fran
Singulare
documentum
fugienda
mulierum con
versacionis.

An. 1222. n.
jo.

Gonza. cos.
Addit. M.S.
ad prec.
Liber. in cō.
Vimar.
Monasterii
Vimarani.

Gonzag. in
prou. Castel.
an. 1.
Petri à Salas.

tau. in chro.
prio. Castel.
liber. cōs.
&c.
Conci. Tolé-
tana.

ANNO CHRISTI 1218.	HONORII III. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 8.	RELIGIONIS M. NORVM AN. 11.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

iam præexistisse quandam Ecclesiam D. Antonio Abbatii sacram iuxta quam per aliquale tempus in maxima paupertate, regulari disciplina, atque sanctitate perseverauerunt. Quum autem eorum duo Toletum die quadam elemosynam petituri, accessissent atque fortè fortuna ad forum in quo plures equites ac reliquum vulgus tauros diuexabant, peruenissent, à quadam nobili tanquam per iocum atque ludibriū audierūt habitulos se quidem dono, & taurum & ipsam plateam, si in medium procumpentes taurum ferocius post homines curvantem, caperent, remorarenturque. Cumque eius dīctis plures circumstantes nobiles ridiculose subscriptiissent, corum alter præmissa oratione atque de Dei bonitate, in cuius honorem & gloriam id cestulum speraret, omnino confusus ad taurum recta contendit, atque utroque cornuprehensum subbistere iussit, coegeritque. Quo tanto spectaculo commotus senatus Toletanus, cuius id munus erat, ipsis fratribus & taurum & plateam iuxta factam pollicitationem liberalissime tradidit. Illi vero ex administratis elemosynis eodem in loco vbi modo immaculatae conceptionis conuentus subsistit, qui non longe à Regia aberat, domicilium quoddam iuxta primuz illius sanctæ paupertatis normam erigi edificarique curarunt quem tamen Serenissima Maria Castellæ atque Toleti Regina, & Regis Sancij, cui *ferox* cognomen fuit, legitima vxor, quodam à se viso miraculo, quod iam referimus, perterrita propriis sumptibus adiuncta etiam sibi Regi parte, mirum in modum ampliavit, auxitque. Sedebat namque die quadam præfata Regina ad fenestram solitaria, dumque versus fratrum monasterium prospiceret, canistrum panibus plenum è cælo demitti, atque à viro quodam exceptum fratribus offerri vidit. Laborabant tamen tunc temporis maxima panis inopia fratres, refectionisque hora instabat. Qua rei nouitate perculta Regina, postquam illius panis particeps effecta, ac eius gustu suauissimo recreata exitit, & conuentum (ut prefati sumus) illustrauit, & fratres quos prius ut nouatores despiciebat, aspernabaturque, diligere atque frequentissimis elemosynis prosequi ceperit.

Hoc in loco commorati sunt ad quamplures annos, pauciores tamen quam velit xxviii Gonzaga, qui ad 167. ibidem persistisse asseverat, quod nequaquam consistere potest, si ut ipse paulò inferius affirmat, translati sunt anno 1477. ad Regiam domum Ioanni Evangelistæ sacram à Ferdinando & Elizabetha constructam. Si enim à posteriori numero subtrahas primum, romanebunt anni 1210. sexto post quos anno, ut supra stabiluimus, vel septimo, ut alij volunt missi sunt cum B. Bernardo à Quinta Valle patres in Hispaniam. Atque inde minus vero simile si ut Petrus Lazarus in chronicis prouincie Castellæ ex aliis refert, ad primum fanum D. Antonij per viginti annos habitarunt. Nodum hunc commodius soluemus, annorumque exactius dabimus computum, dum ad hanc ultimam deuenierimus translationem.

A R G V M E N T V M .

Valle Reatina transiens Assisum obtinet eremitorum S. Eleutherij. Assisi missis litteris pro conuocandis fratribus ad comitia generalia, immissa tentatio, à qua miraculose liberatur. Multa circa suos fratres futura hec in loco preuidit, & quam coercendi sint inobedientes, ostendit. Hinc Perusium abiit in montem Aluerne, & in reditu iubet nouiter edificatas ades dirus. Recensentur item quedam domicilia fratrum & monachum hoc anno extructa.

Supra n. 11. & legg. Legen. j. so- ciorum. Marian. c. 13. §. 11. **V**A T V O R. diximus anno superiori Franciscum extruxisse domicilia intra vallem Reatinam, quarum perficiendarum cura cōmissa sodalibus, Assisum pergens extra vallem in montibus prope castrum Quilitiani occupauit eremitorum sancti Eleutherij, libentissime sibi oblatum ab oppidanis, ut aliquos sui instituti ibi constitueret, à quibus instruerentur. Algebat hic ad Ianuarij finem intenso frigore, cui loci medea

ANNO CHRISTI 1218.	HONORII III. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 8.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 11.
medentes, assuerunt interius habitui aliqua præsegnina quibus calefacto corpore ali- quantum refocillabatur. Vocato porro ad se socio, dissui iussit assuta, rationem sub- iungens: frater ego positus sum aliis in exemplum, meaque vita norma est aliorum. Nul- lum hic noui latere piaculum, vbi spissiori aut reconcinnata veste corpus meum expe- tior indigescante oculos tamē habeo plurimos ex nostris fratribus, qui restaurata etiam, aut meliori opus habeant veste, nec tamen eam poterunt sibi vndique conquirere. In hu- iusmodi ergo necessitatibus tolerandis debeo esse quasi unus ex ipsis, ne mihi videat plus indulgere, quam illorum compati inopis: atque sane illi libentius suas fuerent ne- cessitates, dum meas viderint sponteas. Monent ad hoc factum tres socij ita semper Franciscum cum suis egisse, ut non modo loquendo, sed etiam tacendo monitoris partes obie- rit, & discipulos plus docuerit exemplo quam verbo, quodque licita suo subtraxerit cor- pori, ut erubescientius filii ad illicita declinarent.	Ad exemplū aliorū modū regni vult. remunere.		

II. Hinc ut ad Matrē Angelorum peruenit, considerauit motus cœlitus, quam amplas suum institutum emiserit propagines, & quanto fructui possit esse rei Christianæ ita ad vniuersas diffunderentur regiones. Plures fuisse expendit ad quas non transtierunt, & in iis ipsis, ad quas missi erant fratres, scire voluit quid egerint. Statuit itaque ad comitia ge-
neralia ex vniuersis locis eos conuocare, destinatisque ad singulas prouincias litteris, mo-
nere conuentum hunc celebrandum sub festo Penthecostes anni subsequentis. Dum au-
tem altè de his meditaretur immissa ei valida tentatio spiritus, quæ omnem procul abi-
get gloriā inanem, quæ ex tanto opere, & tam insigni prole posset subrepere. Per plures dies durauit hæc molestia, quam multa prece & lachrimis voluit superare. Inten-
sissime tandem orati insonuit vox cœlestis: [Francisce si habueris fidē ut granū synapis, &
dixeris monti ut transeat, transibit.] Ignatus ille sensus oraculi, clamans addidit: [Do-
mine qualis hic mons? Cui responsum?] Mons est tentatio, & Franciscus magno lachry-
marum impetu subiunxit humiliter: [Fiat mihi Domine scut dixisti. statimque sublata
omni tentatione perfidam obtinuit spiritus tranquillitatem.]

III. Tuac accedit ut cùm aliquando vir sanctus in sancta ædica oraret, videret ipsum lo-
cum veluti exercitu dæmonum circumquaque obfessum, nullus tamen introeundi adi-
cum inueniebat. Interea frater quidam, qui illic morabatur, iræ & impatientiæ impetu
permotus pro vindicta criminationes in confratrem fabricabat, sicque ostio charitatis
disrupto viam intrandi diabolo præbuit. Statim namque vidente beato Francisco unus
dæmonum intrauit & fratrem illum seu visor aggreditur. Aduertens itaque prius pa-
ter & pastor ouiculæ à lupo deuorandæ periculum, eundem fratrem quantocius aduoca-
ri iuber, cui præcepit ut venenum odij corde conceptum manifestando euomeret, per
quod traditus erat in manus inimici. Territus ille vulnus detexit, culpam agnouit, ve-
niā cum pœnitentia humiliter postulavit. Quia impetrata ac fratre reconciliato, coram
oculis beati Patris dæmon aufugit, & ouicula sedulitate pastoris de faucibus trucu-
lentæ bestiæ erupta Deo ac beato Francisco gratias retulit, atque deinceps huiusmodi
pericula præcauit.

IV. Eo etiam tempore duo fratres venerunt de Terra laboris, quorum antiquior nonnulla
intulit scandalum iuniori. Cum autem peruenissent ad patrem, quæsiuit ille à iuniore qua-
liter erga ipsum se frater socius habuisset in via: quo respondente, utique satis bene
subiunxit: Caeve frater, ne sub humilitatis specie mentiaris, scio enim, scio, sed expecta
modicum & videbis. Miratus est perploratum frater, quomodo tam absentia per spiti-
tum cognovisset. Igitur non post multos dies contempta religione foras egreditur, qui
scandalum fecerat fratri, & à patre nō petierat veniam, nec correctionis debitam recepe-
rat disciplinam, simulque duo in una illius claruere ruina: & equitas scilicet diuinæ iusticie
& perspicacitas spiritus prophetæ.

V. Vnum & alterum dedit tunc exemplum in ipsa illa æde de inobedientibus fratribus
durius puniendis. Noluit quidam frater collum iugo obedientiæ submittere. Vocatum
ad se inobedientem vehementer increpauit, deinde iussit ut vestes exueret. Deduxit mox
in altam soueam, præcepitque fratribus, ut stanti terram circunducerent, & viuum ita
subterrarent; fecerunt ita fratres, fossamque replicerunt, donec ad mentum iam frater coo-
petiretur. Cui tuac Franciscus: Es ne mortuus frater? Quo humiliter respondent: Ita
pater; vel saltim propter meum peccatum mori debueram. Iussit prius pater, ut extrahere-
tur, dicens: Surge, & si verè mortuus es, ut probum religiosum, in mundo & concupiscentiis

ANNO CHRISTI 1218.	HONORII III. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 8.	RELIGIONIS M. NORVM AN. 11.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

mortuum decet, obedito prælatis ad nutum, nec amplius relucteris præceptis, quam homo mortuus qui in nullo potest repugnare.

Bonau.c.6. Alias accidit ut præsentaretur ei alter ex fratribus, qui contra legem inobedientiæ aliquid fecerat, disciplina iustitiae corrigendus. Videns autem vir Dei fratrem illum per signa accidentia veraciter esse compunctum, ad indulgendum ei amore suit humilitatis inductus. Ne tamen facilitas venia, incentiu[m] esset aliis delinquendi, iussit ablatum fratri capitium in medio flamarum proiici, ut omnes aduerterent quanta qualique vindicta offenda sit inobedientiæ percellenda. Cumque per moram capitium fuisset in medio ignis, præcipit ipsum flammis derahi, reddique fratri humiliiter pœnitenti. Mirabile dictu[m]. Extrahitur capitium de medio flamarum, nullum habens adiunctionis vestigium, sicque factum est, ut hoc uno Deus miraculo, & sancti viri virtutem, & humilitatem pœnitentiæ commendaret.

Post h[oc] ne repereret domi, vt suos inuiseret Perusij commorantes, illuc se contulit, VII.

Concen. S. Mariae de Ferrero. quibus sancto exemplo & feruenti exhortatione feruorem addidit & virtutem. Hinc deinde declinans iuxta Columbellæ oppidum, quinto à Perusio lapide, obtinuit à patribus Benedictinis Ecclesiam sanctæ Mariæ de Ferrero, quam in cœnobium crexit, quod Gonzag. in glorio[m] martyris Iustini sacro corpore nobilitatur. Ibi per aliquale tempus h[ab]uit assiduus pro. t. Frā. con. 43. Historia M. in oratione, cuius continuo geniculationi marmoreus cessit lapis, ut genuum impressa S. eiusdem vestigia in hunc usque diem testantur. Hic secundo prædixit vir sanctus fratri Eliz. mag. Gonzag. ibi. lum exitum ob innaram superbiam, in cuius rei memoriam erectum ibi deuorum facel. con. 47. Hist. M.S. lum adhuc conservat. Alium etiam tunc occupauit locum ad milliare unum ab oppido eucl. prou. montis Louis sub inuocatione sanctæ Mariæ de Scarzola, concessum & edificatum à piiss. Pisan. lib. 1. conf. 8. Con. S. Ma- à Fulgine: ibique iacere ait Pisanus corpus beati fratris Sensi, viri memorabilis & admi- rabilis.

In hoc regressu è Perusio contigit, quod reserit Bonauentura, de efficacia orationis viri VIII.

Bonau.c.10. Dei. Obuius ei factus Abbas Monasterij sancti Iustini de Episcopatu Perusij, celeriter & devote de equo descendit, ut & viro Dei reverentiam ficeret, & de salute animæ aliqua cum ipso conferret. Tandem habita collatione suavi Abbas abscedens orari pro se humiliiter petuit. Cui vir Deo charus respondit: Orabo libenter. Patrum itaque discedentia. Efficacia orationis S. Francisci. te Abbate, dixit fidelis Franciscus ad socium, expecta frater modicum: quia debitum uolo soluere, quæd promisi. Orante autem illo, subito Abbas insolitum calorem & dulcedinem haud tenus inexpertam, sensit in spiritu: ita quod in excessu metus effectus, torus à seipso in Deū deficit: parua morula sublittit; & in se reuersus, virtutē orationis S. Francif. cognovit. Maiore prædicta circa ordinem sacerdotum amore flagravit, multisq; factū pro miraculo retulit.

Abit in monte Aluernum. Porro à Perusio vir sanctus ad solitudinem Aluerni montis perrexit per viam montis acuti, & superiorem partem vallis Capresij. Dum autem transiret per Ecclesiam sancti Pauli, aliis Poli, quæ tunc resarciebatur, videretque duos clementarios molestè & frustra laborantes in eleuando adaptandoque ostij cardine, ob propensionem erga Ecclesias a de monte reparandas & compassionem artificum, quem bini non poterant eleuare lapidem, sol. Aluet. c. 3. Cedit ei lap- sis durus. lus suo loco reposuit. In hoc eodem itinere iuxta castrum Capresij ostenditur longus & largus lapis, super quem Capresiani tradunt sanctum virum fessos attus reclinasce, eiusq; corpori duram petram qualibet molle culcitum cessisse. Huic concavitate ad formam hominis expressæ plurimi se inserviunt ex deuotione, sed i[us] libentius qui renes dolent, miraculo enim ex facti viri vestigio se sanari comperiunt.

Gustus ac-cessus ad monasterium Al- serna. Præter hanc vicem primamque, quam supra retulimus, aliis quatuor ad sacrum monasterium accessisse monent Marianus & Miglius citati. Constat in reditu ex Oriente illuc abiisse per viam eremi Camaldulen. cum Cardinale Hugolino ut tunc dicetur, & per viam Aretij quando facta recepit stigmata. Incertum est præter h[oc] aliud tempus, licet constet illuc transisse volunt, seq[ue]ti ei concessisse tunc eremitiorum S. Pauli secundo à castro milii, valde deuotum. & solitarium, asperu[t] tamen & satis acerbum ad vitam tansigendam, proindeque à sancto Antonio Parauino, ibidem aliquando commorantem (vulgo Cerbaio) Cerbarolū dictum. Similiter traditur per viam Florentiæ co[n]tendisse per monasterium Pominum, ubi apparet fons viuis, è viuo lapide manans, quem eduxisse volunt Fra[n]cesci.

- | ANNO CHRISTI
1218. | HONORII III.
ANNO 5. | FREDERICI II.
IMPER. AN. 8. | RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 11. |
|--|-------------------------|--|--|
| XI. Ex hoc monte per aliquot menses instructis filiis redit Assisium, vbi dum vidit ad latum cœnobiali capaciorem, commodioremque domum extructam, quam stricta præscribebat paupertas, indignabundus ascendens in tecum aduocatisque quibusdam ex sociis à culmine totum voluit dissoluere domicilium. Idque proculdubio fecisset, nisi opportune commoneretur à ciuibus suas illas zdes esse, propterea que construxisse ut fratres quotidie aduentantes, quorum cœnobium capax non erat, haberent vbi se colligerent, neque sine sui nominis opprobrio & ciuitatis dedecore, iam amplius sibi licere, vt absque vlo hospitij aut domicilij genere iacerent in campis. Proinde id sibi iuris seruasse communarem Assisi, vt suo nomine in illo hospitio fratres recipereantur, & huic ministerio zdes dedicasse dixerunt. Quod vt vir sanctus audivit, descendens vir: Si vestra est domus hæc nolo eam tangere, eam omnino relinquo, neque mihi aut meis quidpiam in eam iuris aliquando licet assumere, eam ipsi curate. Quod & fecerunt Assisiates, nam eam libere deputarunt fratrum necessitatibus iniuncta cura ex facto statuto, vt quisquis esset prætor ciuitatis, eam quotannis dum opus esset, resarciret; quod per plurimos postea obseruatum est annos. | | | Legen. 1. so-
ciorum Ma-
ria c. 11. 4.
1. Specul.
vita Franc.
c. 7.
Dirui manus
ades iubes. |
| XII. Circa hunc annum in summitate montis Spoletani, qui mons Lucus dicitur inter confertas arbores cœnobium extruxit vir sanctus, deuotioni & contemplationi accommodum. In Ecclesia in sacello B. Bernardini iacet B. Franciscus Papien. In sacello B. Francisci Papien. iacent B. Demetrius Insuber & B. Antonius de Zegrinis Pisanus, suis locis dignè laudandi. In Hispania aliud circa idem tempus acquisitum domicilium intra oppidum, quod Carrion de los Condes Hispanie nuncupatur, cuius refectionem per suas commendavit fidelibus Eugen. 4. anno Domini 1436. quæ occasionem præbuerunt quibusdam, vt sub hoc Pontifice auspicatum purarent. In huius loci Ecclesia admirandæ religionis & sanctitatis P. Franciscus Numantinus (vulgo de Soria) tumulatus quiescit, qui Sereniss. Nauar. Regi à sacris confessionibus extitit, atque apud eundem pro Ioanne eius nominis. 2. Castellæ Legionisque Rege honorificentissima atque felicissima legatio eae functus est, quique iuxta Ferdinandi Piretij à Gusmanio in suis chronicis sententiam, plurimis miraculis post obitum claruit. In Cathalonia item aliud coxum cœnobium fundit, Mariz de Iesu sacram exerxit senatus Balagarij citerioris Hispanie urbe ad Sicoris fluvij marginem, circa quod reparandum & manutenendum magnam semper posuit curam, & solicitudinem ex sua deuotione prædictus senatus. | | | Con. manu-
Luci.
Gonz. im-
prou. S. Frac.
con. 7.
Idem prou.
Concept.
conc. 5.
Con. Carrion-
nen. |
| XIII. Duo præclara crecta, saltim inchoata, hoc anno pro Clarissim monasteria, vnum Perusij, quod edificari curavit sub titulo S. Mariæ montis Lucis Illustriss. Dom. Hugolinus Cardinalis ordinis protector, in fundo quem nobilis vir Giotto Monaldus ciuius Perusij ad hunc finem testamento legauit. Situs sedè perquam amarus vlera modum mihi arrisit, hoc monasterium visitanti anno, 1619. & summoperè exhilarauit magna opinio sanctitatis & religiosæ conversationis monialium, quam semper tenuerunt ab anno 1448. quo eas B. Ioan. Capistran. ad sanctiorem viuendi normam reduxit. Alterum monasterium teneat sumpit initium Burgis in Hispania, in parochiali quadam Ecclesia gloriose Virginis dicata, qua etiam de causa eiusdem Virginis titulo, usque ad obitum S. Clare insigniebatur. Hac vero inter sanctas relata ab ea nomen obtinuit. Lente processit opus, nec ad perfectum deductum neque res omnino dispositæ aut moniales plenam firmam habuerunt vice normam, neque perfectam, donec destinatis in urbem quatuor ex ipsis (quod non adeò insolitum ex parte in sanctimonialibus, donec per regulam Clarissim datam id expressè prohibueret Innocentius & Urbanus quarti) Gregorius nonus an. 1234. Pontificatus sui octavo regulam dedit, & autoritatem Abbatissam eligendi per peculiare diploma, quod illo ministrabimus anno. Invenienti autem huius monasterij ruinæ occurrit vir deuotus & nobilis Ioannes à Salmantica Pollanco ciues Burgensis consumptis in eius redificatione ab anno 1515. usque ad 1545. triginta millibus coronatorum. Jacet in choro non absque honore, deuotissima & admirandæ religionis soror Elizabetha à Turti, cuius vitam & facta laudabilia ampliori sermone suo dabimus loco. | | Monast. Mi-
tu. Luca.

Gonzag. in
prou. S. Fra-
cis. in conu.
Monial. 1.
Hist. M. S.
illius prou
Monast.
Burgos.
Gonz. im-
prou. Burg.
in conu. Mo-
rial. 1. | |

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

ARGUMENTVM.

Celebrat Franc. comitia generalia ad miraculorum numerofa, quibus interfuit summus Patriarcha Dominicus fratrum consilio, & studio circa animarum salutem suas artes demoni opponit. Misiuntur fermè in omnes orbis partes predicatores. Franciscus ipse reiecit cura Monialium in Cardinalem Ostiensem, qui eis regulam prescribit, transit in Orientem cum plerisque socijs; Soldano & Saracenis predicit, Syriam Palestinam, & regiones alias perlustrat, ubique fidem confirmans, & suum instituum adaugens.

E L E B R E M reddiderunt hunc annum generalia illa & magna comitia, ad quæ missis superiori, ut diximus, anno literis conuocauit Franciscus suos sectatores, qui in eunte iam vere, vndeque ex remotissimis etiam terris accurrebant. Habuit autem vir sanctus ante ipsum conuentum quædam tractanda cum Hugolino Cardinali, agente legatum Pontificium Perusij, vbi oportuit per aliquot dies immorari. Superueniente autem ex Urbe S. Dominico utriusque familiari, & aliquando colloquentibus, de lib. 1. arbit. que re Ecclesiastica serio agentibus, interrogavit Cardinalis: An eis placet, ut sui sectatores promouerentur, ad Ecclesiasticas dignitates? namq; eam sibi iuditam dicebat opinione, non secus eos Dei causam acturos, & committendos sibi greges sollicite retruceros, quam primos illos Ecclesiæ pastores, qui in magna rerum paupertate, abunde suas pascebant oves sanctissimæ virtutis exemplo, sanctis & salutaribus documentis in charitate non fida. Quis posterior responsum redderet, & humiliter proloquentem sequeretur pia humilitate contendebant sancti Patriarchæ; donec tandem importuna sui amici prece vietus Dominicus, inquit, Franciso: Tu me vincis humilitate, ego te vincā obedientia. Deinde conuersus ad Cardinalem, subiunxit: Domine, in bono & sublimi gradu sunt fratres mei si hoc velint agnoscere: quid enim honorabilius, quam ceteros ex alto doceare, quidque bonis mentibus desiderabilius, quam ut fidem & Ecclesiam Catholicam propugnant eiusque inimicos propellant. Quare ego omnino eos velim in suo se statu continere & quantum ego valuero, ut ita fiat, curabo. Subnexuit deinde Franciscus: Domine, Minoris ideo vocati sunt fratres mei, ut maiores fieri non præsumant. Si vultis ut faciant fructum in Ecclesia Dei, tenete illos, & consecrate in statu vocationis eorum & ad prælationes Ecclesiasticas nullatenus ascendere permittatis. Quibus responsis mirum in modum edificatus est Cardinalis, laudavitque sanctorum virorum sanctam humilitatem, nec tamen iudicium depositit, pro corrupti temporis conditione tales ministros Ecclesiæ summi profuturos.

Refert ad hæc frater Leo Socius tunc sancti Francisci, qui præsens omnia vidic, multa Legem. 1. So. inter se colloquutos Sanctissimos Patriarchas ad animarum salutem, & Christianæ fidei ciorū. Pisani. nitorem & augmentum. Deinde de suis institutis largius egisse, inuicem de rebus suis in lib. 1. capl. 12. Pelbar. terrogasse, tandemq; Sanctissimum Patrem N. Dominicum adiecisse: Frater Charissime, serm. de S. propter magnam meam tecum necessitudinem, præcordiale erga filios tuos amorem & Francisc. pacis fraternitatisque inter tuos & meos stabilitatem utroque gauderem sub una reli- secessitudo in- gione militare, ut quos Patrum firmus amor ita coniunxit, religionis aut vitæ disparitas ser utrumq; non dissoluat. Cui summa humilitate Franciscus: Diuinæ est voluntatis amantissime fra- Patriarcha. ter, quod factum est, ab eaque ordipatum est diuersas à nobis fundari religiones ut variis que varietate, præceptorum diuersitate illorum rigore, & horum levitate varietati subveniatur humana infirmitatis; & quibus hæc non placent, illa non displiceant; quibus una dura videatur, altera lenior appareat, & sic non unius religionis angustias Deus animas perdat, sed alterius capacitate lucretur, sunt qui putauerint hoc initum colloquium in Urbe, quos ego sequutus sum in collectione opusculorum S. Patriarchæ, sed magis cre- Tom. 1. col. 10. dendum hic iudicaverim B. Leonii testi oculato, ipsiusque huius itineris socio. Qui & alia addit de confirmato & stabilito variis iudiciis firmo pacis & amicitiz sedere inter eos eorumque posteritatem, & amica humilitate, sanctaque importunitate vicisse sanctum Dominicum ut veller & Franciscus suum præceptorum seu nodosum cingulum

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

guluni concedere; quod sub exterioribus vestibus scribunt post B. Leonem & Bernardum de Bessa Bonauenturę socium, Georgius Coluenerius Professor Louanien. in notis ad Thomain Cantipratananum & plures alij perpetuo gestasse in indissolubilis nexus charitatis symbolum perpetuum. Demum in valedictione uterque, inquit Leo, suis discipulis alterius commendauit reverentiam, laudauit vitam, & exulte sanctitatem.

III. Peractis cum Cardinale rebus suis, redies Assisi Franciscus, comitia celebraturus dum in via humilitatis virtute & perfecta hominis abnegatione sermonem haberet, inquit in spiritus feroce ad socium Leonem: [Charissime frater, non mihi video, neque sum frater Minor, nisi cum omni humilitate & eadem animi serenitate, tranquillitate agam aut perferam, quæ in exemplum tibi configo. Vocatus magna reverentia & deuotione à fratribus ad comitia hæc nostra iam celebranda, rogatusque humiliter ut eis propnam verba salutis, si postquam eis prædicauero, quæ spiritus suggesserit, insurrexerint in me, & sermonibus odij circumdederint me dixerintque: Nolumus te regnare super nos, verecundamur enim ad tantā hominis idiotæ ignorantiā, cui facundia nulla, scientia nulla, prudentia rerumq; experientia perquā exigua, quare de cetero non audeas nostrū te dicere prælatum; hisque & aliis similibus illatis opprobriis, si tandem me extra dominum capitularem elecerint cum contemptu & vicuperiori: nisi ego hæc omnia eadem facie, immoto vultu, & constanti mentis serenitate, audiam, admitemque, qua laudantes & honorificantes excipio, verum me religiosum haud tenseo. Et sane in honorificentia periculum est animæ mez, cum propter auram inanis gloriæ, cum propter prefectorū periculum: at in opprobriis occasio est merendi, nec pulsus regimine tencor tot animarum reddere rationem.]

IV. Congregata autem vniuersa multitudine, quæ ad hunc conuentum Assisianum ^{Quing; mil-} concurribat, recensita sunt ultra quinque millia fratrum. Sane incredibile videtur ^{llo fratrum} in tam paucis annis pauperculum institutum ad eo excreuisse, ut præter eos, qui ^{conuentus} in cœnobiosis ad diuina & domestica remanserunt officia, tot conuenirent, nisi ocu- lati testes, Francisci socij, viri sanctitate & doctrina commendabiles, Bonauentura eius ^{Legen.; So-} socius, Bernardus à Bessa innumerique alij id firmiter assuerarent. Illud mihi incredibilius aut vero minus simile, quod habetur in sermone 16 corum quæ sub extraordinario- ^{c. 4.} rum nomine D. Bernardino tribuuntur tomo 4. videlicet quibusdam post hunc annis, ^{Bonau. c. 4.} impressis iam Francisco stigmatibus, conuenisse triginta millia fratrum ad aliun gene- ^{Plaurus I. 1.} ralem conuentum. Non dubitem satis iam aucta sodalitate ingentem conuenisse flumen- ^{de bon. stat.} rum ad ultima comitia à Francisco celebrata, vel ea porissimum allectum & attractum ^{relig. c. 3.} ratione, ut patrem suum & institutorem videret, nostræ redemptionis pignora gestan- tem, & viuam Salvatoris idæam effectum. Attamen ad terdena millia peruenisse nec pu- ^{Vide in ptn} tem, nec credam illorum sermonum authorem (sive is sit Daniel à Purziliis I. L. Pataui- ^{cip. tom. 4.} nus, qui à Bernardino prædicante excepta in unum redigit, ipsumque nominat sepius ^{epistola} cum honore Bernardinum sive quis sit alius) hunc numerum statuisse, sed auctos à cal- ^{ad elector.} cographio calculos, sive notas adiectas & pro. 3. millibus ex errore apposuisse. 30. ^{& form. 1.} millia.

V. Ut superuenit sanctæ multitudinis rector, rebus prudenter suauiterque dispositis, sub profecto Penthecostes felix habuerunt comitia principium. Non se potuit continere sanctissimus Patriarcha Dominicus quin tam celebri conuentui, à suo dilecto amico celebando, euocatis secum Perusio septem sociis interesset. Id sibi statuerunt semper ma- ^{S. Dominicus:} gni honoris nostri scriptores, ut tanæ sanctitatis & dignitatis vir Capitulum hoc sua suo- ^{magni huic} runique sodalium præsenzia decorarit. At Ferdinandus del Castillo, candidus Prædicatori- ^{interfusæ con-} oris ordinis Chronologus, de hoc subdubitauit, non quod nobis hanc inuidet felicitatem ^{uenient} aut honorem, sed quod temporum seriem poterit non coherere, neque Dominicum ^{Cathol. lib. 1.} tum procul agentem potuisse Assisium venire. Ita enim itinera & residentiam sancti vici discurrēdo partitur, ut hoc anno circa festum Penthecostes eum in Hispania constituat, idque evidenter probatum supponit ex donatione quadam facta ordini Prædicatorio Majoriti. æra. 1257, id est, anno 1219. mense Maio; cuius instrumentum autographum in suam historiam transcriptum cap. 41. Ego vero nullum ex vetustis aut probatis recentioribus S. Dominicī vitæ scriptoribus inuenio, qui expresse aut assueranter Hispaniæ iter hoc anno reponat. Conueniunt sancti ad Hispanos post sui ordinis confirmationem ^{c. 11.} transisse.

ANNO CHRISTI	HONORII III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1219.	ANNO 4.	IMPER. AN. 9.	NORVM AN. 12.

Anton. sic.
 21. c. 4. § 1.
 Cast. c. 4. & 10.
 transisse, quo tamen anno non omnes explicant: habeo tamen plures & grauiores testes
 ipsius instituti Prædicatorij, qui determinatum annum constituant. Hamberti M. S.
 chronicon, siue ab ipso, siue eius mandato compositum. Bernardus Guido in commen-
 tario de rebus ordinis Prædicat. etiam. M. S. Antoninum, cui ex recentioribus quidam,
 teste ipso Castillo subscriptum, & Antonium Senensem in chronicis folio 31. annum sta-
 tuunt. 1218. Eudem supputat Ioannes Mariana, dicens: [Dominicus se hoc ipso anno,
 (videlicet 1218.) in Hispaniam reculit, diplomateque quod à Pontifice Romano abstule-
 rat, Regibus & Principibus promulgato, eorum consensu aliquot domicilia præcipuis in
 urbibus sociis constituit, primum Segobiz, Madriti alterum, tertium Cæsaugustz, &c.
 Deinde ipso anno (ait) quo Dominicus in Hispaniam venit, Barcinone noua piorum ho-
 minum instituta sodalitas est nomine D. Matia de Mercede.] Incidisse autem hanc in-
 stitutionem in annum 1218. præter Marianam docent Aubertus Myrzus, Francis-
 cus Menzenius quantumvis quidam in hoc varient, secundum diuersos ordinis progres-
 sus, Hieronymus Zurita, Garibaius, & alij. Et profecto numerum hunc annorum omnino
 confirmant ipsius sancti vestigia in iis, quæ fundavit monasteriis. Etenim in Segobien. in
 superliminari lapide facelli, per quod ex adyto seu sacrario transitur ad sacellum ma-
 jus incisa est hæc memoria: *Hic seruantur multa reliquia sanctorum, & corpus sancti Corbalani*
socii Patris nostri sancti Dominici, qui obiit in hac aede an. 1218. In æde etiam monialium Ma-
 dricensi in penetralibus monasterij, est sacellum, cui superposita antiquissimis characte-
 ribus hæc inscriptio: *anno D. 1218. venit P. M. S. Dominicus in hanc aedem, & rem sacram fecit*
in hac edicula, & in eadem plures puellas suo vestiuit habitu. Denique in eodem monasterio
 est codex quidam M. S. vetustissimus infra citandus à sancti viri socio exaratus in quo
 hoc idem expressius affirmatur. Abiit ergo in Hispaniam anno. 1218. inde deinceps regre-
 diens per Galliam visa etiam Lutetia, venit Romam ad initium huius anni. 1219.

Neque sane quidpiam est solidum quod huic assertioni refragetur, quod enim obiicit VI.

Castillo omnes vitæ scriptores dicere S. Dominicum in ipso regressu ex Hispania Bononi-
 am peruenisse & inde Reginaldum Parisios destinasse ad finem anni. 1219. sane mihi
 aliter conspicitur. Nam Theodosius ab Apoldia (quem perperam Castillo vbiique Tho-
 dom vocat, sed merito laudat ab antiquitate & fide historiz, eique plus cæteris chrono-
 logis tribuendum dicit) nulla facta Hispaniz mentione antecedenti quæ ad iter Bononiense referatur, ait lib. 3. c. 9. sanctum virum anno 1219. Lutetiam venisse, & exinde in
 astate Bononia, atque hinc c. 10. affirms Reginaldum missum Lutetiam. Cum autem c.
 7. regressus ex Hispania meminit, illum sub indeterminato & incerto ponit tempore, di-
 cens: *Quodam tempore ab Hispanis reuertens B. Dominicus &c. & c. 8. solum refert*
 duo in Hispanis cænobia, neque quidpiam præter hæc habet, unde certo possit ex eo col-
 ligi hoc anno ad Hispanos transuisse, aut eodem anno quo ex Hispania rediit, Reginal-
 dum Lutetiam mississe. Deinde Ioan. Antonius Flaminius huius missionis Reginaldi ad
 Parisienses non meminit, imo sub anno. 1218. omnia sancti Dominici gesta à receptione
 Reginaldi miracula Romana, translationem monialium, iter in Hispaniam, monasteria
 ibi constructa, & cætera usque ad redditum in Bononiam sub anno 1219. describit sub fi-
 ne libti primi & initio secundi. Ioan. Garzon. apud Leandrum Albertum vere Do-
 minicum in exitu anni 1219. Bononiam venisse ait, sed an eo anno missus fuerit Lutetiam

Reginaldus (quem perpetuo vocat Arboldum) inferius non explicat. Imo apud hunc ob-
 scura & confusa satis est rerum & historiz series, quippe altero anno post miracula Ro-
 mana, Neapoleonem ad vitam reuocatum, moniales in æde sancti Sixti congregatas &
 reclusas, quasdam ex eis sanatas, demum à diaboli terricula mentis cæteras liberatas, aliisque
 huiusmodi quæ ex omnium sententia anno 1219. patrauerat, ait Dominicanum in His-
 paniam profectum, quare ex huius discursu vicefimū post millesimum & ducentesimum sta-
 tuenda est Hispanica profectio; cui obuiant cæteri scriptores, & ratio temporis dum eo
 anno apud Bononiam. ad Penthecosten généralem synodus sui celebrauerit instituti.
 Demum Antoninus quantumvis scribat Reginaldum hoc anno ad Parisienses destina-
 tum, non id factum dicit in regressu ex Hispania, quod abiisse ait S. Patriarcham statuto
 & signato anno 1218.

In tanta itaque varietate scriptorum, & narrationis obscuritate quid certo ample- VII
 stendum, profecto ambiguum est, nisi dum nullus sit, qui expresse afferat, aut clarius
 insinuet, quod velit Castillo, illud tanquam rationabilius & verius statuatur, quod ma-
 nifestius

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
<p>nesciis stabilit Antoninus & confirmarunt alij graves chronologi Nullum refetur S. Dominici factum anno 1218. à quopiam authore, quod profectionem Hispaniam non compatiatur: & profecto vel ex ipsa mukitudine, & qualitate rerum, quæ determinate ab authoribus in annum 1219. congeruntur, supra quam probabiliter, ne dicam certo habetur in hunc annum incidisse non posse iter Hispanicum. Hoc anno è Transtyberina re- gione ad montem Auentinum transstulis moniales dominica prima quadragesima, quæ Apoll.lib. 1. c. 8. incidit in 12. Kalen. Martij, ut expresse refert Theodosius ab Apoldia, & ex eo plures alijs dominica secunda sancto & salutari sermone instruxit, deinde alia apud eas & in urbe patravit, quæ Romæ sticisse virum sanctorum saleum usque ad Martij principium cui- denter probant, ut vel ipse Castillo faretur. Hinc peditem (ut ei iheros & religionis erat) Castil. c. 40. Hispaniam dicit appulisse Segobiz prædicasse, sedem suis obtinuisse, alia etiam Madridi occupasse, & præsentem fundamenta iecisse, propriisque manibus laborasse in conuentu monialium Maioriti, ad sufficientemque habitationem deduxisse earum, quas ipse ali- gnato confessario, reclusus. Dehinc Caesarugastam venisse, illicque prædicasse, postea per Tolosam Parisos, hinc ad Bergomates, apud quos per multos dies commoratum ait Flaminius; tandem Bononiam pervenisse in mense Septembri, quæ omnia ipse Castillo à cap. 40. ad 45. prosequitur & affirmit: An autem verosimile, facile lector dijudicabit, quod tot terras infra sex mensum spatium dimetri potuerit pedes vir sanctus, ubique exercens ut oportuit & decuit, quæ prælati & institutoris erant munia, nec adeo raptim prætervolans, monasteriu[m] etiam vnu[n]ti & alteru[m] edificari.</p>			
VIII.	Quidquid & ipse hic sincerus author ex Humberto; & Flaminio affirmet iam ma- gnam præterlapsam & statim partem, quando Segobiem peruenit, & sanctum virum, po- pulum valde laborantem ob aquæ penuriam terrenaque sterilitatem, insperata pluvia te- stificasse: sed Theodosius ab Apoldia (qui p[ro]t[er]eis nec immixto haerendum monet) manifestè ait in astate B. Dominicum hoc anno Bononiam ingressum. Deinde cum Flaminio afferit in eo itinere habuisse comitem Albertum Minoritam, cuius cùm canis tuni- casta hecerasset, & in loco essent ubi p[ro]pter sutorum & acuum penuriam, resarciri non poterat, B. Dominicus loto laceram partem insperat, quod cum exsiccatum esset & fricando extussum, sic tunica quidem apparuit integrata si nunquam fuisset lacerata. V[er]o non adeo verosimile quod hoc ait, aut eo tempore quo eam ingens & numerosa synodus celebranda erat à Francisco in Italia, ad quam vndique & ex Hispania conflu- bant turmatim religiosi, Minorita hic ex Italia in Hispaniam transiret.	Castil. c. 40. Humb. 1. 2. c. 17. Flam. lib. cit.	Apol. 1. 1. c. 9. Flam. cit.
IX.	Denuo quod de scripturis afferit, ex quibus superius à se positis ait manifestè constare S. Dominicum hoc anno apud Hispanos suisse, ego sane non adeo facile p[re]cipio. In- ter eas quas dumtaxat habet c. 41. & 42. & quæ res Hispanicas concernunt, legenti nihil proflus occurrit, quod vel probabiliter probaret, immo nec insinuaret hoc anno in ea ste- tisse regione. Etenim scriptura donationis factæ ab Iago Manes eiusque uxore nihil ha- bet de sancto Dominico, sed absolute eam factam ait fratribus prædicatoris. At si S. Pat- triarcha eo anno vel æra ibidem egisset, profecto specialis fieret mentio eius, tanquam capit[is] & rectoris; ut trahitis scripturis factum comperimus in registris Pontificum & aliis carthophilaciis dum fratti Dominico, ave fratri Francisco & eorum fratribus quid- pianu[m] donari aut legari diplomata testantur. Porro litteræ Pontificia, quas ad finem capi- tis 14. posuit sancto Dominico proflus innominato, Maioritenses laudant de amicis recé- pisis & tractatis fratribus Prædicatoribus. Tandem sancti viri Epistola ad Priorissam Ma- ioriten[t]e[re]ta c. 42. absque aucti, aut loci, in quo scripta erat, nota, nec tempus assignat mo- nasterij, nec suu[m] ad Hispanos profectionis omnino meminit. Nescio ergo ex quibus scri- pturis adeo manifestè deduci voluit chronologus, quæ tam constanter afferuit.		
X.	Pacilius elidi postōne, quæ pro hoc ipso adduxit Flaminius: quod enim Bonaventura, in vita sancti Francisci nihil huiusmodi retulerit, quæ prima est huius authoris pro contraria negatione, conjectura, p[ar]tim virginis, nisi velutius dicitur, quæ supra diximus de S. Do- minici & Francisci colloquiosis, mutua afflictia, visione illa celesti qua visi sunt, Virgine Maria intercedente, Desideri auertisse ab orbe terrarum, atque alia id genus, quæ vel ipse Flaminius cum aliis refert in vita sancti Dominici, in dubium reuocare, quippe nihil horum reculit Bonaventura, neque de sanctissimo patriarcha Dominico verbum ullum conscripsit. Quidquid neque ipsius huius capituli historiam adeo ex professo exarauit,		vt

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Bonav. in prolog. ut quidpiam in eo gestum referret, neque per annorum seriem, vitam S. Francisci scripsit, singula eius facta recensens, sed ea tantum quæ alicui ex illis capitibus seu diuersis materialiis (ut ipse præfatur) quas sibi proposuit tractandas, magis videbantur congruere. Secunda leuior est coniectura ex tempore confirmationis regulæ Minorum per Honoriū anno 1223. autquam non sit, inquit, verosimile B. Franciscum tam numerosam synodus celebrasse. At rei testes irrefragabiles superius produxi, pluresque statim adiungam, neque tam paucis anteā annis præcessit approbatio instituti per Innoc. 3. quin hoc tempore magnū istum numerum potuerit conuocare Franciscus, cui singulati Dei dono concepsit, ut ultra omnes religionū patriarchas fieret in gentem magnā & ad miraculū numerosam. Tertia, quam adducit coniectura, ex errore procedit, dum putat questionem esse de synodo celebrata anno 1220. vel alio posteriori, quibus ait S. Dominicum suis comitiis interfuisse Bononię quod absque controvèrsia admittimus.

Cod. M. S. fol. 13. 14 & 15. Neque sane adē insolitum videri debet, quod Dominicus Franciscorum interesset comitiis, etiam apertum & clarum est cuiusdam ex eius sociis testimoniū de altera minoritarum synodo, quam Dominicus sua decorauit præsentia, & prædicatione. Extractum est ex codice M. S. diligentissime operculo serico & lamellis argenteis assertuato in ipso illo monasterio monialium quod S. Patriarcha edificauit Madriti. latinum reddo ex vetusto & rudi idiomate Hispanico illa ætate vulgari, cuius proprietatem, quo ad licuit, curauimus seruandam. Ita porro inquit: [Accidit aliquando quod dum celebraretur capitulum fratrum minorum in quodam oppidulo, neque quid manducarent, haberent, adfuerintque honorabilis admodum pater noster S. Dominicus, qui illac dilapsus est, ut sanctum Franciscum inviseret postquam enim ei datus est in socium à Domino, nihil unquam plus eo dilexit, quod vicissim S. Franciscus terribuebat atque ita se quærebant ad alternam consolationem & confabulationem] videntes sancti virtutis nihil esse fratibus edulij, pleni fide magnaque fiducia dixerunt: Eamus & omnipotentem deprecemur Deum, qui quinque millia hominum ultra mulieres puerosque in deserto satiauit, neque enim nunc minoris est poterit, aut misericordia, ut de eius desperemus benignitate. Perstiteruntque ita in oratione donec de divina eis constitit voluntate. Ad horam vero nonam à prece redecentibus, Sanctus Dominicus hilari & placido aspectu (erat enim totus gratiosus, hilarius, & omnibus gratus) inquit ad fratres, qui per claustrum incedebant mœsti languidi ob excessuam dicti molestiam / urgebat quippe ætas, magnisque æstus caloris] Fratres eatnus pransum, namque iam præterit hora. Responderunt fratres: Quò ibimus? aut quid comedemus? nec panis est, nec vinum nec obsonij genus vñū. Confidite in Domino inquit S. Dominicus, omnipotens etenim laborare non permittit sub egestate sibi seruientes, aut qui spem suam in illo reponunt, quibus frequenter mirabiles suas miserationes ostendit; cui proprium est misereri, nec longè abesse ab iis qui tribulationem patiuntur, sed illis compati qui sustinent in patientia. His aliisque piis & salutaribus dictis conuenerunt in refectorio, vbi magis admitti sunt fratres dum benedici mensas viderunt, absque eduliis. Dum autem sedent ingredi viderunt in triclinium viginti adolescentes valde formosos succinctos & expeditos ad seruendum, qui & ministrarunt panem, vinum, & omne genus obsonij necessarium recumbentibus numero quingentis. Terminato vero prandio, inclinato capite & salutatis fratribus bini suo ordine exierunt è refectorio, admirantibus fratribus, & Deum collaudantibus, qui tantum in eis voluit perpetrare miraculum. Postquam autem gratias soluerunt in Ecclesia, honorabilis admodum pater noster S. Dominicus pulchrum valde ad eos habuit sermonem de fide & spe, quam in Domino debebant habere. Idque ei moris erat prædicare in omnibus huius religionis domibus, per quas transibat, semper enim exercitabatur in Dei obsequio, erantque eius sermones sani & bonæ intentionis, & verba gratissima atque salutaria, videbaturque eius lingua à Domino moueri. Neque adeo admirandum est, quod Dominus per eum & per sanctum Franciscum tam gloriosum patravit miraculum, quia valde eos dilexit. Nec etiam quisquam mirari debet quod pater noster Sanctus Dominicus alieni instituti author synodo interfuerit Minorum, quia pater noster S. Dominicus & S. Franciscus erant chari socij, & ex corde se inuicem diligabant.

Vbi ergo tanta familiaritas & cordialis dilectio, quid mirum & magnum quod S. Dominicus huic synodo interfuerit, præsertim tanti nominis & multitudinis? Si minoris

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

notz & famz comitiis se præsentem adhibuit, credibile est in Italia agentem capitulo huic mirum in modum famoso & numero non adfuisse? Hic autem scrupulus: An tunc in Italia Dominicus? Verum non est illus, qui eius acta accurate scribat, qui Romæ non fuisse hoc anno dicat, & singularia eius facta non curauerit signanda statuto tempore mensis & diei, ex quibus præcipua supra tetigimus. Usque ad finem Februarij ex- primuntur dies miraculorum, & post hæc alia eius facta referuntur, quæ vltiorem eius moram exposcent. Imo si Abrahamo Brouio credendum esset, integro hoc anno in Vrbe commoratum diceremus. Hoc quippe anno ait Iuonem Cracouien. Episcopū Romæ Dominicum offendisse, cùmque cum Andrea Pragensi antistite interfuisse miraculo.

An toto hoc anno Roma habens S. Dominicum. Brouius an. 1219. nu. 6.

Neapoleonis resuscitati, & admiratione atque Dominicī amore correptos ab eo flagitasse, vt vellet aliquos sui instituti sodales illorum ecclesiis concedere. Dominicus vero cum nullos haberet, qui idioma gentis callerent, quatuor ex eorum comitatu pio desiderio inflammatos, suo habitu donasse: primum Hyacinthum, secundum Celsium, tertium Henricum Moravum, quartum Hermannum Teutonem, quos integrō, inquit, anno, salutaribus præceptis imbuens ad eum efformauit modum, vt non tyrones, sed veterani religiosi, sanctimonia vita illustres zeloque ardentissimo amplificandę fidei & studiūtantes haberentur. Sed si non integrō anno Romæ hæsit, vt reuera probati eius vita scriptores demonstrant, saltim vltiorem aliquam moram gesta eius post inclusas & instrudatas moniales sancti Sixti aliqualis vel breuiuscula educatio nobilium horum tyronum, domusque sancte Sabine pro fratum incolatu rite componenda necessario requirunt. Capitulum autem celebrandum erat in pro festo Penthecostes 19. Maij, & dum S. Dominicus in vrbe sui ordinis res componebat, & Perusij de eisdem cum Cardinali Hugolinō sibi addiēto agebat, facile præterlabi poterat unus vel alter mensis, præsertim si pro hoc uno ei expectandum foret, non dubito quin sisteret, vt tam insigni à suo per dilecto amico Francisco celebrandæ Synodo interesset.

XIII. Porro ita factum, & cum septem sociis adfuisse ex nostris expresse referunt tres Francisci socij Leo, Rufinus, & Angelus in eius legenda. Thomas Celanus in altera, Bernardus à Bessa Bonaventuræ socius in sua historia, frater Hugolinus de sancta Maria in Monte, qui ante tercentum annos floruit in historia sancti Francisci apud me MS. Bartholom. Pilanus confor. 1. & 12. Speculum S. Francisci pag. 132. Author Floreti cap. 131. Marcus Vlissipp. in chiton. 1. p. lib. 1. cap. 52. Petrus Rodulphus (licet erret) in numero sociorum & capituli, Ludouic. Reboll. cap. 25. & alij quamplures. Ex aliis Petrus de la Vega in vita Sanctorum impressis Compluti an. 1572. in vita sancti Francisci Mata. 2. par. cantu. 3. Hieronymus Platus lib. 1. cap. 33. tot itaque assertoribus nulloque solide refragante, nisi uno vel altero leuibus quibusdam coniecturis subdubitante, quis decorem hunc tantæ & tam sanctæ neger Synodo, vt prædicatorum sanctissimum meruerit habere coram institutorem? Magnum hoc semper iudicauit decus Minorum sodalitium, magnuimque sibi adiectum Dominicī præsentia iuste censem ornatum; quod vt ego retineam, si amplius quam par erat protracti sermonem, & qui & pij lectoris erit ignoscere.

XIV. Alium huic conuentui splendorem aduexit sua præsentia Cardinalis Hugolinus, quem religiosi omnes velut patrem & dominum venerantes, aduenientem processionaliter excepérunt, prædicantem sibi attentius audierunt, & sacra solemnī ritu pertinente agentem religiosius obseruarunt. Ille vicissim sanctum quoddam die perlustrauit exercitum, nihilque videns inordinatum aut incompositum, sed omnes turmatim, hinc centum, illinc sexaginta, alibi minorem maioremque numerum diuina tractantem, & serius de sua aliorumque salute sermocinantem, & de morum orbisque reformatione vario & iniro modo agentem, conuersus ad suos admirabundus dixit: *Verè casta Dei sunt Mūs reges, sacerdotes, conseruatoris.* Neque sane incongrue dictum, erant enim tentoria, & tuguriola illa humili ex storiis compacta, tanquam tabernacula plena diuinis choris psallentium, legentium, orantium, tantumque ieunandi & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo & exemplum institutoris afflauerat, vt futuræ spei auditate ad charitatem mutuam & misericordias indigentibus exhibendas iugi studio laborarent, qui ampliam illam regionem & suburbanum campum à mundana conuersatione seiuiculum plenū pietatis & industriæ videbantur incolere. Quis igitur tantum monachorum agnī adspiciens, quis virilem illum concordia: cœtū cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurraqis,

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Num. 14. 6. sed multitudine abstinentium & certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem? *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israhel: ut valles memorosa, ut horri iuxta fluvios irrigui, ut tabernacula que fixis Dominus, quasi cedri prope aquas.*

Legen. ant. Non destitit Franciscus vigilis more ducis omnem hinc inde campum lustrare, tentoria visitare, suos ad sacra bella cire, virtutem ex alio promittere, collapsos animos excitare, constantes firmare, & vndeque boni principis munus obire. Deinde vocatis omnibus in medium, in feroce spiritus pro auditorum conditione & rerum circumstantia, egregium habuit sermonem, ad rem proposito hoc themate. *XV.*

Predicas universa multitudini Franciscus. *Magna promissus: maiora promissa sunt nobis.*

Seruamus hac: adspicemus ad illa:

Voluptas brevis: pena perpetua.

Modica passio: gloria infinita.

Multorum vocatio: paucorum electio.

Omnium retributio.

Ad quæ verba solidè & deuotè omnes horratus est ad obedientiam sanctæ matris Ecclæ, ad diuinæ excubias, ad salutem animatum expetendam, ad mutuam charitatem, & concordiam, ad humilitatem, & mansuetudinem coram omnibus ad mundi contemptum, & feruentem zelum sanctæ paupertatis, ad munditiam cordis & corporis castitatem, ad orandum pro vniuerso populo sancto Dei, sed præcipue pro statu & prosperitate S. R. E. & suis benefactoribus, & denique ad omnia quæ religiosorum erant officia. Deinde seuerè omnibus interdixit, ne de rebus ad corpus pertinentibus solliciti essent, ex illa psalmi sententia quam saepè in ore habebat: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enstruet.* Aderat huic Francisci edito B. dominicus, eique hoc nimium visum est, cum veteretur ne quodammodo Deus tentari videretur, si non tantæ multitudini alimenta pararentur; sed non multo post ecce ex omnibus finitimis vrbibus & pagis concursus hominum ac iumentorum omnem omnis generis commeatum, supellestilem, & vasa deferentium, quæ res ita Dominicum permouit, vt ab eo tempore constituerit redditus omnes à suo quoque ordine, qui tum nascebatur, remouere diuino fructu præsidio, cuius tam insigne indicium oculis suis viderat, quod & fecit anno sequenti in synodo generali Bononiæ collecta, & ad ultimum vitæ terminum sub suæ maledictionis interminatione in eos, qui possessiones in ordinem introducerent; cum tamen Honorius tertius primo sui Pontificatus anno eundem ordinem ita confirmauerit, vt castella, prædia multa, & alia quæcumque tunc Prædicatores possidebant, retinerent. Neque Ferdinandus del Castillo negat sanctum patriarcham hinc occasionem sumpfuisse huiusmodi allegationis reddituum dummodo concordaretur tempus comitiorum cum existentia in Italia Dominicano quod satis superque supra nos concordauimus. His adstipulatur Ioannes Busæus vir doctus sermonem instituens de omnimoda paupertate, qua nihil omnino, nec priuatim nec communiter possidetur, quam, inquit, primùm sanctus Franciscus eiusque exemplo permotus dominicus, deinde alij complures sequi sunt.

Pgl. 14. 23. *Hier. Plat.* Ad leges à sua religione S. dominice. possessiones. & quare. Anton. tit. 23. c. 4. §. 13. Flamin. l. 2. Honor. in Bull. Relig. profanæ vita. Castill. c. 51. *de bono stat. relig. lib. 1. c. 33.* *ad diuinæ excubias, ad salutem animatum expetendam, ad mutuam charitatem, & concordiam, ad humilitatem, & mansuetudinem coram omnibus ad mundi contemptum, & feruentem zelum sanctæ paupertatis, ad munditiam cordis & corporis castitatem, ad orandum pro vniuerso populo sancto Dei, sed præcipue pro statu & prosperitate S. R. E. & suis benefactoribus, & denique ad omnia quæ religiosorum erant officia. Deinde seuerè omnibus interdixit, ne de rebus ad corpus pertinentibus solliciti essent, ex illa psalmi sententia quam saepè in ore habebat: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enstruet.* Aderat huic Francisci edito B. dominicus, eique hoc nimium visum est, cum veteretur ne quodammodo Deus tentari videretur, si non tantæ multitudini alimenta pararentur; sed non multo post ecce ex omnibus finitimis vrbibus & pagis concursus hominum ac iumentorum omnem omnis generis commeatum, supellestilem, & vasa deferentium, quæ res ita Dominicum permouit, vt ab eo tempore constituerit redditus omnes à suo quoque ordine, qui tum nascebatur, remouere diuino fructu præsidio, cuius tam insigne indicium oculis suis viderat, quod & fecit anno sequenti in synodo generali Bononiæ collecta, & ad ultimum vitæ terminum sub suæ maledictionis interminatione in eos, qui possessiones in ordinem introducerent; cum tamen Honorius tertius primo sui Pontificatus anno eundem ordinem ita confirmauerit, vt castella, prædia multa, & alia quæcumque tunc Prædicatores possidebant, retinerent. Neque Ferdinandus del Castillo negat sanctum patriarcham hinc occasionem sumpfuisse huiusmodi allegationis reddituum dummodo concordaretur tempus comitiorum cum existentia in Italia Dominicano quod satis superque supra nos concordauimus. His adstipulatur Ioannes Busæus vir doctus sermonem instituens de omnimoda paupertate, qua nihil omnino, nec priuatim nec communiter possidetur, quam, inquit, primùm sanctus Franciscus eiusque exemplo permotus dominicus, deinde alij complures sequi sunt.*

*Bol. de fla-
tib. verbo
paupertas
voluntaria
c. 4.* *Dei in hac
synodo pre-
sentia.* *Rarum & ingens spectaculum hoc profecto quæpiam commoueret, vt plurimum XVIII tribueret Dei liberalitatì & totum se committeret diuinæ prouidentiæ. Quid enim erat videre tot hominum millia in aliena patria, absque prædiis, sine vllis possessionibus, sine redditu, bonis omnibus sponte sibi interdictis, abundare omni ciborum genere, quod ad humanam vitam religiose transigendam conducebat? Quale erat Dci erga suos honorificentæ patulum exemplum è Perusio, Assisio, Hispello, Fulgineo, Spoleto, & etiam longius positis vrbibus & pagis videre accurrentes nobiles, plebeios, Ecclesiasticos, laicos, & inferioris dignitatis viros, qui non solum cibum & supellestilem aduehebant, verum etiam humiliiter ministrabant in mensis, & de exhibendis obsequiis inuicem contendebant; feliciores se putantes, qui humiliores se præstabant in seruiendo. Multorum mouit corda pœnitens & aspera hominum vita, intelligebantque, verè ex tot tantisque testibus quod regnum cœlorum viam patitur, & violenti rapiunt illud. Plurimi ex nobilibus & prælatis, quos eò conuocauit tantam rem spectatum Cardinalis Hugolinus, curiosius explorantes, notantesque duros lectos stramineos in terra positos, ceruicalia lignea, horridam vestem, tenuem vietum, humilia tuguriola, seu potius umbracula, & inter hæc summam animi leticiam, promi-*

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

ptam erga institutorem obedientiam, summam inter ipsos tranquillitatem & concordiam, admirantes dicebant ad inuicem; verè per hos constat quod arcta est via; quæ dicit ad vitam; & quod secundum magistri nostri sententiam; diuites huius saeculi difficile intrabunt in regnum cœlorum, nisi tanta rerum domesticarum sarcina & pomposa superfluaque supellestile, saltim affectu, exonerentur. Nos feriamur in deliciis, luxu diffluimus, & corpori curando vacamus: hi verò cum timore & tremore multo in tanta rerum penuria, & corporis maceratione suam operantur salutem, eundemque nostrum & illorum exitum fore speramus. Ingens sane nostra fiducia, nisi prorsus sit mera stultitia putare plane diuersam, imo & contrariam vitam eadem morte claudendam. Horum inuidemus fini, & cum bonis illis deprecatoribus quisque nostrum rogat, ut moriatur anima nostra morte iustorum; nec tamen volumus vivere vitam illorum. Cæco affectu viuimus mundo, & pio desiderio mori volumus Christo: quasi mors non vita respondeat, nec cursus nostri sit meta, aut lignum vbicumque ceciderit, non sit perpetuo mansurum? His & aliis huiusmodi colloquiis multi ex spectatoribus ad sanctorum virorum se prouocabant exempla, quorum ultra quingentos ex selectioribus penitentem & duram hanc vitam protinus in his ipsis comitiis alacriter subierunt.

XVIII. Multi tamen ex veteranis huius sancti exercitus vitis dimidiarunt dies suos, alij suis fratribus molesti, alij ad quæque ordinis munia euaserunt inepiti, contractis tunc infirmatibus ex nimia carnis maceratione. Quod ut sancto constitit magistro, publico obedientiæ edicto statuit ut mitius secum agerent, modusque esset in rebus, ac si qui essent, qui loricas, circulos ferreos, catenulas, aut alia huiusmodi durioris macerationis instrumenta gestabant, ea protinus deponerent, & ad se omnino deferrent. Ita ex obedientia factum, inuentæque sunt miræ & variaz penitentiaz artes, quas spiritus ardor excogitauit, numerusque loricarum & circulorum quingentesimum excessit. Admiratus est Hugolinus eiusque comitatus ad tantam in probis viris penitentiam, quibus ingenter pitorum instrumentorum aceruum sanctus magister discreta pietate monstrauit, atque illis presentibus fratribus interdixit indiscretas adinventiones in penis sibi infligendis, cæcamque simulationem in corpore macerando, ne vel deficiente spiritu vel languente corpore spiritualia impeditarentur, aut omnino vita tolleretur. Adiecitque indiscrete se affligentem sibi collere boni operis effectum, spiritui affectum, proximo exemplum, ac Deo omnipotenti honorem.

XIX. Commouit sancta hæc, ac vniuersa congregatio explorataque ac probata eius pietas rectorem tenebrarum harum, qui quanto magis ad Deum homines accedere, & sibi rebellare consipicis, tanto amplius expugnare contendis, & contra illos diversis tentationibus insistis, qui possunt etiam aliis sua utilitate prodeſſe. Conuocato itaque multorum millium sui generis concilio in hospitali cruciferorum, non longe ab illa Franciscana acie posito, comitia comitiis, & consilia consiliis opposuit; seriusque egit, quomodo adolescentem extirpare religionem, congregatamque aciem dissiparet. Egregie sane & plane proprie concilium hoc cœcumque descripsit heroico carmine Franciscus Maurus, exactè describens astum tartarei principis, callidosque cogitatus suorum contra eam, quam dicebant:

Gentem hominum exortam, reuehat que secula mundo
Aurea polluto, simul & mortalibus agris
Praesenti auxilio venians, nostrisque futura
Exitio regni.

In eoque omnem posuisse ostendit curam, quatenus impedirent aliorum profectionem per hos intentandum, eosque ipsos vel penitus eliminarent, aut saltim infirmarent, vel è concepto feruore deiicerent. Multa prolata in medium consilia, varia vaſrorum arbitria; illud tamen vnius ex astrioribus præ cæteris probatur; cum probis viris, quorum Deus pars cordis eorum, non tam agendum aperto marte, quam arte, neque tam aperte debellandam robustam aciem, quam callide supplantandam. Eam porro se excogitasse, inquit, rationem eos paulatim encrucandi, ut socij suas adhiberent vires ad inducendum hoc sodalitum quatenus sub specie boni & æqui in se recipere nobiles, literarios magistros, & puerulos. Nobiles ut viuant inter eos laetus suspirantes ad delicias quibus enutriti sunt; literarios magistros, ut suis scientiis tumen-

*Inventus in
haec synodo
quingentis
Marc. lib. 1.
c. 52.*

*Maria. c. 15.
Specul. S.
Franc. 1-p
c. 10.*

*Multies nu-
meris mori-
gatione impri-
mantur.*

*Gregor. 14.
mot. c. 15.*

*Marc. cit.
c. 53.*

*Maria. &
Specul. cit.*

*Concilium
comitatu. sc.*

*Iam conca-
Minores.*

*Hæc Magi-
lib. 1.*

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

tes viam destruant & conculcent humilitatis, puerulos ut relaxent regularem disciplinam, quam molliacula membra perhorrent. Optimum cunctis visum, & commendatum consilium, opereque complendum, quod & in mandatis ab iisquo suo acceperunt rectore.

Porro secretum hoc conciliabulum non latuit Franciscum: totum enim ei desuper re- X X.
uelatum est, quamque debet cum suis adhibere curam & vigilantiam aduersus callidissimi hostis insidias. Obstupeuit aliquantulum ad immensam contra se congregatorum multitudinem, & ad tantam erga genus humanum latentis inimici malignitatem.

Primum
vix sanctus
frates dia-
boli insidi-
vum.

Vno etiam vel altero die se collegit ad sacrum quoddam latibulum, Deum oratus ut se suosque liberaret a laqueo venantium, angelisque suis mandaret, ut eos custodirent in omnibus viis suis. A quo tandem confortatus processit in medium sancte multitudinis, quam egregio & luculento sermone monuit lux salutis cum omni solicitudine curandæ, nec adeo fidendum esse vitæ generi, nec status perfectioni quin supplantari se posse putarent hostis insidiis. Idque sibi exemplo multo constitisse; quippe è celo secum traxit tertiam partem stellarum, è paradiſo turbauerat pios colonos; Christi socios voluit cibitate ut triticum, quosdamque in suam sententiam adduxit, vnum ut traduceret, alterum ut negaret, & omnes ut eo relicto fugam inirent. Deinde narratis quæ desuper accepit, intimauit ut omnem adhiberent conatum cludendi artes diaboli: ut que conuorteretur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendenter; cauerent ut nobiles in ordinem recipiendi non tam nobilitati carnis, quam spiritus attenderent: nec magistri suis scientiis intumescerent, sed humiliiter aliis proficerent, & iuuenuli ab ipsis vnguiculis iuxta suam capacitatem addiscerent in tenera etate, quæ robustius in adolescentiori seruarent. Neque enim ei visum opportunum aut æquum ut propter ea quæ dæmones cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilitate: (neque enim est consilium contra Dominum) ut diuitibus præcluderetur ad hanc societatem aditus, quorum animus ad magna pro Deo obœunda communiter nobilior, vocatio sincerior, & transitus à locuplete substantia ad summam rerum egestatem laudabilior; quin & conuersio ad alios trahendos efficacior, ipsisque instituto honorificentior, imo & aliquando necessario nobilium parentum fauore & subsidiis utileior. Similiter doctos & magistros nequaquam respui debere, per quos nobis proponitur spiritus & vita, per quos errones reducantur ad viato salutis & pacis, per quos cæterorum fratum repellatur ignorantia, & Euangelicæ vitæ sequaces habeat Ecclesia doctores, quorum vita & doctrina sit aliis pro magisterio. Demum adolescentulos voluit recipiendos, qui dixit:

An recipien-
di ad ordinis
nobilis.

Sinite parvulos venire ad me; quibus melius est, ut potius non nouerint, quam ut fugeant quendam, melius venisse ad religionem impollutos, & illatos quam velas torres raptos ab incendio vitiorum, quibus exurebantur, & denigrati moribus facile suscipiant

An literati:

imo & aliquando necessario nobilium parentum fauore & subsidiis utileior. Similiter doctos & magistros nequaquam respui debere, per quos nobis proponitur spiritus & vita, per quos errones reducantur ad viato salutis & pacis, per quos cæterorum fratum repellatur ignorantia, & Euangelicæ vitæ sequaces habeat Ecclesia doctores, quorum vita & doctrina sit aliis pro magisterio. Demum adolescentulos voluit recipiendos, qui dixit:

An adole-
scens?

Marc.10.14. Sinite parvulos venire ad me; quibus melius est, ut potius non nouerint, quam ut fugeant quendam, melius venisse ad religionem impollutos, & illatos quam velas torres raptos ab incendio vitiorum, quibus exurebantur, & denigrati moribus facile suscipiant

Amos 4.11.

imo & aliquando necessario nobilium parentum fauore & subsidiis utileior. Similiter doctos & magistros nequaquam respui debere, per quos nobis proponitur spiritus & vita, per quos errones reducantur ad viato salutis & pacis, per quos cæterorum fratum repellatur ignorantia, & Euangelicæ vitæ sequaces habeat Ecclesia doctores, quorum vita & doctrina sit aliis pro magisterio. Demum adolescentulos voluit recipiendos, qui dixit:

Tbre.3.17.

Sinite parvulos venire ad me; quibus melius est, ut potius non nouerint, quam ut fugeant quendam, melius venisse ad religionem impollutos, & illatos quam velas torres raptos ab incendio vitiorum, quibus exurebantur, & denigrati moribus facile suscipiant

foueant quo applicatam videcumque favillam.

Bonum sane est viro, cum portaueris iugum Domini ab adolescentia, imo & à pueritia sua, ut in nulla etate aliud sciatur, quam quod in reliqua debeat obseruare, nec aliquando gustet in seculo, pro quo postea suspicet in monasterio. An vero haec ex se adeo rationabilia pro terum, temporis, & loci circumstantia vbiue nationum expediant, prælatorum erit definire.

Bonauen. in
hexamer.
item. 18.
polymed.

Alia demo-
nus concilia
contra Fran-
ciscum.

Aliud præter hoc concilium congregasse diabolum contra S. virum refert Bonauen- XXI.
tura, in quod conuocata quinque millia dæmonum, ut eum circumuenirent, quem molestissimum hostem sentiebant tot sibi quotidie prædas eripientem. Demum cum per hos cœtus patrum proficerit, aliud nocivum intisse & opere compleuisse consilium contra Franciscum, ciusque sectatores beata Brigitæ fuit reuelatum à Christo Domino in sancta ciuitate Hierusalem, quod eisdem quibus à sancta vidua scriptum est, verbis subiicio. [Præmissa à Christo commendatione Francisci & eius regule, quam se Francisco dictasse testatur, addit. Iltius Francisci fratres qui Minores dicuntur, tenuerunt & bene seruauerunt illam regulam eius per aliquos annos, & valde spiritualiter & deuotè secundum omnem meam voluntatem, de quo diabolus hostis antiquus magna inuidiam & turbationem habuit, ex eo quod dictos fratres tentationibus & fraudibus suis deuincere non valebat. Quæsive igitur diabolus diligenter, ubi posset vnum hominem inuenire, in quo suum malignum spiritum cum ipsius hominis voluntate posset comincere. Qui tandem vnum clericum inuenit, sic intra se cogitantem. Ego libenter vellere esse in tali statu, ubi possem habere mundi honorem, & corporis mei delecta

Brigita 1.7.

C.1.2.

Calidū de-
mons confi-
lium.

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

delectationem, & ibi passim tantam pecuniam congregare, quod nihil deficeret mihi de quonib[us], quae ad necessitatem & delectationem meam pertinerent. Ego igitur intrare volo ordinem Francisci, & fugam me valde humilem & obedientem. Et sic cum ista intentione & voluntate praefatus clericus intrauit dictum ordinem, statimque diabolus intrauit in eum, & sic dictus clericus factus est frater in dicto ordine. Considerauit autem diabolus taliter intra se, sicut Franciscus vult multos trahere de mundo cum sua humili obedientia ad recipiendum magna præmia in celo: ita iste frater meus, qui aduersarius nominabitor, ex eo quod Francisci regulæ aduersarius erit, multos de ordine Francisci trahet de humilitate ad superbiam, de rationabili paupertate ad cupiditatem, de vera obedientia ad faciendum propriam voluntatem, & ad sequendum corporis delectationem. Frater aduersarius autem praeditus cum intrauit ordinem Francisci, statim cœpit sic intra se cogitare ex diabolico instinctu. Ego me ostendam ita humilem & obedientem, quod omnes me reputabunt sanctum. Quando alij ieiunant, & silentium tenent, tunc ego cum specialibus sociis contrarium faciam, videlicet comedendo & bibendo & loquendo, ita occulte quod nullus aliorum haec sciat, nec intelligat. Ego etiam secundum dictam regulam non possum licite pecuniam tangere, neque aurum vel argentum possidere, & ideo aliquem speciam amicorum habere volo, qui pecuniam & aurum meum teneat secrete secum ex parte mea; ut illa pecconia utr[um] ego ad voluntatem meam. Ego etiam addiscere volo artes liberales, & scientiam ad hoc, ut ex illa honorem & dignitatem aliquam habeat valeam in ordine, habendo equos & vestes argenteas & pulchras vestes, ac preciosa ornamenta, & si aliquis pro istis me arguerit, respondebo ei, quod hoc facio propter honorem ordinis mei. Si etiam ego adhuc tanquam laborare & facere possem, quod fierem Episcopus, tunc verè felix & beatus essem pro tali vita, quam tunc ducere possem, quia tuoc ego essem in propria libertate mea, & haberem omnem delectationem corporis mei. Audi modo tu quid diabolus fecerat in predicto ordine Francisci. Nam vere ita est, quod plures sunt illi fratres in mundo, qui tenent aut opere, aut voluntate ac desiderio regulam predictam, quam diabolus docuit fratrem aduersarium, quam illi qui seruant regulam illam, quam ego ipse edocui fratrem Franciscum. Scias tamen, quod quamvis illi fratres scilicet Francisci & fratris aduersarij conimixti sunt quādiu viuunt in mundo, attamen ego separabo eos post mortem, quia iudex eorum sum, & iudicabo fratres regulæ Francisci ad permanendum mecum, simul cum Francisco, in æterno gaudio. Illi autem qui sunt de regula fratris aduersarij, iudicabuntur ad penas æternales in profundo inferni, si ante mortem se noluerint corrigeri, & humiliter emendare. Nec est mirandum de hoc, quia illi qui deberent mundanis hominibus dare humilitatis & sanctitatis exempla, ipsi præbent eis exempla vilia & damnabilia cum sua cupiditate & superbia. Et ideo certissime sciant dicti fratres, quod tam ipsi, quam ceteri religiosi, quibus regula prohibet habere proprium, & tamen habent aliquod proprium contra regulam suam volentes per hoc me placare, quod inde aliquam mihi partem conferunt, eorum munera abominabilia sunt mihi & exosa, nec aliqua remuneratione bona sunt digna. Magis enim mihi gratum & placitum est, quod paupertatem beatam, quam professi sunt secundum regulas suas, diligenter obseruent, quam quod totum aurum & argentum ac etiam omnia metalla, quæ in mundo sunt mihi præsentarent. Mira sane, sed proli dolor lachrimabilis visio, quam tamen ita Christus suæ monstrauerat sponsæ pro quodam pio Minorita Cyprio roganti, ut simul etiam monuerit se adeo cordi habere huius ordinis nomen & honorem quod non fuisset ei licitum praefatam visionem scire nisi propter unum bonum seruum suum qui ex toto corde suo pro illo fratre Minore sinceriter eum rogauerat, qui desiderabat eidem fratri consulere aliqua confilia utilia animæ sua ex diuina charitate.)

XXII. O misera hominum conditio, quibus non definit hostis antiquus deceptionum laqueos ubique protendere, & ut quoquo modo credentia mentes corrumpat instare. Quo magis se quispiam ab eo elongare contendit, eo sequitur velocius; quo seruentius se prius addicit operibus, eo acrius ad mala perurget; nec tentare desinit, donec noceat, vel singulari hominis bono cœlitus tentantis refrénatur audacia. Nihil ergo mirum, quod toutes & tam valide sanctam illam Francisci prolæ adeo impense de sua aliorumque salute cogitantem concutere tentarit, id mirabilius, quæ in vanum longo tempore laborauerit,

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

& quam valide eius tentamenta repulsa. Et sane elusas eius artes, neque per aliquot annorum spatiu[m] potuisse sodalitatem hanc dissipare aut sectatores deprædari ipse met testimoniu[m] perhibuit urgente & torqueote sanctissimo viro Dominico ad Carcasum, alias Carcasonam, Galliz Narbonensis oppidum. Nam cum hereticum quendam Albigensem, iusto Dei iudicio à dæmoni obsecrum, in numerosissima populi multitudine de multis rebus seruis interrogasset, eoque deflexisset, ut sciret ex quo hominum statu plures condemnarentur, responderunt diaboli / quorum mirabilis multitudo inter obsessum latebat:) Antistitum & Principū utriusque sexus maximū habemus numerum, colonorum vero & rusticorum paruum sicut enim boni & perfecti non sunt, tamen tantis malis & peccatis obnoxij nō sunt arque illi: mercatores & oppidanos quamplurimos habemus, persp[ec]te enim per avaritiam, fraudes, & sepiissime per delicias & voluptates carnales in nostra claustra barathrumque nostrum descendunt. Deinde subiunxit S. Dominicus, dicens: De sacerdotibus vero & religiosis nullam mentionem facitis. Responderunt, inumeros se possidere sacerdotes, at verè Religiosos nullos. Sed ex iis qui non habita ratione statutorum sui ordinis, ea temere violant singulis diebus innumeris ad nos deuoluuntur. Subinterrogavit & dixit iterum Sanctus: De meis ergo religiosis & Franciscanis quid dicitis? Tunc ad hoc renouatis vocibus & clamoribus, responderunt, dicentes, heu, heu, ex illis pro tempore nullum habemus: futurum vero est ut infinitos recipiamus, cum nempe scueritas statutorum, ceremoniarum, ipsaque deuotio refrixerint, pessumque ierint.) Ita verbatim habetur in appendice speculi magni exemplorum, exempl. 113. exscriptum ex legenda sancti Dominicci, qua ex quatuor vitz ipsius scriptoribus sumpta est, nempe ex FF Jordano Constantino, Umberto & Theodorico de Apoldia ordinis Dominicani viris piis, & doctis. Transluit autem illam in Gallicam linguam venerabilis Religiosus eiusdem ordinis fr. Ioan. Martinus conuentus Valencen-sis, qui supradictum miraculum refert 1. part. cap. 5. fol. 35. col. 4. Ex hoc ipso loco speculi totam rei seriem transcriptit Abrahamus Bzouius, sed dum ad Franciscanos peruenit, pro suo in eos affectu & historici candore narrationem mutauit, solum Minoritis affi-gens, quod de futura perditione irregularium & vilioris nor[re] fratum tam Prædicato-rum quam Minorum diabolus prædixit. H[ec] virtus sinceritas in rebus nostris narrandis, ut in quibuscumque præclaris socios & consolades adhibeat Prædicatores, quoru[m] con-fortio letamur & exultamus: in vituperio tamen & malis, si quæ sunt utriusque instituto communia, singulares semper Franciscanos constituant.

Bzou. an.
1213. n. 11.

Id autem mirum, quod certum esse dicat anno 1213. vel superiore h[ec] contigisse & anno 1218. describat ingressum Bernardi de Quinta Valle primi socij Francisci & om-nium Minorum à Francisco primi, in quo quantum à vero aberravit, præter ea quæ hucusque in superioribus annis ex probatis diximus authoribus, omnes ferme demon-strant chronologi, imo & ipse Bzouius contra Bzouium, qui anno 1215. num. 5. Fran-ciscum iam undecim socios nactum dicit, & anno 1216. nu. 12. ait eis præscripsisse regu-lam (sed in narratione ex Bonaventura valde decipitur ut alias dicemus: quod enim S. Doctor refert de secunda regula, scribit ille de prima) Demum anno 1217. num. 9. refert Deum consolari Francicum inerentem ob suorum fratrum inobseruantiam, & num. 10. alia recenset de Francisco & sociis, quæ quam coh[er]eant cum iis, quæ habet anno 1218. num. 12. & sequentibus vbi narrat primorum sociorum S. Francisci con-versationem, (quamvis etiam neque in his recensendis verum attigit ordinem) ipse con-sideret. Illud solum adiecerim ex docto viro Matthæo Ferchio Vegensi viro primario inter Patres nostros Conuentuales, Bzouium plurium Franciscanorum reproba-tionem & illorum inobseruantiam referentem ante annum 1218. in quo primorum Fran-ciscanorum conversionem recenset, prius Franciscanos prauos fuisse, quam fuisse, de-scripsisse. Adde quod non adeo certum est, ut velit Bzouius, anno 1213. vel superiore responda h[ec] dedisse dæmoniacum sancto Patri Dominico, imo certum est posteriori-bus annis evenisse, neque enim adhuc sub illo tempore sanctissimus Pater suum ordi-nem instituerat, multo minus ex eius sociis totidem tunc mortui erant, de quibus posset interro-gare an plures ex eis aut Franciscanis in barathrum descenderint, neque adhuc eo anno viderat Franciscum, aut adeo ei noti eius sodales, ut de Franciscanis perquiere-ret. Quare verosimilius & certius reponi debet h[ec] sancti viri cum energumeno con-flictatio vel ad an. 1216. quando confirmata iam regula rediit in Galliam, vel ad finem superioris

Arch. in
Bzou. n. 14

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

superioris, vel principium huius anni, quando pertexit in Hispaniam, vel inde redierat, nam ante aduentum in urbem omnino ei ignotus Franciscus.

Hic tamen omisso quod largius alij examinabunt, illud satis laudabile denuo dixerim, quod tot infesti versutissimum hostis technis & insidiis viriliter sub illis annis resistierunt Minores. Iuvit profecto quotidiana Francisci exhortatio & frequens periculi admonitio, qui dum in his ipsis comitiis dominum Ostiensem è rostro dicentem, & pro suo affectu sermonisque coronide fratres non segniter laudantem audire, timens ne binc superbiendi aut negligenter agendi subrepereret occasio, perita principis venia, suggestum ascendit, & coram omnibus futuras ordinis ruinas, tribulationes, rerum mutaciones, immisiones per angelos malos, & vecordiam fratrum, deordinationes prophetico spiritu adeo efficaciter praedixit, praesentibusque ita ignauiam & segnem cooperacionem ad tantam à Deo eis gratiam concessam obiecit, ut omnem, si quis adoriebarur, tumorem represserit, & ruborem excitaret. Aliquantulum ergo tulit Ostiensis suas laudes attenuatas & descendenti Franciso. [Itane frater, inquit, verba mea confusisti & contraria praedicasti, meis laudibus tot opposens fratrum tuorum imperfectiones: Domine & Pater noster, respondit vir sanctus, id propterea feci, ut tuus laudis permaneat materia, sepiusque laudare possis, volui enim futuris eventibus eorum malum auertere, ne tanti viri praeconiis effterentur, qui altas adhuc non egerunt in humilitate radices].

XXIV. Ita porro constituit ipsi domino Ostensi, dum die sequenti cum fratre Helio & Ioanne de Stachia ministris, quos supra diximus Estruz & Bononiz, alij plures accesserunt, rogantes eum quatenus fratri Franciso vel ut suo, non illorum nomine persuaderet, ut veller admittere & sequi suorum fratrum consilia, quorum plures erant doctissimi, & vobis apti regimini, praesertim cum ipse vir simplex & illiteratus, non valeret tantæ multitudini satifacere, nec per infirmas corporis vites oratione negotia ordinis expedire. Multa deinde ei suggesserunt de regulis S. Augustini, Benedicti, Basili, & aliorum constitutionibus, quibus adeo vetustate & tantorum Patriarchatum sanctitate commendatis secure innitendum dicebant, neque adeo ab eis recedendum, ut noua & longe diversa atque aspera nimis regula velimus videri patribus nostris nos esse meliores. Arrepta itaque occasione & initio familiari colloquio cum viro proposuit hæc omnia Cardinalis, tanquam propria boni regiminis arbitria. Quæ tamen non propria, sed ab aliis suggesta per spiritum intellexit vir sanctus, exurgensque de loco ubi cum Cardinali se-debat, manu reverenter apprehensa, eum duxit ad fratres in capitulo congregatos; quibus in spiritu feroce dixit: [Fratres mei, fratres mei: Deus vocavit me per viam simplicitatis & humilitatis, ut crucis sequar stultitiam, & ad eius gloriam, propriam confusionem, & vestras conscientias securitatem, vobis expando quæ ipse mihi ita dixit: Francisce, ego te volo esse nouum fatuelli in mundo, qui operibus & verbis stultitiam praedicet crucis, & te tuosque sequaces ut in me dumtaxat respiciant, atque absque alio viuendi modo me sequantur. Ipse dignanter & misericorditer mihi hanc ostendit viam pro me & pro illis, qui mihi credere volunt & adhærere. Non est ergo cur aliani mihi nominentis regulam, neque Augustini, neque Benedicti, neque aliorum viuendi formam, praeter eam quæ mihi à Domino pro sua benignitate & misericordia desuper est concessa. Nolo itaque contrarius esse voluntati Domini mei, neque per aliam viam vos prærire, à qua qui recedunt, aliosque auertere curant, vereor ne diuinam sentiant vitionem, & cum rubore suo tandem cogantur ad hanc seinitam redire.] Conuertens deinde se ad dominum Ostensem, inquit, [Isti sapientes, quos vestra Dominatio adeo laudat, & mihi commendat, vellent sua humana prudentia & Deum & vosmet decipere: sed verè semetipso decipiunt, destruere & conculcare volentes ea quæ per me indignum seruum suum loquitur Christus pro ipsorum salute, & totius ordinis incremento. Neque enim mihi quicquam horum, quæ facio aut dico, attribuo, neque ita mihi fido in ordinis regimine, quin longa præmissa oratione omnia conferam cum supremo huius sodalitij Rectore Patre celesti. Ipsi vero ad manifestum periculum & damnum animarum suarum sapientiam suam, & prudentiam huius sæculi præserunt Christi voluntati, quam tot signis eis hucusque manifestauit ut solidaret, & perficeret opus suum, quod per me missum incepit ad salutem animarum & ædificationem sanctæ matris Ecclesiaz.]

XXV. Quibus auditis & secum alte perpensis Dominus Ostiensis obstupuit ad igneum hominis feroce, & præsentaneam Spiritus assistentiam qui aliorum arcana, & quidquid

Maria. c. 14
Marc. c. 53.
Quidam pe-
tunt Lazarus
ordinis rigo-
rum.

Sed vobis
refigit Fran-
ciscus.

ANNO CHRISTI 1119.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

*Narratio
Ostiensis ut
Francis. fra-
tres acqui-
sunt. —*
ad ordinis regimen spectabat, ei ex templo reuelabat: conuersusque ad fratres, confu-
sos, & mente suspicatos recedente viro Dei inquit: [Fratres mei charissimi, ipsi vidisti,
& audisti; quæ per virum hunc Apostolicum spiritus ipse loquutus est. Vacate. & at-
tehidite vobis, nolite spiritum huic contristare, neque ingrati sitis beneficio Dei, quia
vero Deus est in isto pauperculo & per os eius loquitur potenter suæ magnalia. Qui
et tu audieris, non hominem, sed Deum audit, & qui spernit eum, Christum spernit. Humi-
itate itaque corda vestra Deo: & si placere Deo cupitis, huic pauperculo acquiescite &
obedite, ne fructum vestram vocationis amitteratis. De ore enim ipsius exiit verbum Dei,
quamquam gladius acutus, ad medullam cordis pertingens. Experiencia etiam comperto
quod ei manifestantur, quæ vel homines, vel ipsi demones in eius sodalitum trahib-
antur: non venit itaque tam facile decipiendas, ut per suggestiones vel meas, vel priuile-
plam alterius quantumcumque dextra vel sinistra mente prolatas, à seminis suis possit
auerti. Quibus verbis compuncti & commoti, qui contraria ministraverunt consilia, in
posterum viri sancti verbis & nutui humiliiter aequieuerunt.

Specul. S. Franc. 1. p. c. 40.
Superuenierunt autem multi fratres ex partibus ultramontanis tractaturi in his co-
munitatibus de remedio multorum malorum & grauaminum sibi in diversis prouinciis villa-
torum. Duplici ex capite dicebant se duruisse multis in locis receptos, primo quod au-
thenticas nellas literas habebant, quibus probarent suam vitam & institutum ab Ec-
clesia foisse firmatum aut ratum. Secundo quod ab Ecclesiis rectoribus non ad-
mittentesur ad verbi diuini ministerium. Rogabant itaque ut curaret quod Pontificis
testimonio constaret eos probare: vice & rati instituti homines esse; quodque ab eo-
dem impetraret priuilegium, ut ubique liberet, etiam insalutatis Episcopis possent prædi-
care. Ad secundum indignabundè respondit vir sanctus: Adbuc & vos fratres sine in-
tellectu estis, nec Dei scitis voluntatem. Illa etenim est, ut prius per sanctam humilita-
tem & dignam reverentiam conuertamus & lucremur prælatos, deinde sancto verbo
& opere illis subiectos. Dum enim Episcopi sanctam vestram copuerationem, & lau-
dabilem vitam conspexerint, neque velle vos illorum authoritati præiudicare, ipsi vos
rogabunt ut eis cooperemini circa salutem animarum sibi commissarum easque con-
uocabunt ut vos audiant, & vitam vestram imitentur. Hoc itaque sit nobis singulare
priuilegium, nullum priuilegium habere, per quod eleueretur in superbiam, vel in quo
confisi velimus vlli præiudicare, aut lites excitare; sed ea tantum postulemus à sancta
Sede Apostolica, per quæ eius fidem dilatare, Deo obsequium præstare, & animas lucrari
valeamus cum prælatorum bona venia, & sancta pace populorum.

*Commendat
pacem habe-
dam cum
clericis.
Vide collat.
1. in opusc.
3. Franc.*
Obiicientibus vero quibusdam ex fratribus plurimos se inuenisse duræ ceruicis cle-
ricalis, quos nulla prece, nulla arte, subiectione nulla, nullo virtutis specimine, nec vita
quantumvis exemplari flectere potuerant, ut permitterent suis plebanis cibum spiritua-
lem ministrari, vel ab eisdem corporalem accipere; respondit vir sanctus: [In adiuto-
riatum clericorum missi sumus, fratres charissimi, ad animarum salutem; ut quod in il-
lis inuenitur minus, suppleatur à nobis. Quilibet recipiet mercedem, non secundum
authoritatem, sed secundum laborem. Scitote fratres quod Deo est gratissimum ani-
marum lucrum: hoc consequi melius possumus cum pace clericorum, quam cum dis-
cordia. Si autem ipsi salutem impediunt, Dei est ultio, & ipse retribuet eis in tempore. Ideo-
que estote subiecti prælatis, ne quantum ex vobis est, malus zelus confurgat. Si filii pa-
cis fueritis, clerum & populum lucrabimini: & hoc acceptabilius Deo erit, quam po-
pulum solum, clero scandalizato lucrari. Tegite eorum lapsus, multiplices eorum sup-
plete defecctus, & cum hac seceritis humiliiores estote.

Deut. 32. 15
His itaque de causis noluit vir sanctus priuilegium illud de libera prædicatione exer-
cenda insalutatis Episcopis impetrare, literas tamen Apostolicas quæ fidem facerent, se
suosque vitam à sancta Sede probatam sectari, obtinendas iudicauit, ita etiam suadente
protectore Hugolino; quas nullo negotio obtinuit à Pio Pontifice 3. idus lunij Pontifi-
catus anno 3. sequentis tenoris:

*Commandat
Pausex Mi-
sius Eccle-
siarum pra-
tulus.*
Honorus Episcopus seruus seruorum Dei, Archiepiscopii & Episcopis, Abbatibus, Decanis,
Archidiaconis, & aliis Ecclesiæ prælatis. Cum dilecti filii Fr. Franciscus & socij eius de vita
& religione Minorum fratrum, obiectis vanitatibus huius mundi elegerunt vite viaz à Roma-
na Ecclesia merito approbatam, ac serendo semina verbi Dei Apostolorum exemplo diuersas cir-
cumfuerunt

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
<i>entreant mansiones: universitatem vestram rogamus & exhortamur in Domino per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus laores presentiam de predictorum fratum collegio existentes, cum ad vos duxerint declinandum, ipsos recipiat sicut catholicos & fideles: alias eis ad reverentiam dominam & nostram exhibentes vos favorabiles & benignos. Datum 3. idus Iunij Pontificatus nostri anno 3.</i>			
XXIX.	Primi omnium hæc fuerunt litteræ Apostolicæ concessæ Ordini Minorum: à quo vero obtentæ, an ab ipso Francisco, an per internuncios postulatæ: an Perusij seu verius alibi datæ, discrepant quidam ex nostris. Marianus Perusij tunc resedisse curiam ve- lir, & per ipsum Franciscum impetratum diploma. At certum est ex historicis & re- gesto Honorij, quod ego totum percurri facta mihi sanctissimi Domini Gregorij XV. licentia, interueniente ex magna sua in me benevolentia, illustrissimo domino Sci- pioni Cobellutio Cardinale tituli S. Susannæ S. R. E. bibliothecario hoc tempore non resedisse Perusij Pontificem, sed Viterbij, nam à 3. nonas Ianuarij usque ad 5. Kalend. Augusti omnes Pontificiz litteræ in eius regesto, Viterbij sunt datae. Hic ergo non Pe- rusij concessit Pontifex has literas Pontificias vel ipsi Francisco (non adeo enim ab Assilio distat hæc urbs) vel eius procuratoribus; namque ex datis toto hoc mense epi- stolis constar ibidem tunc stitis, excusi codices nullum assignant concessionis locum, licet omnes tempus apponant. Exscripterunt autem diploma Firmament. 3. ordinum tract. 2. p. 2. fol. 11. Monum. ord. tract. 1. fol. 22. Speculum Minor. fol. 2. Roderic. in collectione pri- uilegior. sub Honorio Bulla 2.	Maria. c. 15. §. 2.	
XXX.	Pontificiis literis Cardinales & viri principes multi suas addiderunt, affectuosius institutum ipsum & professores spectatam probatamque virtutem commendantes. Præ oranibus amplum dedit ad uniuersos Ecclesiarum prælatos testimonium domi- nus Ostiensis de competta sibi institutoris & sectatorum religiosa vita, de certa spe fu- turi emolumenti Ecclesiaz, & fidei augendæ per eosdem. Pluribus itaque & authenti- cis harum literarum factis exemplaribus & secundum qualitates mittendorum, natio- numque ad quas mittendi erant exigentiam distributis, statuit viros sanctitate & literis probatos ad remotas quasque destinare prouincias: Sed antequam dispergerentur, om- nes multa & frequenti instruxit disciplina, nihil præteriens quod boni erat magistri vel ad perfectam discipulorum attinebat instructionem. Deinde inter cetera, tria statuta sunt in his comitiis, primum ut quolibet Sabbatho solemniter fierent sacra in imma- culata virginis Mariæ honorem. Secundum, ut expressa fieret mentio Petri & Pauli Apostolorum in illa oratione <i>Protege nos Domine</i> , atque item in alia, quæ incipit <i>Exaudi nos Deus</i> , ut vel hoc signo gratam se exhiberet religiosa sodalitas erga Apostolorum principes, quos ex revelatione diuina constituit in cœlis speciales se exhibuisse eiusdem protectores, & apud Deum intercessores. Hinc abiit isti consuetudinem uniuersæ Ec- clesiaz ita recitandi ab eo tempore, quo Haymo Anglicus quintus minister generalis authoritate Apostolica fitus Romani officij in breuiores exactioresque formam te- degit. Tertium ut fratum ædes paupertatem in omnibus præferrant, Ecclesiaz esset humiles & parvæ, ac reliqui ædificij parietes essent cratiti, ex cannis scilicet cratibus que implexis, seu ex ligno & luto paleato compingentur.	Maria. c. 6. Legen. an- tiqu. Bernard. à Beila cit. Tria statuta huius prouincie.	
XXXI.	Monet tamen Marianus circa tertiam hanc constitutionem non unam omnium capi- tularium fuisse sententiam, pluresque fuisse qui obtenderent in suis prouinciis ca- riora esse ligna lapidibus, & cæmentitium parietem, dummodo humilem, non tan- ti sumptus quin magis accederet ad paupertatem, sua duracione & firmitate frequen- tes excusaret expensas restaurandorum, & sapius extruendorum humilioris siue in- firmioris illius generis parietum. Noluit cum his unum contendere sanctus legillat- tor (quem & in aliis multis rebus condescendisse contrariis aliorum opinionibus, tur- bationis aut scandali vitandi gratia, monent ad hunc locum tres eius socij) quare con- stitutio hæc non adeo abiit in praxim; sepissime tamen alias, & ad mortis horam mo- nuit & rogauit fratres ut Ecclesias & habitacula, quæ pro ipsis construuntur, penitus non reciperen, nisi essent, sicut deceat sanctam paupertatem, quam in regula promi- serunt, semper in eisdem hospitantes sicut aduenæ & peregrini. Quod sane per pluri- mos obseruarunt annos, donec crescente principum & pontificum erga eos deuotione, quæ iuxta suam magnificentiam & generositatem extruebant domicilia, etiam inuitos aliquando cogebant inhabitare.	Constituenda bus sepe fra- tis, adhuc rum tam bitum.	

ANNO CHRISTI.	HONORII III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1219.	ANNO 4.	IMPER. AN. 9.	NORVM AN. 12.

*Missa in
omnes regio-
nes Predica-
tores.
Anton. tit.
24.6.7.§.1.*

*Gonzag. in
pro. proa.
Aragon.
Anton. cit.*

Divisio mox inter consolades orbe, veluti si vniuersum Dei excelsi subiugare vellet XXXII imperio, (cuius ampliores potioresque plagas à debita defecisse obedientia conspergit) ad eas vincendas partes peritores misit duces, quas magis sibi constitit fuisse rebelles. Longa itaque pro more præmissa oratione sibi duodenisque sociis designauit Syriæ & Ægypti regiones. Ad deficientes Græciæ nationes destinauit B. Benedictum de Aretio cum aliis fratribus. Ad Africam duos ex præcipuis suis comitibus, verè beatos, fratrem Eleætum & fratrem Egidium laicos, seu conuersos, adiuuatis aliis quam pluribus; submissis uno vel altero interlabente mense, tanquam subsidiariis militibus, quinque illis fideli athletis, qui anno sequenti apud Marrochium pro eadem ad sanguinem & mortem usque decertarunt. In Hispaniam, cuius multa adhuc pars sub dura Saracenorum seruitute gemebat, præter supranominatos misit B. Ioannem Parentem B. Agnellum, aliis Agnum qui postea longa confessusestate & meritis clarus ordinatus est Episcopus Marrochianorum, fratrem Bernardum de Contemporaneis, cum aliis ultra centum, ut ex antiquo historico refert Gonzaga. In Galliam eisdem remisit ministros, quos in primo creauit capitulo. Sed in Aquitaniam ut author est Antonius, destinauit columbinæ simplicitatis virum Fr. Christoforum, qui miraculis clarus requiescit Caturci. In Hungariam missi alii, in Germaniam nulli, adeo enim Theutonum ferocitatem explicarunt illi, qui inde præcedenti, vel altero anno redierunt, plagiis contumelias & damnis exsaturati, ut communi ferme prece inter fratres diceretur, à Theutonibus libera me Domine; neque proinde tunc consultum iudicauit sanctus Pater quempiam ad peregrini idiornatis & durioris cōditionis viros remittere, donec aliquos ipsius nationis viros in Italia, aut aliis regionibus suz sodalitati aggregaret, qui bene instructi circa instituti mores suz nationis homines postea commodius instruerent. Quod & fecit ad annum 1221. ut ibidem largius dicetur. In Angliam transmisit fratrem Angelum, alias Agnillum Pisacum cum aliis fratribus, quorum ministerium instituit. Obedientialium huius sancti viri literarum exemplar adhuc videre licet in conuentu sacro montis Aluerni in muro scriptum, quod ipse Agnillus graphicè depictus, tanquam à sancto patre sibi datum vel transmissum manibus tenet expansum. Obedientiaz tenor est:

4 -

Ego frater Franciscus de Assisio minister generalis, precipio tibi fratri Agnello de Pisa per obedientiam, ut uades ad Angliam, & ibi facias officium ministeriatu. Vale.

F R. F R A N C I S C U S D E A S S I S I O .

*V Villot in
Atheneis Mi-
norum sub
nomine Al-
bertus Pisa-
rus.
Arnol.lib.1.
ligni vite
c.62.*

Missus cum Agnello suus concius Albertus, qui longè alter est ab alio illo Alberto Germano Stadensi prius Abbatte, deinde Minorita & historico, quos tamen perperam purauit Henricus V villot confudit Arnoldum Vyon neque enim de Etrusco illo Alberto, sed de Germanico agit Arnoldus, & vnum putauit fuisse Albertum Minoritam Henricus, sed decipitur: hic Anglicani ministri socius vnuſ, ille de quo agit; Arnoldus alius hic vere Etruscus, ille Germanus, hic semper Minorita, ille aliquando Benedictinus; hic prius in Angliam hoc anno missus, quam ille Benedictinus & Abbatali dignitati valdixerit anno (ipsomet teste) 1240. hic demum totius ordinis Rector creatus est post fratris Elie secundum ministeriatum, ille vero in sancta simplicitate & sub humili aliorum obedientia decessit. In eo vero errauit Arnoldus, quod asseruerit Albericum illum Germanum illud suum eruditum opus Chronologicum inter Benedictinos scripsisse antequam eis valedixerit, quod mihi facile erit ex ipso opere refellere ad annum 1240. quo factus est Minorita.

*Navigat in
Græcam Be-
nedictum.
Maria. c.15.
§.10.*

*Vita Egid.
MS. c.5.
Eurip. ad.
13. April.
Marc. lib.1.
c.54.
Reball. l.1.
c.11.*

In Græciam autem statim nauigauit Benedictus, deposito ministeriatu prouinciaz XXXIII Marchiaz, quem eousque laudabiliter gessit. Perquam benigne & humaniter receptus est à Petro Altisiodoro Orientis Imperatore, quo fauente & auxiliante plura accepit & edificauit suis sodalibus habitacula & religionem ita dilatauit, ut breui ampla coaluerit prouincia fratrum dicta Romania. Mitos fecit ibidem ordo progressus, & vir sanctus cum sociis rei spiritualis prouentus, doctrinam eorum & vitam Domino confirmante sequentibus signis. Sapientia se offeret rei nostræ in Oriente adauerit & magnificabit per uiuersam historiam opportunior relatio.

*Aegidij feruor promptaque pro Christo martyrij obeundi voluntas, diuturnas non XXXIV.
patiebatur moras, quin statim cum electo & sodalibus non transiret ad Saracenos. In
Africam*

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Africam aduenti alio diuertit Electus, Egidius vero Tunetum venit, ubi cum verbum *Egid. cum
alio transiit
in Africam.*
Dei cum suis disseminate vellet, ex antro, veluti ex sacro quodam specu erumpens Saracenus quidam inter suz insaniz homines sanctissimz & magnz opinionis, qui pluribus annis alto silentio omnium reverentiam sibi conciliauit, veluti Mahumeti suorum que zelans legem contra nos hos prædicatores vniuersam ferme urbem concitauit, ita ut vita & mercium dispendium immineret omnibus Christiani nominis ibidem commorantibus, nisi per vim & clam acceptis fratribus, illos ad naues compellerent, neque hic alligatum verbum Domini: etenim constanti & intrepido animo ex nauibus Mahometanam derestabante insaniam, & Christi inculcabant doctrinam, donec compulsi fuerunt inuici ad propria remeare.

xxxv. Electo vero alia in ciuitate, magis successit ad votum, nam quibusdam post annis sub Eliæ generalatu dum constanter Christi prædicaret fidem, & viam salutis ostenderet, iuste in eum turba Saracenorum ut occiderent, genua flectens, & quam profensus est regulam veraque manu tenens, dixit ad socium: De omnibus quæ contra istam regulam feci charissime frater, coram oculis diuinz maiestatis, & coram te me culpabilem esse profiteor. Breui huic confessioni gladius successit, quo vitam gloriose terminauit martyrio. Sane vniuersa vita non aliud erat quam martyrium, nam adolescentulus iugum Domini subiuit, & ad mortem vsque super nuda carne asperam portauit loricam. Felix adolescens feliciter incepit, felicius consummavit, & occultum martyrium felicissime publico conclusit.

xxvi. Qui in Hispaniam tendebant, visi sunt exultasse ad currendam viam cum primicerio Ioanne Parente; decem ex iisdem circa Assumptionis virginæ festum, breuisimo sane à suscepto itinere, tempore, peruererunt Cæsaraugustam Tarraconensis Hispaniæ celebrem ciuitatem: qui eius ciuitatis non Archiepiscopo, vt habet Gonzaga, sed Episcopo, nam à Ioanne 21. facta vrbs illa Archiepiscopal, ac utrius senatus, seculari scilicet atque Ecclesiastico (vti par erat) se præsentantes, benignè ab eis receperi sunt, statutamque diem, in qua coram se conuenirent, atque quid vellent felicius propone-re, retulerunt. Qua tandem iuxta conditum adueniente, beatus ipse Ioannes Parente decem suis sociis stipatus, in capitulari domo Ecclesiæ S. Salvatoris in celebrissimæ illius coronæ medium descendit, atque in hæc verba maxima cum humilitate ac religione prorupit: [Partes conscripti, atque de catholica religione optime meriti, Deus Opt. Max. qui dilectissimi filij sui Iesu Christi sponsæ, Catholice videlicet Ecclesiæ in omni tribulacione atque in quacumque necessitate opportune adest, nouissimus, ac vere calamitosis his temporibus hominem quendam scientia vacuum, idicat, simplicem ac mercionis implicitum, cuiusdamque Petri Bernardonis Assisianatis filium, nomine Franciscum qui mundo salutis viam ostenderet, penitentiamque suadet, feligere dignatus est. Is igitur tanti Patris ac Domini dicto audiens, omnibus mundi illecebris longe posthabitis, se totum paupertati, humiliati, atque omnium despectui commisit: insuper & quosdam eiusdem mentis homines, qui se in omnibus sequerentur elegit. Qui adeo, auspice Deo, creuerunt, vt non ita ante multos dies millesimum numerum; quintò repetitum excesserint. Quod sane miraculo non caret: cum huiusmodi eleccio à tredecim tantum vel circiter annis contigerit. Cupiens præterea is pater noster Franciscus, qui & summa Pontificis Maximi Honorij III. (vt vobis videre licebit) humanitatem atque paternam bencvolentiam in concessione regulæ, iam ante ab Innocentio III. approbatæ & à se Spiritu sancto dictante præscriptæ, & eximium illustrissimorum S. R. E. Cardinalium in eiusdem regulæ commendatione affectum expertus est, huiusmodi vocationi facere satis, præfatos vitos sibi adhærentes (de quorum numero & nos sumus) qui via carpane, virtutes commendent, Christum sequi eiusque præceptis mortales parere doceant, tum ad Germanos, tum ad Gallos, tum ad alias orbis partes, tum quoque ad celeberrimam hanc ciuitatem delegauit. Vos igitur exoratos cupimus, vt si nostra conuersatio vobis arriserit, nobis aliquod hospitium, vbi & diuinum pensum peragere, in posterum viicitate, atque tanti patris voto annuere possimus, assignare dignemini. Nec id vobis (oro) difficile sit: nam nihil minus à diuitiis & bonis vestris exoptamus. Victrum siquidem necessarium, qui & parcissimus est, & vilem amictum vel corporalis labor, vel ostiaria emendatio suppeditabit.]

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Quibus dictis de promptas ex manica tum p̄fati Summi Pont. Honorij IIII. tum xxxvii quoque plurium S. R. E. Cardinalium commendatitias literas, p̄fato Cæsaraugustanorum Præsuli ac cætero consessui perlegendas obculit. Illi vero hominis spiritum, humilitatem atque habitum summè admirantes, ab eo instantius petierunt, ut si quas haberet à suo patre literas eis ostenderet. Tum beatus pater Ioannes ipsissimum earum literarum, quas Seraphicus pater Franciscus suis fratribus ad p̄dicandum atque conuentus per orbem edificandum missis, ad Prouinciarum Magistratus atque Episcopos dederat, transumptum, cuius formalia verba sequuntur, tradidit:

Vide epist. 13. in opusc. S. Francisci. *Vniuersis Potestatis & Consilibus, Iudicibus atque Rectoribus ubique terrarum, atque omnibus alisis, ad quos ista litera peruenient, Fr. Franciscus vester in Domino seruus parvulus ac despectus, salutem & pacem omnibus vobis exoptans. Considerate & videste, quoniam dies mortis appropinquas. Rogo ergo vos cum reverentia sicut possum, ne propter curas & solicitudines huius seculi, quas habetis, Dominum obliuioni tradatis, & à mandatis eius declinetis, quia omnes illi qui cum obliuioni tradant & à mandatis eius declinant, maledicti sunt, & ab eo obliuioni tradentur, & cum veneris dies mortis, omnia que putabatis habere, auferentur ab eis, & quanto sapientiores & potentes fuerint in hoc seculo, tanto maiora tormenta sustinebunt in inferno. Vnde firmiter consolo vobis dominis meis, ut omni cura & sollicitudine posthabitis, sanctissimum corpus & sanctissimum sanguinem Domini nostri Iesu Christi in eius sancta commemoratione benigne recipiatis. Et tantum honorem in populo vobis commisso, Domino conferatis, ut quolibet sero annuncietur per nuntium vel per aliud signum, quod omnipotenti Domino Deo ab uniuerso populo landes & gratia referantur. Etsi hoc non feceritis, scias vos coram Domino Deo vestro Iesu Christo in die iudicij reddere rationem. Hoc scriptum qui apud se retinuerint, & obseruantur illud, à Domino Deo se nouerint benedictos.*

Præter has, alias etiam ad Ecclesiasticos secum detulisse literas, à sancto viro inmissas, XXXIX hic obiter monemus, quibus ad purum & perfectum sacra synaxis cultum hortabatur, quarum hoc subiiciimus exemplar:

Littera sancti Francisci ad Ecclesiasticos. Vide epist. 13. in opusc. S. Francisci. *Reuerendis in Christo Dominis meis, uniuersis clericis, qui sunt in toto orbe, & vivant secundum statuta Catholica fidei, Fr. Franciscus parvulus & minimus seruus, saltem cum omni reverentia, & osculo pedum. Quoniam debitor factus sum omnibus, ideo non valens amplius praeferialiter verbis meis propter mea infirmitates vobis satisfacere hanc meam recordationem & admonitionem paucis verbis scriptam, cum omni amore & dilectione suscipite. Attendas omnes clerici magnum peccatum & ignorantiam, quam quidam habent super sanctissimum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & sacratissima nomina & verba eius scripta, que sanctificant corpus. Scimus, quia non potest esse corpus, nisi prius sanctificetur à verbo. Nihil enim habemus & videmus corporaliter in hoc seculo de ipso Altissimo. nisi corpus & sanguinem, & realiter nomina & verba, per qua facti sumus, & redempti de morte ad vitam. Omnes autem illi, qui ministrant tam sancta mysteria, considerent intra se, maxime, hi qui indiscretè ministrant, quam viles sunt calices, corporalia & linteamina, ubi sacrificantur corpus & sanguis Domini nostri, & à multis in locis velib[us] relinquitur, miserabiliter portatur, & indigne sumitur, & indiscrete aliis ministratur. Nomina etiam & verba eius scripta aliquando pedibus conculcantur, quia animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. Non mouemur de his omnibus ad pietatem, cum ipse pius Dominus in manibus nostris se prebeat, & eum trahemus, & sumamus quotidie per os nostrum? An ignoramus quia debemus venire in manus eius? Igmar de his omnibus & aliis cito & firmiter emendemus, & ubicumque fuerit sanctissimum corpus Domini nostri Iesu Christi illicite collocatum & relatum, remoueatur de loco illo, & in loco pretioso ponatur, & consignetur. Similiter nomina & verba Domini scripta, ubicumque inueniantur in locis immundis, colligantur, & in loco honesto debeant collocari. Et scimus quia hec omnia tenebunt super omnia obseruare secundum præcepta Domini & constitutions sancta matris Ecclesia. Et qui hoc non feceris, scias se coram Domino nostro Iesu Christo in die iudicij reddere rationem. Hoc scriptum ut melsus debeat obseruari, scias se benedictos à Domino Deo, qui ipsum fecerint exēplari. Dominus noster Iesus Christus omnes meos dominos sua sancta gratia replicat & confortat.*

Ez verbi diuinæ. 1. Corin. 2. 14. *Reuerentia exhibenda corpori Christi.* *conculcantur, quia animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. Non mouemur de his omnibus ad pietatem, cum ipse pius Dominus in manibus nostris se prebeat, & eum trahemus, & sumamus quotidie per os nostrum? An ignoramus quia debemus venire in manus eius? Igmar de his omnibus & aliis cito & firmiter emendemus, & ubicumque fuerit sanctissimum corpus Domini nostri Iesu Christi illicite collocatum & relatum, remoueatur de loco illo, & in loco pretioso ponatur, & consignetur. Similiter nomina & verba Domini scripta, ubicumque inueniantur in locis immundis, colligantur, & in loco honesto debeant collocari. Et scimus quia hec omnia tenebunt super omnia obseruare secundum præcepta Domini & constitutions sancta matris Ecclesia. Et qui hoc non feceris, scias se coram Domino nostro Iesu Christo in die iudicij reddere rationem. Hoc scriptum ut melsus debeat obseruari, scias se benedictos à Domino Deo, qui ipsum fecerint exēplari. Dominus noster Iesus Christus omnes meos dominos sua sancta gratia replicat & confortat.*

Harum non aliarum litterarum mentionē fecit vir sanctus iis que per hos ipsos, & cæteros diversarum missionū fratres misit ad Minorū custodes, ut & ego iā alias adnotauim. XL

Omnium

ANNO CHRISTI	HONORII III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1219.	ANNO 4.	IMPER. AN. 9.	NORVM AN. 12. /

Omnium harum literarum pro his missionibus exaratarum exemplat lectori hic duxi offerendum.

Opus. 5.
Fran. toni. r.
ep. ill. 14. n. 5.

*Vniuersis custodibus fratrum Minorum ad quos iste litera peruenient frater Franciscus mini-
mus seruorum Dei, salutem & sanctam pacem in Domino. Scitote quod in conspectu Dei sunt que-
dam res nimis altae & sublimes, que aliquando reputantur inter homines prouilibus & abiectis;
& alia sunt chare & spectabiles inter homines, que coram Deo tenentur pro vilissimis & abiectis.
Rogo vos coram Domino Deo nostro quantum possum, quod literas illas que tractant de sanctissimo
Corpo & sanguine Domini nostri Iesu Episcopis & aliis clericis, & memoria retineatis, que su-
per huius vobis commendauiimus. Aliarum literarum quas vobis misso, ut eas deis gubernatoribus
consulibus & rectoribus, & in quibus continetur, ut publicentur per populos & platas Dei laudes:
facite statim multa exemplaria, & copias & cum magna diligentia eis porrigit illis, quibus de-
beant dari. Valete in Domino.*

- XL. Primit itaque & secundis literis ab Episcopo & Senatu Cæsaraugustano perlegetis, tan- Cor. 4.
Cæsaraugusti-
nus.
tus eorum omnium ad patrem Franciscum affectus incessit animos, tantaque beatum pa-
tem Ioannem eiusque socios incessit benevolentia, ut statim de conferenda illis habita-
tione inter se egerint, atque domos quasdam tamē semidirutas, iuxta Iberi fluminis
marginem aliquantulū à ciuitate sitas ipso die beato fratri Augustino dicato contulerint:
vbi & per aliquot annos cum maxima laude, atque populorum ædificatione commorati
sunt. His itaque atque similibus auspiciis Franciscana Religio magis magisque apud Hi-
spanos augebatur, in diesque noui conuentus ædificabantur. Cuius augmenti testem ha-
bemus illius temporis virum eruditum scriptorem Lucam Tudensem in chthonico quod
legere licebit tomo 4. Hispaniz illustrat̄ vbi gesta Ferdinandi sancti recensens, ait: eo
tempore per totam Hispaniam fratrum Prædicatorum & fratrum Minorum construun-
tur monasteria, & vbiq[ue] sine intermissione verbum Dei prædicatur. Et sane intima Hi-
spaniz regna penetrasse, atque ad ciuitatem Legionensem sub illo tempore peruenisse
veriusque instituti viros, author est idem Tudenensis in præclaro illo suo opere de altera
vita fideique controversiis aduersus Albigensium errores, dum dolosas hæreticorum ar-
tes quibus sanctorum miracula eludere tentabant, adducto exemplo ab illa ipsa ciuitate,
in qua tunc scribebat, quam etiam error ille Albigensium invalidit, recenseret. Rem omnem
ex ipso præstat exscribere: [Stimulant, inquit, in quibusdam locis innundi fieri miracu- Tuden. 1.;
c. 8. & 9.
la vt decepti homines credant hæc patrari à diabolo propter sordes locorum, & ea quæ per
Catholicos sunt miracula in Ecclesia Christi similiter facta à diabolo arbitrantur. Quod
vt manifeste pateat, & non seducantur simplices cum hæreticorum dolo in sordidis locis
miracula videntur fieri, ea quæ in hac nostra vrbe ante biennium calliditate hæreticorum
gesta sunt rescrimus. Post decepsum Reuerendi Patris Roderici Legionensis Episcopi super
electione futuri pastoris discordante voto & studio clericorum, iniusti veritatis hæretici,
qui semper sibi discordiant clericorum, ut reperiant aditum, quo Christi oves mactent Frans her-
etorum.
& perdant, ad hanc confluxerunt ciuitatem, tunc temporis carentem custodia pastorali:
& in quodam loco sordidissimo vbi multi egrediebantur ad exquisita naturæ, fieri mira-
cula confinxerunt. Fuerat ibi sepultus quidam hæreticus, & quidam alius homicida, qui
exigente iustitia viuis fuerat missus in foucā à iudicibus ciuitatis, eo quod prodictione pa-
trium suum interficerat. Est ibi præterea quidā fons, quem hæretici sanguine polluerunt,
vt ipsa aqua versa in sanguinem crederetur. Confluebant de diversis partibus populi, ut
aspicerent miracula, quæ fieri videbantur. Veniebant plures, qui erant occulte numeribus
subornati; alij fingentes se esse coecos, alij claudos, alij dæmoniacos, alij tegititudibus ve-
xatos, & hausta fontis illius aqua se mentiebantur recipere sanitatem. Extumulantes
etiam ossa hæretici supradicti, qui Arnaldus vocatus fuerat, & ante sedecim annos se-
pulcus in loco, martyrem sanctissimum fatebantur. Plures clericorum simplicitate du-
cti laicos in facto sacrilego scculo adiuabant, & super fontem donum fortissimum
construxerunt. Parabant ossa prædicti proditoris & homicidæ communis consilio ele-
vare, quia hunc quondam esse Abbatem Sanctissimum fatebantur. Quid plura? Quod
callide fecerant, quibusdam detegentes hæretici, deridebant fidem Catholicam, & si-
mili artificio fieri miracula in Ecclesia coram sanctorum corporibus affirmabant. Non
defuerunt aliqui, qui crederent illis, quibus prophana consilia reuelauerant, & in hæretum
laberentur. Peruenit tandem consilij denudatio ad fratres sapientæ prædicationis, qui verbum

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

*Contra eam
predicatores Pra-
dicatores &
Minores.* Dci populis proponentes horabantur ab hoc facto nefario punitere. Instabant fratres Minores & clerici, ne populi vota sacrilega in loco sordido immundis ossibus exuberent, & magis accendebantur animi laicorum ad cultum diabolicum peragendum: & fratres Prædicatores & Minores, ac clericos vniuersos, quia erant contrarij suis operibus, hæreticos clamabant. Gaudebant inimici veritatis, & publice assertebant, plus esse sanctitatis & miraculi in luto, & in ossibus illis, quam in omnibus Ecclesiis Christi, & in omnibus sanctorum corporibus, quos fides Catholica veneratur. Circumadiacentes autem Episcopi excommunicabant omnes venientes ad illam venerationem nefariam, & fere nihil proficiebant, quia multorum mentes iuaserat diabolus, & inobedientes filios colligauerat.

Quidam verò Diaconus, qui feroce fideli flagrans hæreticam præ cunctis precipitiis oderat prauitatem, cum esset in sancta vrbe Romana, & à narrantibus disseret, quæ fiebant in ciuitate Legionensi, turbatus est valde, & repedare ad patriam festinavit, ut se tantez opponeret prauitati. Hic cum venisset Legionem & plenius cognouisset de facto, quasi in insaniam versus, cœpit manifeste ciuibus reprobrare, & eos quasi hæreticorum fautores redarguere.

Ita enim motus pernixia, quia videbantur ciues recedere à lege Dei, cum se non posset cohibere prohibentibus amicis, qui de illius interitu formidabant, accessit ad concilium, & cœpit proponere, quod infamia huius facti Hispaniam totam polluerat, & vndo consueuerant oriri leges iustizæ, eo quod esset ciuitas caput Regni, inde hæresis pullulabat. Adiecit etiam quod non daret Dominus pluviam super terram, usque dum fanum destrueretur, quod construxerant, & quæ venerabantur ossa proiicerent. Siquidem à tempore, quo nefarium cultum incepérant, & per decē menses anni non pluerat, & arescebant omnia siccitate. Tunc iudex interrogauit dictum Diaconum in cunctorum præsentia dicens: *Si domum euertimus, dabit Dominus pluviam super terram?* Diaconus plenus fidei respondens dixit: Conferatur mihi potestas à vobis domum libere destruendi, & euertendi omnia, quæ sunt in ea, & in nomine Domini nostri Iesu Christi spondeo sub periculo corporis, & omniū rerum mearū, quod usque ad octo dies Dominus conferet abundantiā pluviatum.

Dedit Dominus gratiam sermonibus eius in conspectu consilij, & accepera sponsione ab ipso, ei destruendi fanum, & omnia quæ in ipso erant, posse liberum tradiderunt. Sed cum die sequenti iu manu hominum plurima fanum destrueret, & dicta ossa confringeret minutam, & inter humana stercora spargeret, cum iam post euersionem omnium vellet quiescere, quidam sonus quasi tubæ valide perstrepentes inter ligna destructionis insonuit, ut in ipso sonitu relinquere invite locum illum diabolus crederetur. Sequenti vero die pars ciuitatis non minima succensa est, & ignis cum vento valido mixtus plurimas domos consumpsit. Quærebatur à multis dictus Diaconus, ut interficeretur, quia cum promiserit pluviā, dominus eorum incendio perierunt. Insultabant hæretici clericis: & Diaconum dignum morte damnabant, & quod non plueret etiam post multum temporis procaciter affirmabant. Dominus autem omnipotens misertus populo suo, octava die à fani destructione pluviatum abundantia terræ superficiem irrigauit, & qui iam erant sine spe frugum & fructuum ipso anno percipiendi, eorundem copiam, Dei misericordia percepérunt. Constatuit post hæc dictus Diaconus persecutionem magnam contra hæreticos, & relicta ciuitate, se fugæ miserabiliter accinxerunt. hæc Tudensis. Quo determinato anno hæc obigerint neque certò scire, nec clarius colligere potui, non fuit enim vnde discere potuerim quando Rodericus Legionensis Episcopus, post cuius discessum hæc obigitse scribit,

Mariano. lib. 1. c. 1. Brouius in annal. Rem ex hoc authore referunt Ioannes Mariana ante annum 1213. & Abrahamus Bzovius ann. 1299. licet non iis annis, sed circa illa tempora fadam affirment. Solum illud vestigij aut conjecturæ mihi superest, ut hunc annum præscribam, quod hoc ipso

Mariano. cit. c. 9. magna laborauerit aeris siccitate & annonæ egestate vniuersa Hispania, velut author est Ioannes Mariana, de qua probabiliter locutus est Diaconus, & historiz author, dum refert per decem menses anni non pluisse, & aruisse omnia siccitate.

*In Burgundia
Prædicatores
& Minores
hæresis pre-
figantur.* Oportunior non se mihi offeret locus ad enarrandam ex hoc ipso authore similem quam hoc tempore posuerunt operam horum ordinum viri ad extingendas hæreticos flammis in partibus Burgundiz exortas. Cum quidam, inquit, hæretici in Burgundiz

Tudensis. cit. f. 16. partibus sui erroris semina spargerent virulenta, & sanctæ prædicationis fratres Prædicatores, & fratres Minores contra eosdem hæreticos vitiliter decertarent gladio anicipiti verbi Dei eorum praua dogmata infatibiliter concidentes, tandem à judice regionis capti

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

capti sunt : & ut digni erant, flammarum ignibus traditi, ut maligni autores cum suis sceleris ad terrorem ceterorum hominum sinirentur. Cumque suppositis lignorum copiis vehementer extuarent incendia, subito mira magnitudinis bufo, qui aucto nomine vocatur crapaldus affuit : & nullo cogente se ultra mediis flammis contulit. Considerat in ignem unus hereticorum, qui eorum Episcopus dicebatur, resupinus, & dictus bufo super faciem eius sedet, & videntibus evanescit qui aderant, linguam eius comedit. Sequenti autem die totum eiusdem heretici corpus ossibus exceptis, versus est in fletos bufores, ita ut non possent per multitudine nimis numerari. Videntes iraque indigenz misericordium, glorificabant Deum, & laudabant eum in predicatoribus suis, qui de horrore iam immunda pollutionis eos digoatus est misericorditer liberare.

XLI. Missionis Gallicanæ patres brevi intervallo in nobilissima Lutetia urbe incepit Gonzaga, pro tempore missio Hungariae. iam à se domum / de cuius incremento & mutatione largius agimus alias / ad summum usque perduxerunt. Cuius primus guardianus, teste Gonzaga, fuit beatus Agnellus Pisanus. De hinc beatus Pacificus minister misit in alias Gallia partes, in Cormicatum Hannoniam, aliasque Belgij provincias, quosdam ex consodalibus, qui institutum brevi propagarunt, multisque sibi acquisiuerunt sedes, ut proximo & sequentibus annis enarrabitur. Diuersum tamen accidit iis, quibus Hungaria in sortem contigit (ut refert Balduinus de Bruinswick in historia MS. provinciæ Saxonie, quæ penes me est, quam ille partim concinnauit ex iis quæ præsens videt, partim ex iis quæ accepit à Jordane Deyano qui cum primis Patribus ad Saxones fuerat destinatus) quod visum fuit hic commemorare. Peruenient quidem illi alicuius Episcopi beneficio in Hungaria regnum, nauigio transuersti, sed parum humaniter excepti; nam cum per campos hinc inde diuisi errarent pecorum custodes (brutum ac ferox genus, aut canibus incitatis; eos persequentes, aut lanceis oblongis, cuspidi tamen auersa, eos verberantes, gravissime excruciarunt, nulla tamen præterita causa, neque verbulo aliquid ab eis expostulantes. Fratres hac angustia circumuenti non potuerunt non vehementer dolere, collatisque inter se querimoniis, consultare coeperunt quia cum barbaris mutuum conferre sermonem non poterant, quid causæ esset, cur ita cæderentur? Respondente autem quodam ex fratribus: quia forte tunicas nostras superiores ambiunt; quibus illico datis, nec tamen illis à verberum infictu desistentibus, inferiores etiam vestes ultra contulerunt. Et nec sic quidem cessantibus illis, subintulit frater, quia braccas forte nostras habere contendunt: præter braccas siquidem, ablatis iam tunicis, Euangelici pauperes nihil prorsus, quod darent, habebant: quæ omnia viri isti accipientes, nudos tamen fratres diuinerunt. Ex quorum uno frater Jordanus se cognouisse refert, quod quindecies tali modo braccis in Hungaria spoliatus fuerit: qui denique pudore casto adductus, hoc ingenio uti coepit, ut braccas deinceps fino bovi, & vaccarum, aliisque immunditiis inquinaret, quas illi tunc abhorrentes, non eripuerunt. Sanè huiusmodi verbera & ludibria fratres perpepsi, & nullos scilicet ibidem fructus sacre videntes, in Italiam redierunt.

XLII. Anglicanæ missionis Patres parvam in itinere moram posuerunt, sed in Gallia detenti sunt à sua professionis viris, per aliquot menses ad commune solarium, & subsidium. nam antea satis notus ibidem uterque Pisanus, Agnellus, & Albertus, qui & incepit à se fabricam monasterij per aliquot menses sua industria & familiari accessu ad principes tres dominum viros, conquistis hinc inde electos synis adiuuauit. Habuisse autem fratres hoc anno Parisiis. Lutetia conuentum, seu locum suæ mansionis iam occupasse, præter Marianum habent chronica antiqua ordinis, & illa viginti quatuor generalium, ipsaque ratio & Gal- forum pietas toto orbe celebrata, persuader in opulentissima & populosisima ciuitate Chron. ant. non defuisse ab anno 1216. quo missi sunt in Galliam B. Pacificos & socij usque ad finem 1219. inter totios unum vel plures, qui sua beneficentia & eleemosynis ad instantiam exemplarium & perfectissimum vita Apostolicæ virorum, ædificiolum aliquod eis pararet vel compararet. Neque sufficienti fundamento videtur Gonzaga, p. de conc. eumque sequutus Jacobus Breul de hac re dubitate, seu colligere minores certa do- Parisiens. in mo ac templo caruisse per aliquot annos Lutetia, propere quod Honor. III. anno sui Pontificatus X. Reate ad Episcopum Parisiensem missi speciatim diplomate, even- Theatro. dem horratus sit & iussit, ut sinebet fratres Minores cum altari portatili celebrare Pan. in omnibus tum ciuitatis, tum diacessis sua Ecclesiis. Non aliunde quam hinc ille

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

infert firmas fixasque aras in proprio templo non habuisse, quibus portatiles concedebantur. Verum est his non opus esse ubi firmæ habentur, neque propterea minoribus Parisiensibus pro propria domo concessæ hæc aras portatiles, sed pro aliis Ecclesiis illius. dicecesis. Quid t' quod & ipse Gonzaga primum Parisiensem constitutæ guardianum Beatum Agnellum, quo officio fungi non potuit, nisi ante hunc annum dominum habuerint minores, etenim cum ad comitia de quibus loquimur, Lutetia venerit, & illuc regressus fuerit non pedem fixurus, sed transitus ad Anglos inter quos extremum diem fæliciter clausit, evidenter sequitur ante hunc annum illud officium gessisse, & dominum quam regeret habuisse vel completam, vel inchoatam. Hoc posterius probabilius ex Mariano & chronicis antiquis citatis; & libentissime Agnellum suam impendisse operam pro consummanda vel augenda fabrica; quam ipse inchoauerat. Dum autem per aliquot menses moram traxerunt, non destiterunt à verbo Dei disseminando tam in ipsa ciuitate, quam in circumiuicinis vrbibus & pagis.

Rodolph. in
pros. Tosc.
& custod.
Pisan.

Marian. l. 1.
C. 9.
Chron. ant.
Hugolin. de
moore in
chron. MSS.
Quod fugiun-
dam voluit
familiarita-
tum monas-
tium.

Missis his fidei & religionis suæ propagatoribus in tot orbis prouincias, voluit ipse XLIII. vir Dei Franciscus Orientem penetrare, ac inter Christiani nominis hostes vexillum Crucis erigere. Dum itaque se præpararet ad iter, & Soldani statueret adire præsentiam, egit cum eo Cardinalis Hugolinus de regimine monasterij sancti Damiani & aliorum, quæ iam multiplicati cœperant pro pauperibus dominibus. Cui ille respondit, pte-
ter vnum illud, in quo Claram reclusit, nullum aliud se extruxisse, aut extrui procurasse, atque ita huius solius curam assumpsisse tam quoad disciplinam regularem, quam quoad tenuem viatum, mendicitate per se aut socios conquitendum. Neque quidquam sibi tantum disdiscere, quam ut fratres in aliis partibus monialibus domicilia constituiri, & per se regi, impensis voluerint; sed quod ultra modum angebat, illud erat, quod suum eis nomen communicauerint & Minerissas vocari decreuerint. Quare instanter egit cum Illustrissimo & prudentissimo viro, ut quantum fieri liceret, elongaretur à fratribus cura & familiaritas Sanctorum monialium, si consultum volebat illorum famæ & profectui; & quod illo solo nomine pauperum dominarum, aut inclusarum audirent, donec tempus aliud coquientius & aptius imprimiceret. Ad plures rationes quas vir sanctus pio & cordato ordinis proteCTORI subiunxit, ille rem tractandam cum Pontifice in se assumpti, & Claræ sociatumque sedulam curam, ac piam subventionem viro Dei ex corde commendauit.

Verè Franciscus nunquam hæc intermisit circa Damianitas Assisiates, quod exterius XLIV. fratribus præbuit exemplum aliis monasteriis subueniendi, & se his cum ex aliorum precibus, tum Pontificum suasu, & facili, ut solet, circa huiusmodi pietate, adeo immiscendi, ut quando iam secretum erupit, & se manifestavit damnatum non se potuerint fratres à malo retrahere, ut multo suo incommodo probarunt sub Urbano quarto. Quod sanctus pater prævidens in spiritu quantum potuit, eos à ministrando his sacris virginibus retrahebat, sepius turbato animo dicens: *Timeo ne dum Deus nobis abfluerit uxores, Diabolus nobis procuraverit fratres.* Adde his severum, quod intulit supplicium cuidam ex sociis fratri Stephano dicto, de quo iam nos supra egimus, quia ex licentia & mandato fratribus Philippi Longi Visitatoris monialium, ut statim dicemus, ad monasterium quoddam accessit. Nam è Beuania vallis Spoletanæ oppido, Assisium eunti, simpliciter factum narravit, & de accessu toties fratribus per eum interdicto, ut sibi indulgeret, humiliter rogauit. Exaudiuit vir sanctus, & durè hominem increpauit, nec etiam facile ignoscendam dixit in re tanti momenti inobedientiam. Iussit itaque ut in fluvium, ad cuius marginem dcambulabant ut erat vestitus, se immerget; frigidissimo anni tempore in genere Decembri. Quod ut ad patris irati fecit præceptum: Extingue, inquit ille, hac aqua scintillas quæ in te lenis & mitis, sed periculosus ignis accendit: laua & absterge his vndis seceras sordes, quæ te incio tibi fortassis hæserunt. His dictis prævixit, nec amplius ponere sequenti ueste inadfecta, vultum aut faciem conuertit per duo millaria, donec ad hospitij locum venerunt, vbi sententiaz rigorem blando sermone temperauit, & uestes madidas ut exsiccaret adiuvit.

Fratru eius-
dem inobe-
dientia Frä-
ciscus secur-
us fugit.

Anno 1210.
n. 17.
Marian. l. 1.
c. 6.

Cæterum Hugolinus collata re cum Pontifice regimen ceterarum monialium præ XI.V. ter Assisiates in se met. assumpsi, delegato sibi quodam fratre Ambrosio, viro discreto ordinis Cisterciensis, quem vniuersarum visitatorem constituit. Deinde regulam eis præscripsi sancti Benedicti, adiuncta, quam subiecto institutione, cuius sapienti mihi occurrit

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

occurrit mentio in regesto ipsius Hugolini, Gregorij noni dicto, nec tamen eam alibi, quam in regesto Innocentij I V. anno 3. sui Pontificatus sub num. 290. potui repetire. Eam lubens & opportune tradidit, quia frequenter de ea tractandum est per annos subsequentes. In ipsa sua confirmatione testatur Innocentius eam à Gregorio daram, dum adhuc esset in minori officio constitutus, quod similiter affirmat Alexander I V. scribens anno 1. sui Pontif. epist. 316. ad moniales sanctæ Catharinæ Ianuen. & anno 2. epistol. 784. & anno 4. epistol. 206. Porro videtur ex regulæ principio formulam hanc prius auctoritate propria transmisso ad sacras virgines, & ab eis admissam, atque in meliorem formam redactam, denuo auctoritate Apostolica remisisse, data eis pro præcipuo instituto regula S. Benedicti. A concessâ & data eis hac regula videtur institutionis tempus computare Nicolaus III. qui anno 1. sui Pontificatus epist. 88. data ad Clarissas Assisi, dicit illorum ordinem institutum post concilium generale Lateranen. sub Innocentio III. quod sane de primæa institutione vel fundatione per sanctum Franciscum, non potest intelligi, qui ut ex concordi historicorum narratione diximus anno millesto ducentesimo duodecimo annis tribus ante dictum concilium S. Claram reclusæ, instruxit, & vitæ normam edocuit. Illa porro Hugolini, ut ab Innocentio confirmatur, ita se habet.

XLVI. [Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis vniuersis Abbatissis & monialibus inclusis, ordinis sancti Damiani. Solet annuere sedes Apostolica piis votis & honestis perentium desideriis fauorem benevolum impetrari. Ea propter dilectæ in Domino filiæ, vestris precibus inclinati, ordinis vestri regulam & formalem viuendi à fel. re. Gregor. Papa prædecessore nostro, tunc Ostiensis Episcopo vobis auctoritate Apostolica traditam, annotatam præsentibus vobis eadem auctoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, quæ talis est.

Cum omnis vera religio & vitæ institutio approbata certis constet regulis & mensuris, certis etiam constet legibus disciplinæ, quisquis religiosam ducere vitam cupit, nisi certam atque rectam conuersationis suæ regulam, disciplinamque viuendi obseruare studuerit diligenter, eo ipso à rectitudine deviat, quo rectitudinis lineas non obseruat, & ibi deficiendi incurrit periculum, vbi per discretionis virtutem certum ac stabile proficiendi collocare neglexit fundamentum. Quapropter dilecta in Domino filiæ quia diuina vobis gratia inspirante, per arduam viam & arctam quæ ad vitam dicit incedere, & vitam pauperem ducere pro æternis lucrandis diuinitatis, elegistis, religionis ipsius obseruantiam, atque formam vobis duximus breuiter describendam, vt sciat unaquæque vestrum quid agere, quidue etiam debeat deuirare, ne forte de ignorantia aliqua se excusans, prohibita & inconcessa periculose præsumat, vel subrepente desidia detestabili ac repte, iussa periculosius negligat & contemnat. Quocirca vobis omnibus & singulis in virtute obedientiæ, districte præcipiendo mandamus, quatenus formam ipsam quam vobis diriginus, plene in sequentibus annotatam, humiliiter, & deuote recipere, & iduolabiliter de cætero studeatis vos, & post vos omnes futuræ, perpetuis temporibus obseruare. Verum vt ad exemplum & imitationem eorum, qui sine querela Domino seruierunt, & sanctæ conuersationis initium fælicis perseverantia exiit fælicissimo consummarunt vitæ vestre religio in Christo constructa pariter & fundata, in templum sanctum in Domino crescere & ad supernæ vocationis præmium, sanctorum sequendo vestigia possit recto cursu fæliciter peruenire; Regulam beatissimi Benedicti, in qua virtutum perfectio, & summa discretio noscitur instituta, quæ & à sanctis Patribus à principio deuote suscepta est, & ab Ecclesia Romana venerabiliter approbata, vobis tradimus obseruandam in omnibus, in quibus eadem viuendi formæ vobis à nobis traditæ, secundum quam specialiter viuere decreuistis, contraria minime comprobatur.

Omnis itaque, quæ sæculi vanitate relata, pariter & contempta religionem vestram assumere voluerint & tenere, hanc eas legevit vitæ & disciplinæ feruenter oportet & convenit obseruare. Omnia namque tempore vitæ sive clausæ manere debent, & postquam claustrum huius religionis intrauerint aliquæ, regularem habitum assumentes, nulla eis concedatur licentia vel facultas, inde vterius excundi, nisi forte causa plantandi vel adiudiandi eandem religionem ad aliquem locum aliquæ transmittantur. Motientes vero tam dominæ, quam etiæ seruientes, quæ professæ fuerint, intra claustrum prout conuenit,

Hugolinus
præscrivit re-
gulam Clari-
sſis.

Institutio pre-
ma Clarissæ
rum.

Institutio
sub regula
Benedicti.

Sub per-
missione
claustrorum.

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

*sepius non
tenuerat clau-
stra.*

*Examinando
qualiter re-
spondent.*

*De diuino
officio.*

*Perpetuo si-
endum.*

*Ad locutionem
auscultatori-
ces.*

*Ieiunium per-
petuum.*

*De lectio, et
clementia, &
teste.*

cumuleretur. Omnibus autem hanc religionem assumere volentibus, & quæ fuerint admissi, priusquam habitum mutent, & religionem assumant, dura eis & aspera praedcentur, per quæ iter ad Deum, & quæ secundum hanc religionem necesse habuerint firmiter obseruare, ne de ignorantia postea se excusent. Non recipiatur aliqua, quæ vel lögiori ztate, vel infirmitate aliqua seu fatua simplicitate ad huius virtutis obseruantiam minus sufficiens & idonea comproboetur. Per tales enim status, & vigor religionis s̄p̄ius dissoluitur & turbatur. Vnde in personis recipiendis diligenti studio & cautela huiusmodi debet occasio devitari, etiamsi cum aliqua aliquando causa rationabili exigente, alicubi forte fuerit dispensandum. Omnes vero ex more intra claustrum receperunt, si ztatis conuenibilis fuerint, citius deponant habitum s̄cularem, & infra statutos dies professionem faciant in manu Abbatissæ. Quod etiam de seruientibus firmiter obseruetur. De diuino vero officio tam in die, quam in nocte Domino persoluendo hoc obseruetur, ut ea quæ psalmos & horas legere nouerint, officium faciant regulare. Quod si etiam canere sciunt, liceat eis horis competentibus canendo officium dicere & vniuersorum Dominum collaudare cum summa tamen gravitate & modestia, cum humilitate & multa deuotione, ut ad salutem edificari valeant audientes. Quæ autem psaltes nesciunt, orationem Dominicam in suis horis secundum morem summo deuotè studeant persoluere Creatori. Quod si iuuenculæ aliquæ, vel etiam grandiores, capaces ingeñij & humiles fuerint, si Abbatissæ visum fuerit, faciat eas literas edoceri, magistrum eis deputans idoneam & discretam. Silentium vero cōtinuum sic continuè ab omnibus teneatur, ut nec sibi inuicem, nec alicui alijs sine licentia eis loqui liceat, exceptis iis, quibus magisterium aliquid, vel opus iuinctorum fuerit, quod non possit congruè cum silentio exerceri. His quidem liceat simul loqui de iis, quæ ad officium vel ad opus suum pertineant, vbi, quando, & qualiter visum fuerit Abbatissæ. Sane quando aliqua persona religiosa vel s̄cularis, vel cuiuslibet dignitatis loqui petierit alicui dominarum, nuncietur primus Abbatissæ, & si ipsa concederit, accedens ad locutorium duas alias ad minus habeat semper secum quibus iussit Abbatissa, quæ ea, quæ sibi dicta fuerint, vel ipsa alijs dixerit, audiant vniuersa. Hoo namque firmiter obseruetur ab omnibus sanis pariter & infirmis, ut nec inter se, nec cum aliquibus alijs minus quam tres, simul loquuntur, præter illas, sicut supra dictum est, quæ diuersis officiis & operibus deputantur, & præter hoc, quando scilicet, vel de confessione sacerdoti, vel cum visitatore de communi statu & regularis obseruantia disciplinæ secreto fuerit aliqua locutura. Quod tamen & ipsum numquam fiat, nisi ad minus duabus non longè sedentibus quæ confitentes vel loquentes bene videant, & ab ipsis pariter videantur. Hanc autem loquendi legem & ipsa Abbatissa diligenter custodiat, ut omnis omnino materia detractionis omnibus auferatur, excepto, quod cum sororibus suis, de iis quæ ad rem pertinent, horis competentibus loqui potest publice & priuatim, sicut visum fuerit expedite. Ieiunandi autem hæc obseruantia teneatur, ut omni tempore ieiunetur, quotidie, quarta quidem & sexta feria extra quadragesimam à pulmento & vino pariter abstinentes, nisi præcipuum festum alicuius sancti in eis occurserit celebrandum. In quibus diebus quarta scilicet & sexta feria, si potia aut fructus vel herbae crudaæ adfuerint reficiendis sororibus apponantur. In quadragesima vero maiori quatuor diebus. In quadragesima vero sancti Martini diebus in hebdomada in pane & aqua ieiunent, & omnibus vigiliis solemnibus si de earum fuerit voluntate. Hanc autem ieiunij & abstinentiarum legem adolescentulæ, vel anus, & omnino corpore imbecilles ac debiles, obseruare minime permitteantur, sed secundum earum imbecillitatem tam in cibariis, quam ieiuniis cum eis misericorditer dispensetur. De infirmis vero cura & diligentia maxima habeatur, & secundum & quod possibile fuerit, & decuerit tam in cibariis quæ earum requirit infirmitas, quam in aliis etiam necessariis in furore charitatis, benigne ac solicite eis per omnia seruatur. Quæ infirmæ proprium habeant locum, si unquam fieri potest, vbi à sanis maneant separatae, ne illarum ordinem & quietem confundere valcent vel turbate. Illæ vero quæ non multum graui infirmitate laborant in saccis cum palea iaceant, & habeant ad caput capitale cum pluma. Quæ autem grauiter infirmantur in culcitrīs iaceant, si congrue potuerint inueniri. Sed & omnes infirmæ pœdules habeant laneos, & si potest fieri, soleatos, quos cum necesse eis fuerit, in pedibus habeant atque portent. De indumentis autem hoc obseruetur, ut unaquæque duas tunicas

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 9.	RELIGIONIS M- NORVM ANN. 12.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

tunicas habeat & mantellum, præter cilicium, vel stamineanu si habuerint, sive faccum habeant. Scapularia de leui & religioso panno vel staminea si voluerint, amplitudinis & longitudinis congruentis, sicut vniuersusque qualitas exigit, vel mensura; quibus iuduantur cum laborant vel tale aliquid agunt, quod pallia congrue gestare non possent. Si tamen illa simul habere voluerint cum mantellis, vel etiam iacere cum ipsis, minime prohibentur, possunt & sine ipsis esse aliquando si visum fuerit Abbatissæ, quod præter calorem nimium, vel aliquid aliud eis graue multum fuerint ad portandum. Quod si præceptum hoc, de scapularibus scilicet de ferendis, tam graue fortasse visum fuerit aliquibus vel molestum, quatenus ad illud suscipiendum nec inclinari valeant, nec induci, patienter cum eis super hoc dispensemur. Quæ vero suscipiunt, multum honestius agunt, & multo plus nobis placent & Deo multo magis ex hoc illas creditus complacere. Super tabulas ligneas iaceant, storea, vel panno laneo superstrato, cum aliquantulo fæni vel paleæ si voluerint, & visum fuerit Abbatissæ vel huiusmodi aliquo alio quod earum religionem deceat & pro loco potuerit inueniri, habentes ad caput ceruicale plena palea sive sceno. Habeant etiam coopertoria lanea, sive cultræ si laneas habere nequiverint congruenter, capillos suos tondeant in rotundum, nec aliqua de cætero consoretur, nisi euidenti infirmitate corporis exigente. De ingressu personarum in monasterium firmiter & districte præcipimus, ut nulla vñquam Abbatissa, vel eius sorores aliquam personam religiosam seu secularem, aut cuiuslibet dignitatis in monasteria intrare permittant, nec omnino hoc alicui liceat, nisi cui & quibus concessum à summo Pontifice fuerit, vel à nobis, seu post nos ab illo cui, sicut & nobis, solicitudinem & curam specialiter gerendam de vobis specialiter Dominus Papa duxerit iniungendam. Nam hoc à vobis sollicite procuretur ut cum Cardinalis vel Episcopus Rom. Ecclesiæ, qui vobis specialiter fuerit deputatus, ex hac vita migrauerit, alium semper à Domino Papa de ipsis suis fratribus postuletis, ad quem, cum habueritis necesse, per visitatorem vel nuntium proprium specialiter recurrere debeatis. Excipiuntur autem à dicta ingrediendi lege illi, quos pro aliquo opere necessario exercendo necessitas exegerit introire. Sed & si quis de Cardinalibus ad aliquod monasterium huius religionis aliquando venerit, & in illud voluerit ingredi, cum reverentia quidem & deuotione suscipiat, sed rogetur ut cum uno vel duobus honestioribus quidem sociis debeat introire. Alius autem prælatus, cui aliquando forte intrare licuerit, uno tantum religioso atque honesto socio sit contentus. Quod si forte pro benedictione Abbatissæ, vel pro aliqua sorore consecranda in monasterium, vel alio etiam modo concessum alicui Episcopo fuerit, missam interius aliquando celebrare, quam paucioribus & honestioribus potuerit contentus sit sociis, & ministris, & hoc quoque ipsum rarius alicui concedatur. Nulla tamen omnino loquatur cum aliquo nisi prædicto modo, sive infirma fuerit, sive sana. Illud sane præcipue caueatur, ut iij, quibus aliquando fuerit concedendum in monasterium ingredi, tales sint, de quorum verbis & moribus, necnon vita & habitu edificari valeant intuentes, & materia iusti scandali exinde nequeat generari. Vbi proprius fuerit capellanus, habitu & vita religiosus sit, ac bonæ famæ, nec multum iuuenis, sed idoneæ sit ætatis. Qui capellanus cum aliqua sororum graui corporis infirmitate detenta, visa fuerit tendere ad extrema, & necesse habuerit conficeri vel Dominicæ corporis accipere sacramenta, alba stola, & manipulo ingrediantur indutus, & audita confessione vel Dominicæ corporis tradito sacramento sic indutus ut ingressus est, exeat, nec moram ibi faciat longiorem: sic se etiam habeat in animæ commendatione. Porro ad exequias circa sepulturam agendas, non ingrediatur claustrum, sed exterius in capella, que ad illud officium pertinent, exequatur: tamen si Abbatissæ visum fuerit, quod ad exequias debeat introire, modo supradicto indutus interit, & sepulta mortua exeat sine mora: si autem necesse fuerit ut ad faciendam vel apriendam sepulturam, seu certe postmodum coaptandam ingrediatur, sit ei vel alicui alii ad hoc idoneo & honesto licitum introire. De reliquo vero monasterium ingredi non præsumat, sed cum aliqua sibi de confessione loqui voluerit, per locutorum eam audiat, & per illud eidem ipse loquatur. Per cratem autem ferream, per quam communionem accipiunt, vel officium audiunt, nemo loquatur, nisi forte aliquando causa rationabili vel necessaria exigente, alicui fuerit concedendum, quod tamen rarissime fiat. Quibus cratis ferreis apponatur pannus interius, ita ut nulla inde valcat exterius in capella aliquid intueri. Habeant & ostia lignea cum seris ferratis, & clave ut maneant semper clausæ, &

Crates communione.

non

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 9.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 12.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

non aperiantur, nisi pro causis superius memoratis, & ad audiendum aliquando verbum Dei, proponendum sibi in capella per idoneam personam, fide, fama & scientia approbandam. Quæ vero proprium non habuerint capellatum, à quolibet bonæ famæ & honestæ vitæ presbytero missam audire possunt. Pœnitentiam autem atque Dominici corporis sacramenta tantum à viro discreto, habitu, & vita religioso, & ætate idoneo, suscipere studeant, & procurent, nisi forte in periculo necessitatis articulo fuerit aliqua visitatione constituta. De visitatore huius religionis illud est solicite prouidendum, ut quicunque vel generalis vel etiam alicubi aliquando specialis constituendus fuerit visitator, talis debeat constitui, de cuius religiosa vita, & moribus, atque fide, notitia plena & securitas habeatur. Qui cum ad monasterium aliquod veniens, fuerit intrgressus, sic se per omnia exhibeat, & ostendat ut omnes de bono ad melius prouocet, & ad Dei amorem, & inter se mutuam charitatem semper inflammet, pariter & accendat. Sane de earum statu & obseruantia suæ religionis ab omnibus generaliter & specialiter à singulis inquireat studiosius veritatem, & ubi aliquid reformatum vel corrigendum inueniret, zelo charitatis & amore iustitiae cum discretione corrigit, & reformat tam in capite quam in membris, sicut melius viderit expedire, modum autem loquendi custodiat suprascriptum, ut videlicet aut cum omnibus aut cum pluribus simul loquatur, vel secretè cum una, aliis tamen ad minus duabus in aspectu eius non longè sedentibus, ut per omnia bonæ famæ integritas conseruetur. Quod si aliquid tale sibi occurrerit, quod congrue per se nequeat emendare, ad superiorem referat, ut eius consilio & precepto, sicut expedit, corrigan tur. Caueat autem Abbatissa, ne à se vel ab aliis dominabus, status sui monasterij in Obseruantia religionis & unitate mutuæ charitatis Visitatori aliquatenus abscondatur, quia malum est indicium & offensa grauiter punienda. Imo volumus & mandamus, ut ei quæ secundum vitæ suæ formam statuenda vel emendanda fuerint, publice & privatim, sicut melius fuerit faciendum, visitatori diligenter suggerant, & proponant. Quæ autem aliter fecerint, à visitatore tam Abbatissa quam alia dignè prout conuenit, puniantur. Similiter & Capellanus si in aliquo reprehensibilis fuerit, in quo conuenienter non possit, nec debeat supportari, monitione præmissa à visitatore, moderate ac rationabiliter sicut decuerit, corrigitur, si vero noluerit, vel contempserit emendare, pro capellano minimè habeatur. Ad ostium sane monasterij custodiendum aliqua talis ex sororibus deputetur, quæ omnino Deum timeat, quæ matura moribus, sit diligens & discreta, sitque conuenientis ætatis, quæ ipsius ostij clauem sic diligenter custodiat, & conseruet, ut nunquam sine ea, vel ipsa nescia, ostium aliquando valeat aperiri. Sic & alia quæ idonea ei socia deputata, quæ eius vicem in omnibus exequatur, cum ipsa aliqua rationabili causa vel occupatione necessaria occupata fuerit, & detenta. Cauent autem studiofissime, & procurent ne unquam ostium sit apertum, nisi tantum, quantum minus fieri poterit congruenter. Sit autem ostium seris ferreis cum valvis & vectibus optimè communictum, & omnino sine custodia minime dimittatur, nec etiam ad momentum, nisi clavis sit firmiter obseratum, nec omni pulsanti aperiatur statim, nisi prius indubitanter cognoverit, quod talis sit, cui sine dubitatione aliqua secundum mandatum, quod in eadem forma de ingressuris superius continetur, debeat aperiri. Quod si aliquando intra monasterium opus aliquod fiat, Abbatissa solicite curerit, ut tunc, dum opus scilicet exercetur, aliqua alia persona conueniens ad custodiendum ostium statuat, quæ sic personis ad opus deputatis aperiat, quas alias penitus intrare non permittat. Nam dominæ ipsæ, & tunc & semper, quantumcumque rationabiliter prævalent, studiostimè cœuant, ne à secularibus vel personis extraneis videantur. Hanc igitur viuendi formulam breviter suprascriptam, uniformiter vbiique ab omnibus volumus & mandamus diligentius obseruari, quatenus per locorum distantiam separatas vitæ identitas & conformitas morum charitatis vinculo vniat & coniungat. Quod si Romanæ Ecclesiæ discretio prouida pro loci qualitate, vel personarum cura aliquas in aliquo necessario duixerit dispensandum, alia quæ simili dispensatione non indigent, suum firmiter propositum custodian], & obseruent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attendere præsumperit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni Idibus Novembbris Pontif. nostri anno 3.]

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI I I. IMPER. ANNO 9.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 12.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

- XLVII. Sub hac regula & suprannominato visitatore vixerunt aliquot annis, donec propriam regulam Clarz & seccatricibus præscriperit S. Franciscus præsente & conscribeunte Hungolino, ut ad annum 1224. largius dicemus; & mortuo fr. Ambrosio Cistercien. successit auctoritate Pontificia Cardinale etiam volente frat. Philippus Longus unus ex Francisci sociis, ipso etiam ita procurante, inconsulto sancto viro, data ei insuper facultate ut possit in monasteriis fratres substituere. Muiteum ad hæc pietas & zelus bonus de profectu sacrarum virginum, quibus deerant magistri, & duces nouæ & arctissimæ vitæ, non adeo tunc hominibus familiaris; iudicauit enim rationabiliter melius instruendas ab illius vitæ viris, quam ab iis qui molliuscule & laxe vivunt, quibus nihil tam peregrinum, quam suis corporibus violentiam inferre. Nec quicquam tamen Francisco probatus hic Philippi zelus, qui hominem ita reprehendit: Male fecisti frater Philippe, male fecisti; hucusque fistula fuit in carne, eratque curationis spes, sed nunc in ossibus radicata, evasit incurabilis. Sane prophetauit, nam dum moniales erant sub aliena cura, facile poterat fratres ab eis auelli, & familiaritatis damnum præueniri, at postquam curam illam subierunt, plaga insanabilis facta est, dum non potuerunt etiam quando voluerunt, onerosam, molestam & periculosam iam factam excutere, ut probatum est magno ordinis damno sub generalatu sancti Bonaventuræ.
- XLVIII. Hucusque excurrimus circa regimen & regulam pauperum dominarum, ea clarius referantes, quæ non omnibus obvia sed perpaucis comperta. Ut vero ad Franciscum regrediamur, hoc ipso anno, & expletis supradictis comitiis, quosdam iudicauit destinandos ad Miramolini regnum, ut ipse Orientis, illi Occidentis populis Mahumericis salutare Christi prædicarent Euangelium, & vndique quas possent, gentes Christo luciferae. Pro hac missione elegit piòs viros quinque fratrem Berardum de Carbio comitatus Narniensis, fr. Petrum de Sancto Geminiano Comitatus Florentini, fr. Adiutum, fr. Accursium & fr. Ottone. frater Berardus perite callebat linguam Arabicam, Petrus & Otto erant Sacerdotes, cæteri duo conuersi. Quibus, ut itineris laborem, cum merito obedientiæ susciperent, sextum adiunxit in ducem & Rectorem fratrem Vitalem, virum utique omni sanctitate & discretione præcipuum. Hos autem præ cæteris delegisse ex revelatione diuina monerent Antoninus, Ioannes Tiferandus, vetustus author vitæ horum martyrum, quain Surius transcriptis, & Antonius Vasconcellius in anacephaleosi Regum Lusitanæ. Neque illi profecto tantæ prouincie impates, in quibus diuina vittus, retum gestarum gloria & splendidissimis actionibus illustrata clarebat.
- XLIX. Vocatis itaque coram & in publico confessu, Domini voluntatem aperuit, suumque desiderium expandit, de transmittendis eis ad partes Marrochiorum, ut Christi fidem propagarent & Mahumeticam sectam confunderent. Quod munus ut alacrius subirent, se etiam ad Orientem perrectum exposuit. Illi vero generose verecundantes quod suo eos animare voluerit exemplo, quasi vel soli paritutos dubitaret præcepto, dixerunt se ad illius nuncum paracos, & expeditos ad labores omnes subeundos, & quascumque regiones perlustrandas in Christianæ fidei & veritatis obsequium; neque ut ipsi facerent hoc quod deberent, opus esse ut ille loco dimoueretur, aut ad exterias terras euntibus fieret in exemplum. Ad quæ verba promptam & expeditam illorum prospiciens obedientiam, animo exultans vir sanctus, iterum repetens hoc, non tam suum quam Domini esse præceptum adiunxit alios etiam eorum consolades ad diversas regiones mittendos. Hunc qui sequitur, habuit ad eos sermonem, quos eisdem verbis ex legenda antiqua Marian. cit. riamus transcriptis.

[Filioli mei, Deus mihi mandauit, quod mittam vos ad terram Saracenorum ad prædicandum & confidendum eius fidem & legem Mahometicam impugnandam & ego etiam ibo per aliam partem ad infideles, & fratres alios mittam per vniuersum mundum. Idcirco filij paretis vos ad implendum Domini voluntatem, & charissimi filij, ut melius Dei præceptum possitis adimplere pro salute animarum vestiarum. Videatis quod inter vos sit pax & concordia, & nodus indissolubilis charitatis. Fugite inuidiam, quæ principium fuit nostræ perditionis. Sitis in tribulationibus patientes, & in prosperis humiles, & sic critis in omni pugna victores. Imitatores Christi estore in paupertate, obedientia, & castitate. Dominus enim Jesus Christus pauper natus est, & pauper vixit, paupertatem docuit, & cum paupertate decepsit. Et ut ostenderet se diligere castitatem, de virginine nasci voluit, virgines milites Innocentes premisit, virginitatem consuluit, & seruavit,

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 9.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 12.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

inter virgines ex hac vita migravit. Obedientiam etiam à suo ortu tenuit usque ad mortem Crucis. Spes vestra tantum sit in Domino, qui vos dirigit & iuuabit. Potetis vobiscum regulam & breuiarium, ut diuinum officium perfectissime recitetis, & sitis maiori vestro fratri Vitali omnes obedientes. Filij mei quamvis de vestra bona voluntate gaudeam, cor meum tamen pro vestro recessu & separatione à me, sentit quandam amaritudinem amorosam: sed oportet quod Dei præceptum præferamus propriæ voluntati. Rogo vos quod ante oculos vestros semper habeatis Dominicam passionem, quæ vos roborabit & ad patientium pro ipso fortius animabit.

Illi p[re]ij patris sermonibus confortati responderunt, nihil laboris se fingere in præcepto, & ad ardua se expectare virtutem ex alto, illius tamen se indigere oratione, & benedictione, vt in terra incognita inter efferam gentem Christiani nominis inimicam, quidquam possint proficere. Illi ip[s]i (inquit in feroce spiritu vir sanctus) erit cura de vobis, qui vos mittit, illius tutelæ vos committo, neque enim mei amplius estis, quos à meis vberibus auullos, mitto Dei astutos negotium. Ipse vos virtute induet ex alto, & præstabit os & sapientiam vt loquamini, quæ vobis ipse suggesserit. Absque vteriori mora genuflexis coram sancto viro, matu osculata cum multis lachrimis ultimam exposcent benedictionem. Quam non minori lachrimarum profluvio ita vir sanctus impetravit: *Benedictio Dei Patri veniat super vos, sicut venit super Apostolos, & vos corroborat, dirigat, & in tribulationibus consoletur. Nolite timere, quia Dominus vobiscum est tamquam bellator fortis. Abite in Dei nomine qui vos missis.* Tunc illi omnem spem & cogitatum in Dominum iactantes iter aggressi, tandem in Aragoniam peruererunt, vbi pater eorum Vitalis diutini languoris morbo prævenitus, diuina putans voluntate suum iter impediri, ceteros abi-te permisit.

Venient p[ro]p[ter]e[rum] viri Conimbricam. Haud multo post interiecto tempore Conimbricam Portugalliz regni urbem deuenientes, ad Reginam Vtracam se contulerunt: apud quam per aliquot dies commorati ipsius precibus deuotissimis vieti, vt ipsis vita terminum demonstraret suppliciter Dominum rogauerunt. Factumque est vt primo martyrii sui ordinem, deinde descendas suas Conimbricam reliquias, & ab ea honorifice suscipendas, deum vita ipsius exitum reuelarent, quod & rei demonstrauit euentus vt anno sequenti opportunius refereamus.

Surius c. 3. Inde Alan-querium & Hispanum prope. Igitur Apostolici viri Conimbrica recedentes, Ierabrigam vulgo Alanquerium ad Sanciam Sancij Regis filiam (de qua nos superius, & quam perperam Tiserandus apud Surium vocat Reginam) honestissimam & pudicissimam virginem, Deo deuotam peruenierunt. At illa in interiori quodam cubiculo (quod in monasterij structura traditio est, illæsum remansisse, & it modo est iuuenum tyrocinium, reverentiam & factum odorem accedentibus spirans, quod & ego, non absque digna rei admiratione sapius probauimus) secularibus vestibus superinducos, quia aliter non erat ipsis transcendendi facultas, Hispalim quæ nunc Sibilia dicitur, transmisit, vbi secularibus abiectis indumentis, Ad infidelium Mosquitam, vt prædicarent accesserunt. Impetu autem facto repulsi, & verberibus pluribus laniati, non à concepto spiritus feroce deficients, aulam ingressi, fidem Mahometicam damnantes, Christum eoram Rege prædicauerunt. Rex vero in furorem versus, eos decapitari præcepit. Filius autem regis, naturali quadam pietate, illis compatiens, paterni furoris ardore compresso, vt maturius in his ageretur, obtinuit. Ac Rex Seniorum habito consilio post publicam Christiani nominis prædicationem ex alta turri (quam usque ad suum tempus martyrum turrim appellatam dicit Marian. & eandem esse, cum ea quæ hodie vocatur Turris auri ad fluminis ripam quoddam opinari scribit eiusdem populi incola Rebollo) vbi primo retrus sunt, post etiam squalidi carceris oppressionem, ad se vocatos misericordiam pollicens auertere nitebatur à Christo. Cui illi: Vrinam tibi Rex misericordiam quam nobis prestare niteris, maturiori usus consilio ipse tibi præstares. Age quod malueris: corpora eripere potes, siderea loca animas detinebunt. Stat nobis firma promissio, & pro præsenti morte immortalitatis dono fouchimur.

Marian. cit. Itianis (inter quos ut habet Marian. & Marcus ex antiqua legenda, nobilis quidam eques Marc. cit. c. Castellanus Ferdinandus de castro dictus) destinavit. Inter eos vero, qui Marrochij magis rabantur, Christianos, præcipuus erat Dominus Petrus Infans Alphonsi Portugaliz Regis scater, qui eis veteres cum eo simultates, potentiam ita que declinans, Miramolivi ducebant. Tunc Rex eorum immobilem animum cernens, Marrochium cum quibusdam Chri-

ANNO CHRISTI 1119.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 9.	RELIGIONIS MU- NORVM ANN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	----------------------------------

ducebat exercitus. Hic ad se deductos per dictum Ferdinandum Apostolicos viros domo *Marrochy*
recepit, & pio est veneratus affectu. Videntes ora pallida & corpora fame attenuata, sciens- *Infante Ch*
que quid eis acciderit Hispali, voluit quantum potuit eos à simili in hac urbe dissuadere *fū predica*
proposito. At illi quod facturi venerant feruenter cogitantes, clavis domo relata, omni sub- *Sutius c. 4*
lato timore, vbi cumque collectos Saracenos videbant, Christum prædicabant. Contigit au-
tem Regem Miramolinum è Reguin Mausolæs venientem ipsos in legis suæ authorem
conuicti iactantes audire, qui nimio furore succensus, iussi cum impetu eos expelli, & ad
Christianorum terras, datis à Domino Petro Infante comitibus, deduci. Ita vir princeps
iussit ut Septam usque ducerentur, & illinc in Hispaniam, vel Italiam persuaderetur ut na-
vigarent. Verum illi martyrij desiderio flagrantes dimissi in via comitibus, iterū Marro-
chium reuertuntur. Quo audito Rex ira vehementer effebuit, præcepitque, ut tertiimo
carcere conclusi, fame utique interficerentur. Stant igitur beati vinculis innodati, & diu-
na super infideles manus retributio aggrauatur: nam intensi ultraquam humana patitur
natura calores, & aëris intempories sic infirmos effecit, ut iam clare cernerent, quod pro
sanctis suis sit diuina virtus insecura. Ex quo Rex perterritus à vinculis absolutos illæsus ab-
ire permisit. Mirabile dictu. Cum per viginti dies fuerint sine aliquo corporali cibo carce-
ribus inclusi, sola diuina virtute refecti, sic inventi sunt fortes & alacres ut merito in stu-
porem conuerterent se videntes. Iterumque ad Christianorum plagas missi, relictis comi-
tibus, secundo Marrochium redierunt.

L III. Interim contra quosdam Arabes, suas terras inuidentes (ut habet legenda antiqua) Rex *Lege. Mar.*
exercitum mittit, & Dominus Petrus Infans fratres quos domi sub arcta, sed honesta cu- *M. S.*
stodia tenebat, ne irruentes in publicum, in Christianos omnes regis iram commouerent,
secum adducit. Redeuntes autem cum victoria Marrochium Saraceni simul & Christiani
per triduum aquam non reperientes, nimio sitis ardore cruciabantur. At Berardus, sanctus *Mirabiliter*
Trinitatis cultor tanto compatiens hominum labori, oratione cum ceteris prævia, breui
paxillo terram sodiens, aqua à Domino impetrata, instrumentorum fritum extinguit, & homi-
num: in ipso vero loco, nec fons ante visus fuerat, nec post. Reuersi autem Marrochiū ser-
uabantur ne prædicarent: sed illi quadam sexta feria in publicum proruperunt: statim iussu
Regis, cuiusdam Principi, qui aquæ miraculum viderat, decapitandi traditi sunt, quos ille
præcepit carceri mancipari. Hæc autem omnia hoc anno usque ad eius exitum euenero,
cetera anno sequenti prosequemur.

L IV. Dum hæc ita patarentur viri sancti Franciscus non foriabatur, nec otio aut sui corpo-
ris commoditatibus indulxit, sed ut prædictis martyribus, iter aggressus est Syriam versus,
commisso in Occidente ordinis regimine fratri Eliæ Tusciæ ministro. Duodecim sibi as-
sumpsit comites, è quibus hi signantur ex nomine fr. Petrus Caranij, fr. Barbarus, fr. Sabba-
tinus cœcius, & ex discipulis primis fr. Leonardus de Assisi & fr. Illuminatus Reatinus.
Cum autem ad Anconitanum portum per Marchiam transiret, & accessisset quidam qui *Maria. c. 17.*
voluit eius adscribi sodalitio, cui verus pauperū Patriarcha respondit: Si vis Christi pau- *Bonau. c. 7.*
peribus iungi, pauperibus tua distribue. Quo audito perrexit homo, & duabus amore car- *Iurem. sua*
nali, sua suis reliquit, nilque pauperibus. Verum cum hæc illo referente vir sanctus audi- *pauperibus. c. 7.*
uisset, dura cum increpatione scriens, dixit: Vade viam tuam frater musca: quoniam non-
dum existi de domo, & cognatione tua: consanguineis tuis dedisti, & fraudasti pauperes, di- *r. Inquinetus*
gnus non es pauperibus sanctis sociari. Incepisti à carne, ruinosum fundamentum spiritua- *Genes. 12. 1.*
li fabricæ collocasti. Rediit animalis homo ad suos & repetiit sua, quæ pauperibus relin-
quere nolens, virtutis propositum citius dereliquit.

L V. In aliis Marchiæ locis plures se ei associarunt, & ex iam iniciatis, multi cum comitati *A. 12. 58*
sunt Anconaini, quasi Paulum alterū deducentes usque ad nauim, timentes maxime quod
amplius non essent faciem eius visuri. Gratus fuit illorum aduentus Senatu Anconen. qui *Conuen. An-*
protinus intra ipsum ciuitatis vallum, iuxta castrum in eminentiori & ameno colle eis ha- *cora.*
bitandi locum signarunt, & suo opus inchoarunt, nimis ramen ampliū, adeò ut è Pale- *Gonzag. in*
stina rediens Franciscus restringi curarit; & Ecclesiæ struendæ formam præscriperit, quæ *prou. Marc.*
adhuc, alia iuncta maiori, integra perseverat. Qui cœnobium amphitheatrum augustiusque *conu. 1.*
reddiderit, ad annum 1425. dicetur. Dum autem ex nauibus subsidiariis, quarum plures *Marian. c. 1.*
tunc mitterebantur ad auxiliares copias deportandas Damiatam, vir sanctus vinam vellet *Mare. lib. 1.*
concedere, nemo erat ex fratribus, qui se non offerret, inio & intruderet in socii, ut viri *c. 55.*
sancti societate & optato potiretur martyrio. Nolens vir prudens, & pius omnium pater, *Eitan. c. 12.*
qui empiani illorum contristare si recliceretur, nec scandalizare in acceptance personatum, *S. 12.*
si hos

ANNO CHRISTI **HONORII III.** **FREDERICI II.** **RELIGIONIS MI-**
1219. **ANNO 4..** **IMPER. ANNO 9.** **NORVM ANN. 12.**

si hos pr̄ illis assumeret; dixit: [Filij dilectissimi, neminem vestrum à me velim se iungum, omnes velim huius comites itineris, sed importunam & onerosam meam iudicasset nauarcha petitionem, si omnes rogarem adiutari. Quare ne quisquam se queratur dimissum & alterius inuidet electioni, non tam meam esse volo, quam Dei; & protinus aduocato puerulo, qui forte aderat in nauali, inquit: Per os infantium & patruorum s̄pē Dominus suam indicauit voluntatem; nec dubito eandem modo per hūc puerulum significaturum; interrogemus eum, & credamus Deo per eū locuturo. Interrogato itaque an Iuanius esset voluntatis, ut omnes qui adstabant fratres, transfretarentur ex tempore constanter respōdit: non esse: vtterius quārenti; quinam deberent ex omnibus assumi? indicauit voce & digito vndeclim, ad singulos, ut diuinitus ei suggerebatur, accedēs.] Quibus visis & auditis administratione repleti, omnes tā qui transfretatur erant, quā qui remansuri, sua sorte contenti, genuflexi & à sancto viro benedicti, sibi inuicē vale dicentes in osculo charitatis recesserunt.

Marian.c.4. Ancona itaque soluentibus, breui demum tempore nauis applicuit Cyprum, insulam 1 vi.
§ 15. Mediterranei maris portissimum, in qua dum hzremat per yrum asque alteru diem, eue-

Mediterranei maris notissimam, in qua dum hærent per vnum atque alterū diem, cœnit ut secundum humanam conditionem, quæ iræ impatiens compositos quosq[ue] homines extra se sordius rancit sc. Barbarus durius aliquod verbum in vnum ex sociis presente de-

Ancon p. uenunt. audiente nobili quodam viro effutiret. Statim vero in se reuersus considerans malum à se ministratum exemplum excremento vilis animalis ore apprehenso & dentibus cōminuto, in ipso commotionis loco coram fratribus, & sculari; Iustum est, inquit, ut stercore repleatur os, quod in fratrem peccauit. Quo factō & fratti ultra condignum satis fecit, & herois animum ita deuicit, ut sua & semetipsum in fratrum obculerit obsequiū. Cypro tandem venetur. Acconen aliás Proloymavdām dictām (quippe conditām à Prolomeno & A-

Sant. par.
6. secento
crucis c. 4.
p. 14. c. 2.
Vide Geo-
graph. Or-
teli.

cone fratribus, ut placet Marino Sanuto, non ignobili inter Scriptores gestorum Dei per Francos authore cuius opera habentur M S. in Vaticano codice 2003.) antiquius etiam Abyron nuncupatam, ad cuius partem Australiem optimus Syriz portus est. Hic distribuit sociis Orientis regiones, binosque misit ad illas partes, in quibus plus cæteris opus erat, ut fides firmaretur aut restitueretur, decurrentisque ipse aliquot diebus per vicina oppida Sy-

Ad Damiatum predictum Fratrum male suorum Cbrisianorum in bello 1. Cor. 4. 3. Legenda 3. sociorum. Bonav. c. 11. Corvus 1. hist. Medio- Ian. p. 2. fol. 189. Fanuc. cit. p. 1. 11.
riz non sine fructu praedicauit. Poterū iterum se mari committens cum fratre Illuminato, inde peruenit ad exercitum Christianorum, qui Damiatam Agypti urbem nobilē ad Nilum fluvium, obsidebat. Paucis à suo aduentu diebus se parabant ad pugnam Christiani & conficeret manus volebāt cum Saracenis. Hoc auditō ipso belli ineundi die vir sanctus verheimentur ingemuit, dixitque socio suo: Si belli fuerit attentatus congressus, ostendit mihi Dominus nō prospere cedere Christianis. Verum si hoc dixerō, fatuus reputabor, si tacuerō, conscientiam non euadam. Quid igitur tibi videtur? Respōdit socius eius dicens: frater pro minimo tibi sit, vt ab hominibus iudiceris: quia non modò incipis fatuus reputari: exponeta cōscientiam tuam, & Deum magis time, quā homines. Quo auditō exiliens Christi præco, salutaribus monitis Christianos aggreditur; prohibet bellum, denunciat casum. Fite veritas in fabulā: indutaverunt eorū suūm, & noluerūt reuerti. Igitur cōmititur, & bellatur, Fanuc. cit. p. 1. totaque in fugam veritutē miliea Christiana, finē belli opprobriū regerens, non triūphum.

Huius propheticæ prædictionis meminerunt præter alios tres Francisc. socij. Bonauen-
Iperius de tura, Bernardin. Corues, Marinus Sanutus, Iohan. Iperius & Aubertus Miratus, licet hi duo
Flandr. adan. 1218. Miratus in chro. ad eū-
deum annū. Naucler. ge-
ner. 41. Emil. in Phil. 2.
Meyer. de rebus Flādr. an. 1219.
Vitriac. li. 3. Vitriac. li. 3.
bult. Orient. ad an. 1219.
Oluer. in bult. capatio-
nis Damia-
tix ad Ar-
chiep. Colo-
niæ. eodem anno.
Sauveter enun-
ciati belli Chri-
stianorum.

LVII.

Huius propheticæ prædictionis meminerunt præter alios tres Francisc. socij. Bonauen-
tura, Bernardin. Corues, Marinus Sanutus, Iohan. Iperius & Aubertus Miratus, licet hi duo
posteriores factum regerant in annū 1218. cum vere hoc ipso anno acciderit, vt expreſſe
docent cæteri, eodemque post integri anni & 7. mensium obſidionem, capta sit Damata
nonis Nouembris. vt oculati testes statim à me producendi, & post hos Nauclerus Emil.
Meyerus cum aliis, sed & ipsi Iperius & Myratus conſtanter docente, contra eos, qui anno
præcedenti captam volunt. & contra Abbatē Vſpergen. qui victoriam diſſert in ann. 1222.
In eundem vero annum inciderunt & infelix pugna, quam diſſuasit Franciscus, & felici-
ciflma urbis occupatio. Ipsam autem pugnam, infelicemque euērum iuxta sancti viri va-
ticinum accipe eisdem verbis à Iacobo Vitriaco, tunc Episcopo Aconensi, mox Tuscu-
lano, & S.R.E. Cardinali, & ex Oliuerio Scholastico Colonensiſi ipsius rei ſpeculatoribus:
(Factum eſt (inquiunt) vt communibus exigentibus culpis in decollatione S. Ioannis Ba-
ptistæ, licet vix inuenirentur, qui in Custodia caſtrorum remanerent, naualem & terre-
ſtrem exercitum equitum & pedieum educentes, ad caſtra Babyloniorum tenderemus in-
ter mare & fluuium, vbi dulcis aqua non poterat inueniri ad potandum, ipsi vero subla-
tis tentoriis fugam simulabant. Et cum processum fuſſet à noſtris adeo, quod apparet
aduersarios directa fronte nolle configere: capitanei noſtri longum inierunt coſilium,
vtrum procederent, an redirent? diſcoris inter eos ſententia fuit: iuterim ſolutæ ſunt acies

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

prætor ordiné illorū quos in disciplina militari ligauit obedientia. Equites Cyprī in dextro cornu constituti, Saracenis incursum facientibus à latere, timiditatē suam ostenderūt: Italici pedites primi fuerunt; post eos equites de variis nationibus, & quidā Hospitalarij S. Ioannis, legato Romanz Sedis & Patriarcha, qui crucē baiulabat, multū sed frustra suppliciis ve substerēt. Aestus Solis erat vehemens; pedites armorū pondere premebātur, calorē auxit labor viarū, & qui secū vinū detulerant in angustia sitis biberunt illud putum propter defectū aquaz. His omnibus concurrētibus, qui substantes se defendērūt, & post primi uios fugientes anhelo cursu terga dederūt, extincti sunt sine vulneribus corruētes. Rex vero cū Téplariis, & domo Théronieorū & Hospitalariis, S. Ioannis, Francigenis, de Hollandia, de Vverche, de Sarreburge, de Cestriz Comitibus, Galterō Bertoudi, Pilani, aliisq; militibus imperū persequentiū sustinuit: Rex igne Graeco fere combustus fuit. Hic omnes pro muro fuerunt fugientibus: quoties facies feras ostendebat hostibūs, illi fugerūt; quādo vero gradatim recuertebāt, hiētūs & tela sustinuerūt inimicōrum. Capti sunt in illa defensione electus Beluacēlis, & frater eius Camerar. Frācis, & filius eius frater Andegauensis Episcopi cū Ioanne Darcies Vlro-nobili & valde strenuo, Henricus de Vlma & alii multi, qui trucidati sunt: & in captiuitate ducti. Téplarij tristitia tres capti, vel occisi sūt, cū Marescallio Hospitalis S. Ioannis, & quibusdā alii fratribus eiusdem domus, nec euasit sine dāno doinus Theuonicorū. Milieū tēpli, quz prīma solet esse in cōgressu, vltiā fuit in recessu: vnde cū ad spissatum nostrum nouissima rediret, fortis substijtit, vt anteriores intra mœnia quamē possibile fuit, reduceret. Persecutores ad capiuos dedueēdos, & spolia colligenda tandem redierunt, sicut intelleximus postmodū à Saraceno, quingenta capita Christianorū Soldano præsentantēs. Mæror nostros occupauit; sed nulla desperatio: pro certo enim habemus, quod pena peccati fuit hēc castigatio, & minus erat in pena, quā exigeret culpa, ipso temperante vindictam qui dicit animaz peccatri: Tu fornicata es cū Ierem. 3. v. 3. amatoribus plurimū: tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Adeo ingentē hanc ait Bonau. Bonau. cit. fuisse Christianorū stragēm, vt ad sex millia ascenderint mortui & capiui. In quo inquit, evidenter innouit quod spernenda non erat sapientia pauperis, cum anima viri iussi enunciaret aliquando vera, quam septem circumspallentes sedentes in excelso ad speculandum. Eccle. 17. 18.

I.VIII Dolens Christi seruus ad talem & tantam Christianorum cladem, & miseram Saracenorum in fide cœcitatem, charitatisq; ardore spiritum ipsius ad martyrium perurgēte, constāter staruit non obstante implacabili inter utrumq; hominū genus dissidio, pericula cuncta contēnere, & Soldani se præsentare conspectui. Castra hinc inde ita locata, vt via mutui transitus sine mortis discrimine non pataret, præsestis quod à Soldano crudele exierat edictū, vt quicūq; caput alicuius Christiani afferret, Bisantiū aureū pro mercede recipere. At intrepidus Christi miles Franciscus, sperans in proximo suum adipisci posse proposiū, definitiū iter arripere: mortis pauore non deteritus, sed desiderio prouocatus. Oratione nāque præmissa confortatus à Domino confidenter illud propheticum decantabat: Nem & si ambulavero in medio umbra mortuū, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Psal. 11. 4. Assumpto igitur socio fratre Illuminato nomine, viro utique luminis & virtutis: cum iter cœpisset, obuias habuit ouiculas dicas: quibus visus exhilaratus vir sanctus, dixit ad sociū. Confide, frater, in Domino, nam in nobis Euangelicum illud impletur: Ecce ego mitto vos, Matt. 10. sicut oves in medio luporum. Cum autem processissent ulterius, occurserunt ei satellites Saraceni, qui tanquā lupi celerius accurrētes ad oves, seruos Dei fetaliter cōprehensos crudeliter & contéptibiliter pertractarūt, afficiētes conuictis, affligētes verberibus, & vinculis male affigātes. Tandē afflictos multipliciter, & attritos, ad Soldanū diuina disponēta prouidēcia iuxta viri Dei desiderium perduxerunt. Cum igitur Princeps ille perquireret à quibus, & ad quid, & qualiter missi essent, & quomodo adueniissent: intrepido corde respōdit Christi seruus Franciscus: Non ab homine, sed à Deo Altissimo se fuisse transmissum: vt ei & populo suo viam salutis ostenderet & annunciaret Euangelium veritatis.

LIX. Tanta vero mentis constātia, tāta virtute animi, tantoq; seruore spiritus prædicto Soldano prædicauit Deū trinum & unū & Salvatōrem omnium Iesum Christū, vt euangelicū illud in ipso claresceret veraciter esse cōpletum: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non perfruunt resistere & contradicere omnes aduersari vestri. Nam & Soldanus admirandus in viro v. 15. Dei seruorem Spiritus conspiciens & virtutem, & libenter ipsum audiebat, & ad moram Rogatur & cōtrahendā cum eo instantius inuitabat. Christi vero seruus superno illustratus oraculo. sedū manas Si vis, inquit, conuerti tu, cū populo tuo ad Christum, ob illius amorem libenter vobisēū

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

*Quodlibet
predicatio
de affirmo-
rit.*
*Soldani ma-
nata sponte-*
commorabor. Quod si hæc propter fidem Christi, legem Mahometi dimittere; iube ignem accendi per maximum, & ego cum Sacerdotibus tuis ignem ingrediar; ut vel sic cognoscas, quæ fides certior & sanctior non immerito tenenda sit. Ad quæ Soldanus: Non credo quod aliquis de Sacerdotibus meis se vellet igni propter fidem suam defendendam exponere vel genus aliquid subire tormenti. Viderat enim statim quendam de presbyteris suis virum authenticum & longatum hoc auditio verbo, de suis conspectibus aufugisse. Ad quem vir sanctus: Si mihi velis promittere pro re & populo tuo, quod ad Christum cultum, & ignem illatus exiero, venias: igne solus introibo, et si combustus fuero, imputetur peccatis meis; si autem diuina me protexerit virtus Christum, Dei virtutem & sapientiam, verum Deum & Dominum Salvatorem omnipotem agnoscaris. Soldanus autem optionem hanc accipere se non audere respondit, quia seditionem populi formidabat. Obtulit tamen ei multa munera preciosa, quæ vir Dei non mundanarum rerum sed salutis animarum auidus, sprevit omnia quasi lutum. Soldanus autem videlicet virum sanctum tam perfectum rerum mundi alium contempserat, admiratione permotus maiorem erga ipsum devotionem concepit. Et quamvis ad fidem Christianam trahere nolleret, vel forsitan non auderet, rogauit tandem deuotè famulum Christi, ut praedicta susciperet pro salute ipsius, Christianis pauperibus, vel Ecclesiis eroganda. Ipse vero, quia pondus fugiebat pecuniae, & in animo Soldani verba pietatis non videbat radicem, nullatenus acquieuit. Videlicet etiam se non proficere in conversione gentis illius, nec suum affectui posse propositum, ad partes fidelium diuina revelatione præmonitus, temeravit.

*Vitriac. in
occid. c. 12.*
*Narratio te-
stium oblati.*
Rem reculimus fideliter ex Bonaventura, fido auctore, sed non erit ingratum, si eandem brevius reperiemus verbis ipsis testis oculari Cardinalis Vitriaci: [Vidimus, inquit, Joquens de instituto Minorum, priuatum huius ordinis fundatorum & magistrum, cui tanquam summum Priori suo omnes alij obedient, virum simplicem & illiteratum, dilectum Deo & hominibus fratrem Francinum nominatum Franciscum transcriptum ex hoc ipso loco Antoninus, & Vitriacus ipse epistola ad Religiosos & familiares suos in Lotharingia, scripta in Aegypto ante hoc aliud opus, expressè & rectè vocat Franciscum) ad tantum ebrietatis excessum, & feruorem spiritus raptum fuisse, quod cum ad exercitum Christianorum ante Damiatam in terra Aegypti deuenisset, ad Soldani Aegyptij castra interrepidus & fidei clypeo cōmotus accessit. Quem cu[m] in via Saraceni tenuissent: Ego sum Christianus, inquit, ducite me ad Dominum vestrum. Quem cu[m] ante ipsum pertransiissent videns eum bestia crudelis, in asperitu viri Dei in mansuetudinem conuersa, per dies aliquot ipsu[m] sibi & suis Christi fidem prædicantem atterissime audiuit. Tandem vero metuens ne aliqui de exercitu suo verborum eius efficacia ad Dominum conuersi, ad Christianum exercitum pertransirent, cum omni reuerentia & securitate ad nostrorum castra reduci præcepit, dicens ei in fine: Ora pro me, vt Deus legem illam & fidem, quæ magis sibi placet mihi dignetur reuelare.]

Hugol. c. 33.
*Prædicant
ubique Mi-
nores fidem
Christi Sar-
acenis.*
*Respusant po-
cuniens ab
eisdem obla-
tis.*
Addit autem Hugolinus, mira cum exhibuisse amoris indicia, & signaculum vel symbolum addidisse, quo ipse à nemine suorum laceretur, liberamente insuper dedisse illi, & sodalibus licentiam in suis dominiis prædicandi. Ad quam sane fratres Minores, ut testatur citatus Vitriacus, Saraceni omnes, tamdiu de Christi fide & Evangelice doctrina prædicantes libenter audiebant, quo usque Mahometo, tanquam mendaci & perfido prædicatione sua manifeste contradicebant. Atque tunc accidisse credit Marianus, quod Bonaventura narrat de fratribus zelo circa Euangelicam paupertatem obseruandam, videlicet quod quidam Saracenus pietate commotus, pecuniā eis obtulit pro necessario victuillis autem recusantibus accipere, admiratus est homo cernens quod inopes essent. Intellecto tandem quod pauperes effecti, amore Dei pecuniā possidere solebant, tanta est eis affectione coniunctus, ut offerret se ad ministrandum omnia necessaria, quamdiu facultatum sibi aliquid superesset. O inestimabilis preciositas paupertatis! cuius miranda virtute meas seritatis barbaricæ in tantam miserationis est immutata dulcedinem.

*Soldani ex ea
Christianos
manuscripto.*
*Vitriac. I. 3:
hist. Jerusal.
ad an. 1219.*
*Bonau. c. 4
legem.*
Non ergo inaniter, nec penitus inservit in Soldani corde fidei semina iecit Franciscus, neque inutiliter ei prædicauit, cuius animū adeo flexit & mutauit, ut ante ferocem & inhumanum, mox mansuetissimum & benignum reddiderit in Christianos. Testes huius mansuetudinis & benignitatis produco prædictum Cardinalē Vitriacum. Soldano notum. Abbarē Stadensem cozum, & Matthæū Paris ferme illius temporis virū. Ita Vitriacus tantum benignitatis, inquit, erat in Christianos, ut post treugā cum Saracenis, solvi iuberet Christiani cultores, quos vinculatos inuenit in munitionibus, quas expugnauit, & in optione eorum posuit: Virū in patria suā redire vellent, an acceptis ab eo solidis sub ipso militare potius. elige

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII IIJ. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN.9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN.12.
-----------------------	-------------------------	-------------------------------	--------------------------------

eligerent. Idem Christianos in tantum familiares habuit, ut custodes sui corporis constitueret eosdem, licet pater ipsius à Lascaro Græco fuisse interfectus. similia habet S. Antoninus. Sic porro Albersus ex Abbe Staden. Minorita Soldanus crucem Domini ultra reddidit, Christianos saluis rebus & corporibus Aegyptum exire permisit, omnes captiuos reddi iussit, ut tuac temporis captiuorum trigesima millia laxarentur. Precepit etiam alii mera diuitibus pro pretio vendi vel gratis infirmis & pauperibus exhiberi. Reim amplius expressit Paris. [Eodem, inquit tempore (videlicet circa an. 1238.) Soldanus poterissimus, qui moriturus liberaliter legavit redditus opulentissimos, & pecuniam multam infirmis in domo hospitalis Christianis pauperibus commorantibus, & vinculos sclauos, liberos multos & alia multa opera charitatis fecerat, animam ad multorum dolorem exhalauit. Erat autem licer paganus veridicus, munificus, parcens in quantum permisit legis sua severitas, & vicinorum suspicio, Christianis.

LXII. Neque solum hanc erga alios mansuetudinem in eo procreauit Franciscus, verum & magnum suu salutis agnoscendæque veritatis desiderium, quod à se recedenti Francisco expressit, rogans eum ut Deum oraret, quatenus veram fidem sibi dignaretur ostendere, ut superius ex Vitriaco diximus aliisque eiusdem testimonio confirmamus. In epistola enim ad religiosos & amicos Lotharingie, in qua refert obfidionem Damiatæ, de Francisco ait: Cum venisset ad exercitum nostrum, zelo fidei accessus ad exercitum hostium nostrorum ire non timuit, & cum multis diebus, Saracenis verbū Domini predicasset, & cum parum profecisset, tunc Soldanus Rex Aegypti ab eo in secreto petiit, ut pro se Domino suppli- careret, quatenus religioni, quæ magis Deo placeret diuinitus inspicatus adhæseret. De fa- Etò autem adhæsse testantur Hugolinus, Marcus, & alij, atque aliquibus post annis vi- rum sanctum duobus ex suis sectatoribus in Syriæ partibus apparuisse, precepisseque; ut ad Soldanum morbo languente de fide Christiana, & aqua baptismatis suscipienda sollicitum quantocius accederent, & in sacra doctrina sufficienter instructum sacro de more bapti- zaret. Quod illi diligenter praestates, meritis sanctissimi Patriarchæ sanctæ Ecclesiæ homi- nem aggregarunt, & ad animæ salutem cunctis adfuerunt obsequiis. Porro baptismate ab- lucum præter plures ex nostris indicat Antoninus, cuius eadem sententia cum Vi- triacos citato in historia Hierosolymitana dicente: [Mortuus est Soldanus Ichomij, qui creditur baptizatus fuisse.] Quod dum nesciuit Imperator Fredericus (quippe non in omnium oculis hæc Sacra menta peracta ob satellitum metum, & Saracenorū his rebus auersu animu) eius morte lugubriter plaxit, quia sperauit eum, ac Paris, sicut idem Soldanus promiserat, baptismi Sacramentum suscepturn, & Christianitatē per eum magnū aliquādo suicipere felicitatis incrementū. Adeo vehementer ad eius morte doluit Fredericus, vel quia secreto suscepturn baptismū rūc ignorauit, vel quia nō prius suscepserit, aut iā suscepso nō superuixerit, ut meliori statu res essent Christianæ, fidēque quā ipse suscepserat, & veriore ipso electione probauerat, in Aegypto, & aliis regionibus iuxta fidē datā propagari curaret.

LXIII. Non hunc dumtaxat, verum & alios in ea regione Christianæ religioni aggregauit Franciscus hinc inde discurrens, animas aliquas vndique Christo lucifaciens, & sibi fo- dales conquirens. Illi præ ceteris notiores, quos non mutum refert Vitriacus è sua familia & comitatu tunc apud Damiam ad pauperem hanc Christi militiam transuolasse. Ita scribit in fine epistole ad Religiosos & familiares Lotharingos. Dominus Rainetus Prior sancti Michaëlis, tradidit se religioni Minorum fratum, quæ religio valde multiplicatur per uniuersum mundum, expressè imitatur formam primitiuæ Ecclesiæ, & per omnia vi- tam Apostolorum. Magister vero illorum fratum frater Franciscus nominatur; qui adeo amabilis est, ut ab omnibus hominibus veneretur. Eidein religioni se tradidit Colnius Anglicus, clericus noster, & alij duo de sociis, scilicet Michaël & Matthæus, cui curam Ecclesiæ sanctæ commiseram; Cantorem & Heintricium, & alios vix retineo.]

LXIV. At tægre ferens immanis tyrannus Sathan has aliasque sibi in illa regione eripi prædas, raptorem aggressus est in quodam diuersorio Aegypti, impudica, sed pulchra nimis fore- mina vñus ad centandum virum Dei, eiusque castitatem & puritatem labefactandam. Cui immutata facie, & mira in periculooso congressu fecuritate, vir sanctus dixit: se con- cubitum, at in eo lecto, quem ille sibi vellet eligere. Placet muliercula pactum, sed ad omnem tollendam moram instabat. Parat se ad cubitum Franciscus exuta paupere lacerna, & baculo confiticatis sparsisque in pavimento carbonibus, qui erant in camino, defuferat incubuit, magno illesus prodigio: [En, inquit tentatrici, lectus splendoridus in floribus, tan-

Anton. c. 8. 3
Vitriac. ad
an. 1221.

Paris. ada
1238

Cœursus ac
fidem Solda-
num.

Hugol. c. 14
Marc. lib. 1.
c. 18.
Specul. S.
Francis. i. p.
cap. 74.
Pitan con-
sor. 29.
Eritate bapti-
zatum.

Anto. tit. 19.
c. 1. §. 3.
Vitriac. ad
an. 1219.

Paris. iii.

Vitriac. in
epist.

Vitriac. fa-
miliares sibi
Minores.

Specul. vñs
Franc. c. 74
Hugol. c. 3;
Marc. lib. 1.

c. 1.

Sartum in-
tus, tæ-
franc. 12.

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

to opere dignus: hic quem ego eligo, ut eos ignes euadam, si adhuc tibi molesti, nulla potior aqua quam igne hoc extinguentur. Expauit ad factum mulier, & corde compuncta coram genuflexa petuit sui errati veniam, & facile à Domino obtinuit, qui ardores cupidinos in cœlestes mutauit, ira ut sancta fide à viro Dei imbuta multos ad eandem velut Evangelica Samaritana, mirabiliter perduxerit, factum prorsus siccile in aula Friderici 2. Imperatoris, quod ad ipsum, quo contigit, annum referemus.

His similibusque prodigiis & sanctitatis indiciis toto illo anno Franciscus illam orbis partem non tam lustrauit quam illustrauit. Dolens vero non fuisse messum vberorem, nec potuisse plenos manipulos in Domini horreum congregare, ascendit in Palestino regionem, Syriamque, & Galizam peragrauit. Ita legenda antiqua Thomæ Celani, & vetusta ordinis chronica, quibus cohæret Illustriss. heros Io. Franciscus Picus Mirandulanus in eleganti & locuplete de Francisco poëmate apud M.S. in quo dum principia Francisci gesta describit: iter hoc etiam ita perstringit:

Picus Mi-
rapd.

*Niliacu strasatu sedibus hospes—
Indigus, unde imo captiuos carceru antro
Eripere, quos perstulerat furor impius olim,
Cum Saladino Italiam robar dum prælia miscet;
Pellio repetens Solymos, Syriamque rebellem,
Atque ita per densos pietas accensa maniplos
Per caneos & perconseria umbonibus arma
Quassuit Lasiam redimi sine munere pubem.*

Tandem multis emenüs tertis Antiochiam Celestynæ nobilissimam metropolim peruenit per Montanam Nigram, non integra dicta à ciuitate versus Septemtrionem distan-
tem, vbi nobile erat monasterium ordinis (ut Marcus & alij asserunt) sancti Benedicti.
Sanctus I. p. 5. cap. 4. &
par. 14. c. 1.
Marc. citat.
Rebell. lib. 1.
Benedictus. monasterium
Francis-
nam.
Legen. antiq.
Pisan. cōfir.
9. & 11.
Marc. citat.
Marian. cit.
c. 17.
Rod. fol. 18.
Orisur circa
hor quoddam
duobus.
In regesto
Greg. 9.
epist. 1. j. 2.

utrumque superuentum hominem Deo charum & sanctum, magnæ familiz patriarchā, in ueste lacera & persona despicibili, omni tamē reuerentia & honore dignū. Cum his dies aliquot adeo sanctè transfigit, ut omnī in se transmutarit affectus, & ad sancti viri vitam omnes admirarentur. Adiungunt amplius legenda antiqua Pisanus Marcus & ex his alij ex no- stris monachos omnes mores & habitum cōmutasse, renunciatisq; amplis suis possessio- nibus Antiochiz Patriarchz, Franciscanos euassisce. Mihi autem in re hac dubiū incusit quoddam diploma Gregorij noni, in quod incidi dum huius Pontificis regestum in Va- ticanō percurrerem datum 11. Kal Maij an. 6. sui Pontificatus, qui est. 1235. ab Incarna- tione Dominica & quintus decimus ab hoc nostro anno; in quo fratribus Montanæ Ni- græ concedit facultatem assumendi regulam S. Benedicti. Tenor literarum hic est.

Ministro & eremitis de Montana Nigra Antiochen. dicc. [Quorundam nos ordi-
num, quorum clara satis extitere principia, repentinus pro diuersitatim levitate defectus inuitat, vt libenter certam viuendi formulam vobis potentibus prebeatnus, ut qui sub vnius professionis titulo degitis, ad cū qui habitare facit vnius moris in domo, incedētes, vno & certo consuetudinis trainite, quasi regia via securius pertingatis. Quocirca vestris supplicationibus annuentes B. Benedicti regulam, & regularia, quæ secundum Deum seruari valeant, instituta, perpetuo vobis concedimus obseruanda. Nulli ergo nostrę con- cessionis &c. Si quis autem &c. Datum Peru:ij, vt supra.

Duz hic difficultates crumpunt. Prima, quomodo quindecim dumtaxat ante annis LXVIII regulam S. Benedicti iuxta citatos authores respicientibus, eadem ipsa denuo assignatur? vel si hanc nunquam excusserint: oritur secunda difficultas, quomodo iam viuentibus iuxta Benedictinam institutionem, ex Marci & aliorum sententia, eadem secundo con- ceditur? Quo pacto me ab his dubiis expediam sane nescio, & diuinare potius licet, quam rei ratione offerre. Negare nolim nec audeam, quod tot probati testes seriò affirmant, præcipue author legendæ antiquæ Francisco coetus, & alij non reprobandi authores, Fran- ciscanū euassisce monasterium; attamen vel cœnobij incolas, vel dispersos in varias cellas Nigri Montis eremitas, huius monasterij tanquā capitis, mēbra, suscep̄t regulæ Minorū p̄ennituisse, aut quosdā semper reluctasse de deserēda Benedictina, atq; ita ad sanctā Sedē recurrisse pro eadē omnibus concedenda. Quod sane ipsæ literæ mihi indicate videntur, quæ mutationem repeatinam innuunt, & diuersitatem in norma viuendi, dum quidam repente

ANNO CHRISTI 1219.	HONORII III. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 9.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

repente Francisci regulam assumpserint, alij Benedictinam retinuerint, quem iterum omnibus concessit Pontifex, volens ut sub uno, inquit, & certo transire regia via securius ad Deum pertingerent. Et sane inscripta domina *Ministris & eremitarum* ad quos literæ dantur, non parum hanc suspicionem confirmant. Ita enim Minorum superiores nūcupantur, & eremitarum nomine fratres in religionis incunabulis frequenter audiebant. Quare iudicarim scriptum fratrum ministro, & vniuersis per Montanam Nigras commotantibus eremitis, ut seposita regularum varietate sub una sancti Benedicti regula, & regularia statuta deinceps concorditer militarent.

LXVIII In re dubia, in qua nullus faciem præferat, ita diuinare licuit; vel aliter adiiciendum, præter illud cœnobium, in Montana, alia fuisse religiosorum habitacula, & plures vixisse sub uno ministro eremites, ad quos dumtaxat dace sunt superscriptæ literæ, & præfatum monasterium semper remansisse sub disciplina Franciscanorum. Posterior hoc mihi probabilius probat quod referunt Pisanus & Marianus ex legenda antiqua, & huius author accepit à fratribus Iohannino, Iacobo, & Regnero de monte Politano, illius Conuenientis incolis, & rei testibus oculatis, ut habet legenda. Porro refert guardianum ex Abbatे fa-
Pisan. citat.
Marian. cit.
legenda antiqua.
Mirabilis vita.
Quam, virum euasissime magnæ contemplationis, in qua dum ad primam noctis vigiliam absorptus hæreret, vidi magnoam turbam prætereuntium in rubris vestibus candelas habentium accensas, aliam in vestibus albis incedentium, de hinc decem spectabilissimos viros rubeas similiter vestes habentes, & ponè venientem speciosissimam dominam, mediam inter duos grauissimos viros. Quam ut adiurauit, humiliisque rogauit, ut quæ ipsa esset, & quæ præcedentes turbæ, indicaret, placido & sereno vultu illa dixit, se Mariam matrem Domini, primâ turbam Martyrum, secundam confessorum, tertiam Apostolorum decem, collaterales Iacobum esse & Ioannem fratres, qui Antiochiam ibant ad excipendam in gloria animam cuiusdam probi & perfecti Minoritæ, è corpore discessuræ circa horam diei tertiam: & octo post dies ad cœnوبium hoc montanæ Nigræ regressuros, ut alium deducant in cœlum. Ita per omnia factum cōperit guardianus: nam missis duobus speculatoribus Antiochiam, accepit statuta hora mortuum quendam ex fratribus, virum optimum, per quod confirmabatur ceteram visionis partem non futurā inanem. Monuit ergo ut omnes se præpararet ad mortem, dum nulli peculiariter prædicebatur, sed in dubio eventu sibi quisquā debuisse timere. Vnusquisq; sibi timuit & omnes feme parabant, cōtinuis illis interlabentibus diebus sua expiantes peccata, donec accedēte iam octaua die, irritam putarunt visionem dum neminem infirmitate vlla grauari senserunt. At in ipso illo die, sacro deuotè præmisso, conquestus est guardianus magnum sibi incussum capitis dolorem, quo ingrauescente, & superuenientibus aliis corporis malis, circa horam nonam spiritum reddidit creatori: quo factum est, ut omnino veram iudicarent fratres guardiano factam, & sibi ab eo iam antea narratam, visionem.

A R G U M E N T V M.

Revocatus per socios Franciscus ad Occidentem, denuò inuist Soldanum, serio agit de eius conuersione statutisque cum eo que ad animi salutem spectabante, redit ad suos. Venetias appellens Patarium, Bergomum, lacum Banacensem Cremonam, aliasque Lombardie eis, citraque Padum venit Bononiam, rubique cum sui instituti augmento aggregatis suo Sodalitio viris precipuis ex studio Bononien. Venit cum Cardinale Hugolino ad erenum Camaldulensem, hinc ascendit in montem Aluerne, demum peruenie Aſſisum ubi inditæ synodo reprehenso Helia, & è suo gradu remoto, subrogat ei Petru Carbanum, intensiusque intendit fratriu institutioni. Interim apud Marrochium martyrio afficiuntur quinque huius instituti viri miraculis & reliquiariu veneratione præclaris, quorū emulatus triumphum S. Antonius transie ad minores. Recensentur denique que in Gallia, Anglia, Belgio, & Hispania fratres in suis missionibus peregerunt.

- I. **N** On solum supranominatum Montanæ Nigræ monasterium, verum & alia acqui- Leg. antiq.
Marian. cit.
suit Franc. cum suis, qui paucis post annis adeo extreuerunt, accedentibus etiam quorundam monachorum Orientallum cœnobii, ut citissime integrum Minorum con-

ANNO CHRISTI 1120.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MA- NORVM AN. 13..
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

Multa molitur Elias in prædictissimam regulam disciplinae.
Angelus à Clarense in 1. ord. tribu. Marian. cir. vido reg. 1. c. 1. quæ humanas superat vires, sicutum, quæ secundum humanam prudentiam & discretam rerum prouidentiam, videbantur obseruari difficillima, immo & ferme impossibilia, atq; ita ex prouidentum arbitrio multa ex eis moderanda, tollenda alia, & plura, non ad prædictas obseruantur, secundum fragilem hominum conditionem & corrupti temporis mores, esse toleranda. Qua ratione & fucatis persuasionibus plures posse traxerunt ex prouinciarum Ministris, ita ut Francisci simplicitatem, sinceritatem, ardentemque modum vivendi condemnarent, & imprudentiam reputarent. Quo factum est; ut impetrarent quædam à regula esse abroganda, & sui instituti rigorem mitigandum. Nihilominus alia via pro prouinciarum moderamine statuerunt, sed inter

electam. Quare admonitis viis sancti sociis, quid in imminenti & secreta hac ordinis ruina agendum esset, secum clanculum tractarunt. Instanter interpellabant Dominū, ut verum suum pastore incolumentem quantocuyus redderer, ne longius à gente, dispergerentur oves, & circumventi rugientique leoni abiarent in prædam. Misso fratre Stephano, sancti viri olim socio in Syriam, curarunt ut omnia ei exponerentur, & reuocaretur in Italiā. His à nuncio percepitis, vir sanctus non concidit animo, sed statim ad Deū recurrens ei commendauit familiam, quam ab ipso suscepit. At circa constitutionem de abstinentia omnino à carnisbus & sua humilitate consilium inuit cum Petro Cathanio, quem tunc secum habebat qui respondit sibi in hac re non licere iudicare, nec ad alium præter legislatorem spectare quidquam circa vniuersorum mores stabilire. Distulit itaque huius & cæterorum resolutionem ad suum redditum, de quo statim cogitauit.

Noluit ramon insalutato Soldano Malachadipō (quem ita nominandum volunt quidam, sed Marianus Vorilicium vocat) cuius salus ei quam maxime cordi erat, quippe qui ad an. 1108. Marc. lib. 1. ca. 17. & 18. legem autem Redit iterum ad Soldanū. ab. 1119. n. 60.

Regreditur in Occidente. Bonau. c. 9. Intrauicem, quod totis viribus concupivit, nauē condidit ad fideliū patres nauigaturus. Sic itaq; Dei ordinante clementia, & sancti viri promerente virtute misericorditer & mirabiliter factum est, quod Christi amicus mortem pro ipso viribus totis exquireret, & tamen nullatenus inueniret; ut & merito non carceret optati martyrij, & insigniendus seruaretur in posterum privilegio singulari. Sic vtique factum est ut ignis ille diuinus adhuc perficitus ipsius restuaret in corde, ut post potentius evaporaret in carne. O verè beatum virom! cuius caro etiā tyranico ferro non cæditur, occisi tamē agni similitudine non priuatur. O, inquam, verè ac plenè beatum! cuius animam etiā gladius persecutoris non abstrulit, palinam tamen martyrij non amisit.

Bonau. c. 8. Andre. Dan- dylin. iq. Hist. Veneti. M.S. ad huc eundem. In nauigatione prosperè successit, nam breui Candiā appulit, hinc Venetas opulentissimam maris Adriatici vrhem. Hic dum deambularet cum socio iuxta Venetas paludes, inuenit maximam auium multitudinem residentium & cantantium in virgultis. Quibus visis dixit ad socium: Sorores aues laudant creatorum suū; nos itaque in medium ipsarum cunctes,

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
<p>cantes laudes & horas canentes domino docueramus. Cumq[ue] in medium ipsarum ibi trassent, non sicut aures more de loco; & quia propter garritum ipsarum in dicendis horis se motu audire non poterant, conuersus vir sanctus dixit ad eues: Sorores aues, & cantu cessite, donec laudes deo debitas persolvamus. At illae continuo tacuerunt, tam diu in silentio persistentes, quamdiu dictis horis spatiose & laudibus persolutis a sancto Dei ca- tandi licentiam receperunt. Dante autem eis viro Dei licentiâ, statim more solito cœrum suum resumperunt. Gratias agens deo vir sanctus ob creaturam obediëtam magnam- que quam erga diuinas laudes raueritiam exhibuerone, edificauit ibi facellum adiuncto tuguriolo, in quo unus auctor ex sociis deo laudes persolvet, locum tamen postea auxit sub nomine S. Francisci in deserto, sive de Codirada, vir deusotus Iacobus Michaelis reliktis an. 1233. suis facultatibus, ut in aperte conuentum consurgeret, a quo anno eam obtinuit formam quam modo habet & a patribus Conuentualibus ad Observantes transfluit an. 1460. ex Pij 2. decreto dedisse etiam tunc Franciscum Venetiis initium alteri conuentui, qui nunc S. Francisci à Vincis nomen habet, fertur a Mariand & aliis sed an. 1225. suas ibi statuisse sedes Franciscanos & Dominicanos sub felici principatu D. Iacobi Theupulo inclusi duis Venetiarum asserti Rodulphus, & conuentu hunc à Vincis hoc anno poste- riorē iudicat Gonzaga, dum constructum assertit a fratribus prioris conuentus ad palu- des extructi, ut in ciuitate haberent receptaculum, quādo ad elemosynas vel negotia il- luc ire, aut ibidē pernoscere oporteteret. Ex pauperculo demum tuguriolo cōmodum fecit conuentum pro sex fratribus eiusdemq[ue] fratribus, qui pro se otarent, prius quidam Venetus Matthæus Zianus adjudicata ex testamento an. 1233. vna vel altera domo contigua, & vi- no, a quo S. Franciscus à Vincis cognomen accepit. Nostris vero statim concessus est inha- bitandus, qui opera & liberasitate cuiusdam Patriarche Grimani Graden. Veneti ciuis in capacissimum & augustū eus sit monasterium. Præter plures nobilissimas reliquias in ho- nore hic habetur corpus B. Matthæi Picentis, cuius vita & facta suo loco narrabuntur.</p>			
V.	Hic vir Dei veritatem, nobilem Marchiz Taruisinæ urbem, vulgo Italico Pa- dum, vbi fratibus unum, sororibus alterum de Arcello dictum, locum acquisivit, deiti- de in Lombardia Transpadana ad Bergonates transfluit, apud quos hoc anno cum fuisse assertum Bartholomæus de Peregrinis, Marius Mutius, & Cœlestinus Scriptores rerum Bergomensium Ioan. Anton. Guarnerius qui opus M. Antonij Benalij de sanctis Bergo- mensibus ex decreto Decurionum Bergomensium perfecit, non hoc sed anno 1218. cum illue peruenisse, & moram traxisse affirmat. Sed in eo priores errant, quod velint Fran- ciscum semper Bergomi habuisse ab an. 1218. per duos annos continuos, quos non immeri- to sui erroris monet Cœlestinus posterior, & accuratior author, ex Francisci factis & iti- neribus probans id minimè posse constare. Forsitan addit, quod duobus diuersis annis illuc venerit quod errorem posset inducere, ut diceretur integro h[ab]uisse biennio. Adsuisse af- ferunt sanctissimum Prædicatorum institutorem & habitasse in sacello S. Marci Magda- lenæ situ in arce; Franciscum vero in oratorio sancti Vigilij Episcopi Tridentini, situ prope ipsam arcem, quo tempore erat pastor huius urbis Ioannes Nouarien. è familia Tor- niella, quem sancti viti sepius visitabant, & cum eo multis ad animarum salutem age- bant. Monachos vallis de Astino sub ipsa urbe frequenter inuisabant, & apud eos Do- minico sacra facienti sancta humilitate & charitate prius diaconus fratribus ministrabat. Tandem clerus, senatus, populusque Borgomensis sanctis viris ab urbe recessuris duas Ecclesiastas dederunt in fratum suorum habitationem, S. Dominico, quæ sancti Stephani diesbatur, sancto Francisco, quæ S. Ioannis Baptiztæ, & hodie Minorum est Conuen- tualium, quibus occupatis & reliktis, qui contigua adderent habitacula, Brixiam per- reverunt.	Marij. cit. Pisan. cōsor. 11. Franc. vma Padum & Bergomum. Barth. par. 129. Mutius lib. 2. de diuis. Bergom. c. 5 Cœlest. li. 11.c. 3. Guarner. in vita SS. Domin. & Fr. fol. 116. Bergomi con- uenientis Do- mini. & Francise.	Gonzag. in prou. S. Ant. con. 14. Marij. cit. Marij. cit. Rodolph. fol. 171. Gonzag. vt con. 1.
VI.	Vrbem hanc non minus favorabilem & piam expertus est uterque Patriarcha; sed per Gonzag. in paucos dies in ea mansit Franciscus. Cum socio transiuit in insulam Gardæ, quæ ex me. prou. Brix. diis vndis Iacus Bevacensis surrigit, arboribus fructiferis, aëris temperie, & soli amoenitate con. 16 laudatissima. Hic acquisivit suis sectatoribus locum, ut constat ex archivo Brixensi Mi- norum, & quibusdam literis diuini Bonaventuræ, quæ in ipso Insulano conuentu asseruan- tur. Qui ampliorem laudem huius insulæ desiderat, perlegat Illustriss. Gonzagam. Am- plum in hoc conuento tenuit gymnasium Franciscus Lychætus, multoque eruditus in Scotti doctrina discipulos. Venerunt deinde Franciscus cum socio Cremonam, quæ nobilis ciuitas est in Cenomanis Italis; in eadem regione Lombardie Transpa- con. 17 darit.	Gonzag. in prou. Brix. con. 16 Con. Brix. cen.	

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Bonifacius in vita S. Dom. lib. 2. fol. 4. 8. Castello lib. 1. c. 50. S. Dominus frat. sicut aquam et aquam, p. ram.
danx, vbi per aliquot dies hæcerunt, & monasterij ædificandi situm adcepit sunt: quod dum ædificarent, superuenit sanctissimus patriarcha Dominicus, qui ad dilectum suum Franciscum visendum statim concessit. Cum vna essent, & longum de diuinis rebus sermonem haberent, conuenere ad eum coenobitz, qui penuria puræ laborabant aquæ, rogantes virtutemque ut Deum precarentur, ne putoe sui aquæ turbulentæ & cœnofa esset. Fuit aliquando inter viros sanctos certamen, uter aquæ benediceret, demum beatus videt Franciscus. Igitur B. Dominicus afferri sibi vasculum ex ea iussit aqua, cui postquam benedixit, in putoe mixti, ac paulo post inde hauriri aquam voluit, quæ quidem purissima & haustæ optima inuenta est, ac fuit deinceps & perduravit.

Histor. Mantuana lib. 4.
Ad Mantuanos etiam deflexisse scribit Hippolitus Donesmundus illius urbis vir do- VII. Etus in historia quam concinnauit patrio idiorum de rebus Mantuatis, eique cōcessam ædiculam S. Mariæ Incoronatæ, cui domum contigiam adiuvavit pro fratum incolatu sancti vici socius fr. Beneuenutus, quæ temporis decursu & hominum pietate in amplum excrevit domicilium sub S. Frâscii invocatione vbi idem Beneuenutus miraculis clausus requiescit. Tendenti autem Francisco Bononiæ versus, cum essent in districtu ciuitatis Parmensis, in Lombardia Cispadana iuxta oppidum Cancanum, occurrit eis quædam mulier habens filium morbo caduco domi laborante, petens ut pro eo sanando Deum efflagitarét. Pias quasdam preces in chartula vir sanctus exarauit, & deferendas filio, dedit mulieri. Quas ut iuuenis accepit, statim perfecte conualuit, & ob cantu beneficium inferuiuit postea fratribus in cōuersu habitu in monasterio Parmensi sancti Henrici.

Sigon. de ep. Bonon. lib. 3. ad. 1210. Maria. c. 10. & 17. Rodulph. lib. 1. fol. 126. Bononia & verius Peregrinum & Rigerium.
Tandem vir sanctus Bononiæ peruenit, vbi teste Sigonio tanta hominum eius visendi cupidorum concursatione exceptus est, ut per vias incessus esset ablatus. Omnes ipsum audire, tanquam angelum Dei ambiebant, neque sequi destiterunt, quo vsque in forum peruenit; vbi ciuibus & scholaribus in vnum cōvocatis, concessionem tanta spiritus magnitudine habuit, ut non homo loqui, sed angelus putaretur. Adeo vero omnium animos flexit, ut non solum plerosque ad penitentiatis agendam impulerit, sed etiam scholares duos è Piceno ad res humanas relinquendas & disciplinam suam ascensionem adduxerit, quorum virtusque nempe Peregrinum Falleronum, & Rigerium à Mutia adolescentes nobiles habitum postulantes vestiuit, & futurum viuendi genus virtusque præscriptit. Edoctus enim in spiritu virtusque indolem dixit: Tu Peregrine viam sectaberis humilitatis, tu etiam Rigone fratribus inseruies. Quod summa humilitate fecerit, neque enim Peregrinus quantumvis doctus & in sacris canonibus versatus aliquando ad clericatum aspirauit, sed in humili laicorum seu conuersorum statu per omnem vitam permanuit. Paulo post Christi dilectione totus accensus, & mortem quam pro nobis tulit, redde-re volens saluatori, in Orientem processit. Ierosolymis sacra inuisit perquam deuotè nostræ redēptionis vestigia, habens secum volumen Euangelicum, quo tanquam ductore, vñus est in lustrandis & percipiēdis Christi Redēptoris gestis & vita. Vbicunque quidquam fecisse Dominum cōperiebat, statim genua flebant, terram extensis brachiis amplexabatur, dulciter osculabatur, fletu rigabat: & tanta hac teneritudine vbiique faciebat ut quoscunque vel saxeos homines, etiam alienæ fidei ad deuotionem & cordis cōpunctionem commoueret. Martyrij scitum explere non potuit, Deo ita disponente, qui nec eius institutori id ipsum concessit: quare in Italiam reuersus, tanquam verus Peregrinus in hoc mundo, in pauperibus & derelictis tuguriolis commorabatur, homines vbique exhorras ad penitentiarn, & cognatos plerosque ad perfectionis semitam manuducens. Rarissime aut nunquam eos inuisebat, nec colloquebatur nisi quando oportebat ad salutem, idque adeo breuiter & cursim, ut quanta potuerit celeritate ab eorum cōuersatione discederet, rationem hanc iis reddens, qui inurbanitatis notabant: magistrum nostrum Christum, à quærentibus non inueniri inter cognatos & notos. Ad tantam denique perfectionem ascendit, ut beatus Bernardus de Quinta Valle Francisci primogenitus de eo auderet asserere, Peregrinum vnum esse ex perfectissimis fratribus totius mundi, eumq; verè Peregrinum & aduenam in hoc sæculo, quippe cuius conuersatio & cogitatio erat in cælis, & tanquam terræ fastidiēs affectum omnem è terrenis abduxerit, temporalia, & quidquid sub cælo, est, arbitrans ut vñu Christū lucri faceret. Tadē plenus virtutibus & bonis operibus, migrauit ad Christum, quem semper toto corde dilexit & clarus miraculis in vita & morte cum magno populorum concursu sepultus est in monasterio S. Seuerini in Marchia. Cuius corpus ante centum annos effossum integrum & pulchrum apparuit.

Rigerius

Peregrinus commendatio

ANNO. CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
------------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

- VIII. Rigerius vero, seu Ricerius quo potuit nexus, Francisco habet, familiaris eius socius effe- <sup>B. Rigerij
latus.</sup>
tus, qui magistrum vitam, tanquam virtutis exemplarum sibi proposuit imitandam. Adeo in
hac schola profecit, & ad tantam peruenit rerum prudenter agendarum fratumque re-
gendorum peritiam, ut secundum sancti viri vaticinium prædicentis fratibus inservitu-
rum, factus sit minister (qui & seruos ex ipsius Francisci institutione & interpretatione) ^{Radul. cit. fol. 135.}
provinciaz Marchiz Anconitanaz. Rexit per aliquot annos, deinde ad maiora sanctitatis
& virtutis incrementa aspirans, atque animosè ascendens, multas & molestas passus est
à virtutis inimico tentationes, quas nos alias latius explicabimus. De eo narratur quod ^{An. 1226. n.}
cum semel interrogaretur, cur mulierum consortia fugitaret, cum tamen in eo esset do-
num castitatis eximiaz responderet: Nisi id fecisset, forsitan iusto Dei iudicio tam præ-
claro munere priuaser. Sapiens quidem cautio est necessaria, nam qui periculum amat,
non immerito peribit in illo. Huac Rigerium confundit Marianus cum Rogerio viro <sup>Marijan. lib.
i.c.t.o. & li.
2.c.g.</sup>
sancto, qui iacet Tuderti clatus miraculis, quem sanctum vocavit Greg. 9. & eius me-
moriā ibi celebrati præcepit. Sed alter est hic ab illo, ut latius, cum de Tudertino ege-
rimus, ostendemus.
- IX. Præter hos alium sibi adquisivit discipulum ex hac concione, superioribus non infe- <sup>B. Nicol. d.
Pepulu.</sup>
riorem, D. Nicolaum de Pepulis nobilem Bononien. iurisperitum, qui Bernardum à
Quinta Valle Bononiam aduenientem à puerorum & insolentum molestis liberavit, be-
nigne ibi commorantem fuit, & consodalibus zedes extruendas curauit, ut superius præ-
diximus: ea mili probat authenticum scriptum cuiusdam fratris Bonaventuræ an. 1306. ^{Ad. 1221. n.}
exaratum, cuius autographum penes Illustriss. Dominos de Pepulis, & probatum exem-
plar apud D. Franc. de Vase Petramellara SS. Mauricij & Lazari magnæ Crucis equitem
consiliariū & magnū Bononiæ cōmendatarium transumptū ad me missum, hic exhibeo. ^{17.}
[Beatus Nicolaus de Bononia filius Domini Gulielmi ex mag. domo Pepulorum, am-
bo boni nominis, famz & Dei timoris in ipsa ciuitate habiti sunt. Hinc ab ineunte æta-
te operam dedit studiis: quare doctor legum effectus, in publico gymnasio lectorum pan-
deictarum an. Domini 1219. egregie interpretatus est. Tunc temporis S. Franciscus Bo-
noniam beatum Bernardum misit, ut cœnobium suz religioni nuper à summo Pontifice
confirmatz, curaret. Qui cum Bononiam peruenisset diuino spiritu amicitiam cum bea-
to Nicolao contraxit, eumque à contemptu puerorum liberavit, in domum suam beni-
gne recepit, officiis & honore prosequens: domicilium sibi suzque Religioni procuran-
dum suscepit in loco sanctæ Mariz de Puliolis. In eum non solum plurima & maxima
dona in honorem Dei & beati Francisci contulit: sed ex aliis seipsum Franciscanz reli-
gioni dicauit, habitumque illius suscepit an. Domini 1220. dum sanctus Franciscus Bo-
noniæ in platea conciones habebat, ac miraculum in beati Peregrini conuersione con-
spexit: vixit per paucos annos in religione: plura signa dedit Deus, ex quibus omnes pro
comperio habebant beatum Nicolaū esse Deo maximè charum. In itinere bis comes fuit
S. Franc. de eius progressu in religione plura in nostro manuali scripto reperiuntur, &
maiora expectabantur, sed morte præuenitus, pie sancteque; Deo spiritum reddidit an. Do-
mini 1229. Kal. Maij & in Ecclesia S. Mariz de Puliolis, eius cineres conduntur.] Deinde
subscriptum: Ego fr. Bonaventura breuitati studens, scripti an. 1306. Quod autē præmisso an.
1219. subiungat, tūc temporis Bernardum Bononiam venisse, latius hoc spatiū temporis
sumendum est, sicut supra docuimus, & ex hoc ipso colligi potest, quod nuper aut paulo
ante dixit religionem à Pontifice confirmatam. Is autem fuit Innocentius 3. ante aliquos
annos mortuus, qui an. 1210. regulam & institutum approbavit: verius ergo putamus
non an. 1219. sed 1221. Bernardum Bononiam appulisse, ut iam statuimus sibi illo an-
no, quod omnino confirmat Francisci hoc, de quo agimus, anno indignatio, quam sta-
tim referemus, de amplioribus suorum fratrum zedificiis, quæ ante unum aut alterum an-
num, non adeo facile poterant extiri, cetera quæ ad vitam & mortem huius sancti viri
spectant, dabimus ad annum 1229. quo diem clausit extremum.
- XI. Alterum etiam habuit Franciscus ex hac ciuitate discipulum, fr. Bonizium magnum
paupertatis amatorem ad grauia negotia obcunda intrepidum, & ad resoluenda expe-
ditum. Hinc à Francisco in rebus præcipuis assumptus in socium, cum eo fuit in monte ^{B. Benizius.}
Raynerij, quando regulam à Christo accepit, & dure increpauit ministros, qui eandem
nolebant admittere Domino aperta & clara voce eius sermonem & ipsitum confir-
mant. Post mortem viri sancti huic Bonizio apparuit in veste fulgentissima, eique sua
vulnera

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

vulnera palpanda & osculanda porrexit. Obiit Bononiz sepultus ad suos: post multos demum annos obliuioni traditus, donec translatis inde fratribus propter loci insalubritatem, & refecto monasterio in clausuram monialium, dum aperiendis fundamentis fossores diligentius intenderent, in tria veneranda corpora: ex insperato inciderunt, vi-
Goneg. in
pro. Bono.
Monast. delicit B. Nicolai, de quo nunc egimus, huius Bononiz, & Guliolni à Cortermilio, Franci.
etiam socij, de quo nos alias, quibus sequentia apposita erant epitaphia:

Nicolaus primus nomine.	Alter vero Bononius	Guillelmus alter nomine
Cæco lumen obtinuit	Francisci patris existit	Sacra pollens eloquio
Et mortuis resistit	Confers dum verbis Domini	Vrbis iustus incolas
Visam denosis precibus.	Sacram conscripsis regulam.	In viam traxis Domini.

Tales erant Francisci sermones, ut homines quo veller flecteret, & Deo sibi que plures XII. adscisceret; ex acquisitis in hac vrbe sodalibus hi magis noti. An haec solam habuerit concionem, vel sepius populo prædicauerit, quod verosimilius putem, vel de hoc sermone, an de alio, quod subiungo Thomæ Spalatensis sive Eperi Archidiaconi, tunc Bononiz literis incumbentis, testimonium admittendum sit, non fero iudiciū. Illud ex scriptis Ecclesiæ Spalatensis extractū ad rem illustrandā & tempus indicandū inserere libuit.

[Cùm esset in studio Bononiz ego Thomas ciuis Spalatensis, & Archidiaconus eius. XIII. dem ciuitatis cathedralis Ecclesiæ, anno 1220. in die Assumptionis Dei genitricis vidi S. Franciscum prædicantem in platea ante palatum paruum, vbi pene tota ciuitas con-
venerat. Fuit autem exordium sermonis eius: *Angeli, homines, demones.* De his autem spiritibus rationabilibus ita bene & districte proposuit, ut multis literatis, qui aderant, fieret admirationi non modicæ sermo hominis idiotæ: non tamen ipse modum prædicantis tenuit, sed quasi concionantis tota verborum eius materia discurrebat ad extinguendas inimicitias, ad pacis fœdera reformatas, & sordidus erat habitus eius, persona contemptibilis, & facies indecora, sed tantam Deus verbis illius contulit efficaciam, ut multos nobilium, quorum furor immanis multa sanguinis effusione fuerat debacchatus, ad pacis concordiam simul dederet. erga ipsum vero tanta & tam magna erat vniuersorum deuotio, ut viri & mulieres in eum catervatim currerent, & beatum se putabat, qui saltem posset vel simbriam vestimenti eius tangere. Ita testimonium hoc habet Sigonius, sed in quibusdam muratum Rodulphus, qui quædam immiscerit ex suis.]

Sigob. citat.
Rodulph. li.
i. fol. 4.

Sermonibus vir sanctus hac in vrbe miracula addidit, nam cum ei offerretur puer quidam ex stirpe nobili, vnum oculorum macula seu nubecula habens obiectum, ira ut nihil prorsus videret, nec aliquo iuvari posset remedio, signo Crucis à capite ad pedes super iuenculum deducto, ei visum restitut tam limpidum, ut postmodum viri sancti, sui benefactoris, institutum professus assertaret se longè clarius videre oculo prius infirmo, quam semper fano. Quo miraculo maior adhuc erga eum crevit populi reverentia à quo nequaquam abscedere poterat, nec auelli.

Sigon. citat.
Rodul. fol.
96.
Marc. lib. 1.
c. 16.

Ille vero salutato prius Hugolino Cardinali intimo & familiari amico, sive ordinis XV.

Ecclesiatur
ad eum sum-
pusiosiores.

protectore, tunc Lombardus legato, qui in viri sancti amplexus totus exultabundus irruerat, ad fratres suos declinans, vidit eorum ædes ampliores, sumptuosioresque, quam patetur stricta illa paupertas, super quam sui instituti fundamenta posuerat, auersaque factus indignabundus, & vehementer commotus: hæc cine, inquit, illorum pauperum Euangelicorum ædes? hæc fratum Minorum maiora & superba palatia? Nostram hanc domum non agnoscet, neque meos fratres reputo, qui in illa permanescint. quare firmiter præcipio, ut omnes illi qui minorum velint nomen retinere, protinus egrediantur, & diuitiis huius saeculi sua testa relinquant. Huius rei (quam ramen Sigonius perperam refert sub anno 1221.) testimonium perhibet B. Angelus Clarenus, & ante hunc alias omni major exceptione fr. Leo, qui ibidem iacebat infirmus, & cum aliis languentibus in fratum humeris fuit extractus, & subdio expositus, donec Cardinalis legatus virum Dei aliquantisper placavit, dicendo teat amplitudinem esse tolerandam, quia loca ampliora prorsus necessaria sunt religiosis, ut infirmi ob aëris temperie & libertatem refocillentur, sani conseruentur, lassi in studiis spiritualibus recreentur. Quod ad proprietatem vero loci attinebat, firmiter asserebat, nullam penes fratres esse, omnemq; mansisse penes ipsos fundatores, quod si adhuc vllus remanebat scrupulus circa rerum dominium, totum in se iam assumpisse nomine Romanæ Ecclesiæ. Ad has p[ro]ij protectoris rationes instantemq;

Sigon. lib. 5.
Histor.
Bononico.
Claren. cit.
Legen. 3.
Socior.

solicitudinem, ut permitteret fratres us ædibus vti, non potuit non acquiescere, & iubere ut regre

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

regredentur ad locum unde exierunt. Ipse tamen ingredi noluit, nec ibi requiescere, sed ad charissimos & amantissimos fratres predicatores diuertit, ubi aliquibus diebus cum fidei suo amico Dominicō cohabitauit.

XVI. Similiter in aliis ædibus fuisse testatur S. Bonaventura dicens; [Mandabat dirui ali quando doctos erectas, aut fratres exinde amoueri, si aliquid in eis perciperet quod ratione appropriationis vel sumptuositatis, contrarium esset Euangelicæ paupertati, hanc dicens sui ordinis fundamentum, cui substrato primarie, sic omnis structura religionis innitur, ut ipsius firmitate firmetur, & euersione funditus evertatur.] Cum vero ita se pararet à suis, rogauit eum ex Predicatorebus vir pius compatiens Minoribus suo pater desitutis ut reuerteretur ad illos, & noxam hanc indulgeret. Cui vir sanctus: Non est bona indulgentia, quæ faciliores reddit ad peccandum, neque mea præsentia vellem confirmare, aut approbare quæ contra sanctam commissa sunt paupertatem. Viam aliam tentauit bonus ille pater, persuaderéque conatus est ut eos visitaret & amplius pro commissa culpa reprehenderet, morisque reformaret, & cetera boni Prelati munia exerceret, quibus expletis si remanere noller, ambo simul redirent. Annuit sagaci & pio consilio charitatiui virti, accedensque ad suos, promptissimos inuenit ad omnē subeundam pœnitentiam, humiliiter suam culpam confitentes. Ad quorū humilitatem & pœnitudinem vir sanctus noxam omnem dimisit. Durè vero increpauit fr. Petrum Ioannē de Stachia ministrum, quod vel voluerit, vel permiserit tam sumptuosum cōstrui fratribus ædificium, & quod se inconsuko, studium exercevit, iisque constitutionibus stabilierit, quæ potius doctos, quam pios procrearent. Ille autem votens vel malens, ut fratres potius scirent orare, quam legere, & exemplum dateret aliis ministris, ut religiosus & humilius de studiorū creatione tractarent, scholam hanc prorsus dissoluit. Minister autem in suo sensu abundans, statim post viri sancti discessum, illud in pristinum statum restituit, quod ut resciuit desuperque ei revelata esset hominis pertinacia, & indurata malitia, ei solemniter maledixit. Paucis post annis rogatibus fratribus, ut pro maledictione hac inferret benedictionem viro alias docto & nobili, respondit: Ei benedicere non possum, cui Dominus maledixit, quod evidentiter constituit ad hominis mortem, expirantis cū magno ciuatū & clamatis: *Damnatus sum, & in eternum maledicitus.* Deinde terribilia sequuta sūt spe &acula, quæ hominem verè condemnatum circumstantibus comprobarunt. In hac æde Bononiensi refert Leander Albertus Odofredum Bencuentanum celeberrimum iureconsultum diu Bononiz publico salario ius professum, & fato concedentem eximium ibidem ex marmore monumentum forma pyramidali habuisse.

XVII. Tanto autem amore virum sanctum Franciscum prosequuti sunt Bononienses, & tam charos habuerunt eius sodales, ut non satis duxerint uno eos recipere loco intra ciuitatem ut supra diximus, nisi & secundum adiungerent extra urbem ad milia vnum in edito quodam & nemoro colle. Eremitorium erat humile ex vili materia, tumultuario opere extremum, quod augustius reddiderunt, in alium locum translatum, pī Bononienses sub Alexandro quinto, & sancto Apostolo Paulo sacrarunt. Demum cum ruinā minaretur vniuersa ferme ædes, resarcendam & renouādam suis sumptibus totam curauit Gregorius 13. pro sua in Minores benevolentia. Habitauit in hoc conuentu: (qui Minoribus Observantibus subest) sanctus Antonius Patauinus fr. Iacobus à Primadiciis Bononiensis, vir venerabilis Apostolicis legationibus multis, & visitatoris Apostolici, vicariisq; generalis functus officiis, qui ibidem diem clausit extremum. Similiter ibidem vixit & obiit Franciscus à Platea, patria item Bononiensis, magnæ authoritatis vir, s̄pius designatus Sedis Apostolicæ nuncius sub Eugenio 4. & Nicolao Quinto.

XVIII. Franciscus vero in suo recessu à Bononia vocatus & invitatus est à Cardinali Hugolino, ut per aliquot dies secum secederet in eremum Camaldulensem, & in religiosa illa solitudine supernarum rerum meditatione animum per varia distractum, & corpus mul-tis attritum laboribus, immensoque dissolutum itinere aliquantisper refocillaret. Annuit libenter vir sanctus & ferme integro mense, ut habet Marianus & Miglius ad tāti viti solitum eremiticum coniustum, vitaq; austericatem, sibi iam familiarem, incredibili ani-mi & corporis consecutus est voluptate. Augustinus Florentinus, eiusdem eremi monachus, per sex menses ibi stetisse asserit: id porro non adeo probabile, saltim hoc anno, quo cum cum Hugolino ibidem fuisse scribunt communiter nostri; atq; ipse indicat August. Namque ex testimonio archidiaconi Spalaten proximè relato in festo Assumptionis vir-gineꝝ

Bonau.c.7.

Mariam.cit.

Amoris mi-nistrum Boni proper crea-tus adi sū-praus, & studium.

Angel. Clar. in r. tribul. ord.

Lean. in re-gione am-bitum cap. Hirpini.

Con. S. Pauli Bononiensi.

An. 1211. d.

18.

Gonzag. in prou. Bono-nien. cod. 2.

Maria. c. 11. Migli. lib. 2.

c. 1.

Aug. Flore.

in Histor.

Camald. li.

s. c. 19.

Siluanus

Razz. de

sanctis Ca-

mald. in vita

B. Leonardi.

Andr. Mu-

ñoz. de cre-

mo Camal.

c. 9.

Supran. n. 1.

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPBR. AN. 10.	RELIGIONIS M. NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

*Infra n. 13.
Habitas per
mensam in
tremo Ca-
maldulen-*
ginez Bononiz predicasse constat, & ad festum Michaëlis Archangeli comitia iniit generalia sui ordinis Aflisij, utl mox referemus. Porro Cardinalis cellam cum sacello in capite eremi, quz ad hanc diem celeberrima visitur, sibi statuit; & Franciscus alteram, proximè adiunctam illi quam sanctus Romnaldus viuens inhabitauebat, quz ad hanc diem notissima, ex eius nomine cella sancti Francisci nuncupatur, & ab alio nullo religionis ergo incolitur, præterquam à Priore, seu maiori patre illius eremi. Addunt Marianus & Miglius, illius regionis viri non solum solemne festum ibi indictum sancti patriarche, verum & statutū vt in toto ordine Carnaldulensi in eius natali caneretur antiphona Minoribus assueta. *Salve sancte pater, &c.* Cösecravit tunc ibidem Hugolinus altare SS. Petri & Pauli, quod extra chorum templi fundatum fuerat, Kalendis Septembbris eiusdem anni 1220. ut citatus refert Augustinus, & paulo ante oratorium virginis Deipatz.

*Bonau. c. II.
Pater soci
agitationis.*
Hinc ascenderunt in montem Aluernz per decem millaria distantem, vbi per paucos XIX. dies stetisse mones Miglius, regrediente Bononiæ Cardinale, & Francisco properante Aflisum ad comitia, quz dum Venetiis appulit, per literas indixit. Contigit autero cum fatigatum & lassum, parumper asellum descendere. Subsequens autem socius Leandardus ab Aflisio & ipse non modicum fessus coepit dicere intra se, humanu aliquid passus: Non de pari ludebant parentes eius & mei: en ipse equitat, & ego pedestre asinum eius duco. Hæc illo cogitante, protinus descendit de asino vir sanctus, & ait: Non, frater, conuenit vt ego equitem, tu venias pedes, quia nobilior & potentior in sæculo tu me fuisti. Obstupuit illico frater, & rubore suffusus, reprehensum se recognoscens procidit ad pedes ipsius, & lachrimis irrigatus, nudum exposuit cogitatum, veniamque poposcit.

*Maria. c. 17.
Specul. S.
Franc. p. 2. c.
48.*
Ut ad vallem Spoletanam peruenit, prorumpentes hinc inde ex eremitorii filij desiderato patri cum ingenti cordis iubilo turmatim occurrebat, collatantes in eius aspectu, & congratulantes in eius regressu. Ille è regione ad conspectum filiorum, familiariumq; sociorum latrabat in Domino, & omnibus omnia factus, confortabat pusillanimes, consolabatur afflictos, corrigebat dissolutos, reprehendebat errones, & omnes suis exhortationibus atque ignita loqua accendebat ad currendam viam mandatorum cœlestium, & obseruantiam regulæ, quam sponte subierunt. A pluribus & potioribus instieuti professoribus accepit, non inanes neque falsas suisse querelas ad se trâmissas in Orientem de vicario generali fratre Elia, idque ipse compcri, etiam palam in eius vestitu, satis dissono ab humilitate & arcta paupertate, quam omnibus præscripsit, & suo exemplo proposuit. Etenim coram apparere est ausus in habitu cultiori, & preciosiori, longiorisque caputij, ampliorum manicarum, dilatatis etiam simbriis, quam pauperis & humiliis professionis monachus potuerit induere, absque manifesta arctioris status dissonatia. Quem vt vidit vir sanctus animi indignationem parumper dissimulans, petiit coram circumstantibus, vt habitum illum sibi vellet accommodare. *Quod cum negare non posset, in angulum se retrahens, exutum sancto viro asportauit.* Ille vero suo habitui superindutum accommodauit, pliuit, aptavit, subrugauit ad cingulum, capitem fastuoso modo obduxit capiti, deinde erecta cervice, extento collo, inflato pectori fastuosa grauitate coepit tumenti gressu incedere, & cum vocis boatu fratres ad talem prosopopæiam obstupentes, ita salutare: *Bona gentes salutare.* deambulansque ita per medium illorum ibat ter aut quater: tandem in seruore spiritus cum magna indignatione exutum habitum consumeliosè longius proiecit, & ad fratrem Eliam conuersus, dixit: Sic incedent nocti & spurij religionis fratres. Et mutato vultu & gestu humiliter & modeste in spiritus lenitate in suo pauperculo & lacero tegmine incedens, verba salutis & charitatis loquens ad fratres, ait: Hic est incessus & geltus legitimorum & germanorum fratum minorum: sed postea in medio illorum, talibusque sermonibus eos ad humilitatem & paupertatem constanter sectandam allexit, vt qui inter omnes humilior, & præ omnibus pauper iudicabatur, non sat sibi hauiisse harum virtutum videretur. Stupebant omnes ad sancti viri prudentiam, & discretum inodum reprehendendi cum imperio & ranta & quanimitate, vt non esset in vniuersa multitudine, qui vel obmutire auderet, nec Eliz, quaneumuis vicarij generalis, causam agere. Demum omnia quz nouiter introduxit Elias in ordinem, & illo absente statuerat reuocavit, præter vnam illam constitutionem de carnis non edendis, quam aliquandiu tolerauit, ne videretur in gloriæ fauere, docet cuenit, quod flagit subiungemus.

ANNO CHRISTI 1220.	HONORIS III. ANNO 5.	FREDERICI I.I. IMPER. ANNO 10.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 13.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	----------------------------------

Dolente tunc sancto viro, quod adeo cito à spiritu feruore declinare & à recta virtutis semita deviare videbantur in religione, qui præcipui deberent esse in eius retinendo nitore, non adeo ad hæc, quam ad futuras multas & magnas ordinis calamitates mirari debere ostendit dominus portentosa ei facta visione. Dum enim oraret in loco sanctæ Mariæ de Angelis, oculis eius corporalibus & coram ipso apparuit quædam statua, quæ habebat caput aureum, & faciem pulcherrimam, pectus & brachia de argento, venetem & femora de ære, tibias autem de ferro, pedes vero ex parte ferreos & ex parte fideiles, & erat induita sacco, ex quo humano rubore perfusa multum erubescere videbatur. Qua visa, cœpit vehementer admirari illius pulchritudinem indicibilem, & eius miram magnitudinem; insuper erubescientiam, quam habebat de sacco, quo erat induita, exhorrebat.

Et cum sic miraretur, intente aspiciens caput eius pulcherrimum, & speciosam faciem; statua ipsa locura est beato Francisco, dicens. Quid miratis? Deus misit me ad te, ut in me disceres, quæ circa ordinem tuum sunt ventura & futura. Caput aureum, quod in me videt & facies ista decora, est principium tui Ordinis possum in altitudine Euangelicæ perfectionis. Et sicut ipsius metalli substantia est cunctis metallis preciosior, & locus capitis membris cunctis eminentior, ita principium tui Ordinis est tantæ preciositatis propter fraternalm & auream charitatem, & propter angelicam honestatem, & tantæ altitudinis propter euangelicam paupertatem, quod totus mundus mirabitur. Et Regina Sabba, id est sancta mater Ecclesia mirabitur & dilatabitur in corde suo, cum videbit in primis electis Ordinis tantam Christi pulchritudinem sanctitatis, & sapientiæ spiritualis splendorem, tanquam in Angelicis speculis refulcentem.

Et beati erunt, qui illorum primorum lapidum preciosorum, immo caput auctorum virtutes, & mores, Christo se totaliter conformantes, studuerint imitari, magis illorum coelesti pulchritudini, quam florentis mundi fallaciis adhærendo. Pecunia vero, & brachia de argento, est secundus tui ordinis status, qui tanto est primo inferior, quanto est inferius argentum auro; & sicut argentum pretiositatem, claritatem, & sonoritatem habet magnam; sic iste status habet fratres nobiles generare, claros scientia, & sonoros prædicatione, & sublimes in tantum, quod aliqui eorum ad Papatum, aliqui ad Cardinalatum, ad Episcopatum plurimi assumentur. Et quia per pectus & brachia ostenditur hominis fortitudo, in illo tempore excitat Dominus in isto ordine tuo homines scientia, velut argentum nitentes, & præclaros virtute, qui tam scientia quam virtutibus defendent religionem istam, & etiam vniuersam Ecclesiam à multiplicibus impugnationibus dæmonum, & à variis impulsionibus hominum impiorum. Sed quamvis mirabilis erit generatio illa, erit tamen quo ad statum priorum perfectissimum, inferior. Sed hic est respectu primi status, sicut argentum respectu auri.

Post hos est tertius status in ordine, qui ventri æreo similabitur & femoribus æreis. Tertius status suis religiosis. Quia sicut æs estimatur minori precio, quam argentum, ita illi de statu tertio, erunt primi, secundisque minores. Et quamvis tanquam æs, in numerositate, & multa latitudine per orbis spatia discententur, tamen erunt ex his, quorum Deus venter est, & gloria religionis in confessione eorum, qui sola qua terrena sunt, sapiunt: & quantumvis propter scientiam habent linguam tanquam æs sonans, & mirabilem, erunt tamen dilectores ventris & femorum. Heu, heu reputabuntur apud Dominum (ut ait Apostolus) sicut æs sonans aut cymæglum sinniens, quia aliis resonabunt verba coelestia, & quasi ex femore spirituales filios generabunt, & ostendo aliis virtus fonte, ipsi ventre arido adhærebunt in terra.

Post istos vero erit quartus status terribilis & pauendus, qui tibi nunc ostenditur in tibiis ferreis. Nam sicut ferrum domat, & dissipat æs, argentum, & aurum: ita status ille tantæ duritiei & ferreæ prauitatis erit, quod ex frigiditate, & horrida rubigine, ac ferreis moribus illius periculosi temporis, obliuioni tradentur quæcumque bona, quæ charitas aurea primorum & argentea veritas secundorum, & æra siue sonora loquacitas territorum edificauerat in sancta Ecclesia Dei, & Domini nostri Iesu Christi. Tamen sicut tibiæ sustinent corpus, ita illi in quadam fortitudine ferrea, id est rubiginosæ hypocrisis corpus ordinis sustentabunt. Et tam venter prædi-

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 10.	RELIGIONIS M- NORVM ANN. 13.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------

Sep. 6. 7.

Etus , quam tibiz istz ferrezz latebunt sub vestibus , quia sub religionis habitu congegentur , habitum quidem religionis & pietatis habentes , intrinsecus autem sunt , seu erunt lopi rapaces ; & isti tales solum ventri seruientes , & etiam rubiginosū , & ferrei mundo quidem latentes , sed Domino manifesti , quia preciosissima bona ad nihilum , scilicet prauæ vitæ malleo redigerunt ; ideo ipsi tanquam ferrum diversarum igne tribulationum , & malleis angustiarum terribilium affligerunt , ut non solum demonum ; sed etiam rectorum seculi cladi bus secularibus , & ignibus & carbonibus excoquenterunt , ut potentes potentia tormenta patiantur , & quia per irreuerentem duritatem peccauerunt , ab irreuerentibus durissime torquebuntur.

Propter autem illas angustias ad tantam impatienciam movebuntur , quod sicut ferrum , quod omnibus metallis resistit , sic se omnibus opponunt ita , quod non solum potestatibus secularibus , sed etiam spiritualibus obstinate resistent , purantes se tanquam ferrum posse omnia domare , propter quod Deo maxime displicebunt . Quintus vero status erit ex parte ferreum , quantum ad hypocritas supradictos , & ex parte terreum , quantum ad illos , qui secularibus negotiis se totaliter miscebunt . Et sicut vidisti in pedibus , quod testa ex luto cocta , & ferrum simul apparuit , quæ tamen vniuers nullatenus possunt , ita erit in extremitate illius ordinis , quia orietur tanta diuisio , & tam abominanda inter ambitiosos hypocritas , & testeos ex luto temporalium concupiscentia carnis excoctos , quod sicut testa & ferrum nequibunt ex discordia maxima conuenire . Et contempnente non solum euangelium & regulam , sed etiam testis ferreis , hoc est prauis affectionibus & immanis conculcabunt omnem sancti ordinis disciplinam . Et sicut testa , & ferrum diuisa sunt inuicem , ita multi ipsorum diuidentur inter se intus , & extra : intus quidem contentiosè viuentes , extra vero seditionibus , partialitatibus , & tyranniis secularibus adhærebtes ; propter quod venient in tantam displicantiam omnium , quod non solum vix in terras intrare poterunt , vel morari , sed vix porcate habitum manifeste , & multi eorum punientur & destruentur tormentis horribilibus per homines seculares , quia tam abominabiles pedes , domus & omne solum vitabitur .

Sep. 5. 6.
Saccus quid
pertinet.

Hoc autem totum veniet illis , quia totaliter ab aureo capite recesserunt . Beati autem erunt illi , qui in illis periculis diebus ad preciosi capitis monita reuertentur , quia tanquam aurum in fornace probabuntur , & quasi holocausta medullata coronam acipient in eternum . Saccus , de quo sum induta , de quo erubescere videor , est sancta paupertas , quæ cum sit totius ordinis decor & speculum , & custodia singularis , & corona , & fundamentum omnimodæ sanctitatis , deficientibus tamen omnibus studiis virtuosis ut dictum est supra , de ipsa scilicet paupertate sanctissima filij degeneres erubescunt , & abiectis vilibus indumentis , eligent preciosâ , & cappas varias anxie & simoniæ procurabunt . Felices vero & beati erunt , qui usque in finem perseverauerint in his , quæ Domino promiserunt . Et his dictis , statua illa disparuit . Beatus Franciscus de his vehementer admirans , atque anxius oves suas tamquam bonus pastor presentes & futuras Domino cum multis lacrimis commendauit .

Qua visione , & aliis pluribus revelationibus habitis futura omnia fratum evenita vidit , & prædixit . Miras sane & turbulentas passa est hæc paupercula religio vi- cissitudines ; sed tribulationibus multis ultra hominum crevit opinionem , dissolu- taque in quibusdam prouinciis disciplina in eisdem religiosioris notæ viros quotidiæ excitat , qui laxatos mores reformat , & senescentem veluti sodalitatem suc- crescenti renouent propagine . Numquam neque usquam fuit sine multis doctissi- mis & sanctissimis viris ; atque ipso hoc tempore , quo à multis impeditur , effra- non est , sed ferax huiusmodi germinis , ut absqne admiratione & gloria dici non possit , nunc simul viginti & unius , vniuersi huius sodalitij illustrium sectatorum acta examinari in vrbe ab Auditoribus sacra Rotæ Romanæ , ut in apotheosim sanctorum referantur .

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICII II. IMPER. ANNO 10.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 13.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	----------------------------------

XXI. Paucis post diebus orante in vicino Iuco Dei seruo, pulsavit nimis festinanter ad ostium cœnobioli iuuenis accinctis renibus, & vestibus compositis tanquam ad iter paratus. Accedens autem ostiarius frater Massæus, monuit non ita pulsandas ædes reliquias, sed lente, & absque nimio strepitu. Cui iuuenis excusationem prætexens; Frater ignosce, inquit, longa mihi restat via percurrenda, propterea festinaui in euocando, vellem alloqui fratrem Franciscum, sed noui orare in sylua, & magnis immersum contemplationibus; ore ut auoces fratrem Eliam, quem audio magnoz prudentiz & sapientiz virum esse, ut à quodam me expeditat dubio. Vocatus ille venire noluit, sed cum indignatione reiecit ianitorem. Hæsit secum Massæus, & cogitauit quid ageret; si negaret domi esse, mentiretur; si rem expanderet, iuuenem scandalizatum iri formidabit. Dum itaque hæc secum pensaret, pulsavit ut prius adolescentis, festinationem dissimulans. Accedentem vero Massæum & responsurum præuenit, dicens: Frater Elias non vult accedere, vade quæso ad fratrem Franciscum, & roga eum, ut hominem ad me mittat, neque enim velim ipsum ab oratione retrahere. Accessit Massæus, & virum sanctum inuenit in oratione hærentem, facie in cælum erecta, cui cum toram sci seriem narrasset, illeque immutato corpore, & oculis semper in cælum fixis audisset, dixit: Regredere ad fratrem Eliam, & iube, ut alloquatur adolescentem. Intimato p̄t̄to Eliæ, accessit iratus, aperiensque ostium in indignatione & strepitu: quid tu vis? inquit. Cui adolescentis sedato vultu: Causa charissime, ne ita turberis cholera, tribus, carni bus ræsa: Monasterii. Et ille: Quæro à te inquit: utrum Euangelij obseruatoribus, liceat de omnibus, quæ apponuntur eis, prout Christus tradidit, manducare; deinde rogo ut mihi dicas, an alicui liceat, eisdem sancti Euangelij obseruatoribus contraria euangelicæ indulgentiz præcipere. Noluit amplius protrahere sermonem Elias, sed in faciem claudens ostiolum, dixit: Quantumuis hæc sciam, non est cur tibi respondeam; vade viam tuam. Cui recessenti ait adolescentis: quid tu respondeas ignoro: quid respondendum sit, ipse probè noui. Tunc Elias in cella reclusus sedata iam passione cœpit secum cogitare, quid egerit, & quid vere & fundatè ad interrogata respondendum esset? At quibusdam emergentibus hinc inde dubiis quid resoluendum erat, penitus nesciebat: humiliatusque animo, voluit ad iuuenem reuerti, id quo quidquam diuinum vel ultra communem hominum sortem visus est sibi apprehendisse; sed nullum inuenit, quantumuis hinc inde in monasterij circuitu omnia lustrauerit, neque enim dignus erat, quem angelus Dei expectaret, aut reiterato alloqueretur, qui familiariter ad colloquium inuicente superbe reiecit. Nihil horum Franciscum latuit, cui Deus omnia in sylua monstrauit; & acriter reprehendens fratrem Eliam, adiecit: Male facis frater Elia, superbè repellis Angelos Dei, qui veniunt ut nos visitent & instruant; vehementer timeo ne tua superbia te indignum humili hac societate reddat, & extra eam tandem moriaris. Et his dictis statim illud statutum de carnis non vescendis annullauit.

XXIL Apparuit autem hic Angelus Dei hac eadem hora Fratri Bernardo de Quintavalle ex Hispania redeundi iuxta rapidum flum, quem transuadare non potuit, salutavitque eum Italico idiomate. Cuius pulchritudinem venustatemque admirans Bernardus, necnon linguam maternam in longinquis audiens regionibus, interrogauit, quis, aut unde esset? Cui narravit, quid ei acciderit illa hora Assisi, & Angelus Bern. apprehensa manu eius in opposita ripa reposuit. Videl ex mirabilibus effectibus Bernardus angelum Dei esse humilius rogauit, ut suum nomen aperiret. Quid quæris, inquit, nomen meum, quod est admirabile? & statim disparuit, reliquitque Bernardum summa consolatione repletum, ita ut quod reliquum erat itineris absque molestia præteriret. Notatisque die, hora & loco apparitionis euidenter constitit accendi Assisum, ipsum eundem fuisse angelum, qui sibi fuit adiutorio, & Eliam voluit ab errore liberare.

XXIII. Rebus iam tranquillis, & auditis hinc inde, qui Eliæ regimen exprobrabant, vel probabant conuentum generalem coegerit in festo Michaëlis Archangeli, in æde Portuncula, in quo ministeriatu priuauit Provincialem Bononiensem superius nominatum, Maria c. 18. Pitani. cons. substituitque fratrem Gratianum, & à vicariatu generali absoluit fratrem Eliam, Suprad. 12. cœliisque

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI I I. IMPER. ANNO 10.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 13.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	----------------------------------

In omniis generalibus fratres Ministrorum generalium Petrus Cathanius. eiisque loco creauit fratrem Petrum Cathanius secundum suum discipulum, in cuius manibus, cum propter multiplices infirmitates: tum quia alium se robustiori, expeditioreque necessarium iudicauit ad tot regimen fratrum: tunc demum ut in sancte humilitatis virtute sc magis consolidaret prælaturam omnem resignauit fratribus capitulariter congregatis, subiungens: A modo sum vobis mortuus, ecce vestrum prælatum fratrem Petrum Cathanius, cui vos & ego deinceps humiliiter obediamus. Et prosternens se in terra ad pedes eius ei promisit omnem obedientiam & reuetentiam, tanquam generali ordinis ministro. At durè & dolorose id audierunt fratres, non que voluerunt ut dum vir Sanctus viveret, quispiam appellaretur minister, sed vicarius, Ille nihilominus elevans se super genua, iunctis manibus, & erectis in cæluim oculis, dixit lachrimabili voce: *Domine Iesu Christe commando tibi familiam tuam, quam mihi hactenus commissisti, & nunc propter infirmitates, quas tu nosti Domine, caram ipsius habere non valens, recommodo eam ministris, qui teneantur in die iudicij coram te Domine reddere rationem, si quis fratrum propter eorum negligentiam, vel malam exemplum, seu afferam correctionem perierit.* Ac Castillo lib. 1.c. 11. Ant. tit. 23. c. 4. s. 12. deinceps quantum in se fuit permanxit in subditi humilitate usque ad mortem. Non dissimiliter hoc eodem anno sanctissimus Pater Dominicus in comitiis generalibus Bononiens. officio generalatus abdicare se voluit, sed capitulares renunciationem noluerunt admittere.

Frater vero Petrus ex iniuncto sibi officio curam agens fratrum, vidensque non posse XXIV. commode subueniri necessitatibus, & indigentias tot fratrum confluentium ad illam pri-
*Nihil noui-
orum vel
Franc. rati-
onari.* mæsum ordinis zdem, accessit ad virum sanctum, & interrogavit: An sibi placeret, vel permitteret ut facultates aliquæ vel bona aduentantium tyronum, reseruarentur pro hospitium inopis teleuandis. Absit charissime, inquit statim sanctus pater, à nobis hæc pietas, ut pro hominum quocumque impiæ agamus in regulam. Subiungenti: Quid igitur faciam? Respondit spolia virginis altare, & omnem eius extrahe ornatum: Dominus mittet qui marri, quod nos ex pietate indigentibus erogamus, restituat, & firmat credas mage gratum virgini fore ut eius denudetur altare, quam ut in filij sui offendamus euangelium. Atque hinc sumpta occasione diffusè & profunde sanctam commendauit paupertatem. Forte aderat quidam ex ministris, qui plures sibi conquisiuit libros, cōsque volens retinere, sed ex licentia & conniuentia viri sancti, interrogavit eum, quæ & qualia fratri Minoris licet habere? Cui ille: Ego ita intelligo, quod frater Minor, ultra vestimenta, ha-
*Pagan. licetia
multas ha-
bendi libros.* choram, & femoralia nil amplius debet habere, & qui necessitate coguntur, possunt portare calceamenta. Quid ergo, subiunxit minister, ego faciam de libris, quos habeo pre-
tij quadraginta libraturum & ultra? Respondit Franciscus: liberum Euangelij, frater mi, propter tuos libros ego corrumpere nolo: secundum illud promisimus, nihil nostrum in hoc mundo habere; tu de tuis libris facias quod velis, mea licentia non sit tibi in laqueum aut offendiculum.

*Ei nouis
psalterium
habendi.* Huic simile tunc accidit cuidam nouitio, qui ex vicarij generalis licentia habebat pene psalterium, qui dum audierat Franciscum abhoruisse in suis nimiam literarum & librorum cupiditatem, non sibi satisfaciebat, nisi & sancti viri licentia dictum possideret psalterium. Accedens itaque ad sanctum virum, inquit: Pater ex licentia Patris vicarij retineo apud me psalterium sed ex tua illud vellem habere. Cui vir sanctus: Carolus magnus, Orlandus, & alij viri potentes, & famosi, præclarri euaserunt, multo sudore & labore prælantes contra suos & fidei inimicos, & sancti martyres celebrantur in Ecclesia propter eorum agonem, propter perpessas multas tribulationes & mortem. Alij vero sunt, qui nunc velint horum gloriam æmulari, & sibi famam aduehere, legendo tantum illa, quæ hū præclarè gesserunt. Quibus innuere voluit non tam libris quam operibus intendēdum, & inanem illam esse famam, quæ ex tumida acquiritur scientia, veram, quæ ex sanctis operibus. Aliquibus interlapsis diebus, assidente igni sancto Patre, accessit tyrunculus, & denuo id ipsum petierat; cui respondit: Postquam concedetur tibi psalterium, cōcupisces & breuiarium; hoc etiam concessio, desiderabis alia volumina; deinde tanquam magnus docto cathedralm ascēdes, & humili socio imperiosa voce tonabis. Heus comes noster affer mihi talem vel talem librum. Atque his dictis cum magno spiritus feruore caput tyronis cinctibus infpersit, deinde fricauit bene verticem circum circa manum ducendo, quasi ei caput lauaret, sepius fortiter dicens: Ego psalterium, ego psalterium! Stupefacto hac actione adolescenti subiunxit: statet ego similiter tētatus fui de libris cōquiriendis: sed ut circa hoc Domini

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI I I. IMPER. ANNO 10.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 13.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	----------------------------------

Domini comprehendenterem voluntatem, librunt sancti Euangelij praemissa oratione aperui, & statim in prima aperitione mihi occurrit illud Euangelicum: *Vobis datum est noſſe regnum*. ^{Luc. 8. 10.} *sterum regni Dei, ceteris autem in parabolis:* & addidit. Tot sunt qui anxiè ad scientias aspirant, ut beatus sit, qui se abstineat ab eis, ut unum Christum sciat crucifixum. Aliquando deum post tempore facto de eodem psalterio sermone, dixit nihil penes fratrem Mino-rem proprij esse debere, neque quidquam habere præter iam supra nominata vestimenta. Similiterque aliis in similibus respondit interrogacionibus, sapissime dicens: *Tantum habet erga ſen-
tientiam, quantum operatur, & religionis tantum est bonus orator, quantum operatur; ar-
bor sane ex fructibus cognoscitur.*

xxvi. Quarentibus tunc quibusdam fratibus, utrum sibi placret quod literati iam recepti ^{Bonac. c. 11.} ad ordinem, intenderent studio sacra Scripturæ, respondit: Mihi quidem placet; dum ^{No. imp. dat.} studium fa-
tamen exemplo Christi, qui magis orasse legitur, quam legisse, orationis studium non ^{studiorum literariorum.} omittant, nec tantum studeant, ut sciant qualiter debeant loqui; sed ut audita faciant, & cum fecerint, aliis facienda proponant. Volo, inquit, fratres meos discipulos Evangelicos esse, sicutque in noſſia veritatis proficere, quod in simplicitatis puritate concrescant: ut simplicitatem columbinato, prudenter serpentina non separant, quas magister eximiuit ore suo benedicto coniunxit.

xxvii. His adhibitis conditionibus, non condemnabit, sed probabat sacratum literarum stu- ^{Quod est. b. 11.} dium; si tamen virtutibus vacuum, & potius ad tuinorem, quam timorem Dei, ad laudem ^{b. 11. f. 11.} humanam & non ad lucrum animalium exercebantur, summopere illud ex. erabatur. Pra- ^{11.} dicatores etiam in religione educari voluit, habendosque summum in honore, non tamen illos qui sibi gloriam, non Deo lucrum animalium, qui tumescentes de quocumque sui sermonis fructu, sibi obsunt, in quo aliis profunt, qui dum alios prædicant, ipsi reprobi efficiuntur, & propter inaneam gloriolam perdunt sui operis mercedem. Quales ille cupierat, & quas in eis requirebat partes, tres quæ sequuntur, eius collationes docebunt.

xxviii. Fratres, dicebat, qui scientia curiositate ducuntur, in die tribulationis inuenient manus suas vacuas. Ideo vellem eos magis roborari virtutibus, ut cum tempus tribula- <sup>Vide colla-
tionem p. 15.
in opere S.
Franc.</sup> tionis venerit, secum haberent Dominum in angustia. Ventura est enim tribulatio, quando libri ad nihilum viles, in fenestris & latebris proiicientur. Nolo fratres meos cupi- <sup>Scholaribus
qua. familiis
tate ruris.</sup> dos esse scientia & librorum, sed volo eos fundari super sanctam humilitatem, & imitari puram simplicitatem, sanctam orationem & dominam paupertatem. Hæc via sola est secura ad salutem propriam, & aliorum ædificationem, quoniam Christus, ad cuius imitationem vocati sunt fratres, hanc solam nobis ostendit, & docuit verbo pariter & exemplo. Multi fratres occasione ædificandi alios, dimicent vocationem suam, videbent sanctam humilitatem, puram simplicitatem, orationem & devotionem atque dominam nostram paupertatem. Et contingit illis, quod unde putabunt magis imbui, seu impleri deuotione & accendi amore & illuminari Dei cognitione propter intellectum Scripturæ, inde occasionaliter remanebunt intus frigi & vacui, & sic ad pristinam vocationem redire non poterunt, quia tempus viuendi, secundum vocationem suam in vano & falso studio amiserunt.

xxix. Multi sunt fratres, qui totum suum studium, & totam suam sollicitudinem pos- <sup>Vide colla-
tionem p. 15.</sup> nunt in acquirendo scientiam, dimicentes vocationem suam sanctam, extra viam humilitatis, & sanctæ orationis, mente & corpore euagando: qui cum populo prædicauerint, & nouerint aliquos inde ædificari, vel ad penitentiam conuerti, inflatur & extollunt se de opere & lucro alieno, cum tamen magis in condemnationem & in præjudicium suum prædicauerint, & nihil ibi secundum veritatem operati fuerint, nisi tamquam instrumenta illorum: per quos verè Dominus fructum huiusmodi acquisivit. Nam quos credunt propter scientiam & prædicationem suam ædificari, & ad penitentiam conuerti; Dominus orationibus & lacrymis sanctorum pauperum, humilium, & simplicium fratrum ædificat & conuerit, hec ipsi sancti fratres ut plurimum hoc ignorent. Sic enim est voluntas Dei, ut illud nesciant, ne inde valent superbire. Iti sunt fratres mei, milites tabule rotunde, qui latitare in defertis, & in locis remotis, ut diligenter vident orationi, & meditationi, sua & aliorum peccata plorantes, viuentes simpliciter, & humiliiter conuersantes, quorum sanctitas à Deo cognoscitur, & aliquando fratibus & hominibus est ignota. Horum animæ ab Angelis Deo præsentabuntur: tunc Dominus ostendet illis fructum & mercedem laborum.

ANNO CHRISTI 1220.	HONORI III. ANNO 5...	FREDERICI II. IMPER. ANNO 10.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 13.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

suorum, videlicet multas animas, quæ suis exemplis, orationibus, & lachrimis sunt salvatae. Edicet illis filij mei dilecti, ecce tot & tales anime salvatae sunt vestris orationibus, lachrimis, & exemplis. Et quia super pauca fuisti fidelis, supra multa vos constituam. Alij enim prædicaverunt & laboraverunt sermonibus sapientia, & scientia sua, & ego meritis vestris fructum salutis operatus sum. Ideo suscipite laborum eorum mercedem, & fructum metitorum vestrorum, qui est regnum aeternum quod humiliatis & simplicitatis vestre aque orationum & lachrimarum vestrarum violencia rapuistis. Sicque isti portantes manipulos suos, id est fructus, & merita sanctæ humilitatis & simplicitatis suæ, intrabunt in gaudium Domini levantes & exultantes. Illi vero qui non curarunt nisi sciens & alijs viam salutis ostendere, nihil operantes pro se, ante Christi tribunal astabunt nudi & vacui, & solius confusione & vergendie & doloris manipulos deferentes. Tunc veritas sanctæ humilitatis & simplicitatis, sanctæque orationis, & paupertatis, quæ est vocatio nostra, exaltabitur glorificabitur & magnificabitur, cui veritati ipsi inflati vento scientia detraherunt, vita & vanis sermonibus scientias suæ dicentes ipsam veritatem esse falsitatem, & tanquam cœci, eos, qui ambulauerunt in veritate, persequentes. Tunc error & falsitas opinionum suarum, per quas ambulauerunt, quas esse veritatem prædicauerunt, per quas in cœxitatis foueam multos præcipitauerunt, in dolore & confusione & verecundia terminabitur, & ipsi cum suis tenebrosums opinionibus, in tenebras exteriores cum tenebrarum spiritibus demergentur.

Vide collat. ^{17.} Conditiones, & laudem boni Prædicatoris tertia hac expressis collatione: Volo, fratres XXX. charissimi, ministros verbi Dei tales esse, ut studiis intendentes spiritualibus, nullis alijs officiis impedianter. Hi enim à magno illo Rege electi sunt ad edicta, quæ ex eius auctoritate procedunt. populis demandanda. Prius ergo Prædicator haurire debet secretis orationibus, ^{Laudes boni} quod postea sacris ostendat sermonibus; prius intus calescere, quam extrâ verba professe. ^{Prædicatorum.} Reverendus sanctè est hoc officium, & qui illud administrant, ab omnibus reverendi. Isti vita sunt corporis, impugnatores dæmonum, mundi lucerna. Laudandi sunt Prædicatores illi, qui pro tempore sibi sapiunt, sibi que gustant, illi verò malè sciunt dividere, qui prædicationi totū, devotioni verò nihil impendunt. Alij etiam plangendi sunt, qui vendunt sæpe quod faciunt oleo vanz laudis. Officiū prædicationis, fratres, patri misericordiarū omni sacrificio est acceptiss., maximè si studio fuerit charitatis impensum, ut ad id laboret Prædicator magis exemplo, quam verbo; magis lacrymosa prece, quam loquaci sermone? Plangendus proinde Prædicator, tamquam vera pietate priuatus, qui in prædicatione non animarū salutem, sed propriam laudem querit, sive qui prauitate destruit vitæ, quod adficat veritatem doctrinæ. Praferendus huic est frater simplex & clinguis, qui bono exemplo alios provocat ad bonum. Donec sterilis peperit plurimos, inquit Prophetissa, & que multos habebat filios, infirmata est. Sterilis est pauperculus frater, qui generandi in Ecclesia filios non habet officiū. Hic pariet in iudicio multos, quia quos nunc priuatis orationibus conuertit ad Christum, suæ gloria tunc iudex adscribet. Quæ multos habet filios, infirmabitur; quia Prædicator vanus & loquax, qui multis nunc, quasi sua virtute genitis, gaudet, cognoscet tunc se nihil proprij habere in eis.

Maria. c. 18. Post superiora comitia frater Cœsarius de Spira Germanus, vir magnæ devotionis, & in XXXI. sacra Theologia magister, de quo latior nobis erit sermo, cum hæc, & alia seruum Dei dicentem audiret, inito cum eo longo colloquio de rebus animæ suæ, & perfecta regulæ observantia, tandem conclusit: Pater, firmiter proposui Euangelium, & regulam iuxta puram intentionem, quam Christus per se loquutus est, usque in finem, eius gratia cooperante, simpliciter & fideliter obseruare: vnam à te postulo gratiam, ut si diebus meis fratres à puta obseruantia declinauerint: (veluti declinaturos prædicti) possim cum tua licentia & benedictione cum aliis sinceris professoribus à transgressoribus recedere, & separatim regulam obseruare. His auditis vehementer gauisus est Pater sanctus, & benedicens eum, amplexansque ait: A Christo, & à me scias, filii mihi, esse concessum quod postulas; ponensque manum super caput eius, dixit ei: Tu es Sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech: innuens quod omnes promissiones sibi à Christo factæ, in illis finaliter complebuntur, qui regulam ad literam sine glossa, & cum sancta & serena letitia seruare studuerint.

Legen. an. 19. Utens hoc tempore Fr. Petrus Cathanius porestate sibi concessa, aduocavit fratres in XXXII. capitulum, culpis corrigendis & fratribus reprehendendis locum in monasteriis designatum. Franciscus vero in cella tunc orabat, tamquam sequester & medius inter fratres & Deum,

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Deum, vous autem ex ipso defensionis quodam contextus pallio noluit se subdere discipline. Viden⁹ hoc viri sanctus in spiritu, vocavit quandam de fratribus & dixit ad eum: Vidi frater diabolum super illius fratris inobedientis dorsum, collum eius tenetem astrinxim⁹; qui tali seſſore subactus, obedientiæ freno spredo instinetus eius sequebatur habens, & cum rogarem Deum pro fratre, subito demon consulus abscessit. Vade igitur, & dic fratri ut obedientiæ sanctorum iugum collum sine mora submittat. monitus per internuncium frater, statimque conuersus ad Deum ad pedes vicarij horiliter se proiecit.

XXXIII. Alterius etiam fratris ei in oratione præstensa ruina, qui quantum à foris videbatur, Legen. ant. sanctitate præclarus; conuersatione insignis tamen admodum singularis. Omni tempore Bogau. cit. orationi vacans tanta distictione silentium obseruabat, quod consueverat non verbis, sed si cœnigatur fratru ap- mutibus confiteri. Accidit autem sanctum Patrem venire ad locum, videre fratrem; & fiasiam. de ipso cum aliis fratribus habere sermonem. Commandantibus autem omnibus, & magnificentibus illum, respondit vir Dei: Sinite fratres, ne mihi in eo diabolica figura laudetis. In veritate scitis quod diabolica tentatio est, & deceptio fraudulenta. Durè acceperunt hoc fratres, tamquam impossibile iudicantes, quod tot perfectionis indicis fraudis suarum commenza fucarent. Verum non post multos dies eo religionem egrelio euidenter apparuit, quanta luculentia interioris conuitus viri cordis eius secretæ perspexit. Multorum quoque per hunc modum, qui stare videbantur, ruinam; sed & pluriū peruersorum conuerzionem ad Christum immobili veritate prænuncians, appropinquaſſe videbatur ad æternæ lucis speculum contemplandum, cuius fulgore mirabili absentia corporaliter, tamquam si essent præsentia, mentis eius cernebat obtutus.

XXXIV. Alio etiam fratre religionem excuntem, ad miraculum modesto, graui, abstinenti mul- Legen. ant. tisque virtutibus ornato, admirantibusque fratribus ad eius egressum, dixit vir sanctus: Tunc De- Ne admiremini fratres, quod quantumvis in eo, qui à nobis discessit, floruerint virtutes munis eā ce- castitatis, abstinentiæ, paupertatis, alizèque huīus generis, è suo gradu ceciderit. Non teru virtuti- enim struxit necessarium fundamentum humilitatis, nec obduxit eis vallum timoris Dei, bus necessa- riu. quo configi petierat propheta carnes suas. Frustra fratres, credite mihi absque humilitate Psal. 110. & timore Dei congregat quisquam villas virtutes; horum defectus miserum hunc è suo statu deturbauit.

XXXV. Non importunè hic quædam infirmitatem de aliis ex ordine resilientibus, quorum tem- Legen. ant. pus incertum. Quidam magna percussus tentatione ut ad seculum rediret, infirmitatem Maria. c. 18. suam & propositum abeundi viro sancto detexit, consensumque & licentiam illius ex- postulauit. Ille vero cum nec debere, nec posse hanc concedi allegaret, grauiterque proponeret expendendum sui regressus periculum, & propter mundum deseriri cælum, propter homines Christum, qui plura pro nobis passus quam quæ quibuscumque, etsi mo- festis, religionis laboribus possit recompensari. Inflexus hic & pertinax in suo malo persistit desiderio, eandemque causam egit coram Cardinale protectore Hugolino, & deum coram Honorio Pontifice. Quos dum in suam sententiam trahere non potuit, ex sua ferme excucullauit, deditque in commotionem pedes suos, superiorum effugiens potestatem. Non tamen longè aberat à conuentu, quando ei occurrit quidam indignanti vultu, qui quo miser tenderet interrogaret. Ille stomachabundus; quid mihi & tibi? in- quid ad te attinet iter meum? His dictis detexit hic pedes, & ostendit manus & latu- vulnere fossa, & sanguinem mittentia recentem. Quid ad me attinet, adiecit, poteris ex his inferte cicatricibus quos pro te in cruce pertruli; itane meo ingratus amor, & tanti immemor beneficij, ut propter caducum & peritum mundum me velis deserere. Quo spectaculo perterritus & pietate commotus ad pedes Christi se proiecit, sui errati veniam deprecatus; statimque rediit ad Franciscum, qui misericorditer & benignè corde compunctum exceptit, monuitque ut dum viueret, præ oculis haberet tam imminens dignationem, & singulare beneficium Christi sibi apparentis. Ita fecit & vitam suam adeo ad Christi regulauit disciplinam, ut perfectissimus euaserit, & cum sanctitatis opinione cursum consummauerit.

XXXVI. Similem ferme casum scribit in suo dialogo Crescentius sextus ordinis generalis mi- Cresc. in dialeg. nister de quodam fratre Petro de Castro sancti Henrici prouincie Penensis, qui cum in patriam parentes visitatum redire vellet, nec statim licentiam obtineret à prælatis, indi- gno impetu actus: Videbo, inquit, quis me retinebit, obedientiæque iugum excutiens, quo voluit iter arripuit. Insequentibus fratribus, nec revocare valentibus: sedenti sub

ANNO CHRISTI 1210.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI I. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

arbores grauis intepit sopor, in quo visus est sibi presentem & corriplentem habere iuxta Franciscum; nec tamen ita voluit in somnis acquiescere: (quod frequentissimum est, ut vehementer animi cogitatus, & ea quæ firmiter vigiles proponunt, etiam in somnis retineantur) donec bene ab illo vapulauit. Euigilauit clamans, & querens de inflictis sibi verbetibus; cuius sane non adeo manes querelæ fuerunt dum flagellatum se bene compert, & remansisse veras in corpore cicatrices. Vexatio hæc dedit fugitiuo intellectum, rediensque ad tot, ad monasterium regressus, quæ sibi acciderint narravit, & impressis vestigiis confirmavit.

*Reuocatus
alias mero
festerula.*
Idem Crescentius author est Fr. Ioannem de Fulgino in monasterio Sancti Territoria, ni ad montem Syraptrum grauiter tentatum, tandem cessisse, & voluisse post defensionem carnis abire. Dum iam tenderet patriam versus ad castrum Madianum prominentem collem ascendens, vallem per quam sibi eundum erat, & Tybetis flumen non longè possum, visum est sibi vnde vidisse sanguine repletum. Hæc admirabundus, deinde flexis genibus oravit Dominum, ut quid sibi agendum esset, misericorditer inspicaret. Hoc eodem tempore fratres deprehensa eius fuga omnes vnamimenter orabant in Ecclesia, ut reduceretur quis errabunda, ne periret, missisque qui fugientem insquererentur hærentem immobilem in vertice collis inuenierunt, qui vltro penitudo, & sanguinolenti spectaculi terrore ductus, cum viis redit ad monasterium, & vicam deinceps duxit faris religiosam.

*Surius c. 5.
Histor. MS.
Marciatum.
Maria. c. 16.
Marc. lib. 4.
c. 12.*
His de Francisci gestis hoc anno narratis, prosequi libet historiam quinque illorum fidei pugilum, quos anno superiori diximus Marochij carceri mancipatos. In ipso huius anni luctu post triduanum carceris squalorem & inediā alapis, & variis opprobriis à ministris saturati, educuntur in publicum, & nudis manibus post terga ligatis, durissimis flagellis afflitti, tandem impio iudicii sunt presentati. At ille cernens eorum in fide constantiam, nulla posse ratione mutari, iterum iussit durissimè tamdiu virgis & fustibus exaudi, donec patre viscera apparerent & ossa; à ministris etiam seruente oleo, & aceto vulneribus infusis per totam sequentem noctem super testas volutati sunt, & à pluribus sibi inuicem succedentibus acerbissime afflitti. Nocte vero illa custodes magnam de celo lapsam lucem videentes, & prefatos sanctos cum innumerabili multitudine sublimari, putauerunt diuinitus fuisse liberatos: sed in carcere inuentos, suis fecit Rex tribunalibus presentari. Ministri vero illos nudos trahentes continua flagris tergorum & corpora nauiter flagrabant. Occurrit autem illis quidam princeps Mahumeticam suadens fidem: Otho vero illius persuasionem confutans etiam in contemptum profanæ legis in terram spuens, graui ab ipso alapa percussus est. At ille verborum Domini non immemor alteram prebuit maxillam, dicens: Ignoscat tibi Deus: quia nescis quid facis. Ad impij demum Regis conspectum adductis, sic ad eos exorsus est: Estisne vos impii illi, qui fieri veram vituperantes ad tantam etiam insaniam adducti, ut Dei nuntium blasphematis? At illi: O Rex fidem veram minime spernimus, tuam autem falsam & eius iniquum conditorem omnino abhorremus; pro vera autem & pati & mori parati sumus. Tunc Rex eos deliciis & voluptatibus à Christiana veritate existitans posse reuocari, pecunias & formosatum mulierum quæ aderant, delicias repromittit, si Mahumetis perfidiam recipieren, alias suo gladio trucidandi. Sed viri Dei immobiles animo ad Regem conuersi: sine tibi, inquieti, mulieres & pecunia: nobis autem sit Iesus Christus. Adhibe vincula, carcères, ignes, tormenta, & mortem; omnis nobis leuis est pena, cum de cælesti gloria cogitamus. Tunc Rex tantam cernens in sanctis constantiam, & immobile propositum, arrepto gladio minister iniquitatis effectus, capita eorum per medium frontis amputauit. Et illi quidem operato iam potiti post maximos persecutionum aculeos, post ingentissimas & tumularum moles, æternæ vita adepti brauum, martyrij corona dorati sunt. Passi sunt vero beati Martyres hoc ipso anno 16. Kalend. Februarij ante mortem beati Francisci anno sexto. Qui illorum ut audiuit martyrium, tanto gestivis gaudio, tanta perfusus est latitia, quod facile exprimi non posset. Ad allatum nuncium circumstantibus dixit: iam verè posse afferere veros quinque obtinuisse se fratres Minores. Deinde bona multa precatus est conuentui Alanquerano, seu Iterabrigensi, in quo virtus sancti se aprarent ad martyrium. Efficaciter pro illa æde orasse, sed & exorasse probat religiosa & sancta vita multorum incolarum, inter quos ex sancti viti benedictione saltim unus semper habetur disciplina regulatis & Franciscani instituti perfeclus obseruator, quem

*Martyres
Marochij
crudelissime
torquentur.*
*Lxx. calitus
ad eos dela-
pla.*
Læsi ceteri nec
inuicem nec
maneris
sicutur.
Matth. 5.
39.

*Confiteretur
inuicem nec
maneris
sicutur.
Matth. 5.
39.*
Decapitan-
tur ab ipso
Rex.

Gaudes ad
miserum tre-
pidae Franci.

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quem & populus non sine veneratione frequenter obseruat. Ingens etiam fuit exultatio B. fratri Vitalis, ut eorum audiuit trophaeum, sed aliunde ei dolor & gemitus, quod non E. f. Vitali metuerit illorum fieri panniceps coronæ. Non ei voluntas in culpa, sed infirmitas impe- diuit, qua aliquandiu laborans, tandem obiit Cæsaraugustæ, sepultus apud suos.

XXXIX. Martyres etiam post mortem memores beneficiorum à domina Sancia, Læsicana illa Apparet do Principe acceptorum, in ipsa martyrij hora ei oranti apparuerunt machætam sanguine Marc. c. 22. rubentem in signum sui martyrij manu tenentes, dicentesque se iam per martyrium curis finem posuisse, & ad cælum euolasse, ibique perpetuos suos fore intercessores apud Deum, qui exhibitam eis beneficentiam noluit irremuneratam. Illorum verò corpora iussu Regis extra palatium proiecta à Saracenis, ligatis pedibus extra urbem variis ludi- briis circa mænia tracta, tandem penitus in partes confissa, in campo relicta sunt, ut bestiis essent in cibum. Christiani verò nocte sequenti ad colligendas sacras reliquias ex- euntes, lapidibus à Saracenis non sine vulnere sunt repulsi, inter quos occisi Martinus Al- fonsus Tellius Infantis consanguineus, & supra nominatus Petrus Ferdinandi de Castro ab Infante missi ut sacras reliquias vel prece vel misericordia redimerent. Sequenti vero die quotundam consilio, ne reliquie honorarentur à Christianis ut sanctæ, Rex igni combu- rendas decreuit: sed igne copioso accenso, cum in eum sanctorum corpora iactarentur, hinc inde flamma declinans reliquit intacta: imo (quod dictu mirabile est,) cuim vnuni de capillis in ignem plures projectum esset, diuina fuente virtute, de igne semper ex- liens, nec in capillis est laetum, & nunc cum pelle & capillis integrum demonstratur, quod & ipse non semel vidi, & attentius obseruaui cincinnum coronæ adeo in orbem illibatum remansisse, ut ne unus quidem capillus deesse videatur, quod lucem afferat illi sacræ pa- gini oraculo: & capillus de capite vestro non peribit.

XL. Deuenerunt omnes illorum reliquie in domini Petri Infantis potestatem, partim em- præ à Saracenis, partim collectæ à Christianis, qui liberè adesse poterant carnificinæ, par- tim etiam dono receptæ. Cum incredibili deuotione & reverentia cunctas collegit vir princeps, curandasque commisit Ioanni Roberti canonico regulari sanctæ Crucis Co- nimbricensis suo facellano, adiutorésque adhibuit & custodes tres adolescentulos mo- destos, & probata honestatis. Hi in secreto solario carnem aromatibus conditam, & ab ossibus separatam desiccauerunt. Illis in sancto hoc obsequio laborantibus voluit in solarium ascendere Petrus Rosarius Principis familiaris, ita cognominatus à Rosa Bur- gensi concubina, quam longo tempore apud se retinebat, & ardentissime diligebat, sed in scalæ medio factus immobilis, ut sibi succurreretur exclamauit. Accurrit ex solario prædictus canonicus, & excepta eius confessione salutarique imposta paenitentia gradus illos per quos ascendit, temensus est, sed loquaciam amisit, nec recuperauit donec ex principis iussu, super peccatus eius vnum de sanctorum capitibus positum est, per quod per- fectæ corporis & mentis sanitati restitutus est, & amplius post carnis concupiscentias non abiit.

XLI. Alius eiusdem principis domesticus dum appropinquaret ad reliquiarum partem, quam super vmbonem suum in solario desiccare & concretare solebat, nocte præterita lapsus in actum fornicarium, reliquie sic in ære cum vmbone sunt eleuatae, ut humano studio non possent contingi. Qui stupefactus & de fornicatione contritus & confessus, statim valuit de sublimi demissas reliquias concretare. Vnde factum est, ut in maiori reverentia habi- tis, nonnulli à facinoribus abstinerent, ne deprehenderentur, ut publico iuramento affe- uerauit Petrus Stephani, agnominatus Mangarado, patria Santarenensis, nobilis miles cohortis præfati principis coram antiuitate Vlissiponen. & Ministro frattum Minorum, quorum veerque horum martyrum acta descripsit, & ad comitia generalia frattum pro- xime futura remisit.

XLII. Neque solum animæ verum & corporis infirmitates depellebant sacræ reliquie. Iu- ratus mede- tur infirmi- saribus. Hist. MS. Vlissipp. Alter tibi a vulnerata aqua, qua abluta sunt sacræ reliquie

uæcula quædam Saracena sed Christiana fide imbuca, & secreto baptizata à principis præ- fato facellano, à dæmone obessa, qui doluit hanc sibi eripi prædam, addueta ante scri- nium ubi pars reliquiarum religiosè seruabatur; statim ut detectæ sunt, dæmon cum in- genti clamore abscessit. Iuuenis etiam domesticus prolixa & graui oppressus infirmitate, cum humanum non superesset teredium, rogauit facellanum, ut quidquam sibi admo- ueret reliquiarum. Ille immerso uno ex ossibus in aquam, bibendam dedit febricitanti, & statim ab omni morbo liber evasit. Alter tibi a vulnerata aqua, qua abluta sunt sacræ reliquie

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

reliquiz aspergit, & sana facta est. Eadem aqua dolorem oculorum ab alio depulit, & demum presbyter quidam faciem ex timore dolens post contrectationem reliquiarum applicata cum fiducia ad tumentem faciem manu, qua sancta tractauit, veruantem & pulchram effecit.

His & aliis miraculis adductus Princeps, duas egregias & capaces fieri fecit thecas at-

*O'Brien Prin-
cipe mortu-
rum manu
luceniam
abundat.*

genteas, in quarum vna capita cum carne optimis aromatibus condita, in altera ossa reliquie reponi curauit. Coram eisdem in sua capella collocatis instanter orabat, ut sibi & Christianis redeundi in Lusitaniam aditus aperiretur. Quorum meritis factum est, ut Rex ultro principem ad se vocatum in pace, & libere cum vniuersa familia dimittendum praedixerit; tanetsi non defuerint iniqui consiliarij, qui suadebant ut hominem occiderent. Obtenta discendi licentia, rem non protractis princeps in longum, sed qua potuit maturitate reliquias super mulos positas, lato gradu iosequens, ad quendam nemo

*Liberas cum
in via à
mullo peri-
culis.*

tosum locum peruenit, vbi immanes leonum audiunt rugitus, qui toti comitatui ingenitem incusse terrorem: donec sacris reliquiis ex illa parte interpositis cessauit omnis timor & clamor, ne quicquam fuit quod amplius posset terrere. Inde solitaria & penitus iuia loca peragrantes, qua sibi pergendum foret, ignorabant, nec defuit divina pietas humiliiter supplicantibus, quæ errantibus sanctorum meritis via ducatum praebuit. Si quidem mulum, cui sacra insidebant reliquias, Infans petire, & alios sequi iussit. Illa nullo præunte ductore per iuia & aspera vniuersum dicens comitatum, Saracenorum insidias Principi paratas elusit, & per viam securam semper præcedens, saluos omnes fecit ab hostibus. Septam mox peruenientes parata iuenerunt ad transfretandum nauigia, ad quæ se colligentes, portuque soluentes sequenti nocte maxima oborta tempestate, elidebant in scopulos, quos præ noctis obscuritate nec videre, nec fugere potuerunt, donec multa oratione ante sanctorum reliquias meruerunt luce magna circumdari, per quam imminens & certum conspererunt elidendarum nauium periculum, & proximum euaserunt naufragium. Prospera deinceps navigatione appulerunt Algelitani, deinde Tarrifam, demum Hispalim, vbi subito præmoniti iam missos à Rege Marrochiorum ad Hispalensem, ut in vinculis sibi remitteret Infantem, in familiares vero animadverteret gladio, ob honoratas illorum reliquias, quos ille tamquam hostes occidit, & Mahometanz legis contemptores iussit aduri, statim soluentes venérunt Galeciam.

*Marc. c. 1.
Marijan. cit.
Sancti para-
liticum.*

Quid sibi faciendum tantisper hic deliberauit Infans, intelligensque non omnino placatum fratri furorem, ad Alfonsum Regem Legionensem suum cōlobrinum se transferte decrevit, transiensque per Astoricam Augustam, receptus est hospitio, à quadam sibi familiati, sed paralitico, infirmo valde, linguis & membrorum exercitio destituto, ex pietate & gratitudine admouit ei Princeps vnam ex reliquiarum thecis, qui tacitus secum vovit vitam in melius commutaturum, sanctosque culturum, & ex templo sanus, vegetusque coram omnibus è lecto exilivit. Ab hac ciuitate per nobilem virum Alfonsum Perez de Argunia, multosque sui comitatus in Lusitaniam reliquias tradidit ad fratrem Regem Alphonsum, qui per nuncios monuit ut ad tria millaria extra Conymbriam aduentum suum, Reginæ, & totius cleri expectarent.

*Racipiente
honorificè à
Rege Lusia-
na.*

Illuc itum à præcipuis vtriusque status viris cum magna deuotione, celebri decreta

*Mirabiliter
defensit in
ad S. Crucis.*

supplicatione, & suscepit reliquias cum ingenti solemitate ac Maiestate à venerabundis Rege & consorte, magna primæ nobilitatis stipante caterua. Intra ibi consilio, quo sacra hæc supellex inferretur, nec concordantibus consiliariis, pij ductores, qui eo usque sacra ossa adiuxerunt, expertique sunt in tam radiosio itinere irrationali animal, rationabiliter semper præiisse quo verè eundum erat, persuaserunt ut libere præcedentem omnes mulum sequerentur, coque loci reponerent sacras reliquias, quo ille sarcinam deponebant esse indicaret. Ita factum, & recta tetendit mulus ad augustissimam religiosam

que ædem sanctæ Crucis per vicum Samsonis, alias veteris fuculæ, quantumuis Rex & Clerus desiderauerit, ut ad Ecclesiam Matricem sacrum onus portaret. Ad sacra ædis valvas occlusas stetit, quibus apertis, deuenit ad capitale facellum, ante cuius altare veroque curvato genu, non ante surrexit, quam sarcina levaretur. Detecto iraque diuino consilio, Rex honorifico loco collocandam curauit sanctissimam supellestilem, partim in augustissimo facello à se extructo, partim in claustro interiori argenteis thecis inclusam, decenter & religiose reposuit. Corpus vnum cum capite pro ingenti & rege digno dono misit sorori Abbatisse cœnobij Loruanien. Cistercien ordinis, & alterius partē ab eodem transmissam

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI I.I. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------

transmissam ad fratrum Minorum conuentum S. Spiritus Goucz, Vici diecessis Conymbricen. assertit Marcus. Sed neque adeo antiquum illud monasterium, neque alterius corporis, quam illius quod acceperunt moniales predictæ Cistercien. spatulam seruat dono acceptam anno 1515. ab illustri & religiosa sorore Catharina Dosa eius loci Abbatis, ex Apostolica dispensatione. Quæ etiam ad eosdem fratres transferri voluit suorum majorum cineres & ossa in suo Monasterio exhumata.

Marc. cit.
Gonzag. iu
pro. Portu,
con. 20.

XLVI. Quam pretiosa fuerit in conspectu Domini mors sanctorum eius, & quam coli voluerit in terra eorum reliquias, statim ostendit per crebra miracula, quæ ad eorum siebant invocationem. Non erat qui ad eorum presentiam diuinum invocaret auxilium, & sibi adesse non palam sentiret, visum cæci, surdi auditum, multi loquela recipiebant, qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur, & ferme omnes sanabantur à languoribus suis, quibus medendis multum iuvat sanguineus liquor fragrantissimus, adbuc ex eorum carne & ossibus distillans. Neque solum in beneficiis exhibendis eorum cultoribus, sed & iustam vindictam inferendo occisoribus, quam grati sibi fuerint sancti Martyres Dominus ostendit: nam ab eo anno, quo sancti palmam meruere perennem, omnium pene rerum sterilitas, & sua pestis per quinquennium (ut iuxta numerum occisorum esset numerus annorum vindictæ, ac si pro mensura culpt esset & plagarum modus) sic in eos debacchata est, ut morbo incurabili inualescente, maxima pars gentis illius fuerit condigna morte deleta. Ipsius quoque Regis impij brachium & Ixetus dexterum, torum usque ad pedes eo anno, quo sanctos interemerat, penitus exaruit, Quibus diuturnis malis attriti diuinam iam agnoscentes vindictam ob viros hos crudeliter occisos, ad loca martyrij turmatim conglomerati, sibi ignosci deprecantes, inscrutabili Dei iudicio, eti⁹ hostes exaudiuit, & abundantι repentinaque imbre regionem undeque fæcundauit. Quo certiores esse miraculo de Dei cura & benevolentia erga Christianos publico edicto permisit Rex ut publice ibidem suam colerent fidem, Catholicum haberent, modo Franciscanus esset, Antistitem; & Romano rito sibi Ecclesiam extruerent. Quod sane factum est: multis ducauit annis, statimque creati sunt ibi Episcopi Fr. Agnellus eiusque successor Fr. Lupus ord. Minorum, ut sub Gregor. I X. & Innocentio I V. summis Pontificibus amplius repetemus, & apud regem hunc eiusque aulicos in mensa & altis observationibus numerus quinarius deinceps erat in veneratione.

Duos sanctorum clavis
sur mortem.
Surin. c. 9.
Petr. de Nat.
ral lib. 12. m
append. c. 1,

LXVII. Neque istane fuit martyrum vaticinium, quod supra posuimus de morte Reginæ, breui etenim sequura est; sed præstensa hoc modo in visione eius Confessario Petro Nunho sanctæ Crucis pio & docto Canonicō. Innumeros vidit fratres in Ecclesia cantantes, & lugubriter psallentes, quos clausis ianuis miratus est introisse, nulloque facto campanæ signo ad matutinum conuenisse. Hæc abundus tandem ad unum accedens interrogauit, quinam essent aut unde venirent? Ei responsum omnes esse fratres Minores, qui vero sedebat in capite, fratrem esse Franciscum, quem tantopere videbat cupiebat; qui sequebantur magno fulgore splendentes martyres esse quinque, qui in eodem colebantur delubro, ceteros esse consodales eo missos à Deo, ut pro defuncta tunc Regina omnes orarent, & collata in ordinem beneficia suis precibus compensarent. Dum hæc sibi conspexisse visus est, ad cubiculi ostium pulsatur, & expergefacto narratur mors Reginæ, per quod non inane spectaculum se vidisse intellexit. Circa mortem huius piz reginæ à fratribus predictam, nescio quid refert Marcus, ex quādam historia huius sanctæ Crucis cœnobij, nimitem prophetatum à fratribus, ut qui prior, Rex vel regina aduehendas Conimbricam reliquias videret, prior obiret; atque huius rei dumtaxat conscientiam reginam, moram dissimulasse, regem præmisisse, illum venatione obuius ab itinere deflexisse, hanc posterius dominum exiisse, sed prius ad reliquias peruenisse; & proinde prius defunctam. Nihil horum apud vetustas legendis MSS. neque apud probatos vitæ horum martyrum scriptores mihi occurrit. Quam mercatur Conimbricensis illa historia, vel ex authore vel ab antiquitate fidem, qui eam viderit & examinauerit, ipse iudicabit.

Anno 1219.
n. 42.
Surin. c. 2.
Moritur Re-
gina Francis.

XLVIII. Unum & alterum ingens horum martyrum miraculum hic liber adiungere. Irruerunt in quendam nobilem Conymbricensem prope dictam sanctæ Crucis ædēm sicarij, ut eum occiderent, fugientem comprehendenterunt ad Ecclesię iannam, & tot affecerunt vulneribus, ut mortuum iudicauerint. Qui morienti succurrere voluerunt, atque ominus

Marc. c. 27.
Iacob. Mar
tires quan-
dam a mul-
ti cultu-
bus.

ANNO CHRISTI 1220.	HONORIS III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

omnino defundum putantes suo cooperatum pallio in Ecclesiam introduxerunt ut ibidem sepeliretur, sed non iacuit longo tempore, nullo enim auxiliante se erexit in pedes sanus absque vulneribus publice proclamans magoam esse sanctorum martyrum virtutem, qui à tot lethalibus iactibus liberarunt.

Marc. c. 26. Hist. MS. Rarum & singulare hoc, quod resero spectaculum. Oppidum est diocesis Conymbriæ. Fala dictum, cuius incolæ dum scuissima peste perirent, omnes obierunt, uno solo, iam pestilenti, in fauibus mortis relicto. Hic nullum videns suæ vitæ superesse remedium præter diuinum, martyres quorum deuotus cultor erat, inuocauit instanter, votumque addidit, quod si eum à contagioso illo morbo liberarent, nudus eorum visitaret reliquias, hortareturque ut similiter facerent & alij. Conualuit de infirmitate sua miraculose, & tam efficaciter sua sic regredientibus vicinis, ut quod ille vovit illi facerent spontaneæ, ut omnino persuaserit, & omnes singulis annis nudi veniant ad martyrum sepulchra in publica & ordinata supplicatione. Veniunt in ipso martyrum natalicio ad sancti Francisci zdem trans Mondam fluuium positam, in magno numero, non solum ex illo oppido, verum & ex aliis vicinis, ad quartum & quintum ab urbe lapidem sitis, & ibi derractis vestibus, quibusdam etiam in propriis ianæ zebibus denudatis, audiunt sacrum. Quo peracto pergunt omnes processionaliter, toto corpore nihil gestantes præter fæmoralia, aut subligacula, præcedente Cruce, subseqentibus vel in medio positis eorum Rectoribus suas fascæ seu rectorias virgas gestantibus, & cæteros in ordinem cogentibus. Ponè veniunt omnes Franciscani psallentes in martyrum triumphum. Excedunt aliquando hi nudi oppidani cum quibusdam ciuibus & puerulis qui magna devotione se eis nudi etiam immiscent numerum ducentesimum: ferme tercentum ipse numerari anno 1610. dum in Collegio D. Bonaventuræ Conymbriæ. ultra triennium Theologie incubuerint, singulis annis ad hoc deuotū vocatus spectaculum. Ferme ad milie passus distat monasterium sanctæ Crucis à Franciscano, & per ducentorum passuum pontem itur ad ciuitatem illo mensum omnium frigidissimo. Accedentibus ad sanctam Crucem, hæret vel concionator in suggestu, vel sacerdos in altari, dum à nobili circumstantium multitudine è potiori clero seculari, & regulari primatibusque ciuitatis, atque ipsius zedis Canonicis, hymnis, organis & ingenti iubilo excipiuntur, & singuli ad sacrarum reliquiarum deosculationem, venerationemque admittuntur. Nudi deinde omnes sistunt ante reliquias in sacello maiori, & capacissimo, donec facta absoluuntur, mox deducuntur in amplam aulam, in quam deductas suas vestes quisque resumit.

Marc. c. 26. Hist. MS. Horum pietatem æmulati multi ex ciuibus nobilioribus aliique pīj viri, nocte Natalicij, qua sacras excubias ianuis bipartenibus obseruant Canonici, veniunt similiter nude corpore, sed testa facie, & devote sanctorum martyrum inuocant auxilium. Fuit tamen quidam nuncius Apostolicus, quem in illo regno collectorem appellant, qui tantam impendi venerationem videns martyribus, adhuc per Ecclesiam non canonizatis, in ipsa eorum Ecclesia prohibuit, ne amplius tanta solemnitate colerentur inconsulta Romana Ecclesia, nec peculiari obtenta licentia. Ut dixit, statim mula, qua vehebatur, ad templi valvas mortua elisa est in terram, & ipse Antistes ardenti subitanæque correptus est febre. Ex cælesti indignatione hæc mala suspicans oriri, humiliatus prostrauit ad sacrorum martyrum reliquias, promittens imposterum se eis omne obsequium & reverentiam præstirum, eorumque solemnitatem commendatrum. Cor contritum & humiliatum Deus non despexit, eumque sanitati, & mulam vitæ restituit. Quæ duo miracula adeo manifesta in conspectu totius populi, qui Antistitem comitabatur, vniuersam illam regionem magis in sanctorum martyrum cultum accendit, dum plane intellexit nimis honorificandos Dei amicos, & in ecclesiis confirmatum esse principiarum eorum. Nec multo post diocesano statuto sanctum est, ut eorum dies natalis haberetur pro festiua. Huic miraculo aliud ferunt simile Conymbrienses, quod cum quidam urbis Episcopus argutulus, ex magna, quam præferebat, modestia, vetaret illas nudorum fieri supplications, indignum, indecorumque existimans per medias plateas homines incedere nudos, statim eo anno quo piam suam consuetudinem dimiserunt præfati oppidani, tempore brumali & salubri, nullo locorum in toto regno peste grassante, in eos debacchata sit & vindictum

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

vindictam sicut cum Episcopo senserine diuidam. Qua commoti reuouerunt se nullo pacto aut lege vlo vnquam tempore prædictam supplicationem in martyrum solemnitate præterituros, quod in hunc diem fidelissime curant complere.

LII. . Celebris est horum martyrum memoria apud celebriores authores. De eis præter nostros scripsierunt Mattheus illius cuius Antistes Vlippoven. culus sincera & humilis, sed exacta est historia M. S. Surius vel Ioan. Tiserandus, aut si quis alius est author vñ illorum apud eundem 16. Ianuar. Petr. de Natalibus in catalogo in appendice lib. 12. c. 1. Antoninus 3. par. tit. 24. c. 7. §. Vincent. lib. 30. c. 131. Hertman. Schedelius aetate 6. Genebear. ad annum mundi 1302. Thomas de Trugillo in thesaur. concio. tom. 2. Ferdinandus de Castillo lib. 1. historiæ Prædicatorum c. 51. vbi ait delatum nuncium ad sanctissimum Patriarcham Dominicum hoc anno generalia sui ordinis comitia Bononiae celebrantem, qui exultauit in spiritu, videns hos purpureos flores & fructus iam productos in viridario dilecti sui amici Francisci, p[ro]isque suis consodalibus horum exemplo addita calcaria, charismata meliora amulandi, & pro fide Christi patiendi. Habetur etiam eisdem sanctorum martyrum non ignobilis mentio in Martyrologio Romano vbi Baronius in notis. Item in additionibus ad Martyrologium Vuardi, vbi etiam de eisdem Ioannes Molanus in Martyrologiis Alexandri de Pelegrinis, Petri Gallesinij, Francisci Maurolii, sacri ordinis Prædicatorum, & antiquo quodam Romano satis vetusto apud me M. S. Deinde relati fuerunt in catalogum sanctorum Ecclesiæ martyrum a Sexto IV. an. 1481. quorum festum ut celebraretur in viuero ordine Franciscano concessit. diploma habetur originale in Archiuo Aracelitano num. 82. quod huc transcripimus.

*Sixius Episcopus seruus seruorum Dei, Uniuersis fratribus ordinis Minorum
dilectis filiis ubique morantibus, seu moraturis salutem
& Apostolicam benedictionem.*

LIII. [Cum alias animo reuolueremus merita beatorum martyrum Berardi, Petri, Othonis, Accursij, & Adiuti qui ex ordine fratrum Minorum, (sub quo & nos coauinclusi) fuerunt; qui post multa tormenta sub Rege Matochiorum pro Christo mortem subierunt & martyris palmani glorijs promerentes, plurimis miraculis in ipsa morte, & post claruerunt; ex quo incensus beatus Antonius de Padua ex ordine canonicorum regularium, in quo tunc erat, ad ordinem ipsum fratrum Minorum se legitur transtulisse: Concessimus ex autoritate Apostolica & benignitate, viuæ vocis oraculo, ut fratres prædicti Ordinis Minorum possint publice & solemniter celebrare in suis Ecclesiis Missæ & horarum officium de supra memoratis sanctis martyribus. Verum cum frequenter aduersarius humani generis nitatur bona & sancta opera perturbare: ne tam diuinum & pius opus possit aliquis imposterum impedire: tenore præsentium ex certa nostra scientia, autoritate Apostolica concedimus quod prædicti fratres Minores vbique solemniter & publice officium plurimorum martyrum pro ipsis Berardo, Petro, Accursio, Adiuto & Othoni sub officio duplice maiore, ac etiam decimo sexto Ianuarij, qua die ab hoc saeculo per martyrium decesserunt libere ac cum sana & Serena conscientia dicere ac celebrare possunt. Inhibentes præfata Apostolica autoritate, ne quis huic nostræ concessioni audeat se opponere non obstantibus in contrarium facienteibus quibuscumque. Præterea quia difficile esset, præsens breue ad omnia loca deferri, volumus ut illius transcripto alicuius publici notarij manu subscripto, & sigillo generali dicti ordinis, vel vicarii generali fratrum Minorum de Observantia munito, ea prorsus fides adhibeat, quæ adhiberetur si idem præsens Breve originaliter ostenderetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo pectoralis die septimo Augosti; anno Domini 1481. Pontificatus nostri anno 10.]

LIII. Vel ipsum hoc diploma Pontificum monet quam ad horum martyrum historiam spectet ingressus sancti Antonii Patavini (verius ex natalicio Vlippoven.) in ordinem Minorum, præsertim cum & hoc ipso anno (non longum post temporis intervallum, ut scribit author Anacephalæosum Regum Lusitanæ) acciderit. Libet tamen eius ortum & reliquam vitam ante suscepitum Minorum habitum perstringere. Natus est anno 1196. Vlyssipone nobilissimo Lusitanæ imperio, patre Marti-

*S. Ant. oratio
& infantia.
Vascofel.
in Alph. c.
Surius ad
12. Junij
Legem eius
percepit
M.S.*

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
Marc. lib. 5. c. 1. Mariae c. 16.	no Bulloio nobili Regis Alphonsi milite , matre Maria , generosis exorta natalibus. salutaribus sacri baptismatis vndis expiatus est in maiori æde D. Vincentio martyris Ta- cra, ædibus paternis vicina, & Ferdinandi nomen accepit. Ab ipsis prope incunabilis ex- stigata virtus disciplina institutus , bonorum parentum sedulus imitator evasit. Eccle- sias & monasteria frequentans , manusque suas libenter extendens ad pauperem, ita ut optimè posset illi competere quod de se beatissimus Iob asseuerauit : <i>Ab infanta crevit me cum miseratione.</i> Literas in predicta edoctus Ecclesia , pueritiam instat patriarchæ Jacob domi simpliciter transigit. Cum autem accendentibus annis , sentiret improbos corpo- ris motus de carnis corruptione nascentes , nequaquam cessit petulantis ancillæ prauis cupiditatibus , nec libidini fræna laxauit : sed strinxit habenas , corpusque in seruitutem spiritus redigere nitebatur. Vilescebat ei in dies mundus iste ; & ne puluis terrenus fe- licitatis pedibus adhæceret , animoque in via Domini currenti offendiculo foret : re- traxit eos , cum neccura totos illos in ipso mundi primo aditu posuisset. Est autem ex- tra urbis Vlyssipponis muros monasterium Augustinianorum,in quo viri spectatæ reli- gionis degunt, quos canonicos regulares vocant. Ad quos vir Dei spretis mundi oble- etamentis se contulit, & illorum habitum induit humiliter ac deuote. Sed cum biennio illo , quo apud eos manit , amicorum crebra visitatione , quæ solet piis mentibus non parum importuna videri , interpellatus fuisset : vt omnes eiusmodi occasiones sibi præ- cidereret , natale solum deserere decreuit , vt apud exterios Domino tranquillus & libe- rius vacare posset. Impetrata igitur , sed ægre discedendi copia à superiore ; non vice institutum sed locum mutauit , ad monasterium S. Crucis de Conymbia feruenti spiri- tu commigrans , idque zelo severioris disciplinæ , & studio maioris quietis. Quam au- tem ille non locum , sed morum mutationem & expertiisset & fecisset , satis declarabat vita eius solito feruentior. Et quoniam teste divo Hieronymo : <i>Non Hierosolymis fuisse</i> ad Paul. c. 1. <i>sed Hierosolyma bene vixisse laudandum est,</i> talem se moribus exhibuit , vt omnibus per- spicuum esset , loci oportunitatem maiorem idcirco illum appetuisse , vt ad vice per- fectione facilius posset pertingere. Neque vero mediocri studio semper excolebat inge- niū,nec diebus nec noctibus pro tempore ratione à lectione diuina cessans , animū sanctis cogitationibus & meditationibus exercens. Solebat autem legendō historicæ veritatis textum, allegorica comparatione confirmare fidem : & rursus ipsis Scripturæ verbis con- formare mores , & affectum inflammat. Scrutabatur religiosa curiositate profunda sermonum Dei , & contra errorum foueas diuinæ scripturæ sententiis, intellectum com- municabat , simul etiam sanctorum Patrum monumenta sedula lectione euoluens. Deni- que lecta tenaci memoria complectens , præter omnium expectationem magnam scri- pturæ diuinæ est cognitionem adeptus.		
Surius c. 1. Histo. M.S. Vincent. li. go. c. 1. 31. Vuln. amula- ti Martirum triumphum.	Videns autem in hoc cœnobium ferri tanta solemnitate , & miraculo sanctorum, LIV. de quibus modo egimus , martyrum reliquias , subito more elephantis: (vt habet Vin- centius Belluacensis.) ad prælium ex asperetu sanguinis animatus desiderio martyrij totus extuavit. Addiderunt animum & feruoris incrementum quotidiana , quæ faciebant miracula , & Euangelica vita spectabilisque pietas consodalium Franciscanorum , qui eandem urbem inhabitabant. Factus itaque se ipso robustior , humano calcato timore, diuinæ gratiæ validissimo protectus clypeo, dicebat apud se. Utinam coronæ martyrum suorum participem me facere dignetur Deus : utinam licet pro Christi nomine flexo poplite , carnificis idem excipere ? Interim nocte & die rogabat attentissime Dominum ut menti ipsius adspiraret , quod & illius voluntati gratius & suæ saluti conducibilius proximorumque utilitati , atque ædificationi esset opportunius. Addit ex quadam ve- tusta , sed fida legenda Marianus , ei à prandio ita solitario & instanter in quadam delu- bri angulo oranti Franciscum adhuc in terris agentem apparuisse, præmonuisseque fu- turi , per quod mirum in modum exultauit, & firmior stetit circa illud vice genus ineun- dum. Minores qui per id temporis ædicularum satis deuotam , diuino Antonio Abbati sa- cram , non longe ab urbe sepositam incolebant ex præscripto regulæ , & sui instituti ra- tione ad monasterium S. Crucis eleemosynam petituri venire solebant. Ad quos pro suo more, die quodam , visitandi gratia clam accedens, inter cetera ait ad illos: ordinis vestri habitum fratres charissimi ardenti animo cupio accipere , modo id mihi polliceri velitis, simul atque illum induero missuros me vos ad regiones Saracenorum , vt cum sanctis martyribus mercari ego quoque sanguinem fundere , & esse coronæ illorum particeps.		
Marian. cit.			Illi
Urbicula pe- tit. Minoru.			

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13. :
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	-----------------------------------

Illi his auditis non mediocriter tanti viri sermonibus exhibitati, diein crastinum eius explendo desiderio designant. Mox bearum Antonium superiorē spūm pro obtinen-
da abeundi facultate precibus pulsat: eaque vix extorta, fratres Franciscani non im-
memores pollicitationis suz mane redeunt, habitum suz professionis illi tradunt. Quo cum ille induitus esset, quidam ex canonicis monasterij eius acerbo animo di-
xit ad eum: Eas, eas, forsan sanctus eris. Ad quem ille conuersus, humili voce dixit:
Cum me in sanctos relatū audieris, profecto Deum laudabis. Possumus ex his col-
ligere quam gratus ille fratribus suis fuerit, cui nec prælatus, nisi admodum difficulter
discedendi voluit facere potestatem: nec fratres hac in re suo eum souere consilio;
nec ille, quem diximus frater eius absentiam a quo animo potuit perficere. Puto
equidem non absque multo dolore, & lachrimis tamē à se virum illos dimisile, quem
sui monasterij idoneum sese præfectum brevi habituros sperarent. Porro autem fra-
tres Franciscani cum nouo socio suo domum properant, eumque amanter acci-
piunt. Sed quia formidabat vir Dei, ne parentes aliquam ipsi molestiam facessent ut
ipsum inquirentium curam eluderet, mutato nomine Antonium ab adi Ticulari se di-
ci voluit.

Eaudi induit.

L V. Paulatim vero crescebat in eo sitis martyrij, & zelus fidei magis eum extimula- *Abit ad*
bat, nec eum quiescere patiebatur. Itaque quemadmodum sc̄ facturos promiserant *martyrium.*
fratres fecerunt ei copiam ad Saracenos proficisciendi. Nec ille libi moras neceſſandas
putans, celeriter abiit. Sed præpotens Deus hac in re illius propostum plane retardauit, torius hyemis spatio graui eum morbo affligens. Quare compulsus ille ad natale *Sed non abi-*
solum ob corporis curandam valetudinem se recepit. Sed cum nauigando ad Hispani-*net.*
æ littora nautas appulsuros speraret, ad Siciliam ventorum impulsu delatum le-
nuit. Habuit ergo pro Christo moriendi & desiderium & conatum vir omnium ore
merito celebrandus, sed diuina prouidentia, ut post ipla res docuit, plurimorum
saluti eum seruavit, quos ille in diversis regionibus è fratribus peccatorum reuocauit
ad salutates pœnitentiarum fructus. Non longe tum aberat dies, in quem indicitus erat
fratrum generalis conuentus apud Assilium, ad quem quantu[m] debilis & affecta va-
letudine proficii decreuit. Quid vero tunc circa eum actum sic dicemus anno sequen-
ti, cum de illis comitiis se obtulerit sermo,

L VI. In Gallia hoc tempore quosdam experti sunt fratres Ecclesiarum prælatos immites,
alios ultramodum duros, alios etiam scrupulosos nimis an eos deherent ad larem & ad
aram admittere. Scriptis itaque literis ad vicarium generalem, & ad consodales qui apud
Cardinales in curia residebant, Pontificiam quæ sequitur, impetrarunt commendacio-
nem ad Prælatos in Francia constitutos.

[Honorius Episcopus seruos seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus ac alijs Ecclesiarum prælatis per regnum Franciæ constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Pro dilectis filiis fratribus de ordine fratrum Minorum direxisse vobis recolimus scripta nostra, ut eos haberetis diuini amoris intuitu commendatos. Sed sicut intelleximus quidam vestrum, quasi habeant de ipsorum ordine conscientiam scrupulosam, cum nihil in eis suspicionis dignum inuenierint, sicut ab aliis intelleximus, quibus adhibere possumus plenam fidem, ipsos in suis manere dñecebus non permittunt, licet ex eo solum quod literas nostras eisdem concessimus, nihil de eis sinistri debuerit opinari. Vnde vniuersitatib[us] vestris volumus esse notum, quod nos ordinem talium de approbatis habemus, & fratres ordinis ipsius viros recognoscimus Catholicos & devotos. Quare monendos vos duximus, & exhortandos per Apostolica scripta vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenns ipsos tanquam vere fideles & religiosos in vestris dñecebus admittatis, habentes eosdem pro diuina & nostra reverentia propensius commendatos. Datum Vi- terbijs quarto Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno quarto.]

*Pontifex co-
mendat Mi-
norum Prae-
latos Fran-
cie.*

L VII. Aliud eiusdem tenoris diploma datum est ad Archiepiscopum Senonensem & Episcopum Parisensem, quorum virumque originaliter custoditur in archivio Minorum Parisiensi. Tertium adhuc dedit ad ipsum Francicum & ceteros prælatos decimo Kal. Octobris octo diebus ante comitia generalia, superius relata, in quo quia tam in no- *Vide Cal.*
stra, quam in Prædicatoria sodalitate profitebantur sub incerto temporis limite, & ad beneplacitum superiorum secundum exorie nitium ordinum & locorum necessitatem,

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quorum aliquos postea celeriter emissæ professionis, & vita non plenæ exploratè penebat iubet ut nullus ante expletum probationis annu[m] admittatur ad professionem; ea vero semel emissa, ut nullus religioni possit exire, neque exēuntē possit quispiam decinere. Ad diploma hoc referunt illa verba Frā. scilicet in vita regula pro Minoribus, & non licet ei (scilicet semel professo) de ista religione exire, suxta mandatum Domini Pape, &c. Tenor vero literarum quæ originaliter seruantur sub plumbo in archivio Aracelita-
no n. 38 ita se habet:

*[Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis fratri Francisco & aliis LVII. prioribus seu custodibus Minorum fratribus, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum secundum consilium sapientis, nihil sit sine consilio faciendum, ne post sa-
dum pénitudo sequatur, expedit cuilibet celioris vix propositum aggressuro, vt
præcedant palpebre gressus suos vires scilicet proprias discretionis moderamine me-
tiendo: ne si (quod abit) aliora se quærens in commotionem dederit pedem suum; re-
tro respiciat in salis infatuati statua convertendus, pro eo quod tui sacrificiu[m], quod
fuerat oblaturus, sale sapientie non condidit. Sicut enim sapiens despicit si non feruet, sic
seruens etiam confunditur si non sapit. Quare pcne in omni religionis ordine est prouide-
re statutum, ut regulares obseruantias suscepturni, certo tempore ipsas probet, & proben-
tur in eis, ne sit locus de cetero pénitudini quam non potest levitatis occasio excu-
sare: autoritate vobis præsentium inhibemus, ne aliquem ad professionem viri ordinis
nisi per annum in probatione fuerit, admittatis. Post factam vero professionem nullus
fratrum ordinem vestrum relinquare audeat: nec relinquentem alicui sit licitum retine-
re. Inhibemus etiam ne sub habitu vix vestre, liceat alicui exera obedientiam euagari,
& paupertatis vestre corrumpere puritatem, quod si qui forte præsumperint: liceat
vobis in fratres ipsos, donec resipuerint censuram Ecclesiasticam exercere. Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis & concessions inscri-
gere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit,
indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se
noverit incursum. Datum apud Viterbiu[m] decimo Kalen. Octobris, Pontificatus
nostrī anno quinto.]*

*Maria.c. 15. Anglicanæ missionis Patres, quos superiori anno Parisis hæsisse narrauimus, hoc LVI.
Gonzag. in ipso transfrantes tertia die Maij ut ex antiquis chronicis obseruat Marianus, Angham
con. Parisie. in princip. appulerunt. Novi circa Minorum aduentum in hoc regnum diuersos diuersa secula.
Minoris An- Ioannes Pitheus in indice illustrium Angliae scriptorum Franciscanorum, eum statuit
glam inge- anno 1224. vel potius 1226. Fabianus & Nicolaus Triuerius antiqui & coœvi authores in
chronicis M. SS. an. 1221. Alij anno 1223. sed duobus supracitatis domesticis &
familiaribus testibus, qui etiam ipsum aduentus diem non inaniter obseruant, sub-
scriptis illius item & uchronologus Matthæus Paris, loquens sub anno 1243. de fra-
tribus Minoribus, qui fratres, inquit, vix transactis viginti quatuor annis primas in
Anglia construxere mansiones. Ab hoc itaque anno usque ad illum bene tempus hoc
supputabis; Recta autem venientes Cantuariam à fratribus præparatoribus, qui iam ibi
sulceperant conventum, charitativè sunt recepti, ut præter chronica nostra antiqua
apud nos M. SS. monet S. Antoninus ex quibus etiam quæ sequuntur, ministramus.*

*An. tit. 24. Cantuaria recedentes in Oxoniam, peruenierunt ad quandam coloniam seu vi- LIX.
c. 7. §. 1. culum, Antonino, Grangiam, patrum Benedictinorum monasterij de Arabudon,
Ant. cit. §. 2. Marc. lib. 7. ut habet idem Antoninus, seu ut chronica antiqua Arabudeo, crediderim legen-
c. 31. dum de Abingdon, in vastissimo nemore inter Londinium & Oxoniæ situm. Prior
Chronicæ antiq. M.S. præfati monasterij cum sacrista, cellarario, & alio monacho iuniori ibi tunc per
aliquot dies pro minutiōne & recreatione feriabantur. Sub vesperi madefacti &
rigati ex fame & itinere, ad ostium petierunt Minores sub testo colligi, & cibo ali-
quo refocillari. Iunior ille Monachus ut vidit peregrinæ vestis & lingue homines,
ioculares seu nimis purans, eos introduxit ad Priorem & socios. Quibus ad
iocularia & gesticulationes inuitantibus responderunt pauperculi, non huius artis
virios, sed Apostolicæ vita se esse professores. Reieeti tandem & extra portam acti, tan-
quam circumforanei, seu nugatores & impostores patienter tulerunt, doluisse ad
illorum vices adolescens ille monachus, ex modestia & patientia nescio quid Religio-
nis subodorans; rogauitque ianitorem ut priore cubitum eunte eos introduceret in
fœnile,*

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

scenile, cætera vero dixit se curaturum. Conquisitus, quæ potuit ad refectionem chætitatiue ministravit, se illorum orationibus commendans. Dormienti autem visum est cretum ibi à formidabili iudice tribunal, omnesque illius loci incolas vocari ad indicium, deinde apparuisse pauperculum quendam & despectum, illorum hospitum habitu obiectum, auctorem agentem & dicentem: Iustissime iudex clamat ad te sanguis Minorum fratrum, peregrinus heri apud huius loci monachos, per quos parum absuit ne perirent. Considera Domine hos spretis mundi oblectamentis & longinquis hoc venisse regionibus, ut animas precioso tuo sanguine redemptras, tibi lucrificarent; nec tamen hic inuenisse quod Monachi nugatoribus aut circumforaneis non negarent. Comparentibus itaque singulis, interrogati sunt: Cuius esset ordinis aut instituti? quibus respondentibus: Benedictini: A sanctissimo Patriarcha Benedicto quæsivit, an verum dicent? Ille negauit, adiiciens: Potius Domine destructores, quam professores sunt meæ religionis, cum ego nihil tam commendauerim, aut docuerim quam hospitalitatem erga peregrinos, & charitatem erga egenos. Lata itaque sententia condemnati sunt ad laqueum in ulmo, qui prominebat in claustro.

L.X. Tandem deuentum est ad monachum illum iuniorem, qui misericordiam praestitit egenis. Interrogatus cuius esset instituti, secum perpendit non bene cessisse cæteris, qui patre gloriabantur S. Benedicto, & tanquam degeneres filios, pliū eos reiecerunt Patriarcham. Alterius proinde sibi cogitauit acquirendum patrocinium, tremebundusque & pauidus ad Franciscum: (cuius nomen ignorabat) conuersus dixit: Ego sum ex ordine huius pauperis. Itane inquit iudex Francisco, se res habet? Qui respondens: Ego Domine in meum admitto, & tanquam meum amplector, qui eripā meos, quam potuit, misericordiam ostendit. His dictis adeo fortiter te sentit virti sancti in amplexus eius irruentis, brachiis adstringi, ut à somno excitaretur totus admirabundus, de clara & mirabili sibi hac facta visione. Summo mane Priori hæc aperire volens, inuenit eum in lecto suffocatum, & simuliter strangulatos cæteros, in suo vnumquemque cubiculo. Maior adhuc repletus stupore clamauit, & recurrere volens ad M̄nores, dixit ei ianitor, ante auroram se illos dimisisse, ne quidquam exhibiri eis obsequij Prior resciasset. Non est ausus longiorem ibi trahere moram, ubi scuera hæc vidit exerceri supplicia, sed statim perrexit ad cœnobium Abundoniam, retulitque Abbatii quæ vidit. Insolita & mira hæc spectacula, non adeo facile possunt celari, quin ad omnium perueniant notitiam. Rem accepit non sine admiratione, & nouæ huius sodalitatis veneratione Henricus III. qui tunc regnabat in Anglia. Quare Minoritas Oxoniam, ubi ipse degebat, venientes, honorifice recepit construendoque cœnobio locum designauit commodum iuxta muros ciuitatis, quos etiam dirui permisit, ut ampliori fouverentur fratres area, & capacior esset fundus monasterij. Clausit etiam ibidem viam regiam, qua ad Fresdemundam (ita chronica antiqua, sed Rosamundam vel Rosamundi labyrinthum in ædibus magnificentissimis apud Vwoodstoke ab Henrico I. extactis, legendum putarim) erat iter, & alibi aperuit, ut quietius & commodius fratres Deo vacarent. Quorum conuersatione & consortio adeo delectatus est, ut ad animi recollectionem vicinas sibi ædificauerit ædes, à quibus transire posset in monasterium, reservato sibi solo transitu ad claustra interiora.

LXI. Primas posuisse sedes Cantuariz author est Nicolaus Harpsfeldius; primum autem cœnobium asserit Marianus suis Oxoniense; fortasse aliquod struxere Cantuariz turgentium antequam Oxiham peruenirent. Eorum autem institutum adeo breui propagatum & auctum ait Antoninus & chronica antiqua, ut non solum monachus ille Benedictinus, verum & plures in Theologia magistri & predictus Abbas Abingdoniensis, Episcopusque Herfordensis, quem Antoninus Rodulphum, Harpsfeldius Robertum Maidestonium vocat. (hic ille est, quem inter cæteros Rex Henricus ad Remundum Comitem provinciaz, ut filiam eius Allenoram, quam sibi desponsauerat, in Angliam deduceret) rerum humanarum satur & iam affecta ærate, obtenta prius licentia Gregor. 9. huic disciplinz se deuouit Oxiham, & adeo humiliiter inter Minores se gessit, ut simul cum predicto Abate, lapides & rudera pro construendo cœnobio in humeris asportaret. Breui ædificatum & absolutum est monasterium Oxiham certâe cum Regia, populi devotione, unoquoque prout res familiaris permittebar, sponte contribuente in templi ædificium. Ex magnatibus unus rem magnam ausus est,

vista terribilis
la de mbc
pauidate.

Excipiuntur
bonorum
Minoris ab
Henrico 3.

Con.Oxonii
Mariani cit.

Vide Com-
denum in
comitatu
Dobun.

c. 11.

Propagatio
institutum
in Anglia.

Anton. cit.

Harpsfeld.
c. 11.

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

& perfecit, ut suis sumptibus à multis milliaribus Anglicanis ductis sub Iudeis & Chervelli fluminum diuortiis plumbis canalibus, corruiaretur ad omnes monasterij officinas aqua salubris in magna abundantia.

Alia etiam multa monasteria fr. Agnellus minister consodalibus construi obtinuit LXII.

Ecole Oxon.
Minorū praefector Robertus Capitulum seu Capit.
Pitius de Scriptor.
Anglic. ad an. 1153.

Paris. an. 1149. & an. 1151.
Harpsfeld. c. 116.

flua spectata virtute & religiosa rerum agendarum peritia, de quibus nos suis locis agemus, in quibus dum multos adolescentes bonis indolis habitu religionis donarer, scholas etiam erexit, sed præcipuum Oxonie statuit rogans venerabilem Academiam magistrum Dominum Robertum Capitonem, seu Grossa testa, vulgo Anglo, *Greatbedde* ob crassum sanc caput, licet subtilis fuerit ingenij, ita vocatum, ut fratres sua imbueret doctrina, & incipientem scholam regere placeret, donec plenius adolesceret, ut ex suis haberent fratres, qui possent docere. Hoc onus libenter assumpit vir pius & doctus, quotidie ad fratres accedens, donec discipulos fecit magistros; ipso paulo post ad Episcopatum Lincolniensem assumpto, in quo benevolentiam non exuit, sed ampliavit. Illam passim inculcat Mathewus Paris, sed & Adamus de Marisco Minoritam vitum doctum charè dilexisse ait Harpsfeldius, & cum eo suam in scripturarum meditatione operato coniunxisse, ob eiusque gratiam eidem cœnobio Franciscanorum Oxoniensi suam bibliothecam legasse. Eorum opera & consilio usus est in Episcopatu administrando, sed ne plura faceret & mores suorum diœcesanorum distictius reformatos, obstaculo fuit Rex Henricus motus querelis illorum qui culpabiliter, & dissolutam vitam suam timebant, certiusque sciebant ab æquo pastore corriganam. Dedit ad Minores inter cetera libellum unum de laude paupertatis, cui initium: *Pasper & ihops Landabunt*, alterum de scala paupertatis, incipientem: *Beati pauperes, quia vestrum est, &c.*

Marian. cit.
Anton. cit.
Dissolutor studiorum Oxoniens. & quatuor.

Ad præfamatam vero scholam post annos aliquot, accedente Agnello, & fratribus gratulatorio ad eius aduentum scholasticum certamen ineuntibus, atque inter cetera disputantibus de qualitate & certitudine huius propositionis Deus est. Pia indignatio impatienter excanduit, Christianis viris indignum putans de hac quæstione alterare, quam totius fidei primum lapidem, & angulare fundamentum dicebat. Studium itaque omnino dissoluit adiiciens, heu, heu patres mei, surgunt indocti & rapiunt colum, & qui literas nunquam didicerunt Deum, quem esse firmiter credunt, inseparabiliter diligunt arctissimo amoris vinculo, & huius nostri adolescentis studij magistri, fratres pauperes, qui Dei erga se quotidie prouidentiam ad oculum vident, in quæstionem ducunt: An Deus sit? Statim itaque ex collectis eleemosynis transmisit in curiam decem libras sterlingas ut vocant monoz Anglicanz, aureos videlicet Romanos quadraginta, ut inde reportarentur decretorum & decretalium iussu Gregorij 9. collectorum volumina, quæ voluit à fratribus quæstionibus subtilioribus, & metaphysicis prætermis- sis, addisci.

Corripuntur rudentes in Completorio.

In domo hac Oxoniensi mira accidit res, qua significatum voluit Dominus, quam ferio & reverenter soli vult pensum Ecclesiasticum, & in suo conspectu digna reverentia horas recitari canonicas. Euenit ut quidpiam fratres inter completorij preces mouerit ad risum, illique minus religiosè loci sanctitudinem respicerent, quin dissolue rideant, repentina & magno fragore Christi crucifixi effigies, quæ super chori ostium pendebat, verso ad fratres vultu indignationem & subsannationem erga rideantes indicauit. Quam & illi senserunt: nam ex tremendo fragore, & commoto Christi vultu, statim tabescentes, qui præcipui erant in culpa, paucis post diebus vitam cum morte commutarunt.

Marian. cit.
Agnelli M. rufi Angliae commissario.

Quid amplius egerit Agnillus in Anglia non inuenio, qui referat; Marianus ait eum omnibus charum, multum insudasse in coinponendis controversiis inter Regem Henricum & regni proceres, tantumque posuisse in his rebus operis & sudoris, ut & vitam posuerit in crastino festi S. Gregorij papæ. Quo id anno, non refert, attamen Mathewus Paris anno 1132. tanquam hominis pacis eius invenit, loquens de Comite Marescallo viro potenti, & plures contra Regem commouente, ad quem à facie Regis fugientem, & in Abbatia de Margan pernoctantem, venisse, ait, Agnellum hunc (quem Regis familiarem & consiliarem vocat) die Iouis proxime ante natum Domini, ut ex iis quæ tractata & statuta erant inter Regem & eius consilia nos circa pacem stabilendam, hominem reduceret ad concordiam. In his rebus: (quæ

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MU- NORVM AN 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

(quæ turbulentæ satis fuerunt) componendis fortassis diem clausit iuxta Marianæ narrationem neque enim amplius eius mentionem inueni. Obiit autem non sine sanctitatis opinione, quam multis miraculis confirmavit. Trigesimum agebat annum quando in Angliam missus est diaconus, ibi iniciatus est cum aliis fratribus presbyterio. Cum autem vocarentur ad sacrum suscipiendum characterem ab Archidiacono Cantuariensi: accedant, inquit, fratres de ordine Apostolorum, quo nomine per multos annos inter Anglos audierunt. Sepultum Oxonij in cassa lignea, dum post plures annos fratres voluerunt transferre ad honorificentius & sublimius sepulchrum, inuenierunt carnem omnem in præcioſſimum liquorē, balsamo ſimilem, resolutam, & ossa terfa oleo ſuperdatantia. Dum autem incaute capsulam vetustate corruptam eleuarent, fundo adhæſit pauimento, oleumque effusum est cum ingenti fragrantia; sed ossa ad paratum mausoleum magna cum reverentia & solemnitate fuerunt transportata.

L.XVI. Hoc anno teste Meyeru, obiit mirabilis ille puer Achas Toraltanus, in quem nos non immorito ius vindicamus, & tanquam nostrum Franciscanis connumeramus, qui etiam in tenera ætate, & quoad licuit usque ad mortem, quæ veri Franciscani erant, obſeruauit, vesterisque gestauit. Miram & delectabilem ſane historiam ex Thoma Cantipratano coquuo, candido & oculato teste, transcribo, ex quo Ioannes Molanus compendiosam rei ſeriem sanctorum Belgij natalibus inſeruit. Sub nostro nuper tempore, inquit meus author, in Thorouth oppido Flandriæ puer Achas, annorum quinque, honestis valde parentibus oriundus fuit, qui primum viſis Minoribus fratribus, à parentibus suis, lachrymis multis obtinuit, ut ipsorum habitu veftretur. Sed cum hoc illi peñitentia qualis puerile iudicarent, crederentque ſecundum quod in aliis pueris videti ſoles, obliuione temporis in illo ſimiliter aboliri, animaduertunt parentes, & vicini eorum omnes, quod ſerioſe puer cœpit consuetudines ordinis modis mirificis obſeruare, incedere nudipes, nodata & dura chorda præcingi. Argentum & aurum ſummopere vobabat attingere, & in hoc articulo casus accidit mirus valde. Negotiatores quidam ad hospitium patris eius hospitandi gratia declinarant, qui viſo in tali pueru habitu, mirati ſunt: & cum intellexissent puerum omnem vitare pecuniam, nummum in fundo vafis, quod bibebant, latenter immittunt, & cum modico vini pueru poculum porrexerunt. Qui ubi exhausto vino numminum vidit: exclamans horrfice vas proiecit, tantisque in cælum oculis & manibus cum lachrymis dixit: Tu nosti Deus omnipotens, quod inſcius ordinem meum violavi. Hinc tremebundus expalluit, & quasi ad mortem tendeas, digredio eius faciem occupauit. Quod videns eius pater, expauit, & currēns propere ſacerdotem adduxit, qui pueru ſoluto manum imponens, cum à dolore, & pænitudine mitigauit. In platea puer ſedens, pueros vicinoru in diebus ſolemnibus conuocabat: & eos ſi distorti eſſent in moribus, ſi superbi, li ornatii vefribus, arguebat, pœnas inferni pro eorum excessibus proponebat, bonis vero pueris cælorum gloriam promittebat. Interdum eos docebat orationem Dominicam: Pater noster ſcili- Prædus af-
ſidus in pla-
tua. cet: & quam bonum eſſet matri Christi in ſalutatione Angelica, & genu flexionibus deſcriuere. Ad has pueri conuocationes & exhortationes, ſenes etiam ipſi cum iu- Paterem au-
mantenan-
tes arguit. nioribus concurtebant, & miro modo deleſtabantur in prudentia & reſponsis eius. Pa- Cal. 1. v. 12. trem proprium iurantem, vel leuem in gestibus, aut ehris, ſi quando vidiceret, ei com- partem au-
mantenan-
tes arguit. paciendo, & quaui cum lachrymis arguebat, dicens Pater charifſime, nunquid presbyter noster in Ecclesia dicit, quia quia ſalua agunt, regnum Dei non poſſidebunt? Matrem quoque ſuam, cum in ſolemnitate quadam optimis scarletis, & rubicundis vefribus vteretur, cum graui mætore corripuit in Ecclesia coram confedentibus, dicens, digitoque demo- partem au-
mantenan-
tes arguit. strans imaginem crucifixi: Intuere mater, intuere & videas Dominum nostrum Iesum Christum, nudum in cruce pendente, ſanguine rubricatum, & tu te in contu- Cal. 1. v. 12. inciam eius vefribas scarletis adornasti? Caeſe mater, caue charifſima, ne pro rubore veftiū pœnas ignis eternalis incurras. Nec mora, mater verbum filij non modicum ex- partem au-
mantenan-
tes arguit. horrefeſcus veftes depositit, & eis vel talibus uti ulterius, penitus abnegauit; ſed quid mo- partem au-
mantenan-
tes arguit. tor, impoſſibile quidem eſſet verbis unquam attingere quanta morum eius dignitas, quanta in oratione ſedulitas: quanta oculorum grauitas, quanta incidentis humilitas, quanta in loquente congruitas. Et hoc quidem mirabilius omnibus excedebat, quod eſtas tantum & membra exilis corporis puerum oſlendebant, mores vero & gestus eius per- partem au-
mantenan-
tes arguit. feclifſimæ virtutis virum in omnibus prædicabant. Hic nondum etatem ſeptennem

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
Sap. 4. v. 11. <i>impleuerat, & consummatu in breui, expleuit tempora multa : placita enim erat Deo anima illius.</i> Ibid. <i>Ruptus est, ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut fidelio desperet animam eius. Appropin- quans ergo morti, confessus sacerdoti, sacramentum corporis Christi postulauit. Sed cum hoc propter generalis concilij vetum, ne inestate tali puer conficeretur, sacerdos facere non auderet, puer cum mira oris gratia, extensis in cœlum manibus, dixit:</i> <i>Tu nости Domine Iesu Christe, quod meum summum desiderium est, te habere : pe- tui te, fecique quod debui, & spero confidens, quod tui praesentia non frustrabor. His dedit parentes circumfidentes & flentes consolatus est, & ad meliora provocans inter verba exhortationis, orationis, & laudis spiritum Deo reddidit impollurum. Nec mora sine illo interstitio habitus ordinis fratrum Minorum, tunica scilicet cum assuto caputio, quæ super eum extensa iacebat, repente disparuit, & nunquam postea visa fuit. Igitur post mortem eius, cum ad sepulchrum illius stantes quidam de fratribus psalmum:</i> <i>De profundis dicere voluissent, nullo conatu, nulla reiteratione hunc finire vel dicere po- tuerunt: videlicet, ut per hoc daretur intelligi, nullis sanctam illam animam orationum suffragiis indigere. Credo quod & idem mihi ad sepulchrum contigerit rogant. Pa- rentes vero pueri post mortem eius in tantum exemplo filij profecerunt, ut omnia sa- culi deserentes oblectamenta, patet ordinem Prædicatorum, mater autem Cistercien- sem ordinem, iisdem simul temporibus intrauerint.</i>			
Psal. 129. <i>Confronuant hæc iam à biennio saltim, fratres Minores in Belgium venisse, quippe se- ptuaginta mortuus puer hoc anno; quinque agens annos Minores in patria videt, quorum vitam adeo mirabiliter emulatus est. Sane anno 1219. Lensij hue Lendij Belgici oppidi cœnobium Franciscorum à Beato Pacifico Franciz minister ædificatum afferit Fer- reolus Locrius, à quo neque nos dissentimus, cum eius mentionem in annum hunc differimus, sequuti Franciscum Gonzagam, qui circa hunc annum extructum affir- mat, opera dicti Pacifici, sed eleemosynis generosi Domini à Nouauilla equestris' ordi- nis viri. In eo seruabantur literæ obedientiales fratris Eliæ generalis ministri ad Pacifi- cum missæ, quas Franciz minister in prouinciarum separatione transtulerunt Peronam Picardorum. Ex quibus constat per aliquot annos vixisse in Belgio Pacificum, & Franci- sca superuixisse, post cuius obitum semel ac iterum creatus est minister Elias. Tandem obiit, ut supradiximus in eodem conuentu, honorifice tumulatus sepulchro. Incre- dibile quantum fructum fratres huius domus his temporibus periculosis, frequen- tissimis suis concionibus in pagis fere centum circumiacentibus in vinea Domini protu- lerunt: ita ut ne unus quidem è tanto numero hæresi fuerit infectus, singulis enim Dominicis diebus & festiuis quilibet huius conuentus prædicator tres aut qua- tuor pagos visitabat, & verbum Dei disseminabat, quamobrem magna in vene- ratione habentur largissimasque eleemosynas reportant. Circa idem etiam tempus mona- sterium apud sanctum Trudonem Belgij item oppidum exædificatum. Quod tamen fertur Diuum Francicum ibi aliquando cantalle Euangeliū, commentitium pu- propositum. Gero. con. 4. to, neque enim ad illas horas appulisse monumentum nullum ex nostris vel leuiter subindicat.</i>			lxvi
Conven. S. Trudoni. <i>Hoc enim anno duo ex patribus missionis Hispanicæ Ioannes sacerdos, & Pe- trus laicus relicta Cæsar Augusta, Valentiam perrecturi, ut Mauris Christi fidem præ- dicarent, Turolum Aragoniz ciuitatem, ob Turtupiam hue Tintanam, ab Alphon- so Rege, Raymundi Principis filio conditam applicuerunt. Cumque eius popu- lum sibi supra modum affectum cernerent extructis duabus ex vili materia cellulis iuxta ædicolam B. Bartholomæo sacraim, pedem ibidem ad tempus fixere, sed post decennium Valentia prædiantes capite truncati sunt, ut ad illud tempus narrabi- mus, eorumque reliquæ demptis capitibus ad eum locum, quem hic inhabitarunt, relataz, quo tempore à Turiolenibus curatum, ut humile tugurium in commodum exureret monasterium triginta dumtaxat passibus ab ipsa ciuitate, cuius Ecclesiam Il- lustriß. Dominus Garsias Cæsar Augustanus consecravit; multis ibi splenderuerunt viri sancti prodigiis, quorum reliquias post unam aut alteram translationem ait Antonius Beuter collocatas nunc honorifice in altari maiori Ecclesie matricis.</i>			LXVIII
Beuter. cit. An. 1219. <i>Christophorus cum socio missi in Aquitaniam, ut supra diximus, Mirapici vulgo Gallico Mirepoix ad amnem Lertium, ubi Sedem Episcopalem statuit Ioannes 22. an. 1317. sub Archiepiscopo Tolozano hoc anno domum sibi inhabitandam obtinue- runt.</i>			LXIX
Antiquior. Conf. 1. <i>Gonzaga in prou. Aquit. antiquior. Conf. 1. Conven. Mirapicæ.</i>			

ANNO CHRISTI 1220.	HONORII III. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 10.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 13.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

runt beneficentia & sumptibus Illustrissimæ & antiquissimæ familij Lusitiz. Floruerunt multi viri in hoc conuentu, religiosa vita & literis insigues, & maxime in eos semper viguit monastica disciplina atque Evangelica paupertas, quo factum est, ut primum inter cetera Aquitaniz antiquioris prouincie domicilia locum obtinuerit, eorumque seminarium merito possit nuncupari.

LXX. Hoc item anno monasterium Conybricense ad Mondæ ripam ab infante Pe- Conven. Co-
tro, Alphoni regis fratre, reparatum aut redificatum pro Franciscanorum incola- symbolic.
tu, afferit Gonzaga, sed primus redificatum à Templaris ante annum millesimum; Ide in prou.
Portug.con. quod indicari probabilitate putat ex nitia & ruinosa totius redis vetustate, imo & certo probari ex quibusdam characteribus in choro templi scriptis, qui consecratam redem dicunt à Blasio Toletano Archiepiscopo anno Christi 1004. Sane valde deceperunt illustrem auctiorem, qui suarum rerum originem adeo oscitarunt, & ad pium optimumque virum, industria nulla examinatas transmiserunt; tot enim in hac narratione errores, quot verba. Neque enim Templarij ante annum millesimum cœnobium redificare potuerunt, qui centesimo & decimo octavo supra millesimum exorti sunt, ut testantur, qui eorum indagarunt originem: Gulielmus Tyrius, Baronius, Tyrius de bell. Grecio.
Franciscus Mennenius, & alij passim. Deinde nullus anno 1004. Blarius viguit Toletanus, lib. 11. c. 7.
imo, neque illus tunc eius virbis Archiepiscopus ab annis 150. regnabat in ea Baron. 20.
Mauris annis trecentis sexaginta nouem usque ad 1085. ut verius numerant cum Ioanne 1118.
Mariana alij, confirmatque verius codex M. S. cœnobij regij sancti Ioannis Toletani nostri Sodalitij, qui Mauris post septennem, & duram obsidionem Alphoni Mennen. de ordinis equitrib.
sexti Castellæ Regis qui se Imperatorem dicebat, ereptam urbem refecit, Vide Garcij de Loysa in notis ad decretum.
etra 1121. quæ est Christi annus proxime numeratus. Garibaius & alij biennium huic numero detrahunt, variusque est codex Roderici Toletani in exemplaribus M. SS. Quidquid autem sit circa unum aut alterum obtentæ ciuitatis annum, octoginta & amplius, post consecrationis tempus à Gonzaga assignatum, annis, creatus est primus Archiepiscopus Toletanus post restaurationem virbis, Bernardus sancti facundi Abbas, monachus Benedictinus. Verum tamen est Toletanum quendam praefulem Ecclesiam illum consecrasse, non tamen eo tempore, quo noster scriptus author, sed longe posteriori. Is fuit Blarius, alii Vascus, alii item Blarius, Gonzalus ad annum 1352. suffactus Carrillio Toletano præsuli, Petro Castellæ Regi infenso, cuius etiam non longè post Blarius hic indignationem sensit, in exilium actus an. 1560. sublata dumtaxat togam mutandi, aut partem aliquam domesticæ supellestilis effundendi facultate: nulla alia culpa, quam quod pro eo, ac par erat, Gutierrez fratri Hospitaliorum Prioris necesse indignare tulisse videbatur. Conybricæ in Pædicatorum monasterio virtutum reliquum exegit, Franciscanos etiam non longè positos sepius iniurians. Hic itaque ille, qui eorum consecravit Ecclesiam, & quem chori inscriptio indicabat, quam ex parte Iesum, redintegrate voluit, qui tempus nesciens, à vetustate suum commendare cupit domicilium, & ultra tercentum annos adiccit. Mihi illac antequam initiarer, transiunti, adhuc licuit inscriptionem videre ex parte refectam, & collabentem iam vndeque rotum conuentum.

LXXI. Porro neque Petrus Infans hoc anno potuit inchoare redificium, quem superius diximus Alphoni fratris verces cauenter simultates in regno Legionensi apud Alphonsum ibidem Regem consobrinum mansisse. Ad quen ergo iam tandem monasterij origo referenda? Ad Constantiam Sanciam eiusdem Petri ex patre Sancio Rege sororem ex Maria Pacensi de Ribera illegitimo thoro suscepit, quæ prope patris facet sepulchrum in delubro sanctæ Crucis Conybricensi. Testes habeo præ aliis duos accusatos Lusitanos scriptores: Duardum, Nonium, & Antonium Vasconcellum. Voluit hæc Sanci Terabitensis Dominus, Mafalda natæ, titulari erga Minores pietatem, & in construendo eis habitaculo cum sorore certare. Sane utriusque augustum & nobile opus, sed Sanci in editioni loco firmius, Constantia ad præterlabentis fluminis oram inconstantius; nam rapidæ aquæ arena alveum replentes, & magno dispendio excurrentes, tandem humilem collem, huius conuentus fundum superarunt, fundamenta quassarunt, & omnia solo æquarunt; ita ut nec campanile, quidem magnum & altum nimis, quod ad rei memoriam fratres, ceteris dirutis, linquebant, sublisteret potuerit.

Nonius &
Vasconcel.
sub Sancio.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. I.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 14
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	--------------------------------

potuerit. Nouam & amplam satis ex piorum eleemosynis sibi edificarunt domum ad oppositi montis radices, sed priori vicinam nimis, & exundanti iam fluminis subiectam, ad quam transierunt circa annum Domini 1608. Similiter mutauere Sedem patres Dominicanorum, translataque ab alterna fluminis ripa alia monasteria.

A R G U M E N T V M.

Mortuo fratre Petro Cathaneo, non absque sanctitatis indicis Francisco Heliam subfiliuit in Comitiis generalibus in Germaniam sub Cesario Spirensi ministro ex eisdem Comitiis abiit, S Antonius in Aemiliam, ubi solitariam vitam peregit. Instituitur tertius ordo penitentium, cuius habitu primus donatur à S. Francisco Luchesius. Mittitur Agnes Clara soror Florentiam ad instruendas moniales, & celitus obtinetur magna illa indulgentia Portiuncula per S. Franc. cuius singulares referuntur virtutes. Describitur item martyrium septem martyrum Septae passorum, necnon Bonaventura felix nativitas, & S. Elizabetha iam nupsae virtutes. Moritur S.P. Dominicus, & extenuantur quedam cenobia.

Chron. an-
tiq. M. S.
Maria. c. 10.

VI C I N A monasteria visitaturus, Assilio discessit anno hoc incunabulo Franciscus Petrus Cathani superiori anno à Francisco in comitiis ordinis creatus minister, seu, ut contendebant fratres, vicarius Generalis, quantumvis placide & mitis conditionis homo, non tamen omnibus gratus, quod familiare est in magnis multitudinis regimine, ut quem merito multi probant, infirmis & saucis mentis alijs condemnent. Expertus est quosdam duræ ceruicis, alios non adeo arctioris disciplinae amicos, qui præcipientem ut mores componerent diuersi lascellebant, de quibus apud sanctum patrem, alibi agentem, conquestus per litteras, hoc reportauit responsum.

*Reverendo in Christo Patri fratri Petro generali ministro, Frater
Franciscus salutem.*

Vide epist. 8. [Dominus te custodiat, & in sancta sua charitate te conseruet patientiam in omnibus II.
in opere. S. operibus tuis, mihi frater tibi commendo in tantum, quod quicumque tibi impedimentum
Frauisc. Commodat. cum fecerit, siue fratres, siue alij, etiam si te verberent, omnia debes habere pro gratia; &
Francis suo vicario pa- ita velis & non aliud. Et dilige eos; qui ista faciunt tibi, & non velis aliud de eis, nisi
tientiam. & quantum Dominus dederit tibi, & in hoc dilige eos, ut vobis quod sint meliores Chri-
benignitatem stiani. In hoc volo cognoscere, si tu diligis Dominum, & me seruum suum & tuum, si
erga subdulos.

feceris istud, videlicet quod non sit aliquis frater in mundo qui peccauerit, quantumcumque
potuerit peccare, quod postquam viderit oculos tuos, nunquam recedat sine misericordia tua. Eisi non quereret, tu quereras ab eo, si vult misericordiam. Et si ille nullus appa-
reret postea coram oculis tuis, dilige eum plusquam me, ad hoc ut trahas eum ad bonum,
& semper miserearis talibus. Et istud denuncias guardianis quando poteris, quod per te
sic firmus es facere, & omnes fratres, qui scirent eum peccasse, non faciant verecundiam
ei nec detractionem, sed magis misericordiam habeant circa ipsum, & teneant priuatum
peccatum fratris sui, quia non est ipsius sanus medicus, sed male habentibus. Si quis fratum in-
stigante inimico mortaliter peccauerit, per obedientiam teneatur recurrere ad guardia-
num suum & guardianus similiter per obedientiam teneatur eum mittere custodi: ipse vero
custos misericorditer prouideat ei, sicut ipse vellet prouideri sibi in consimili casu. Et isti
penitus non habeant potestatem iniungendi aliam pœnitentiam nisi illam. Vade & noli
amplius peccare. Ista fac & vale.]

Marijan. cit. legen. antiq. Ill: Hanc ad vnguem boni sui præceptoris institutionem obseruavit vicarius, sed brevi
tempore, nam 6. Idus Martij huius anni, ut in marmorea tabula sepulchri legitur in æde
Sanctæ Catharæ.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Sancte Mariz Angelorum, diem clausit extremum. Meminerim me in adnotationibus ad superiorem epistolam num. 1. Rodulphum sequutum, biennium assigualasse huius sancti viri regimini, sed ex chronicis M. SS. veterisque rerum nostrarum scriptoribus errorum deprehendi, nisi biennium dicat Rodulphus duorum annorum partes. Quanti autem fuerit meriti apud Deum ostensum est crebris miraculis, quae ad eius tumulum fiebant ceteruatim ut in rebus miris sit, concurrebant populi, dona ferentes, gratias reportaturi. Oblationes pingues paupertatem ultra iustum relevabant, & nimius populi accessus tranquillos animos turbabant. Regressusque ad malum ounicum de Petri morte Franciscus, dissolutam fratrum recollectionem, turbatum silentium, infirmaramque pauperatem compriens, sancto zelo, sed magno, ultra humanum, in caelestes imperio, stetit supra defuncti sepulchrum, itaq; præcipiens Frater Petre, dum vixisti semper & promptè mihi obedieras, neque tardiorern à te modo exigo obedientiam. Nimiris molestainur à tui sepulchri veneratoribus, paupertatem eneruant, silentium violent, disciplinam relaxant. Præcipio itaque tibi per obedientiam, ut deinceps cesses à miraculis patrandis. Mirum sane, obediente Deo, voci hominis, ad sancti viri sepulchrum, nullum impostum apparuit miraculum, imo, ut habent chronica M. S. Iordanis in Vaticano, numero 1960. quando sanctus Franciscus iussit aliquanto post tempore ut transferretur corpus eius, inuentus est corpore inuersus genuflexus & caput, vultumque demissum habens in terram, ad modum humiliter obsequantis, quasi tanta fuerit vis obedientia, ut etiam iam mortuus, nonius flexis genibus & demiso capite eam auderet excipere.

- IV. De successore deligendo non statim deliberauit Franciscus, sed rem distulit in proxime futurum capitulum ad festum Penthecostes, quod in 30. Maij incidit, celebrandum. Tunc circa fienda secretum init cum Deo consilium, à quo responsum accepit, ut ipse retulit sociis, Eliam reassumendum in vicarium. Occulta Dei iudicia, & inscrutabiles viarum eius, ut vellet teneræ & succrescenti religioni dari secundò in prælatū, quem dissoluta disciplina iam primo exuerat regimine, & indignum postea redderet ipsa societate. Sed quis poterit ei respondere unam promille, vel quia dicere potestur ita faciat? Dominus est, & ipse melius nouit quid potius nobis expediatur. Hoc iam renunciato superiore, & expleta synodo cum fratres essent dimittendi, cogitauit Franciscus de mittendis iterum ad Saxoniz & reliquas Germaniz superioris regiones, quas nondum penetrarant. Sed quia tunc imbecillitate corporis laborabat (ut narrat Baldinus de Brunswicke illius nationis vir, à quo sequentem, non tam desumpsi, quam exscripti narrationem, & qui hoc anno, non 1218. ut voluit Gonzaga, secundam hanc factam narrat missionem) quidquid ex parte sui capitulo erat proponendum, id omne fratri Heliz nonine suo commisit. Ad eius itaque pedes sedens B. Franciscus vellicata tunica ipsum admonuit, qui se inclinans, intentum eius accepit, erexitusque publice sic profatur: Fratres: (ita ait frater) significans B. Franciscum, qui per antonomasiam, frater à fratribus dicebatur.) est quædam regio Theutonia, in qua sunt homines Christiani, & deuoti, qui ut scitis, tæpe terram nostram cum longis baculis & largis ocreis sub rapidissimo Sole sudoribus æstuantes, petras levant, ac limina sanctorum visitant, laudes Deo, & sanctis eius decantando. Et quia ad eos aliquando misi fratres male tractati redierunt, nullus ad ipsos ire compellitur frater, nisi qui gloria divina & animatum zelo inflammati inspiratione caelesti ire velint, quibus eandem obedientiam, imo augustinorem se daturum pollicetur, quam daret euntibus ultra mare. Si qui igitur essent, periculum hoc non detrahentes, surgant, & se in partem trahant. Et ecce circiter nonaginta fratres, miro martyrij desiderio ardentes: surrexerunt, qui se morti ultra offerentes, seorsum decidere & determinationem expectare iussi sunt, qui, quanti, quomodo & quando ire debeant.

- V. Interim designatur minister Germaniz frater Cæsarius, qui & ipse Germanus, ex oppido Spira oriudus fuit, & non ita pridem fratribus Eliæ concionibus conuersus, ordiné intrauerat ipsem non postremi nominis, iam ante in seculo concionator, mirificusque Evangelicæ virtus æmulator existens. Huius arbitrio relinquebatur liberum ut ex nonaginta istis fratribus eligeret, quos vellet. Cumque fortè fortuna in fratrem quendam nomine Iordanum incidisset, Germanorū feroce mores initum in modum formidantē: quorundam instinctu edoctus: & tu, inquit, nobiscū ibis: ille contra non sum vestris, neque animo vobiscum ciudi surrexi, sed ut abituros in Theutoniam, quam martyrizandos nossem, & ample

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII II. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

amplecteret. Hic Iordanus confuerat in orationibus Domino supplicare; ut nunquam ab hereticis Lombardis seductus, a ferocitate Germanorum perterritus, fidei naufragium pateretur: idcirco ab utrisque dignaretur eum Dominus misericorditer liberare. Quare cum non posset adduci, ut fratri Cesario acquiesceret, fratri Eliz beati Francisci vicario sicutur, qui talibus eum assursum: Præcipio tibi frater per sanctam obedientiam ut deliberes finaliter, an ire velis, necne. Tum ille obedientis vinculo constrictus, animum huc illucque diuidens, conscientia rationem habere cœpit; & statim electionem iniret, sed ne propriæ voluntatis suggestione conuinceretur, timebat. Teuthones adiret nisi tantum essent crudelitatis, sed patientia virtutis meritum & coronam, ne amitteret, metuebat. Et ita inter verumque perplexus, nec consilij quicquam in seipso inueniens, cōsuluit fratrem quandam tribulationibus & persecutionibus optime probatum, illum uenimus qui quindecies in Hungaria braccis exutus fuerat. At ille vade, inquit, ad fratrem Eliam, & dic: frater, nec ire volo, nec remanere, sed quicquid mihi præceperis hoc faciam, & videbis te quarto primum ex hac perplexitate liberatum; quod & fecit. Quo audito frater Elias præcepit ipsi in virtute sanctæ obedientiae, ut cum fratre Cesario in Germaniam prope- raret. Iste frater Iordanus, diaconus fuit de Yane vallis Spoleto, qui in capitulo Pro- uinciali Halberstadij, quod Saxoniz oppidum est, tempore sancti Bonaventuræ anno Domini 1262. Dominica Iubilate celebrato, talia de seipso commemorasse ex veterum monumentis vere accepimus. Qui quidem Iordanus fratri Cesario fidelissimus Achates maximusque ordinis per Theutonium propagandi coadiutor.

Vide an.
1219. n. 37.

Ques. ab
abhibet sa-
cros minister
Germania.

Frater ergo Cesarius Spirensis Germanus, primus iam Germania minister per B. Fran- VI. ciscum constitutus, obedientiam ubi iniunctam uilitet adimplere haudquaquam cessauit. Conquisuit igitur socios fratrem Ioannem de plano Carpinis, Latini & Lombardi, fratrem Barnabam Germanum, sui, nec non & Lombardici idiomatici prædicatori- res insignes, fratrem Thoinam de Zelchio vel Celano, qui antiquam legendam sancti Francisci postea conscripsit, fratrem Iosephum de Teruisio, fratrem Abrahahum Hungarum, fratrem Sononem Tuscum filium Comitis de Celazone, miraculis Spoleti clausum, fratrem Conradum Theutonicum clericum, fratrem Petrum sacerdotem de Camerino, Jacobum, & Gualtherum sacerdotes, & Palmetium, cum fratre Iordanu Diaconos, & fratres aliquot laicos, videlicet fratrem Benedictum de Solato Teutonicum, fratrem Henricum, fratrem Siluerium, fratrem Constantium & alios, quorum nomina in memoria sunt apud Dominum: fuerunt tamen eorum in viuere. 12. Clerici & 15. laici.

Perniciens
Tridentum,
& predicans
non sine fru-
tu.

Hos itaque frater Cesarius sibi assumptos, quia ipse ueritatem, utpote homo deuotus, beatus Franciscus, & alios sanctos fratres inuitus deseruit, de licentia beati Francisci eos per Lombardis domos distribuit, expectaturos ibi suum verbum. Ipse vero in valle Spoleto moram traxit per tres fere menses, & cum iter Theutonicum arripere disponeret, vocatis fratribus Iohanne de Plano Carpinis, qui postea minister Teutoniz, & sub In- nocentio quarto Nuncius Apostolicus ad Tartaros fuit; Barnaba item & quibusdam aliis, misit eos ante faciem suam ad præparandum locum Tridenti; ceteris, aut ternis aut qua- ternis subsequentibus. Quibus ita successive ante festum sancti Michaëlis Archangeli conuenientibus, ab Episcopo Tridentino per dies quindecim per benignè fuit prospetum. In festo autem sancti Michaëlis frater Cesarius sermonem habuit ad Clerum, & frater Barnabas ad populum. Ad quorum prædicationem ciuius quidam Tridentinus vice diuines Lombardicæ & Theutonicæ linguae non imperitus, cui nomen erat Peregrinus, compunctus, fratres omnes nouo habitu induit, paulo post omnibus suis rebus venditis & pauperibus distributis, ordinem est ingressus.

Iuniori sen-
tientia incom-
moda.

Frater autem Cesarius facta Tridenti admotione fratribus de humilitate & patien- VII. tia custodienda, relinquit ibi pro populi edificatione fratres aliquot, ex aliis binos ter- nosque confederans, vnum spiritualibus, alium temporalibus præficiens, ante se præmisit in Bozanum: ibidem quoque Domiuus Episcopus Tridentinus fratres subinde ve- nientes per dies aliquot sustentauit, & dedit eis licentiam in sua diœcesi prædicandi. De Bozano tandem progressi veniunt Brixinam à loci Episcopo humanissime excepti. De Brixina vero montana petentes, adierunt Storzingam oppidum, à prandij quasi tempore. Ibi cum homines panem præ manibus non haberent, & fratres mendicare nescirent, sperabant se vesperi ad aliquem locum venturos, ubi pierate hominum facile reficeren- tur. Pergunt itaque & Mittvalden, pertingunt, ubi cum magna penuria duabus buccellis

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

buccellis penis & septem ratis misere famis sauitiam cum gaudio cordis ita temperabant, ut magis prouocarent. Peregerant eo die sepm millaria Germanica: cùmque de prætereuntis riuali aquis haussissent quieti se dederunt.

I X. Mane factò, fainelici, & ventre latrante surgentes capto Institerunt itineri, vixque ad medium miliare progressi, cœperunt vires defluere, crura tabescere, genua intremari à iejunio: & virgente famis improbitate ad corna, arbuta, pruna sylvestris & huiusmodi decerpnda, atque degustanda deflexerunt, neque id sine scrupulo, nam cum sexta esset feria, soluere inctuebant iejunium: non abiicienda ramen videbantur pomella quædam agrestia, quæ secum ferebant, ut si extrema immineret necessitas, haberent quo utrumque refocillentur. Et sic nunc pausando, nunc lentè procedendo difficultime Macharei oppidum attingunt: & ecce Deus, cui derelictus est pauper, pauperum suorum curam gerens mirabiliter prouidit, ut vix portas ingressi obuiam haberent duos viros hospites, qui commiseratione tacti duobus denatiis panes illis emerunt: sed quid hoc inter tantos? Verum quia tempus raparum erat, ratis mendicatis, panis defectum suppleuerunt. Facto ergo prandio, magis referti quam refecti processerunt, & ita per villas, castella, monasteria transeundo Augustam peruenerunt, vbi à domino Sibothone: (nescio an potius Siegfrido cum Sibothonem electum dicat catalogus Episcoporum Augustanorum apud Gasparem Bruschium anno 1227. nisi fortassis sit potius error in catalogo) Episcopo Augustano, & eiusdem clero amicissimè sunt excepti. Quin ipse dominus Episcopus tanto in fratres ferebatur amore, ut in singulorum oscula ruens venientes recipere, abeantesque dimitteret. Haud minus vicedominus quoque Episcopi nepos fratres amplexabatur, qui propria sua curia excedens, fratribus locum dedit. Dici præterea non potest quanta à toto populo sint reuerentia & devotione salutati.

*Perueniens
Augustam.*

X. Eodem itaque anno circa festum beati Galli frater Cæsarius primus Theutoniz minister Augustæ cum fratribus ferme 31. primum celebrat capitulum, & inde per diuersas Germaniaz oras fratres distribuit. Præmisit autem fratrem Ioannem de Plano Carpini, & fratrem Barnabam concionatores Heripolim, qui inde Moguntiam, Vormatiam, Spiram, & Coloniam petierunt, vbi sermonibus ad populum habitis, multos ad pœnitentiam conuerterunt, & fratribus subsequentibus commoda domicilia præparavunt. Ablegauit tunc etiam frater Cæsarius minister fratrem Iordanum cum duobus sociis Abrahamo & Constantino fratribus, Salisburgum, qui Archiepiscopo loci acceptissimi venerunt. Item tres alios cum fratre Iosepho misit Ratibonam, vbi manserunt usque ad annum 1229. & exinde cœperunt extruere in eadem vrbe insigne monasterium, ut suo loco dicetur. Frater interim Cæsarius præcedentium vestigia paulatim subsequutus verbo & opere eos in bono confortare & consolari non destitit. Qui codem adhuc anno Heripolim deueniens, recepit ibidem iuuenem quendam egregium, literis optime instructum Hartmodum nomine in ipso sancto Andreæ Apostoli festi, cuius & nomine insignitus, Hartmodi appellatione fratribus Italics incognita, Andreas deinceps vocabatur. Qui non multo post ad sacerdotium effectus in secundum evasit prædicatorem, custosque Saxoniz est constitutus. Recepit ibidem alium quempiam Rodingerum qui postea guardianus Halberstadensis, denique magister spiritualis disciplinæ S. Elizabeth effectus est; cui deinde successit magister Conradus Marburgensis fedelissimus sanctæ istius moderator; similiter ibidem quendam fratrem laicum habitu donavit nomine Rodolphum. Hæc de fratribus & missione Germanicis sub hoc anno, cetera suis annis prosequemur.

XI. Supradiictis huius anni comitiis inter fuit beatus Antonius Patauinus, licet debilis & affecta valetudine, comite Fr. Philippino Castellano laico adolescenti, qui cum fratribus Siculis Messana ad mensis Martij finem soluerunt. Conuentu autem soluto cum frater Elias fratres omnes ad sua loca remitteret, solus Antonius à nemine expetebatur, quippe qui ut ignotus parum utilis aut idoneus existimabatur. Accedens itaque ad fratrem Gratianum, quem anno superiori diximus in ministerio Bononiensi seu Romanodioli suffectum fratri Petro Ioanni de Stiachia, eum secreto rogauit ut in Æmiliam duceret, disciplinis regulatibus erudiendum. Nullam vero litteraturæ mentionem faciens, nihil Ecclesiasticam exercitationem iactitans, sed intellectum & scientiam omnem captiuans in obsequium Chritisti illum solum crucifixum se fitire, se nosse, se complegli

*Celebrantur
Augustæ co-
mitia.
Principia pa-
netiarum Ger-
manie ciui-
tates.*

*Surius c. 5.
Matia c. 19.
S. Antonus
interfusus co-
munitatis Agitq.*

*Anno 1227.
D. 13.*

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. I I .	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	---------------------------------

*Fr. Philippi-
nus sacerdos S.
Antony.* velle proclamabat. Frater autem Gratianus miram eius deuotionem exosculans, votis eius assensit, secumque in Aenilia in adduxit, missò fratre Philippino eius socio, decimū octauum annum agente, ad ciuitatem Castelli, olim Tybertina seu Tifertina dī-
stam, ubi usque ad capitulum, proxime post mortem sancti Francisci celebratum in
*Gozzag. in
piou. Tusc.* sancta conuersatione permansit, deinde Columbarium Tusciae locum transmissus, ibi-
dem beato fine quieuit, quamuis eius corpus clanculum postea ad montem Alcinum
fuerit translatum.

*Anton. in E-
milia agit
viam soli
seriam &
spissam.* Antonius impetrata venia ad eremum montis Pauli, non longe ab oppido sancti Ste- XII.
phani, secessit, quietem animi & conscientiz captare volens. Cum autem in ea eremo aliquandiu moraretur, frater quidam cellulam precationi aptam, in quadam crypta sibi condidit, ut illic libertius Deo vacaret. Eam ut vidit vir beatus à fratre illo sibi eius co-
piam fieri precibus contendit. Non negauit ille: quare vir Dei persoluo quotidie nocturnarum precum officio, ad eam cellā secedebat, sumptaque secum exigua panis particula,
& in vase aqua, cogebat carnem parere spiritui, solitariamque illic, quantum licuit vitam sanctis cogitationibus & meditationibus spiritum aduersus tentationes communicabat, &
diuino amore se confirmabat. Perstebat illic solus nocturnis horis in precibus: totumque se diuinæ moderationi permittens & commendans, in cælestibus spei suæ anchoram so-
lidissime desigebat. Nec deerant illi crebræ infestationes demonum volentium cum à
sanctæ orationis studio perturbare. Tanta autem se inedia maceravit, ut quemadmodum
testantur iij qui id viderunt, hora refectionis ad fratres rediturus nutante præ nimia im-
becillitate gressu, scipsum interdum sustentare non posset. Sic igitur vir ille plenus sa-
pientia, non brevi tempore simplex vixit apud simplices, & omnem arrogantium humili
corde devitans, sub indocti persona gratiæ lumen abscondit.

Dissolutis comitiis Franciscus per oppida vicina seruenter pœnitentiam omnibus præ- XIII.
dicabat, sed incolis Canariae oppidi (ab Assisio ad quartum lapidem distantis infra quod
Silius lib. 8. Avisus flumen in Tinnam, Silio Tiniam, amnem descendit) altius Dei verbum infedit,
qui relictis omnibus, turmatim Dei virum sequebantur. In magno numero ex vicinis
castellis & pagis his accesserunt, petieruntque à tanto magistro, ut qui tam efficaciter

*Anton. c. 7.
13.
Rodulp. sol.
145.
Marc. lib. 9.
c. 1.
Institutione ter-
ty Ordinu.* virtutes & æternam felicitatem commendabat, vitia gehennalesque cruciatus fugienda
docebat; ostenderet, & modum, quo illa facilius adipisci, & hæc securius potuissent
vitare. Plurimi homines vxoribus salutatis, regulatibus institutis, fæminæ sacris clau-
stris se addicere statuebant. Noluit depopulari regionem, neque arcto matrimonij vin-
culo coniunctos optato consortio priuari, suasque omnibus ut sub propriis tecis Deo
Christianæ & placide deseruitent, pollicitus se modum præscripturum, quo facilius in
virtute proficerent, & absque regulatrum rigore regulatibus assimilarentur. Idipsum ut
efficientes animos parumper sedaret, suadere necesse fuit in plurimis Tusciae urbibus,
principue in Florentina, in qua inchoatum à ciuibus sacratum virginum monasterium

*Mariae c. 10.
Tert. Apol.
aduers. gen.
E. 38.* inuenit, & plurimos sub una congregazione ipse reduxit. Hi teste ipsius urbis vetero
incola Mariano, non aliter quam primi illi disciplinæ Christianæ magistri, de quibus
Tertullianus, & fidei unitate & spes fadere coibant in catum, ut ad Deum quasi manus falla
precationibus ambirent orantes. In congregazione præsidebant probati quique seniores honorem
iustum non pretio, sed testimonio adepti: (neque enim precio villa res Dei constat) qui mores om-
nium formabant. Penes hos adhibitus sua fidei testibus arca erat communis, in quam modicam
unusquisque stipem menstrua die, vel cum vellet, & si modo vellet, & si modo posset apponebat.
Pietatis exercenda hac erant deposita, nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis
dispensabatur, sed egenia humanis atendis, & pueris ac puellis, re ac parentibus destitutis,
iamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in insulis, vel in custodiis dumtaxat ex
causa fidei alumni confessionis Catholica fiebant. Ex collectis pietatis litpendiis xenodo-
chium ad urbis muros construxerunt infirmis curandis, & senibus fouendis. Ad-
missæ ad charitatis obsequia fæminæ, ne fierent pietatis extortes, quarum sep-
rata congregatio etiam suam habet primiceriam. Hæc quæ mulierum sunt pietatis exer-
cent officia, quæ viriliora & apertiora homines adimplent.

Adhuc extat xenodochium in platea S. Mariæ Nouellæ sub sancti Pauli inuocatione. XIV.
Translata vero & aucta congregatio sub sancto Antonio præsule in ciuitatis penetralia,
iuxta Ecclesiam sancti Martini, ut commodius & facilius fieret egenorum obsequium.

A pietatis

ANNO CHRISTI. I. T. I. V. A. I. .	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. XI.	RELIGIONIS MA- NORVM ANTIQ.
--------------------------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

A piecatis munere & vicina æde dicti sunt, boni viri sancti Martini, nec carnem fratrum Penitentium ordinis S. Francisci nomen aliquando negligunt. Instituta hæc congregatio vir sanctus venit in villam Gagiam non longe ab oppido Rœdij Bonantis, alius Bonutij, olim Imperialis dicti, prope ad eum S. Petri ad Elsæ Rusum, vbi occurrerit ei Luchesius, humilis olim & avarus mercator Græphæ facilius intrepidus negotiator. A quibusdam iam mensibus vitam mutauerat in meliorem, & ad pie Christianæque viuendum induxerat Bonam Donnam suam consortem. Erga pauperes liberalis, erga miseros compassiuus in xenodochiis infirmorum duram agebat, peregrinos hospitio excipiebat. His virtutum exercitiis iam aliquantum in rebus celestibus instructus, à Francisco petierat amplius edoceri, subiungaque consors ostendendi viam bonam per quam ambularent secure. Paulo ante se cogitasse commonuit vir sanctus de tertio illo ordine instituendo, in quo coniugari Deo-prefecte posse cœligerum, neque quicquam fidi cumq; viuere consultius, quamvis illum allugerent. Serio de hac re colloquentibus, normam viuendi & genus indumenti perentibus præscripsit vestem cinereum modestam & cin- gulum nudosum, formulasque quasdam verbo tenus tradidit, donec regulam quanto, ^{Primus à S. Francisco ha- buit Terram} cius compilaret. Primos hos veste hæc peregrina donauit, à quibus ad Florentinos, & ^{et} ibi Tertia regia donatus. ex certos forma transiuit. Mitum quam ingens in brevi tempore Luchesii in virtute pro- fectus, tardior ad celestia & altius terrenis, infixa Bona Donna, pro feminatum condicione, auarior, humane, & timide proprieatis egestati futura. Velut altera Anna Tobit, Tob. 1. & marito molesta, impediens aliquando charitatis officia, nec peregrinis adeo liberaliter rem familiarem volebat impendi.

XV. Accidit tamen ut pauperes multi & peregrini ad ostium eleemosynam pro more ex- ^{Vix et in} pedarent, quibus cum ille panem omnem, quem domi habebat, distribueret, superue- ^{lesta.} nerunt alij, pro quibus dum apud vxorem intercederet, ut quidpiam eis erogaretur, in- digoata prorupit in viri contumelias, dicens: O nimium oblite tuorum alienigenarum dumtaxat tibi cura; res tuæ non sunt tibi cordi, nec recordaris te panem omnem in ex- ^{teros} teros distribuisse, neque superesse, quo ipse vescaris. Sane videtur nimis vigilis, & indiscreta abstinentia cerebrum tibi exsiccatur; abi & quare alibi, quod his tuis importuni eroges mendicis. Patienter tulit ille vxoris iniurias, humilianterque rogavit ut conuicia mitteret, fidenterque panis reconditorum illustraret, recordata illius potentia, qui ex paucis panibus & pesculis multa hominum millia satiauit. Ita fecit, recentesque mul- ^{Lucas.} tos inuenit panes, quibus abunde pauperum relevauit esuriem. Nullus deinceps Bona Donna solicitior in pauperibus alendis, & miseris refouendis; nec amplius in virtutis studio currenti opus fuit adhibere calcaria, quæ sponte & ultra ad virtutem omnem solerter tendebat. Ceterabant inuicem confortes de virtute acquirenda, donec felici exitu simul eodem die cursum consummaverunt, ut ad annum 1241. prænarratis eorum plus factis amplius dicemus.

XVI. Præter hos pios coniuges admisit ad nouum sodalitium vir sanctus Petrus de Colle, Brunam quendam, ac Martolensem aliud, quampluresque vicinorum oppidorum & vallis Elsæ incolas, viros pios, ad quorum preces & instantiam hoc anno vel sequenti, quam subiicimus, eis præscripsit regulam, licet aliquantulum auctam & mutataam per Nicolaum IV. Summum Pontificem eiusdem confirmatorem, ut in adnotationibus ad eandem commonuimus, vbi & de Penitentium habitus qualitate & forma, altisque ad ^{Videbis et} ^{ex opere} ^{S. I. an.} institutum hoc attinentibus, satis nos dixisse putamus.

REGULA TERTIARIORVM SIVE FRATRVM DE POENITENTIA.

In nomine Domini, Amen.

CAPUT I.

De modo examinandi voluntates intrare ordinem.

XVII. **S**i qui voluerint hanc vitam obseruare, & illos ad eam obseruandam assumi contige- ^{Exhortatio} ^{quædam} ^{ad} ^{admissionem} ^{admissionem}
rit, ante assumptionem seu receptionem ipsorum de fide Catholica, & obedientia ^{admissionem} ^{admissionem}

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS M. NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

erga prefatam Ecclesiam diligent examinationi subdaetur. Et si eas professi fratres fuerint, vereque crediderint, admitti seu recipi rite poterunt ad eandem. Precaendum est tamen solicite ne quis hereticus, vel suspectus de heresi, aut etiam infamatus ad vitæ observationem istius quomodo liber admittatur. Et si talen inueniri contigerit extitisse receptionum, assignetur illis quocodus inquisitoribus prauitatis hereticae puniendus.

C A P V T . II.

De forma recipiendi voluntate intrare ordinem.

*Alio in re-
spōsione re-
fōrmata.*

*Quid p̄f.
cum T̄o.
dīcī.*

CVM autem fraternitatem huiusmodi, quis intrare voluerit, ministri ad receptionem talium deputati, eius officium, statum, & conditionem solerter explorent, sibi fraternitatis eiusdem onera, precipue alienorum restitutionem, apertius explicant. Quibus præmissis, si eidem placuerit, iuxta modum huiusmodi induantur, & de alienis, si qua fuerint apud eum, satisfacere studeat in pecunia numerata, vel secundum exhibtam pignoris cautionem, seque nihilominus proximis reconciliare procuret. Quibus omnibus ad effectum productis, post unius anni spatium cum aliquorum discitotorum fratribus consilio, si is videbitur ipsius idoneus, recipiatur hoc modo: Videlicet, ut promittat se diuina præcepta omnia servaturum, ac etiam satisfactum, ut conuenit, do transgressionibus, quas contra hunc modum commiserit, eum interpellatus ad visitatoris extiterit voluntatem. Et huiusmodi ab eo facta promissio per manum publicam in scriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus à ministris recipiatur eisdem, nisi visum eis aliter fuerit conditione personæ ac ipsius instantia, sollicita consideratione discussus. Ordinamus præterea statuentes, ut nullus post ipsius fraternitatis ingressum eandem egredi valeat, ad seculum reuerlus. Posit tamen habere liberum transiit ad religionem aliam approbatam. Mulieribus vero viros habentibus, nisi de ipsorum licentia & consensu, non pareat ad consortium dictæ fraternitaris ingressus.

C A P V T . III.

De forma habitus, & qualitate indumentorum.

*Qualia do-
minus uel.*

Fratres insuper ipsius fraterioris de humili panno in pretio & colore, non prouersi albo, vel nigro, communiter vestiantur: nisi fuerit ad tempus in precio, per visitatores de consilio ministrorum ob causam legitimam & apertam, cum aliquo dispensatum. Chlamydes quoque ac pelles absque scolatura scissas vel integras, affibulatas tamē, non patulas, ut congruit honestati clausisque manicas fratres habeant supradicti. Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de huiusmodi humili panno factis, vel saltē cum chlamyde habeant garnellum seu placentinum coloris albi vel nigri, aut paludellum amplum de canabo sive lino, absque villa crispatura consutum. Circa humilitatem vero panni & pellitiones sororum ipsarum iuxta conditionem cuiuslibet earundem, ac loci consuetudinem, poterit dispensari. Bindis & ligaturis sericis non vtrantur: pelles dumtaxat agninas, bursas de corio, & corrugias simpliciter absque serico vlo factas, & non alias, tam fratres habeant, quam sorores, depositis ceteris iuxta beati Petri Apostolorum principis salubre consilium, vanis huius sculi ornamentis.

C A P V T . IV.

*Quod non vadant ad inhonestā conuiua, & spectacula, &
quod histriōibus non dent.*

Sit eis ad inhonestā conuiua, vel spectacula, sive curias, seu choreas accessus penitus interdictus. Histriōibus, seu vanitatis intuitu nihil dent, & ne quidquam illis donecāt propriā familia prohibere procurent.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. II.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. I4.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

C A P V T V.

De abstinentia & iejunio.

A B esu autem carnium , secunda , quarta & sexta feria dieque sabbathi abstineantur Quando à carne absti-
nendum. vniuersi , nisi aliud infirmitatis vel debilitatis instantia suaderet . Minutis vero per triduum carnes denteur ; nec subtrahantur in itinere constitutis . Sic quoque ipsorum comestio licita singulis , cum solemnitatem præcipuam interuenire contigerit , in qua cœteri Christiani ab antiquo epulis carneis vesci solent . Aliis autem diebus , in quibus iejunium non seruatur ; oua & caseus non negentur ; sed cum religiosis cœteris in eorum conuentualibus dormibus licite sumere valeant de appositis ab eisdem ; sicutque prandij cœnæque refæctione contenti , exceptis languidis & viatoribus ac infirmis . Sit sanis cibus moderatus & pōtus , cum textus euangelicus habeat . *Attendite , ne corda vestra crapula & ebrietate graventur.* Prandium autem vel cœna , non nisi præmissa servet Dominica oratione sumatur , post sumptionem cuilibet cum Deo gratias iterandas . Quod si omitti contigerit , dicatur tribus vicibus , Pater noster . Qualibet vero sexta feria totius anni iejunium celebrent , nisi forte infirmitatis aut alia causa legitima excusentur , vel nisi festum Natalis Domini feria ipsa occurreret obseruandum . Sed à festo omnium sanctorum usque ad pascha quarta & sexta feria iejunabunt ; alia quæ ab Ecclesia sunt statuta , vel ordinata , ex causa communiter indicta iejunia seruaturi . In quadragesima vero beati Martini usque ad diem nativitatis Domini , & à Dominica quinquagesimæ usque ad pascha diebus singulis exceptis Dominicis iejunare procurent , nisi aliud fortassis infirmitas vel necessitas alia suaderet . Sorores grauidæ usque ad suæ purificationis diem , ab exercitatione qualibet corporali , orationibus dumtaxat exceptis , poterunt si voluerint abstinere . Laborantes autem propter fatigationis sufficientis instantiam , à Dominica resurrectionis festo , usque ad festivitatem B. Michaëlis prædicti , ter in die qua exercitio laboris incumbent , licite sumere cibum possunt . Cum vero illas contigerit aliorum imminere laboribus , de cunctis appositis die quolibet sumere licebit eisdem , nisi sexta feria , vel dies h[ab]itualis , in qua generaliter ab Ecclesia iejunium noscitur institutum .

C A P V T VI.

Quoties debent confiteri per annum , & sumere corpus Christi .

S Inguli autem fratrum & sororum ter in anno , videlicet in Natali Domini , in Resurrectionis ipsius & Pentecostes festiuitatibus peccata propria confiteri , & Eucharistiam devote suscipere non postponant , reconciliando se proximis & restituendo etiam aliena .

C A P V T VII.

Quod non ferant arma impugnationis .

IMpugnationis arma secum fratres non deferant , nisi pro defensione Romanæ Ecclesie , Christianæ fidei , vel etiam terræ ipsorum , aut de suorum licentia ministrorum .

C A P V T VIII.

De dicendis Horis Canonicas .

Dicant vniuersi quotidie septem horas canonicas , videlicet Matutinum , Primam , Tertiam , Sextam , Nonam , Vesperas & Completorium : Clerici videlicet scientes psalterium , pro prima : *Dens in nomine tuo , &c. Beati immaculati , usque ad legem , Gloria patri ,* dicant . Cum vero ad Ecclesiam non accedent , pro matutino psalmos dicere

ANNO CHRISTI
1121.

HONORII III.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 11.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 14.

Studeant, quos dicunt clerci, vel Ecclesia cathedralis, vel saltim ut illiterati alij, pro matutino duodecim, & qualibet alia hora septem vicibus *Pater noster*, cum gloria Patri, dicere non omittant: in quibus videlicet Primæ ac Completorij horis, minorem symbolum, & *Miserere mei Deus*, adiiciant, qui nouerint. Sed si horis nou dixerint constitutis, dicant tribus vicibus *Pater noster*. Infirmi autem horas huiusmodi non teneantur dicere, nisi velint. In quadragesima vero S. Martini, & etiam in maiori, Ecclesiæ, in quarum parochiis habitant, matutinalibus horis personaliter adire procurent, nisi causa rationabili excusentur.

C A P V T I X.

Quod omnes, qui de iure possunt, faciant testamentum.

OMNES PRÆTEREA, quibus de iure facultas affuerit, condant seu faciant testamentum, & de bonis suis infra tres menses, post eorum ingressum immediate sequentes ordinent & disponant, ne quemquam illorum contingat decedere intestatum.

C A P V T X.

De pace reformanda inter fratres & alios extraneos.

DE pace vero inter fratres & sorores, aut etiam exteriores in discordia positos, facienda, sicut ministris videbitur, ita fiat, adhibito si facultas affuerit, Episcopi dicēsanī consilio in hac parte:

C A P V T XI.

Quando molestantur contra ius, aut eorum priuilegia.

SI vero fratres aut sorores contra ius vel eorum priuilegia per potestates, seu restores locorum, vbi domicilium obtinent, vexationibus imperantur; ministri loci ad eos Episcopos, & alios locorum Ordinarios, studeant habere recursum, iuxta consilium, & ordinationem ipsorum in talibus processuri.

C A P V T XII.

Quod caueant, in quantum possunt à iuramentis solemnibus.

AIuramentis autem solemnibus omnes abstineant, nisi necessitate cogente in casibus per indulgentiam Apostolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calumnia, & testimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, venditionis & donationis, vbi videbitur expedire. In communione quoque loquela vitent, ut poterunt. Et qui die aliquo minus caute iuraverit lapsu lingue, prout contingere in multiloquio consuevit, die ipso in sero, cum debet recognoscere quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam, propter incautè facta huiusmodi iuramenta. Memor autem sit quilibet, ut ad divisa obsequia familiam propriam exhorteatur.

C A P V T XIII.

De audienda Missa, & congregazione facienda.

VNIVERSI sane fratres & sorores cuiuscumque ciuitatis aut loci diebus singulis, si commode poterunt, missæ officium audiant. Et mense quolibet ad Ecclesiæ sive loca, ad quam, vel quæ ministri curauerint intimare, conueniant, missarum solemnia inibi audituri. Non quisque autem visualis moneret decarium Massario tribuat, qui perfunctaria pro pueris usitat. Cuniam huiusmodi colligat, & eam de consilio ministrorum inter fratres & sorores

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO II.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 14.
paupertate grauatos, & præcipue infirmantes, ac eos qui funeris carere dignoscuntur exequiis, & deinde inter pauperes alios dividant congruenter. Offerant insuper de dicta pecunia Ecclesiæ memoratæ, tuncque si commode poterunt, virum religiosum, & in <i>Habitu in-</i> <i>fratibus reli-</i> <i>giofus,</i> verbo Dei competenter instructum, habere procurent, qui eos ad pœnitentiam & misericordiæ opera exercenda hortetur sollicite, moneat, & inducat. Studeat quilibet, dum missæ celebratur officium, & prædicationis verbum proponitur, seruare silentium, orationi & officio sit intentus, nisi cum communis veilitas fraternitatis impedit.			

C A P V T X I V.

De fratribus infirmis & defunctis.

CV autem quemquam ex fratribus infirmati contigerit, Ministri per se, vel per *curandi i-*
calium, seu alios, si hoc eis infirmus fecerit intimati, semel in hebdomada visitare te-*firmi.*
deantur ægrotum, ipsum sollicite ad recipiendum pœnitentiam, prout melius & efficacius expedire putauerint, inducentes, necessaria illi de bonis communibus ministrando. Et si præfatus infirmus de præsenti luce migrauerit, fratribus & sororibus tunc in ciuitate vel loco, vbi cum contigerit mori, præsentibus nuntietur, ut defuncti exequiis procurent personaliter interesse, à quibus donec missarum fuerint celebrata solemnia, & corpus tumulo conditum, non recedant. Hæc quoque circa sotores infirmas, & decedentes volumus obseruari. Præterea infra octo dies post ipsius sepulti obitum immediate sequentes, quilibet fratum & sororum ipsarum dicat pro anima eius, Sacerdos videlicet missam vnam; sciens psalterium, quinquaginta psalmos; & illiterati cotidem *Pater no-*
ster, & in fine cuiuslibet, *Requiem eternam* adiiciant. Et post hæc infra annum, pro fratum & sororum tam viuorum, quam defunctorum salute, tres missas faciant celebrari. Qui vero psalterium scierint, illud dicant, & cæteri orationem Dominicam centies dicere non omittant, *Requiem eternam* in fine cuiuslibet addituri.

C A P V T X V.

De Ministris.

Ministeria quoque ac alia officia, quæ præsentis formulæ series exprimit, posita quisque sibi devote suscipiat, curetque fideliter exercere. Officium autem cuiuslibet certi temporis spatio limitetur. Nullus minister instituatur ad vitam, & eius ministerium perfatum tempus comprehendat.

C A P V T X VI.

De visitatione & correctione delinquentium.

Ad hæc ministri & fratres, & sorores ciuitatis & loci cuiuslibet, ad visitationem communem in aliquo loco religioso, vel Ecclesia, vbi locum huiusmodi contigerit deesse, conueniant & visitatorem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbatæ religionis existat; quique illis de commissis excessibus iniungat pœnitentiam salutarem, nec quiuis alius possit eis huiusmodi visitationis officium exhibere. Huiusmodi autem visitationis officium, semel exerceatur in anno, nisi necessitate aliqua suadente fuerit plures facienda. Incorrigibiles verò ac inobedientes monitio tripla præueniat. Qui si se corrigerem non curauerint, de ipsis Congregationis consilio expellantur omnino de consilio discretorum.

ANNO CHRISTI
1221.

HONORII III.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 11.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 14.

C A P V T XVII.

De vitanda litigia inter se, & cum aliis.

Vlent insuper fratres & sorores, iuxta posse, litigia inter se ; illa, si suscitari contigerit, sollicite ditimendo : alioquin de iure coram illo respondeant, apud quem processus residet iudicandi.

C A P V T XVIII.

Qualiter & per quos in abstinentia possit dispensari.

Ordo natus autem locorum, & visitator cum fratribus, & sororibus vniuersis in abstinentiis, iejuniis, & austoritatibus aliis, ex causa legitima cum expedire videtur, poterunt dispensare.

C A P V T XIX.

Quod Ministri eorum manifestas culpas denuntient visitatori.

Ministri vero manifestas fratrum & sororum culpas visitatori denuntient puniendas, & si quisquam incorrigibilis fuerit, post tria admonitionis instantiam à ministris de discretorum fratrum aliquorum consilio visitatori nuntietur eidem, de fraternitatis consortio abuciendus ab ipso, & in Congregatione postmodum publicandus.

C A P V T XX.

Qualiter in predictis nemo obligetur ad culpam mortalem.

Ceterum in praemissis omnibus, ad quae fratres, & sorores huius ordinis, non ex diuinis præceptis, vel statutis tenentur Ecclesiæ, nullum ipsorum ad mortalem culpam volumus obligari ; sed impositam sibi penitentiam pro transgressionis excessu, prompta humilitate recipiat, & efficaciter studeat adimplere.

Bonau. c.2. Tres ordines presignati in prima Eccles. Tertium hoc institutum cum aliis duobus Minorum & sanctimonialium, non immrito iudicavit Bonaventura præfigurata in trina illa Ecclesia reparata à sancto Francisco; vt sicut illas tres materialiter reparauit, ita spiritualiter per tres ordines, vel triplici pietatis subsidio, vniuersam iuaret & repararet Ecclesiam. Verba eius sunt : Diuina prouidentia nutu, qua Christi seruus dirigebaratur in omnibus ; tres materiales erexit Ecclesias, antequam ordinem inchoans Euangelium prædicaret, vt non solum à sensibilibus ad intelligibilia, à minoribus ad maiora, ordinato progressu concenderet ; verum etiam vt quid esset fakturus in posterum sensibili fortis opere mysterialiter præsignaret. Nam institutum reparatæ triplicis fabricæ ipsius sancti viri ducatu, secundum datam ab eo formam, regulam, & doctrinam, Christi triformiter renouanda erat Ecclesia, triaque triumphatura militia saluandorum ; sicut & nunc cernimus esse completum.

Con. Colb. Hult. prou. Tusc. M. S. Gonzag. in ead. prou. Castella S. Antonij Patauini, vti supra diximus, socius, Onofrius Seggianus divinis meditationibus exercitatisimus, beati Ioannis Capistranen. magister, necnon B. Guido à Salueno, qui dum adhuc nouitium ageret, dulcissimo Christi colloquio dignari meruit, qui ibidem sancto fine meritis & virtutibus plenus obdormiuit in Domino. Translatus est hic conuentus ad fratres obseruantes ann. 1400. quibus toto anno à carne abstinentibus, & in fine quinquagesima per tres illos laxiores dies recreationis ergo indulgere aliquantulum

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 11.	RELIGIONIS MA- IORVM ANN. 14.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

tuluta genio volentibus, ea tamen lege ne carnes aliunde conquererentur, nec admittentesur quam quæ ex gratuita & spontanea charitate offerrentur, apparuit quædam prægrandis aquila damulam vnguis tenens, continuisque clamoribus ad sui contitutum omnes cœnobij incolas excitauit. Quibus prospicientibus atque rei nouitatem summe admirantibus, prædam dimisit, statimque euolauit. Illi vero rem miraculo tribuentes, redditis prius Deo Optimo suo benefactori debitissimis gratiarum actionibus, missum seu dimissum sibi cælitus cibum hilariter comedenterunt.

XX. Lustratis & sancta prædicatione illustratis in hac excursione multis Etrurie oppidis & pagis, Assisium rediit Franciscus, ubi statim cogitauit consulo Cardinale protectore demittenda magistra & Abbatissa ad nouitias sorores exorientis monasterij Monticelli Florentie. Decreuit tandem mittendam Agnetem Claræ sororem, quæ ad præceptum obedientiæ abiens, hilariter in absentia charæ sororis magnum sensit dolorem. Hunc ut explicaret, & leniret, hanc dedit ad Claram & ceteras Assisiates sorores epistolam venerabili suæ matri, & Dominæ in Christo eximè præmandre Dominæ Claræ, & eiusdem vniuerso conuentui: Agnes humilis Christi ancilla, & minima, scipiam cuin omni subiectione & deuotione ad pedes, quam quod dulcius & præciosius in summo altissimo rege potest.

Ministrorum
Agnes Fl
orentiam.
Leg. S. Cla
Mariæ c. 3
Legata. S.
Agnet. MS
Eius Epist. A
B. Claræ.

Quoniam omnium fortuna taliter est creata quod nunquam in eodem statu permanere potest; ideo quando aliquis arbitratur se esse in prosperis, tunc mergitur in adversis. Vnde sciatis mater, quod maxima tribulatio & immensa tristitia carnis spiritui meo inest: & supra modum grauor, & crucior, & fere loqui non valeo, eo quod à vobis & ab aliis sororibus meis separata sum corpore, cum quibus in hoc sæculo mori credebam & viuere. Hæc tribulatio habet iactum, sed ignorat finem, hæc nunquam scit deficere sed semper accipit incrementum. Hæc nuper mihi orta est, sed minime ad occasum tendit. Hæc semper mihi proxima est, & à me nunquam desiderat elongari. Credebam quod vna esset mors & vita in terris, quibus est vna conuersatio & vita in cælis, & vna reconderet sepultura, quibus vna & æqualis est natura: sed ut video decepta sum, derelicta sum, tribulata ex omni parte sum. O sorores meæ optimæ, condolere mihi quæso, mecumque plangite, & rogate ne vos talia patiamini; videte, quia non est dolor sicut dolor meus. Hic dolor semper me cruciat, hic languor semper me torquet, hic ardor semper me vrit, propter quæ angustizæ mihi sunt vndique, & quid eligam, ignoro. Adiuuate me rogo piis orationibus vestris, ut hæc tribulatio mihi tolerabilis fiat & leuis. O dulcissima mater & domina, quid faciam? quid dicam? quia vos & sorores meas amodo reuidere corporaliter non spero. O si possem meæ mentis conceptum exprimere sicut vellem! O si dolorem longum, quem expecto, qui ante me est semper, præsenti pagina vobis aperire possem. Ardet mens mea interius, ex infinitis tribulationibus ignibus cruciatur; gemit cor intus, & oculi non deficient riuos effundere lachrimarum; mærore tota repleta, sine spiritu tota iam penitus contrabesco. Consolationem non inuenio, quamvis quæram, concipio dolore super dolorem, cum corde meditor, quod sorores meas & vos nunquam videre expecto. Vnde sub tali supplicio tota deficio. In hac parte non est, qui consoletur me ex omnibus charis meis: ex alia parte consolor valde, & vos potestis mihi congratulari, inueni enim concordiam magnam: non schismata, ultra quam credi possit; & omnes me cum iucunditate magna & gudio suscepserunt, & deuotissime cum reverentia mihi obedientiam promiserunt. Ipse omnes recommendant se Deo & vobis ac conuentui vestro; & ego me & ipsas in omnibus & per omnia recommendo vobis, & sollicitam curam rogo de me & ipsis, quasi de vestris sororibus & filiabus, habere velitis scientes me, & ipsas cunctis temporibus vitæ nostræ inviolata obseruare velle vestra monita & præcepta. Inter hæc sciatis, quod Dominus Papa satisfecit mihi, ut dixi & volui in omnibus & per omnia, secundum intentionem vestram & meam, de causa quam scitis, de facto videlicet proprio. Precor ut rogeris fratrem Eliam, quod debeat me sepius visitare, & in Domino consolari. Valete in Domino. Ex Florentia.

XXI. Alias etiam circa hoc tempus accepit literas Clara à Cardinale Hugo Lino Protectore, Marian. cit. qui feruentissime virginem in Christo diligebat, ut pro eo Dominum obsecraret. Multum Leg. S. Clar. fidebat sanctæ Virginis & sociarum orationibus, nouit enim quam liber pateat aditus sacris & puris virginibus ad diuinæ thalamum maiestatis. Alias plures in minoribus constitutus;

ANNO CHRISTI
1221.

HONORII III.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO II.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 14.

constitutus; & ad Pontificatum assumptus ei scriptū epistolas. Solam quā sequitur potius
reperire:

*Charissima sorori in Christo, & matri sue Domine Clae ancille Christi, Hugo imus
Ostiensis, miser & peccator, Episcopus sisipsum totum
quod est, & quod esse posset.*

*Sp. Ad. Cart.
Hugolini ad.
S. Clem.* [Charissima soror in Christo, ab illa hora, qua à sanctis colloquiis vestris me redeundi
necessitas separauit, & ab illo gaudio cœlestium thesaurorum auulis, tanta me amaritudo
cordis, abundantia lachrymarum, & immanitas doloris inuasit, quod nisi ad pedes Iesu
consolationem solite pieratis inuenirem, spiritus meus forte deficeret, & penitus anima
ligotieret. Merito quia dum Pascha tecum & cum ancillis Christi cæteris celebraui, de-
ficiente illa Lætitia gloriofa, qua vobiscum cum de corpore Christi tractaueram, sicut cum
Dominus à discipulis raptus & paribulo. Crucis affixus immensa fuit tristitia subsecuta,
ita remansi de vestra absentia desolatus. Et licet me usque modo sciuerim & reputauerim
peccatorem, intellecta meritorum prærogativa tuorum, & rigore religionis inspecto: mo-
do pro certo didici, quod tot peccatorum sum sarcina prægrauatus, & in tantum vniuer-
se terræ dominatorem offendii, quod non sum dignus electorum eius consortio aggrega-
ri, & ab occupationibus terrenis auelli, nisi lachrymæ & orationes tuæ mihi veniam im-
petrent pro peccatis. Committo igitur tibi animam meam & spiritum recommendo, ut
in die iudicij mihi respondeas, si de salute mea non fueris sollicita & attenta. Quia pro
certo apud summum iudicem impetrabit quicquid instantia tantæ deuotionis & copia
lachrymarum exposcit. Modo Dominus Papa venit Assumptum sed opportunitate captata,
te & sorores tuas videre desidero. Saluta Agnetem virginem & sororem meam & vnuer-
sus sorores tuas in Christo. Valè Romæ, &c.]

*Pisan. ebf. 14 Specul. vita
\$ Fran. c. 86. Marc. lib. 1. Apparent
Franc. Chri-
stus & B.
Vago.* Franciscus autem orationibus totus addiatus, peccatorum tacitari compatiens, pro XXII
iis instantes preces Domino fundebat. Nocte vero quadam apparuit ei circa mensem
Octobris Angelus Domini, iniungens quod ad Ecclesiam pergeret, siquidem Christus
eum cum virgine matre ac multitudine Angelorum illic operiebatur. Quo cum perue-
nisset, Christum cum matre à dextris astante, contutitus, cum timore & reverentia pronus
in faciem proruit. Quem sic prostratum Christus ita est allocutus: Plurimum o Francisce
cum tuis sollicitus es pro animarum salute. Itaque conceditur tibi postulare aliquid
à me pro communi animatum consolatione & salute, ac mei nominis honore, quia datus
es in salutem gentium, atque Ecclesiam meam reparationem. Ipse vero contemplatione
tantæ maiestatis aliquantis per raptus, ubi ad se redit, orabat, dicens: Sanctissime Pa-
ter noster, supplico ego miser peccator, quatenus gratiam hanc humano generi im-
pertiri digneris: ut omnes & singuli ad istum locum venientes atque Ecclesiam intro-
ducidantur, peccatorum omnium, quorum confessionem sacerdoti fecerint, veniam & in-
dulgentiam vniuersaliter obtineant. Supplico itidem Beata virginis Matri tua: humani
generis aduocata, ut pro huius meæ petitionis impetratione apud tuam piissimam ma-
iestatem intercedere dignetur. Porro ipsa Regina cœlorum precibus famuli sui Fran-
cisci inclinata,cepit illico supplicare filio suo in hunc modum: Altissime Deus, omni-
potens, intercedo ego apud deitatem tuam, atque humiliter rogo, ut precibus huius pau-
peris Francisci annuere digneris. Subintulit statim Christus Dominus: Grande fatus est
frater Francisce, quod postulasti, verum maiora impetrabis. Ac ego quidem petitionem
tuam admitto, sed volo adeas vicarium meum, qui ligandi & soluendi potestatem ha-
bet in cœlo & in terra, ac ex parte mea hanc indulgentiam ab eo postules. At vero socij
beati patris in suis cellulis excubantes omnia hæc audiebant ac immensum lumen in Ec-
clesia nec non Angelorum turmas contubabantur, sed timore correpti nec foras egredi,
nec Ecclesiam ingredi audebant.

*Conceditur
Indulgentia
Postulacula.
Tornan. par.
p. c. 129.* Mane facto B. Pater eis conuocatis præcepit ne cui præfata euulgarent; assumptoque XXIII.
socij fratre Massæo de Marignano ad Dominum Papam Honoriu[m], tunc cum curia Pe-
trusj commorantem, profectus est; apud quem introductus humiliter ait: Sancte Pater,
nuper ad honorem B. virginis Matri Christi vobis Ecclesiam quandam restaurau[er]i:
Supplico itaque Sanctitati vestrae ut in ea indulgentiam liberam absque oblationibus insti-
tuatis.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 11.	RELIGIOSIS MI- NORVM ANN. 14.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

euatis. Respondit Pontifex, hoc conuenienter fieri non posse, quoniam qui indulgentiam obtinere cupit; debet eam aliquo modo promoveri, praesertim manum adiutricem exten-dendo. Sed indica mihi, inquit, quae annorum indulgentiam petis illic insticui? Respon-dit sanctus: Beatissime Pater, & Domine, placeat sanctitati vestre non tam donare an-nos quam animas. Et quomodo, inquit Pontifex, vis animas? Velim, ait Beatus Fran-ciscus, placeat sanctitati vestre quod quicumque ad illam Ecclesiam venerint contriti, & confessi, atque uti decet per Sacerdotem absoluti, ab omni culpa & pena libe-rentur in celo & in terra, idque à die sui baptismatis, usque ad diem & horam introi-tus prefatæ Ecclesiæ. Ad hoc Pontifex: Magnum est quod petis Franciscum: nunc est curia Romana consuetudo huiusmodi indulgentiam largiri. Respondit Beatus Fran-ciscus: Quod peto, Domine; non ex me postulo, sed ex parte eius, qui misit me Do-minus Iesus Christus. Statimque Papa intulit, ter publice dicens: Placet mihi quod hoc habeas: Domini tamen Cardinales, qui aderant, dixerunt Pontifici. Vide Domine, quid agatis, si enim haec tantam conceditis indulgentiam, Ultramarinam indulgentiam destruitis, & insuper ipsa quæ ad limina sanctorum Apostolorum Petri & Pauli instituta est, deinceps non estimabitur. Ait eis Papa: Deditus & conces-simus¹, nec expedic iritum facere quod actum est, sed modificheris indulgentiam, ut ad diem tantum naturalem protendarur. Revocato itaque Beato Francisco dixit: Ecce concedimus ex nunc, quod quicumque venerit, & intraverit Ecclesiam, pro qua postulas, rite confessus, & contritus, liberetur ab omni culpa & pena: Istud autem valere volumus singulis annis in perpetuum, per diem tantum naturalem à primis vesperis, includendo noctem, usque ad vespertas diei sequentis. Cumque beatus Francisco humiliiter inclinato capite egredieretur, Dominus Papa hoc videns, vocavit eum, & ait. Quo vadis Simpliciane? Quid certi defers de tua indulgentia? Cui beatus Pater respon-dit: Sufficit mihi Domine verbum tuum. Si enim Dei opus est, ipse opus suum inno-tescere faciet, ego aliud instrumentum non requiro; sed charta sit beata virgo Ma-ria, notarius ipse Christus Dominus, & Angeli testes. Pulchra sane viri sancti in Dei prouidentia fiducia, nam incuria hæc solitudinis relaxat, non negligentia, sed fidei est.

XXIV. Ita humiliter & candida sinceritate à Francisco responsum, non impudenter iacta-tum, vt impudentius mentitus est Kemnitius, sigilla bullæ illius indulgentiæ esse stig-mata sua. Neque enim author vllus præter Kemnitium hoc refert, aut somniant, & non solum verum non est, vt doctè & pie moneret Illustrissimus Cardinalis Belarminus, sed nec verisimile: cum quia nondum sanctus vir stigmata habuerat, cum illa indulgentia conce-fsa est: tum quia etiam si habuisset, non ea vir summae humilitatis vlla ratione iacta-set. Sed non sine causa Kemnitius huius indulgentiæ historiam falsam & fabulosam haberetur, quoniam per eam tria catholica dogmata confirmantur, vnum de indul-gentiis, alterum de Pontifice Maximo, tertium de confessione. Siquidem quantumvis Christus ipse ad preces Francisci hanc indulgentiam concesserit, tamen non nisi per ministerium sui vicarij, Pontificis Maximi, eam voluit obtineri, nec nisi contritis & confessis, dictamque Ecclesiam visitantibus voluit aliquando prodeesse.

XXV. Data itaque hac humili responsione Pontifici, confidenter Franciscus Perusio regres-sus, in itineris medio substitut ad xenodochium leprosorum, in pago Collis nuncupato, ubi que aliquantis per obdormivit. Expertus, post orationem vocavit socium, dixitque ei latenter: Frater Massæ dico tibi in veritate, quod indulgentia mihi per summum Pontificem concessa, est in celo confirmata. In his autem omnibus diem determinatum, neque à Christo neque à Pontifice habebat sed illius determinationem quasi accep-rit ad annum 1223. referemus. Hoc autem anno primam circa ipsam indulgen-tiam concessiōne factam, quantumvis varient Marianus & alii, mihi evidenter con-stat, ex eo quod nullo alio tempore post suam assumptionem ad Pontificatum Honorius Perusij resedet, vt diligenter examine & sedula investigatione omnium voluminum eiusdem regestis competri. Hoc autem anno & mense supra positio tendens Bononiæ aliquan-tum substitut Perusij, quo loco eum hanc indulgentiam Francisco concessisse, omnes anti-qui nostri referunt historici.

XXVI. His igitur modis & continuis apud Deum precibus cum vir sanctus animarum salu-Bonau.c.3
rein
Maria.c.13

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 11.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 14.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

tem viscerosa pietate appeteret, & feruida zimulatione zelaret: suauissimis se dicebat repleri odoribus, & quasi vnguento precioso liniti cum Sanctorum fratribus per orbem distantium odorifera fama, multos audiret ad viam veritatis induci. Ex talium auditu exultabat in spiritu; benedictionibus omni acceptance dignissimis, fratres illos accumulans, qui verbo vel opere ad Christianorem inducerent peccatores: sic etiam qui religionem sacram inquis violaret operibus, maledictionis eius grauissimam incurrebant sententiam. A te Domine, inquit, sanctissime, & à tota cœlesti curia, & à me parvulo tuo sicut maledicti, qui suo malo exemplo confundunt & destruvint, quod per sanctos fratres ordinis huius edificasti, & edificare non cessas. Tanta frequenter affiebatur mortalia super scandalō pusillorum, ut deficere se putaret, nisi diuinæ fuisse clementiaz consolatione suffultus. Cum autem semel malis turbatus exemplis anxi spiritu misericordem patrem precaretur pro filiis, responsum huiusmodi reportauit à Domino: Cur tu pauper homuncio conturbaris? An ego te super religionem meam sic pastorem institui, ut me principalem nescias esse patronum? Hominem simplicem ad hoc te constitui, ut quæ in te fecero, non humanæ industria sed supernæ gratiæ adscribantur. Ego vocavi, seruabo, & pascam, & aliis excidentibus alios subrogabo, itaut si nati non fuerint, faciam illos nasci, & quantiscumque fuerit impulsibus paupercula hæc concussa religio, salua semper meo munere permanebit.

Vt autem pluribus modis negotiator hic Euangelicus lucratetur, ac totum præses xvii. tempus conflaret in meritum, non tam præesse voluit quam subesse, nec tam præcipere quam parere. Idcirco non solum se sat fecisse purans in renunciatione generalis officij, guardianum petiit à fratre Elia, cuius voluntati per omnia subiaceret. Tam vberem enim asserebat sanctæ obedientiæ fructum, ut eis qui iugo ipsius colla submittarent, nil temporis sine lucro transiret. Concessus itaque ei in guardianum Angelus Reatinus, cui vel alij cuipiam, cum quo exhibat semper obedientiam promittere consueverat, & seruare. Dixit aliquando sociis: Inter alia quæ dignanter pietas mihi diuina concessit, hanc gratiam contulit, quod ita diligenter nouitio vnius horæ obediens, si mihi guardianus daretur, sicut antiquissimo & discretissimo fratri. Subditus, inquit, prælatum suum non hominem considerare debet: sed illum pro cuius est amore subiectus. Quanto enim contemptibilior præsider, tanto magis humilitas obedientis placet. Cum vero vice quadam quereretur ab eo quis esset, verus obediens nudicandus corporis mortui similitudinem pro exemplo proposuit. Tolle, inquit, corpus exanime, & ubi placuerit pone: videbis non repugnare motum, non murmurare sitem, non reclamare dimissum. Quod si statuatur in cathedra non alta, sed ima respiciet; si collocetur in purpura, duplo pallescer. Hic, ait, verus obediens est, qui cur moveatur non dijudicat, ubi locetur non curat; ut transmigretur non instar; euctus ad officium, solitam tenet humilitatem; plus honoratus, plus reputat se indignum.

Marijan. cir. Tunc etiam innatam suam, quæ ab vero eum eo crevit, ostendit erga pauperes com- xxviii miseracionem, nam cum ad Portiunculæ adem vetula quædam, duorum fratribus Minorum genitrix, elemosynam petisset, iussit, ut quidpiam ei daretur, quo suæ misericordiæ possit occurtere. Respondente loci præfetto, nihil sibi esse quod erogari possit, prater testamenti noui volumen, quoad sacra Scripturæ lectionem vtebantur fratres in choro, dixit, id psum erogandum fratrum genitrici, ut ex illius precio sibi subueniret. Credo enim, inquit, plus Deo placitum, ut pauperis feminæ subleueatur ægestas, quam ut librum hunc legimus in choro. Quæ religioni duos dederat filios, quid erit nostrum quod non suo iure reposcat?

Erga pauperes pietas Alias ad eandem adem venit quidam pauperculus seminudus, petens pro Dei amo- xxix re, ut sibi daretur pannicularia aliqua vestis, vel pannorum præsemina quibus aliquan- tisper nudam contegeret carnem, iussit vir sanctus socium, ut ex angulo aliquo negle- quamquam vestem extraheret, quam porrigeret. Nulla inuenta, ipse se in diuerti- culum quoddam retraxit, & assuta habitui præsemina dissuebat, ut daret. Audiuit id guardianus, & accedens præcepit ne panniculos corpori debili fouendo necessarios, dissueret. Ita se facturum dixit propter obedientiam prælati, tamen aliunde debore subueniri pauperis nuditati, alias molestem & scrupulosum sibi futurum, integro

ANNO CHRISTI 1221.	HONORIS III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. II.	RELIGIONIS MR- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

integro & subditirio vestiri indumento, tremente præ fortibus nudo mendico. Neque ab ostio recessit, aut à fouendo destitit paupere, donec amicum quempiam ei dedit guardianus, per quem & pauperis nuditatem, & Francisci compassioni adhibuit leuamen. Alias etiam cuidam seruulo, hero maledicenti quod per vim ei quidpiam sultulerit, insuper & blasphemias addenti, quod Deus pauperibus huius generis iniurias inferri permitat, vir sanctus mantellum suum libenter donauit hac conditione, ut à maledictionibus & blasphemias cessaret.

XXX Ad vicinum quoddam eremitorium se retraxit cuni fratre Leone, de rebus animz suis tranquillius & serenius aetatus. Deerant ibi libri, quibus penitus diuinarum precum possent exsolvere, nec ramon ad canum marutiquai in medio noctis silentio coire neglexerunt. Inquit porro Franciscus Leoni Charissime frater, non habemus breviarium, quo statutas preces recitare possumus, sed ne destinatum tempus ad Dei laudem diffusat inane absque eius nominis exaltatione, vel nostræ indignitatis confessione, quæ ego chorum ducens, præcineo, tu fideliter eadem psallens sequeris. Prior ictaque dicam. O frater francisce, tu commisisti in seculo peccata, ut vere merueris in infernum detrudi; & tu fr. Leo adiunges, respondens, verum est quod profundissimo dignus es in inferno. Leo autem columbina simplicitate & sinceritate facturum se dixit, quod verebatur at cum verba sepereret Francisca, iam aliter respondit, dicens: Deus faciet per te frater francisce tot bona, quod ibis in paradisum. Commotus ad mutatam responsuam Franciscus, inquit: Non dicas, ita, sed quod ego præmisisti; vel ad hunc versiculum fr. Francisce tu fecisti tot iniqua opera contra Deum, quod dignus es penitus maledici, ita responde: inter maledictos dignus es computari. Libenter faciat pater, inquit Leo; sed cum versiculum repeteret Francisca multis lachrymis & magno clamore pectus tundens, respondit Leo: O frater francisce tam te faciet Deus, quod inter benedictos singulariter benedictus. Admirans Francisca irritam Leonis præmissionem, cum quasi corripiens: Quare inquit, pater Leo non respondes, sicut te doceo? per sanctam obedientiam tibi iniungo, ut iisdem, quibus te informauero verbis, quæ ego dixerim confirmes. Ita porro dicam: O frater francisce miselle, putasne miserebitur tui Deus, cum tot peccata & scelera commiseris contra patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis? vere non mireris veniam obtinere. Tu statim subiunge: Nullo modo dignus es misericordia. Cum autem Leo firmiter sponderet, se ita dicturum, non tandem potuit cum lachrimis & gemitu repetenti aliud quatuor studiū adiicere: Deus pater cuius est in infinitum maior misericordia quam peccata tua, abunde tui miserebitur, & superadde tibi multiplicem gratiam. Francisca vero dulciter iratus, & patienter turbatus, inquit: Quare frater Leo obedientiam transgredi præsumpsisti, & tories propositis contraria respondisti? Cui Leo cum omni reverentia & humilitate: Testis est mihi Deus, pater charissime, quod ego proposuerim semper, sicut præceperas respondere: sed Deus posuit verba sua in ore meo, & loqui fecit secundum beneplacitum suum, non secundum propositum meum. Ad hæc miratus Francisca adhuc persistit in se vilificando, rogauitque obnixe, ut saltim hac vice sibi vellet concordari. Promisit Leo; sed Francisco lacrimanti, ciulanti, & dicenti: O frater francisce, miserrime homuncio, putasne tantis tuis sceleribus Deum miserebimus; respondit; ita pater: miserebitur; inno magna gratiam recipies à Deo salvatori tuo, & exaltebit te, & glorificabit in æternum: quia omnis, qui se humiliat, exaltabitur. *Luce 14.11.*

Atq[ue]m ignoscere pater, quod tu non satisfaciā voluntati, neque enim ego, sed Dominus, in me loquitur. Acquiescens tandem reluctantè cœlitus Leoni Francisca, in dulci colloquio de magna Dei erga peccatores misericordia, tempus omne sine tardio usque ad auroram protraxit. Deinde colloquium absoluit cantans ad finem Virgineum canticum aperte explicans magna Dei beneficia, & ingentem erga humanum genus propitionem. Sed dum Leo canticum psalleret, Francisca ad singulare versiculum addebat, gloria Patri & Filio & spiritui sancto; hac enim ratione gratias reddebat ad singula, quæ referebantur beneficia. Neque vero hoc modo unquam potuit satiari repetitione illius versiculi, quem suinme orationibus commendabat, præcipue vero cuidam fratri laico, seu, ut vocant, conuerso in iustitiam tentato, & licentiam petenti ut literis operam daret. Additæ, inquit, fr. charissime versiculū hunc, *Gloria Patri*, & scripturam omnē retinebis; quod ut fecit, nullam amplius sensit molestiam, & tentationem omnem literarum addiscendarum superauit.

*Mariam c. 19
Marc. lib. 1.
c. 76.*

*Humiliatio
psalmus
S. Francisi.*

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. II.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Legen. s. scotio. Pisau. conf. 11. Firmā. j. ord. t. pat. fol. 11. Vide opus. & opus. & Dicē in quo confitit. perfēcta lati- tia.

Ex eodem loco rediens Aſſūmum, in itinere sermonem iniuit cum Leone de perfecta XXXL religiosorum Iætitia, quam ut varie vterque descripsit, tandem Franciscus subiuxit.

Verba ipsa ex Leone transcribo: [Quamvis fratres Minores in omni terra dent bodum exemplū magnæ sanctitatis & ædificationis, ibi tamen non est perfecta Iætitia. Et quamvis frater Minor illuminet cœcos, contractos extendat, dæmones peccat, surdis auditum, claudis gressum, mutis verbū restituat, & quod maius est, quatriduanum resuscitet mortuum, ibi non est perfecta Iætitia. Et si frater Minor sciret omnium gentium linguas, & omnes scientias, & Scripturas, ita ut sciret prophetare, & reuelare non solum futura, sed etiam conscientias aliorum; ibi non est perfecta Iætitia. Si frater Minor loquatur lingua Angelica, & sciat stellarum cursus & virtutes herbarum, & sine ei reuelati omnes thesauri terrarum, & si cognosceret virtutes, & proprietates avium, piscium, animalium, hominum, radicum, lapidum, arborum & aquarum, ibi non est perfecta Iætitia. Et si frater Minor sciret tam solemniter prædicare, quod conuerteret omnes infideles ad fidem, ibi non est perfecta Iætitia. Sed quando venimus ad locum sanctæ Mariæ de Angelis sic balneati pluia, & frigore congelari, luto etiam deturpati, & fame afflitti, & ad portam loci pulsabimus, & venies portarius iratus dicens: Qui estis vos? Et nos dicemus: Sumus duo de fratribus vestris. Et ille è contrario diceret: Imo estis duo ribaldi, qui itis circumquaque per mundum, pauperum eleemosynas rapiendo, & non aperiret nobis, sed faceret nos stare ad niuem & aquam in frigore & fame usque ad mortem, tunc si nos tot repulsas & iniurias sine turbatione & murmuratione tolerauerimus patienter, & cogitauerimus humilietur & charitatue quod ille portarius veraciter nos cognoscit, & quod Deus excusat linguam eius contra nos; scribe, quia ibi est perfecta Iætitia. Et si nos in pulsando perseveraverimus, & ille portarius tanquam contra importunos, exeat contra nos, & durissime nos afficiat alapis dicens: Recedite hinc pultrones vilissimi, & ite ad hospitale: qui enim estis vos? hic penitus non manducabit; & si nos patienter hæc portabimus, & iniurias cum amore pepercemus toto corde, scribe quia ibi est perfecta Iætitia. Et si nos vndique afflitti, fame urgente, frigore affligente, nocte insuper appropinquante pulsabimus, clamabimus, & fleru instabimus, ut aperiat nobis, & ille inde stimulatus dixerit: Isti sunt homines procacissimi & proterui; ego pacabo eos, & exiens cum uno fuste nodoso, & capiens nos per caputum, ad terram super lutum & nives proiicit, & taliter nos verberabit cum fuste prædicto, quod vndique nos plagis implebit; si tot mala, si tot iniurias, & verbera cum gaudio toleramus, considerantes quod precias Christi benedicti tolerare & portare debemus, scribe & nota diligenter, quod ibi est perfecta Iætitia: & audi conclusionem: Inter omnia charismata sancti Spiritus, quæ Christus seruis suis concessit & concedet præcipuum est vincere seipsum & libenter propter Deum & charitatem Dei opprobria sustinere. Nam in omnibus mirabilibus supradictis nos gloriari non possumus, quia non sunt nostra sed Dei: Quid enim habes; quod non acceperis? Si autem accepisti, quid gloriari, quasi non acceperis? Sed in cruce tribulationis & afflictionis possumus gloriari, quia illud est nostrum. Et Galat. 6. 14. ideo dixit Apostolus: Atibi autem ab his gloriari nisi in cruce Domini nostri.]

In iuventute vir sanctus sacram virginem Claram, quæ pio desiderio deside- xxvi.
Specul. S. Frac. 2. p. 18. Sedul. in aliq. not. ad vit. S. Clari. Marian. cit. Clara conser- nullis filiabus, comitantibus eas sociis beati patris & deducentibus ad locum præfatum sanctæ Mariæ. Adorata primum virginem Matrem cum multa reverentia & devotione, atque loco intus circumquaque lustrato, hora facta est comedendi. Fecerat ergo beatus pater more suo (quem semper, dum licebat, obseruabat mensam humilietur sterni in plana terra, ad quam sedet ipse cum beata Clara: unus ex sociis beati patris cum so- cia beatæ Claræ, assidentibus etiam aliis fratribus. Pro primo autem serculo, cœpit beatus pater loqui de Deo, tam suauiter, tam sanctè, & tam diuinè, quod ipse & omnes, mens illi pauperculæ assidebant, raperentur in extasi cum multa abundantia gratia

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. II.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ex alto superuenientis. Hominibus vero incolis Assisi, Berthoniz, & vicinorum locorum, videbatur quod Ecclesia cum conuento fratum, & sylua adiacente totaliter exarderent igne omnia deuastante. Quare Assisiates cum festinatione accurrerunt, ut loco succurrerent. Sed appropinquantes & cuncta salua atque intacta videntes, cum admiratione domum sunt ingressi, ubi conuiuas prænominatos, humili mensæ assidentes, sed raptos ad Dominum, deprehenderunt, certius aduertentes, quod ignis diuinus ex devotione tam sanctorum personarum accensus locum diuini amoris consolationibus repleser. Recesserunt ergo valde ædificati: Beatus autem Franciscus cum suis conuiuis tanta fuit consolacione resestus, ut nullus eorum de alio cibo quicquam curaret.

Post refectionem rediit beata Clara ad locum suum sancti Damiani, quam videntes sorores multum gauisæ sunt: verebantur enim, ne à Beato Francisco mitteretur ad aliud monasterium gubernandum, sicut paulo ante miserat sororem eius Agnetem Florentiam in Abbatissam noui conuentus ut supra diximus. Sed & dixerat aliquando ipsi Beatae Clarez: Para te, si forte oporteat, quocumque ire. Ad quod illa ut obedientia filia respondit: Parata sum pater, quocumque me miseris ire. Propter hæc præludia timuerunt virgines tanta se orbandas magistra, quæ magnam se passas tactu ram merito causabantur in Agnetis discessu.

XXXII. Plures tunc veniebant fratres ex diversis orbis partibus Franciscum visum, quos cum ille benignissime recipere, Helias vicarius omnem erga eos exhibebat humanitatem, iuxta tamen eorum gradus, respiciens ad hominum qualitates, doctrina, aut dignitate eminentioribus primos attribuens accubitus, humilioribus vero posteriores, nimis aliquando horum res negligens, illorum vero commodiati prospiciens, iuxta illud, quod incepauit Apostolus: Intendens in eum qui induitus est ueste preclara, & dicens ei: Tu sede hic bene: pauperi antem: Tu fla illuc, aut sede sub scabello pedum meorum. Aegre ferebat sanctus Paulus in personarum acceptance haberi fidem Domini nostri, & præcipue inter eiusdem sodalitatis professores tantam fieri differentiam; quare accendentibus quibusdam variæ conditionis fratribus, post mensam benedictam duos inferioris nominis ex utroque latere sibi concedere fecit, grauioribus neglectis. Indignam rem putauit Helias, secumque obmurmurus, dixit: Heu frater Francisce, quam certam ruinam hæc tua nimia simplicitas aduehet religioni. Collaterales tuos facis illiteratos & simplices, cruditos vero, qui suis litteris religionem suffulciunt, confundis. Hominis cogitatum præsens vir sanctus, respondens: Et tu frater Elia plus noces tua superbia, fastuosa pompositate, & nimia carnis prudentia. Inscrutabile Dei iudicium qui talem te cognoscit, & ordinis voluit prælatum, iamque decreuit ut sodalitum vniuersum in tuis manibus relinquam. Heu timeo, ne sicut populus, ita & iudex, & ne talem eis tradat patrem, quales oves futuras præcognoscit. Miser, supernè iam decretum est, te in religione ista non moritum; appensus iam es, & inuentus minus habens, inflata & inani hac mundi scientia. In his vere prophetasse sanctum virum res ipsæ probarunt, veluti nos suis locis referemus.

XXXIV. Aliud etiam secretum fratris Massæi murmur internum alias similiter detexit: nam cum in trivio positus, qua iret, nesciret, socium circumagi fecit in gyro, puerorum motore, donec eum stare ipse iuberet. Ille iam ferme ex gyrouago motu dolorem capitatis contraxit, quando hæcere præcepit, & per oppositam semitam iussit ut ambularet coram facie sua. His accessit quod è quodam loco discesserit mane diluculo, insulato Episcopo; in cuius ædibus omni fuerat reverentia suscepitus. Ad has res summe admirans Massæus, nimis simplicitatis & inurbanitatis incusare coepit Franciscum, secum submurmurus in via: Quid hic bonus vir fecit, me velut puerum circumrotare fecit, & amicum benevolumque prælatum nec salutavit discens. Alia his addebat, donec altius Francisci sinceritatem, vitamque inculpabilem Dei instinctu expendit & secretum in seipsum murmur retorxit. Itane, inquit, superbis Massæ, ut hominem Deo charum contemnas? itane malus, ut maligneris in sancto? Insane, opera diuina temere iudicas, ipso inferno dignus es, qui Deo per Franciscum operanti vanam & superba tua discretione resistis. Adeone malum exitum res istæ habuerunt, ut facile à te condemnentur? Nonne ex incerto motu circulo in certam te semitam deduxit? nonne pacem induxit in urbem? nonne omnium animos sibi conciliauit? Nonne ut auram fugeret popularem, & ulteriores sibi ab Episcopo

Hoc an. 6.
10.

Honorandi etiam humi-
les in reli-
gione.

Taxis Fræc.
secretū mur-
mur Elia.

Specul. par.
1. c. 19.
Marian. cit.
Massæi dete-
gis securum
obloquium.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

exhibendos honores præueniret, aufugit? Nonne in via hac talia operatus est miracula, ut verè pro Angelo Dei possit haberi. Hæc & similia dum secum cogitaret Mæsus, magnas Deo agens gratias, qui talem potestate in contulit hominibus, ad præeuentem clamauit Franciscus dicens: Quam dissimilia posteriora prioribus frater Mæsus, cuiusnam hæc sunt cogitationes? & à quo inspiratae sunt primæ? Hæc ut audiuit socius cogitatusque suos vidit detectos ad pedes sancti viri procidit, veniamque exorauit.

Bonau. 11. Domum redeundi quædam fuit ouis oblata, quam propter innocentiam & simplicitatem amorem, quas ouis natura protendit, garantem suscepit. Monebat pius vir ouiculam,

Doces ouem divinis intenderet, & ab omni fratum offensa caueret. Ouis autem qualiter virtutem pietatem aduerteret, informationem ipsius solicite obseruabat. Nam audiens fratres in choro cantare, & ipsa Ecclesiam ingrediens sine alicuius informatione flebatur genua; vocem balatus emittens, ante altare Virginis Matris Agni, ac si eam salutare gestiret. Insuper & cum eleuaretur sacratissimum Chilli corpus inter Missarum solemnia flexis curuabatur poplitibus, tanquam si reverens pecus de irreuerentia indeuotos argueret; Christoque deuotos ad sacramenti reverentiam inuitaret. Illud etiam murum apud eandem Portiunculædem fuit, quod iuxta cellam viri Dei super sicum cicada residens, & decantans cum seruum Domini: (qui etiam in parvis rebus magnificentiam creatoris admirari didicerat) ad diuinæ laudes cantu suo frequentius excitaret, ab eodem quadam die vocata, velut edicta cælitus super manum volavit ipsius, cui cum dixisset: Canta soror mea cicada; & Dominum creatorem tuo iubilo lauda: sine mora obediens canere coepit, nec destitit, donec iussu patris ad locum proprium reuolavit, Mansit autem per octo dies ibidem, quolibet die veniendo, cantando & recedendo eius iussa perficiens. Tandem vir Dei ait ad socios: Demus iam sorori nostræ cicadæ licetiam, satis enim nos suo cantu iustificans, ad laudes Dei octo dictum spatio excitauit. Et statim ab eo licentia, recessit, nec ultra ibidem apparuit ac si mandatum ipsius non audiret aliquatenus præterire. Alias etiam cum fratre Leone comedere volenti ingenitem suo cantu consolationem attulit philomela. Inuitauit socium ad Dei laudem, ut vices alternaret in canu. At ille incompositam causans vocem Franciscus canum assumperit, & alternis vicibus ita concinit philomelæ, ut ad vesperam usque à Dei laude non destiterit, donec tandem se ab avicula viatum non sine sancta fateretur inuidia. Deinde aduolantem super sancti viri manum mirabiliter laudauit & pauit, quæ tandem non nisi iussa & benedicta recessit.

Es philomelæ alternam Dei laudes concinna. Hoc anno passos Septem in Mauritania Tingitana in ipsius freti Gaditani faucibus, vrbis munitissimæ & frequentissimæ, septem Franciscanos quorum nomina dabimus confessim scribunt Laurentius Surius, Ioannes Molanus & Caesar Baronius, non leue nec contemnendum sequuti testimonium Breuiarij Minorum, & antiqui Theutonicici codicis M. S. Vinea sancti Francisci inscripti, ex quo horum martyrum historiam reddidit Surius Latinam. His accedit vetustum Breuiarium Braccarensis Ecclesie hunc ipsum annum assignans. Sed tanti nominis testibus refragantur alii non spernendi, nimurum sanctus Antonius, Marianus Florentinus, Ludouicus Robolledo, Marcus Vlissipponen. Petrus Rodulphus, qui martyrium hoc referendum volunt ad annum 1227. Postiores tres, Robolledo, Marcus, & Rodulphus ita firmiter hoc asseuerant, ut lectorum commoneant erroris typographi signantis annum 1221. & martyres hos passos dicant anno integro à morte sancti Francisci. Probati sane, & graues utrumque testes, sed præponderare mihi videntur Breuiaria, & codex ille vetustus Theutonicus, vniuersaque ordinis Minorum consensus & constans assensus, qui quantumuis admonitus subesse in numeris errorem, non admisit neque correxit, sed semper in vnica huius ipsius anni martyrij persenerat sententia. Præfertim cum nullo solido fundamento conteriant probent Marcus aut Rodulphus, vel conjecturam quampliam probabilem afferant, ut suam libere assertam probent opinionem. Illinc fortasse iudicatum post mortem sancti Francisci missos hos martyres, quod ab Elia, qui primus post sanctum institutorem ordinem rexidicantur designati. At viuente etiam eodem sancto Patriarcha ei commissum ordinis regimen, & in historia martyrum lectionibusque Breuiarij dicitur sancti viri runc vices egisse; & etenim hoc anno iam secundo creatus est ab eodem viro Dei, ordinis supremus Rector, quantumuis viuente ipso sancto institutore fratres nunquam ei generalis ministri, sed vicarij nomen tribuerint.

Surius 13. Hoc anno passos Septem in Mauritania Tingitana in ipsius freti Gaditani faucibus, vrbis munitissimæ & frequentissimæ, septem Franciscanos quorum nomina dabimus confessim scribunt Laurentius Surius, Ioannes Molanus & Caesar Baronius, non leue nec contemnendum sequuti testimonium Breuiarij Minorum, & antiqui Theutonicici codicis M. S. Vinea sancti Francisci inscripti, ex quo horum martyrum historiam reddidit Surius Latinam. His accedit vetustum Breuiarium Braccarensis Ecclesie hunc ipsum annum assignans. Sed tanti nominis testibus refragantur alii non spernendi, nimurum sanctus Antonius, Marianus Florentinus, Ludouicus Robolledo, Marcus Vlissipponen. Petrus Rodulphus, qui martyrium hoc referendum volunt ad annum 1227. Postiores tres, Robolledo, Marcus, & Rodulphus ita firmiter hoc asseuerant, ut lectorum commoneant erroris typographi signantis annum 1221. & martyres hos passos dicant anno integro à morte sancti Francisci. Probati sane, & graues utrumque testes, sed præponderare mihi videntur Breuiaria, & codex ille vetustus Theutonicus, vniuersaque ordinis Minorum consensus & constans assensus, qui quantumuis admonitus subesse in numeris errorem, non admisit neque correxit, sed semper in vnica huius ipsius anni martyrij persenerat sententia. Præfertim cum nullo solido fundamento conteriant probent Marcus aut Rodulphus, vel conjecturam quampliam probabilem afferant, ut suam libere assertam probent opinionem. Illinc fortasse iudicatum post mortem sancti Francisci missos hos martyres, quod ab Elia, qui primus post sanctum institutorem ordinem rexidicantur designati. At viuente etiam eodem sancto Patriarcha ei commissum ordinis regimen, & in historia martyrum lectionibusque Breuiarij dicitur sancti viri runc vices egisse; & etenim hoc anno iam secundo creatus est ab eodem viro Dei, ordinis supremus Rector, quantumuis viuente ipso sancto institutore fratres nunquam ei generalis ministri, sed vicarij nomen tribuerint.

octobr. Molanus ad dit. ad Mart. tyrol. Vlissipponen. Petrus Rodulphus, qui martyrium hoc referendum volunt ad annum 1227. Postiores tres, Robolledo, Marcus, & Rodulphus ita firmiter hoc asseuerant, ut lectorum commoneant erroris typographi signantis annum 1221. & martyres hos passos dicant anno integro à morte sancti Francisci. Probati sane, & graues utrumque testes, sed præponderare mihi videntur Breuiaria, & codex ille vetustus Theutonicus, vniuersaque ordinis Minorum consensus & constans assensus, qui quantumuis admonitus subesse in numeris errorem, non admisit neque correxit, sed semper in vnica huius ipsius anni martyrij persenerat sententia. Præfertim cum nullo solido fundamento conteriant probent Marcus aut Rodulphus, vel conjecturam quampliam probabilem afferant, ut suam libere assertam probent opinionem. Illinc fortasse iudicatum post mortem sancti Francisci missos hos martyres, quod ab Elia, qui primus post sanctum institutorem ordinem rexidicantur designati. At viuente etiam eodem sancto Patriarcha ei commissum ordinis regimen, & in historia martyrum lectionibusque Breuiarij dicitur sancti viri runc vices egisse; & etenim hoc anno iam secundo creatus est ab eodem viro Dei, ordinis supremus Rector, quantumuis viuente ipso sancto institutore fratres nunquam ei generalis ministri, sed vicarij nomen tribuerint.

Marianus 1.2. c. 1. Rebell. I p. 1. c. 19. Marc. lib. 5. c. 14. Rod. fol. 71. Hoc anno passos Septem in Mauritania Tingitana in ipsius freti Gaditani faucibus, vrbis munitissimæ & frequentissimæ, septem Franciscanos quorum nomina dabimus confessim scribunt Laurentius Surius, Ioannes Molanus & Caesar Baronius, non leue nec contemnendum sequuti testimonium Breuiarij Minorum, & antiqui Theutonicici codicis M. S. Vinea sancti Francisci inscripti, ex quo horum martyrum historiam reddidit Surius Latinam. His accedit vetustum Breuiarium Braccarensis Ecclesie hunc ipsum annum assignans. Sed tanti nominis testibus refragantur alii non spernendi, nimurum sanctus Antonius, Marianus Florentinus, Ludouicus Robolledo, Marcus Vlissipponen. Petrus Rodulphus, qui martyrium hoc referendum volunt ad annum 1227. Postiores tres, Robolledo, Marcus, & Rodulphus ita firmiter hoc asseuerant, ut lectorum commoneant erroris typographi signantis annum 1221. & martyres hos passos dicant anno integro à morte sancti Francisci. Probati sane, & graues utrumque testes, sed præponderare mihi videntur Breuiaria, & codex ille vetustus Theutonicus, vniuersaque ordinis Minorum consensus & constans assensus, qui quantumuis admonitus subesse in numeris errorem, non admisit neque correxit, sed semper in vnica huius ipsius anni martyrij persenerat sententia. Præfertim cum nullo solido fundamento conteriant probent Marcus aut Rodulphus, vel conjecturam quampliam probabilem afferant, ut suam libere assertam probent opinionem. Illinc fortasse iudicatum post mortem sancti Francisci missos hos martyres, quod ab Elia, qui primus post sanctum institutorem ordinem rexidicantur designati. At viuente etiam eodem sancto Patriarcha ei commissum ordinis regimen, & in historia martyrum lectionibusque Breuiarij dicitur sancti viri runc vices egisse; & etenim hoc anno iam secundo creatus est ab eodem viro Dei, ordinis supremus Rector, quantumuis viuente ipso sancto institutore fratres nunquam ei generalis ministri, sed vicarij nomen tribuerint.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

xxxvii. Hæc porro illorum nomina Daniel de Beluederio Calaber, & minister prouincie Cabibriz, ceterorum ductor & rector, Samuel Donulus : (Rodulpho Dannulus, Mariano Romulus) Leo Vgolinus, Nicolaus à Saxoferrato & Angelus, quem Pisanum putat Rodulphus, & eundem ipsum, qui missus est in Angliam minister : sed profecto errauit, nam anno praecedenti missus est ille ad Anglos, inter quos diutius versatus nonquam ab eis rediit, sed sancte inter eos ut supra diximus quieuit, & Matthæus Paris illi coxus sub anno 1232. eius studium pacis conciliandæ inter Regem & proceres regni commemorat. Demum non paruum in nomine discrimen, nam Angliæ ministro, non tam Angeli quam Agnelli ab historicis inditum nomen. Hi dum optimo, & aurea illa nascens ordinis tēpora feliciter, quasi quodam igneo motu, promicarent, martyrij desiderio flagrantes, & suorū consodalium, qui anno proxime elapsō passi sunt Marrochij, triumphū simulantes ad eandē carnificidam in holocaustum se oblaturos proficii statuerunt. Obteora eundi facultate à fratre Elia, & benedictione sancti Francisci in Tusciā peruenient. Hinc mari peruenient Terraconem, Hispaniæ Terraconensis ciuitatem, ex qua mutato consilio Septā versus transfretare decreuerūt. Praiuit Daniel cū tribus, naucleros renuente plures transuhere, qui cum Septam applicuissent socios expectantes, non curis laxati, vel soluti opere, sed salutis animarum solliciti Pisanis, Ianuenibus, & Massiliensibus mercatoribus, qui aderant, cum aliis Christianis prædicabant. Interim tres socij qui remanserant superuenerunt 3. Kalen. Octobris. Porro frater Daniel vir quidem discretus & sex alij spiritu ferventes salutem animarum totis viribus sicutientes, non timebant se morti exponere, ut animas Christo, cuius causam agebant, lucrifaccerent. Morabantur pauperes fratres cum reliquis, qui aderant, Christianis mercatoribus in vico extra mœnia prædictæ ciuitatis : (quia nulli Christianorum licebat eandem ingredi absque Saracenorum speciali facultate) expectantes quidnam de eis decerneretur.

xxxviii. Verum Christi amore ad martyrium incensi, diuinis præsidii se ad durum certamen præparate deliberarunt. Quare feria sexta de salute animæ inter se agentes die Sabbathi, confessione præmissa, sumptaque deuote Eucharistia, nocte imminentे eiusdem dicti post vesperas fecerunt mandatum Domini, lauentes sibi inuicem pedes, & dum fuerunt aliqualiter recreati, die Dominico summo mane, antequam homines deambularent per plateas, fratres in publicum exire, conspersi cinere capitibus, & Spiritus sancti robore conforeati, nomen Domini palam conclamabant dicentes : In nullo alio esse verā salutem, præter quā in Christo Iesu. Serino enim diuinus ardebat, quasi ignis, in cordibus singulorum, nec ulterius dilationem patiebantur. Satellites vero diaboli multis opprobriis & verberibus eos affecerunt, atque ira iniurias & liuore fœdatos, adduxerūt ad Regem, qui inaniter & effuse exultans, audito nomine Christi, & quod Mahometes tanquam desertus, & plane despexit à sanctis viris haberetur, efferrata in sanctos martyres uslatus immanitate, tonsos in orbem videns : capillos velut fatuos reputans, teterimo carcere & acerbis tormentis voluit eorum constantiam explorare. Quos vindictos catenis ferreis, metuque graviore concusso in vincula coniecit, ibiq; ad octo dies crudeliter seruatos detinuit, Mauris pugnis eos, & diversis tormentorum generibus affigentibus, sed hi animo optime constituti, capitis sui periculum pro aliorū salute negligebant, nihilque metuebant supplicij, quod scilicet deliberauerant pro nomine Christi vitam cum morte coenuntare.

Quid infra spatum illorum octo dierum eis contigerit, non fuit ex Christianis, qui possit referre; nulli dubium multa carceris incommoda, irrisiones, afflictiones, & verbera perpessos. Sed in medio tribulationum recordati sunt fratrum Christianorum, ad quos sequentes literas dederunt, inscriptas Domino Vgoni, maiori sacerdoti Genuensem, & duobus fratribus, quorum unus erat de ordine Minorum, alter vero ordinis Prædicatorum, qui venerant illis diebus se interioribus partibus Saracenorum. Tenor epistolæ hæc est.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra; qui præparauit Patriarchæ Abrahæ victimam holocausti. Qui etiam ex præcepto Domini de terra sua exiuit nesciens quo ieret, ideoque reputatum est ei ad iustitiam & amicus Dei appellatus. Sic ergo qui sapiens est, stultus fiat ut sit sapiens; quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Notum ergo sit vobis quod si Dominus Iesus Christus, qui passus est pro nobis, & qui dixit. Ite, & prædicare Euangelium omni creaturæ; ite &

Martyrum
nomina.
Rodulph.
fol. 73. M.
rian. citat.
Hist. mar.
M. S.

A Terra-
ce Sepul-
chre abru-

Comprehen-
duntur &
malus af-
ciuntur.

Epiſtolæ mar-
tyrum.

1. Cor. 1. 1.
Gen. 22. 1.
Genes. 11. 4.
Rom. 4. 1.
1. Cor. 3. 19.

Mar. 16. 15.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Luc. 11. 14. nolite timere eos, qui occidunt corpus. Item : Non est seruus maior domino suo : Si per-
Ioseph. 15. 10. seculi sunt me, & vos persequentur : duxerit vias nostras in semitis suis ad laudem eius,
& salutem fidelium, ad honorem Christianorum, & ad mortem & damnationem infide-
lium, sicut Apostolus ait : Christi bonus odor sumus : Aliis odor vita in vitam, aliis odor
Ioseph. 15. 24. mortis in mortem. Nam si non venissem (ait Christus) & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato, laudabimus eum in sempiternum. Igitur nuntiatum fuit ante Regem nomen Christi & confessum
Act. 4. 12. 1. Tim. 1. 17. per nos, quod non est in alio vera salus, & probatum per veras rationes mediante interprete coram sapientibus eius. Regi ergo saeculorum immortali & inuisibili soli Deo honor, & gloria in secula saeculorum Amen. Valete.]*

*Perfunditur luce ca-
lefacta.
Spectator re-
gum Regis.*

Dum itaque detinerentur in carcere, per rimulas obseruabat aliquando iudex Arbal-
dus quid inter se colloquerentur, aut agerent, viditque eos catenis solutos, insueto nitore
splendentes, luxuria ingenti perfusos, cantiones laudesque diuinias celebrare, carceremque
ipsum alias tenebricolum, modo clarissima luce collistratum perspexit. Quo spectaculo
vehementius Rex indignatus sexto idus Octobris, coram se presentati iussit, eisque in-
gentes diuitias & preciosa munera obtulit, si neglecto Christo Mahomethem sequeren-
tur. At illi intrepidi ad tribunal Regis sistentes, nullaque de se timoris indicia pra-
bentes, perinde ac si victoria esset promissa dicebant : Nihil est quod minus desidere-
mus ; diuitias perpetuas præstare nemo potest : hic aduenient sumus, & peregrini, pa-
triā cœlestē per varios casus, & mille rerum discrimina petimus. Stultus admo-
dum ille est, & parum humanæ conditionis memor, qui commorationis, & non diuer-
soriū potius, sedem hanc terrestrem putet ; eo redeundum est, vnde venimus : circularis
est ista peregrinatio, ac nos eodem refert. Qui dolet hoc zvum esse breue, & tam cito fi-
niri, dolet quod non, & suam nobis Deus immortalitatem participauerit. Qui animum
ad cœlestia tollunt, & mente purgata ibi diversantur, dignantur has tenebras, ac te-
rrimi carceris sicutum, & tanquam de duro ergastulo crumpere cupiunt. Hæc Saraceni
audientes inter se consilium inierunt, sigillatim eos examinant seorsum adductos, mul-
taque eis pollicentur si fieri velint Saraceni, fin minus eos capitali sententia plebendos.
Sed illi intrepidi dicebant : Nonne amoz mentis ille est, qui auro plumbum præfert, &
luci tenebras ? Ne in qui sapiat, in ea vrbe manendū ducit, in qua virtuti non adfinc præ-
mia ; retrahatis ergo vos ab erroribus & abiecta falsa religione Dominum vestrum co-
gnoscatis, Deum nostrum, communem omnium parentem, cuius nec virtus æstimari
potest, nec magnitudo perspici, nec principium comprehendendi. Nos scimus & te ipsa ex-
perimus hanc vitam ætrumnosam, & curarum plenam, tot casibus & periculis expeditam
nihil stabilis, nihilque certi habere. Contrà vero altera vita sedes est æterna, quæ, quod
semel dederit, nihil auferit, non est obnoxia varietati, discriminique, sed perpetua viget
felicitate. Vos damna, vos iacturam arbitramini esse, quod lucrum est ingens, hinc no-
bis paratum est iter ad felicitatem. Quis ergo terror ? quod supplicium potest nos de-
turbare ?

Tunc quidam ferus gladiator furore accensus, ense percussit caput Danielis aliorum XL.
fratrum ministri, qui cum staret intrepidus, alter Saracenus cœpit ipsum cohortari di-
cens : Quare præsentis vita dulcedinem perdere vultis ? suscipite fidem & legem Ma-
hometis, ut vitam & honorem in vita habeatis. Cui Daniel ait : Inueterate dierum majo-
rum perdite audacie quamdiu in errore satanæ decipieris ? Mahomethes tuus quem
tanti facis, & quotquot eum sequuntur, sunt ministri satanæ. Alcoranus vester, est me-
rum figmentum, tu ergo potius convertere ad fidem nostram Catholicam, nec patiaris
diocius tam perniciose mendacio illudi. Quibus verbis teli qui frates vehementius accéssū
ad pedes Danielis ministri prolapsi, cum lachrymis dixerunt : Gratias agimus Deo, & tibi
pater, quod ad martyrij suscipiendā coronā perdusti sumus. Animæ nostræ tuā sequentur
pater, benedic nobis, & morere nos libenter tecū mortem subibimus, nec propterea fran-
geatur tantis incōmodis agitati, post tempestatē speramus serenitatem, cito finietur bel-
lum, & pax aderit perpetua. At ille vir sanctus amplexans singulos, & pie admodum exof-
culans, eis bene precatus est, omnésq; confortans, ita ait : Gaudemus omnes in Domino
diem festū celebrantes ; ad sunt enim nobis Angeli, cœli ianua patet nobis, & hoc ipso die
pariter accipiemus martyrij coronā séper duraturā. Rex iratus pro suz potestatis furore,
visu corū conflātā fixiens in ipsorū perniciē, eos morti adiudicauit. Tunc satellites Regis
in securum

ANNO CHRISTI. 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. II.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
------------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

minarum atrocitate commotis, vestibus spoliatis in publicum educunt opprobrium, & vincitis à tergo manibus præcincte tuba ducunt ad supplicium. Iabant autem illi summi pergaudentes, Dominum cum ingenti alacritate laudantes, ac si essent ad opiparum invitati conuiuum. Vbi autem ad supplicij locum ventum est, submiserunt cervices suas & Domino animas suas. commendantes capitis amputatione beatissimas animas per martyrij triumphum Domino tradiderunt. Sacra autem illa capita communica sunt, & corpora misere discerpta à pueris & Saracenis.

XLII. Christianis autem summa curæ fuit, ne inhumerata, & omnino neglecta iacerent.

Quare Genuenses, Massilienses, & Pisani Mercatores, illorum reliquias pro maiori parte diuinitus colligentes, in Alfonsega (quam Rodulphus villam seu vicum putat, verius dixisset reconditorum mercium venalium) Massiliensem commode & secreto condiderunt. Demum in vico Genuensem tumularunt, post aliquot deinde annos in Ecclesiam sanctæ Mariæ apud Marochios translataz, maximis coruscabant miraculis, & nocturno splendore ipsis Saracenis conspicientibus, admirandum in modum resulgebant.

Aliquandiu post eas doно accepisse, & in Hispaniam translatiss filium quendam Regis Lusitaniz asserit Rodulphus, nec non Marianus, Surius, Breuiarium Minorum, & martyrologium Francisci Maurolici: Marcus vero Lusitanus genere, nihil huius rei meminir,

imo adhuc Septz seruari, & coli scribit. Rebollo rem dubiam putat, dum non refertur vbi sacras reliquias Infans condiderit. Hoc sane me anticipé diu tenuit in Lusitania, dum certum nullum sacrorum martyrum in illo regno vestigium deprehenderim, & ob inde iudicauerim, quod de martyribus Marochij, per Septam traductis ab Infante Lusitano,

refertur, de his Septz etiam, uno dumtaxat interlabente anno passis, eiusdē professionis, viris, & equi vocè assuerari. Sed aliunde nō audeo fidem eorū probatis authoribus & legendis eorum, in grauissimo ordinis conuentu seu comitiis ut statim dicemus, probatz, denegare. Neque omnino horum eneruat testimonium, quod reliquæ certo & patulo non ostendantur loco, fortasse thesaurum voluit Deus absconditum, neq; omnium patulum conspectui. Multæ sunt huiusmodi præcipuorum Ecclesiaz Principum, & martyrum sacræ exuviae adhuc suis latibulis reconditæ; aliae multa diligentia, & reverentia effossæ, variis temporum eventibus intercidunt & evanescunt. Præterquam quod horum martyrum memoriam impense coli acceperim in quibusdam Ecclesiis regionis Interamnen-<sup>vbi iaceant
corpora.</sup> ti in Lusitania, & in prima eiusdem regionis & regni æde Brauarense, multis annis proprium illorum celebretur officium. Non iwanis hinc fiet coniectura, quod alicubi in illo tractu, vel in ipso illo primævo delubro inter frequentes & celeberrimas reliquias recon-
<sup>Marc. cit. c.
14.
Roboll. c. 60</sup>dunetur incognitæ.

XLIII. Horum meritis multa Deum efficisse miracula citati commemorant authores, atque hinc tantum honoris & gloriae adeptos, ut crescente in dies magis magisque illorum veneratione, vulgus eos in summa reverentia habuerit, eorumque imagines in templis reponens, quotannis solemnitatem illorum celebrauerit. Quod animaducentes Franciscani, cum ipsis nullam eorum commemorationem facerent (quod ramen minime eos deceret, ut pie taxat Surius, adeo illorum fidei & honoris ipsos esse immēniores, & incuriosos) an. 1516. à Leone decimo summo Pontifice impetrarunt, ut liceret ipsis quotannis nono die Octobris infra octauas S. Francisci solēnes ferias de his martyribus agere, quemadmodum fit de aliis quinque supra relatis martyribus Marochianis. Libenter assensit Pontifex, hosq; septem sanctos fratres in martyrum numerum retulit, eorumque festum celebrandum instituit ipsis feriis sancti Dionisijs, quod tunc lectiones supersint, quæ ex beati Francisci vita recitantur. Publicatū isthuc eodem anno Rothomagi in capitulo generali fratum de Observantia, & deinde in comitiis Burgensis an. 1523. Demum in capitulo seu congregacione generali Assisijs apud sanctam Mariam de Angelis celebrata an. 1526. I.ecta fuit approbata, & pro uniuerso ordine acceptata eorū legenda, ut refertur in actis capitularibus, in illius temporis regesto Cismontano, quod apud me habeo M. S. in membrano. Postea statutum est ut illorum festivitas differretur in diem 13. Octobris, licet triumphantem, ne celebrarentur infra octauam S. Francisci, ob quam etiam rationem antea translatum fuit festum S. Dionisijs in diem duodecimum proximum scilicet diei octauæ S. Francisci. Celebris est illorum memoria apud graues & probatos authores, & in omnibus quæ circumferuntur martyrologiis, eorum nomina recensentur vel sexto, vel tertio idus Octobris. Quando in Romano reposita sunt, non plane cōstat, in vetustis enim quæ

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO' 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

m̄hi suppetunt martyrologiis M.S.S. eorum colitur memoria, sed impressis annis 1507 & 1566. opera Alexandri Pelegrii nulla eorum mentio habetur: fortasse in noua correptione Breuiarij & librorum ritualium sub Pio Quinto pro vniuersis Ecclesiis eorum adacta vel inserta nomina sacris tabulis Ecclesiæ.

Regestum Honor. j. an. 5. epist. 504. Ad multas partes misericordiarum Praedicatorum. Non solum hi septem ad infideles hoc anno missi, verum & alii plures, scripsit enim XLIV. Honorius Pontifex epistolam ad vniuersos ferme Europæ Episcopos, ut ad se destinarent ex singulis prouinciis quatuor, vel ad minimum duos viræ integritate probatos, & doctrina sufficienter instructos, per quos posset fidei lumen transfundere Gentilibus & Saracenis, quorum salutem & conuersionem summopere cupiebat. Potiori ex parte tunc missi fratres Prædicatores & Minores, qui summo animatum zelo pericula quæcumque contemnentes, constanter vbiq; fidem Christianam disseminarunt.

Hoc anno, Balneoregio Etruræ ciuitate, non procul à monte Piscono, vetustissima, XLV. olim Rhoda in edito Regis Desiderij, Plinio Nouempagi, Volaterano Pagideccm dicta, lib. 1. quasi ex totidem conflata primum coosurgeret: natus est summo nostro bono & vniuersitatem Ecclesiæ splendori S. Bonaventura Ioanne Fidantio patre, & Ritelia matre, p̄is ac nobilibus parentibus. Quos non adeo re familiari, vt quidam volunt, destitutos pro Galeſio. in hac Petrus Galeſius, ex ipsis eorum ædibus, quarum ea sit amplitudo, vt in capa- vita S. Bon. cissimam & honorificam eas transformaret Ecclesiæ, ipsi Bonaventuræ sacram, Antonius Puccius S. R. E. Cardinalis. In Baptismo inditum paternum nomen Ioannis, quod in Bonaventuræ postea mutatum, quo vocabulo Franciscus ab omni laude felicem fore, adhuc puerulo diuina præsensione prædixerat. Nam cum quadriennis langueret ad mortem, neque spes illa, aut medicorum remedium supereret, pia mater precibus & meritis Franciſ. tunc in Italia celeberrimi, vota sua & puerum commendauit, vocem. s. de S. uens si sanum reciperet, adolescentem eidem restitueret initiandum. Miserentem sœminam consolatus vir sanctus pro filio orauit, & impetravit, vt repente sanus exiliret quo Pelbart. à Teme. scim. s. de S. Bonau. Maria. c. 20. De eius no- mine. Deinceps ei hoc nomen adhuc sit neque tamen Ioannis omnino reiecit, nam in quibusdam eius codicibus ita inscriptum: frater Ioannes Bonaventura. Ioannes Gerson, Eu- stachium Bonaventuram nominatum putat, alij Eustathium, alij Eutychium, sed cum omnia Deo iuuante bene fœliciterque ei euenirent, factum est vt frequentius Bonaventura à latinis & Italischis, & a Græcis Eutychius, quod eadem habet nominis proprietatem, nuncuparetur. Quod vero alij Eustachium dixerint, affertunt plerique rationem, quod in omni disputatione, quam Lugduni cum Græcis habuerat, cum doctrinæ veritatem & disciplinæ grauitatem perpetua constantia seruasset, propterea Græcæ à pluribus Eustachij nomen affixum, falluntur sane, qui huic sancto viro Bonaventuræ nomen omnium primo inditum suspicantur. Aliorum enim historiæ meminerunt huius nominis virorum. Hoc nomen illius vici Senensis, Francisco familiaris, & Minoribus propensis, qui velut infra referemus, eisdem struxit habitaculum. Ita etiam appellatus diaconus Cardinalis S. Angeli creatus ab Innocentio tertio anno 1211. multis legationibus functus sub Honorio III. & Episcopus Portuensis à Gregorio IX. designatus. Similiter nuncupati plures alij, hoc nostro Bonaventura priores. Illius porro vitam, virtutes & facta auspicabimur ab eius in ordinem Minorum ingressu.

Anno 1226. n. i. Histor. Lan. c. 17. Jacob Mgr. c. 1. Meyerus in annal. Flad. ad an. 1221. Celebrantur nuptia B. Elizabetha. Nuptia picta Hoc item anno celebratas nuptias inter B. Elizabetham & Ludouicum Lantgravium XLVI. Thuringiz; scribit author historiæ de Lantgraviis tomo 1. historiarum Germanicarum, quas apparatu magnifico fieri curauit Princeps, ut blaterones & sanctissimæ fœminæ æmulos mendacij conuinceret, qui principis animum ab ea alienum volebant, carmine ad patrem remittendam dicebant, quippe quod dotem impariem nuptiis tanti principis, ut illi garriebant, attulerit. At ille hoc ultimo & indissolubili amoris vinculo se in virginem non opes, non pulchritudinem, non generis excellentiam, sed honestissimum morum integratatem, præstantiamque viræ desiderasse, declarauit. Quartu decimum agebat Elizabetha annum, quando matrimonij leges subiuit, propter quas nihil defervoris pristini remisit intentione: sed insuper auxit in dies, accumulauitque studia bonarum actionum. Enimvero animum contemplatione cœlestium rerum pascebat, corpusculum vigiliis, precibus, ieiuniis exercebat. Exhortare etiamnum se penumero solebat plumei lecti male blandam mollitatem, verita ne carni plus iusto indulgens, Christi amore fieret indigna. Ob id noctu, deserto principis acubitu, ipso vel quiescente, vel dissimu-

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

lante vel etiam palam consentiente, maturius exsurgere, precibus operam date, ac semet suaque omnia Deo commendare solita erat. Adeò quoque nocturnæ huic prectioni principem fuisse constat, ut per se manu sua genibus intretem sustentauerit, quoad preces illa finiret; subinde admonens deprecantem, caueret, ne vigiliarum prolixitate macerato corpusculo capitis ac sensuum viuacitatem exhaustaret.

XLVII Porro ne grauiori somno depressa, religiosum precandi morem negligeret: pedis-
quas mulier sancta monuerat, dormientem se excitarent. Hoc ut quam cautissime fie-
ser, Principemque productiores laterent excubiz, iisdem praeceperat, pedum digitos le-
nitacu tamdiu attraherent, donec ex parte sentirent. Quod dum vna illarum Iun-
tridis nomine, incertius per cæcæ noctis tenebras attinet, casu pedem attraxit Pri-
ncipis: qui ex parte factus, & rem ut erat, intelligens: pro cognita vxoris consuetudine,
hædquaquam moleste tulit expurgificantis imprudentiam. Tanto autem seruore no-
cturnam hanc deprecandi assumptionem devotionem, ut si quis sit pro lecto super
stratos humi tapetes deprehensa dormire: de quo ab ancillis reprehensa, verentibus eam
asperitatem male aliquando cessuram, respondit, duplex ea castigatione lucrum sibi pro-
uenire, quod lecti mollietem posshaberet, quod virili contactu abstineret: ita enim va-
cuam carnalibus deliciis mentem, cœlestibus facilius aptari. Querebatur interdum in-
dignorem se se fuisse, quam ut suam Christo virginitatem dedicaret: nec tam ob hoc
segniore maritum dilectione prosecuta est; à quo etiam aliquo proficidente, non facile
abesse patiebatur; quamvis tellus, aut gelu inhorresceret, aut diuibus tegetur, aut im-
modicis caloribus fatisceret, aut imbrum precipiti lapsu maderet. Nimirum dixerat, il-
lo præsenz tam in vigiliis, quam in precibus nihil se damni facere. Arctiori deinde se-
met observationi dedens, sexto quoque hebdomadis die virginum flagellis in tenerum
corpus animaduertebat. Itidem in quadragesima ac interdum noctu, cum ad precandum
surrexisset, ancillarum agebarut ministerio; cum interea dolorem ipsa veluti non sentiens
alacritate mirabiliter dissimularet;

XLVIII Hoc anno sanctissimus Pater noster dominicus quinquagesimo primo suæ ætatis, Bononiarum terram cælo commutauit, introiuitque splendido euctus throno in potentias Mors sancti
Domini agentis perpetui pro Ecclesia Dei laboris, & quanto sanctissime virtutis transactæ p. n. Domi-
præmiū reportaturus. Incidit mors eius in nonas Augusti hora eius dies sexta, anno quin-
to à confinato sanctissimo, & præclarissimo suo instituto. Viuens singulari sua sanctitate
operum prodigiis & consolatiui subsidio imminentis occurrit mundi ruine, & perdi-
torum hominum mores longe lateque reformatum. Mirum quā ubique non solum suæ
patriz viroculum, verum & Gallorum, Italorumque ac aliorum quorumcumque ubi con-
ciliabat affectum, quo vellel animos flectens, & sui iuris efficiens. Præter sanctitatem iu-
nit concilijorum hominum energia, & singularis dicendi virtus, nec non virginicus Eius plenar-
decor & sacra maiestas in vultu. Eius porro corporis delineamenta, ita una vel altera ex nomia.
antiquis nostris legendis describunt. [Erat statura mediocris, & qualis corpore, tenacitate
agilis, facie pulchra, & rubicunda barba, & capillis subrufus & decorus aspectu. De
fronte eius & superciliis splendor quidam radiosus micabat, qui omnibus venerabilem
reddebat. Religiosam præ se semper cerebat iætitiam & hilaritatem, nisi quando ex natu-
rali compassioni egenis commiseretur, manus habebat longas, vocem claram, & so-
noram. Nihil capitum caluum, sed integre cincinnum in orbem & qualiter habebat, paucis
canis respersum.]

XLIX. In eadem ciuitate, eodemque anno inchoata ait Leander Albertus Ecclesiam san-
cti Francisci, tunc Annunciationis virginis Maris dictam, & magnis temporis decursu
sumptibus ad summum deductam, quam ex magnitudine & opere magnifice extollit,
comparatque prius totius Italizæ ædificiis.

L. In ciuitate Valenceiarum comitatus Hannoniarum extructum hoc anno humile Mino-
ruin domicilium, advenientibus illuc sex fratribus à B. Pacifico Franciæ ministro desig-
natis, videlicet fratre Guilielmo ceterorum præfecto, fratre Iacobo Sportulario, ita dicto
à Sportulio, quas quotidie viquis lucrandi & ocij fugiendi causa, gnauiter conficiebat,
cum aliqui esset natalicio clarus & in seculo illustris, vocatus Alphonius à Baionna. *cen.*
Tertius frater Ioannes le Rastier, ita Gallicè nuncupatus, eo quod crater vitineas &
stramineas optime contexebat, vir ante religionis ingressum etiam nobilis & clarus, ap-
pellatus Iodocus à Martenis, qui cum Serenissima Ioana Constantinopolitana, circa an-

*Prae excubia
nocturna.*

*Virginicas
voto fuit.*

*Virginis
se-
dit.*

*Eius plenar-
nomia.*

Lege. antiq.

Lege. Greg.

"

Lege. antiq.

ANNO CHRISTI 1221.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Meyer. ad ann. 1217. Flandriam, Ferdinando principe, Ioann^z coniuge, in potestate Philippi Regis Gallie captivo, teste Meyer, administravit. Ceterorum trium nomina non occurunt. Porro hoc an. 1215. vt scribit Gózaga, fundatum hoc monasteriu[m] ex eo probatur, quod nec illo anno, nec duobus sequentibus in Belgij peruenient Franciscani, & struttum dicar Ferreolus Locrius sedente in Pontificatu[m] Arrebatensi Pontio Episcopo, cuius assumptio ex Archidiaconatu Arrebatensi incidit in annum 1220. Ego facile putarim errorem in numeros irreplisse, debuisseque recenseri apud Gonzagam annum 1219. ita enim indicant quz adiungit de Francisci conuersione, quam duodecim annis ante huius conuentus strukturam contigisse assert: neque ea quz de eius morte, quā post annis octo contigisse commemorat, possunt coh[er]ere cum prima numerandi ratione an. 1215. Exstructum autē fratribus domicilium extra portam ciuitatis prope facellum diuo Bartholomeo sacrum, in quo loco adeo sancte vixerunt, vt multos suz pietatis exēplo ad suum allegerint contubernium. Inter hos fuerunt pr̄cipui Iacobus Syluester Decanus Arrebaten. qui fratres omnes hospitio in suis zibis excipiebat, & gubernator Valencenarū, etconomus Ioann^z principis. Tādem quibusdam elapsis annis, Ferdinandus libertate donatus, de consensu piissim^m suz coniugis intra urbem roeniam in arce sua, quz fere in media vrbe sita erat, nō procul à ripa Scaldis fluuij, monasteriu[m] fratribus construi pr̄cepit regali munificentia & magnificantia, quod & hodiē ipsa structura, tametsi vetustior, abunde testatur. Tane[n]s enim erat noui monasterij apparatus, tantaque zedificiorum maiestas, quod fratres illi, qui elegerant abieeti esse in domo Domini, & in paupertate & humilitate pauperem & humilem Christum imitari, renuerint in eisdē habitare. Quod vbi nobilis & pia Comitissa resciuit, scriptis ad summum Pontificem, simul etiā literas dedidit ad B. Franciscū, tum adhuc inter mortales agentem, quibus pium suum desiderium appetiebat, vtque fratribus liceret pr̄dictum monasterium incolere postulabat. Quod etiam impetravit, nam confessim fr. Elias tunc temporis ordinis Vicarius, literas ad fratres Valencen. sancti Bartholomzi sic vocatos à loco prioris monasterij, misit, quibus pr̄cipiebat vt in nomine Domini, nouum monasterium relicto priori intrarent, & deinceps incolerent, sicutque sancta voluntati Comitissae factum fuit satis.

Commenda-
tor piei
Ioanna Co-
mitis Fland-
riae.

Tanta fuit huius nobilissim^m sc̄minaz in D. Francisci ordinem charitas & animi propensio, vt non tantum hunc conuentum, sed etiam Gandavī, Brugis Flandrorum, Alde[n]ardi, & in aliis plerisque locis suz dictionis monasteria propriis suis sumptibus extrui mandauerit. Insper & cuiilibet fratri in suo dominio commoranti annuatim tunicam vnam cum caputio, & aliam sine caputio, quamdiu vixit, doderit. Extant multa alia benevolentia & charitatis eius pr̄clara exempla in Aonalibus Hannoniæ, quz longum esset singulatim recensere. In pr̄dicto autem Valencenarum conuento plurima sunt nobilissimorum sepulchra. In choto iacent Serenissimi Comites Flandriæ & Hannoniæ in marmoreis & deauratis miro artificio monumentis. Comites etiam Palatini Hollandiæ & Frisiæ, Comites Namurci, Comites Bleenses, & multi alij nobiles & illustres viri, vt vel hinc appareat quam insignis fuerit hic conuentus ante recentes heretico[r]um irruptiones in ciuitatem, qui nec principum sepulchrīs pepercérunt, inter busta thesauros requirentes, & incolis fratribus grauia damna, & persecutio[n]es multas inferentes.

A R G U M E N T V M.

Rome familiaritatē iniit Franciscus cum magnifice Domino Mattheo de Rubeis familie ursinorum viro principe, cuius filio infantulo predicit Pontificatum, qui mox in Sede Petri renunciatus est Nicolaus 3. Perrecturus in regnum Neapolitanum iniuit specum S. Benedicti, conueritque dometa quibus sacer ille Patriarcha se volvans in rosetum. Casete, Capne, Penne, & ubique per regnum Neapolitanum mirabilia operata, plurima obtinuit domicilia. Reuersus in Umbriam admisit in societatem Beneuenium Eugubinum. In Germania, Suctia regni Aquilonaribus magnum agit ordo

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Ordo progressum. Parisius initiarur Alexander Halesius, & S. Antonius ad presbyterium assumptus Bononiae primo sacrum facit, missus deinde Vercellae ut studeret, denum in Gallia & Italie precipua loca ut diceret. Pontifex ordinem gratias afficit, & multiplicantur ubique monasteria.

- I. **E**CCE VIT hoc anno ineunte Franciscus Terræ laboris, Apuliæ, & Calabriæ Leg. Greg. regiones peragrare, quare Assisio Romam veniens per Tuscaniâ, urbem Phalil- Rodulp. fo. corum Etruscorum ad dextram lacus Volsinij, ditionis Pontificiæ, receptus est hospitio 259. in cu- à quadam equite, cuius filius vnicus veroque pede claudicabat, & toto corpore dolebat. stio. I. Vice b. Oravit instanter pro filio pater, & licet reluctaretur Franciscus, se indignum assertens, Franc. ciau- quem Deus pro aliis rogantem audiret, vixius tandem sui hospitis precibus importunis, dum sanar. manuum impositione & crucis benedictione spicati redditum infantulū, protinus ele- uauit in pedes erectum ad magnum circumstantium stuporem.
- II. Romam ut appulit, familiaritatem & amicitiam inicit cum nobili viro Matthæo de Chron. 24. Rubeis antiquæ & potentis familie Vrsinorum magnate. Inuitatus ab eo ad prandium genet. dum ultra assuetam hotam expectaret herpis aduestum, darenturque esculenta de mo- Mariæ et. 20. re pauperibus, qui statim à meridie ad nobilis viri ianuam conueniebant, quotidie ele- Matthæus et. mosynas acceperunt, Franciscus se illis caute immiscerit, stipendiumque recepit. Ipsò hoc tem- pauperi-ribus. pore domum rediens Matthæus, statim interrogauit: quid aëtum de fratre Frâcisco? Quo non apparente iurauit se non transiit, nisi Franciscum haberet commensalem. Dum itaque domesticum undequaque inuestigarent, ex fenestra prospiciens ipse Matthæus pauperibus in atrio assidentem detexit. Loris itaque manibus descendit, & prope Dei Matthæi de virum sedit in terra, dicensfrater Franciscus, quia tu non vis prandere mecum, ego Rubei era prandebo tecum: quod & fecit, pie exhilaratus, videns se annumeratum pauperibus Franc. deu- Christi. Audiens vero incepit à Francisco tertium pro secularibus & conjugatis in- no. stitutum, petiit ab eo sibi donari vestem & instrui in exercendis pietatis officiis. Tanti viri authoritas magnam addidit nouo sodalito, & ad eius exemplum plures se eidem ad- scripsierunt.
- III. Fuit huic heroi filius parvulus, nomine Ioannes, quem Franciso tulerit, ut benedi- Filium nasci- ceretur. Accepto in vlnas vir sanctus benedixit, & patris predixit suæ familie summam prædicti Fr. I. gloriæ infantulum aduestum, sumnumque Ecclesiæ Pontificem futurum. Deinde futurum vultum ad puerum convertens, tanquam multæ rationis capacem, serio & blande allo- Pontificem. quutus est, rogauitque, ut suæ religioni vellet esse propius. Deinde reddens patri filio- lum inquit: Non erit nostri sodalitij frater, sed protector, non erit filius, sed pater, sub cuius umbra nostri vivent, & latabuntur. Multa contemplor bona nostra in infantulo, & in parvulis manibus magna nobis recondita beneficia. Ad hæc vaticinia pater obstu- puit & gauisus est, sed tunc magis, quando completa perspexit, & filium in Petri cathe- drâ constitutum, Nicolaum tertium renunciatum, qui qualia & quanta in Minores ef- fuderit beneficia, sub eius Pontificatu constabit. Usque ad illud tempus pater conserua- uit verba Francisci in corde suo, nec ulli detexit, donec ea vidit opere completa.
- IV. Eo tempore agnicolum in urbe secum habebat, ob reuerentiam illius mitissimi agni, Bosco. c. B. quem nobili matronæ, Dominæ scilicet Iacobæ de Septem solis, in suo recessu conser- Lege. antiqu. vandum commisit. Agnus vero quasi in spiritualibus eruditus à sancto, dominæ ad Ec- Agnicolum doceat Fr. I. clesiam eundi, stanti & reuerenti societate inseparabili cohærebat; si matutinali hora do- piasatem. inina tardaret exsurgere: agnus impellebat eam corniculis, & balatibus excitabat, gesti- bus adhortans, & nutibus, ut ad Ecclesiam properaret. Propter quod, agnus Fran- cisci discipulus, devotionis iam magister effectus, ut mirabilis & amabilis à dominâ ser- uabatur.
- V. Ab urbe recedens in Regnum Parthenopœum, sancti Benedicti specum voluit visitare, Invisus cor- cuius rei præter constantem traditionem, quæ habetur in sacri specus, & sanctæ Scholastice p. S. Benet- Sublacensis cænobiosis, apparet adhuc vestigium in sacello sanctorum Angelorum, & sancti dicti. Gregorij à Gregorio nono consecrato, vbi à dextris altaris idem benignus Francisci fau- tor & amicus Gregorius depictus est; à sinistris autem Franciscus, schedam manu tenens exaratis his verbis. Pax huius domus, quibus semper domum quamcumque ingredens, in- colas salutabat. Sacellum hoc supereminet illi hortulo, seu viridario, in quo sanctus Be- neditus

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

benedictus molestum carnis incitamentum spinarum cruento superavit volutabro. Dignæ autem lanqæ rei contemplatione Franciscus immersus sanctiratoque insignem magni secum exp̄edens Patriarchæ, qui tam duro & diro sibi succurrat remedio, dumeta attredans & exosculans demum signo crucis afficiens, in rosarium pulcherrimum diuina vertit virtute. Quo factum est ut deinceps ille locus in maiori haberetur reverentia, & rosetum vtriusque Patriarchæ religione sacratum, miræ virtutis rosas producat, quæ multam vbiique infirmatum medelam attulerunt. Cœlestem hanc metamorphosin per belle & docte quidam eruditus poëta hoc carmine depinxit.

*Virgineum sepius florem Benedictus acutæ
Vepribus & proprij rore crux alit,
Hinc dumeta nouas tanto fœunda liquore,
Franciscique manus culta tulere rosas.
Falsa quidem roseo cecinere è germine vates
Sed latuit falso carmine vera fides
Scire capis roses flos ex eas unde padoru
Sola rosas posuiss gignere puncula Venus.*

Bonau. e. it. *Caietana prædicata na-
menda per
se à terra
recedente.* Hinc vbiique per obvia loca sacrum verbi Dei semen diffundens, peruenit Caietam, ylita, vt probabilior fert opinio, ab Ænea nutrice dictam, yrbem in Latio munificissimam, portu celeberrimam. Dum hic prædicaret in littore maris, turbis præ deuotione ruentibus, vt eum contigerent: horrens Christi seruus tantum populorum applausum, in vnam hærentem lictori nauiculam proslivit solus. Illa vero tanquam si rationis particeps, motore moueretur intrinseco, sine aliquo remige cernentibus & mirantibus cunctis, se longius à terra protraxit. Cum autem aliquanto spatio in maris altitudinem secessisset; stetit inter fluctus immobilis, quamdiu vir sanctus turbis expellantibus in litore prædicauit. Cumque audito sermone, & viso miraculo, ac benedictione accepta multitudo recederet, ne ipsum amplius molestaret: nauicula proprio ductu ad terram reuersa est. Quis igitur tam obstinatæ mentis esset & impie vt prædicationem Francisci contemneret, cuius miranda siebat virtute, vt etiam inanimata corpora tanquam animata prædicanti seruitent? Aderat equidem seruo suo Francisco ad quæcumque petgeret, is qui eum vñxerat, & miserat Spiritus Domini, & ipse Dei virtus & sapientia Christus, vt sanz doctrinæ verbis afflueret, & magnæ potentiaz miraculis corulcatet.

I. Cor. 1. v. 14. Admirantes Caietani Dei virtutem in homine, rogauerunt vt aliquantis per apud se yll. hæretet, & sodalibus habitaculum extrui permitteret. Eorum precibus acquieuit vir sanctus, & statim manus operi admora, incepturnque longiusculæ ab hominum commercio in montis latere, sed intra ciuitatis mœnia monasterium. At in structura Ecclesiæ mirantes cuenit; nam faber quidam lignarius dum incautus sub ipsa contignatione versaretur, à ruente trabe opprimitur extinguiturque, & in domum suam omnino exanimis, vt inde ferretur ad sepulchrum, à cooperatiis portatur. Aberat tunc Francisco à ciuitate, sed auditu miserando calu festinus reuertitur, occurritque in montis declivio, non longe à noua fabrica, cadaveri feretro imposito, & funebri hominum multitudini. Deponi mortuum iussit in terra, apprehensa que manu veluti dormientem excitaret signo crucis munitum vocavit ex nomine, & exsurgere præcepit. Statim reuixit mortuus & ad incepturn opus prosequendum cum viro Dei redit ad Ecclesiam. Ita loci incolæ miraculum hoc mihi reculerunt an. 1623 Neapoli Romam redeunti, confirmaruntque ostenso mihi in illo declivio parvulo facello ad rei memoriam extructo, & lapide marmoreo subtritus trabem è muro exiliente illo loco, è quo in hominis decidit interitum. Alter ramen res hæc narratur in fine legendæ à diu Bonaventura conscriptæ inter miracula certæ classis, innuiturque Franciscum iam vita excessisse, fortasse aliud ab hoc est illud miraculum, & in quibusdam confunduntur ab eo, qui seriem illam miraculorum vel ad junxit historiz Bonaventuræ, vel auxit.

*Caietana mor-
num refus-
cere.*

Valde locum hunc dilexit Francisco, tum quia paupertati conformis, tum quia ab VIII. hominum frequentia semotus, contemplationi erat opportunus, sensit in eo carnis molestias, quas vt valide excuteret, in densas, & pungentes spinas se volutauit. Eodem tempore excusa carnis titillatio, & expuncta dumeta, decidentibus vndique spinis, à quo tempore moliba omnino, lenia & tractabilia perpetuo miraculo virentia se omnibus præbent. Palpauit ipse, attredauit, vndique lustrauit, nec in vacciniorum arbustis his, spinam vllam

ANNO CHRISTI. 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 12.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 15.
------------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

villam potui detegere. Transplantati multis in locis Italiz dumeti huius ramusculi, sed eiusdem & mollis vnde natura, extabat adhuc truncus malus inedicè à viro sancto plantata, quæ præ nimia deuotione ab aduentantibus decorticata, omnino denudata perierat. Ecclesia à Francisco fundata militi prælidiario Hispano modo deseruit, ut confraternitatis S. Iacobi munia inibi possint obire. Inferius alia est atropla & capacissima, quam à Carolo II. vtriusque Siciliæ Rege, sancti Ludouici fratre extructam ann. 1244. assentit Gonzag. Gonzaga. At non frater, sed pater hic Ludouici, quem etiam Neapolitan regni scriptores laudant à pietate, & ab extructis multis monasteriis & Ecclesiis. In huius ædis facello, Tenuit 1: Collenut. s. compedi. Tho. Cali lib. 1. Apol. Durans fan. plororum suis. Quo tandem sequente omnes simul ad miseri illius hominis sepulchrum accedunt atque ex tempore cadaver exanime exhumantes, eius occiput illoruin alter pugno percutit, sacramque Eucharistiam in calicem ad fætidum os per faciatam admotum, exilite compulit, ac statim ambo simul Tattarei homines illi miserabile corpus patefacta sibi ex tempore in patere fenestra, quæ adhuc conspicitur, ad Tattara perpetuis ignibus puniendum per æra detulerunt. Ita perpetua traditione, & mira pictura firmum hoc ac cereum Caietanis, ut nihil huiusmodi certius esse dicatur.

I X. In Ecclesia superiori sancti Francisci aliud mirabile perpetuis signatur monumentis. Præparauerant se duo fratres laici pro suo modulo ad sacram communionem cum ceteris fratribus de religioso more, in die coram Domini faciendam: cumque nihil minus cogitarent à loci guardiano (vrgebat siquidem necessitas) panem mendicaturi in ciuitatem mittuntur. Qui tandem domum tardius reuersi, cum & diuinum officium personatum & reliquos fratres mensæ assidentes, inuenissent, Ecclesiam, vbi venerabile Christi Saluatoris corpus de more asseruabatur, contempta refectione petunt, ibique suas vices, quod facta communione in tanta solemnitate priuarentur, miserrime dolentes, gemitibus ac singultibus anxius vacabant. Dumque nihil minus cogitarent, ex ipsa arcu, qua facta Eucharistia recondebat, gravissimus quidam, pulcherrimus, ac compositus iuuenis profiliit, qui asserens se Christum Dominum esse, eorum utique factam communionem porrexit, statimque locum vnde prodicerat, repetiit. Extant adhuc vestigia pedum ipsius pavimento eius sacelli, in quo hoc contigit, impressa, atque ferreis craticulis contencta; & loca vbi ipsi fratres orabant, flexis genibus aliis cæcellis occlusa, qui meritis & bonis operibus locupletes in eodem monasterio obierunt, vbi habentur in veneratione. Cessit hic cœuentus post an. 1420. Partibus Observatiæ tempore magistri Iacobi Satzuela prouincialis.

X. Hinc discedens Franciscus, in itinere declinavit ad cuiusdam nobilis ædes, à quibus cum recederet in forum prædicatus, lequuti sunt eum patres familias reliqii domi vna ancilla & quadrienni infante. At famula allecta cæterorum domesticorum exemplo, cupiensque cum ceteris Dei virum concionantem audire, post eos abiit, neglecto puerulo. Rediit festinanter ante alios ancilla, inuenitque dilapsum in cacabum, seu ahenum efferventi aqua plenum, infanticulum mortuum, & semicoctum. Extractum corpusculum reclusit in arcam: quod diu parentes latere non potuit, dum redeuntes quid ageret, vel vbi esset unicus filiolus? interrogarent. Monuit tamen & rogauit impense vxorem matutus, vt propter serui Dei Francisci reverentiam, ne illius eiulatu aut cruciatu contristaretur, dolorem leniret, vel saltum simularet, donec ille pransus recederet. Venit vir Dei, & sancta Iustitia coimmissales excitabat ad gaudium, non ignorans quo indigerent solatio, finxitque sub grandio pomorum appetitum. Dolentibus maxime nulla se tunc habuisse domi, dixit; vt arcam illam (figuando eam quæ corpusculum habebat infantis) aperirent, extraherentque, quæ omnibus insciis, inerant pomæ. Remorantibus illis, tangentibusque huiusmodi in illa arca recondi; institit vir sanctus, vt omnino aperiretur. Exurgens ipse patet familias, vt morem viro Dei gereret, cautiusque negotium peragebat, ne planetus renouarentur, arcam aperuit, viuum filium competit, & utraque manu pomum tenuisse conspexit. Quo inopinato & miro exhilaratus spectaculo, filium atridentem in vlnas assumpit, ad Dei virum doculit, & rem omnem comitioni gaudio narravit.

XI. Carinulam, siue Calenum, Campaniæ felicis ciuitatem, ad quatuor millia passuum:

ANNO CHRISTI
1222.

HONORII III.
ANNO 7.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 42.

REUBRONIS MI-
NORVM ANN. 15.

*Gonzag. cii. con. 11. Maria. c. 20. Cons. Cari-
nula.* ab oppido Mondragonio notissimo distante, venit vir sanctus, magnoque corpore lucido
animatum, & sui ordinis augmento praedicavit, accepitque pro suis habitaculum sub in-
ocatione sancti Ioannis Baptiste, quod post eius mortem, ipsius sancti vim domini dicitur
est. In quo eiusdem beati patris celiula; malisque medica arbor, que tripartita stipe
è terra exurgens pulcherrimum sui ipsius prospectum praebet, ab eodem plantata perse-
uerat. Praefata arbor hunc à sui exordio ordinem perpetuo seruavit, ut alternis an-
nis quisque stipes, aliis dupibus interim quiescentibus, fructum ferat. Cuius etiam fru-
ctus ad plurimos morbos pellendos confert, praesertim si eius cortex aquæ admixtus e-
potetur. Hic etiam conspicere licet iuniperum arborem à B. P. Iunipero plantaram, que
in eius inobedientia poenam, nec latum vnguentum à die, quo terra infixa est, crevit.
Dux enim praefatus B. F. Iuniperus ei plantandæ intenderet, vocatusque à Seraphico pa-
tre, quousque ceptum perfecisset opus, patere detrectasset, maledixit beatus Franciscus
arbore, quod eius causa salutaris obedientia detrimentum passa esset, eique præcepit ne
impostorum cresceret, sed ut in ea prorsus quantitate, ut salutare alius esset exemplum,
perpetuo manerer, prout & factum est. Locum etiam fratribus tumulandis ipse vir san-
ctus designavit, & suis manibus cemiteriolum muro circundedit, in quo semper fratres
se ob tanti patris reverentiam sepeliri volunt, effossis & in decentem locum translatis os-
sibus quibus arctus locus aliquando repletur. Mirabiliter etiam in hac civitate compe-
scuit vulpis, pauperis cuiusdam verulæ gallinas & pullos rapientis rabiem, ita ut mansueta
effecta nullius illius urbis rei familiari amplius noceret.

*Marian. eis. dulphus, sed præ ceteris memorabilem locum Caput Cumanorum, Bonibalis milite hy-
bernante, & longa obsidione Romana urbis notissimæ. Multa enim quæ ibidem vit san-
ctus operatus est miracula, præcipue quod à rapido fluvio raptam mulierem miraculose
extraxerit incolumem, ciuitum omnium conciliarunt animos, adeo ut statim de domo,
in qua cum suis habitatet inierint consilium. Visa peropportuna neglecta quedam Ab-
batia patrum Benedictinorum, que in commodum Minorum habitaculum redigetur.
Id curarunt suis expensis quidam optimates ciuitatis de familia Caiazzæ, olim in
ea ciuitate numerosa & potenti, hodie tenui & exili; cuius insignia apparent in Eccle-
siae choro alto, aliis tribuna. Refectorium, culina, & impluvium ipsa sunt quæ olim
fuerunt Benedictinorum, quibus ex conuentione soluunt patres Conuentuales, huius
zdis incolæ, annuum censem stabilitum publica scriptura sub Calixto tertio anno Pon-
tificatus primo. Spectat hic conuentus ad prouinciam Terræ laboris, & custodiad
Neapolitanam Minorum Conuentualium; in qua & alia sunt duo loca in hoc itinero
*Cons. Nigra
ni & Mata-
lona.* sancto vito concessa, vnum Miniani, alias Mignani, oppidi in Campania felici, cam-
pis Venafranis adiacentis; alterum Metalonis, aliis Metaleonis vel Magdalonijs, nobilis
Comitatus gentis Caraffæ, inter Neapolitanas eximizæ. Sacellum hic paulo ante extru-
ctum obrulerunt vito Dei oppidani, iuxta quod extruxit tugurium, & citterum planta-
uit, quæ in proceram arborem excrevit. In custodia Salernitana eiusdem prouinciaz,
dum sancti Andreæ visitaret reliquias, obtinuit conuentum Amalphis, nobilissimæ &
antiquissimæ urbis iuxta litus maris Inferi, sive Tyrrenhi circa medium oræ Amalphitanæ
sitæ, in qua S. Andreæ ossa maxima in veneratione angustissimo in fano seruantur,
quæ admirabilem liquorem, illuc peregrinantibus summe desiderabilem (incolæ man-
nam vocant) perpetuo exsudant. Cubiculum ibidem ab eo extructum adhuc sancti viri
nomen conseruat. In custodia Principatus extruxit locum Agroboli, Mariano Agripoli
postquam ex alto scopulo, populo duræ fidei spectante confluentibus ad litus piscibus
praedicauit.*

*Rodulph. in
custod.* In prouincia Pennensi, ita à Penna Brutiorum ciuitate dicta, nunc murato nomine, XIII.
communi patrum consensu & calculo in comitiis generalibus Mediolani anno 1457.
sancti Bernardi cognominata, alium admisit conuentum in ipsa ciuitate iam nominata.
Eum accepit à sancto Analtasio illius urbis Episcopo & ciue ex antiqua familia Venan-
tiorum, qui admonitus in somnis die sequenti virum sanctum ei obuium futurum, proce-
dit expectaturus, & occurrentem chare complexus est reciprocos deferentem honores. In
Ecclesia sanctorum hic occursus affabre depictus est, submissis his versibus:

*Calitus admonitus Praeful Pennensis, it ultro,
Complexusque Patrem; das quoque sponte locum.*

Insignis

ANNO CHRISTI HONORII III. FREDERICII II. RELIGIONIS MI-
122. ANNO 7. IMPER. ANNO 12. NORVM ANN. 15.

Insignis est hic conuentus, & plura habet spectabilia, sed præ ceteris sanguinis Christi venerabilem reliquiam. Floruerunt in eo tres patres dicti ex familia Angelinorum, quorum commendationem & epitaphia dabimus, si Deo placuerit, post annum 1500. quo tempore floruerunt. In custodia Terentinae provincie S. Nicolai ceperit conuentum in Oria civitate Plinio Vria, Appiano Hyria, quæ in Mediterraneo Salentinorum Tarentum spectat exiguo ex colle, ad quatuor mille passus ab agro Messanensi. In eadem custodia ad octo mille passus à civitate Nicotera in oppido Iox, quod in Calabriæ regione est, introrsum à littore maris Adriatici ad sinum Sandeuphemianum nonnihil remotum, vitibus nobilibusque arboribus abundans, alium occupauit, modo non ignobilis beneficiis Domini Lucæ Andrani cumulatum. Alia item plura acquisivit suis domiciliis Alisani, Cerez, Nonpotiani, Faræ & Pleneæ, vniuersaque regnum Neapolitanum non mediocri hominum bono perclusit.

Plin.lib.2.
10.
Appia.lib.2
Herodot.
lib.5.
*Alia gene
bra*

XIV. Montellam, oppidum titulo Comitatus insigne, in Samnitium regione, non longe à Benuento ad dextram Caloris fluvij, sensit erga suos benignam, quos amplio donauit hospitio, & magna exceptit iucunditate. Dum enim post plures habitas conscientes secreto recederet sero nimis, neque extra oppidum esset vbi sub tecto dormiret, in nemore latronum receptaculo sub ilice requieuit. Ninxit abundanter illa nocte, sed nivis nihil supra arborem illam, aut locum vbi fratres decumbebant, descendit, quod miraculo tribuentes quidam, qui diluculo illac transierunt, & hominem Dei cognoverunt, narraverunt domino Montelli. Ille vero reuocatum & accerlitum ad se virum sanctum rogauit ut amplius apud eos remaneret, vel saltim ex sociis relinquenter qui oppidanis Christiano essent magisterio. Binos reliquit, qui ad herois votum monasterium ibi stibuerunt, vbi cæli elementiam sub inclemensi tempore senserunt, quo ex ædificato, & nemus sacra æde sacrarunt, & prædonibus liberarunt; ita enim eos suo sancto exemplo & salutari docu-
mento ad meliorem frugem reduxerunt, ut exosis latrocinii, vitam deinceps vixerint Christianam. Ad suum usque tempus referat Marianus ilicem effloruisse ad Francisci memoriam, sed à quodam fratre incisam ut libertus videretur ē regione ciuitas, non absque offenso nomine neque temeritate impunita: diuinam enim sensit ultionem extemporanea & singulati infirmitate, sub qua per paucos dies laborans egit animam inter cruciatus. Ita cælitæ ad numinis gloriam sua volunt durare vestigia; neque temere delenda permitteunt quæ Deus vel ad hominum instructionem, vel ad suorum amicorum laudem in mirabilium sacravit memoriam.

Marian. cip.
Coss. hser-
tch.

XV. Ex urbe Lecci in Apulia post inchoatum suis monasterium cum recederet, factus ei obuiam quidam ex suis, qui apostatauerat. Recepit eum ad osculum & pacem cum omni mansuetudine, sed ad furcas è regione in alto positas respiciens, inquit: Cae*t*rib*i*, ne secundo è gremio religionis diuelli te permittas à dæmon*e*. te enim eosque ad ium impellet, ut tandem in furcas agat, & in iis ipsis, quas prospicis misere & turpiter suspendaris. Adhæsit erroni cor prauum, & plus tribuit diabolice suggestioni, quam salutari Francisci admonitioni; nam aliquot post menses religiosam exiens vestem, indul- sit liberiori & insane vice, donec deprehensus in furto, in ipls illis furcis sceleribus dignas pœnas exoluit.

XVI. In ciuitate Barij, quæ in Apulia Peucetia S. Nicolai, Mireani Antisilicis corpore, stru-
etur pulchritudine, lauitia & populorum frequentia, perquam nobilis censetur, in qua
Reges Neapolis & Siciliæ coronâ sumere solebant; dum illac transiret Franciscus, aulam
tenebat Fredericus 2. Imperator. Pro more vir sanctus sacro verbo à peccatis populum &
ab aulæ periculis Imperatorios studuit retrahere. Concionatus est potissimum contra li-
bidinem & Venetum, in quam nimicrum proclives aulici. Rem referunt Imperatori, exi-
guæ vel nullius pietatis virum, qui dum salutare viri doctrinam probare, & ad suorum
frugem commendare debuerat, potius exprobauit, temere adiiciens non insolitum aut
rarum esse, ut Veneri & ventri clamculum indulgentes, acrius alios ex alto reprehendat,
neque adeo constare an & hic in illorum numerum veniat recensendus; facile autem fie-
ri posse periculum si vocato ad coenam submittatur in cubiculum scortum secreto. Ita fa-
ctum, sed dum impudica fœmina viri sancti castitatem tentabat & ad turpititudinem ille abbat,
eo prorsus modo, quo superius diximus Saracenæ in Aegypto effugasse, vel effugisse, peri-
culosas huius vicit insidias. Nā ignis in quem se misit, in quo decubuit, ad quem cœu ad le-
gum, meretricem inuitauit ad cōcubitu[m], iuuenculā coniecit in fugā. Aulici cum impe-
Legen. ad.
Pisan. con-
soli. 1.
Anno 1112.
n. 62.

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 12.	RELIGIONIS MI- NORVM ANE. 15.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

ratore dum omnia per rimulas obseruallent, videntes beatum virum integro & illa-
so ab igne corpore, quem illudere statuerant, maxime admirari coeperunt & venerati.
Ingressusque Cesar cubiculum, suis dixit: Vete hic Dei amicus est, & Francisco: Surge vir
Dei, quia Deus tecum est, & verbum eius verum in ore tuo, qui hac nocte mirabilia in re
demonstrauit. Nam vt video nec odor ignis est in te, nec vis incendij tibi molestiae quid-
piam intulit. Tuum est Deo gratias reddere, qui virtutem dedit & constantiam, ut non ti-
metes a timore nocturno, nec Veneris aut ignis flammarum sentires. Nostrum est veniam
deprecari, qui iniquè tentauimus labefactare castitatem, & periculum facere, an quod
verbo docebas, opere compleres. Dimissisque aulicis per aliquot horas cum Dei viro re-
mansit, serio de multis agens, libenterque audiens quæ ille ad animæ salutem propone-
bat, licet postea ex hominis operibus constiterit quod surdo cecinerit. Huius facti adhuc
superest memoria, turris enim in quo euenit, à Francisco ob hoc desumptum cognomen.

Bonav. c. 7. Ab hac ciuitate recedens, non longe distabat, quando dæmon, suas artes in Venetiæ XXV,
Francisci se-
civis clausus à
dæmonie in
pecunia. paulo ante delusas conspiciens, alias aggressus est in pecuniis. Fecit ut appareret aucto-
cius & socij oculos in via crumena magna, quasi plena esset denariis cumescens,
quam usitato vocabulo illius regionis homines fundam appellant. Monetur a socio pau-
per Christi & instanter inducitur ut bursa tollatur è terra, & pecunia pauperibus eroge-
tur. Renuit homo Dei commentum affirmans fore diaboli in bursa inuenta, & fratrem
non suadere rem meriti sed peccati aliena scilicet surripere ac donare. Recedunt de loco,
festinant iter perfidere cœptum; sed nondum quiescit frater, vacua pietate delusus virum
Dei molestans quasi qui de reuanda pauperum penuria non curaret. Acquieuit tandem
vir misis redire ad locum: non ut fratris voluntatem perficeret, sed ut detegeret diaboli-
cam fraudem. Reuersus est ergo ad fundam cum fratre, & iuene quodam qui erat in via.
Oratione præmissa, iubet socium illam leuare; tremefactus frater obstupuit diabolicum
iam præsentiens monstrum: propter obedientiæ rāmen sanctæ mandatum dubitatem
abigens cordis, manum extendit ad bursam. Et ecce serpens non modicus de bursa exi-
liens, simulque cum ipsa subito euanscens diabolicam deceptionem fratri monstrauit.
Hostilis itaque versutæ deprehensa fallacia dixit vir sanctus ad socium: Pecunia seruis
Dei, ô frater, nihil aliud est, quam Diabolus & coluber venenosus. Extructum est ad se
memoriam in ipso loco facillum.

In ap. Frat. In Apulia Daunia visitauit in monte Gargano sancti Michaëlis Archangeli veneran- **XVI**
monte Garg. dum delubrum, ad quod ingressus paret ad Septemtrionem quinquaginta quinque gra-
duum marmoreorum, per quos descenditur beneficio luminis immisso per frequentia
spiracula, & fenestrulas excisæ in saxo. Ipsa mirabilis crypta, Archangeli domicilium, in
Marian. cit. Orientem applicata, tota ex viuo solidoque lapide, purum liquorem stillante, horrida, pro-
Rodul. fol. funda & obscura est, haud probabiliter in alium finem, quam in animarum salutem facta.
In medio delubrum est exiguum ascensu graduum quatuor, cum autem ad sanctissimam
Angeli aram, paulo editorem proprius quispiam accedit, velit nolit venerandum & ex
religione colendum locum fatetur. Conspicitur ibi aræ ab ipso Archangelo consecrata
vestitaque nunc alterius manu frabricato artificio, & pulchro tegumento, in qua sacra
fiunt, minimeque in hæc penetralia pasum omnes admittuntur. Non fuit præclusus aditus
Francisco, attamen ipse ex sancti loci reverentia, præ foribus ad dexterâ æterâ portæ, sum-
mo artificio perfectæ, per quam ad occasum in specum aditus datur, humiliter oravit, &
aliquantulo tempore hæsit, dicens socio & invitatis ut introiret; se non audere ingre-
di, quia terribilis est, inquit, locus iste, & habitaculum Angelorum; quibus ab hominibus
oportet reverentiam omnem exhiberi. Adhuc monstratur ab ædituis ubi orauerit, & ha-
cerit ad peregrinantium firmarem fidem, & maiorem huius loci reverentiam prædicavit,
deinde in castro vicino & locum habitationis suis secessoribus obtinuit.

Tria sunt in custodia Beneuentana prouincia terræ laboris, quæ in regressu acqui- **XVII**
Playa alia
acquisita mo-
nifloria. sicut, monasteria: Aque putridæ vel Mirabelli vnum, Auellini alterum, tertium sanctæ
Mariæ Olivetæ, terræ Apipis', aliis Apitij. In custodia Sancti Benedicti aliud in oppido
vici Albi, in quo fontem aperuit, signato prius in alvei fundo crucis signo, quod mi-
rabiliter & clare sub ipsa aqua conspicitur, & tandem iactis fundamentis oratōri
in oppido Apostolæ peruenit Eugubium, in Umbria urbem antiquam ad Apennini
radices poltam, non longe à Tipherno, ubi mulierem contractam habentem veram-
que manum sanavit, & lupum populo, ultra quam credi potest, infestum cicuravit
initio

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 12.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 15.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Inito cum eo pacto , quasi cum rationis capaci loqueretur, quod ille nullum lède-
ret viuens , & ciues illum alere tenerentur. Ita conuentum in publico foro inter
vrosque præmissa concione , qua virtus sanctus ostendit animalia hæc ferocia aliquando à
Deo immitti, ut deuantem populum reducant, & peccantem sui moneant officij. Vixit
per biennium inter eos ingrediens & regrediens lupus , sua contentus refectione quoti-
die sibi ministrata; ad cuius conspectum semper excitabantur populi ad Dei laudes & ma-
iorem Francisci reverentiam.

Maria c. i.
Spec S Fr.
par. i. c. 7.
Lupum et
ratus.

XIX. Duplex in hac miraculosa conuentione præstit beneficium , & homines à rapacis ra-
bie liberauit animalis, lupoque ipsi certum constituit alimentum ; quem et si alias exosum
& hominibus noxium, tamen velut Dei creaturam amavit, & fratrem lupum vocabat.
Consideratione primæ originis, & creatoris omnium Dei , creature omnes quancumlibet
paruas, fratri vel sororis appellabat nominibus, pro eo quod sciebat eas secum vnum
habere principium ; easque viscerosa diligebat charitate , sed illas præcipue quæ Christi
piam mansuetudinem similitudine naturali prætendunt, & scriptura significatione figu-
rant. Id probauit in ipsius huius ciuitatis Episcopatu ad monasterium sancti Verecundi,
vbi ipsa, qua accessit nocte, intra monasterij septa ovis edidit agniculum. Aderat forte sus
ferocissima , quæ viræ innocentis non parcens, rapaci cum mortu necauit. Hoc audito
pius pater mira compassionem commotus , & agni sine macula recordatus , lamentabatur
pro morte agnici coram omnibus dicens : Heu me , frater agnici , animal innocens,
Christum hominibus repræsentans maledicta sit impia, quæ te interfecit, nullusque de ea
comedat homo, vel bestia. Mirabile dictu, statim infirmari coepit porca malefica; & tribus
diebus corpoream pœnam exsolvens, vtricem tandem pertulit necem. Proicita autem in
vallem monasterij , ibique longo tempore iacens , in modum tabulae desiccata , nulli fuit
esca famelico. Aduerat igitur humana impietas , quali pœna sit ferienda finaliter , si tam
horrenda morte percussa est ferocitas bestialis.

XX. Pictatem hanc admirandæ virtutis , & copiosam erga ipsam dulcedinem multoties Bonau. cit.
ipsa agnouerunt animalia, & misericordibus occurrenti applaudebant, quo poterant modo
gratum reddentia affectum. Alias iuxta ciuitatem Scenensem iter faciens, inuenit in pa-
scuis magnum ouiuin gregem. Quas cum benigne (vt erat solitus) salutasset, relicto pastu
eucurrerunt omnes ad eum , levantesque capita sua , ecclis in eum luminibus intende-
bant. Tantum quidem ei fecerunt applausum, vt & pastores mirarentur, & fratres , cer-
nentes circa ipsum tam ouium agnos, quam ipsos arices sic mirabiliter exultantes.

Oves et oc-
currunt et
applaudunt.

XXI. In agro dictæ ciuitatis Eugubij , et occurrit miles quidam Benevenutus nomine , alias Anno 1222.
ab eo quem supra diximus Mancæ relictum , humilior petens vt in hoc sodalitum re-
cipetur. Admissus humilitatis quibuscumque se officiis addixit, & leprosis ex sancti pa-
teris præcepto seruuit. Euale in infirmis su preminus, morum honestare & sanctitatem conspi-
cens, obediens in omnibus ad nutum, in infirmitatibus prolixis & grauibus patientissimus,
nec minimæ turbationis signum depromens. Miræ fuit honestatus & religiosæ grauitatis
in verbis & gestu, in conuersatione laudabilis, audiensibus & spectantibus fidens virtutis
exemplum. Paupertatem impense zelabit extero contentus amictu, cibi sumens quantu
erat lasso corpori necessarium. Raro, & cum necessum esset, loquebatur, afflictis & pauper-
ibus ex corde compatiebatur, aliena delicta tanquam propria & ardenti deflebat chari-
tate. Magnam contemplationis cælestium gratiarum, & lachrymarum donum accepit; no-
tes integras siles orabat, nec tamen die sequenti prodibat in publicum nisi post horam
terram ad publica munia monasterij. Sacrosanctam Eucharistiam toto venerabatur af-
etu, & vere Deum latenter sub velo compertit, dum ex eodem augustinissimo Sacramento
multoties prodibat bellus infantulus, eiusque se ingerebat brachis suunter stringendus.
Mira & sancta fuit hominis vita, vt largius ad terminum eiusdem dicemus.

Anno 1222.
n. 27.
Legen. an-
tiq.
Infirmam Be-
nevenutus
Eugubinus.

XXII. In hoc eodem tractu, & anno refert Marianus, sed Antoninus sequenti, conuersum & Maria c. 17.
tertij ordinis habitum induitum Bartholomæum Baro olim aduocatum curit Romanæ, Legi. antiqu.
cuius turbas & pericula vt fugeret, recessit habitatus inter Eugubium & Massam Tra- Aut. cit. 24.
bariam. Ob vitæ reuissimam normam fama eius longe resonabat, ad quam illectus Fran- c. 7 § 1.
ciscus hominem voluit inuisere. Sanctum initum inter utrumque colloquium, placuitque Sub puer ad
Bartholomæo, quam Franciscus præscripsit vitam volentibus in suis ædibus commorari, i ordinario
humiliter assumere. Nouo suo discipulo ob pietatem & singularem retum agendarum
prudètiam, vir Dei tanto charitatis adhæsit affectu, vt socios ei dederit ex fratribus, qui illi
Bartholomæo. . . .

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FEDERICI II. IMPER. ANNO 12.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

cohabitarent, authoritatem insuper addiderat alios ad ordinem recipiendi & gyrovagos eidem reconciliandi.

Mirum est quod de quodam energumeno, in huius domo commorante, præ aliis refert Sanctus Antoninus, cuius hic verba transcribo. Hic habebat dæmoniacum in domo, qui quasi continue loquebatur. Cum autem B. Franciscus aliquando ad illud hospitium accederet, antequam multum appropinquaret, dæmoniacus cœpit tacere & per tria cum continuo tacuit. Post recessum beati Francisci loquacitatem primam reassumpse. Adiuratus ergo diabolus à dicto Bartholomæo ut tacuisset per illud triduum, respondit, quod ex quo applicuit beatus Franciscus, ita religatus fuerat à Deo, quod unum verbum proferre non potuisset, & Bartholomæus adiecit: Estne ergo tantus hic frater Franciscus, ut per eum sic pati potueris & ligari? cui dæmoniacus: Vere talis & tanta est virtus eius, quod magnalia eius totus mundus cum admiratione cognoscet. Et nunc quid (inquit Bartholomæus) vos de eius aduentu, ex quo tantus est, aliquid cognovistis? Et dæmon: Non est multum tempus, quod princeps noster nos omnes simul congregavit, & dixit: quod pater misericordiarum Deus nunquam sic mundum peccatis inuoluti permisit, quin malis & criminibus collabenti semper aliquem misericordia pro peccatoribus convertendis, sicut Noë, Abraham, deinde Moysen, demum Christum & Apostolos. Quia igitur modo humanum genus viam Christi & Apostolorum ferme reliquerat, & memoria passionis eius à cordibus hominum quasi totaliter recesserat, ex multis argumentis clarum est quod mittendus erat aliquis reformator. Cum autem videamus istum Franciscum sic ardua virtutum cum tanto furore ascendere, mundana contemnere, vitam Christi renouare, tantam congregationem hominum perfectorum post se trahere, quasi certitudinaliter existimauimus quod ipse est quem timebamus pro mundi reformatione mittendum. Et adiecit demum, scilicet princeps dæmonum, quod Deo Patre contra mundum turbato illud excogitatum sit consilium Christi passionem in puro homine renouari, per quem cordibus imprimieretur fidelium, à quibus videbatur penitus abolea. Hoc autem funbiennio antequam sanctus sacra stigmata recepisset.

Circa finem huius anni ad ridiculum suum sanctæ Mariæ Angelorum rediit vir sanctus, ut post tot laboriosos discursus & disseminatum longe lateque Dei verbum, non sine sui ordinis incremento & proximorum salute sibi serio intenderet. Præter iam relata nihil est memorabile quod ab illo hoc anno factum referamus; plura tamen ab eo in exteris regiones missi laude & narratione digna perfecerunt. De fratribus Germaniæ ad ea quæ superiori retulimus anno subtexit mens ille author Balduinus de Brunsurike, quæ sequuntur. [Anno 1222. frater Cæsarius minister plurimis iam recipitis fratribus tam clericis, quam laicis, capitulum prouinciale Vvormatiæ cum fratribus de ciuitatibus viciniioribus instituit, & quia tanta Sacerdotum premebatur penuria, ut necesse esset unum novitium Sacerdotem per alteras vices nunc Spirz, nunc Vvormatiæ in solemnitatibus sacram facere fratribus, eorumque confessiones excipere, promovit tunc tres fratres ad facultatem Palmerium, Abrahænum Vngarum & Andream Germanum, antea Hartmodi nomine gaudentem; brevi etiam fratrem Iordanum de Yane vallis Spoletanæ: fratrem vero Thomam de Celano Mogontinensis, Vvormatiensis & Coloniensis conuentuum custodem fecit. Eodem anno videns frater Cæsarius (qui erat vir profundæ contemplationis & maximus Euangelicæ paupertatis zelator, & tanti apud fratres, ut ipsum post sanctum Franciscum sanctissimum venerarentur) ordinem in Germania felicibus auspiciis & solidis iam nisi fundamentis, instituto vicario fratre Thoma, tunc unico custodi. Itode, non tam tredo, quam B. Franciscum visendi, exterorumque vallis Spoletanæ fratribus desiderio captus, adiuncto sibi fratre Simone de Colazone viro nobili, cum aliis quibusdam rediit ad S. Franciscum, & ab eo est dulcissime receptus.

Per hæc tempora ingressi Predicatores & Minoræ in Sueriam, multiplicato numero XXV. religiosissimos viros miserunt ad alia regna Aquilonaria, qui gloriose & sanctis exhortationibus ac mirabili virtute sinceritate gentes Aquilonares in Dei obedientia, pura fide instruxerunt, & beatis moribus ac exemplis religiosisque pietate conseruauerunt, ut author est Historia Vpfal. Joannes Magnus Gothus in sua historia Ecclesiæ Metropolitanæ Vpfalen, cuius Archiepiscopus fuit, & Sedis Apostolicæ legatus, ex quo etiam Laurentij octauii eiusdem Sedis Archiepiscopi ex ordine Minorum assumpti præclaram vitam & memorphilia facta, sub compendio referimus ad annum 1244.

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

xxvi. Sub hoc anno Alexandri Halensis : (ita cognominati ab Hales monasterio in Anglia, Comitatis Claudiocestrensis, vbi adolescens in studiis fuit educatus) superius à me citati ingressum in ordinem Minorum referunt Ioan. Lelandus & Nicolaus Triuctus, superius à me citati. Apud Anglos humanioribus optime instructus, Philosophia & Theologiaz studuit apud Parisienses, tam feliciter, ut supremam inter eos sacræ doctrinæ cathedralm ascenderit, in qua moderanda summa cum sua laude & discipulorum utilitate omnibus fuit admirationi. Quid autem hominem mouerit, ut tanto sperto gradu & sui estimatione, pauperculi, nequidem adeo celebris instituti duris & humilibus se voluerit legibus subiictere, non adeo mihi compertum, nisi eam, quam non meretur ipsa fabella fidem, adhibeam iis, qui plus æquo tribuerunt primo narratori. Iij porto sunt Antoninus Ant. cit. S. I. Marianus. Ioannes Pitseus, & alij, qui hanc offerrunt rationem solemnis in celebri viro mutationis. Eam, inquit, erga beatissimam virginem Mariam concepit deuotionem, ut statuerit aut etiam voverit, nihil denegare quod eius interposito nomine peteretur. Id scitum à foemina quadam, dictum item Cisterciensib. ut propter hanc fidem datam pterent, sui veller fieri instituti. Illis accendentibus ad magistri ædes ut rei hanc sibi summe honorificam, ob virginis Mariæ reverentiam postularent, magna irrepsit obliuio, ut nihil minus meminerint, quam huius. Mulier iudicans suam præmonitionem & consilium ob contemptum reieclum, prædicatores adiit, ut suo magno lucro & honori quod Cistercienses neglexerunt, efficerent. Illi vero lati abeentes communem magistrum salvatarunt, & de rebus seruis alloquentes, ut urbanè, & quæsita opportunitate commodius suam petitionem subiungerent, rem distulerunt in colloquij finem, ne præpropere, & nimis inconsulto ex abrupto viderentur rem gravissimam proponere. At supervenit quidam ex Minoritis, qui ostiatim panem mendicabat, & quod illi multa prævia consideratione explicare statuerunt, hic ex abrupto, cælitus motus rogauit : Reuerende, inquit, magister, magnum & celebre apud omnes pietatis & doctrinæ nomen obtinuisti, & res seculi tibi satis secundæ. Porro obsecro te per amorem B. Mariæ Virginis, ut serio & impense consideres, utrum ad æternitatis felicitatem consultius tibi sit sacerdotalem vitam agere, an Christi crucem in pauperculo hoc nostro instituto perficere. Obstupuerunt Prædicatores ad præceptam sibi de tanto homine lucrando occasionem : & magister quidem imo condidit & fouit peccatore verba tamquam sibi dicta per Dei nuncium, & protinus cogitauit de mutando viæ genere, & assumendo Franciscano.

xxvii. Ita rem obtigile non penitus inficiat nec durius repellam quod alij piè consribunt, noui enim vias Domini mirabiles, nec cogitationes eius esse sicut cogitationes nostras, sed quam nos inepiam stulte iudicamus vocandi rationem, diuinit prouidentiæ esse peropportunam. Domini est salus, & quibus vult mediis impertit ; vocat undique ad pœnitentiam, vocat beneficiis creature, vocat impertiendo tempus viuendi, vocat per letitorem, vocat per stragulatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis. Qui per se ipsum unico verbo potuit pescatores ad Apostolatum : ac habere poterat & per humilem nuncium magistros ad religionem conuocare. Mittere quotidie seruos suos ad plateas, ad vicos & exitus viarum, ut ad cœnam magnam inuitent, imo ut compellant intrare libertima ; sed & potentissima vocatione. Ex his potuit esse astarius ille monachus mendicus, ut quo liumilior leg...us, eo solemnior conuersio, & potentior appareret virtus mittere. Nicolaus Harpsfeldius opinatur allectum Halensem, ut hoc viræ genus subiret ex emplo conterranei sui Ioannis Aegydi viri eminentissimi Oxoniensis, & Parisiensis. Theologiaz professoris, qui hoc ipso anno cum tercia generalis synodus patris Dominicanorum Parisis celebraretur, concionemque ad clerum Ioannes haberet, in qua vehementibus inductionibus & persuasionibus vtebatur, quibus homines ad spontaneam rerum abdicationem & induitum Christi seruitum, atque obsequium pelliceret, ecce in media concione è suggestu descendens, veterique exuta, Dominicanici instituti vestem induit, moxque ad absoluendam concionem ad suggestum redit. Non inefficax sane nec tepidum hoc exemplum, ut eiusdem patris & studij virum ad similem frugalioris vite incundæ rationem Halensem induceret, ut sicut ille apud Prædicatores, hic inter Minores, & sibi consuleret sancti instituti methodo, & illis proficeret excellentia doctrinæ. Præuias fortasse dispositiones adeo celebris Ioannis conuersio, & frequens potensque interna vocatio induxit, ut ad vocem hujus fraterculi invitantis

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

uitantis non fuerit, quod amplius cogitaret, sed quod ille verbo proponebat, hic statim vi potentis auxilij facto completeret.

Veteranus tamen & emeritus in scholastica disciplina magister, in regulari tyrocinio non leues sensit difficultates, & internas molestias, propter quas de regressu ad seculum, exuto paupere habitu cogitabat. Sed ita fluctuanti absens corpore Franciscus, apparuit in spiritu, fixitque se pondatosam & grauem crucem ligneam portantem, cacumen cuiusdam proclivi montis ascensurum. Dum autem in ascensiū pondere grauaretur & gemeret sub sarcina visus est sibi magister accurrisse, suamque opem obtulisse. Indignantem & stomachicibundus Franciscus hominem repulit, subiungens: Recede miselle, non audes, nec vales leuem & portatu facilioriem crucem ex primo resectam, gestare; & ligneam portabis hanc onerosam? Visione hac vir prudens sapientior effectus, facile dura illa tentamenta profligavit, nec alia circa hanc materiam deinceps admisit.

Visione altera, nequaquam imaginatio, quibusdam post annis, intellexit Dei voluntatem circa Ioannem de Rupella ad gradum scholasticum prouochendum. Cum etenim ob praeclera sua merita in Academiam Parisiensem, facultas Theologorum ei obtulisset, ut pro sua electione & prudentia vnum sui ordinis in Baccalaureum instituisset, atque ille in Ecclesiam descendisset orationem praemissurus, ne in electione errasset; vidi in quadam Ecclesie sacello fratrem quemdam orantem, magna luce vnde circumfusum. Dum in tanto splendore positum discernere non potuit, quis esset, ad fores expectauit ex euntem, compertaque fuisse Ioannem de Rupella prouincie Aquitanie, suum aliquando auditorem, qui magnos fecit in Theologia progressus, inter doctissimos Parisiensem conuineratus. Celesti hoc signo monitus, Cancellario vniuersitatis obtulit laureandum, qui postea, inquit Antonius, factus magister maximus evasit praedicator religiositate, scientia, & discretione clarissimus, tantaque vi ingenij praeditus, ut priorum magistrorum subtilitati adiiciens praedicationis & lecturæ in Theologia facultatem, modos tradaret exquisitos. Plura de hoc Halensis discipulo dicenda remittimus in annum 1271. & de magistro ad annum 1245. quibus dies clauerunt extremos.

Anno 1217. Sanctus Antonius de Padua hoc anno presbyteratu initiatus est, quem perperam ut superius monui, quidam cum Mirco Vlissipponen. indicarunt prius sacerdotio fundatum, quam ad Minores accederet. Grauis mihi porro testis est Leander Albertus Bononiensis, sanctum virum primam celebrasse missam Bononiæ in sede virginis Annunciatæ fratrum Minorum, sed dum ad forum Liuji in Aemilia cum aliis fratribus Minoribus & praedicatoribus pro factis accipiendis confluueret instante collationis hora, fratribus ex more congregatis, minister luci illius, siue Episcopus, ut habet Robertus de Licio, siue fortassis uterque, Patres Dominicanos rogarunt, ut sicutibus verbum salutis proponerent; illis recusantibus, quod nihil se preparassent instigante eum fortiter spiritu Dei, minister ad Antonium de cuius eruditione nihil comperti habebat, se conuertens, iubet ut apud fratres dicat quicquid ipsi suggesteret spiritus Dei. Non putabat eum quicquam scire de scripturis diuinis, aut legiſle aliquid nisi forte, quod ad Ecclesiasticum officium pertinet, spem tamen nonnullam ei adferebat, quod audierat illum necessitate cogente, id que perrato aliquid literate dixisse. Et certe cum rautus ille esset, ut memoria pro codicibus veteretur, & mystici eloquij gratia mirè afflueret, peritior tamen apud fratres habebatur abluendorum culinæ vicensilium, quam scripturæ sanctæ mysteria explicandi. Praefatum enim suum (quem Guardianum dicunt) supplex rogarat, ut magni beneficij loco ipsi permittere vellet cluere coquinæ vas, & verrere quotidie fratum domicilia: nulli alii rei aptum & utilem se confitens, cum esset reuera vas electum, & Spiritus sancti gratia multifarie ornatum. Mundabat ergo quotidie humili ac deuoto corde culinæ res, & fratum domicilia: eximiæt cuiusdam humilitatis & cōteinperus sui de se exempla præbens. Non ita agunt plerique alii, qui antequam sine discipuli, magistri esse volunt, seque in cathedralm importunè ingere non verentur. Contrà Antonius iam perfectus in scripturis diuinis, inter idiotas & rudes laicos haberi maluit, quam sciolos aut magister videri, potiusque laboribus occupari culinariis, quam magisterij cathedralm occupare. Verum enim uero licet totis viribus in id incumbet ut à ministro impositum munus huceret subterfugere; non tamen potuit voto potiri suo. Tandem ergo cedens tum illius voluptrati, tum omnium precibus; cum timore Domini primo orsus est simpliciter ad eos dixerit sed

*Placitum do-
rina humili-
tatis.*

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sed cum veller Dominus lucernam hactenus sub modo possem, in omnium consper-
dum proferri, in orationis progressu tanto verborum splendore tanta mysticarum sen-
tentiarum altitudine usus est, ut omnes in summam admirationem adducerentur, maxi-
me quod praeter omnium opinionem id eueniret; simul etiam eximia cuin charitate non
mediocriter edificarentur: nec affirmare dubitarent eiusdem sermonem namquam se ante-
hac audiuisse. Ita deinceps non minima affecti consolatione venerabantur in illo diuinis-
tus detestata divinæ sapientie claritatem cum tam insigni humilitate coniunctam.

XXXI. Dum haec peruenient ad sancti institutoris Francisci aures, ut solidius & grauiori fun-
damento gratiam praedicandi exerceceret, voluit ut sub Abbatे Vercellensi apud sanctum Are. Vvia
Andream (ordinis tunc S. Benedicti, ut eius instituti virti contendunt, sive canonicorum lib. 1. liga
regularium sancti Augustini, ut ipsi decertant, & quorum modo est habitatio) viro do- rit 6.6.
ctissimo, mysticam audiret Theologiam. Marcus ei Henricus Villot ei huius studij lo- Marc. clu
cium adscribunt, & cum eo missum à S. Francisco volunt Adamum de Matasco Angli- c. 1.
cum, patria Somersetensem diœcesis Bathonien. sed esse non potuit, si vere scripsit villoz. it
Ioannes Pirseus, cum Franciscanum induisse apud Vigorniam, cuius loci cœnobium
Minoritarum, adhuc hoc anno non fuit extructum. Cum enim à biennio tantummodo
fuerit Minorum aduentus in Angliam, non adeo statim multiplicata illorum domicilia
neque numerus fratum, ut in ipso ingressu illorum in idem regnum obtinuerint sedem
Vigorniæ, & initiauerint alios, ut iam secundo vel tertio anno exploro tyrocinio
eos transmittere potuerint ad exteriores. Vel ergo maturius hic apud Italos aut Tallos
hanc vitam amplexus est, si Antonij dicendus est socius, aut tardius missus vir sanctus
Vergellas; vel in studio in fine fortasse Adamus superuenit. Præcipue cum mature acce-
dere potuerit, & adhuc studentem assequi Antonium; si verum est, quod alij volunt, eum
quinque annis audiuisse prædictum Abbatem, quod ego vero haud simile puto, cum aliis
tribus qui supererant viri annis, minime tot religionis officia & munia obire, aut Gallias
& Italiam prædicando peragrade potuerit, aut tot doctrinæ & sapientie specimina exhibi-
suisse suo institutori Francisco, qui quarto ab hoc anno obiit, ut eum voluerit suum Epi-
scopum nominare. Decem etenim dumtaxat annis vixit in religione (ut præ aliis norat
author vir MS. mihi allatæ ex bibliotheca sancti Leonardi oppidi montis Falconis in Legio. MS.
Umbria, quam Anonymus quidam sincere & ex fide scripsit cum aliis sanctorum Mino- c. 19.
zitarum legendis vetusto charactere & libro exaratis/transactis iam in ædibus paternis 15.
in monasterio sancti Vincentij Vlissipponen. duobus, apud sanctam Crucem Conym-
briæ nouem, qui triginta sex quos vixit annos complent. Vnum ergo, aut alterum an-
num sub Abbatे studuisse putauerim, & aliquando in Galliam eundem, aut in Italiam
redeuntem Lombardiamque vicinam lustrantem, ad eum aliquoties deflexisse; cuius quam fuli-
tanta fuit de hoc suo discipulo opinio, ut sepius diceret se ab illo multoties edoctum, & tueris ab
ælestes hierarchias, quas illi ex Dionysio legebat, non tam didicisse, quam præsentes base Vercel-
conspexisse, & percurritse videri, ex mira mentis serenitate, & admirabili lumine sa- len. didicisse.
pientie certius acquisto. Quod & scripto firmavit in Commentario capitis 3. eiusdem Antoo. ut.
operis sub litera V. [frequenter, inquit, amor penetrat, ubi cognitio physica foris stat. 24. c. 4. 4. 1.
Legimus quosdam sanctos Episcopos minus imbutos fuisse Physicis doctrinis, qui & Maria. l. i.
mysticam Theologiam captu mentis haurientes, certos penetrabant omnem physicanum
cognitionem subtilissime transcendentem, usque ad beatissimam Trinitatem. Quod & abbatis de
ego in sancto Antonio de ordine fratrum Minorum peculiariter familiaritate expertus sum. Antonio re-
Qui cum esset minus imbutus literis sæcularibus, animi puritate & mentis ardore suc-
census, mysticam Theologiam, captum mentis excedentem, & seruenter desiderauit,
& abundanter hausit, ut possim dicere de eo, quod de Ioanne Baptista scribitur: Ille eras
lucerna lucens, & ardens. amore enim ardebat interius, & exemplo lucebat exterius.]

XXXII. Sub hoc Abbatे ita brevi profecit vir sanctus, ut instantissime rogaretur à fratribus, Inbar. alia
quam ipse hausit doctrinam aliis communicaret, sed noluit ille magistrum agere, nec certos docere in consulto suo institutore. Scripsit & explicuit fratum desiderium; cui ita docere.

Charissimo meo fratri Antonio Fr. Franciscus in Christo salute.

Francisci ad
Antonium
epistola.

[Placet mihi quod sanctæ Theologiæ literas fratribus interpretaris, ita tamen, ut neque
in cc,

ANNO CHRISTI 1322.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER.AN. 12.	RELIGIONIS ME- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

[in te , neque in cæteris (quod vehementer cupio) extinguatur sanctæ orationis Spiritus iuxta regulam , quam profitemur. Vale.]

Hac accepta sancti Rectoris licentia iugem creandis & edocendis discipulis nauavit ^{XXXV} operam , primo apud montem Pessulanum , deinde Bononiam , vbi sancti Francisci assensu restauratum est studium , quod ob inobedientiam , & præsumptionem ministri Bononiensis aliquod annis ante removit , ut superius diximus ; tertio Patavij , demum Tolosæ aliisque in locis . An primus fuerit Theologiz professor in ordine prout scribunt Rodolphus , Marcus Vlissipponen . & Henricus Vvillot , qui constantem hanc vult opinionem , subdubito ; etenim iam aliquanto ante tempore Bononiam legebatur . In Anglia statim ab ingressu erectum iuuenum gymnasium , & Alexandruim Halensem , si non sub ipso tyrocinio , saltim expleto , facile creditur suis legisse ; & Antonius non nisi uno vel altero post hunc anno , potuit docere . Illud autem liquidius omnino aberrasse Vvillotum & Tholosam , dum in Tholosam , Bononiam , & Patavij Academiis cum docuisse scribunt , prius quam huic sodalitio nomen daret . Errorem sane conuincunt breuis hominis ætas , adepta , vel consummata in ipso ordine literarum peritia , eius initiatio in Lusitania , deque in Galliam aut Italianam venisse , nisi iam Franciscanum , quod & me prior admonuerunt Stephanus Garibaius , & Henricus Sedulus . Hæc sub hoc anno erant de sancto viro dicenda : plura supersunt adhuc comnodius suis locis describenda .

Hoc anno mense Aprilis , q̄o numerabatur Pontificatus annus sextus , Honorius ^{XIII} Pontifex ad intercessionem sancti institutoris , & aliorum ordinis fratrum , concessit ut Minores ubique , tempore interdicti ianuis clausis , & exclusis interdictis , possent celebrare , quod & I V. nonis Martij concessit eisdem verbis patribus Dominicanis . Habetur priuilegium Prædicatorum in regesto huius Pontificis anno 6. epist. 232. nostrum autem epist. 311. datum I V. Kal. Aprilis , & epistola 155. Nonis Aprilis seruatur originaliter in archivio patrum Minorum Conuentual . ad duodecim Apostolos Romæ , signata litera A. datum I I. Kal. Aprilis . Ita porro ubique inscriptum :

Fratri Francisco, & aliis fratribus ordinis Minorum.

[Deuotionis vestræ precibus inclinati , authoritate vobis præsentium indulgemus , ut in Ecclesiis , si quas vos habere contigerit , cum generale terræ fuerit interdictum , liceat vobis ianuis clausis & excommunicatis & interdictis exclusis , submissa voce diuina officia celebrare . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc p̄gmanam nostræ concessionis infringere , aut ei ausu temerario contraire ; si quis autem hoc accentuare præsumpsit , &c. Datum Anagniæ I V. Kal. April. anno 6.]

Eodem die & mense , eam quæ sequitur epistolam scripsit ad præfatos Prædicatorum , ^{XXIV.} Minorum , & de sanctis , militiæ sancti Iacobi Vlissipponen . dœcessit , ut abusus circa administrationem sacramentorum , ex avaritia cleri introductos , omnino reformatent in prædicta diocesi & ciuitate . tenorem commissionis obinde subministro , tum ut cognoscatur , quo in nomine & autoritate fuerint hæc duæ Religiones tunc exortentes , & paulo ante in illam vibem admissæ , tum ut constet quain alij sint huius ac illius temporis cleri mores in inclita ciuitate , celeberrimo regni emporio , ex pietate potentia , & diuinitiis laudatissima , quam à multis annis regit summa religione , iustitiae & veri zelo dominus Michaël à Castro grandæsus , cuius in rempublicam & institutum nostrum beneficia , quæ præsens vidi , largius , etiæ nec ad votum , nec ad illius meritum , explicarem , nisi certius nouissem ei rem ingratam me præstiterum , & timorem illorum iudicium , qui facile suspicarentur me viuorum voluisse gratiam captare , aut benefactoribus adulandis studuisse . Habentur autem literæ in regesto Pontificio sub numero 323 .

Ordinis Predicatorum fratrum Minorum & de sanctis militiae sancti Iacobi , Prioribus Vlissbonen. diæces.

[Ex parte vniuersitatis Vlissbonen . & eiusdem diæces . nobis est oblata querela , quod ^{XVII} venerab . Fr. noster N. Episcopus & prælati tam ciuitatis , quam diæces . Vlissbonen . non absque vitio avaritie compellunt eosdem tertiam partem , vel certum quid de bonis suis ipsorum ecclæsiæ relinquere in ultima voluntate , quibus etiam si cupiditari eorum non satisfecerint ,

ANNO CHRISTI 1212.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI I. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

satisfecerint. Ecclesiastica denegare sacramenta, unde virtus ipsa nobis humilietur supplicium, ut cum libere debeat prouis celsioribus extortionibus & extorsionibus importunis. Ecclesiastica sacramenta conferti, quamquam a laicis conservanda sit consuetudo laudabilis erga sanctum Ecclesiam, pia deuotione fideliū introducta. prouidere super hoc dignaremur. Ideoque discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint euocandi auctoritate nostra illud fieri iubatis, quod secundum Deum & institutiones Canonicas videritis expedire. Quod si non omnes interesse poteritis, vnuſ vester, &c. Dat. Anagn. I V. Kal. April. anno 6.

XXXVII. Dilatata hoc anno sacra religio, & plura ædificata fratum domicilia. Primum in ci-
uitate Baiocarum seu Belliciorum, in extremis pene Normanniz finibus antiquissima,
non tam hoc anno inchoatum, quam ferme expletum, opera & industria fratris Gre-
gorij Lombardi, quem illuc paulo ante sanctus Franciscus destinavit. Viri doctrina & re-
ligioso exemplo allectus ad primum ab urbe lapidem, meridiem versus amplius designa-
uit in suo praedio fundum cœnobio extruendo matricis Ecclesiae canonicas Arrientis
nuncupatus, cuius pietatem foverunt & adiuuerunt alii viri nobiles tanca liberalitate, ut
ad perfectum & augusti monasterij fabricam breui deduxerint. Locum omni censu serui-
tuteque sibi debitum excinit Illustris Baro à Campignero: probauit suis diplomatibus
Episcopus & ampliicarunt alii pī viri circa annos Domini 1271. 1284. & 1363. dona-
tis & adiectionis spatiolis hortis & agris, qui fermisimis & altis muris conclusi, viginti qua-
tuor excedunt iugera terræ, quorum maior pars pomiferis est consistit lignis. Templi stru-
cta consummata anno 1263. Sumptuosissima erat materia, & opere insignis: maio-
rem aram cupreæ columæ circumdabant cum lefftissimis epistylis. Ornabant etiam
ædem multa Principum & magnorum herorum superba mausolea, donec omnia ferro
& flamma deuastarunt feri sedarij Caluiniani anno 1561. cœnobium etiam decora-
tore viri sanctissimi & doctissimi, primus ille quem diximus fundator qui in ingressu ea-
pituli sepulchre locum accepit adiectione hoc impolito, sed illis temporibus assueto carni-
ne sepulchrali:

*Hic sub tuba inferius
Sancti Francisci socius,
Parcas ei Altissimus.*

*Iacet frater Gregorius
Nationeque Lombardus.*

Et Fr. Gulielmus Auccps (Gallice loiseleur) Fr. Leobinus Colle Villanus, Fr. Ioannes de Mara Fr. Gulielmus solo cognomino superbus. Auceps fidelis Episcopus Abelonensis Ecclesiaz, delegit sibi in hoc conuentu in medio chori locum sepulturae; Gulielmus Superbus cultodiz Normanniz praefectus, omnem adhibuit operam huic conuentui in disciplina arctiori reformato, postea rector studij Parisiensis sibi terminum vitæ suæ posuit. Præter hos deum illustri, constanti, & gloriose perpetuo martyrio illustrarunt Fr. Andreas de Monte, & Fr. Petrus Berot, quorum triumphum suo tempore uberiori calamo depingemus.

XXXVIII. Secundum hoc anno extructum domicilium Tolosæ, quod postea diuersorum opera in magnum excrevit; nam nobilissima familia de Faudoas eius partem cum minori Ecclesia R. vero P. F. Petrus de Foxo Minorita ac S. R. E. Cardinalis maius templum: atque R. P. F. Ioannes de Teissanderia Riuorum Episcopus, quod ad eius perfectionem deside-
rabatur, liberalissimis suis sumptibus construxerunt. Est hic conuentus capacissimus, omniisque ex parte perfectus, & à sui erectione ad hanc usque nostra tempora tum philosophicum tum quoque Theologicum studia nutriuit. Quo & factum est, ut plures viros doctos, sanctitateque conspicuos sacra religioni nostræ pepererit. Inter hos autem longe emicue-
re illustr. ac R. P. F. Vitalis de Furno Vasatenium Episcopus, ac S. R. E. Cardinalis. B. P. Stephanus atque P. F. Vitalis de Raymundus qui Auenionem contra haereticos, fidei in-
quisidores destinati, ibidem sub eisdem glorioso martyrio occubuerent. Illustriss. P. F. Ber-
nardus à Turre, qui ob doctrinæ præcellentiam vitæque sanctimoniam S. R. E. Cardina-
lis creatus est, Fr. Petrus Aureoli vir doctissimus, & Fr. Gerardus Odonis vniuersi ordinis olim minister, quorum utrumque in Cardinalium numerum cooptat Gonzaga, an ita
verè, alias examinabimus; Fr. Petrus Sulpici Vasatenium Episcopus, Fr. Ioannes à Por-
ta S. Pauli Episcopus, ac Reverendi patres fratres Ioannes Gualteri, Theodosius An-
dreas,

*Conu. Bai-
cius.
Gonzag. i
prou.
Franc. con.
21.*

*Gonzag. in
prou. Aqui-
tan. antiqui.
con. 1.
Conu. Tolo-
sanus.*

ANNO CHRISTI 1222.	HONORII III. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 15.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Hoc anno p. 11. dreas, Geraldus Briansonis & Arnoldus de Valle. Hi omnes doctissimi pariterque religiosissimi patres Seraphicum ordinem nostrum plurius editis lucubrationibus mirum in modum collustrarunt. His adiiciendus venit B. P. Antonius de Padua, qui & hunc locum utri nuper diximus suis lectionibus atque ferventissimis concionibus dum viueret exornauit, & post mortem miraculis illustriorem reddidit. Cui sacellum idque pulcherrimum, atque Tolosanis celeberrimum, ibidem erectum est. Prope summum altare tumulatus est R. P. F. Bernardus huius prouinciaz olim minister & indefessus haereticorum opugnator. Transiit autem dominus haec à patribus Conuentualibus ad Observantes anno 1552. auctoritate Pontificia, rem urgente Francisco primo Gallorum Rege.

Con. Orteſij. Tertium Orteſij ad fluminis Gadij in Aquitania marginem, quod à fundamentis ^{xcix} struxerunt Principes Bierdenses, quorum tunc tanta erat pietas, quanta postea feritas, fide mutata & vera reiecta, etenim suorum antecessorum opus demoliti sunt, & simul religiosum virum, qui tunc aderat, Bertrandus à Lazanoba crudeliter trucidarunt. *Con. Baſtide.* Quare tuni Baſtide eiusdem Aquitanie vrbis ad Pyrenæorum montium radices, à pluribus nobilibus communibus facultatibus erectum; in quo semper viguit regularis disciplina, & monasticus vigor, donec anno 1561. maiori ex parte ditus & combustus fuit ab haereticis, & aliquot post annis omnino solo adsequatus.

*Con. Alba-
quay.* Quintum non tam nouiter acquisitum, quam mutatum. Etenim præclarissima semi- XL na Sancia Lusitana, de qua alias præfati sumus, hoc anno palatium suum Ierabicense in monasterium fratrum aptavit, euocatósque ex humili & insalubri loco, quo sibi pauperem constituisse mansionem ad flumioli marginem iam supra memorauimus, necessaria supellectili, & re familiari donavit. Auguſta sane & capacissima est vniuersa ædes in optimo & editissimo loco extructa, ipsa structura & mansionum dispositione, perquam deuota, & vitæ religiosæ accommoda; in qua per aliquot menses peculiaribus studiis intentus haerens, vetustæ pietatis & sanctitatis indicia in lapidibus, & in fratribus reliquias conspexi: semper etenim ex omnium obſeruatione inueniuntur aliqui qui ad primuam illam simplicitatem & regularis vitæ puritatem semet componant. A primis annis multi fratres laici, sed pauci ibi habitabant sacerdotes, donec ad annum 1408. mutata sorte, illi pauci, hi plures euererunt. Iacet in eodem cenobio B. Pater Zacharias ex primis religionis in Lusitania magistris, missus à S. Francisco cuius erat socius. Illius sanctitas ad magna quæque & pia opera præclaram heroidem Sanciam excitabat, populosque & vicinos ad frugaliorem & meliorem vitam attrahebat. Opportunius nusquam quædam illius sanctitatis argumenta poterimus referre, dum de eius factis aut morte certum nullum est tempus. Is potro difficulta quæque, tam ad fratrum regimen, quam ad suæ animæ causas spectantia cum crucifixi Christi imagine (quæ in capitulo ut vocant honorifice colebatur, usque ad annum 1414. quo translata est in altare ad dexteram facelli Maioris, ubi adhuc non sine reverentia monstratur) conferebat. Hominem etiam de reali Christi sub speciebus sacramentalibus præsentia dubitarem, ut sequenti die sibi sacrum peragenti, assisteret, præmonuit; & in ipsa missa conuersam mundissimam hostiam in veram carnem, ostendit; quo admirabili prodigio hominis nutantis solidata est fides. Alias dum ædis præfectum ageret, nec refectio tempore ultra duos panes haberet, confidenter iussit fratres mensis assidere; & statim pulcherrimus adolescens ad ostium eorū panes optimos obtulit, quot erant fratres in triclinio. Ex ipso sapore probe cognoverunt cœlitus missos, & pro sacrī reliquiis frusta aliquot piis viris, integrumque paucem Sanctæ Principi dederunt. Mortuus tandem vir sanctus plenus meritis & virtute, sepultus est in pavimento maioris facelli, deinde translatus cum alio pio viro socio conditus est sub ipso altari in quo præmemorata Crucifixi effigies dignè colitur. Hinc R. P. F. Ambrosius Silua de Iesu dum prouinciam Lusitanie regeret circa annum 1612. sanctum translatis corpus in honorificum locum à se præparatum in muro magni facelli ad dextrum altaris latus, quod deaurata crata ferrea, & seris muniuit.

*Gratus vir-
giuſ hymnuſ:
O glorioſa
Domina.* In altari capituli summo in honore habetur imago B. Virginis Mariæ, quæ oranti tyroni ad indiscretum sui Guardiani præceptum, ut dignaretur reuelare, quænam sibi esset inter omnes orationes, aut metricalis preces Ecclesiasticas gratissima? respondit: Illam quæ incipit. O glorioſa Domina, & obiicienti iuuenculo, responsu referenti non sibi facile crediturum guardianum; prodigiosum signum adiunxit: etenim quem eosque infantulorum Iesum Iuzu gestabat in dextram transmutauit, subiungens: Abi fili, cōfiderer & inuita

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

& inuita rigorosum tuum illum guardianum cum ceteris ut videant. Viderunt & crediderunt ad maiorem virginis reverentiam & nouitij opinionem. In huius rei memoriam quoquo rotius anni Sabbatho pulsata maiori campana, ut devotus populus accedat, à cœna fratres omnes luminaribus accensis predictum hymnum solemniter cantant, aliasque preces adiiciunt.

XLII. In Sicilia extra ciuitatem Messanam ad tria millia passuum, acquisitum hoc anno Minoribus domicilium sub nomine S. Leonis, in quo per aliquod tempus commoratus est sanctus Antonius, dum secundo in Trinacriam traiceret. Translati vero fratres in ciuitatem sub Gregorio nono, commodum sibi emerunt situm soluta per benefactores summa pecuniaria Henrico de Calua, & Mariz de Farinato. Ut in eo domum suam & Ecclesiam ædificare possent Pontificio diplomate concessit Alexander Quartus, sed & primarium lapidem à se benedicatum misit Messanam. Primæ omnium structuræ expensas magna liberalitate ministrarunt tres Illustrissimæ Comitissæ Violanta de Polizzo, Eleonora de Procida, & Beatrix de Belfiore. Auxit & perfecit ædificium Fridericus III. qui ibidem in sacello maiori quod in regum Sicilicæ cessit proprietatem, se condidavit anno millesimo trigesimo septuagesimo tertio die vigesimo septimo Iulij, ubi etiam sepulchra sibi posuerunt Eleonora imperatrix Friderici coniux, Ioannes Infans, & Elizabetha eius mater. Claruerunt in hoc conuentu miraculis B. Symon Aimonis, quamuis evanuerit ibi eius memoria, caput tamen seruatur cum magna reverentia in conuentu Platez, & B. Electus nobilis cuiusdam Domini Andreæ filius, cui Christus apparuit in specie columba. Floruit etiam ibidem magister Petrus Calderinus Messanen. electus Episcopus Antiochenus, & præter hos alij viri doctissimi & religiosissimi. Ædes est patrum Conuentualium, & caput custodiz Messanz. Conuentus Paclarum eiusdem custodiz Rodulp. fol. hoc ipso tempore construi coepit, sed non absque contradictione clericorum quotundam secularium, & monialium, quæ durauit usque ad Pontificatum Gregorij Noni tanto impetu & conatu, ut quod fratres die fabricabant, simul noctu demolirent. Diri anathematis pœnam interposuit dictus Pontifex graibus de hac re datis literis, per quas omnia sublata impedimenta.

A R G U M E N T U M.

Statuitur dies lucrandæ magne indulgentia apud eadem Portiuncula multis rei veritatem comprobantibus. Franciscus Christo dictante breviorem compaginat regulam, quam confirmat Honorius Pontifex additis etiam aliis priuilegiis. Manens apud Cardinalem Brancleonem Franciscus male afficitur à demone; Græci solemniter celebrat Nativitatis Christi solemnia, inter quæ Christum infantulum rurum excipit vulnus. In comitiis generalibus absoluimus à ministratu Germania Cesarium Spirensem, eique sufficit Albertum Pisianum, cuius industria mirè propagatur religio eaque per alias partes domiciliarum numero dilatatur.

I. **D**ixi o elapsi erant anni post obtentam à sancto Francisco magnam illam indulgentiam pro visitantibus Ecclesiam S. Mariz Angelorum; sed non fuit adhuc destinatus dies, in quo fideles participes esse possene tanti beneficij. Expectauit vir sanctus, ut qui cantarum erat author gratiarum, ipse esset & dispensator, & quo die eas vellet distribui, palam manifestaret. Id porro factum hoc modo in ipso huius anni limine. Beato Francisco orante in cella, quæ erat in horto pone Ecclesiam sanctæ Mariz mensam Ianuario circa medium noctis horam accessit tentator: & dixit sub amici specie: Francisco, quare ante tempus mori festinas? ut quid ita excubas? an ignoras quod somnus sit præcipuum alimentum yicæ corporalis, homini præsertim iuueni, cui ipse somnus, vel maximè necessarius? Sed & alias tibi dixi in Ecclesia, quæ quatuor capellæ nuncupabatur in Comitatu Tudertino, quod cum iuuenis sis, alii te poteris exercere pœnitentias in tuorum vindictam peccatorum: ut quid igitur te tantis vigiliis & orationibus affligis? Sentiens B. Pater hostis insidias, tunica deposita, solis femoralibus indutus, in seruore spiritus cella egreditur ac per densissimam sepiem spinosam irrumpens deuenit in sylvam

ANNO CHRISTI
1223.

HONORII III.
ANNO 8.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 13.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 16.

vicinam, corpusque per vespes ac spinas volutando dire cruentauit. Dicebat enim libi ipsi: Longe mihi melius est hæc patiendo sentire dolores Christi, quam blandienti ini-
mico morem gerere. Sic tentatore fugato effusit circa eum lumen immensum, cum-
que vrgeret gelu ac frigus intensissimum, qualis solet mense Ianuarij, apparuerunt il-
lic rosæ albae & purpureæ in magna copia. Affuit & ingens Angelorum cætus ei dicen-
tium: Surge cito Francisce, & ad Ecclesiam propera: ibi enim te Christus cum matre
sua expectat. Qui surgens ueste noua, & candida se miraculose indutum sensit, col-
lectisque rosis duodecim albis, & totidem rubris ad Ecclesiam perrexit. Videbatur
autem ei semita versus Ecclesiam sericis ac purpureis uestibus strata atque ornata. Re-
verenter itaque Ecclesiam ingressus, vidit Christum Dominum cum Virgine matre, &
multa Angelorum frequentia stantem, moxque cum adorans, dixit: Sanctissime Pater
noster, Domine cœli & terræ, atque humani generis Saluator, digneris propter ma-
gnam misericordiam tuam decernere diem indulgentiæ huic loco per temetipsum con-
cessæ. Accessit patrocinium gloriose Virginis eius patronæ. Tum Christus respon-
dit: Volo sit dies illa, in qua Petrus Apostolus meus fuit à vinculis solitus, incipien-
do à secundis vesperis illius diei, vsque ad vesperas sequentis includendo noctem in-
termediam: quo tempore quicumque hanc Ecclesiam ingressus fuerit plenam quam
postulasti indulgentiam obtineat. Verum Domine, ait Franciscus, quomodo hæc ho-
minibus innotescat? & quomodo fidem adhibebunt? Hoc fieri, inquit Dominus,
meo fauore & auxilio gratiæ meæ. Tibi interim Romam eundum erit ad vi-
carium meum, cui cum hæc exposueris, ipse curabit notificari. Et Franciscus: for-
te mihi peccatori non credit tuus vicarius. At illi Dominus: Adduc tecum aliquot
restes de sociis tuis, qui hæc audierunt; simulque defer in testimonium de rosis albis
& rubris quas in sylva collegisti. Moxque chorus Angelorum intonuit: Te Deum La-
damus, & ad finem vsque compleuit; cumque beatus Franciscus de rosis quas è sylva
detulerat tres vtriusque coloris in honorem sanctissimæ Trinitatis sustulisset, visio
tota disparuit. Postera die Beat. Franciscus reassumpta tunica cum tribus sociis Fr.
Bernardo de Quinta Valle, F. Petro Cathaneo, & fratre Angelo de Reate Romam
profectus in Patriarchio Lateranensi accessit ad Pontificem, eique seriem eorum quæ
acciderant ex parte Christi retulit, tribus fratribus prædictis testimonium perhiben-
tibus. Rosas quoque obtulit in certiorem veritatis probationem. Quarum odorem &
vitorem mirificum stupens Pontifex, ait: Mirum plane hoc hyemali tempore rosas
reperiiri tam vernantes. Et nos quidem, fratr. Francisce, verum credimus testimoniu-
mum vestrum: sed proponendum erit negotium concilio fratum nostrorum Cardinalium,
ut decernamus quid factò opus sit. Præcepit interim suis, fratres honeste ex-
cipi, omniaque eis necessaria suppeditari. Postridie comparens B. P. cum sociis co-
ram Domino Papa in confessu Cardinalium, humi procumbens ait: Dignissime vica-
rie Christi adimple voluntatem Patris cœlestis & Virginis Matri in materia per me
vobis proposira. Cui Papa: Etsi mihi declaraueris quæ sit Domini voluntas; edic tamen
etiam hic coram omnibus fratribus nostris Cardinalibus. Tum Beat. Pater: voluntas
Dei est, inquit, quod quicumque à Vesperis primæ diei mensis Augusti, vsque ad ve-
speras secundæ diei eiusdem mensis intrauerit Ecclesiam B. Marie de Angelis Assisiensis
diœcesis, accipiat remissionem plenam omnium peccatorum à die baptismatis, vsque
ad horam introitus in dictam Ecclesiam commissorum, si corde contrito & humili-
to confessus & à Sacerdote absolutus fuerit. Protracto super hoc sermone intelligens
Pontifex ex sinceri minimeque fallacis viri certa narratione ita placuisse Christo Do-
mino ad preces beatissimæ suæ genitricis, palam gratiam seu indulgentiam postularam
concessit, seu potius confirmavit, scriptisque Episcopis Assisiens. Perusino, Tuderi-
no, Spoleto, Fulginaten. Nucerino, & Eugubino, ut ad Kalendas Augusti om-
nes ad prænominatam zedem conuenirent, & solemniter indulgentiam hanc publica-
rent. Conuocauit vndeque illius regionis vniuersos & preparauit amplam latamque per-
gulam, ex qua circumstanti populorum multitudini Episcopi indulgentiam denun-
ciarent. Statu die congregatis in unum, Franciscus ad Episcoporum hortatum sugge-
stum ascendit, præmissoque salutari & feruenti sermone rei seriem retulit; conclu-
dens cœlitus & per summum Pontificem in perpetuum per singulos annos pro-
jillo statu die concessam esse plenam omnium peccatorum pœnitentibus & contritis
corde

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

corde sacra confessione premissa. Audientes autem Episcopi indignati sunt, dicentes: frater Franciscus, licet Dominus Papa, nobis mandat satisfacere tuz voluntati, quo ad hoc: non est tamen eius intentio, vt te sequi debeamus in eo quod congruum non est ideo denuncietur tantum indulgentia decem annorum. Surrexitque Episcopus Assisensis, volens publicare indulgentiam decem annorum: tamen alter eloqui non poterat, quam B. Franciscus dixerat. Quod alij egre tulerunt, & surrexerunt unus post alterum omnes conantes corrigere, quae precedentes dixerant, tamen Deo disponente non potuerunt aliud pronunciare quam quod à B. Francisco dictum fuerat prius. De quo omnes mirati voluntatem Dei de concessione predicitz indulgentia vnamiter agnouerunt, & enunciarunt. Huius rei testes fuere supra nominati Episcopi cum multis viris magnis & Dominis tam de Perusio quam de aliis ciuitatibus & castris circumiacentibus: Domini nimirum sequentes; Suppolinus Hugolini prebyter D. Andreas de monte Mellino, fratres Nepoleus de Armeniano, Ioannes Calcei, Ioannes Petri Tubaldi, Orlandus Lamenfre, Egidius Matthaeus, Bernardicus Pauli, Petrus Sasphinus, & alij quamplures de Assisio. Item Domini Petrus de Viterbio Hugolinus Quespolippi, Coraldus Monaldi, Andreas de Metuani & Neapoleus de Fulgineo Matth. de Benenese, Berengarius de Spelo, multique alij de partibus vallis Spoletanæ, qui omnes dictæ denunciationi interfuerunt. Multi etiam tam fratum, quam aliorum, qui predicationem B. Patris audierunt testati sunt, quod vir sanctus schedulam quandam manu tenens, & legens dixerit: Volo vos omnes mittere ad paradisum, quia annuncio vobis indulgentiam plenariam, quam obtinui de voluntate patris coelestis, & ab ore summi Pontificis. Et vos omnes qui venistis hodie, & qui vement annuatim hoc ipso die, corde contrito confessi, & per sacerdotem absolti habeatis plenam indulgentiam peccatorum vestrorum.

II. Ita rem hanc narrant chronica antiqua ordinis Bartholomæus Pisanus, Marianus Florentinus, Marcus Visipponen. Petrus Rodulphus frater Bartolus de Assilio, peculiari de hac re libello excuso Treui anno millesimo quatuordecimo septuagesimo, Speculum vite sancti Francisci, S. Antoninus, S. Bernardin. Senen. Michaël de Medina vir grauissimus & Regius in concilio Tridentino Theologus. De qua re etiam Illustriss. Cardinalis Bellarminus, Rutilius Benzoni Episcopus Laurentanus & passim alij, sed & veram vniuersam hanc historiam probat, eamque testimonialibus suis literis, quem autographum seruantur in archivio nostrorum patrum conuentualium in urbe ad sanctos Apostolos, signatum quadruplici charectere. T. inserit Dominus Theobaldus Episcopus Assisias, qui floruit ad annum 1308. egitque cum fratre Marino nepote Beat. Massxi (qui Franciscum comitatus est quando primo Pontifice in adit Perusij de hac indulgentia tractaturus:) ut totam rei seriem exinde perciperet, eamque didicir, ut ipse ait, à pluribus qui tunc ex multis partibus veniebant, & eam acceperant à beatis Leone, Benedicto, & Rainero Aratinis, & predicto Masszo de Marignano sancti Francisci sociis individuis. Adhuc seruantur religiose trabes super quas extructa erat pergula, ex qua indulgentiam publicarunt cum Francisco Pontifice, & locus ipse eleganti sacratus est facello, sub cuius altari in altum erecto per crates ferreas dictæ trabes conspicuntur; & iuxta facellum est hortulus in quo perpetuo virescunt miraculosa illa roseta sine pungentibus aculeis, ex vegetibus & spinis quae virum sanctum cruentarunt, exorta.

III. Confirmant etiam hanc sacram indulgentiam plura miracula, quae referunt Pisanus, & Marcus Visipponensis, & quorum narratio opportunior alias se nobis offeret; probant item sacra Ecclesiæ tabulæ, Romanum Martyrologiū impressum Venetiis an. 1509. aliud item ibidem excusum an. 1566. Franciscus Maurolicus & Molanus in suis Martyrologiis, in quibus amplissimam hanc indulgentiam à Deo atque Pontifice concessam esse refertur. Rem etiam stabilunt Pontificum concessiones quamplures. Martinus 4. interrogatus à suo ciceratio an facultatem facceret quamplurimis ex familia Pontificia, qui Assisium ire volebant sub fine mensis Iulij, ut ad 1. Augusti diem magnas has gratias possent in dicta Ecclesia lucrari? dixit ad fratrem Matthæum Aquaspartanum lectorum sacri palatij, deinde Cardinalem, qui tunc aderat: Quid tibi videtur fr. Matth. de indulgentia hac? qui respondit. Videtur mihi quod sit vera, iusta, & sancta, quia B. Fracis. illam

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI. NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Confirmator obtinuit ab Honorio Papa, & publico ore pronunciauit, sicut multi hodie quoque, qui audierunt B. Franciscum testantur. Papa statim intulit: Ira plane credi debet, quia non est vero simile quod tantus sanctitatis & virtutis homo, qualis erat Franciscus in re tanti momenti hominibus vellet imponere, nec in Ecclesiam indulgentias apocryphas inducere. Quare & nos ex parte Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius indulgentiam illam confirmamus, & si haec tenus ibidem non fuisset, eam nos concedimus, & volumus ut ibi habeatur, & reputetur: de quo tu frater Matthaeus cura si velis fieri publicum diploma. At ille respondit: Sanctus Franciscus nullas voluit fieri de hac re literas, quantumvis ei offerrentur. Cui Pontifex: Bene dicas: sic ergo ibi iam, si non est indulgentia ex verbo & concessione nostra in perpetuum. Hec omnia reculit fideliter fratribus praedictus Matthaeus factus iam Cardinalis.

Medina cit. Ante Martinum Alex. Quateus sciens huius indulgentie lucrandz die multas fieri IV.

Ab Alexen. oblationes, concessit ut fratres eas admittere possent, ex eisque Ecclesiam sancti Francisci Assisi reficerent, priuilegiumque dedit custodi Minorum Assisiati, ut pro illo tempore, ob magnut, & pene incredibilem populorum concursum illos approbare posset, quos vellet, & dignos iudicaret fratres pro confessionibus audiendis. Episcopus Theo-

A Bonifacio. baldus citatus restatur suo tempore Bonifacium Octauum solemnes nuncios ad eadem Portiunculz transmisso, qui ipso die ex parte & iussu eiusdem Domini Papz solemniter de hac indulgentia praedicarent. Insuper, inquit, & Patriarchz, nec non plerique

Indidem. Cardinalium Episcoporumque propriis in personis spe veniz consequendz ad eandem indulgentiam venientes eam veram & certam personali praesentia protestati sunt. Clemens Quintus propter quorundam quæstuariorum (quod in Clement. abusionib. de pœnit. remiss. proditur) auaritiam atque imposturas, paulum numerosis indulgentiis infestus, quæstitus, de ista quid esset agendum? Nos inquit, ad eam indulgentiam non apponimus os nostrum. Similiter respondit, qui eum sequutus est Ioan. 12. an. 1320. & huius successor Benedictus vndeclimus aliis duodeclimus in bulla quæ incipit, *funda in M&.*

Roderic. to. tibus, & Assisi scrutatur. magnis elargitis gratiis hunc cultum & ritum commendat Sextus

2. qq. regul. Quartus an. 1481. die 5. Augusti indulgentiam hanc extendit ad omnes moniales, ut eam

Mon. fol. lucrati possint in suis Ecclesiis, & deinde eam communicauit omnibus dominibus fri-

67. & 68. trum tam primi quam tertij ordinis, quas concessiones Leo decimus confirmavit, & post

Roderic. co. eum alij Pontifices, nouissime Paulus Quintus & Gregor. 15. datis de hac re Apostoli-

1. q. 18. ai. 3. cis literis, sed & S.D. Urbanus VIII. qui hodie feliciter sanctam gubernat Ecclesiam cura-

Roderic. pro anno Iubilari 1624. celebrandi omnes alias ubique Indulgentias suspenderit, hanc

proxime cit. ipse dato diplomate declarauit intactam sub his verbis.

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Cum nuper ob sacri Iubilari celebrationem à vigilia Nativitatis Domini nostri Iesu Christi anni proxime venturi inchoandom, & usque ad finem eiusdem anni duraturam omnes & singulas etiam perpetuas & peccatorum remissiones quibusuis Ecclesias, monasteriis, Hospitalibus & aliis locis prius secularibus, & quorumvis ordinum etiam mendicantium regularibus sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis quomodolibet cœcessas, de Apostolicæ potestatis plenitudine suspenderimus & suspensas esse declarauerimus, easque eodem anno durante nulli prodesse aut suffragari debere decreuerimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis litteris, quarum tenores presentibus pro expressis habeti volumus, plenius continetur. Nos cupientes ut Ecclesia sanctæ Mariæ Angelorum domus Ordinis fratrum Minorum S. Francisci de obseruancia prope & extra muros ciuitatis Assisi, congruis frequentes honoribus ad eamque Christi fideles eo libentius accedant, quo ex inde spiritualibus gratiis se uerius refectos conspexerint, tenore presentium declaramus, mentis & intentionis nostræ minimè fuisse, nec esse sub praedicta Indulgentiarum suspensione Indulgentiam verius que sexus Christi fidelibus praedictam Ecclesiam die secunda mensis Augusti à primis vesperis, usque ad occasum Solis diei huiusmodi visitantibus, & requisita pro eadem indulgentia consequenda peragentibus concessam comprehendere, prout minime comprehendimus, nec comprehensam esse in verbo Romani Pontificis attestamus.

In con-

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

In contrarium facientes non obstantibus quibuscumque. Datum Romę apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 31. Iulij 1624 Pontificatus Nostri Anno Primo.

V. THEATIN.

IV. Rem ultra ceteros ampliauit Paulus III. qui omnibus diebus in predicta sede sancte Marię Angelorum sive de Portiuncula lucrari posse indulgentiam hanc, qui deuote contriti & confessi accesserint, concessit; Rei testimonium authenticum ex autographo transcriptum ē Perusio hoc anno accepi, & subiicio.

*Maffeu Bardus nobilis Florentinus Dei & Apostolice Sedis gratia
Episcopus Thesinus.*

V. [Fidem indubiam facimus, & veritatis verbo attestamur, qualiter de anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto de mense Septembri infra octavam nativitatis Beatae Mariæ semper virginis, Sanctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dominus Paulus diuina prouidentia fel. record. Papa tertius, dum esset Perusii in conuentu sancti Francisci de monte fratrum Minorum Observantie ad Puteum sancti Egidij, vbi omnes fratres eiusdem conuentus, inter quos & nos tunc temporis adscripti eramus, & sanctissimos eius pedes deoscularemur R. P. fr. Massen de Perusia tunc vicarius eiusdem conuentus narravit prælibato sanctissimo D. N. PP. fratres omnes Minores de observantia pie credere omnes Christi fideles intrantes capellam Diuine Mariæ Angelorum de Assisio consequi semper plenariam indulgentiam prout consequuntur Kalend. Augusti; & audiuisse præfatum sanctissimum D. N. PP. dixisse, sic & nos hucusque credidimus, & quatenus in eadem capella plenaria indulgentia prout vos credidistis, non esset, prout & nos credidisse attestamur, eam ponimus, & autoritate Apostolica concedimus. Et quoniam omnia & singula dum sic agerentur audiuimus, & una cum multis aliis fratribus & præsertim R. P. F. Iosepho Rosciolo tunc temporis Guardiano in eodem conuentu, & præfato fratre Massen præsentes fuimus, propterea ad perpetuam rei, sicut supra geste, memoriam has præsentes fieri iussimus per nos subscriptas, & nostro quo in similibus utimur maiori sigillo muniri fecimus, & per infrascriptos notarios publicos subscribi. In quorum omnia & singulorum fidei, &c. Datum ex predictis nostris Episcopatibus in Terra Castri Plebis die 7. Mensis Octobris 1588. Indictione prima Pontificatus S. in Christo Patris & Domini nostri Domini Sixti diuina prouidentia Papæ Quinti anno quarto.]

VI. Aliud magnum & sacrum addere licebit ex S. Brigita testimonium. Etenim cum in hac ipsa Ecclesia ad has lucrandas indulgentias substitisset, audiuit & vidit Christum dicentem: Amicus Franciscus descendit de monte deliciarum in speluncam, vbi panis suus erat diuina charitas, potus eius continua lachrymæ, & lectus eius medicatio operum & mandatorum meorum. Nunc autem fratres eius ascendunt in montem curarum & deliciarum seculi, & non attendunt ad humilitatem & consolationem patris sui & amici mei. Sed dic quid est in corde tuo de quo turbaris licet omnia sciam. Et illa: conturbor, inquit, quia aliqui dicunt, quod iste sanctus confinxit sibi indulgentias istas, & aliqui arguunt eas nullas esse. Respondit Christus: Qui confingit aliqua, est sicut arundo inclinabilis ad fauores adulantium, sed amicus meus fuit quasi lapis ignitus & igneus, quia habuit me in se, qui sum ignis diuinus. Et sicut ignis & stramina non conueniunt, sic nec falsitas ibi communicat, vbi veritas habitat, & ignis diuinæ charitatis; sed amicus meus habuit & dixit veritatem, & quia vidit tempore hominum ad Deum, & cupiditatem ad mundum, doluit vehementer. Ideo petivit à me signum aliquod charitatis, per quod homo accenderetur ad charitatem & cupiditas minueretur. Cui petenti ex charitate, ego qui sum ipsa charitas, dedi signum, scilicet quod omnes qui venirent ad locum suum vacui, implerentur benedictione mea, & soluerentur a peccatis suis. Respödit iterum domina: Numquid domine mihi successor revocare debet, quod tu omnis potest & gratia infusor dedisti? Respödit Christus: Hix est quod dixi Petro, & eius successoribus. Quodcumque ligaueris ligatum est, veritatem propter inalicias hominum multa donata

*Habetur quo
ridae indul-
gentia in eadē
Portiuncula.*

*Brigita in
reuelatione.
extraag.
c. 90.
Brigita de
hac indul-
gentia testi-
monium.*

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

subterahuntur, & propter fidem & merita gratia donata augetur.]

¶. 91. v. 5.
Med. cit.

Tot & tantis huius rei testibus quantumuis prius sine villa scriptura publicata, sine vlo VII. publico instrumento concessa, nullis tabellis signata; aut pontificio firmata diplomata, dubium omne superavit hæc indulgentia ut plane verum sit quod *testimonia Dei credibilita facta sunt nimis*. Neque vero hæc (ut doctè subiungit Medina) quod neque Paulus, neque Euangelia ea narrent, sunt tam parui habenda, quam quibusdam ad miraculum usque sapientissimis hominibus, qui tantum verbum Dei expressum, aut (quod inuite credo faciunt) vetustissimos patres recipere ob ingenij magnitudinem consueverunt, fortasse videbuntur. Nam neque omnes veteres authores nostris fuerunt veritatis studiosiores, neque multorum annorum mendacia, minus sunt mendacia, quam ea quæ recens scribuntur: quemadmodum etiam neque recentissimæ veritates minus sunt veritates illis, quas Mercurius, aut si quis fuit eo antiquior, scriptas memoriz prodidit. Enimvero facis mihi persuadeo, si hæc historia literis Græcis scripta blattis semiarrosa in aliquo angulo, stercore, aut puluere obusa, nunc denuo à quoquis istorum, qui ne vulgariter sapere videantur, abditissima quæque Græcorum monumenta admirati solent, inuenia suisset, nihil illa vel ad Romani Pontificis astrictam dignitatem (vocat enim illum hic Christus suum Vicarium, neque eam, aut donare aut diei certo dicare sine eius consensu voluit) aut ad indulgentiarum comprobationem & autoritatem præsentius aliquod scriptum futurum. Nam quanta fides, vel miraculis vel reuelationibus probatissimorum virorum, qui ut diximus, eidem post ingentem dubitationis anxietatem diuinitus edocti testimonium detulerunt, sit adhibenda sanctorum patrum monumenta, & labores nos docere poterunt, in quibus quanti, huiusmodi argumentandi genus, ponderis apud eos, vel in decernendis dogmatibus, vel in tractandis scripturis obtinuerit, facile deprehendimus.

Quoniam cō-
tūsus popu-
lorum pro-
haec lucran-
da indulgen-
tia.

Id porto ad rei miraculum & commendationem spectat, quod die pro lucranda In- VIII. indulgentia statuta, frequentissimus ibi fiat populorum concursus, vndique ad tantum numerum confluentium, ut sepiissime ad sexaginta millia, & amplius ascendar, nec sufficiat eis pro duorum dierum hospitio ciuitas, sed sub tentoriis viuant in campo, neque edulia illic è vicinis pagis & oppidis magna cura asportata quidquam sint inter tantos, neque sufficienter pateant ipsius Ecclesiæ portæ conglomeratum & stipatum ingredientibus sacrum delubrum, brachiis in altum erectis ne à comprimentibus offendantur. Adeo enim inter se stringuntur certantibus omnibus intrare, ut quotannis aliqui sint, qui inter comprimentes expirent; alij in aera ferantur, nec pedibus terram pertingant, donec iterum in apertum campum regrediantur. Iuuat hanc pressuram quod multi secundo & tertio hanc indulgentiam velint lucrari, tam pro se quam pro amicis & parentibus absentibus, & pro iis etiam qui ex hac vita abierunt, quorum animabus à patribus liberandis hac ratione consultum iti, crebra miracula & mysteriosæ visiones certius comprobabant. Adiungit semper Prætorij ciuitatum Aſſisi & Perusij lictores, qui in ordinem cogant & insolentias, vel turbas in tanta multitudine præmeditentur & compescant. Sub vesperatum hora, omnes Francisci Sætatores tam Observantes, quam Capucini, quam Tertiarij, & si qui alij, congregantur in æde superiori patrum Conventualium, cum quibus reverenter adorant sancti Patriarchæ corpus, & inde omnes descendunt religioso de more processionaliter vniuerso hominum cœtu per campos & compita grauissimum & devotissimum conspiciente spectaculum, ad ædem Portiunculæ, indulgentiæ locum, stratum autem numerus frequenter exceedit milie sexcentos. Primi his accendentibus aperiuntur portæ, deinde subsequitur populus vniuersus. In Hispania, & aliis regnis tanta fide populos vidi huic indulgentiæ credisse, ut infelicem & Christiano nomine indignum se putet, qui ei lucrandæ non se præparet, & sane habent quod agant diebus antecedentibus confessarij, dum nullus sermè sit, qui caelesti & magno hoc remedio non velit suas sordes abstergi, & plures ipse nouerint, qui quantumuis perditz vitæ, & præcepti Ecclesiastici de confitendo & communicando pro Resurrectionis Paschate negletores, diem hanc præteriri non vellet, tanto lucro neglecto. Conuenienter autem incipit hæc indulgentia à die & vesperis secundis sancti Petri ad vincula, ut sicut ille liberatus est à catenis ferreis, ita in eis die incipiunt per imminensam Dei dignationem & sacram indulgentiam homines

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS M- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

nes solui à gravioribus vinculis peccatorum iuxta illam prectionem Ecclesiasticam:
Deus qui bestum Petrum Apostolum à vinculis absolutum, ille sum abire fecisti: nostrorum quesumus absolve vincula peccatorum, &c.

IX. Ut vero paululum retrogrediatur oratio supradicti septem Episcopi septenis diebus à publicata indulgentia, & consecrata Ecclesia Portiunculæ ad preces viri Dei, & sanctæ Clariæ 9. Augusti consecraruunt etiam Ecclesiam sancti Damiani, qui dies propterea incolis quot annis habetur solemnis. Franciscus autem antequam quicquam de re hac cum eisdem egerit, aut literas Pontificias ad eos transmiserit, vel præsens dederit, vel ab urbe recesserit, curare cogitauit, ut oblatæ sibi illa occasione & Pontificis benevolentia regula ius approbata per Innocentium, per Honorium confirmaretur, sed talis ei vi-
go immissa. Videbatur de terra micas panum subtilissimas collegisse, multisque famelicis fratribus ipsum circumstantibus debere tribuere. Cumque micas tam tenues distribuere formidaret, ne forte inter manus exciderent, vox ei desuper ait: Francisce, vnam de mi-
cis hostiam facito, & manducare volentibus tribue. Quo id agente, quicumque illud non devote recipiebant, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti notabiles apparebant. Recitat mane vir sanctus hæc omnia sociis, dolens se non percipere myste-
rium visionis. Sequenti vero die cum vigil in oratione persistenter, huiusmodi vocem de celo delapsam audivit Francisce; micas præterige noctis verba Euangelica sunt: hostia re-
gula lepra iniqüitas. Volens igitur confirmandam regulam ex verborum Euangelij ag-
gregatione profulus traditam, ad compendiosorem formam iuxta quod dictabat visio monstrata, redigere ad vallem Reatinam descendit. Deinde simul cum fratribus Leo-
ne, & Bonizio in montem Columbæ, seu Rainerij, ab urbe Reatina secundo lapide ad meridiem, Spiritu sancto ducente concendit, ubi in altissimæ petræ scissura per quadraginta dies in pane tantum & aqua ieiunans, eam fecit conscribi, secundum quod oranti sibi diuinus spiritus suggerebat. Hoc anno denotant ita eari, quam modo profite-
mur, institutionem, communiter referunt nostri scriptores, sed Abrahamus Bzouius absque ullo teste rem refert ad annum 1216.

X. Hanc cum de monte descenderet, Assisiumque perueniret, fratri Heliz suo vicario legendam custodiendamque tradidit. Ille vero asperam & strictiorem, quam vellet, ex cardis sensu diuidicans, paucis elapsis diebus se eam per incuriam perdidisse dissimulat. Iterato vir sanctus ad locum solitudinis rediit, & instar prioris, regulam statim refecit. Quod dum significaret fr. Elias quibusdam ministris & diceret institutorem velle fratres compellere ad arctiorem vitam, quam eo usque viuebant; commoti inter se colloqueban-
tur, quid agendum, vel quibus modis ab huiusmodi conatibus possent legislatorem di-
mouere? Causabantur tandem prouinciam hanc ad solum fratrem Heliam pro vicarij generalis officio spectare, cumque teneri rei huius incommoda & fratrū tenitentiam enarrare. Ille Francisci spiritum & constantem mentem acresque reprehensiones aliquoties expertus, se solum rem aggredi non audere, respondit; si vero illi eum conuicte vellent, se comitem offert, ut nomine omnium causam efficacius urgeter. Perrexe-
runt omnes vnamiter nouæ regulæ reluctari; sed dum erant in via, nihil non reuelatum Francisco, qui montis supercilium superantibus ex petræ crepidine proliens occurrerit ad indignantis modum fratrem Heliam interrogans, quid sibi vellet ipse, aut ministrorum Comitatus? Ille humili voce demissisque oculis timens sanctum Patrem ef-
fensem iri, dixit: Ministri hi audierunt nouam sibi efformari regulam humanis viribus superiori, induxiturque me huc, ut pro vicarij ratione de temperando agerem instituto, neque enim duriori se volunt adstringere. Turbatus spiritu Franciscus infremuit, vultumque oculosque ad celum conuertens vehementi affectu dixit: Domine nonne prædicti hos mihi non credituros? ut quid in vanum me laborare coegeristi? Ego institutum hoc cum pauperculis meis sociis ad mortem usque seruabo; nolentes hos, & dure resi-
stentes compellere nequibo. Dictu mirum: statim in lucida nube apparuit super hominem Christus Dominus, qui audientibus cunctis dixit ei: Homuncio, quid turbaris, quasi tuum hoc opus esset? Tu ne legislator? Tu ne huius vitæ præceptor? Nonne omnia regulæ præcepta à me præscripta? nonne tabulæ hæc à me formatæ? tu dumtaxat re-
nue huius operis instrumentum, & calamus scribentis. Noui ego quid dictauerim, noui quid velim præcipere; vites huianæ mihi competet, scio quid possint & quantum ego

Bonav. c. 4.
Marian. c. 13.
& 22.
Platus lib. 1
c. 13.
Franc. visio-
ne monast. breviorem
scribendo regu-
lam.

Nolent hanc
regulam quis-
dam ex Mi-
nistris.

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

valeo & volo præstare subfidiū. Volo proinde ut regula hæc obserueretur ad litteram, ad litteram, ad litteram, sine glosa, sine glosa, sine glosa. Si ergo nolunt isti obseruare, deturbatis tanquam discolis & rebellibus ex hac Sodalitate, illorum loco alios substituat, et si opus fuerit, nouiter nasci & oriri faciam, atque de lapidibus istis sinceros huius instituti seftatores resuscitabo. Ad hæc verba trementibus subiunxit vir sanctus ex eminenti in qua hærebat genuflexus petræ scissura : Charissimi fratres, plus satis vobis constat in hac vestra conſpiratione Dei voluntati vos restitisse, neque tam ad Dei circa nos providentiam, quam ad humanos sensus & infirmam vestram prudentiam vos respexit, audistis, auditis ipsi vocem claram de nube delapsam? Quod si adhuc non cinnuant aures vestræ, faciam iterum eandem emitti. Confusū illi & territi obmutuerunt, cecideruntque in facies suas, & timuerunt valde.

Tunc benignus Pater de scissura petræ descendens in areolam, accedens ad filios pie que confortans, singulos apprehendit, dicens : surgite & nolite timere : sed velut milites Christi accipite armaturam Dei, & induitmini arma lucis, ut possitis in die malo, resistere dæmonis insidiis quas absque dubio vobis sternet in via hac, qua ambulatis. Conditæ porro & absoluta regula velut alter Moyses portans tabulas legis, descendit de monte, facie ignita & coruscanti, ut iis qui aderant in vicino tuguriolo ostenderet acceptam à Christo vitæ normam, cāmque transmitteret per præcipuas ordinis prouincias, ut vnuſquisque quid sibi videretur, exponeret. Præsentibus id visum, ut iuxta cæterorum religiōnum consuetudinem, saltim quidquam in communi eis licet habere; breui enim tempore adeo creuisse allegabante Sodalitium, ut verò simile sit ante plures annos tot consolades futuros, ut intra strictæ paupertatis metas non possint contineri. Ille ad locum unde venit reuersus, cum vero legislatore & magistro iniit consilium, à quo ita responsum: Ego pars & hereditas eorum ero, nolo ut immisceantur terrenis curandis, omnium huius vitæ virorum ego me constituo œconomum, nec permittam ut quidquam ex necessariis vitæ elementis eis deficiat, dum illi curauerint hanc regulam obseruare. Quo maior eorum numerus, eo maior videbitur mea prouidentia; dum in me iactauerint cogitatum suum, enuriam eos, neque in æternum dabo fluctuationem iustis. Cunctis per ordinem relatis acquieuerunt ministri Dei voluntati, & salutaribus Francisci consiliis, cum quo Assilium redierunt, ubi iterum expansa regula & ab omnibus approbata, deinde ad prouinciarum præfectos transmissa ut examinaretur antequam pateretur Pontificis confirmatione: illa porro ita se habet.

XI.

C A P V T I.

In nomine Domini incipit regula & vita fratrum Minorum.

Regula & vita fratrum Minorum hæc est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangeliū obseruare, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. fr. Franciscus promittit obedientiam & reverentiam D. Papæ Honorio ac successoribus eius canonice intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ & alijs fratres teneantur fratri Francisco & eius successoribus obedire.

XII.

C A P V T I I.

De his qui volunt vitam istam accipere, & qualiter recipi debeant.

Conditiones recipiendorū ad habitum. **S**i qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos ministros Proutiales: quibus solummodo, & non aliis, recipiendi fratres licentia concedatur. Ministri vero diligenter examinent eos de fide Catholica, & de Ecclesiasticis Sacramentis. Et si hæc omnia credant & velint ea fideliter confiteri, & vsque in finem firmiter obseruare, & vxores non habent, vel si habent, & iam monasterium intrauerint vxores, vel licentiam eis dederint auctoritate dicæsan Episcopi voto continentia iam emisso, & illius sint ætatis vxores, quod non possit de eis orihi suspicio, dicant illis

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

illis verbum sancti Euangelij, quod vadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare: quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caueant fratres, & corum ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciant de rebus suis quidquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur, sic etiam habeant ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas sine caputio, & cingulum & bracca, & capparonem usque ad cingulum, nisi eisdem ministris aliud secundum Deum aliquando videatur. Finito vero anno probationis recipiantur ad obedientiam promittentes vitam istam semper & regulam obseruare. Et nullo modo licet eis de ista religione exire iuxta mandatum Domini Papæ; quia secundum sanctum Euangeliu[m]: *Nemo missens manum ad aratum, & aspiciens retro, aperte est regno Dei.* Et illi, qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio qui voluerint habere; & qui necessitate coguntur, possint portare calceamenta. Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & possint ea repetiare de saccis & aliis peccatis, cum benedictione Dei. Quos moneo, & exhortor, ne despiciant, neque iudicent homines quos viderint mollibus vestimentis, & coloratis indutos vici cibis & potibus delicatis, sed magis unusquisque iudicer, & despiciat semetipsum.

C A P V T III.

De divino officio, & ieunio, & quomodo fratres ire debeant per mundum.

Clerici faciunt diuinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepto psalterio, ex quo habere poterunt breuiaria. Laici vero dicant viginti quatuor Pater noster pro matutino, pro laudibus quinque, pro prima, tertia, sexta, nona, pro qualibet istarum; septem; pro vespere autem duodecim, pro complerio septem, & orent pro defunctis; & ieunient à festo omnium sanctorum usque ad nativitatem Domini. Sanctam vero quadragesimam quæ incipit ab Epiphania usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieunio consecravit, qui voluntariè eam ieunant, benedicti sunt à Domino; & qui nolunt, non sunt astricti, sed aliam usque ad resurrectionem Domini ieunent. Aliis autem temporibus, non teneantur nisi sexta feria ieunare. Tempore vero manifestæ necessitatis non teneantur fratres ieunio corporali. Consulo vero, moneo, & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo, ut quando vadunt per mundum non litigent, neque contendant verbis, nec alios iudicent, sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti & humiles, honeste loquentes omnibus, sicut decet; & non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. In quacumque domum intrauerint, primum dicant *Pax huic domui.* Et secundum sanctum Euangeliū, de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

C A P V T IV.

Quod fratres non recipiant pecuniam.

Principio firmiter fratribus vniuersis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipient per se vel per interpositam personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum & aliis fratribus indendis per amicos spirituales ministri tantum & custodes sollicitam curam gerant secundum loca & tempora, & frigidas regiones sicut necessitati viderint expedit. Eo semper salvo, ut sicut dictum est denarios vel pecuniam non recipient.

C A P V T V.

De modo laborandi.

Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & devote;

*Laborandum
sine praundi-*

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
<i>Quod pro labore recipit-dum.</i>			

extinguant, cui debent cetera temporalia deseruire. De mercede vero laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipient præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores.

C A P V T VI.

Quod nihil sibi approprient fratres, & de elemosyna petenda, & de fratribus infirmis.

Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo in paupertate, & humilitate. Dominò <sup>Mendicando
humiliter &
confidenter.</sup> simulantes, vadant pro elemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos hæredes, & Reges regni celorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra quæ perducit in terram viventium. Cui dilectissimi fratres, totaliter inhærentes nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub celo habere velitis. Et ubicumque sint & se inuenient fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se, & secure manifestet unus alteri necessitatem suam: quia si mater nutrit & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutritre fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres debent ei seruire, sicut vellent sibi seruiri.

C A P V T VII.

De paenitentia fratribus peccantibus imponenda.

Returrandū ad ministros pro casibus referendis. **I** qui fratum, instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus imponebantur peccatoribus paenitentias. **S**ordinatum fuerit inter fratres, ut recessaret ad solos ministros Provinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recessere, quam citius poterunt sine mora. Ipsi vero ministri, si presbyteri sunt, cum misericordia iniungant illis paenitentiam. Si vero presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire, & cauere debent ne irascantur, & conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira & conturbatio in se, & in aliis impediunt charitatem.

C A P V T VIII.

De electione generalis ministri huius fraternitatis, & de capitulo Penthecostes.

Quis in Generali electus. **V**niversi fratres vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habere generalem ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. **Q**uando & **i**n quibus. **Q**uo decadente, electio successoris fiat à ministris Provincialibus & custodibus in capitulo Penthecostes, in quo Provinciales ministri teneantur semper in simul conuenire, ubicumque à generali ministro fuerit constitutum. Et hoc semel in tribus annis vel ad alium terminum maiorem vel minorem, sicut à prædicto ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret universitatii ministrorum Provincialium & custodum prædictum ministrum non esse sufficientem ad seruandum & communem utilitatem fratrum, teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in custodem. Post capitulo vero Penthecostes ministri & custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis custodiis semel fratres suos ad capitulo conuocare.

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

C A P V T I X.

De Predicatoribus.

Fratres non prædicens in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit cōcradi- Prædicatores
cum bene-
placito Epi-
scopi prædi-
cent.
etum, & nullus fratribus populo penitus audeat prædicare, nisi à ministro generali huius fraternalitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo officium sibi prædicationis concessum. Moneo quoque & exhortor eosdem fratres ut in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta corum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi, annunciando eis virtutem & virtutes, paenam & gloriam cum breuitate sermonis, quia verbum Qualiter
præda-
dum sit. abbreviatum fecit Dominus super terram.

C A P V T X.

De admonitione & correctione fratrum.

Fratres, qui sunt ministri & servi aliorum fratrum, visitent & moneant fratres suos, Corratio
Praelatorum
qualis de-
bet esse.
& humiliter & charitatue corrigan eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmiter præcipio eis ut obedi- Humiliter
obedienter
prælanti.
ant suis ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino obseruare, & non sunt contraria animæ suæ, & regulæ nostræ. Et ubique sunt fratres, qui scirent, & cognosce- Non curan-
dam nimia-
de literis.
rent se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos ministros debeant & possint recurrere. Ministri vero charitatue & benigne eos recipient, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, ut dicere possint eis & facere, sicut domini seruis suis. Nam ita debet esse, quod ministri sint serui omnium fratrum. Moneo vero & exhortor in Domino Vita fratri-
bus cautele.
Iesu Christo, ut caveant fratres ab omni superbia, vana gloria inuidia, avaritia, cura & sollicitudine huius sæculi, detractione, & murmuratione. Et non curent nescientes litteras, litteras discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere spiritum Domini, & sanctam eius operationem, orare semper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in persecutione, & in infirmitate, & diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit Dominus: Matt. 5. 41.
*Diligite inimicos vestros, & ora-
te pro persequentibus, & calumniansibus vos.* Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, Ibidem. 10.
quoniam ipsorum est regnum celorum, qui autem perseveraveris usque in finem hic saluos eris. Matt. 10. 22.

C A P V T XI.

Quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum.

Præcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia vel consilia mulierum, & ne ingrediantur monasteria monacharum, præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec siant compatres virorum vel mulierum, ne hac occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur.

C A P V T XII.

De eundibus inter Saracenos & alios infideles.

Quemque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Saracenos & alios infideles, petant eundi licentiam à suis ministris Provincialibus. Ministri vero nullis eundi licentiam tribuant, nisi eis quos viderint esse idoneos ad mittendum. Ad hæc obedi- Idoneis con-
cedenda li-
centia eundi
in terras in-
fidelium.
entiam iniungo ministris, ut petant à Domino Papa unum de sanctis Romanis Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, protector, & corrector huius fraternalitatis, ut semper subditi & subiecti pedibus eiusdem Ecclesiæ stabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem & sanctum Euangeliū Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus. Cardinalis
petendus
protector.
Ecclesia fir-
missime ob-
diendum.

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Plura adnotauit circa hanc regulam in argumēto ciudem & notis ad eisdem tom. 2. XIII.

Regula huc à Christo dictata. Brigitta lib. 7. c. 20. opusculorum sancti Francisci, pluresque testes adduxi, qui datam hanc à Christo regulam asseuerent. Clarum & apertum est de hac re Brigitte vidua testimonium, dum ita sibi à Christo Ierosolymis revelatum refert. Istius Francisci regula, quam ipse incepit, non fuit dictata & composita ab ipsius humano intellectu, & prudentia, sed à me secundum voluntatem meam. Quodlibet enim verbum quod in ea scriptum est, à spiritu meo fuit sibi aspiratum, & postea ipse aliis regulam illam protulit & possexit j Adstipulantur huic assertioni plures ex summis Pontificibus Gregor. 9. Nicol. 3. & 4. Clemens 5. Iul. 2. illi in expositionibus eiusdem regulæ, hic in literis de Cardinalis Protectoris autoritate, & plures alii; quod sane ego mihi facile persuadeam de sanctissimo & vere Apostolico instituto quod Euangelico fundatur eloquio, vita Christi robatur exemplo, fundatorum militantis Ecclesia Apostolorum eius sermonibus atque confirmatione confirmatur. & sub qua tot homines sanctissime vixerunt, & sancto fine quieuerunt. Neque enim venire in dubium aliquatenus potest, quin omnino sacer sit modus conuersationis, & divina magis inspiratione atque consilio, quam humana prudensia, vel adiumento formatus, quo mirum tot professores tantam in vita gratiam sanctitatis, tantam post obitum gloriam felicitatis obtinuerunt.

Etsi etiam Euangelica. Roderic. 10. 1. qq. regul. q. 4. art. 1. Illam porro totam Euangelicam esse, nec quidquam habere, quod in sacro codice XII. non prescribatur aut clarius insinuetur, ostendit B. Cæsarius de Spira, de quo frequens nobis est serino, dum ad preceptum institutoris è regione vniuersiusque periodi locum exposuerit ex libris Euangelicis, cuius penes me pium est hoc opusculum MS. & iam saepius prodit in lucem. Vnde non omnino erravit, qui dixit institutum hoc lucis esse divini, nec licite posse à quopiam in terris conuelli, dummodo id intellexerit, quatenus Euangelicum est, & ex Euangelio concinnatum, sine cuius iniuria non possit hoc condemnari, vt teste sancto Bonaventura docte dixit Innocentio 3. magnæ authoritatis & doctrinæ Cardinalis Ioannes à sancto Paulo. Attamen quatenus peculiarii sodalitij norma viuendi & à Pontificibus approbata, ab eisdem sine dubio posset reprobari dum iusta causa subest, & quæ hucusque semita facta est salutis vniuersis seclatoribus fieret in offendiculum. Profecto experientia in hoc vilque tempus docuit veris & sinceris huius regulæ professoribus eam secundum ipsius sancti institutoris elogium libram esse vite, spem salutis, arrham glorie, medallam Euangely, viam crucis, statum perfectionis, clavem paradisi, postum fæderis eterni, quorum singulas additis confirmationibus ego amplius probavi ad finem eiusdem regulæ in opusculis sancti Francisci. Militatunt sub ea magni & clarissimi viri, undeaque siue à stirpe, siue à litteris, siue ab aliorum regimine, siue à propria pietate spectacissimi, neque ullum fuit virtus genus, sub quo adeo breui temporis intervallo per vniuersum orbem tot conscriberentur initiati quot sub hoc uno fuerunt connumerati. Vere & propriè canitur, Ecclesiam sancti Francisci meritis factu nouæ prolis amplificari, neque enim primus partus huius regulæ, aut prima Minorum conditio dumtaxat amplificatur, sed nouæ prolis factus quotidie multiplicatur. Præter patres etenim Conventuales, Observantes, Capucinos, ex his noua germina quotidie oriuntur reformatorum, qui collabentem aut vetustate declinantem (vt rerum humanarum facti conditio imo & necessaria mortalium lex stabilivit, vt quod crescit, decrescat; quod oritur, moriatur; & quod vigescit, arescat) pietatem, aut disciplinam regularem strictiori virtus genere curant reparare. Præter hos etiam hanc sibi delegerunt formulam viuendi peculiaribus constitutionibus suæ virtus rationi adaptatam fratres ordinis Ascensionis; & modo sub ea instituit sanctissimus Dominus Urbanus VII. ordinem Militarem conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ; neque immrito, nam opinio hæc sub Francisci instituto multo labore magno coaluit incremento.

Bon. c. 7. Platus l. t. c. 3. Maria. c. 21. Marc. 37. Pransurus. Franc. cum Cardinale mendicat. Ut vero hæc approbaretur à Pontifice regula Romam posseexit vir sanctus sub mensis Octobris finem, vbi invitatus ad prandium à Cardinale protectore, non prius mensam adiit quam aliquot frusta panis per viciniam mendicasset quæ deinde recumbens ex inanis extracta, reposuit, cœperique de eis comedere, & inter mensæ assidentes dividere, qui magno pietatis affectu porrecta, manducarunt. Cum autem è mensa consurgerent, & in cubiculum secederent, subridens & amplexatus virum Dei, inquit Cardinalis, vt quid, vir bone, domui meæ & honori iniuriam hanc fecisti,

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

fecisti, ut mecum transversus, aliunde panis fragmenta collegaris, & in mensa reposueris? Respondit: Imo vero magnum tibi honorem detuli, dum maiorem quam tu sis, dominum honoravi. Siquidem Domino beneplacitum est in paupertate, & ea maxime, quæ voluntaria est. Mihi itaque statui dignitatem hanc regiam, quam pro nobis Dominus Iesus egenus factus, assumpsit, ut sua nos daret in opia, & heredes institueret regni celestis, nullo modo relinqueret pro vsu falsatum diuiciarum, ad breuissimum tempus concessio. Egregium sane responsum, omnino par illi, quod dedit Nazianzenus paupertatem & inopiam exprobantibus. *Ista, inquit, sunt divitiae meæ. Ha me non solum gloriantem, sed & arrogantem faciunt. Videntur mihi inimici dum hoc obiciunt, quod in vestigie illius incedam,* ^{Nazianz. apolo-} *qui propter nos inops factus est, cum esses diues. Atque utinam extere me possem panniculū istū, quibus circumdari videor, ut nudus effugerem spinas facili, que retinent & revocant pergentes ad Dominum.*

- XVI. Porro Franciscus interueniente etiam pio Cardinale Protectore, egit de regula confirmanda cum Pontifice, qui lectam, dum rigidam nimis putaret, vellerque quædam mutari, Franciscus gravissime sanctissimeque confirmauit, ne verbum quidem unum de suo ibi positum, sed omnia ut erant, à Christo Domino inuenta, & dictata. Rem consultit Pontifex cum Cardinalibus, de quorum consensu, inquit Trithemius, ^{Eam con-} ^{mas Hon.} ^{III.} ^{Trith. in Chron.} ^{Hirsaug. a.} *eam confir-* *mavit Laterani 3. Kal. Decembris, in Leonis III. aula, cuius absida, & opus musivum, translationem imperij Orientalis in Carolum magnum, ab eodem Leone factam, repræsentans, sua pietate, & in antiqua Ecclesiæ monumenta conseruanda laudabili propensione per peritos artifices refici curauit hoc anno Illustriss. D. Cardinalis Franciscus Barberinus sanctissimi domini nostri Urbani VIII. nepos, singularis meus patronus, in minoribus amicus, spectabilissimæ notæ & ingenti spei adolescens. Huius aulæ pars modo oratorium est fratum Minorum Pœnitentiariorum Lateranensem. In procœmio testatur Pontifex regulam approbatam fuisse ab Innocentio, quamvis non hanc ipsam verbis, sed sensu. Præterquam quod ubique regula hæc sub Honorij confirmatione circumferatur, ^{Cópil chro-} ^{nol. ad an-} ^{1223.} *eam in eiusdem Pontificis regesto repositam vel transcriptam fuisse peculiari obser-* ^{uatione notauit author Compilationis chronologicæ inter illustres rerum Germanica-} *rum scriptores, quam & ego ibidem inueni sub num. 261. cum hac inscriptione: Fratri* ^{Maria. c. 12.} *Francisco; & alijs fratribus de ordine fratrum Minorum. Ceterum nulla est in verbis discre-* *panzia ut quidam voluerint, neque quidquam auctum aut diminutum in ea formula,* *quam præ manibus habemus, quod Pontificio non habeatur regesto, præter capitulorum distinctionem, aut incisiones, vel transpositionem vnius vel alterius Verbi, quod tanti* ^{1223.} *momenti non est, ut Marianus nimis serio & laboriose hæc voluerit notare ex autogra-* *pho Aßisi]. Ceterum confirmationis series hæc est:**

Honorius Episcopus seruus servorum Dei: Dilectu filiis fratri Francisco, & alijs fratribus de ordine fratrum Minorum salutem & Apostolicam benedictionem.

[Solet annuere Sedes Apostolica piis votis, & honestis potentium desideriis fauorem benevolum impetriri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris piis precibus inclinati, ordinis vestri regulam à bon. mem. Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, authoritate vobis Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Quæ talis est. In nomine Domini, &c. totam refert ut supra exscriptissimus. Deinde addit in fine. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei & beatissimorum Petri & Pauli se nouerit incursum.]

- XVII. In confirmatione hac ex illis verbis regulæ, & alijs fratribus teneantur fratri Francisco & ^{Denuo con-} ^{stituta Frat-} ^{rii successorum} ^{obedire constitutus est vir sanctus denuo generalis omnium minister, seu potius in ipso eodem ministeriatus officio confirmatus, quod nunquam permis-^{cessus ordinis Generals.} serunt fratribus, ut deponeret, quantumuis ille cupiebat, & suo loco fratrem Eliam constituit, quem non nisi vicarium nuncupati permittebant. Præter hoc autem confirmationis diploma aliud ei concessit Pontifex, ut ordinis apostolæ à suis rectoribus censuris innodati, ab Ecclesiistarum prælatis non recipierentur aut souerentur: imo potius confirmatis anathematis vinculis ad suam religionem reuerti com-^{pellerentur. Litteræ (ouas item Innocentius IV. Pontif. Maxim. confirmans cis-}}

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

dem verbis Lugduni 8. Kal. Maij Pontif. an. 4. ita se habent:

*Honorius Episcopus seruus servorum Dei: Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis,
& dilectis filiis Ecclesiastis Pralatis, ad quos littera ista peruenient,
salutem & Apostolicam benedictionem.*

*Prohibet Pô-
tissimum reges-
sum ex Re-
ligione.*

[Fratrum Minorum continent instituta ut nullus ad professionem sui ordinis , nisi per annum in probatione fuerit , admittatur : ne forte altiora se quarens retro tandem respiciat: tanquam in commotionem dederit pedem suum , sed & nulli eiusdem ordinis fratrum post factam professionem ordinem ipsum relinquere : nec relinquentem alicui licet retinere: nosque prioribus & custodibus fratrum ipsorum concessimus: ut in decedentes liceat , donec resipuerint , Ecclesiasticam exercere censuram : quia cum probati suerint , nullus locus est pœnitudini ; quam alias posset leuitatis occasio excusare . Nunc autem non sine admiratione referimus , sicut relatum est nobis , cum prædicti Priors & custodes taliter discedentes excommunicationi subiiciunt : hos aliqui vestrum tanquam excommunicatos euitare non curant . Vnde illos magis obstinati contingit , & dictorum fratrum religionem & ordinem infamari . Quia vero & si vniuersis liberum sit arbitrium in vouendo : nec necessitas in votis locum habeat , sed voluntas ; usque adeo tamen solutio necessaria est post votum : ut sine propriæ salutis dispendio alicui resilire non liceat ab his , quæ sponte ac solemniter reprobavit . Quare nemo mittens manum suam ad aratum , & respiciens retro , aptus est regno Dei : & Ananias & Saphyra , qui abidere retrosum sancto Spiritui mentientes , à conspectu Apostolorum principis mortui scribuntur successive delati . Vniuersitatem vestram monemus & hortamur in Domino per Apostolica scripta mandantes , quatenus ne quis vestrum , vnde quis in peccatis suis moriatur , & ordo huiusmodi detractioni subiacere , sit occasio: discedentes post professionem ab eis , præsertim excommunicatione innodatos ab ipsis , euitetis omnino . Quos etiam cum ab eisdem Prioribus & custodibus fueritis requisiti , excommunicatos nunciare cureris ; ut cum se demum cognoverint inter homines viuere , ac humano carere solatio , ad ordinem suum reddendo Deo votum , quod in eius susceptione deuouerant , reuertantur . Datum Laterani 14. Kal. Ianuarij Pontificatus nostri anno octauo .]

*Iudei repro-
diuntur tan-
quam excom-
municatos
vitari.*

Actorum 5. Quod si tunc tot ipfius Francisci tempore apostatae & gyrouagi , qui obedientiæ iugum excutiebant , ut illorum numerositatæ publico hoc & Pontificio remedio putauerit obueniendum , quis hodie digne miretur , si aliqui sint , qui ad laxiorem , & liberiorem vitam ruptis regularis disciplinæ repagulis , aliquando declinent ? Nullus fuit regularis status in quo vniuersa sors hominum suos gressus firmaret , & non respicerint aliqui ad ea , quæ in mundo reliquerunt oblectamenta , aut temptationibus succumbentes , non quærant quæ sensui placent & carni . Cæterum Franciscus volens apud castrum Græciæ memoriam nativitatis pueri Iesu , ad vicinorum oppidanorum deuotionem excitandam , maxima qua posset , solemnitate celebrare per literas admonuit sui propositi Ioannem , Græciæ militem , de quo nos superius , rogauitque , ut quæ tantæ tei erant necessaria , sedulo & solemniter præpararet . Ne vero hoc leuitati posset adscribi , summo Pontifici montem aperuit , qui pium approbavit opus , indulgentiasque largitus est deuotis spectatoribus . Dum esset in procinctu ut abiret , salutare voluit dominum Leonem Brancaleonem , Cardinalem tunc sanctæ Crucis in Ierusalem , quem Francisco addictissimum diximus superius . Ille rogauit ut per aliquot dies , vellet apud se manere ; vel ob id maximè , quia inundantes aquæ & temporis inclemencia itinerantem possent in via retardare . Renuenti homini & causanti non decere pauperes vitam agere principum , nec in nobilium aulis commorari , subiunxit Cardinalis , ut pauperem se eum admissurum , & hospitaturum , non in propriis ædibus , sed in vicina turri prope urbis murum , à turbis remora , in qua binos aut ternos dies vel corporis vel animi quieti posset vacare . Vicit Cardinalis preces frater Angelus Tancredi Recatinus unus ex Francisci sociis , qui apud eundem Cardinalem viuebat , obsecrans sanctum virum ut pium principem , cuius innuera & magna erant in vniuersum soliditum merita , non contristaret . Consentit tandem vir sanctus , & dum illa nocte in vasta turri , nouicin habente testudines , & concamerata cubicula (cuius tamen

*An. 1227.
n. 14.*

Mariae 11.

*An. 1230.
n. 17.*

XVIII.

manere con-
sensit aliqui-
bus diebus
apud Card.
Brancaleo-
nem.

Manere con-
sensit aliqui-
bus diebus
apud Card.
Brancaleo-
nem.

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

dunc nec vestigia supersunt, extractis ruderibus, & in aliena substratis ædificia) simul cum socio dormiret, crudelissime vapulauit à dæmonibus, qui ferme semimortuum reliquerunt. Discedentibus illis, socom aduocavit, cui cum vir Dei narrasset euentum, subiungens ait: Credo frater, quod dæmones, qui nihil possunt nisi quantu[m] prouidentia superna disponit: ideo in me dunc tam ferocius irruerunt, quia non bonam spem præfert mansio mea in curia magnatu[m]. Fratres mei qui in locis pauperculis commorantur, audientes me cum Cardinalibus esse, suspicabuntur forsitan implicari mundanis efferti honoribus & deliciis abundare. Ideo melius iudico eum, qui aliorum ponitur in exemplum, fugere cutias & humiliter inter humiles in locis conuersari humilibus ut sustinentes penitiam, fortis officiat familia sustinendo. Veniunt ergo mane, & humili exagatio[n]e proposita valefaciunt Cardinali.

XIX. In vallem itaque Reatinam ad præfatum Græcij locum pergens, primo sui itineris die dum diuinum soluere vellet pensum horarum, neque pluia integro cessaret die, ex asino, quo propter infirmitatem & corporis debilitatem ob præterita noctis plagas vebatur, descendit, quieto, rectoque corpore volens recitat[re] preces canonicas, neque ob pluiam, aut aliud quodvis incommodum à loco resiliit, donec officium absoluuit. Id ei moris erat summa cū reverentia, corpore composito, & erecto, animoque tranquillo, diuinum officium recitat[re], rationem hanc quætentibus reddens. Si corpus quiete & commode vult manducare cibum suum, escam mox verium futurum, tranquillus & delectabilius debet anima sumere spiritualem cibū in æternum profuturum. Itaque licet oculoru[m], stomachi, splenis & hepatis ægritudine laborarer, nolebat ramen muro vel alij fulcro inhærere dum psalleret; sed preces horarias semper erectus & sine caputio, non gyrouagis oculis, nec cum aliqua syncopa persoluebat. Grauiter etiam se putabat offendere, si quando orationi deditus, vanis phantasmatibus intentus vagaretur: cū aliquid tale accideret, non parcebatur confessioni, quin illud protinus expiaret. Hoc studium sic in vsum conuerterat, vt rarissime muscas huiusmodi pateretur. Fecerat in quadraginta quadam vasculum vnum, vt minutias temporis, ne omnino excederent, occuparet. Quod cum dicenti Tertiam, in memoriam veniens, paululum ipsius aninium distraxit: motus feroce spiritus, vasculum igne consumpsit, dicens: Sacrificabo illud Dominu[m], cuius sacrificium impediuit. Psalmos cum tanta mentis & spiritus attentione dicebat, quasi Deum præsentem haberet, & cum nomen Domini in eis occurseret, præsuavitatis dulcedine, labia sua lingere videbatur. Ipsum quoque Domini nomen, non solum cogitatum, verum etiam prolatum & scriptum reverentia volens honorare præcipua; fratribus persuasit aliquando, vt omnes schedulas scriptas, vbiunque repertas, colligerent, mundoque loco reponerent; ne forte sacrum illud nomen ibi scriptum contingat conculari. Nomen autem Iesu cum exprimeret, vel audiret, iubilo quodam repletus interius, totus videbatur exterius alterati; ac si mellifluus sapor gustum, vel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum.

XX. Ut ventum erat ad Græcij castrum sub Natiuitatis vigilia, inuenit omnia ad votum preparata, à pio illo milite & amico aduocari fecit plores ex fratribus ex locis vicinis, inuitauit populum frequentem ad solemnia infantuli Regij natalitia, & tantam posuit in eis celebrandis operam & opem, vt ex melodia, & efformatis cantibus syluz in voces resonarent sonoras, atque ex copiosis faculis & cereis luminibus nox illa sicut dies illuminaretur. Stabat vir Dei coram præsepio pietate repletus, respersus lachrymis, & gaudio superflus. Celebrantur missarum solemnia super præsepe, levita Christi Francisco sacrum Euangelium decantante. Prædicat deinde populo circumstanti de natiuitate Regis pauperis; quem cum nominare vellit, puerum de Bethlehem, pte amoris teneritudine nuncupabat. Præfatus autem miles dominus Ioannes de Græcio se vidisse asseruit puerulum quendam, valde formosum in illo præsepio dormientem; quem B. P. Franciscus stricte brachiis amplexans excitare videbatur à somno. Hanc deuoti militis visionem plura veram probarunt, tum videntis explorata sanctitas, tum miracula subsecuta. Nam fœnum, super quo iacuit viuus infantulus, propellebat mirabiliter pestes omnes & languores animalium, & locus iste accendentium corda, in obsequio Christi tortentia, excitabat ad diuinum amorem. Mutatus est post sancti viri mortem, in pium scutum, & super præsepis locum erectum est altare, non sine mysterio; vt ubi illa nocte

*Sed vapori
à dæmons*

*Quam devo-
te recitabat
diuinū offi-
cium.*

*Bonau.c.10.
Marijan. etc*

*Bonau. cit.
Legen. Gre-
gorii. 9.*

*Celebrat so-
lemniter
Christi nati-
uitatem.*

*Infantem te-
sum vbius
vbius ex-
cepit.*

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

animalia vere sceni pabula comedenterunt, ibi de cætero ad sanitatem animæ & corporis manducant homines carnem agni immaculati & incontaminati.

Aderant ibi quidam ministri, qui conuenerant de rebus suatum prouinciarum cum XXI. institutore tractaturi, ad quorum præsentiam & propter diei solemnitatem in Christi Natalitio fratres solito curiosus mensas strauerunt mappis bonis, vitorumque varietate. Ægre hoc ferens vir Dei, assumpsit secreto baculum & galerum cuiusdam peregrini, qui ad ostium mendicabat, & manducantibus fratribus superuenit, petiitque ad refectorij ostium eleemosynam ut pauper & peregrinus. Illius prouinciaz minister ex voce præceptorem cognoscens, inquit subridens, frater peregrine, magnus est numerus frarum, & ipsi indigent eleemosynis sibi concessis, atamen ingredere & subministrabitur tibi, quod licuerit. Accedens ille sedet in terra, & data ei esculenta in paropside cum frustulis panis, quæ alacriter comedit, nolens amplius quidpiam admittere. Prandio terminato mirabilem habuit ad fratres sermonem de Christi paupertate, & matri inopia, subiungens: pauperes religiosos dedecere lauta fercula præcipue in illo die, in quo beata virgo Maria vix habebat quod manducaret, nec Christus ubi cubaret nisi in animalium brutorum præsepe. Festiuitates denum inquit Christi, & sanctorum melius & commodius celebrantur paupertate, quam ipsi sedati sunt, quam superfluitate & curiositate, quam ultra modum detestabantur. Similiter etiam alias fecisse in die sancto Paschæ narrat Bonaventura, nam cum moram traheret in eremitorio quodam adeo ab hominum habitatione remoto, quod commode mendicare non posset, memor illius qui discipulis euntibus in Emmaus ipso die in specie peregrini apparuit: ab ipsis fratribus eleemosynam petiit ut peregrinus & pauper; quam cum accepisset humiliter, sacris eos informauit eloquii: quod transeuntes per mundi desertum, tanquam peregrini & aduentæ verique Hebræi, Pascha Domini, hoc est, transiit ex hoc mundo ad patrem, in paupertate spiritus contigue celebrarent.

In eodem loco Græcij dum nocte quadam dormire vellit, non potuit, sed dolebat capite, & toto tremebat corpore. Vocans itaque socium in vicina cella recumbentem, rem narravit, iussitque ut auferret, & extra cellam faceret puluinar ex plumis, quod eius capiti supponi voluit Dominus Ioannes supra memoratus, eius compatiens infirmitati, namque vere credebat in eo dæmonem latere. Iniectum in humerum puluinar tanquam onus graue grauari super se sarcinam sensit, nec prius cellam exiit, quam immobilis hæserit mutus effectus. Dum ita tardaret, nec regrederetur vir sanctus dolum præfensit, & in virtute sanctæ obedientiæ iussit ut protinus rediret. A malo sessore dimissus reuersus ad Patrem, quid passus, enarrat, confirmatque parris de latente diabolo iudicium. Vere, inquit, heri dum completorium recitatem sensi eius aduentum, & ut relisterem, diligenter me præparaui. Malæ & fallaces sunt nebulonis artes, quia non potuit mentem, Dei gratia protectam conmaculare, conatus est corpori nocere, & ne ei subueniatur rebus necessariis, impeditre: ut vel sic in aliquod inducar impatiens piaculum, vel faciat quomodo possit orare. Dimisso porro socio, in puluinati malum latuisse compertit, nam statim obdormiuit, & dolor omnis abscessit.

Annus hic non præterit absque celebratis de more comitiis sub festo Pentheco-
stes, in quibus frater Cæsarius de Spira, quem superiori anno diximus è Germania institutore in suum visendi gratia rediisse, absolutus est à ministeriis Saxoniæ, cùm duobus annis laudabiliter & prudenter præfuisset, & ei substitutus frater Albertus de Pisa, qui sub illo etiam tempore ex Anglia remeatar. Dissoluto conuentu, missi sunt cum eodem anno ad illas partes viri insignes, & eruditio præstantes frater Marcus de Mediolano, frater Iacobus de Teruilio, frater Anglicus Iurisperitus, & alij quamplures fratres. Ipse autem Albertus simul ac venisset in Germaniam conuocatis senioribus fratre videlicet Ioanne de Plano Carpini, & fratre Thoma vicario & custode aliisque nonnullis: & communicato cum eis consilio, agit capitulum Spiræ iuxta murum apud leprosos in Nativitate B. Virginis, quo in loco tunc guardianus erat fr. Iordanus, qui in eodem capitulo missam decantauit. In ipso capitulo de ordinis statu & propagatione solicite cogitantes patres, fratrem Marcum de Mediolano custodem Franconia, fratrem Angelum de Vormatia custodem Bavaricæ & Sueviæ, fratrem Iacobum custodem Alsatiæ, fratrem Ioannem de Plano Carpini

Pisan. con-
for. 16.
Specul. S.
Franc. c. 19.
Reprehendit
is mensa cu-
riostatem.

Bonav. c. 7.

Luc. 24. 18.

Ioan. 13. 1.

Tribulatur
à dæmons.
Chron. aut.
Marc. l. s.
c. 60.

Supian. 24.
Absoluimus
fr. Cæsarius
à Ministeri-
ariis Ger-
mania.
Chron. Ms.
Saxon. ad
hunc an.
Progressus
ordinis in
Germania
sub Alberto
Pisano.

ANNO CHRISTI 1223.	HONORII III. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 13.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 16.
Carpinis custodem Saxoniz constituerunt, cui eidem Ioanni clericorum Spirensium multitudini concionari demandatum est. Sermone finito dominus Episcopus Spirensis fratres ordinis Clero & populo suo serio recommendans concessit ipsis praedicandi & confessiones audiendi in sua diocesi autoritatem, quorum praedicationibus & exemplis plurimi abnegato seculo, sacro se ordini manciparunt. Quorum unus fuit Burchardus filius Comitis Poppenburgensis, cathedralis Ecclesiz canonicus, item Albertus in auctoritate adolescentum vir aperte doctus. item miles quidam strenuus, & alij quaplures. Orra autem ibidem turbatione ob recessum quorundam ab ordine, repuit populi gratia erga fratres, vsque eo, ut indignanter, & auersis oculis mendicantes fratres intuerentur, & inuiti elemosynas administrarent. Dei autem prouidentia praeferit omnium opinionem subito gratia, quæ penitus concidisse videbatur, refloruit, & fratres in maiorem potius, quam pristinum populi fauorem sunt restituti. Eodem item anno frater Ioannes de Plano Carpini vigilem ordinis dilatandi curam suscipiens, misit plures maturæ distinctionis fratres Hildeshemiam Brunswicum, Goslariam, Halbelstadium, Magdeburgum, omnes Saxoniz præclaras ciuitates. Consimiliter fecerunt Fr. Angelus de Vormatia custos Bauariz & Suevaz & Fr. Marcus de Mediolano custos Franconiz, cuius missus fratres Bambergam venerunt qui ibidem suscepserunt locum, ubi nunc leprosorium est. Reformatus est anno 1460. per Reuerendiss. Episcopum Bambergensem dominum Georgium & vicarium Provinciale Argentinensem.			
XXIV.	Misit hoc anno S. Franciscus fratres ut ad petitionem oppidanorum montis Barochij & Montegiani, non longe ab Urbino ad leuam Pisauri in Piceno, Castellorum non ignobilium monasterium construerent. Datus eis situs amarus in nemorosi & deliciosi montis iugulo in confinibus veriusque castri in quo ex communibus facultatibus commodum edificatum est coenobium sub invocatione sanctæ Mariæ de Scotaneto. Ad leuam ingredientis in Ecclesiam occurrit sepulchrum beati sancti Laici, tum in vita, tum in morte clarissimi; ut vere ei dici possit secundum nomen tuum, sic & laus tua: nam Psal. 17. 11. ut domine ita & vita vere sanctus fuit, signisque & prodigiis emicuit. Coenobium modo incolunt fratres regulatis obseruantiz.	<i>Com. Monti Barochij.</i> <i>Gonzag. in pro. march.</i> <i>con. 47.</i> <i>Chiroc.</i> <i>Marc. MS.</i>	
XXV.	Eodem anno ipsum virum sanctum Bononiæ perrexisse assertunt Sigonius & Leander Albertus in sua historia Bononiensi & in aperto foro frequenti praedicasse populo. Dumque per aliquot dies ibi staret, exploraretque laxatas vitiis habenas, quotidie instabat praedicationi & populi correctioni, spissime alta clamans voce, Vt tibi esset, & infelix fores ciuitas Bononiensis, nisi habuisses egregium, & charum apud Deum sequestrum fratrem meum charissimum Dominicum qui non cessat pro te suas preces ad Dominum effundere. Nec prius vir sanctus ab hac urbe reuersus, quam vitia magna ex parte fugavit. Forte tunc incidit, ut refert Sigonius, ut cum hoc anno orationem in foro frequenti astante concione haberet, terra ingenti agitatione concussa sit, cuius rei periculo nam sepe ante quoque illo anno magno edificiorum damno tremuerat, simul atque populum perturbatum cognovit, haud quaquam exterritus, orare perrexit, arque eo studiosius homines coelestibus eiusmodi signis admonitos prauam emendare virtutem consuetudinem oportere adiunxit.	<i>Sigon. in sunnar. hist. Bono-nien.</i> <i>Leand. de- cäd. in l. 9.</i> <i>ad an. 1223.</i> <i>Predicat.</i> <i>Franc. Bo- nonia.</i> <i>Sig. l. 2. de Episc. Bo- noniæ. ad hunc an.</i>	
XXVI.	Ante hunc annum constructum Compostellæ ad 300. à ciuitate passus coenobium alterum, diu Laurentio sacrum, probat Gonzaga ex diplomate Regio Alphonsi Legionensis, quo confirmat donationes quascumque factas prefatae ædi à Martino Zamorensi Episcopo eius structore, necnon ex eiusdem Pontificis testamenti tabulis, simul cum diploma Regis diplomate in æde matrici Compostellana seruat. Regium priuilegium ita se habet. Ego Adelphonus Dei gratia Legionis Rex unus cum filiis meis per hanc chartam perpetuo validiram, concedo & confirmo Ecclesiæ sancti Laurentij quam Dominus Martinus Zamorensis Episcopus Compostella adficiat, omnia que tam de patrimonio vestro, quam donationis vel emptionis, vel alio quocumque modo acquisita eidem Ecclesia consulisti, vel in futurum confestis. Facta charta apud Zamoram die 20. Augusti aera 1254. Computum hoc presenti correspondet anno, quare alio anteriori edificata domum oportet admittere præsentim si verum sit, quod idem author refert an. 1222. consecratæ fuisse Ecclesiæ à Petro Mundiz Compostellano Archiepiscopo, cuius beneficiis auctum monasterium ait, & donatum magna parte contigi memoris à Lupo de Moscofo Comite Altemirano. Religiosis strictioris obseruantiz illorum, quos recollectos vocant, subest locus; inter quos multi pij viri floruerunt.	<i>Gonzag. in proum. S. Iacob. con.</i> <i>Con. S Lau- rentii Com. postellani.</i> <i>Adelph. ad historiam.</i>	

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

& obierunt. Notiores hi Fr. Gillius siue Egidius de Confuegra, Stephanus de Guadraniro, Petrus de Ribera, & Petrus alter de Nanclarez Cantaber. Postremus hic olim mihi fuit notus Salmanticæ, dum iuuenum instructorem ageret; vir sane pius, regularis instituti in se obseruantissimus, & in aliis studiosissimus, assiduus in oratione, in ieiuniis & vigiliis indefessus, in macerando corpore ultra modum serius. Pœnitentius crebris incurabiles contraxit languores, quibus succubuit Compostellæ, sepultus in præfata æde an. 1619. non sine magno populi in funere concursu, qui pauperem lacernam pia deprædatione in minutula præsemina proscidit.

Gonzag. in
plou. Franc.
Paris. con. 1.
Idem in prou.
Carthag.
monast. 15.

Hoc item anno prædictus author initium accepisse refert conuentum Sagiensum in xxvii. Normannia, de quo largius agemus ad an. 1226. Etiam eodem ædificatū vult monasterium Assumptionis B. Mariz Charissarum apud oppidum S. Clementis in Hispania, sed errorem irrepsisse in numeros facile colligere est ex iis, quæ ipse dicit circa fundationem Franciscanorū cœnobij ad an. 1503. quod tamen isto monialium prius & antiquius facit. Pro numeris itaque 1223. supponendos putem 1523. ut ad illum annum serius probabo. Certius & stabilius id quod de fundatione conuentus Atrebati (quod in comitatu baton.) Arthesiz ciuitas est nobilis & insignis) refert Ferreolus Locrius ex chronicis MS. Han. an. 1223. & noniz à fratre Jacobo Guiio docto nostri sodalitij historico ante annum 1390. concinnatis, & tribus integris tomis pergamenis diuisis, quæ apud Franciscanos Montium Hannoniaz diligenter reseruantur. Franciscani inquit anno 1223. in Atrebatensum suburbis à sancto Vincentio nomen habentibus: (propter quod & ibidem commoran-tes Minores fratres sancti Vincentij principio sunt vocati) magno populi applausu, exinde fructu excipiuntur, iisdemque cœnobium ad ipsas oppidi, qua Orientem spectat, fossas & portam sancti Nicolai B. Pacifico negotium promouente construitur. Sed an. 1524. diruitur ob bellorum pericula, quæ à vicinis Gallis imminebant; & in oppidi quasi meditullio vetustæ cuiusdam arcis fundo, aliud honestiore forma restituitur. Ali quanto post tempore, noua eius Ecclesia consecrata est Dominica, sanctorum omnium festum præente sub titulo B. Catharinæ virginis & Martyris. In prioris vero cœnobij loco ad futuram memoriam crux ferrea defixa est, ad quam quotannis, die fi- delium animabus votiva, fratres processionaliter conueniunt, pro iisdem preces fusuri.

A R G V M E N T V M .

Præscribitur monialibus Damianiis regula Minoritana consimilis. Abiit in montem Aluerne Franciscus, ubi post longam rerum caelestium contemplationem, & rigide abstinentia disciplinam, nostra redemptionis pignora, cicatrices quinas accepit à Christo, quarum fides plurima in uniuersa habetur Ecclesia. Discedens à monte multa patrat mirabilia, deinde incipit egrotare ad mortem & certus redditur de gloria eterna acquirenda. Antonius Patauinus magno fructu predicationis munus exercet. Extrahuntur hoc anno nobiles Minoritarum aedes, & fratres miscuntur Coloniæ, Thuringiam, & Lindauiam.

Postum Damiani re-
gulam. Gracio sub mense Februarij redierat Franciscus Assisium, vbi quotidie rogabatur à virginibus Damianiis, ut ad instar fratrum Minorum, firmam viuendi normam acciperent, cisque præter illa quæ verbo tradidit, alia adderet scripto, regulariisque præscriberet, per quam absente vel è viuis discedente tanto magistro, quæ præsentes erant, & quæ seuererentur, possent gubernari. Ille re prius collata cum Cardinale Hugolino (qui virginum fetuorem maiores subministrasse ad ardua conatus perspexit, nec eas contentas esse regula Benedictina, neque propria Hugolini institutione, quam liben- tius alii præter illas Assibates virginis admittebant) propriam eis condidit regulam. Utique tam Cardinalis quam Franciscus supererat operi, & leges obseruandas simul ferebant, aptantes Minoriticæ firminez fragilitati. Licet has ipsa Clara optarit & pe- tierit, tamen Cardinalis dum casus simul cum sancto Francisco scriberet, non poterat se

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

cohibere à lachrymis, considerans virginum seruorem, muliebri infirmitate superiore. Dum hærebat in verbo aliquo vel periodo Franciscus, Hugolinus suam operam interponebat, & circa quædam mitiganda vel cautius præcipienda, suum dabat consilium, qui etiam ex institutione quæam superius diximus aliis monialibus præscripsisse, quædam huic regulæ inseruit. Pieratem & lachrymas Cardinalis dum hanc regulam ^{An. 1219.} _{n. 41.} conscriberet, referunt Philippus à Perusio, in illa, quam superius exscriptimus, epistola ad Gondisaluum ministrum, Marianus & Bernardus de Bessa regulam ipsam lectori hic subministramus.

C A P V T I.

Regula & vita sororum pauperum.

IN nomine Domini, Amen. Incipit regula & forma vitæ ordinis sororum pauperum, quæ quidem est sanctum Euangeliū Domini nostri Iesu Christi obseruare, vivendo in obedientia sine proprio & in castitate: Clara, indigna ancilla Christi, promitterit obedientiam & reverentiam domino Papæ Honorio, ac successoribus eius canonice intrantibus & Ecclesiæ Romanæ. Et sicut in principio conuersione sue vna cum sororibus suis promisit obedientiam fratri Francisco, ita eandem promitterit inuolabiliter obseruare successoribus suis. Et alia sorores teneantur semper successoribus fratris Francisci & sorori Clærz, & aliis Abbatissis canonice electis, ei succedentibus obedire.

C A P V T I I.

Qualiter recipi debeant.

Si qua diuina inspiratione, venerit ad sorores, volens vitam illam accipere, Abbatissa sororum omnium consensum requiri teneatur, & si maior pars consenserit, habita licentia domini Cardinalis Protectoris possit eam recipere. Et si recipiendā viderit diligenter examinent eā, vel examinari faciant de fide Catholica, & ecclesiasticis sacramentis. Et si hæc omnia credat, & velit ea fideliter confiteri, & usque in finem firmiter obseruare, & virum non habeat, vel si habet, etiam religionem intrauit auctoritate dicæsanii Episcopi, voto continentiaz iam emiso, ætate etiam longæua, vel infirmitate aliqua seu fatuitate ab huiusmodi obseruantia non impediens, diligenter exponat ei tenorem huiusmodi vitæ. Et si idonea fuerit, dicatur ei verbum sancti Euangeliū; quod vadat & vendat omnia sua, & ea studeat pauperibus erogare. Quod si facere non potuerit, sufficit ei bona voluntas. Et caueant Abbatissa, & cius sorores, ne sollicitæ sint de rebus suis temporalibus, ut libere faciat de rebus suis, quidquid Dominus inspirauerit ei. Si tamen consilium requiratur, mittant eam ad aliquos discretos, & Deum timentes, quoru[m] consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea capillis tonsis in rotundum, & deposito habitu seculari concedant ei tres tunicas, & mantellum. Deinceps extra monasterium, sine utili, manifesta, & probabili causa eidem exire non licet. Finito vero anno probationis, recipiatur ad obedientiam, promittens vitam & formam huius paupertatis in perpetuum obseruare. Nulla infra tempus probationis velletur: mantela etiam possint sorores habere pro allepiatione & honestate seruitij, & laboris. Abbatissa vero de vestimentis discrete eis prouideat, secundem qualitates personarum, & loca, & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitat[i] viderit expedire. Iuuenient in monasterio receptæ, infra tempus ætatis legitimæ condeantur in rotundum, & deposito habitu seculari, induantur panno religioso, sicut visum fuerit Abbatissa. Cum vero ad ætatem legitimam peruererint, induantur iuxta formam aliarum, faciant professionem suam; & tam ipsis quam aliis nouitiis Abbatissa sollicite magistram prouideat de discretioribus totius monasterij, quæ in sancta conuersione & honestis moribus iuxta formam professionis sororum, eas diligenter insorinet. In examinatione & receptione sororum seruientium extra monasterium seruetur forma predicta, quæ possunt portare calceamenta. Nulla cum sororibus residentiam faciat in monasterio, nisi recepta fuerit secundum formam huius professionis. Et amore sanctissimi & dilectissimi pueri Iesu, pauperculis patnis inuoluti, in præsepio reclinati, & sanctissimæ matris eius, monco, deprecor, & exhortor sorores meas, ut vestimentis semper vilibus induantur.

*Examineretur recipienda.**Matth. 19.
L. 11.
Nihil de eius
bonis reti-
neant Mu-
nades.**Habituum.
natum.*

ANNO CHRISTI.
1224.

HONORII III.
ANNO 9.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 14.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 17.

C A P V T I I I.

De divino officio & ieiunio, & quoties communicent.

*Modus re-
spondi diuinū
officium.* **S**orores litteratæ faciant diuinum officium secundum consuetudinem fratrum Minorum, ex quo potuerint habere Breuiaria, legendō sine cantu, & quæ occasione rationabili non possint aliquando legendo dicere horas suas, liceat eis sicut aliæ sorores *Grandū pro
defunctis.* recitare, dicere *Pater noster*. Quæ vero litteras nesciunt, dicant viginti quatuor *Pater noster* pro Matutino, pro Laudibus quinque; pro Prima vero, Tertia, Sexta, Nona pro qualibet istarum septem, pro vespere autem duodecim; pro completorio septem. Pro defunctis dicant etiam in Vesperis septem *Pater noster*, & requiem æternam, pro Matutino duodecim. Sorores litteratæ teneantur dicere officium defunctorum. Quando vero aliqua ex sororibus migrauerit, dicant quinquaginta *Pater noster*. Omni tempore sorores ieiunent. In Natiuitate Domini quacumque die venerit, bis refici possint. Cum adolescentibus debilibus, & seruientibus extra monasterium, sicut videbitur Abbatissæ, possit misericorditer dispensari. Tempore vero manifestæ necessitatis non teneantur sorores ieiunio corporali. Duodecim vicibus ad minus de Abbatissæ licentia confiteantur in anno, & cauere debent, ne alia verba tunc inserant, nisi quæ ad confessionem & salutem pertinent animarum. Sex vicibus communicent, videlicet in Natiuitate Domini, in quinta feria maioris hebdomadæ, in Resurrectione Domini, in Penthecoste in Assumptionis B. Virginis, & in festo omniū Sanctorum. Pro communicandis infirmis sororibus, capellanis iucus liceat intrare.

*Quoties con-
ficiendum.*

C A P V T I V.

De electione Abbatissæ.

*Professa ca-
nonicæ di-
gitor in Ab-
batissæ.* **I**n electione Abbatissæ teneantur formam canonican obseruare. Procurent ipse habere generalem ministrum, vel Prouinciam ordinis fratrum Minorum, qui verbo Dei eas informet ad omnimead concordiam, communem uilitatem in electione facienda; & nulla eligatur nisi professa. Et si non professa eligeretur, vel aliter dateretur, ei non obedient, nisi primo profiteatur formam huius paupertatis. Qua decadente, electio alterius fiat Abbatissæ. Et si aliquo tempore appareret viuenterati sororum prædictam non esse sufficientem ad seruitum & communem uilitatem ipsarum, teneantur prædicta sorores iuxta formam prædictam, quam citius poterunt, aliam sibi Abbatissam & matrem eligere. Electa vero cogitet quale onus in se suscepit, & cui redditura est rationem de grege sibi commisso. Studeat etiam aliis magis præesse virtutibus, & sanctis moribus, quæ ex officio; vt eius exemplo prouocatæ sorores, potius ex amore obedient, quam timore. De priuatis amoribus caueat ne dum in parte plus diligit, in toto scandolum generet. Confoletur afflidas: sit etiam ultimum refugium tribulatis, ne si apud eam defuerint remedia sanitatum, desperationis morbus præualeat in infirmis. Communica-rem seruat in omnibus, præcipue autem in Ecclesia, dormitorio, refectorio, infirmitaria, & vestimentis. Quod simili modo seruat eius vicaria teneatur. Semel in hebdomada ad minus, Abbatissa sorores suas teneatur ad capitulum conuocare; ubi tam ipsa, quam sorores de omnibus & publicis offensis, & negligentiis debeat humiliter confiteri. Et quæ tractanda sunt pro uilitate & honestate monasterij, ibidem conferat cum omnibus sororibus. Sæpe enim Dominus, quod melius est, minori reuelat. Nullum debitum gracie fieri, nisi de communi consensu sororum, & manifesta necessitate, & hoc per procuratorem. Caeuat autem Abbatissa cum sororibus suis ne depositum aliquod recipiat in monasterio, sæpe enim de his turbationes & scandala oriuntur. Ad conseruandam autem unitatem mutuæ dilectionis, & pacis, de communi consensu omniū sororum omnes officiales monasterij elegantur. Et eodem modo octo ad minus sorores de discretioribus elegantur, quarum in his quæ forma vitæ sororuū requirit, Abbatissa semper uti consilio tencatur. Possint etiam sorores & debeat, si eis uile, & expediens videantur. Officiale ad discessum aliquando conuenient, & alio loco ieiunio ducantur.

*Non contra-
bida debita.
Non admis-
tenda depo-
sita.
Officiales
differat eli-
genda.*

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

C A P V T V.

De silentio, & modo loquendi ad locutorium & ad cratem.

AB hora Completorij usque ad tertiam, sorores silentium teneant, exceptis servientibus extra monasterium. Sileant etiam continue in Ecclesia, dormitorio, & in refectorio tantum, dum comedunt, praeterquam in infirmeria, in qua pro recreacione & seruitio infirmarum, loqui discrete semper sororibus licet. Possint etiam semper, & ubique breviter submissa voce, quod necesse fuerit insinuare. Non licet sororibus loqui ad locutorium, vel ad cratem sine licentia Abbatissæ, vel eius vicariæ. Et licentiaræ ad locutorium loqui non audeant, nisi presentibus & audientibus duabus sororibus. Ad cratem vero non presumant accedere nisi presentibus ad minus tribus, per Abbatissam, vel eius vicariam assignatis, de illis discretis, quæ sunt electæ ab omnibus sororibus pro consilio Abbatissæ. Hanc formam loquendi teneantur pro posse, Abbatissa & eius vicaria obseruare. Et hoc de crate rarissime. Ad portam vero nullatenus fiat. Ad cratem vero pannus interius apponatur, qui non remouetur, nisi cum proponeatur verbum Dei, vel aliqua alicui loqueretur. Habeant etiam ostium ligneum diuersum, vel duabus seruis ferreis, valuis & vestibus optime coniunctum, ut nocte maxime duabus clavis obseretur, quarum unam habeat Abbatissa, aliam vero sacrista. Et maneat semper obseratum, nisi cum auditur diuinum officium & pro causis superius memoratis. Nulla ante solis ortum, vel post solis occasum, loqui ad cratem nullatenus debeat. Ad locutorium vero semper pannus, qui non remouetur, interius maneat. In quadragesima sancti Martini, & quadragesima maiori, nulla loquatur ad locutorium, nisi Sacerdoti, causa confessionis vel alterius manifestæ necessitatibus, quod reseretur in prudentia Abbatissæ, vel eius vicariæ.

C A P V T VI.

Qualiter sorores non recipiant possessionem aliquam, vel proprietatem per se, vel per interpositam personam.

Abbatissa cum omnibus sororibus, sollicitæ sint sanctam paupertatem, quam Dominino Deo promiserunt, custodire & eandem teneantur Abbatissæ futuræ, & sorores omnes usque in finem inuiolabiliter obseruare, videlicet in non recipiendo, seu habendo possessionem, vel proprietatem per se, nec per interpositam personam, seu etiam aliquid quod rationabiliter proprietatis dici potest, nisi quantum terræ pro honestate & renouatione monasterij, necessitas requirit. Et illa terra non laboretur, nisi pro horto ad necessitatem ipsarum.

C A P V T VII.

De modo laborandi.

Sorores, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, post horam tertiam laborent de Laboradibus fideliter. Slabitorio, quod pertinet ad honestatem, & communem utilitatem, fideliter & deuotè jita quod excluso otio, animæ inimico, sanctæ orationis & devotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deseruire. Et id quod manibus suis operantur, assignare in capitulo Abbatissæ, vel eius vicariæ coram omnibus teneantur. Item fiat de elemosyna aliqua missa pro sororum necessitatibus ab aliquibus, ut in communione pro eisdem recommendatio fiat, & hæc omnia pro communi utilitate distribuantur per Abbatissam vel eius vicariam consilio discretarum.

ANNO CHRISTI
1224.

HONORII III.
ANNO 9.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 14.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 17.

C A P V T VIII.

Qualiter sorores nihil sibi approprient, & de infirmis sororibus.

Nihil proprium reputantur. **S**orores nihil appropriet sibi, nec domum, nec locum, nec aliquam rem; sed tanquam peregrinæ & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, mitrant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eas verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimas sorores meas hæredes & Reginas regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuentium. Cui dilectissimæ sorores totaliter inharentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cœlo habere velitis. Non liceat alicui sorori litteras mittere, vel aliquid recipere, aut extra monasterium dare sine licentia Abbatissæ. Nec quidquam liceat habere, quod Abbatissa non dederit, aut permiscerit. Et si à parentibus suis, vel ab aliis aliquid mitteretur, Abbatissa faciat illi dari; ipsa autem, si indigeat, uti possit. Sin autem sorori indigenti charitatue communicet. Si vero aliqua pecunia transmissa fuerit, Abbatissa de consilio discretarum in illis, quorum indigear, illi faciat prouideri.

Nihil ostendendum, datur recipiendum, sine licentia Abbatissæ.

Serviendus & præsidius infirmi.

Quomodo cibandum.

Fugida colloquia intratum.

De infirmis sororibus tam in consiliis, quam in cibariis & aliis necessariis, quæ eorum requirit infirmitas, teneatur firmiter Abbatissa sollicite per se, vel per alias inquirete, & iuxta possibilitatem loci charitatue & misericorditer prouidere. Quia omnes tenentur prouidere & seruire sororibus suis infirmis, sicut vellent sibi deseruiri si ab aliqua infirmitate tenerentur. Et secure manifestet vna alteri necessitatem suam. Quia si vera mater diligit & nutrit filiam suam carnalem, quanto diligentius debet quilibet soror diligere, & nutritre sororem suam spiritualem? Quæ infirme sunt, in saccis & paleis iaceant & habeant ad caput capitalia cum pluma. Et quæ indigent pediolis laneis & culcitrīs, ut possint. Infirmæ vero prædictæ, cum ab introeuntibus monasterium visitantur, posse singulæ aliqua bona verba sibi loquentibus, breuiter respondere. Aliæ vero sorores licentiatæ, monasterium intrantibus loqui non valeant, nisi præsentibus & audientibus duabus discretis sororibus per Abbatissam & eius vicariam assignatis. Hanc formam loquendi teneantur per se Abbatissa, & eius vicaria obseruare.

C A P V T IX.

De paenitentia sororibus imponenda.

Pecantes corrigenda.

Rixantes reconcilianda.

Matt. 6.14.

Matt. 6.15.

Seruientes extra monasterium que obseruanda.

Si qua sororum contra formâ professionis nostræ mortaliter inimico instigante peccauerit, per Abbatissam, vel alias sorores bis aut ter admonita, si non se emendauerit, quot diebus contumax fuerit, in terra panem & aquam coram sororibus omnibus in refectorio comedat, & grauiori poenæ subiaceat, si visum fuerit Abbatissa. Interim dum contumax fuerit, oretur ut Dominus ad paenitentiam cor illius illuminet. Abbatissa vero & eius sorores cauere debent, ne irascantur propter peccatum alicuius: quia ira & concubatio in se, & in aliis impediunt charitatem. Si contigerit, quod absit, inter sororem & sororem verbo vel signo occasionem turbationis vel scandali aliquando suboriri, quæ turbationis causam dederit, statim antequam offerat munus orationis sue coram Deo, non solum humiliter prosternat se ad pedes alterius veniam petens, verum etiam suppliciter roget ut pro se intercedat ad Dominum, quod sibi indulget. Illa vero me mor illius verbi Domini: *Nisi ex corde dimiseritis, nec Pater celestis dimittet vobis*, liberaliter sorori sue omnem injuriam sibi illatam dimittat. Sorores seruientes extra monasterium longam moram non faciant, nisi causa manifestæ necessitatis requirat. Et honesto debent ambulare, & parum loqui ut ædificari valcent semper intuentes. Et firmiter caueant ne habeant suspecta consortia vel consilia aliquorum, nec hant communates viorum aut mulierum, ne hac occasione murmuratio vel turbatio oriatur. Nec præsumant rumores de sæculo referre in monasterio: & firmiter teneantur de his quæ intus dicuntur vel aguntur, extra monasterium aliquid non referre, quod possit aliquod scandalum

ANNO CHRISTI 1824	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

generare; & si aliqua similitudine in his duobus offenderit, sit in prouidentia Abbatissæ misericorditer sibi pœnitentiam iniungere. Si autem ex consuetudine vitiosa haberetur, iuxta qualitatem culpe, Abbatissa de consilio discretarum illi pœnitentiam iniungat.

C A P V T X.

De visitatione sororum ab Abbatissa.

Abbatissa moneat & visitet sorores suas & humiliter & charitatue corrigit eas, *Abbatissa charitatue corrigan.* non præcipiens eis aliquid quod sit contra animam suam, & huius professionis formam. Sorores vero subiecte recordentur, quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmiter suis Abbatissis obediunt teneantur in omnibus, quæ obseruare promiserunt, & non sunt animæ contraria, & suæ professioni. Abbatissæ vero tantam familiaritatem habeant circa ipsas, ut dicere possint eis & facere sicut dominæ ancillis suis. Nam ita debet esse, quod Abbatissa sit omnium sororum ancilla. Moneat *De quibus caueandis sororibus.* vero & exhortor in Domino Iesu Christo, ut caueant sorores ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura, & solitudine huius seculi, detractione & murmuratione, dissensione, & diuisione. Sint vero sollicitæ semper ad inuicem seruare mutuæ dilectionis unitatem, *qua est vinculum perfectionis.* Et nescientes litteras, non curent litteras *ad Colos.* discere, sed attendant, quod super omnia desiderare debent habere spiritum Domini & *1-14.* sanctam eius operationem, orare semper ad eum puro corde, & habere humilitatem, & patientiam in tribulatione, & in infirmitate, & diligere eos, qui nos reprehendunt, & arguunt, quia dicit Dominus: *Becasi qui persecutionem patiuntur propter iniquitatem, quoniam ipsorum est regnum celorum: qui autem perseveraveris usque in finem, hic salvus erit.* *Matt. 5. 10.* *Ibid. 10. 22.*

C A P V T XI.

De ostiaria.

Ostiaria sit matura moribus & discreta, sicutque conuenientis ætatis, quæ ibidem in *Legi officia-* cella aperta sine ostio, in die residet. Sit ei & aliqua socia idonea assignata, quæ cum necesse fuerit, vicem eius in omnibus exequatur. Sit autem ostium duabus seris, & diversis ferreis valuis & vectibus optime coniunctum, & in nocte maxime duabus clavibus obseretur, quarum vnam habeat portaria, aliamque Abbatissa. In die sine custodia minime dimittatur, & vna clave firmiter obseretur. Cauent autem studiofissime, & procurent, ne vñquam ostium sit apertum, vbi minus fieri poterit congrueret. Nec omnino aperiatur alicui intrare volenti, nisi concessum fuerit à summo Pontifice, vel à domino Cardinali. Nec ante Solis ortum monasterium ingredi liceat, nec post *qui in Mo-* Solis occasum sorores intus aliquem remanere permittant, nisi exigente manifesta, rationabili, & ineuitabili causa. Si pro benedictione Abbatissæ, vel pro aliqua in monasterium consecranda, vel alio etiam modo concessum fuerit Episcopo alicui missam interius celebrare, quam paucioribus & honestioribus poterit, sit contentus sociis, & ministris. Cum autem intra monasterium ad opus faciendum necesse fuerit aliquos introire, statuat tunc Abbatissa sollicite personam conuenientem ad portam, quatenus illis & non aliis ad opus deputatis aperiat. Cauent studiose omnes sorores, ne tunc ab ingredientibus videantur.

C A P V T XII.

De visitatione.

Visitor sororum, semper sit de ordine fratrum Minorum secundum voluntatem *Legi visita-* & mandatum Domini Cardinalis. Et sit talis, de cuius honestate, & moribus *sororis & ce-* plena notitia habeatur. Cuius officium erit tam in capite, quam in membris corrigere excessus commissos contra formam professionis. Qui stans in publico loco, ut videri ab aliis possit cum pluribus & singulis loqui liceat quæ ad officium visitationis pertincent,

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MA- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

nent, secundum quod melius viderint expedire. Capellani etiam cum uno socio clericis bonae famae, discretionis prouide, & duos fratres laicos sancte conuersationis & honestatis amatores in subsidium paupertatis, sicut haecen ab ordine Minorum misericorditer habuerunt, ab eodem postulent. Nec liceat capellano sine socio monasterium ingredi. Et intrantes in loco sint publico, ut se possint alterutrum & ab aliis intueri.

Pro confessione infirmarum quae ad locutorium ire non possunt, pro communicandis eisdem, & pro extremaunctione, & pro anima recommendatione liceat eisdem introire. Pro exequiis vero & missarum solemnibus defunctorum, vel ad fodiendam, vel apriendam sepulturam, seu etiam coaptandam, possint sufficietes idoneae personae. Abbatissae prouidentia introire. Ad hanc sororem teneantur semper habere illum de sanctis Romanis Ecclesiis Cardinalibus pro gubernatore, proteetore & corretore, qui fuerit a Dominino Papa fratribus Minoribus deputatus, ut semper subditae & subiectae pedibus eiusdem sancte Ecclesiae, stabiles in fide Catholica paupertatem & humilitatem Domini nostri Iesu Christi, & eius sanctissimae matris in perpetuum obseruerimus.

Præscripta hac regula, statuisse circa tres ordines a se institutos, rebus omnibus II. necessariis, & commendata serio eorum cura fratri Eliz, sibi paulisper vacandum iudicavit.

Bonav. c. 13. Genes. 28. 12. Tempus otiose non prodigi Franc.

Mos erat Angelico viro nunquam otiani a bono: quin potius instar supernorum spirituum in scala Iacob, aut ascendebat ad Deum, aut descendebat ad proximum. Nam

tempus sibi concessum ad meritum, dividere sic prudenter didicerat; ut aliud proximorum lucris laboriosis impenderet, aliud contemplationis tranquillis excessibus dedicaret. Vnde

cum secundum exigentiam locorum & temporum, aliena condescendisset procurandas saluti, inquietationibus derelictis turbarum, solitudinis secreta petebat, locumque quietis: quo liberius Deo vacans, extergeret, si quid pulueris sibi ex conuersatione hominum adhæsisset. Assumptis itaque quibusdam ex locis perrexit ad cœnobium Cortonense, de quo sepius præfati sumus, sed in via iuxta castrum Limisanum, seu Volusianum occurrit ei mulier quædam nobilis, Deo deuota, ut suum ei explicaret dolorem, ac remedium postularet. Habebat quidem virum valde crudellem, quem aduersarium patiebatur in servitio Christi: & ideo petebat a sancto, quatenus oraret pro illo, ut sua Deus cor ipsius dignaretur emollire clementia. Cui Franciscus: Vade cum pace, indubitanter expectans de viro tuo consolationem, tibi de proximo ad futuram. Et adiecit: Dices ei ex parte Dei & mea, quod nunc est tempus clementie, postmodum æquitatis. Benedictione accepta reuertitur mulier; inuenit virum, denunciat verbum. Cecidit super eum Spiritus sanctus: & nouum factum de veteri, sic facit cum mansuetudine respondere: Domina, seruiamus Domino, & saluemus animas nostras. Suadente igitur sancta uxore, pluribus annis cælibem vitam agentes, eodem die a mero ad Dominum migrarunt.

Ad Cellas Cortonienses ut peruenit vir sanctus, totum se dedit contemplationi & III. mentis recollectioni. Post aliquale tempus statuit in eremum Alueræ secedere ut a

Chrysost. hom. 51. in Matth. loco tranquillitatem quereret orandi, tranquillitas quippe mater eremus est, quietus portus, omnis turbationis expulsrix: sed in agro Aretino ob fractas vires iussit peti sibi humile iumentum ad reliquum iter. Nullum huius generis animal in pago potuit haberi; sed fuit qui equum libenter offerret. Hoc solo usus est post suam conuersationem, nam cum vehi oporteret, humiliora semper ad fratum exemplum concendebat animalia. Dum vero reduceretur equus, in loco illo pluribus diebus mulier quædam hærebat in partu, intensis oppressa doloribus, de cuius salute, aut de prole emitenda spes nulla supererat. Propinquai parturientis viso equo, cui vir sanctus insederat, extractum frænum superponerunt mulieri, magna fide credentes, quod vir sanctus manibus tetigerat, extreme laboranti profuturum. Nec spes eos fecellit, nam ad fræni contactum omni reinoto periculo fecerunt emissit mulier incolumis.

Bonav. c. 8. Legen. aer. Ad. 1213. n. 32. In mente Alueræ ap- plaudunt ei nre. Jugum Alueræ superanti & cellulam ingredienti multæ diuersi generis aves aduentui gratulantes, ut iam supra tetigimus, circa domunculam volitabant, & concentu sonoro, mirisque gestibus pium hospitium inuitare ac alicere videbantur ad moram. Quo viso dixit ad socium: Cerno frater, voluntatis esse diuinæ, quod hic aliquandiu coincomitemur: tantum sorores auiculæ, de nostra videbantur præsentia consolari. Cum igitur contraheret illic moram, falco ibidein nidificans, magno se illi amicitiæ fôdere copulauit. Nam semper horam nocturno tempore in qua vir sanctus ad diuina officia surgere solitus

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

solutus erat, cantu suo præueniebat & sone, quod famulo Dei gratissimum erat, eo quod tanta sollicitudo, quam circa eum gerebat, omnem ab ipso corpore defidit exutere. Cum vero seruus Christi infirmitate plus solito grauaretur, parcebat falco, nec tam tempestuas indicebat vigilias, siquidem velut instructus à Deo, circa diluculum suę vocis campanam leui tactu pulsabat. Diuinum certe videtur fuisse præsigium, tam in exultatione multimodi generis auium, quam in cantu falconis: cum Dei laudator & cultor pennis contemplationis subiectus, tunc foret illi apparitione seraphica sublimandus.

- V. In monte illo profundæ continue vacans orationi, supernæ contemplationis dulcedine abundantius solito superflusus, & cælestiū desideriorum ardenter flamma succensus, supernarum cœpit immisionum cumulatius dona sentire, ad quæ magis magisque anhe-lans quotidie, veluti terram fastidiens in aëra cerebatur iuxta mensuram interni fauoris & gratiæ, plus coiuersue eleuatus in altum. Fr. Leo secrerorum conscius, comesque indiui- Leg. 1. Soci. Rudolph. fol. 8. set ipse eius pedes amplecti & osculari, aliquando cum sagos altas superasse, aliquando ad Gonzag. in secundam vel tertiam aëris regionem evolasse, ita ut oculis attingi non posset. Quando pro. Tusc. de cō- ad pedes pertingebat, fortiter & pie eos complectens & lachrimis irrigans orabat, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori, per merita huius sanctissimi viri, & cantillum tuæ gratiæ mihi digneris instillare. Cum vero tactum omnem & visum effugiebat, prosterrens se in terra eo loco, à quo eleuabatur vir sanctus eandem devote recitabat orationem. Una dierum ita eleuatus, dum descendisset & à raptu rediisser, agebat claro sermone cum Christo de statu & protectione ordinis post suā mortem. Cui Christus sedens super pon- familiari colloquio dixit: Francis, scias institutum hoc ad finem mundi duraturum, nullum huius instituti industrium persecutorem diu vita viciatum; eius veros autores, & si in peccatis sine, tandem cælesti gracia spiritum compunctionis, donumque remissionis obtemperantes fratibus, qui præue & perdite vixerit, vel conuertendos eius mores, vel ipsum ordinis valedictum. Disparente Domino, & volente Fratre Leone mensam hanc sterne-re, prohibuit, lauandamque dixit aqua, vino oleo, & balsamo in gratiam quatuor priu- logiorum enumeratorum. Cum vero Leo hæceret nec hæc sibi suspetere responderet, accipiens lecythum olei, effudit desuper dicens: Hic est aræ Dei. Præter hanc alias habuit vir Dei mirabiles apparitiones super hoc lapide, propter quas semper habitus est in magna reuerentia. In ipso loco dominus Robertus de petra mala eiusque coniux domina Catherina sacram ædiculam extruxerunt, & cruce ferrea lapidem obtexerunt; hinc postea translatus in sacrarium, signatus est his characteribus, Mensa beati Francisci, super quam habuit mirabiles apparitiones sanctificansque ipsam, effudit oleum desuper, dicens: Hic est aræ Dei. Priuilegia vero, quæ enarrauimus quispiam imperitus, sed antiquissimus poëta bis verubus complexus est:

Francisco fundente preces (ut tempore multo
Mors inolevit ei) celestus filius ipsum
Exaltare iubet: Annuntio quassuor, inquis,
Dona superna tibi. Stabit tuus ordo per eum
Nullus ibi frater, cui sit peruersa voluntas,
Stare diu poterit. Vix Ordinis hostibus annos
Vivere dimidios prefestabitur. Eius amici
Vinent, & viam concludent fine bestio.

- VI. Iominente Assumptionis virginæ festo transtulit se in abditissimum montis locum, vbi ex rudi materia, nullo labore constructo humili tuguriolo structores & socios iussit ut recederent, nec usque ad Archangeli Michaëlis solemnitatem: (in cuius honorem ab Assumptionis die usque ad Archangeli profestum decreuerit iejunare) quisquam ex eis regredieretur, aut sub quoquis prætextu illuc deducerent vilium mortaliū. Magna religione & constante consuetudine solebat illos iejunij dies Archangelo consecrare, ultra quos ferme omnes anni dies iejunis & corpori macerando addixit. Nouem etenim quadragesimæ malis abstinentiæ tempora ubi quotannis distinguebat. Primam illam fidelibus communem ex Ecclesiæ precepto; secundam quam dicebat Spiritus sancti, quæ incipiebat à feria quarta post Pascha resurrectionis usque ad vigiliam Penthecostes. Tertiam Petri & Pauli.

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Apostolorum ab octaua Pentecostes usque ad Apostolatum vigiliam Quartam assumptionis B. Mariz à primo die post festum Apostolorum usque ad vesperas predicitur solemnitas. Quintam hanc quam diximus Archangeli Michaëlis. Sextam omnium sanctorum ab ipso dedicationis Archangeli die usque ad illam solemnitatem. Septimam nativitatis Dominice, cui etiam suos lectores ex regulâ praecepto adstrinxit, quæ incipiebat ab ipso die commemorationis omnium fidelium, & terminabatur in vigilia Nativitatis. Octauam Regum magorum à die sancti Stephani usque ad Epiphaniam. Nonam Christi in deserto ieiunantis, quæ sumebat initium ab altero die post Epiphaniam, & durabat per continuos quadraginta dies, quos Dominus sub sancto ieiunio consecravit, ad quorum ieiunium suos consolades hortatus est, non obligauit.

Strictiori, hoc anno, ieiunio in solo pane & aqua voluit transigere illam Archangeli VII quadragesimam, quare præcepit fratri Leoni (quem solum secum retinuit) ut semel ad vesperam panem ei afficeret & aquam, & præ tuguri relinqueret ostiolo. Nocte vero media cum veniret inuenit eum ad laudes diuinæ, & matutinas preces soluendas, non tam ea repente introiret, sed è foris intonaret versiculum illum *Dominus labia mea aperies*, & respondentे illo alterato versiculi partem, ingredieretur, ecce autem, regredieretur. Ad vnguem omnia obseruabat pius socius, nihil tam curans, quam ei in omnibus adesse & obedire, sed saepius reuerti oportebat nocte intempesta, nam aditus in extrâ, & extra se raptus vir san-

*Liberus à it-
Episcopio Fr.
Leone.*
*Bonav. c. 11.
Pis. conf. 18.
Rodolph. in
vita B. Leo-
nii.*

Etus multoties non respondebat. Studiosum hoc faci obsequium soluit vir sanctus, cum liberando à grauissima tentatione non carnis sed spiritus, quam verecundia victus pio patre non audebat expandere. Dum vero desiderauit scriptum aliquod habere sancti viri manu exaratum, per quod tribulationem illam credebat evadere vel saltim facilius ferre, sanctus magister calitus discipuli malum, & desiderium edocens, præcepit cum atrapento chartam affiri, & scriptis benedictionem, quæ sequitur, præposito magno & mysteriori *Thes* charactere: *T. Benedic tibi Dominus & custodias te: ostendas faciem tuam tibi, & misericordias tuas, conuertas voluntatem tuam ad te & deo tibi pacem. Dominus benedic fratrem Leonem.* Porrigens scripturam Leoni, inquit: Accipe chartulam istam, & dum vixeris eam custodi diligenter. Non prius munusculum accepit, quam omnis tentatio euauerit, cuius tam manifestam virtutem expertus magno semper habuit in pretio, & nunquam à fo separari permisit. Post mortem eius diligenter in hunc usque diei inter reliquias conservatum in sacramento sancti Francisci Assisi, miraculosè multis perfectam reddidit sanitatem.

*Vince. l. 30.
c. 108.
Pisan. lib. 1.
conf. 7.
Miglius l. 1.
c. 11.
Vulnus cum
discolpo pre-
cipitare.*

Qui aliorum medicatus est malis, non parvas ipse molestias sensit, saepius impetratus à Diabolo, qui non solum interiori seruo Dei mala multa astute suggerit, verum & in horrenda specie ei saepius apparuit, cum illo manu ad manum confixit. Transeunt semel viro sancto per arcam quandam semitam ad oram ingentis præcipitij, repente in terribili occurrit effigie, quem cum ad suas artes non posset reducere, iniecit in eum manibus, voluit è monte in profundissimum hiatum deturbare. Nihil erat quod vir sanctus prehenderet, seu quod à casu teneret; quare terram petra molle amplexatus illi vitro cedenti, senectus numerit, & tamquam molli certa digitorum impressit, quo dumtaxat remedio manifestum equalit viræ periculum. Ad suum usque tempus ait Pisanus huius rei vestigium, & formam digitorum, manuumque impressionem in petra durasse. Vieta hac tentatione statim Angelus accessit, citharæ melodia tremulam refocillavit animam tanta musicæ suavitate & cordis suspensione, ut si diutius duraret præ nimia dulcedine animam astutum sibi videretur.

*Leg. Greg. 9.
Bonav. c. 13.
Prou. 13. 27.
Aperte Eu-
geliorum li-
bro auifi-
gas Domini re-
pensantem.*

Ad orationem reuersus gratias Deo egit propter singularem exhibitam consolationem, superatumque præcipitij periculum. Deinde omni conatu & humili prece induxitigabat Dei circa se voluntatem, non ut curiosus maiestatis persecutor opprimendus à gloria, sed tamquam fidelis seruus & prudens, ut beneplacens exhiberet obsequium, & in omnibus diuino se conformaret beneplacito. Immissum est igitur menti eius diuinum oraculum, quod in apertione libri Euangelici reuelaretur ei à Christo quid de eo in ipso, & de ipso maxime foret acceptum. Oratione itaque peculiari cum magna devotione de hac re premissa, sacrum Euangeliorum librum de altari, quod in Oratorio erat, sumptum in sanctæ Trinitatis nomine aperiti fecit per fratrem Leonem. Sane cum in tria libri apertione, tempor Domini passio occurret: intellexit vir Deo plenus quod sicut Christum fuerat imitatus in aliibus vita sic conformis esse deberet in afflictionibus & doloribus passionis, atque ex hoc munere transfiret.

ANNO CHRISTI 1124.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

XV. Hic paululum hærendum, & ultra rei seriem, quam ex utraque Bonaventuræ legenda retulimus, inquirendum est de tempore & authore tanti prodigiij, atque de ipsarum plagarum qualitate. Circa annum omnes conueniunt hunc ipsum esse, suz vitæ (ut expresse tradit citatus Bonaventura) penultimum: de die maior est dubitatio; nullum certum tradit Bonaventura, neque Ecclesiasticum huius mysterij officium vllum assignat, *sed quodam mane circa festum exaltationis sanctæ Crucis* inquit rem euensis. Peculiariter obseruarione scriptit Bernardinus Coruis id factum in die sanctæ Euphemie, qui Septembri est sextus decimus, vnde tamen hoc accepit, non indicat. Bartholomæus Pisanius refert reuelatum anno Domini 1282. cuius pio fratri laico summo dileuculo in die exaltationis sanctæ Crucis, Angelum hunc signum Dei viui accepisse; cum ab Heraclio Imperatore & Persis aspergente Christi Salvatoris Crux, in monte Caluarie magno honore restituta fuit; cuius etiam revelationis meminit sanctus Antoninus, quam non videtur leguisse Marcus Vlissipponen. dum in vigilia eiusdem festi rem factam enarrat. In ipso triumphi & exaltationis Crucis festo sacra hæc insculpta fuisse stigmata probabilius existimatim, tum ex predicta reuelatione, turn quia decuit ut illo die quo exaltata est sacra crux in Caluarie monte, renouaretur eius memoria, & vulnera in eadem accepta infligerentur etiam in Aluerne monte, qui eodem ipso die, quo Christo impressa sunt, sensit illius dolores, non aliter quam Caluarie mons (vt testatur cum aliis Illustriss. Cardinalis Baronius) scissus dum terra motu quateretur. At nullo horum dierum tanti mysterij festum celebratur, sed 17. Septembris solemnitatem indixit Benedictus Undecimus, & postea vniuersus ordo in capitulo generali an. 1343. Caturci celebrato, qui acuter dies, quos numerauimus, aliis festiuitatibus erat præoccupati.

XVI. Author vero huius tanti beneficij non ex mortalibus vllis, neque ex spiritibus celestibus (quantumvis voluerit quidam ex recentioribus Theologis ex leui coniectura hoc archangelo Michaëli tribuendum) neque alias quisquam fuit ab ipso Christo, qui per se immediate in forma seraphim apparens, sancto viro quina vulnera insculpsit, ut præter officium Ecclesiasticum, quod pro celebranda horum stigmatum impressione, iam ubique recitatur, multa diplomata Pontificia sacrum certumque volunt, & ipse vir sanctus supradicto fratri laico post mortem suam reuelauit his verbis: Christus sicut vulnera in cruce suscepit, ita manibus suis benedictis in corpore meo impressit; primo manibus, deinde pedibus, postea lateri vehementissimo corporis cruciatu. Large tem prosequitur Franciscus Maurus, & plures refert Christi ad Franciscum in ipsa apparitione sermones, tandemque breui & docto carmine post expressum internum cordis dolorem, cruentum corporis cruciatum explicat, licet non in eo ordine, quo in superiori reuelatione pio illi monacho facta impressa vulnera recenseat.

*Tum simul introrsus circum precordia magnus
Cogitur, atque ardens dolor ossibus effusus imus.
Principio affixi penitus tota intrat imago
Regis eum: mentique hærent divina profunda
Alloquia.
Tum subit atque animo telum crucis ingruit horrens.
Prima autem, ante alia, interius sub pectore quina
In sedere nota, & secum fecere dolorem.
Ingenit ergo heros: clausumque cor effusus intus,
Euripi more: & venis erumpit apertis
Reagnans dolor, ac primum latus haurit hiatu,
Vulnus agens: plantasque fodit: palmasque cerebrat,
Transfixaque manus, simul & vestigia acutis
Vestibus apparent transfixaque vulnera ferro.
Mox quine effulgent plaga, radiisque coruscant.
Quales mane rosa primo sub sole rubescunt
Purpureue inter seu narcissos hyacinthi.
Sive coma rutilans qualis modo Pleiades orta.*

XVII. Circa vulnerum qualitatem præterea, quæ iam transcriptissimus ex Bonaventura, notant alij plagas has non signa, nec cicatrices fuisse, sed patula vulnera & perfossa, perpetuum manantia sanguine, corporis parentes aperturas. Ad sanguinem istedum quotidie alligari debuisse testatum faciunt præter alios speculum virtutis sancti Francisci, Pisanius & Antonius

ANNO CHRISTI	HONORII III.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1224.	ANNO 9.	IMPER. AN. 14.	NORVM AN. 17.

*Spec. & Fran.
ad med.
Pisa. conf. 8.
Aet. cit. §. 9.* nus cuius hæc verba fratri Leoni soli tamquam fideliiori amico B. Franciscus sua stigmata committebat tangenda, ut nouas petiolas: (id est linteola) apponere, amotis aliis sanguine cruentatis. Nam qualibet die inter clavos illos mirabiles, & carnem reliquam, ad tenendum sanguinem & mitigandum dolorem, tales illi petiolas renouabar. Die vero Iouis de sero & per totum diem Veneris, nullum apponi remedium permittebat: ut illo die crucifixionis, in sacris stigmatibus sentirer crucifixi dolores. Et lateris vulnera stillabat sanguis, non adeo minutum semper, nec per guttas, sed in tantum s̄pē, ut beati viri tunica & subligaculum cruore infecta ruberent. Collegerunt socij ex hoc sanguine quod poterant, magno studio & reuerentia in ampullis eum seruantes. Una habetur in conuictu castri veteris Patrum Conuinct. custodiz Aquilanz, ex qua bonam partem sanguinis magnis precibus pioque astu accepit 34 ab hinc annis excellentissimus D. Dux Cæsius & Aquaspantanus qui magna solemnitate per publicas plateas in solemnī & numerosa supplicatione fratrum & candidatorum archiconfraternitatis stigmatum, quorum multi viri nobiles & Principes, circumfertur quotannis hic in urbe in ipsa solemnitate stigmatum, magno miraculo illo die ebulliens & liquefactus, ut etiam evenit alteri parti quæ remansit in loco Castri veteris. Porro hanc Romanam quam præ manibus habui, singulari in reuerentia apud se seruat excellentiss. heros præfatus. Nec exiguum ipsum laterale vulnus, sed adeo magnum tres ut caperet digitos, sicut ex pio astu, (quem statim referemus) cuiusdam ex viri sancti sociis plene constiterat.

*Prodigia
hæc signata
Alexan. IV.
in bullæ Be-
neigna opera* Illud etiam in his plagiis prodigiosum, quod in plantatum & palmarum medio infixi XVIII vulneribus prominebant clavi, non vere ferrei, sed ferreis similes, nigri, duri, fortes, solidi, in capitati, cuspidati, quorum materia, ut dixit Alexander I V. De subiecto propria carnis excrevit, vel de materia nouæ creationis accrexit. Horum clavorum cuspides non directæ, sed reflexæ tanto spacio ut scribunt S. Bernardin. Senen. Pisan. & alij, ut retorto acuminis digitus commode posset immitti. Moneti poterant clavi huc illuc in quamlibet partē, nam dum à parte qualibet premerentur, ut ait sanctus Bonaventura, protinus quasi nervi concinui & duri, ad partem oppositam resulabant. Sed licet moueri poterant, non tamen amoueri, aut extrahi, ut pio probauit experimento S. Clara post sancti viri mortem, quod nos tunc refremus. Non impediabant tamen infixi clavi manum aut digitorum functiones, licet excrescentia in pedum plantis repercussa acumina, ambulanti erant molestæ. Illud item mirum quod per integrum biennium immedicata, nec vnguentis, aut aromaticæ fota, non computuerint: nec puruerint, neque malum irno optimum & fragrantissimum (teste Roberto à Licio) spirarint odorem, & quod tot hiantibus sanguinolentisque vulneribus, tam diu vir sanctus superuixerit.

*Robert. ser.
1. de S. Fran.
c. 1.
Vide Maria-
nam in pra-
fat. huus
operis.
Tudenf. 1. 2.
c. 11.
Encomia T. 4
denuis de S.
Francisco.* Rara hæc & alias inaudita prodigia Lucam Tudensem Episcopum (quem quidam sq. XIX lūm diaconum fuisse eiusdem Ecclesiæ immerito putarunt) induxerunt, ut in illo opere quod aduersus Albigenses scriptis, & habetur in tomo 13. bibliot. vet. patrum sane satis encomiastice exclamaret. [O quam laudabilis beatissimus iste sanctus, in quo tanta bona Ecclesia redundauit, ut de spirituali plenitudine terrena sapientia fere simplicis hominis & indocti totus in his bonorum abundantia spiritualium, quasi multarum aquarum inundante, se gaudeat abundare. Vbique per eum veritas fulget Euangelij, sanctorum scripturarum inundantia repicit terra, & evanescit astutia falsitatis. Decenter & pulchre à creatura laudatur, quem creator nostris temporibus tanta excellentia decorauit. Præ ceteris enim sanctis signis passionis Dei & hominis antonomastice sublimatus, velut sol meridianus corporis corda hominum calore fidei inflammauit. Signa passionis Christi fidei sensibili demonstravit, ne stigmata humanæ redemptiois vetustate de fidelium mentibus delerentur. Iam enim multi retro ibant veritati contraria sentientes. Nutabant plures, qui etiam videbantur Doctores, & quasi somniantes conuertebantur ad fabulas, & superfluous nouitates. Suscitavit autem Dominus misericorditer beatos Franciscū & Dominicū sanctissimi ordinis Prædicatorū primū, per quos mundo pro magna parte in errorū & ambiguitatibus tenebris constituto, lumen veritatis illuxit, de cordibus singulorum scelerum labes detergit, clementia Redemptoris, & obstruit diuerticula falsitatis. Maxima quidē pars mundi ad falsa vel dubia diuertebat. Alij diversis errorib⁹ implicati procaciter contendebat Christianum vera carne nō fuisse passum. Alij nulla fulti autoritate assertebant tribus tancū clavis cruci fuisse affixum, & non dextrum latus eius, sed sinistrum lancea vulneratum, sed omnipotens Deus, qui infirma mundi elegit, ut fortia queque confundat, per seruum suum, litteratum

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

litteratum elementis fere rudem Franciscum occulta fide ita illorum elusit argumenta fallacia, ut etiam inviti cedat manifestissimæ veritati. Si autem quis forsitan adhuc audeat dicere ista miraculosè & non ad instar passionis Christi in B. Frâcisco fuisse gesta, audiant quod in eius obitu legitur manifeste: Resultabat in eo reuera forma Crucis & passionis agni immaculati, qui lauauit criminâ mundi, dum quasi recéter à cruce videtur depositus, manus & pedes clavis confixos habens, & dextrum latus, quasi lancea vulneratum.]

Omniprofecto acceptance dignum, & quauis exceptione maius hoc docti viri & Episcopi Hispani testimonium, atque eo certius & fide dignius, quo sub hoc ipso tempore ad secundum vel tertium annum à Francisci morte scriptum. Egit enim cum viri sancti sociis præcipue cum fratre Elia sibi familiari, dum Ierosolymis per Assisi rediret in Hispaniam, quem proinde summe laudat, ut alias ponderabitur. Adducit etiam in confirmationem horum stigmatum tunc viuos omnis generis homines testes oculatos, & plagarum contreditores, ut mira sit impudentia Philippi Mornaxi heretici eadem negantis in suo illo mysterio iniquicatis pag. 345. cui breviter plures invictos rei testes obiicit Leonardus Coquatus vir doctus in antidoto contra progressum quinquagelimum. Porro Tudenensis ira ad comprobationem suæ opinionis de quatuor Christi clavis præfatur: [Illud ^{quæc.} Idem lib. 6. 14. & 1. Leon. Co. etiam beatissimi patris Francisci, cuius humilitate ac simplicitate sanctissima Deus nostris c. 11. temporibus mundi contriuit superbiam & scientiam reprobavit, qui stigmata Iesu Christi in suo gestauit corpore specialius ad fulciendum testimonium veritatis, in medium proferamus, ut veritas enucleatius luceat, & falsitas offuscetur: etenim vero ut in eius sacra reperitur legenda, & multorum religiosorum, clericorum, laicorum & seculatium, qui manibus correcare meruerunt, vel corporis oculis ante quinquevnum aspexerunt, pium perhibet testimonium, in manibus & pedibus beati Francisci, quatuor apparuerunt signa clavorum, in Christi milite demonstrantia perfectam de luctamine mundi victoriæ, & sui Regis Iesu Christi sequelam existere signo quatuor clavorum Dominicæ passionis.]

XX. Præter hæc multa alia inauditum & singulare hoc Francisci priuilegium commendant & extollunt: Pontificum plurima diplomata, quæ nos suis annis dabimus distincta, & historici omnes, quos viderim, Ecclesiastici tam vetusti, quam recentiores, aliquæ scriptores quos ad facierat refert, transcriptis etiam eorum verbis, venerabilis & pius pater Antonius Daça peculiari de hoc arguento libello. Merito rem tantam docto depinxerunt carmine præter alios ex minoritis Franciscus Maurus Hispellas, & Laurentius Maur. 1. 12. Massorillus Fulginas, Baptista Mantuanus Carmelita, Franciscus Bensijs Tesuita, Franciscus Petrarcha poëmate docto apud me MS. sed & multi coetanei proceres Ecclesiæ 1. factorum Cardinales & Episcopi, quorum alias clariorem dabimus noticiam post sancti viri mortem mysterium hoc pio carmine & ecclesiasticis hymnis, qui in officio diuino concinnuntur, celebrarunt. Tandem, quod caput est, sancta mater Ecclesia instituto festo & solemnii huius mysterij celebrandi indicto situ, voluit ut quotannis eius memoria renouaretur, quod à Benedicte decimo, alias undecimo præceptum, dum multis in locis negligetur, Pau- 1. factorum hymnorum 1. 4. Mar. 1. 1. 10. fastorū 1. 4. Carmi. epigram. 15. & 26. Inflammati- festiū sacrordū stigmatum.

Illiustrissimo Domino Gabriele de Trejo S.R.E.Cardinali, & Reucrendissimo Patre Antonio à Trejo ordinis supremo Rectori, modo Episcopo Carthaginæ, eiusdem Cardinalis fratre germano, adscribentibus ceteris sacerdotum rituum præfectis Cardinalibus, restituit. A multis annis præclarissimi & singularis huius Dei muneric in sanctum Franciscum commemoratio fit in tabulis Ecclesiæ. Ea habetur ad 17. Septembri in martyrologiis Francisci Maurolii, Petri Galestinij in additionibus ad martyrologium Vſuardi, utriusque impressionis Ioannis Molani & in Romano veteri apud me MS. In Roianio item impresso anno 1509. & tandem ut in nouo per Cæsarem Baronium recudendo atque illustrando, eodem die reponeretur hoc festum, mandauit Sixtus quintus, scriptis sua manu sequentibus verbis, quibus illud voluit recenseri: *Commemoratio impressionis sacerorum stigmatum, quibus sanctus Franciscus ordinis Minorum inflator in eius manibus, pedibus, & latere m̄ta Dei gratia in monte Alvernæ in Etruria impressus est.* Officium quod modo in hac solemnitate recitat compositum Gherardus Odonis Ordinis Minorum generalis minister paulo post primam Benedicti institutionem.

XXI. Postquam igitur verus Christi amor in admirabilem hanc imaginem transformauit amantem, quadraginta dierum numero iuxta quod decreuerat, in solitudine consummato,

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Bonau.c.13. superueniente quoque solemnitate Archangeli Michaëlis, descendit Angelicus vir Franciscus de monte secum ferens crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis vel ligneis manu figuraram artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei viui, & quoniam Job 12.7. : *Sacramentum Regis abscondere bonum est*, ideo secreti Regalis vir conscientia signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum quia Dei est ad gloriam suam magna reuelare, que facit Dominus ipse, qui signacula illa secrete impresserat, miracula quædam aperte per ipsa monstrauit, ut illorum occulta & mita vis stigmatum manifesta pateret claritate sanguinorum.

In prouincia namque Reatina pestis inualuerat valde grauis quæ oves & boves omnes XXII. sic consumebat crudeliter, quod nullum poterat remedium adhiberi; vir autem quidam timens Deum, nocte fuit per visionem commonitus, ut ad eremitorium fratrum festinantes accederet, & loturam manuum ac pedum famuli Dei Francisci, qui tunc temporis morabatur ibidem, acceptam, super animalia cuncta aspergeret. Mane itaque surgens, venit ad locum, loturaque huiusmodi per socios sancti viri latenter obtenta, oves & boves languentes ex ea respersit. Mirabile dictu, statim ut asperglio animalia languida & in terra iacentia, quantumcumque paululum attingebat, pristino recuperato vigore surgebant continuo & tamquam nihil mali sensissent, ad pascua festinabant. Sicque factum est, ut per virtutem mirandam aquæ illius, quæ sacras plagas contigerat, omnis protinus plaga cessaret, pestilensque morbus à gregibus fugaretur.

Tibetia cir- ex ipso monte surgente, grandinis violenta tempestas fructus terræ consuetudinari de- Aluernæ cof- vastabat. Sed post illam apparitionem felicem, non sine intolarum admiratione, grande cessavit, ut cælestis illius visionis excellentiam, & stigmatum ibidem impressorum virtutem, serenati præter morem ipsa cæli facies declararet. Contigit quoque eum tempore hyemali propter debilitatem corporis, & asperitatem viarum cuiusdam hominis pauperis subiectum ascello, sub rupis cuiusdam prominentis pernoctare crepidine; ut nubes & noctis superuenientium quoquo modo declinaret incommoda, quibus præpeditus ad hospitij locum non valuerat peruenire. Cura autem vir sanctus, hominem illum querulosis submurmurantem gemibus hisc inde seipsum iactare sensisset, tamquam qui tenaci oportento conteatus quiescere præ frigoris acerbitate nequivat; divini amoris fervore succensus manu illum protensa palpauit. Mirabile certe repente ad illius sacra manus contactum, quæ Seraphici calculi gerebat incendium, omni fugato frigore tantus in vi-

rum intus, & extra calor aduenit, ac si quædam in eum vis flammæa ex fornaci spiraculo processisset. Nam illico & corpore & mente confortatus, suauius inter saxa & nives usque mane dormiuit, quam vñquam in proprio lecto iacuerit, sicut ipse postmodum asserebat. Certis itaque constabat indiciis sacra illa signacula illius impressa fuisse virtute, qui operatione Seraphica purgat, illuminat, & inflammat; cum ipsa forinsecus expurgando à peste salutem, serenitatem, & calorem corporibus efficacia mira conferrent, sicut & post mortem euidentioribus est demonstratum prodigiis, suo loco posterius adnotandis.

Ipse vero licet thesaurum invenitum in agro multa diligentia studeret abscondere, late ramen non potuit quin aliqui stigmata manuum viderent & pedum, quarum manus quasi semper portaret contactas, & pedibus ex tunc incederet calceatus. Viderunt enim dum viueret, fratres plurimi, quia licet essent propter sanctitatem præci- puam virtu per omnia fide digni, tamen ad omne dubium amouendum, sic esse ac se vidisse talis sacrosanctis iuramento firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quam cum viro sancto habebant aliqui Cardinales; laudes sacrorum stigmatum prosis & hymnis & antiphonis, quas ad ipsius ediderunt honorem, veraciter inserentes, qui tam verbo quam scripto perhibuerunt testimonium veritati. Summus etiam Pontifex Dominus Alexander, cum populo prædicaret coram multis fratribus, de quorū numeratore erat sanctus Bonaventura, velut ipse testatur, affirmauit se dum sanctus viueret, stigma- ta illa sacra suis oculis conspexisse. Viderunt in morte plusquam quinquaginta fratres, virgoque Deo deuotissima Clara cum ceteris sororibus suis, & seculares innuberti, ex quibus quemadmodum suo loco dicetur quamplurimi & osculati sunt ex devotionis affectu, & concrestauerunt manibus ad testimonij firmitatem.

Vulnus autem lateris tam sollicite occultavit, ut illud nemo posset nisi furtim contueri, dum viueret. Vulnus ex fratribus Ioannes de Laude dictus, qui ei sedulo ministrare solebat, cum

Ovis sanas
aque stigma-
tum.

Tibetia cir-
ca montem
Aluernæ cof-
fus.

Agredi co-
defacit Frâc-
manus astre-
atu.

Isai.6.6.

Vix haec fit-
tum a mul-
ti.

Bonau.c.14.

XXIII.

cum

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 13.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 17.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

cum pia cum cautela, ut ad excutiendum extraheret tunicam, induxisset, attente respi-
ciens vidit plagan, cui etiam tres veloci contactu digitos applicans, tam visu quam tactu <sup>Vulnus lateris
visum &
pluresque.</sup>
vulneris quantitatem agnouit. Consimili cautela vidit eandem fr. Elias, nec non frat.
Ruffinus, ut habetur in legenda Gregorij noni, dum multa prece petuit, ut vir sanctus cum
eo tunicam commutaret. Fr. Leo viri sancti socius admittandæ simplicitatis, dum infir-
mitatis causa languentes scapulas contrectaret, manu per caputium missa & casualiter
vulneri sacro illapsa, magnum ei dolorem inflxit, proinde portabat ex tunc femoralia
ita facta, ut usque ad axillas pertingerent ad vulnus lateris contegendum. Fratres quo-
que qui illa lauabant, vel tunicam excutiebant pro tempore, quia tunc inueniebant eam
sanguine rubricatam, indubitanter per evidens signum in cognitionem sacri vulneris per-
uenetunt; quod postmodum in morte reuelata facie & ipsi cum aliis plurimis contem-
plati simul & venerati sunt. In Ecclesia sancti Georgij Clariſarum Assisi vidi adhuc ser-
uari quoddam genus cataplasmatis, seu emplaſtri vulgo Italico antiquo, camocium di-
ctum, quod ad leniendum lateralis plague dolorem & sanguinem retinendum viro sancto
fecit virgo sanctissima Clara; similiter & calceos, eiusdem virginis industria ita factos, ut
superiorem pedum pattern ne videretur, cooperirent, & inferiorem ita à terra eleuarent,
ut prominentes clauorum cuspides gressum non omnino impidirent.

XXIV. Libet etiam hic adnectere eiusdem sancti Doctoris Bonaventuræ ad Franciscum apo-
stropham: *Eia nanc, inquit, strenuissime miles Christi ipsius est armæ inuictissimi ducis, fer. Chrys.*
quibus munitus & insignitus omnes aduersarios superabis. Fer vexillum Regis altissimi,
ad cuius intuitum omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Fer nihilominus sigil-
lum summi Pontificis Christi, quo verba & facta tua tanquam irreprehensibilia & au-
thentica merito ab omnibus acceptentur. Iam enim propter stigmata Domini Iesu, quæ *Gal. 6. 17.*
in corpore tuo portas, nemo debet tibi esse molestus: quin potius quilibet Christi seruus
omni esse tenetur affectione deuotus. Iam per hæc signa certissima nou duobus aut tri-
bus testibus ad sufficientiam, sed quamplurimis ad superabundantiam comprobata testi-
monia Dei in te & per te credibilia facta nimis, omne collunt infidelibus velamen excu-*PL 92. 5.*
ſationis, dum credentes in fide stabiliunt, spei fiduciam sursum agunt, & ignem charitatis
accendunt. Iam vere impleta est prima visio, quam vidisti, videlicet quod dux in militia *In appar. 9. 4.*
Christi futurus, armis deberes cælestibus signoque Crucis in insignibus decorari. Iam in *Dux in Chri-*
principio tuæ conuerſionis Crucifixi visio compassiui doloris gladio mentaliter te trans-*ta militia.*
figens, sed & auditus vocis de Cruce, tanquam de throno Christi sublimi, & secreto pro-*In appar. 5.*
pitiorio procedenter, iuxta quod tuo sacro firmasti eloquio, vera indubitanter fuisse cre-*4. n. 10. & 17.*
duntur. Iam in tuæ conuerſionis progressu, & crucem, quam vidit frater Silvester ex ore *An. 1209. n. 4.*
tuo mirabiliter procedenter, & gladios in crucis modum tua viscera transfigentes, quos *n. 39.*
sacer vidit Pacificus, tæque secundum crucis figuram in ære subleuatum, cum de crucis *An. 1212. n. 2.*
titulo sanctus prædicabat Antonius, iuxta quod prospexit Angelicus vir Monaldus non *Intra hoc*
phantastica visione, sed reuelatione fuisse cælica conspecta, vera creditur & firmatur. Iam *an. n. 49.*
denique circa finem, quod simul tibi ostenditur & sublimis similitudo seraph. & humilis
effigies Crucifixi interius te incendens, & exterior te consignans, tanquam alterum *An. Apoc. 7. 1.*
gelem ascendenter ab ortu solis, qui signum in te habeas Dei viui, & prædictis dat
firmitatem fidei, & ab eis accipit testimonium veritatis. Ecce iam septem apparitionibus *Septem si-*
Crucis Christi in te secundum ordinem temporum micabiliter exhibitis, & monstratis, *ta crucis*
quasi sex gradibus ad istam septimam, in qua finaliter requiescis, peruenisti. Christi name-*apparitione*
que crux in tuæ conuerſionis primordio tam proposita, quam assumpta, & deinceps in con-
uerſionis progressu per vitam probatissimam baiulata, in te ipso continet & in exem-
plum aliis demonstrata, tanta certitudinis claritate ostendit. Euangelicæ perfectionis
apicem te finaliter conclusisse, ut demonstrationem hanc Christianæ sapientie in tuæ
carnis puluete exaratam nullus vere denotus abiiciat, nullus vere fidelis impugnat, nullus
vere humilis patui pendat cum sit vere diuinitus expressa, & omni acceptione con-
digna.

XXV. Circa ratum & mirandum hoc Francisci priuilegium noui multoties non sine turba &
commotione controversum, an ita fuerit singulare, ut nulli alteri suorum communione? Sane à
multis referuntur plures stigmatizati. An vero ita penetrantia & expressa habuerint vul-*An subfrat.*
nera, eiusdemque qualitatis cum his quæ ex tot & tam irrefragabilibus testimoniosis Pon-*inf. in cuius*
tificum Romanorum & sanctorum virorum Francisco referuntur inficta, nullus hucus-*me.*

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 14.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 17.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Aut. tit. 24.
 c. 1. §. 1.
 que plene probauit , nec credendura docuere Pontifices . Mishi videtur sanctum Antoninum etate posteriorum iis sanctis , quibus tenacius hoc priuilegium communicatum assertur , controversiam aperte diluisse , cuius de hac re verba subiicio . Quoddam singulare concessum fuit beato Francisco , quod nulli inter natos mulierum legitur fuisse donatum , & hoc est impressio stigmatum sacerorum . Quamvis enim Paulus dicat de se ad Galat . *Ego stigmata Domini mei Iesu Christi in corpore meo porto nullus dicit* , quod habuerit corporaliter Paulus signa passionum in manibus & pedibus & latere : sed dicuntur stigmata passiones multe & afflictiones , quas patiebatur ab hominibus plusquam alii Apostoli . Quia ratione etiam & similitudine idem dicit : *Crucifixus sum* , non quod fuerit crucifixus in corpore , sed in desiderio & tolerantia multarum tribulationum , quas appellat crucero , quia cruciant : unde Alexander , Papa ait . Crux dicitur à cruciatu , magnum vero cruciatum sustinet , qui vita patitur 3. quzst. 1. nulli . Dicitur etiam de aliquibus deuotis hominibus , quod sentiebant magnum dolorem in manibus , pedibus , & latere , ac si haberent ibi vulnera , sed tamen non ita impressa corporaliter , ut in Beato Francisco . Quia enim videbatur extincta memoria passionis Christi in mentibus hominum præ rapiditate eorum , voluit Dominus excitare & incalescere hanc recordationem in manifestam cicatricem in corpore beati Francisci . Ipso enim orante & transformato per amorem in Christum Iesum passum , cum esset in monte Aluernie apparuit Dominus Iesus in modum Seraphim , scilicet cum sex aliis , crucifixus , & impressis in manibus & pedibus , & latere signa suis passionis , in quibus sentiebat maximum dolorem . Et licet annis aliquot , quibus superuixit post eorum receptionem præ humilitate occultaret quantum posset , tamen Deo operante , non potuit ita latere , quin aliqui ex fratribus magis familiares viderint & palpauerint . Et ita Ecclesia hoc indubie approbanit & declarauit , festum de hoc celebre instituendo . Quod cum quidam litteratus dubitaret per exp̄sum miraculum certificatus fuit de veritate huius rei , prout in legenda eius habetur . Sic ergo volauit super pennas ventorum , quia videlicet transcendit alios sanctos in hoc privilegio , quod in corpore suo fuerunt corporaliter impressa insignia passionis , & tandem in fine vitæ transiens de hoc mundo volauit anima eius super Cherubin , inter Seraphin & sic credi potest locatus super pennas ventorum transcendens prærogativa speciali perfectiones sanctorum , & privilegia eorum ob impressionem stigmatum : quod de nullo sanctorum legitur ita expressè . Vnde sicut Dominus Iesus (ut ait Bernardus) ante Patrem ostendens latus & vulnera sua (quæ sustinuit in passione pro hominibus) inclinat cum ad pietatem erga nos , ita & beatus Francis ostendens stigmata sibi impressa Dominiæ passionis , habet inducere & patrem & filium suum ad misericordiam & clementiam erga peccatores . Et ideo cum devotione quilibet recurrere ad eum debet ut faciat ei Deum proprium & perducat ad regna celorum . Hæc Antoninus ; in controversia hac diutius immorari haud omnibus erit gratum : si occasio se obtulerit , vel rerum status ex postulauerit , opportunitiori loco tractabitur solidius .

Bona. c. 16.
 legen.
 Pf. 17. 11.
 In celo Che-
 rebus trans-
 emit.

Berna. trah.
 de dilig.
 Deo.
 Oratu pro
 hominibus
 Deo vulnera
 ostendit.

Magl. lib. 3.
 c. 2.

Sanos Frat.
 pueruli by-
 dropicum.

Das habita-
 fum Comui
 monius Aca-
 tu

xxvi.

Porro historia montis Aluernie refert Franciscum inde post tot accepta beneficia descendenter , locum valde commendasse sodalibus , multoque habuisse in subiecta planicie obvios ruricolas & pastores , ad quos tantæ gratiæ fama iam certa peruenit , quique ipso mysterij tempore ad auroræ crepusculum coruscantem clarissima luce montem conspexerant , cuius hanc fuisse causam postea explorarunt . Manus osculari voluntibus extremos digitorum articulos porrigebat , cæteram namque manum linteolis habebat obtectam ; transiens deinde per villam vicinam in finibus Aretinis solo sacrarum manuum tactu sanauit repente oblatum sibi puerum ostennem , per quatuor annos bydropicum . Deinde venit montem Acurum , vbi summa alacritate exceptus fuit à suo amico Comite Alberto , eiusdem loci Domino , ad quem cum iam antea sepiùs diuerterisset , prædicebat se amplius non regressurum propter suas infirmitates , & mortem vicinam . Dolens hoc audiit Albertus vaticinium , atque ut perpetuæ absentiæ leniret dolorem , petiit obnoxie , ut aliquid in sui memoriam posset accipere . Nihil sibi esse quod daret , respondit Francisco , præter pauperculam & laceram vestem , quam si velleret , modo aliud daretur corporis operculum , libenter erogaret . Nihil inagis gratuitum poruit heroi contingere , quam illum accipere habitum , sub quo rants vir pignora nostræ redemptionis accepit ; quare accessito farto , & comparato statim pando , vestem viro sancto efformauit , quam sequenti die fecit , ut ille pro suo admitteret habitu . Enarrati

non

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 14.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

non potest quām se hoc dono diuītem iudicauit, & quanti pauperem fecerit lacernam post viri sancti mortem, serico & aureo inuolutam in ipso altari suz Ecclesiz honorisfice recondens. Per plures generationes possederunt domini montis Acuti prædictum habi- Quod in pno habebat
tum, donec tandem venit in potestatem Serenissimorum Ducum Etruriz (quo modo alias dicemus) quem summa in estimatione & pretio habent, argenteis thecis inclusum, nec omnibus, sed viris principibus vel religiosioris noræ hominibus eiusdem videndi multis accensis cereis, præsentibus item ipsis Ducibus vel ipsorum filiis faciunt potestatem.

xxvii. A monte Acuto venit vir Dei subiectus ascello ad montem Casalem per Burgum sancti Sepulchri, castrum vtique populosum, vbi obuias habuit turbas in eum præ deuotione ruentes. Tractus autem & detentus ab eis, compressus quoque ac multipliciter atrectatus, insensibilis videbatur ad omnia, & velut exanime corpus de iis, quz sibant circa ipsum nihil penitus aduertebat. Vnde cum iam diu transito castro turbisque relictis peruenisset ad quoddam domicilium leprosorum, quasi aliunde rediens cælestium contemplator, solcite requisivit quando propinquaret ad burgum. Mens quidem ipsius cælestibus fixa splendoribus varietates non senserat locorum, nec temporum, nec occurrentium personarum. Quod ipsi accidisse frequentius, sociorum eius experientia multiplex comprobavit. Suspendebatur namque multoties tanto contemplationis excessu, ut supra semetipsum raptus, & ultra humanum sensum aliquid sentiens quid ageretur circa sc exterijs ignoraret.

xxviii. Illo ipso die venit ad montem Casalem, vbi iouenit fratrem quendam horribili & incognita infirmitate laborantem: s̄pē enim ad terram allidebat & volutabatur spumans. Aliquando membra extendebantur, aliquando contrahabantur, aliquando fletebantur mollia, & palpabilia, alias dura nimis rigebant. Quandoque totus extensus & rigidus pedibus æquatis capiti, eleuabatur in altum vlt̄a hominis statuam, & subito recidebat in terram. Erant qui dicebant morbum esse comitiale, alij verius iudicabant à dæmonc obſeſſum. Doluit vir misericors ad tantum sui filij periculum: quare buccellam ei panis, de quo ipse edebat, transmisit. Tantam vero gustatus panis contulit ægro virtutem, ut deinceps huius infirmitatis non senserit molestiam.

xxix. Protractis aliquibus diebus in præfato oppido appulit ad ciuitatem Castelli, in quam ductus est, in hospitis ædes garrula mulier, obſeſſa diabolo. Rogatus vir sanctus, ut miseretur, mederetur, socium præmisit ut videret, vel audiret garrientem, & exploraret an verè esset à dæmonc vexata, vel malas illas artes effingeret. Illa ad socij præsentiam dentibus fremens, toruo vultu cœpit barrere ad modum spirituum immundorum, deinde cilum simulans, præcepit ut frater abiret, nec se illius curare dixit præsentiam, sed alterius, qui latebat in cubiculo. Hoc auditio vir sanctus ex oratione surgens, processit in publicum, vbi mulier valde immodestè & inhonestè garriebat; quem ut vidit, statim decidit in terram tremens, illius agnoscens virtutem. Illic autem reprehensum diabolum, quod Dei creaturam ita auderet torquere, iussit ut confestim abiret. Viri sancti mandatis statim obtemperauit, magno cum fragore indignabundus recedens. Ibidem etiam fanauit puerum à graui vlt̄ere, saſto Crucis signo super fasciam, qua pars læſa fouebatur. Illa autem remota inuenierunt parentes in ipso vlt̄eris loco succreuisse carnem ad rosū ruborē modum, quo miro discrimine à cætera carne per omnem vitam circ̄ perpetratum miraculū confirmabat.

xxx. In urbe hac per integrum mensem stetit, à qua recedens versus ædem sanctæ Mariæ Angelorum socium habuit fratrem Leonem, qui Crucem, velut ipse refert, videbat au- Legen. 1. foliorum.
ream mira colorum varietate pulcherrimam, quæ virum Dei præcedebat in itinere, & Præcedit eum crucifixum aurea.
coram stante stebat, coram ambulante incedebat, donec dictam ingressus est ædem: per Bonav. c. 14. Crucifixus per oppida.
quod voluit Deus socio significare magnum sancti viri erga Crucem affectionem, & Crucem exhibere voluisse præsentem oculis corporis, qui coram habebat semper in corde, & vulnera in eadem Christi inficta exteriū habebat in carne. Christo igitur interius exte- à princi
riusque iam crucifixus non solum seraphico amore ardebat in Deum, verū etiam sitiebat cum Christo crucifixo multitudinem saluandorū. Faciebat proinde, quoniam propter excrescentes in pedibus clavos ambulare non poterat, corpus emortuum per ciuitates & castra circumuehi, ut ad Crucem Christi ferendam cæteros animaret. Fratribus quoque dicebat: Incipiamus, fratres, seruire Domino Deo nostro, quia usque nunc patrum profectimus. Flagrabat etiam desiderio magno ad humilitatis redire primordia, ut leprosis sicut

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 14.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 17.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

*Prædicto erat
corpo non
animo.*
*Incipit agro-
vare ad mor-
tem.*

à principio ministraret, corpùsque iam p̄z labore collapsum, revocaret ad pristinam seruitatem. Proponebat Christo duce se facturum ingentia, & fatiscentibus membris, spiritu fortis & feruidus nouo sperabat certamine de hoste triumphum. Neque enim languor vel desidia locum haberet, vbi amoris stimulus semper ad maiora perurget. Tanta autem in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientia promptitudo, quod cū ille ad omnem niteretur sanctitatem pertingere, ipsa non solum non repugnaret, sed præcurrere niteretur. Ut autem viro Dei cumulus meritorum accresceret, quæ omnia vere in patientia consummantur, cœpit infirmitatibus multimodis laborare tam grauiter, ut vix in eō membrum aliquod remaneret absque ingenti passionis dolore. Ad hoc tandem per varias & diutinas & continuas exercitaciones deductus est, ut consumptis iam carnis, quasi sola cutis ossibus cohæret. Cūmque duris corporis angeretur doloribus, illas suas angustias non pœnarum censebat nomine, sed dolorum.

*Legen. 3. so-
tiorum.*
*Pf. 17. n. 14 ad modum illius, qui dixit : Qui perfecis pedes meos tamquam cervorum. Et iterum : Dilata gressus meos, & non sunt infirmata vestigia mea. Sed licet de die in diē homo interior tot pie-
tatis operibus magis perficeretur & renouaretur, tamen tantis laboribus, & continuis penitentia flagellis, necesse fuit ut tandem homo exterior corrumperetur. Quare qua-
Pf. 14. n. 11. tumuis desiderio seruens proponebat secum illud propheticum : Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam. iam amplius hoc prædicandi munus non poterat obire p̄ lacrymarum fluentis, & oculorum dolore exequiens. Nolebat tamen quantumvis ro-
garetur à fratribus, permettere ut sibi subueniretur medicina beneficio, conuersationem suam iam habens in cælo, anxi spiritu dissolui cupiens, & esse cum Christo.*

Lege. antiqu. Leg. Greg. 9. Leg. Maria. 2. 1. Ecl. 18. 4. Rogatur ut permittat sibi adhiberi ali- quam medi- camenta.
Frater verò Elias, quem (ut habent legendæ antiquæ, & Gregorij I X.) matris loco ^{XXXII} semper habebat propter sollicitam, quam de eo gerebat curam, & quem ceteris ut pa- trem ipse præposuit, virti sancti doloribus, & fratum iacturæ si tantum deperderent insti- tutorem; ex corde compatiens egit cum eo rationibus & precibus, ut sibi medelam adhi- beret permitteret, significans rem licitam esse, ac meritoriam, Altissimumque de terra creasse medicinam, & virum prudentem non abhorrete illam. Deinde potestate sibi ab ipso concessa in hac vtrē occasione humiliter præcepit ei per sanctam obedientiam, ne repugnaret. Suas etiam preces, & consilia adiunxit Cardinalis protector Hugolinus, mo- nens ut cogitaret, ne potius ad peccatum, quam ad meritum tanta sui reputatetur incu- ria. Vtrique tandem vir sanctus obtemperauit, qui curarunt pauperculam ei adificari cel- lulam iuxta sanctum Damianum, ut virgo Clara & consociæ iuxta tenerum mulierum affectum, & sincerum filiarum amorem, sui patris curam susciperent. Dati insuper socij, qui continuò assisterent, fr. Massæus, fr. Ruffinus, fr. Leo, & fr. Angelus Reatinus. Iacuit ibi per dies quadraginta, absque requie tamen & somno, ingravescente quotidie oculo- rum cruciatu, & si aliquando dormire tentabat, nō poterat p̄ molesto strepitu multoru- murium hinc inde discurrentiū, lecto etiam & mensæ tam audacter & fastidiosè insilien- tium, ut planè constituerit dæmonum fuisse tentamenta. Tot itaque malis vir sanctus cir- cumdatus, vultum & mentem ad cælos extollens, humiliiter ita deprecatus est: Domine Deus meus, in auxilium meum respice, & da gratiam ut infirmitates istas valcam patien- ter tolerare. Cui statim responsum: Franciscæ, quo poterunt estimari pretio per quæ regnum impreiabile obtinetur: scias estimabiliores hos tuos dolores vniuersis mundi opibus, neque deberi eas vendi pro orbe vniuerso, etiam si ita partes eius transformaren- tur, ut montes omnes fierent aurum purissimum, lapides omnes euaderent pretiosi, & valli maris aquæ converterentur in balsamum. Ad quæ Franciscus: In hoc pretio habeo, Domine, quos tu immisisti cruciatus, novi enim te hic mea punire peccata, ut pro tua misericordia ignoscas in æternum. Lætare ergo, (inquit vox superna) hæc itur ad cælum, quod tibi sternitur via, & semita paratur. Quibus auditis in seruore spiritus surrexit è lecto, Claramque vocavit, cum qua sermonem de Dei circa homines prouidentia, & pia dignatione prostraxit, donec ad prandium vocarentur. Statim ut consederunt, ad primam vel alteram

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 14.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

vel alteram buccellam suspensus habet oculis in cælum fixis, magno & ingenti dicens clamore: Benedictus, gloriosus, & superexaltatus sit dominus. Deinde vehementer mo-
tu profliens de mensa, & in terra procumbens, extra se rapens est & immobilis factus per promissum regnum aeternum. In se reuersum dum ft. Leonardus moneret indecori clamoris & motus; respondit: Frater mihi, magna tantæ commotionis subfuit causaquam tibi revelo, nulli dum vixero, expandendam. Si Imperator vel Rex quispiam subdito, vel seruo suum regnum conserret, nonne iuste gauderet? Quid ergo ego fecerim ultra debitum, cui Dominus suum regnum certo promisit? Non potui me continere, quia præ cordis iubilo exultarem, clamarem, & resilirem; condonandum est passionis vehementis quidquid ultra modestiarum metas visus sum perpetrasse. Neque per hanc ad votum satisfecit, nisi ampliores Dei laudes adiiciam. Laudabo nomen eius assidue, magnificabo eum in laude, & psalmam Deo meo quamdiu fvero. Sedens itaque cœpit paulisper secum meditari, deinde in laudes diuinæ prorompens, iussit ut socias calamo, quæ sequuntur exciperet. Illa nos Latina damus, sed Italica vir sanctus humill metro dictavit.

[Altissime omnipotens, bone Domine, tu sunt laudes, gloria, honor, & omnis benedictio. Tibi soli referendæ sunt & nullus homo dignus est te nominare. Lauderis Domine Deus meus propter omnes creaturas tuas, & specialiter propter honorabilem fratrem nostrum Solem, qui diescere facit, & nos illuminat perlucem; pulcher est & radians, & magni splendoris tuique Domine symbolum præfert. Laudetur Dominus meus propter sororem Lunam, & stellas, quas in cælo creauit claras & bellas. Laudetur Dominus meus propter fratrem ventum, aërem, nubes serenitatem, & propter omnia tempora, per quæ omnibus creaturis ministrat alimento. Laudetur Dominus meus propter sororem aquam, quæ est multum veilis, humilis, preciosa, & casta. Laudetur Dominus meus propter fratrem ignem, per quem noctem illuminat, roseus est, rutilus, inuisitus & acer. Laudetur Dominus meus propter nostram matrem terram, quæ nos sustentat & alie producitque varios fructus, varicolores flores & herbas.]

XXXIII. Laudibus his cantici Solis nomen indidit, ob Solis inter cæteras creaturas eminentiam, desiderabatque valde, ut ab omnibus addisceretur, quotidie recitaretur à fratribus & politiori metro componeretur à fratre Pacifico, docto illius saeculi poëta à Friderico secundo ante ordinis ingressum, propterea laureato & Rex versuum dicto. Paucos post dies evenit, ut magnæ excitarentur turbæ Assisi inter Episcopum & urbis consules. Ille interdixit his sacra, hi interdixerunt omnem cum Episcopo pacificandi rationem, iusseruntque ut nihil illi suisue venderetur, aut vicissim ab eis emeretur. Tanto dissidio vir sanctus compatiens dolebat neminem esse, qui de pace super inducenda tractaret. Addens itaque precedentibus versiculum hunc: *Laudera mi Domine propter illos, qui pro tuo amore offensos dimittunt, & patienter sustinent tribulationem & infirmitatem. Beatis illi, qui in pace sustinuerunt, quia a te altissime coronabantur:* iussit ut socij confidenter pergerent ad processus ciuitatis, & suo nomine rogarent, ut ad Episcopum vellent accedere. quibus constitutis in conspectu Pontificis, absque rubore velut Dei precentores alternis illi canerent choris prædictum canticum cum adiuncto versiculo. Iussa peregerunt socij, conuenctiisque in unum ad sancti viri preces (quas non audebant repellere) qui inter se dissidebant, auditisque simplicibus & candidis eius carminibus, quibus Deus occultam impertiit virtutem, mirabiliter in mutuos irruerunt amplexus, utrumque veniam exposcentes.

XXXIV. Post hanc ductus Fulgineum per fratrem Eliam, ut loci vel aëris mutatione melius habaret, aliquod dolorum sensit lenimen; sed omnino non tollendos ad mortem usque hac intellectu ratione. Magnis immissus Eliz sopor, deinde facta visio cuiusdam grandioris sensus, aspectu venerabilis, insula Pontificia & albis vestibus induti, monentis cum patientia tolerandos Franciso labores per biennium, quo expleto per mortem liberandum, & ad consummatam dolorisque expertem requiem transferendum. Retulit quæ vidit, viro sancto, qui similiter sibi indicatum respondit, exultansque in spiritu tam de promissa sibi dehinc gloria æterna, quam de statuto tempore, quo ex hoc ergastulo oportaret exire, adiunxit ad superiora carmina, quæ sequuntur: *Laudera mi Domine, propter sororem nostram mortem, quam nullus vivens potest euadere. Va illis, qui moriantur in peccato mortali. Beatis illi, qui in hora mortis sua inueniunt se conformes tuae sanctissimæ voluntatis; mors enim secunda non poterit eis nocere, laudate & benedicite Dominum meum, gratificamini & sernate illi, omnes crea- turae, et in magna humilitate.*

ANNO CHRISTI 1224.	HONORI III. ANNO 9.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 14.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 17.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	----------------------------------

Cap. 1.7. Et licet Franciscus propter multam austerioritatem virtutum præteritus crucisque dominicas baiulationem continuam, imbecillis iam esset corpore, nequaquam est territus: sed ad martyrij sustinaciam vigorosius animatus. Extreuerat quidem in eo insuperabile amoris incendium boni Iesu, in lampades ignis atque flammarum: ut aquæ multæ charitatem eius tam validam extingue non valerent.

Paucos post dies vespere fr. Leo ut nocte media matutinum recitarent, præ foribus sa- xxv.
Hoc 22.8.7. lurationem illam præmisit, quam virum sanctum docuisse supra præmonivimus. Illo vero
Migl. lib. 1. nihil respondente voluit prius socius per rimulas explorare quid ageret. Videlicet domuncula
c. 5. fulgentissima luce splendentem, & ex clarissima flamme ignis, quæ à summo celo ad
Maria. c. 14. caput eius radiabat, voces & responsa prodierunt, Franciscum vero bumum prostratum sepius
profunda repererent: Domine quis es tu dulcissime Deus meus, & quis sum ego vermiculus & indi-
gnus seruus tuus? Insuper eumdem in sinum ter manum misisse, & versus flammarum ex-
tendisse. Peractis arcans colloquiis, & cunctis disparentibus, tacite volenter recedere
sensit vir S. Leonem, & increpauit secreta & occulta rimangem. Venia petita & obtenta
humiliter rogauit, ut ad maiorem Dei gloriam, quæ vidit sibi veller interpretari. Annuit
vir sanctus & dixit, Deus in flamme illa mihi apparuit, pro sua benignitate multa mihi re-
uelauit mysteria, & profundiorem sui mihi communicauit cognitionem, ad quam admirabundus exclamauit: Quis es tu Domine, & quis sum ego? nihil enim aliquando me tan-
topere iuuit, ut qualis sim, vel quam non sim nullius entitatis aut precij cognoscerem, quam
in infinitum & incomprehensibilem diuinæ perfectionis pelagus, vel à longè aut in specie con-
templari. Dum ergo Dominus dignatus est mihi, quartus sic, pro mea capacitate, mon-
strarre, non potui non flectere mentis aciem ad considerandum quam nihilum sit omnis
creatura in conspectu Dei. Dehinc illi placuit me ita contemplarem iubere, ut quidquā
tot bona mihi largienti velle offerre. Respondi tantam meam esse inopiam, ut præter la-
ceram vestem solum superesset corpus & anima, quæ iampridem lubens & volens eidem
consecraui. Virgēi ut amplius quidpiam offerrem, & ex sinu extraherem, quod habebam,
obtuli quem insperato, & cum stupore inueni duorum aureum pulcherrimum secundo
item & tertio similiiter petenti eiusdem magnitudinis duos alios porrexii, tunc quando
brachium extendenter & in flammanum immittenter vidisti. Gratias demum agenti pro-
pter tot beneficia, & quod voluerit ut de suis donis ac datis ego reddidisse, insinuauit mihi
tres nummos illos sibi gratissimos, tres significare viuendi normas, quas voluit ut ego
secundum eius sanctam voluntatem instituerem, & amplius per eosdem nummos obūbrari
sacra illa vota paupertatis, obedientie, & castitatis, quæ à veris Religiosis prout decet, ob-
seruantur. His ita relatis Leonem iussit ut abiret, nec amplius ita secrete, & qualiter fortius
arcanas obseruaret actiones.

Vesperæ erant exaltationis sanctæ Crucis, quando Angelus Dei apparuit viro sancto, & xxv.
ab Angelo su velut ipse narravit postea quibusdam ex sociis, præmonuit ut se præpararet ad omnia, que-
reri mysteria. Marci. cit. cumque Deo placaret in ipso operari. Ad omnia se paratum respondit, nec in minimo di-
Migl. lib. 1. uinç reliquaturum voluntati dummodo gratia cœlestis adesset quæ bona quæque volen-
c. 7. tia. Pilat. conf. item & duriora non respuerem, adiuuarer, indignum porro se esse, circa quem diuina os-
91. cuparetur cogitatio; tamen seruum licet inutilem esse, & proinde rogaturum ut fieret ei
secundum Dei beneplacitum.

Cum igitur Seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum & compas-
Bonai. c. 11. siua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit crucifixi: quodam
& in lega. mane circa festum exaltationis sanctæ Crucis, dum oraret in latere montis, vidi Seraph.
Minot. Vin- ecclib. 10. vnum, sex alas habentem tam ignitas quam splendidas, de cœlorum sublimitate descen-
c. 11. dere. Cumque volatu celerrimo peruenisset ad aëris locum, viro Dei propinquum apparuit
c. 1. §. 8. Appar. si inter alas effigies hominis crucifixi, in modum crucis manus & pedes extensos habentes &
Seraph. cruci affixos. Dux alas super caput ipsius eleuabantur, duæ ad volandum extendebantur,
duæ vero rotum velabante corpus. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque mæstoro
gaudium cor eius incurrit. Lætabatur quidem in gratiose aspectu, quo à Christo sub specie
Seraph cernebat se conspicere: sed crucis affixio compassus doloris gladio ipsius anima per-
transibat. Admirabatur quamplurimum in tam inscrutabilis visionis aspectu: sciens quod
passionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nulla tenus cœveniret. Intellexit
tandem ex hoc Domino reuelante, quod ideo huiusmodi visio, sic diuina prouidentia suis
fuerat præsentata conspectibus, ut amicus Christi prænosceret, se non per martyrium car-
nis, sed per incendiū mentis totum in Christi crucifixi similitudinem transformandum.

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

xxviii. Disparens igitur visio post arcana & familiare colloquium, mentem ipsius Seraphico interius inflammauit ardore, carnem vero crucifixo conformi exterioris insigniuit effigie, tanquam si ad ignis liquefactuam virtutem praembulam sigillatua quædam esset imprelio subsecuta. Statim namque in manibus eius & pedibus apparere cœperūt signa clavorum; quemadmodum paulo ante in effigie illa viri crucifixi conspexerat. Manus enim & pedes in ipso medio clavis confixa videbātur, clavorum capitibus in interiori parte manus & superiori pedū apparentibus, & eorū acuminibus existentibus ex aduerso. Erantq; clavorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipsa vero acumina oblonga retorta, & quali reperciuntur, quæ de ipsa carne surgentia carnem reliquā excedebant. Dexterrum quoq; latus, qualis lancea transfixū rubra cicatrice obductū erat; quod sāpe sanguinem sacrum effundēt tunicam, & femoralia respergebat, ut postmodū fratres socij omnia lauentes indubitanter aduerterent, quod sic in manibus & pedibus, sic in latere famulus Domini expresse haberet impressam similitudinem crucifixi.

xxxix. Cernens autem Christi seruus, quod stigmata carni tam luculenter impressa socios familiares latere nō possent: timens nihilominus publicare Domini sacramentū: in magnopibus fuit dubitationis agone, utrum videlicet, quod viderat, dicaret vel taceret? Vocauit proinde aliquos ex fratribus, & generalibus verbis loquens dubium corā eis proposuit, & consiliū requisivit. Quidā vero ex fratribus, gratia illuminatus & nomine, intelligēs quod aliqua miranda vidissel, pro eo quod videbatur admodum stupefactus: dixit ad virum sanctum, frater non solum propter te, sed etiam propter alios, scias, tibi ostendi aliquando sacramenta diuina. Timendum propterea iure videtur, ne si quod pluribus profuturum acceperisti, cclaueris, pro talento abscondito reprehensibilis iudiceris. Ad cuius verbum motus vir sanctus, licet alias dicere solitus esset: *secretum meum mihi*, tunc tamen cum multo timore seriēm retulit visionis præfatz: addens quod is, qui ubi apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquam dum viueret, alicui hominum aperiret. Credendum sane, tam arcana illa fuisse sancti illius Seraph in cruce mirabiliter apparentis eloquia, quod forte non licet hominibus ea loqui.

XL. Reversus Assisium voluit spirituale inire colloquiū cum primogenito suo fratre Bernardo, sed in cella non repertum quæsivit in sylva vicina contéplandis rebus diuinis familiari, secundo & tertio ita hominem vocans: frater Bernarde veni & loquere isti pauperi cœco. Non respōdit ille altissimis immersus meditationibus, totus in Deo fixus; quod virum Dei aliquantū turbavit, mœstumque reddidit. Volens itaque recedere, iussit sociū, qui eum manudicebat ob visus defectū, ut parūper abiret, donec oraret, causamq; scisciatetur cur à Bernardo negligetur? facta ei statim vox illa de cœlo; ut quid turbaris homuncio, deserēdusne propter creaturam creator? fr. Bernard. dum à te vocaretur, mecum colloquebatur, ego ne ad te veniret, detinui, tum ad eius solatiū, tum ad tuā doctrinam, ut scias non semper à Deo sui iuris viros spirituales esse, ut ad nutum hominis obedienti; propterea queis multa condonanda, atque actiones illorum non esse ad communes regulas mensurandas. Ad hanc vir sanctus totus contremiscens hinc inde à socio ductus per sylvam discurrat, donec Bernardū inuenit, ad cuius pedes procidens humiliiter facti veniam periebat, præcepitque discipulo, ut in terra supinum iacentem ter conculcaret, pedemque ori superponeret. Fecit ita flens Bernardus, tenitus primum quantum potuit, sed vrgebat obedientia magistri, quam iudicauit non licere contemni.

Iniunctum hoc anno sancto Antonio publicæ prædicationis munus, quod ille in Gallia cis & trans alpes vere Apostolicè, verè spiritum Dei assequutus exercuit, in concionibus suis eam adhibens iustitiam & quietatem, ut siue magnis siue paruis loqueretur, veritatis iaculis indifferenter omnes feriret. Arguebat incredulos, obscurabat pios, impios obiurgabat, ut copiosissime, ita ferventissime, singulis accommodata & conuenientia salutaris doctrinæ monita deproprietates. Qui enim iam ante, ut supra dictū est, passionis calicem tantopere concupierat, nullius magnitudini, etiā mortis impenderet discrimen, pro veritate cedebat, sed mirabili strenuitate etiā potentiū tyrannidi se se opponebat. Nulla prorsus flebatur personarū acceptance, nulla adulatio moliebatur; non popularis transuersum rapiebat fauor & opinio, sed iuxta Prophetæ vocem. *Quasi plausum trituras nossum, habens nostra ferrantia montes communis*: & colles quasi puluerem posuit. Videbatur quasi alter quidam prodigiis Elias zelo Dei seruens inflammatusque igne Spiritus sancti, ignitis sermonibus accēdebat & vrebatur auditorū tepida, torpētia, frigida & obscura corda.

Insignitur
quaque
subiectis.

Clavis in ma-
nibus & pe-
dibus que-
latis.
Vulnus long-
vale quale?

Mat. 13. 16.
Rom. 10. 16.
cum iheron-
muss.

16. 14. 16.

Profunda ex-
suff. Bernar-
di.

Sarius in
eius vita c. 7.
Leg. M.S. c.
27.
An. 1210. n.
14.
Eccles. An-
tony predi-
cator.
Isai. 41. 15

ANNO CHRISTI 1224.	HONORII III. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Personas quasdam sublimes reprehensione dignas tanta nonnunquam severitate obiurgavit, ut plerique alij celebres concionatores illum audientes ad intrepidam illius constantiam trepidarent, vultusque suos quodam pusillanimitatis rubore perfusi obregerent.

Legen. MS. c. 10. Episcopum libato repre- benda & fudit. Cum semel Biteris in Synodo prædicaret ad Archiepiscopum, inordinatæ virtutæ virum, **XLI.** nec sapienter monitum mala corrigitem sermonem conuertit in spiritus seruore, dicens: Tibi loquor cornute. Cœpit autem tanta dexteritate, miroque & placido artificio eius via carpe, atque tam ineuitabilibus & apertis scripturæ locis detestanda esse monstrare, ut omnino hominem flexerit ad cordis compunctionem & virtutem melioris propositum, ita doluit de male transacta, ut è nostris descendenter concionatorem contritus exceperit, atque in partem deducto conscientia secreta detexerit. Adfuit sanis & salutibus consiliis Antonius, quibus egregie proficit in virtute Episcopus per omnem vitam factus aliis in bonum exemplum.

Bonau. c. 4. Surius In vita Anton. c. 10. Prædicante Antonio be- nedictis fra- tribus ab- sens Franc. Prædicans hoc anno in prouincia Arelatenſi fratribus in comitiis congregatis, de titulo sanctæ crucis, & Saluatoris passione præclarum habuit sermonem. Eo autem concionante apparuit bonus magister eius Franciscus ad ostium domus capitularis, quem vir probatae virtutis frater Monaldus diuina commonitione respiciens vidit corporeis oculis in ære subleuatum extensis velut in cruce manibus benedicentem fratres. Tanta vero, & tam insolita fratres omnes consolatione spiritus repletos se fuisse senserunt, ut de vera sancti patris præsentia, certum eis intra se spiritus testimonium perhiberet: licet postmodum id non solum per evidencia signa, verum etiam per eiusdem sancti Patris verba, exteriori fuerit attestacione compertum. Credendum sane quod omnipotentis Dei virtus, quæ Ambrosium pium & sacrum Antistitem cumulationi glorioſi concessit interesse Martini, ut pium Pontificem pio veneraretur officio; etiā seruum suum Franciscum prædicationi præsentauit veracis sui præconis Antonij, ut approbaret veritatis eloquia, præcipue crucis Christi, cuius erat batulus & minister.

Rodolph. in custod. Panormit. Con. Panor- mi. Circa hunc annum creditur Minores Panormi sedem accepisse S. Francisci tempore, **XLIII.** ut scribit Rodulphus. Illud certum ante annum 1231. tempore Gregorij noni eos ibi stetisse: nam, & sub illo anno extant eiusdem Pontificis litteræ ad Archiepiscopum Messenensem, ut permitteret fratribus construere sibi zdem in quodam situ extra ciuitatem. Noua ista concessio peperit inuidiam apud clericos seculares, qui ædificantes multis operabant iniuriis, nec crescere permettebant ædificium. Ut occursat morbo clericorum iubet Pontifex Archiepiscopum, rogatque illata damna reparare; verum paucos post annos commodiori in loco aliud construxerunt fratres cœnobii intra ciuitatem, cuius primarium lapidem à se benedictum posuit fr. Ruffinus Placentinus Capellanus penitentiarius & vicarius Apostolicus ordinis Cisterciens. cuius confessus de hac re instrumentum memorat fratres emisse domos octo cū viridario in vrbe Panormi in contrata seu regione illa ciuitatis, quæ vulgo dicitur *La terre de Maniace*. Alexander IV. an. 1255. Neapolis existens 12. Kalend. Iunij eximit huius loci fratres ab omni iurisdictione Ordinariorum, & sibi propriisque regularibus prælatis subiicit immediate. Iacet in hoc conuentu admirabilis puella Elizabetha tertaria quæ 13. xatis suæ anno obiit nō sine sanctitatis opinione. Floruerunt etiā ibid. virti doctrina & autoritate præstares, inter quos insigne fuit Lucianus Richardus. Circa idem etiam tempus in vltiori Sicilia alia duo loca occuparunt Minores, Drepani vnum in ea ciuitatis parte, quæ dicitur del Palazzo, cuius Ecclesia absoluta est. an. 1272. die 15. Martij sub titulo S. Francisci. Alterum Taurominz, post multos annos concessum fratribus de obseruantia.

Con. Drepa- ni. Con. Tauro- mina. Con. Na- murcen. Congag. in prou. Flandriæ con. j. Eodē item tempore extructus conuentus Namurci (quæ vrbs in Belgio ad Mosam fluuiū **XLIV.** caput est Comitatus Namurcensis & senatus prouinciarum sedes) Apoltonis Petro & Paulo sacer per Philippum Comitem Namurcensem. Deinde an. 1490. ad preces Margaritæ Edroardi 4. Anglia Regis sororis, & Caroli Burgundiæ Ducis reliquæ viduæ transflatus est ad fratres. Fuit huius cœnatus, & postea Niuellensis guardianus fr. Franciscus, Vvalocapelle secundus Namurcensis Episc. vir in vitroq; reginæ & Pôtificat. strenuus, & prudens, rerum agendarum peritus.

Chron. Sa- xoi. MS. 21. hunc. an. Attuntur fratres Coloni- etiam. Hoc ipso anno fr. Albertus de Pisis habito prouinciali capitulo Herbipoli in festo Assumptionis, cœuocatis custodibus, guardianis & præparatoribus misit fratres Nurembergam, vbi prope capellam sancti Pauli iuxta Pegneshum fluuiū per ciuitatem ipsam habentem, postea solene monasterium construxerunt. Fratrem etiā Ioannem de Plano Carpinis custodem Saxoniam absoluimus Coloniam misit & fratrem Iacobum tunc custodem Alsatiæ, virum iucundum, mansuum,

ANNO CHRISTI 1224.	HONORIT III. ANNO 9..	FREDERICI II. IMPER. AN. 14.	RELIGIONIS MR- NORVM AN 17.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	--------------------------------

mansuetum, modestum & pium, secundum Saxoniz custodem ordinavit, additis illi senioribus quibusdam fratrisbam ratn clericis, quā laicis, qui virz virtutumque exemplo facile sibi omnium animos deuinxerant. Destinavit quoque fratrem Iordanum guardiam Moguntinum cum septem aliis fratribus in Thuringiam, qui sexto Nouembri iter arripientes in die sancti Martini Erphordiam : (licet authot Compilationis chronologice an. 1223. ibidem mansionem accepisse scribat) venerunt, qui propter instantem hymen & ædificandi incommoditatem extra muros in domo sacerdotis leprosorum sunt collocati, donec de statu meliori ipsi prouideretur. Tempore etiam illo, strarum quidā de Tridento venerunt Lindauiam, ibidemque recepti accerserunt duo ex ipli castrum Michelstain, quos dominus castri Bartholomæus, quāquam bello cum hostibus in castinum esset conflictus, magna deuotione susceplos humaniter tractauit. Peraáa etenim intime eos rogabat domina, ut Deum, optimum pro salute viri sui serio deprecari dignarentur, quō ipsi Dominus ab instantis belli periculis misericorditer protegeret. Cui frater senior diuino oraculo edocetus, respōdit: Ne pauas domina, cōfide Deo, & meritis B. Patris nostri Francisci, & scito indictum prælium minime effectus suos, habiturum, sed pace diuinatus facta vrasque partes arma deposituras, & cum salute omnium domum reddituras. Altero die exercitu iam per acies disposito, animisque ad pugnam impatienter ferventibus, fratribus vero cum domina in castro orationi ardenter incumbentibus ; ecce spiritus pacis comitem quandam vnum ex aduersariis predicti Domini de Michelstain arripuit, qui paucissimis comitatus venit talibus cum allocutus: Domine, inquit, satis superq; ha&genus insipientiz nostræ poenas luimus : territoria nostra desolata : bona subditorum direpta; multa hominū millia cæsa, & mutua adhuc cæde ardemus? nec prius delistere est animus, quā extremaz nos manibus nostris interēptioni dederimus? nunquid non consultius semperne pacis fœdera percucere? sanguinolentas manus contineat; & hostilium irruptionū dies securos agere? Cui inopinatæ sententiaz dominus de Michelstain diuino quoque instinctu percitus haud grauatum subscriptis, atque eo modo tribulentissima viginti & duorum annorū bella, quæ non exiguo sanguine constiterant, vñico quasi momento restincta sunt, & pacis legibus firmissime pactis maxima omnium latitia ad sua se quisque recepit. Quo effecto miraculo dominus Bartholomæus tanta amoris teneritudine fratres diligere cognitus est, ut tractu isto rotos quadraginta annos monachi Franciscani fratres dominorum de Michelstain vulgo appellarentur. Aliquot inde annis claps & B. Francisco in celis iam glorificato, filia eiusdem Domini cuidā militi nupra beato Francisco & ordini maxime fuit deuota ; eidein à confessione fuerat frater Fredebaldu Ordinis Minorum, vir deuotissimus & perfectus: post cuius è vita deceasum accidit ut vñus filiorum eiusdem dominaz, squinentz morbo grauissime laboraret, ut dum voce interclusa loqui amplius non posset de vita esse desperatum. Mater discriminè filij concūla spiritualibus potius quam corporalibus medicinis rem esse agendam duxit: Gutturi itaque filij capillū vnum cum Almutio defuncti partis Fredebaldi circum ligat & è vestigio in galli cātu(nox enīth Natiuitatis Domini erat, sub re diuina pro filij salute supplicatura ad templum conuolat: ibique anxie oranti famulorum vñus subitam filij sanitatē plaudentibus manibus lætissimaque fronte nūciat. Illa, domū properans inuenit quæ dixerat seruus: filius de imposito emplastro quale eslet à matre edocetus, mira narrare incipit, pro certo, inquit, noueris mater, vix è hinc pedem te ferente, apparuisse mihi patrem Fridebaldu, alio quodam pufo fraterculo comitatum, & bono me animo esse iubentem : ad quem sic paruulus iste: Frater mi, ait, Fridebalde, vbi male filius tuus habet, quo demonstrante tu morem gutturis mei, pusillus ille manu sua contingens confessim me sanavit, videbaturque malla vñceris rotunda ex fauicibus meis prouolare, vidi & plagam in manu ista & clavum subnigrum è volz medio prominentem. Fuit iuuenis iste bellator felix & magnanimus, qui post hac seculo derelicto ordinem Iohannitarum suscepit, nunc Spiræ, nunc Vvormatiæ, nunc Argentine degens.

LXVI. Sumpsit exordium hoc anno prouincia Scotia penetrantibus illuc fratribus, ut ex analibus antiquis refert Ioannes Halius Scotorus in concinnata à se breui historia eiusdem prouinciaz, quam dum Prouincialem ageret Colonensem dedit ad Illustriss. dominum Gonzagam an. 1586. quæ apud me est M.S. Primos hos fundatores missos à S. Francisco refert Hector Boethius, sed apud nullum illorum nomina aut conditionem sicut detegere, nec est qui prima incrementa illius prouinciaz exactè describat.

Et Tiberiu-
gram.

Sicut Linda-
mam.

s. Franci-
liberarie-
rem curru-
re mali.

Sicutum pe-
ntrant Mi-
norum.
Gonzag. in
Præ. Scot.
Jean Paris
in Chrea.
Boeth.
Præc.
Hector Boe-
thius.
I. Colone-rum.

ANNO CHRISTI
1225.

HONORII III.
ANNO 10.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 16.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 18.

Dedit hoc anno Honorius Pontifex Minoribus licentiam celebrandi in suis locis & oratoriis cum altari viatico. Diploma datum Laterani tertia Non. Decembr. videre est in huiuscomi appendice.

A R G U M E N T V M.

Egrotat Franciscus apud ciuitatem Reatinam, & fontem Columbe, miraculis verobiisque clarus. Mitigatis parumper doloribus per ciuitates ferunt verbum Dei disseminantur. In ciuitate Pennensi, & oppido Celani preclare operatus, aliis item locis peragras in iuxta Nuceriam plus solito suo morbo laborat. Reducitur ne extra moriatur, per ciues Assisates, & in Episcopio decumbit. Antonius Patavinus miro cum fructu per Italiam, & Galliam predicit, miraculis opere, & sermone hereticos confundit; aduerso vento densò pellitur in Siciliam, ubi plura extruit canobia. In Turingia & per Saxoniam ordo misericordie crescit. Egregie puella Burgunde Minorisse preclara constantia infectando hoc instituto refertur, & memorantur multis in locis extriucta domicilia, Minoribus concessa per Pontifices priuilegia.

Legen. 3.
Rector.
Lege. Greg.
9.
Vener. Frat.
Mater.

An. 1207.
n. 18.
Reparar dā-
num hospiti-
uum.

L Oto hoc anno dolotibus variis laboravit Franciscus usque ad Autumnum, quo tempore rogantibus, sed & urgentibus domino Cardinale Hugolino & fratre Elia, transtulit se in ciuitatem Reatinam pro medicandis oculis per peritos illius urbis medicos & chirurgos. Id ut resciuit populus processit obuiam turmatim, quem ut ille declinaret, diuertit ad Ecclesiam sancti Fabiani ad duo millaria ab urbe distans. In curia Pontificis (qui tunc residuebat Reate, ut nostri monent authores, & mihi indubitate fecit fidem eiusdem regestum per literas ibidem datas à mense Iulij usque ad Februarium anni sequentis) diuulgato eius aduentu multi ex optimatibus, & aliqui ex Cardinalibus eum visum abierunt. Horum comites & serui à vineola parochi domui, in qua Franciscus iacebat, continua cohiberi non poterat, ne ad appetitum & ad satietatem vuas decerpserent. Per audios huiusmodi vindemiatores, ut superius prelibauit, factum est ut absque vuis remaneret. Doluit ad damnum presbyter, sed conquestus apud virum sanctum interrogatur quanti estimaret detrimentum? Respondit quatuordecim measuras quotannis se collegisse ad sufficiens suz domus ministerium. Addit bonus hospes satis sibi displicere, aduentum suum damnum hoc superinduxisse, attamen à Domino sperandum iacturæ remedium, quem firmiter inquit credo ultra illas quatuordecim mensuras, alias additurum ex paucis illis, qui supersunt, racemis. Quam bonus Israel Deus his qui recte sunt corde probauit bonus ille sacerdos dum ex dissipata vinea iuxta verbum prophetæ viginti collegerit mensuras ex qua nunquam antea ultra quatuordecim accepit.

II, Acecessit tandem Franciscus ad ciuitatem, honorificentius quam velle, receptus à Pontificiis hospitium admisit in domo cuiusdam deuoti ciuis dicti Thedaldi Saraceni, in qua dolorum variis oppressus molestiis, languidulus iacebat, desiderabatque ad iucunditatem spiritus excitandam alicuius musici instrumenti melos audire. Dum vero honestatis decentia id fieri per ministerium non patueretur humanum, affuit Angelorum obsequium ad virti sancti placitum adimplendum. Nocte etenim quadam vigilante ipso, & meditante de Domino repente insonuit cithara quedam harmoniæ mirabilis, & suauissimæ melodiz. Non videbatur aliquis sed transitum & redditum citharedi ipsa hinc inde auditus volubilitas innuebat. Spiritu in Deum directo tanta fuit in illo dulcisono carmine suavitate perfusus, ut aliud se puraret seculum communasse. Hoc & fratres sibi familiares non latuit, qui per certa frequenter conspiciebant indicia cum tam excessiuis & crebris consolationibus à Domino visitari, ut nec ipsas omnino occultare valeret.

Indidem.

Nihilo melius hic se habens, abiit ad eremitorium fontis Columbarum, secundo ab illa urbe lapide, ubi cum consilium daretur à medicis, & instanter suaderetur à fratribus ut patueretur

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

pateretur sibi per remedium subuenire cocturæ, humiliter vir Dei assensit, quia salutiferum hoc simul, & asperum esse cernebat. Vocatus itaque venit chirurgis instrumentum ferreum igni submittens ad faciendam cocturam. At Christi seruus corpus iam horrore concussum, confortans, sicut amicum caput ignem alloqui, dicens : Mi frater ignis, præ ceteris rebus æmulandi decoris virtuosum, pulchrū, & utilem te creauit Altissimus, esto mihi hac hora propitius, esto curialis. Preco, magnum Dominum, qui te creauit, ut tuum mihi calorem temperet, quo suaviter vrentem valeam sustinere. Oratione finita contra igne candescens ferreum instrumentum signum crucis edidit, ac deinceps intrepidus persistebat. Profundatum est crepitans ferrum in tenera carne, & ab aure usq; ad supercilium coctura protracta, quantum irrogauerit ignis ille dolorem, vir ipse sanctus expressit. Laudate, inquit ad fratres, Altissimum, quia vere dico vobis, nec ignis ardorem sensi, nec carnis vnum dolorem, & conuersus ad medicum, si non est inquit caro bene decocta, imprime iterum. Expertus medicos in inualida carne virtutem spiritus tam potentem, miratus est, & diuinum hoc miraculum extulit, dicens : Dico vobis fratres, vidi mirabilia hodie. Quia enim ad tantam deuenerat puritatem, ut caro spiritui & spiritus Deo harmonia mirabili concordarent, diuina ordinatione fiebat, ut creatura creatori suo deseruens voluntati & imperio eius mirabiliter subiaceret. Refert *Lege. antiq.* legenda antiqua maximopere desiderasse virum sanctum Eliæ (*Reatæ tunc apud Pontificem res ordinis agentis*) præsentiam, officiose enim & peramanter in suis infirmitatibus medicinisque admouendis ei assistebat, & veluti mater confouebat, nihil pietatis aut religiosi prætermittens obsequij, sed ob temporis breuitatem non potuit vocari. Cæteri qui tunc aderant socij præ compassione & horrore ferri cendentis, amantissimo patri applicandi, è cubiculo exierunt, non valentes interesse spectaculo. Solis itaque remanentibus cum ipso medico & chirurgo, redeuntes fratres leniter corripuit, dicens : Puillanimes & modicæ fidei, quare fugistis? nonne poterat ille temperare mihi fratri ignis ardorem, qui *Daniel. 3.* Babylonicos pueros inter ipsas flammas seruavit illæfos?

IV. Redeunte altero die eodem medico, & narrante cuiusdam vetulæ inediā, quæ ad se, quidquam acceptura peruererat, vir sanctus vocato Guardiano, dixit: Frater mi, restituamus alienum hoc: (mantellum intellectus) quod ego retinebam, donec æquioris tituli professor appareret. Iam apparuit pauperima quædam soror nostra, ad quam rogo, ut mittas hoc meum palliolum, cum quibusdam panibus ex eleemosyna collectis, quæ dum fratres portauerint, dicant, quod suum erat, sibi dari; reputo enim quæ nobis conferuntur, in nosrum cedere vsum, donec indigentior superuererit. Fecit itaque Guardianus ne sanctum vicum contristaret, sed ei cogitandum erat quomodo pallium alterum, & tunicam, quam similiter sanctus pater alij transmiserat pauperi, conquereret. De his cogitanti inopinata occurrit ad cœnobio ianuâ, qui ex ciuitate transmissas à quibusdam ex Pontificiis deforebat tot pandi vlnas, quot sancto Patri, & cæteris incolis vestiendis sufficiebant.

V. Idem suadebat medicus ut abstineret à lacrimis, quas continuo pro abstergendis cœfundebat peccatis nisi extremam vellet incurtere oculorum iacturam. Cui vir sanctus respondit: Non est frater medice ob amorem luminis, quod habemus commune cum mustis, visitatio lucis æternæ repellenda vel modicum; quia non spiritus propter carnem, sed caro propter spiritum beneficium lucis accepit. Malebat siquidem corporalis visus lumen amittere, quam lachrymas, quibus oculus mundatur interior, ut Deum videre valeat, repressa deuotione spiritus impedire.

VI. Iussit semel ut fratres medicum hunc ducerent ad prandium, quibus suam obscientibus paupertatem, neque quidquam tanto homine (erat enim dives valde, & magna opinionis in urbe) se dignum habere, inquit vir sanctus ipso hospite præsente. Medicæ fidei, quare dubitastis, nec obedientiæ amplius tribuistis? Abite, ducite fratrem & dominum nostrum medicum in triclinium. Illis abeuntibus, & pio hospite tenue prandium ob fractum deuotionem admittente, ecce ipsa hora, qua ad pauperem sedebant refæctionem, ad ostium pulsatur. Dum accurrunt ostiarius, inuenit mulierem in canistro portantem bene condita cibaria, quæ ad Dei vitum mittebat quædam heroina è quodam castro ultra sex milliaria distante. Ille ad se allata iussit hospiti apponi & dici, Dominum de suis curam egisse. Prorsus ita credidit medicus, fratribus subiungens: fratres mei; neque nos huius virtutis laetitiam assequimur; neque vosmet, qui cum eo conuersamini, plene penetrastis quantum virtutis lateat in homine.

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Bonau. c. 7. Marian. cit. Medici ob- sequium mi- ro modo cō- pensas. Sedulo curam sancti Patris agebat bonus hic vir, frequentissime eum invisens, & de suis expensis pharmaca ministrans. Cum autem Christi seruus impotens esset ad rependendam mercedem, labori condignam, liberalissimus Deus, ne ipsum sine praesenti recompensatione dimitteret, pium eius obsequium hoc singulari beneficio vice pauperis compensauit. Huius enim medici domus, quam tunc temporis ex omni lucro suo de novo construxerat, parietem patula scissione è summo usque deorsum, adeo de proximo minabatur ruinam, quod non videbatur per humanæ artis industriam possibile ipsius casui obviare. Ipse vero de sancti viri meritis plene confidens cum magna fidei deuotione petiuit à sociis eius aliquid sibi concedi, quod idem vir Dei manibus contractasset. Cum igitur modicum de capillis ipsius suis multa precum obtentum instantia posuisset de sero intra muri scissuram, mane consurgens tanta inuenit aperturam illam soliditate conclusam, ut nec reliquias ibi positas posset extrahere, nec scissuræ prioris vestigium aliquod inuenire. Factumque est, ut qui ruinoso corpusculo serui Dei sedulò ministrareret, ruituræ domus propriæ pericula præcaueret.

Legen. an- tiq. Bouau. c. 11. Genes lebri- cum sed ma- la proposita- tari si reuer- tur ad ut- rumcum. Rediit sanctus pater post aliquor dies in urbem Reatiadum decumbebatque in Episco- pio, ad quem præbendarius quidam nomine Gedeon lubricus & mundanus, infirmitate graui correptus lectulo decubans, cum ad eum fuisset delatus, lachrymose rogabas cum simul astantibus, ut ab ipso crucis signaculo signaretur. Ad quem ille: Cum vixeris omni secundum desideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodo te cruce signabo? Verum propter deuotas intercedentium preces signo te crucis signabo in nomine Domini. Tu tamen scito te grauiora passurum, si ad vomitum redieris liberatus. Propter enim peccatum ingratitudinis semper peiora prioribus inferuntur. Signo itaque crucis super eum facto, statim qui contractus iacuerat, surrexit sanus, & in laudem Dei prorumpens: Ego, inquit, sum liberatus. Insonuerunt autem ossa renum eius, audiensibus cunctis, veluti cum manu ligna sicca franguntur. Paucis autem interlapsis temporibus Dei oblitus, corpus impudicitiaz reddidit. Cumq; sero quodam cœnasset in domo cuiusdam canonici, nocteque illa dormiret ibidem, subito super omnes corruit tactum domus. Ceteris autem evadentibus mortem, solus ille miser interceptus atque interemptus est. Iusto igitur Dei iudicio facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus, propter ingratitudinis vitium, Deiq; contemptum cum de accepta venia gratu esse oporteat, & duplo displicet flagitiū iteratum.

Legen. j. socio. legen. Greg. 9. Liber fra- bram guan- dam a da- mona in- fisi- dus. Mitigatis hinc aliquantulū doloribus fecit pius Pater se euchi per castella & oppida, ut animas Christo lucrifaceret Umbriam, confinesque terminos & loca quædam regni Neapolitani percurrenti, in loco Pennensi venit veniam petiturus quidam adolescentis, bonus ut videbatur indolis, & expectationis, qui ab ordine recessit, seductus à Diabolo promittens sibi sui iuris factio, maius virtutis incrementum. Ad eius conspectum aufugit vir sanctus, clauso super se cellulæ ostiolo. Admirantibus fratribus in publicum postea prodiens dixit: Ne mirermini fratres, quod fugerim, vidi enim iuuenem hunc pessimum habuisse seforem, & voluntatis aurigam, horribilissimum diabolum, qui à religione seductum ducere conabatur ad præcipitum, fateor vobis me eius conspectum ferre non potuisse atq; proinde fugam arripuisse. Oraui, qua potui instantia, pro misello ut tali liberaretur seductore, concessitque mihi Dominus, quod petiui. Vocatum itaque ad se adolescentem totius rei monuit, hortatusque est, ut sibi deinceps à dæmonis caveret inibiis, nec amplius à suis fratribus separari contigeret, alias in certum, quod iam Dei misericordia eas ducendum esse præcipitum. Salutaribus consilis ille acquieuit, & reliquum vitæ tempus religiose sub disciplina regulari transegit.

Lege. antiqu. Marian. cit. Quomodo cuiusdam curauit scrupulos. In alio illius religionis loco inuenit ex suis sectatoribus unum nimia conscientia infirmitate & continuis scrupulis fluctuantem. Vocatum ad se vir sanctus paterne reprehendit, quod maiori animi constantia & conscientia serenitate non contempserit Diaboli suggestiones, & callidas artes, quibus eum nitebatur turbare. Iussit itaque ut nihil cuncta illa, quæ scrupulos illos nimios ingerebant, estimaret, neque ita cruciatetur in iis confitendis, excuteretque ruborem quo perfundebatur, quando illa nunc huic, nunc illi aperiebat sacerdoti. Imo, inquit illi, nisi vere his inanibus & importunis suggestionibus aliquatenus consenseris, ad conscientia quietem duxerim, & tibi dixerim, ut nullas amplius confitearis. Multorum sane prudentum & doctorum virorum est hæc doctrina pro liberandis infirmis conscientiis ab importuniis & molestis scrupulis, qui hominem totum occupant, & ad Christianæ pietatis officia reddunt ineptum. Sanum & salutare expertus est

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

est illud esse confilium religiosus hic, nam parui pēdendo neque tremulē, ut solebat, quidpiam horum amplius confitendo, liberavit se ab onere graui; quo molestius aliud nullum, multi pij viri diuturno experti sunt tempore.

X. Inter Marsorum populos in Latio, cum ad Celanum oppidum, populi frequentia & opibus cōobile, dominij nobilissimæ familie Ciborū Genuenstum, vir sanctus in hac excursione prædicaturus cum socio veniret, miles quidam supplici cum deuotione cum instantia magna invitauit ad prandium, venit itaque ad militis domum, omnisque familia pauperum hospitum exultauit in ingressu. Ante vero, quam cibum sumerent, iuxta solitum morem, vir mente deuotus offerens Deo preces & laudes, oculis stabat eleuatis in celum. Oratione completa benignum hospitem familiariter aduocatum in partem sic alloquitus est: Ecce frater hospes, cuius viues precibus, ut manducarem domum tuam intraui. Meis nunc citò monitis acquiesce, quoniam non hic, sed alibi māducabis. Confiteere nunc peccata tua, verze pénitentiaz dolore contritus, nec in te remaneat quicquam quod veridica confessione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie vicem, quoniam tanta deuotione suos pauperes suscepisti. Acquieuit continuo vir ille sermonibus sancti, socioque ipsius vniuersa peccata in confessione detegens, disposuit domum suam, & ad mortem suscipiendam se, quantu[m] valuit, præparauit. Intravertunt tandem mensam, & incipientibus aliis manducare, hospes subito spiritum exhalauit, iuxta verbum hominis Dei repentina morte sublatus. Sicque factum est hospitalitatis gratia promerente, ut iuxta verbum veritatis Prophetam recipiens, mercedem Propheta acciperet, dum per sancti vi-
Hebitem
sum prædi-
ciū monstrū.
Matth. 10. 8
41.

XI. In hoc eodem oppido accessit ad eum paupercula quædam ferme integro nudo corpore, suam inediā representans, & perens aliquid, quo posset operi, statim vir sanctus mantellum suum obstat, dicens, ut quantocius vadat & curet ex eo sibi tunicam vel vestem consu. Respondenti palliolum illud non sufficeret; dedit etiam & socij, inquietens: Frater ut huius cooperiatur nuditas, sufferamus aliquantulum temporis algorem: non est verorum pauperum adeo pannis interioribus, & exterioribus calefieri, dum præ oculis habent, quibus præ nimia paupertate non licet carnem suam cooperire. Tunc etiam repente sanauit nanum quendam, nomine Albertum adeo corpore contractum, ut nullo modo caput posset erigere. Pluiam item potentibus miraculose obtinuit, & quaxantes ranas dum prædicabat à rumore compescuit.

XII. Tandem in reditu ad Apennini montis radices in oppidulo quodam supra ciuitatem Nuceriaz, intumuit pedibus, & excrescentibus succumbere oportuit doloribus. Timentes autem Assiates ne apud exteriores moreretur, miserunt ex senatu quosdam cum milibus, qui eum domum reducerent. Hi cum redirent, virum Dei comitantes, ad humile oppidum comitatus Assisi, nomine Sartianam, deuenierunt, ubi ad prandij horam requieuerunt, nihil erat in oppidulo venale, quo vesci potuissent, nec quidquam duplo oblato denario à pauperibus agricolis poterant extorquere. Conquestis de hoc apud vi-
Plana mira,
cula-pastore
Celanzi.
Plus obstat-
sur mendic-
ando quam
emenda.

XIII. Ductus in Episcopium ibi per multos iacuit dies, solicite deuoto antistite omnia ini-
nistrante. Quodam autem die cibos fastidiens, dixit solum se sensisse appetitum squali-
piscis manducandi. Non prius dixit, quam ingredieretur nuncius ministri Recatini fr. Gerardi, afferens tres huius speciei pisces magnos & pastillum pulmenti grammato-
rum speciebus aromaticis conditi, per quod experti sunt socij prouidam Dei circa suos
curati, qui hec quæ aspera tunc hyeme videbantur non adeo inuenient facilia ad sancti vi-
ti desiderium fecit ut essent in protynpe.

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Surius c. 17.
Legen. M.S.
c. 1.
Canti. 1. 15.
S. Antonius magno cum frudu predicatoris in Gallia.
Lucz 11. v.
15.

Hoc anno magno cum fructu prædicauit in Gallia, præcipue in partibus Tolosanis XIV. Francisci discipulus Antonius cui præcipuum semper studium & conatus erat perpetuus, ut perniciosissimas vulpeculas que demolijuntur vincam Domini Sabaoth, nempe hæreticos pestilentes, & falsas eorum doctrinas pro viribus oppugnaret, funditus destrueret, ac radiciter extirparet. Adeo instructus erat efficacibus scripturæ dioinx sententiis, & solidis ac perspicuis rationibus, ut qui nefanda essent hæresi imbuti coram illo consistere, aut os aperire non auderent: ita ut ad illum quoque pertinere videretur quod Dominus promisit discipulis suis: *Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poserunt resistere & contradicere omnes adversarij vestri.* Detegebat mirum in modum hæreticorum fraudes & versus, conatus retardabat, errores abominandos cu multa vituperatione traducebat, nec facile quemquam ea tempestate vspiam inuenire licuisset, qui tam acriter & perpetuo illos insectaretur, tamque continuam persecutionis procellam illis excitaret. Vnde factum est, ut passim ab omnibus indefessus hæreticorum malitus diceretur.

Nec sine fructu fuit labor viri Dei plerisque hæreticis cum ipsorum fautoribus ad veritatem & obedientiam sanctæ matris Ecclesiæ reuertentibus. Apud Bituriges, (ut author sur. citat. Marc. lib. 5. c. 19.)

est Petrus Rossetus Parisiensis vetustus author, qui ante 140. annos egregium de hoc poëma scripsit Parisis inter alia eius opera excusum anno 1514 quod tamen alij Tolosæ, alij item alibi euennisse volunt) dum in disputationem acerrimam de sacro sancto Eucharistiz sacramento, vir sanctus incidisset cum Hebreo quodam nomine Guialdo. iam pene vicerat hominem, parumque aberat quin ille catholicæ veritati accederet, cum post multa & varia, per quæ elabi nitebantur, argumenta, in hæc ille verba prorupit. *Missa faciamus verba & ad res veniamus?* Si tu miraculo testatum efficere potueris, in Eucharistia verum haberi corpus Christi, omni perfidia abiurata, mox cervicem meam Catholicæ fidei iugo submittam. Respondit vir Dei cum multa fiducia: Confido in Christo salvatore me pro tui & aliorum conversione, id quod postulas ab eius misericordia impetraturum. Tum surgens hæreticus & manu silentium indicens, ait. Ego iumentum quoddam triduana inedia macerabo; post triduum vero producam illud in populi conspectum, & paratas escas ostendam illi, tuque ex aduerso stabis cum tuo illo, ut dicis corpore Domini; si iumentum posthabito pabulo suo properauerit ad adorandum Deum suum; Ecclesiastiz fidei torus accedam. Assensit his vir Dei absque mora. Iamque dies præfixus aderat, & in plateam latissimam vndique siebat hominum concursus. Adebat etiam vir Dei Antonius, ingenti catholicorum frequentia stipatus; nec abest hæreticus cum nequissima suorum caterua. Prope aderat facillum in quod vir sanctus ingressus cum multa deuotione obrulit missæ sacrificium: eo peracto egreditur ad populum cum summa reverentia gestans corpus Domini. Producitur è conclavi mulus bene famelicus, congruumque illi pabulum offertur. Tum imperato silentio vir Dei, cum multa fiducia, bruto illi animanti ita dixit: in virtute & nomine creatoris tui, quem in manibus, licet indignus, reuera tenco, tibi præcipio ut confessim humiliter huc accedas, & eam, quam par est, illi præstes reverentiam; ut hinc perspicue intelligat peruersitas hæreticorum omnem creaturam suo subdi Creatori, quem dignitas Sacerdotalis in altari contredat. Necdum Christi seruus dicendi finem fecerat; & ecce iumentum illud neglegit pabulo, vsque ad poplices submissio capite accessit & corā illo viuifico corporis Christi Sacramento genu curuavit. Mox immenso gaudio exultant Catholicæ, hæretici animi dolore cōtrahuntur. Laudatur & benedicitur præpotens Deus, fides Catholicæ extollitur, hæretica prauitas pudore & opprobrio afficitur sempiterno. Hæresiarcha autem ille coram omnibus abiurata perfidia sanctæ Ecclesiæ mandatis deinceps paruit, & tractis post se ad Christum parentibus insignem Ecclesiam in S. Petri honorem extruxit, aliamque minorem non longe ab illa edificarunt eius nepotes, ad cuius fores in petra miraculi seric vel memoriam sculpi fecerūt, ut polito hoc carmine prænominatus cecinit Rossetus.

— *Sacru tandem se fontibus ipsum
Et natos tubes, & pariter cum coniuge natas
Lustrari, totamque domum seruire sonantis:*

Paucis interpositis
*Sumpsiibus immensis Petro sublimia templa
Condidit, at heræstangunt qua vertice nubes.
Non procul hinc templum exiguum posuere nepotes*

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Et celso statuere loco spirantis signa.
In foribus stat equus, supplex ante ora dicatis
Corporis effigies cultus monumenta verendi:
Illi spreta fero calathis portastur avena.*

- XVI. Plures alios præter hunc, hereticos & heresum magistros ad fidem veram reduxisse cum in partibus Tolosanis tum Mediolani, tum aliis in locis Italiz referut eius virz scriprotes. Dei nutu quondam Ariminum Romanulz nobilem urbem peruenit, vbi cū multis cerneret heresi correptos; mox totius oppidi conuocato populo feruenti spiritu ad eos concionari czpit, versutaque hereticorum dogmata luculenter confutavit. Eas autem in auditorum pectoribus efficax sermo & doctrina salutaris fixit radices, ut profligatis terris erroribus non pauci ad fidei integritatem sunt reducti. In quibus etiam Boniwillum heresiarcham, quem trigiora annis errorum tenebræ obczauerant, ad sanitatem revocauit; effecitque ut vsque ad mortem Ecclesiaz mandatis steterit deuorus.
- XVII. Ibi tunc accidisse prodigium illud miraculum de piscium confluxu ad verbum Dei audiendum scribunt plures; nam cum heretici, quibus reducendis laborabat, cum contemnentes audire nollent: ad alueum fluminis, quod ciuitati adlabitur ad ipsum maris ostium conuocatis hominibus, conuocauit etiam & pisces dicens: Audite verbum Domini pisces maris & fluminis, adeste, auscultate quod duri homines audire contemnunt. Miro ordine compositis stationibus pro suis qualitatibus, variis speciebus & corporum mensuris in istu oculi apparuerunt pisces inumeri, eleuatis extra aquam capitibus, minoribus propriis, maioribus longius immobiliter herentibus in vndis, ad concionem excipiendam parati. Exposuit ille è sacra scriptura plura eis exhibita creatoris beneficia, qui vastum & nobile eis elemētū signauit in habitaculū, qui plura eis præparauit refugia contra tempestatum incommoda, & superuenientia pericula; qui claram & diaphanam fecit aquam, ut qua eundum esset, viderent; qui de escis prouidit necessariis, qui in diluvio ceteris animantibus percuntibus, illzos seruauit, qui privilegiis insuper eos multis honorauit, nam & fugientem Prophetam suo vehi carcere ad destinatum locum per piscem fecit, per eos similiter suæ occurrit paupertati censem soluens pro se & Apostolorum principe ex aduento per piscem numismate, sed & post breve tempus ascensurus ad Patrem ex piscibus voluit manducare, resurrectionem & humanitatem hinc veram esse demonstrans. Propter hæc & alia multa, quām tenentur gratiis soluendis creatori magna dixit energia. Illi, veluti rationalia animalia, applaudentes rationibus, & capita mouentes cuncta le percipere videbantur ostendere, nec cōcione finita recedere voluerunt nisi benedictione obtenta. Adhæc obstupentibus hereticis efficacius dixit, nec delitit donec abiurata heresi præcipui sectarij se Catholicæ religioni assenserent.
- XVIII. Multa huius generis miracula in alia tempora differimus, id modo dixerim de ubertimo fructu eius sermonum quod odia inexplabilia & implacabiles inimicitias extinxerit, quod multos diurna captiuitate miseris libertati restituerit, quod res alienas per usuras & nefariam vim erexitas restituendas curauerit. Reddebat pignora, remittebantur debita, in variis negotiis consilia à viro Dei expetebantur & promittebant omnes se statueros arbitrio illius. Compescabantur scorta à flagioso concubitu; fures & insignes prædones terrahebantur à correctione rei alienæ: & hunc in modum quadragessimam quamdam Patauj fœlicissime exigens gratiam Domino messem sollicitus adduxit. In tanta autem vndique concurrentium turba id fuit admiratione dignum, quod nullus sese comprimentium clamor audiebatur, nulla cernebatur dissolutio, risus nullus, nullæ voces percipiebantur, nulli infantium vagitus, quibus vel patrum eius conciones interpellarentur. Strabat omnes arrectis auribus intentissimis perpetuo in virum Dei oculis, quod vlo tædio cum multa deuotione cum sustinentes, perinde ac si non homo, sed Angelus lapsus è summo Cælo, ad illos concionaretur. Neque id mirum quandoquidem tanta illum Dominus gracia perfuderat, ut lingua facundissima, voce clarissima, suaverba instar tubæ cuiusdam expromens ab omnibus & audiatur & inteligeretur.
- XIX. Neque id admiratione vacat, cum in longinqua regione natus & educatus multo tempore fuisset, quod Italicu idiomate adeo polite potuit, quæ voluit pronunietare, ac si extra Italianam nunquam poluisse pedem. Tantam vero utriusque sexus multitudinem ad confitenda peccata sua remisit, ut nec fratres, nec alii sacerdotes qui non pauci cum co-

*Multos here-
ticos obcauit*

*Specul. S.
Franc. per 2.
c. 52.*

*Leg. MS. c. 1.
Marc. c. 18.
Prædictus
Pisibus.*

*Ion. 2.
Matth. 17.*

*Quæstus pre-
dictiorum.
S. Antonij
frustus.*

*Quæstus au-
diitorum cō-
cursum.*

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

mitabantur illis audiendis sufficienterent. Dicebant autem, qui ad agendum penitentiam veniebant diuino iussu admonitos, & ad Antonium transmisso id se in mandatis labore, ut per omnia eius consiliis parerent. Nonnulli post eius deceplum è vita quibusdam fratribus secretius dixerunt B. Antonium ipsis dormientibus apparuisse, & nomina fratrum ad quos illos mittebat, indicasse. Die quodam sancti viri concione adeo quidam mente compunctus fuit, ut cum ad confitendum peccata sua ex eius consilio se compararet pro suspiriis & singultibus nec unum posset verbum proferre. Cumque vir sanctus ei diceret, ut peccata sua in scripta redigeret, eaque sibi legenda offerret: fecit ille ut erat iussus, sed cum cartulani vir Dei acciperet; ita scripturam omnem abolitam, & prorsus obliterata inuenit, ac si prorsus nihil scriptum fuisset. Coepérunt tunc primum homines cateruatum se se verberando, & pia cantica deuote depromendo procedere: atque ea laudabilis consuetudo, à tanto authore profecta, deinceps suis est aucta incrementis. Noui quantumvis vitæ sancti Antonij author apud Surium flagellatorum originem ad eundem sanctum referat, Polidorum Virgiliū antiquorem facere & ad Apostolorum tempora reducere. At ante S. Antonij tempus, non adeo clara apud authores memoria habetur huiusmodi congregationum, aut horum se in societate flagellantum. Ultra centum post annos Flagellantum secta perniciosa exorta est incerto authore, qui plores effutiebat spargebantq; hæreses, de quibus Bernard. Lutzeburgus, Prætolus, Alfonsus à Castro suis de hæresibus libris, Genebrardus ad an. 1273. & 1335. Naucerus an. 1346. qui largius refert eorum in Germania incrementum. Peculiarē contra hos scriptū tractatum Ioan. Gerson, & condemnati fuerunt à Romanis Pontificibus præsertim Clemente Sexto. At deuote & christiane se flagellantes etiam in publicis supplicationibus ad peccatorum satisfactionem, veluti docuit Antonius, semper ab eius tempore permisit & laudavit Ecclesia.

E Provincia traiicens hoc anno in Italianam, iam secundo tempestuoso mari, & vento XX. Marian.lib. 2. c. 1. Tراجic in Siciliam. Rodulp. fol. 281. & 282. Plura exorditis monast. Id. fol. 180. Luca 10. 7. Ab. 1214. n. 1. Chro. M. SS. Saxo. Amplifica- tur ordo per Thuringiam. Fr. Nicolai de Rheno simplex hu- miditas.

parum secundo delatus est in Siciliam ut scribit Marianus. Ibi quædā extruxit monasteria veluti locorum traditio & fratrum fert fama. Cephaludi seu Cephalz unum, ubi ultra trecentos annos perpetuo viruit cupressus eius manibus plantata, sed ob ærem infalubrem pauci ibi commorantur fratres; alium Noti in amenissimo situ: tertium Leontini, cui anno 1255. per Alexandrum IV. vnitæ fuit xdicula S. Andreæ cum Ecclesia coniuncta. Narratur quod in constructione Ecclesie magnus lapis inuerso plaustro percussit aurigam, & ita contriverit, ut vix ossa cohærent, sed ad invocationem sancti Fracisci mirabiliter fuit sanitati restitutus. In eodem regno in urbe Paestrum obtigit ei illud miraculum, quod cum quidam odio haberet sanctum virum, doleretque in pretio haberi ab Episcopo, stravit insidias eius honoris. Invitauit eum ut secum pranderet die Veneris, recumbenti autem altilem apposuit caponem dicens, Euangelicum esse præceptū: *Mandate quæ apponuntur vobis*, nec id licere Antonio transgredi; ac proinde omnino illum quantumvis sexta feria debere carnibus vesci. Ille explicato Euangelico textu, propter infirmi corporis debilitatem auem comedit. Clam hospes statim cum suis cœpit murmurare, & ad Episcopum perrexit ipsius capi ossibus fidem facturus, non adeo sanctum esse hominem velut populus cogitabat. Versis statim ossibus in spinas piscium homo obstupuit, obmutuitq; rediens domum suam culpam detexit, veniamque poposcit. Aliud huic simile miraculum sancto obtigit Francisco, quod nos supra narravimus.

Res Germanicæ feliciter hoc anno successerunt, nam frater Jordanus de Yane vallis XXI. Spoletant guardianus Moguntinus, quem superiori anno diximus cum septem fratribus Thuringiam missum, ibidem ordini amplifice extendendo solertiſſime incubuit, fratres etenim ab eo ex Ephordia, ubi iam int̄a ciuitatem translati erant, ad regionē istam perlustrandam ablegati, pluribus in locis sunt recepti, Isenaci, Gothz, Northemij, Mulfusij, quos subsequebatur & nonnunquam præcedebat frater Hermannus sacerdos nouitius, concionator egregius, qui antea Isenaci capellanus dominorum domus Teuchoniæ, spiritus sancti afflato relinquens conditionem opulentissimam, omnibus admirantibus pauperculo se ordini humiliter addixit, & suis concionibus largissimum edificationis fructum ex populo reportauit. Hoc anno missus est à fratre Alberto de Pisces ministerio Teuchoniæ, fratri Jordano, tunc custodi Thuringiæ in subsidium & consolationem fr. Nicolaus de Rheno, dictus humilis, quod ea virtute singulariter præmineret, sacerdos & jurisprudens. Huic fratri Nicolao occurrit frater Jordanus custos intra Gotham & Isenaci, & cuin se in oculo charitatis mutuo salutassent, tum fratrem Nicolaum coram fratre Jordano

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Iordanus cum silentio & columbina quasi simplicitate sedentem, alloquitur socius suus frater Petrus de Isenaco iucundæ hilaritatis homo, quem eius simplex humilitas minime latebar, ut quid ait, fr. Nicolae, non agnoscis Regem & Dominum nostrum: libenter & agnosco, respondet ille, & seruio Domino meo: Tunc Petrus: En inquit, cui in faciem sedes; ipse est, est enim custos noster. Hisce verbis ceu telo fixus Nicolaus, attonitus & tremens in genua se conuoluit, & culpas suæ longum quasi catalogum texens, humiliiter veniam petat, deincepsque literas, suæ obedientiæ indices fratri Iordanu custodi sollicitæ presentatas reddit; quibus lectis Erphordiam mittitur, certam propediem sententiam ibidem præstolaturus: & post tres septimanas misit ei frater Iordanus custos obedientiam, ut loci istius sit guardianus, quam reverenter suscipiens ait; & quid est quod fecit mihi Pater noster? cuius tanta humilitate ipse custos eum in modum confusus dicitur ut infra sex hebdomadas Erphordiam petere non auderet, immo oculos in eum conuertere erubesceret.

XXII. Eodem anno frater Jacobus de Teruiso custos Saxonie, finita missa, quam infra officium dedicationis Ecclesie, à se in noua Magdeburgensem civitatem erector, & ab Alberto Archiepiscopo in festo exaltationis Crucis consecrator, celebrauerat, viribus cœpit repentem destitui, & in hospitium fratum quod in veteri civitate penes S. Petri Ecclesiam habebant, delatus 12. Kalendas Octobris vigilia sancti Matthæi Apostoli obdormivit in Domino, fratres vero vix locum aut usum sepulturæ habentes habita deliberatione dominum Conradum Episcopum Hildesheimensem conuenire statuunt, tunc temporis Magdeburgi agentem, instantem iam synodo die S. Mauritij inchoanda, ad quæ priores quoque Episcopi iam confluxerant. Qui idem Hildesheimensis præsul, fratrem Jacobum, ^{Fr. Jacobus de} ^{Terris} ^{magdeburgensis} patrem summa cum veneracione dilexerat semper, & omnibus lux curia addicuisse: ^{C. magdeburgensis} ^{M. magdeburgensis} uerè iniunxerat, ut siue dormiret, siue manducaret, siue aliud quid ageret. & fratres adfident, sibi indicarent, & interpellare non vererentur. quare hac spe firmati fratres euidentia accedunt & iam dormientem excitari faciunt, & patris Jacobi mortem denunciant. Ille in lachrimas solutus: Ecce, inquit, hoc est somnium, quod vidi, ego veniam & lepnam eum: viderat enim in somnis mortuum quandam albæ inuolutum, & dictum esse sibi: Vade, solue ipsum. Funere igitur delato ad Ecclesiam fratrum in noua civitate, quam ipse frater Jacobus fundauerat & dedicari fecerat ab eodem Episcopo honorificè est sepultus. Fratres vero Saxonie animo consternati & quasi orphani, amissò amantissimo patre, supplicauerunt Alberto de Pisa ministro Teuthonie, ut ipsis de custode dignaretur misericorditer providere. Minister autem cum in animū induceret fratr. Nicolaum guardianum Erphordicensem illis præficere custodem per literas ei id munera demandare nō videbatur consultum, ut pote qui tanta esset humilitate, ut eam præfecturam minimè susciperet: maluit igitur ipsemet suscepto irinere humilem Nicolaum conuenire, si sorte familiari alloquio eius animum ad huius officij sarcinam subeundā queat infleßere. Deveniens ergo Erphordiam, adhibito fratre Iordanu cœpit loqui cum Nicolao, de Saxonie custodia eius curæ demandanda. Ipsò vero se humiliiter excusante, seque modis omnibus insufficientem affirmante, ut pote qui etiam nec numerare sciret, multo minus domini aut Prælati officio fungi; tunc simulauit minister maximam animi indignationem, & quasi asperioribus verbis increpans eum: Nescis ergo, ait, esse dominus? Nunquid igitur domini sumus, qui officiis in ordine præsumus? Dic ergo, frater mi, cito culpam tuam, ^{Fr. Nicolaus} ^{fr. custos sa-} ^{xoniæ.} qui seruitia ordinis dominia & prælaturas dixeris. Cui humiliiter in terram procidenti, & culpam suam dicenti, minister custodiam Saxonie in pœnitentiā dedit, quam ipse, prout semper consuevit, summa cum obedientia subiuit, cuius aduentus fratres Saxonie maxima lætitia & consolacione cumulauit. Factus ergo tertius Saxonie custos fr. Nicolaus à præstina humilitate minime sibi desistendum ratus ad vresilia & pedes fratum lauandos primus fuit: & si cui fratri peccanti pro pœnitentia humilitionem, aut disciplinam iniungeret eandem pœnitentiam cum ipso humiliiter exsoluebat. Et licet humiliatem & obedientiam in omnibus ipsemet seruatit, acerrimus tamen vindicta & ultor pertinacis inobedientiæ fuit, ut fratrem contumacem etiam cum pœnitentia difficulter in gratiam reciperet: tantum malum æstimans inobedientiam, & tantum bonum obedientiam, ut & rebus & exemplis ostenderet fratres debere in omnibus simpliciter obedire, nihilque absque obedientia Deo gratum esse.

XXIII. Rem miram refert sub hoc anno Matthæus Paris de puella quadam, nobili orta gene-
re, in

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
Paris anno 1225.	re, in finibus Burgundiz, quam parentes de possessionibus non modicis hæredem sibi cō- stituere decernentes, cuidam viro ex illustri prolapia genito, nuptram tradere voluerunt.		
Mirabilis quædā puer Burgūda fū Minorisſa.	Sed puella quæ ab annis puerilibus studiis fuerat liberalibus imbuta, in secreta cordis pu- tate virginitatem suam Deo dedicauerat, parentum clam deferens palatiū in habita peregrino, ut se liberius à paternis conspectibus amoueret, contulit se ad contubernium quorundam fratrum de ordine Minorum: vbi ipsa exigente de illius rigore ordinis ad plenum crudita calceamenta deposita, saccum, & eilicium induit, atque crines (in qui- bus luxuria regnare solet) despiciabiliter præscidit, & quibuscumque modis potuit, natu- ralem quem habebat, corporis decorum in omnem studuit deformitatē transferre. Sed cum ad hæc nimis inaniter laborasset, dum non potuit, prohibēte natura, elegantissimam sui corporis dispositionem, quæ in omni dimensitate videbatur quasi incomparabilis, il- lam solummodo, quæ iocuſ erat, carnis munditiam perenni Sponso, qui in cœlis est, con- secrare disposuit. Et hoc propositū ut liberius perduceret ad effectum spontaneam pau- peritatem elegit, officium sanctæ prædicationis assumpsit, vestium asperitatem induit in lecto pro strato mattam, pro cervicali saxum habuit, atque vigiliis continuatis & ieuniis carnem affligens, orationibus insistens in rerum supereælestium contemplatione studuit infatigabiliter conuersari. Tandem cum per multorum curricula annorum in omni per- fectione & virtutē sanctitate Deo placere & Euangelium pacis per ciuitates & castella, & principue sexui muliebri prædicare studuerat: inuidit eius perfectioni humani generis ini- nicus, & per septem menses in tot ac talibus terum sæcularium temptationibus puellam exagitare curauit, quod niſi ei diuinum adfuisset auxilium, omnia bona virtutē præceden- tis studia amisſeret. Reduxit namque ei ad mentem diabolus diebus simul & noctibus prædia parentum suorū, quæ reliquerat, fæcundissima, vinearum fertilium emolumenta, spatia pratorum amænissima, & florū diuersorum varietate distincta, fontium scaturien- tium & riuulorum suauiter murmurantium obleſtamenta, lignorum in nemoribus pro- ceritatem, prolis fæcunditatem, viriles amplexus ac Veneris inter marem & sceminam deleſtationem, lectorum nobilium mollitiem, adstantium ioculatorum iocunditatem, annulorum & lapidum preciosorū decorem: pisciū & volatilium ferarumq; silueſtrium gustum deleſtabilem & suauem. In his igitur temptationibus & aliis consumilibus, puella fere desperata & in diuersas meditationes inducta, vtrum derelicta repeteret, an in pro- posito religionis perseueraret, ineffabili mētis & corporis cruciatu diebus singulis & no- ctibus torquebatur, sed miserator & misericors Dominus, qui sperantes in se ultra quam possunt pati, non permittit tentari, oculum puellæ restituit rationis, ut cerneret quanta in rebus temporalibus & deleſtationibus supradictis curiosa sit solicitude, in carnali com- mixtione turpitudo, quanto res tēporales sudore acquiruntur, & cū quanto dolore amittuntur, quanta sit coram Domino munditia virginalis, qui matrem suam fæcundam esse voluit, & in virginitate permanere disposuit, quæ inerces sequitur fructum boni operis, quæ dulcedo sit in studio sancto, ac diuinæ contemplationis, quæ societas ciuium super- norum, quam suavis sit & deleſtabilis sanctarū refectio animarum, & regnare cum Chri- sto, vbi frigiditas nullum afficit, fames & siti neminem affigit, ira, rixa, vana gloria, inui- dia, superbia, accidia, auaritia, cupiditas, & ebrietas nullum premit. Hæc & his similia vir- go beata ſepiuſ mente reuoluens, & inter temptationum turbines virtutum præteritarum custos existens, armis accincta diuinis, artes diaboli fraudulētas omnes feliciter superauit & ipsum ad tartara confusum dixit. Tandem post dies paucos, cum puella præfata ab omnibus effet Diabolicis incursionibus penitus absoluta, Diabolus ad eam reuersus la- lauit illam, & dixit: Salve, inquit, domina mea, & Deo celorum Virgo dilectissima: ego vero sum ille Sathanas, qui te iam per septem menses in tot temptationes, licet inaniter in- duxi, ut à bono te proposito reuocarem, & in eis laqueis irretirem. Sed quoniam inani- bus meis fraudulentiis à te vietus defeci, hoc mihi pro pena à Domino cælesti inflatum est, ut nunquam de cætero mihi liceat aliquod hominum genus tentare, vel quempiam à bonis actibus impedire. Habeo præterea mandatum à Domino cui obediſce necesse est, ut quodcumque mihi præcepitis cum festinatione, sine mora subire. Hæc audiens puella ait ad dæmonem: Cōſeruet me Deus à vestro consortio & famulatu, nouit enim ille quod tale ministrum nunquam dilexi. Et his ita gestis contigit puellam ciuitatem quandam ingre- di, & gratia hospitandi domum cuiusdam matronæ ingressa hospitium postulans, impe- trauit. Vespere autem facta iuuenis quidam prædictæ matronæ filius, de negotiis consuictis		

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 16.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 18.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

domum sedens, cum vidisset virginem, quam mater eius charitatibus hospitauerat; & cœpit admirari in habitu adeo despiciibili, & facie simul pallore & tristie, omoium membra- rum eius naturalem dispositionem, in qua opus naturæ in cinuum lardauit, quod in plante pedis usque ad verticem in nullo deliquerit, sed & torius corporis sui dispositione etiam generis nobilitatem evidenter expressit. Quid ergo? Ex aëre atmosphæris in cœcupiscentia vir- ginis & accedens ad eam de consensu carnali, puellam conuenit. Illa è contra iuueni con- stanter, quod petuit, denegans, affirmauit se virginitatem suam ab ætate tenera Domino consecrasse: & prætoræ cum voto sua religiose & ordinis castitas se amplexa, vobis ut re- fringere esse nefarium asserebat. Et his dictis recessit, ut nocturnam expectaret tempio: ubi in quadam angulo matrone sub se prostrato, & sarcum pro cornu cali iuxtra sui ordinis rigo- rem capiti supponebat. Tunc iuuenis ille libidinis igne succensus, statuit immitabiliter in corde suo: quod si de liberalitate à puella consensu: obtinere nequirit, ipse cùm ea- rem agoret violenter. Et veniens ad illam, exproficit ei quod facere cogitabat. At feminina religiosa in angaria mentis constituta, metuebat plurimum ne eius putatio virginis ipsi ardorem adolescentis in aliquo laceretur, & reducens ad mentem quod sibi in Diabolo dictum fuerat, quod videlicet ad nutum eis quicquid præcipere, illuc adimpleret, ex- culit vocem & dixit. Diabolus inquit ybi es. Et continuò Dæmon respondit; dicens: Ad- sum Dominus. Quid sibi placet? Ee puella: libera me, inquit, citò à nebulone isto, qui me inquietat, somnum capere non permittens. Et continuo Dæmon iuuenem per pèdes tru- culerat artipiens, non sine laxione illum longius à puella proiecit. Sicque eet postea illa Dæmons procurante dilecta Deo puella ab adolescentis ardore liberata in crastino re- cessit ab urbe, salua sibi predicacia virginali.

XXIV. Extructa etiam hoc anno plures Minoritarum ædes: Angliz intra nobilissimæ urbis Londini mœnia iuxta nouam portam, vulgo Anglo-Nerogate, egregij canobij funda- menta iecerunt Comes Richmondiæ, & nobiles quidam Londinenses, auxit tamen mul- tis post annis Margareta vxor secundæ Edroardi primi Regis, compleuitque Isabella Edroardi secundi vxor. In regno Neapolitanæ ad oppidum Ischiaræ populi communitas, vocatis ad se fratribus domicilium extruxit, quod subest custodia Neapolitanæ patrum Conuentualium. Item in regno Siciliæ Syracusis circa hunc annum fratres admissi Con- ventus magnæ domus Venetiis patrum Conuentualium hoc anno incepimus sub fælici Rodolph. f. principatu Domini Iacobi Theupoli Ducis Venetorum dignè à Bergomensi commenda- ti, qui Petrus Ziano Duci successit. Ecclesia magna quibus hodie vtuntur, initium accepit an millesimo ducentesimo quinquagesimo primarium iacente lapidem die tertio Aprilis Ostatuano S. Mariz in via lata diacono Cardinali Apostolicæ Sedis legato, astantibus tri- bus Episcopis. Consecrata autem fuit anno millesimo quadragecentesimo nonagesimo secundo die 27. Maij per Petrum de Trano ord. Minorum Episcopum Telexinum. Flo- ruerunt in hoc conuentu plures viri gravissimi & sanctissimi Beatus Clarissimus de Clu- sia, & Beatus Gentilis de Marchia, qui sua prædicatione multos convertit ad Christum, cuius ossa Venetas translata sunt per dominum Marcum Cornelium qui postea fuit Dux Venetiarum. Vixerunt ibidem frater Nicolaus Mutio, qui opera Divi Gregorij in epitome rediget, & magister Ludouicus Donatus, ex ordinis Generalis Ministro creatus Ec- clesiæ Cardinalis. Posteriori etiam hoc elapsò seculo claruerunt Cornelius Diuus egre- gius concionator, & Marinus Claudius zelosissimus fidei defensor, contra hereticam pra- uitatem inquisitor.

XXV. Ad hunc annum refert Ioan. Iac. Chiffieri in sua historia Vesontionis, exordium conuentus Minorum in illa ciuitate, quæ metropolis est Sequanorum in Gallia. Convent. Bi. Per ea, inquit, tempora dum adhuc Seraphicus ille Franciscus in terris ageret, ipsius instituti religiosi sectatores ciuitate donati sunt, illisque à Senatu populoque Bisontino templum & percommode ædes erectæ, quod opus ita inter se se parti sunt ciues, ut quibus ampla domi res esset, iij pecunias conferrent in edificijs sumptus; cæteri for- tunæ tenuioris suas ipsi manus atque operam præstarent. Hæc ex archivo ciuicæ domus: neque enim Franciscanis nostris vlla reliqua sunt illorum temporum monu- menta; quæ ipsis qua flammam anno 1510. qua vndarum iniuria perire: annis quippe millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, millesimo quadragecentesimo quinquage- smo sexto, & millesimo quingentesimo septuagesimo, erumpentiū è suis aliis aquarum ea vis suit, ut in templum ac domestica cubicula illapsæ, eorum chartas omnes ac diplomata inficerint.

ANNO CHRISTI 1225.	HONORII III. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 16.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 18.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

inficerint arque expanxerint; cuius rei fidem facit distichon ad quemdam domos illius parietem adscriptum, sexo ut minimum pede à paumento, nam eo usque deuenerant aqua anno illo 1570. certa die Decembri:

*Dabat eras dabiam, nostras sorberet an ades
Cum tis aquas istam vexis ad usque notam.*

Eam Franciscanorum domum nonnulli Sequanicatum, quidam etiam Transalpinarum omnium antiquissimam faciunt. Vt sit ea de re, illud sane certum, ut ex domus cuiuscum carthophylacio retulimus, viuente adhuc B. Franciscus fuisse excitatus: qui cum anno 1226. ad celos emigravit; veroque simile putemus non levibus adducti conlecturis prius Dominicanos domicilium Vesontione accepisse, anno 1224. quarto Franciscanis; his certe extructas sedes putamus ipso anno 1226. aut proxime praecedenti; cum Iohannes Halgrinus Bisontinuus p̄cesset Ecclesiz.

Quidam Galliarum prælati hoc anno molestos se exhibuerunt contradicentes præfiliij Apostolici, quod superiori anno diximus Minoribus concessum, ut in actis vaticano possent celebrare, triuolis quibusdam interpretationibus illud enotuare cupientes, contra quos epistolam dedit Pontifex ad Archiepiscopum Rhemensem Reate 3. Kalend. Septembris. quarum initium: *In his que ad cultum.* Alij adhuc prælati severius dictum impugnabant priuilegium, promulgantes in fratres ipsos & hospites suos in maiorem Apostolicam Sedis iniuriam, excommunicationis sententiam. Quorum remitterati ut obueniret Episcopus Parisiensis, iubet Pontifex datis ad eum literis iuicipientibus. *Non debent.* Reate 14. Kalend. Octobris. etiam iniunxit prouinciam Episcopo Toraicensi, missio codem diplomate Nonis Octobris.

*Miramolinus
fratres ad regnum Miramolini.* Destinavit etiam hoc anno Pontifex quosdam ex Prædicatoribus & Minoribus in xxvi. Miramolini regnum ad fidem veram disseminandam, quibus quædam priuilegia concessit, monens ne eis abutentur. Diplomia ipsum hoc subilio ex regesto Pontificio sumi. 99.

*Fratribus Prædicatoribus & Minoribus & in Regno Miramolini
à Sede Apostolica destinatis.*

[Vineæ Domini custodes, licet immetiti, positi & cultores, necesse habemus in eam mittere operarios, distribuendo singulis ministeria secundum virtutem, iuxta quam valent officiosius operari. Attendentes igitur, quod abnegantes vos ipsos, animas vestras pro Christo ponere cupitis, ut lucri faciatis sibi animas aliorum, eò quod nullum sacrificium Deo constat esse acceptius, quam lucrum querere animarum: Vos in Regnum Miramolinum Sedis Apostolicæ transmittit authoritas, ut Euangelizantes illic Dominum Iesum Christum, quantum ipse dederit, conuertatis incredulos, erigatis lapsos, sustenteris debiles, pusillanimos consolemini, & fortes nihilominus conforteritis. Ut autem ministerium vestrum confidentius exequamini, concedimus ut in prædicta dumtaxat regione vobis licet prædicare, baptizare Saracenos ad fidem nouiter venientes, & reconciliare apostatas, iniungere penitentias, & excommunicatos illos absoluere, qui ad Sedem Apostolicam commode non possunt accedere absoluendi, licetque vobis in terra illa in eos, quos hæreticos esse consenserit, excommunicationis sententiam promulgate. Inhibemus quoque ne cui Christiano licet vos de terra illa ejicere violenter. Præcipimus autem vobis in virtute sanctorum obedientia ut his nullatenus præsumatis abuti, sed tanquam inconfusibles operari Iesu Christi, ita irreprehensibiliter vos geratis, quod à summo patre familiæ retributionis denarium mereamini, & nos maiora vobis possimus committere confidenter. Dat. Reat. Non. Octob. Pontif. nostri an. 10.]

Eiusdem tenoris dederat iam ante anno præterito aliud diploma cuiusdam fratri Domingo Priori ordinis Prædicatorum, & fratri Martino in Regnum Marrochianum destinatis, sub datis Tybure 4. Idus Iunij. Habentur in regesto Pontificio nu. 385.

ANNO CHRISTI
1226.HONORII III.
ANNO II.FREDERICI II.
IMPER. ANNO I7.RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. I9.

ARGVMENTVM.

Iacens Aſſisiſ ſuos exterosque mirum in modum inſtruit circa res diuinas. Moribundo adſtante, & collachrimantur filij, quibus multa verbo, & ſcriptis ſalutaria preſcribit documenta. Mittere ad abſentes boni conſilij literas, fururi, vel eligendi Generaliſ conditiones deſcribit. Benedicit ſepiuſ fratribus, & conſolatur adſtantis. Vocat ex vrbe ad funus lacobam à Septemſoliis. Nudus in nuda poſitio humo de mundo triumpat: ſinceras & candidas ultime ſue voluntatis tabulas preſcribit; tandem cunctis erga eum completiſ christiane pietatiſ officiis ſanctiſimè moritur, & in fulgide ſtelle ſpecie anima rvehitur in caelum cum comitantibus alii ex conſodalibus, corpusque futuſ glorie omnibus mirantibus certa preſerens indicia ſepelitur ad ſanctum Georgium. Scribit ad omnes provinicias de eius moree fr. Helias. S. Elizabetha iam nupta reſcenſentur preclaræ virtutes. Prædicatoribus & Minoribus apud Mira monili regnum predicanteribus conceditur barbam nutritire, pecunias recipere: Inchoat regnum ſuum S. Ludouicus Rex Galliarum.

- I. **N**E QV A QV AM dimiduti ſed au&ti hoc anno viri Dei Francisci languores, quibus compatientes conſodales, ſed præcipue frater Elias ordinis vicarius, egerunt cum eo, vt ſe transferri Senas permitteret, vbi ſalubrioris aëris, & peritorum medicorum ope ſpes eſſe poſſet, ſi non recuperandæ valetudinis, ſaltim remittendæ infirmitatis. Viētus filiorum precibus, ſe illuc duci conſenſit novo vere ad Aprilis initium, vbi cum languidulus iaceret, & magis magisque cruciaretur oculorum dolore, iterum ferrum candens ab utraque aure uſque ad ſupercilia duxerunt chirurgi nullo eius dolore, neque fructu.
- II. Inuiſebant eum plures, ſed præceteris Patres Dominicani, quibus præſens erat ſuſi inſtitutoris cum viro ſancto arcta necessitudo. Ex hiſ vniuers interrogauit eum, quomodo intelligendus erat ille locus Ezechielis prophetæ: *Si non annuncaueris impio, ut auertatur à via ſua impia, & uiuſt: ipſe impius in iniuſitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram: excuſauit ſe humiliter vir Dei, à Doctořibus dicens petendum ſacræ Scripturæ ſenſum. Inſtitit ille, vt ſuum dicere, quem ſummo pere præ multis, quos conſuluit, encupiebat audire. Ita porro ſubiunxit: Si verba hæc debent generaliter intelligi, ego illa pluer. ita cencio declaranda, quod ſeuſus Dei ſic debet vita & exemplo in ſeipſo ardere & fulgere, vt luce exempli, & lingua ſanctæ conuerſationis omnes impios reprehendant. Sic enim splendor uitæ eius, & odor famæ ipſius annunciat omnibus iniuitates ſuas. Cuius op̄iſitum ſi fecerit, populos aut proximos scandalizando diuinæ uitiationis non evadet iudicium. Doctam hanc expoſitionem adnotauit in opuſculis S. viri conformatim eſſe menti grauiſſimorum Eccleſiz Doctořum, quos ibidem recenſui.*
- III. Alius ciuſdem inſtituti ſacræ Theologiz Doctor de quibusdam queſtionibus difficultibus cum interrogauit, ad quas vir ſanctus tanta claritate doctriñæ reſpondit, vt veheſter ſupereret vir ille peritus, & cum admiratione refert, vere Theologia ſancti patris iſius, puritate, & contemplatione, tanquam alis in altum ſubiecta, eſt aquila volans: noſtri vero gaudi Scientia ventre graditut ſuper terram. Licet eniū eſſet imperitus ſermone, Scientia tamē enodabat dubia queſtionum, & abſconditæ producebat in lucem. Nec abſolum ſi vitæ ſanctus ſcripturarum à Deo intellectum acceperat; cum per imitationem Christi perfec̄ta, veritatem ipsarum deſcriptam gaſtareret in opere, & per ſancti Spiritus uincionem plenariam doctorem earum apud ſe haberet in corde.
- IV. Altero die ille idem ſacræ Theologiz Doctor dubitando perquisiuit, an verum eſſet ſcrupulum quod referebatur de ipſo, nimitem quardam de æterna beatitudine acquitenda prædictiſſe cuidam ſuo familiari? Cui ille non ſolum ea dixiſſe aſſeruit, verum etiam queſrenti alienum euentum, proprium exitum prophetando prædictiſſe. Quod ut certius cordi eius imprimerec quendam ſecretum conſcientiæ illius ſcrupulum quem nulli viuenti vir præfatus expreſſerat, & mirabiliter reuelando explicuit,

ANNO CHRISTI
1126.HONORII III.
ANNO 11.FREDERICI I.
IMPER. ANNO 17.RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 19.

& salubriter consulendo reseravuit. Ad quorum omnium ermitatem accidit, quod vir ille religiosus sicut Christi famulus ei prædictis sic finaliter consummavit.

Tractabat tunc nobilis quidam ciuis Senensis, nomine Bonauentura, de transferendo alio fratum cœnobiolo seu oratorio, assignatoque fratribus loco construendi domicilij, Dei famulum conuenit, ut quo modo fabricari veller ab ipso perciperet. Cui ille: Pro agello (quem ad monasterij situm satis commodum iudico) gratias tibi habemus in numeras, honoratissime frater, modumque fabricandi paucis ostendam. Ex hoc fundo debent fratres considerare quot iugera sibi sufficiunt, in hac ipsa consideratione ad sanctam attendentes paupertatem, quam Domino ipsis placuit vovere, in nullo violantes bonum exemplum, quod proximis decet exhibere. Quare bene perpensa loci dicefanum adeant Episcopum, dicentes: Domine heros quidam nobis dedit pro Dei amore, & salute animz suz locum aptum ad monasterium construendum; ad vos primò recutimus, qui pater & dominus estis animatum omnium gregis vobis commissi, & patronus paterque piissimus omnium fratum nostrorum, qui in hoc loco modo commorantur, aut postea commoraturi sunt, ut cum benedictione Dei & vestra tuguriolum aut monasterium pauperculum nobis ædificare possimus. Dominus enim vocavit nos in adjutorium fidei Ecclesiæ & Prælatorum & clericorum sanctæ Ecclesiæ. Tenemur ergo ipsos quantum possumus diligere, honorare, & venerari. Vocantur etenim idco fratres Minoris, quia sicut nomine, ita & exemplo & opere præ cæteris hominibus huius saeculi humiles esse debent. Et quia ab initio meæ conuersio posuit Dominus in ore Episcopi Assisi verbum suum, ut mihi bene consuleret & sapienter confortaret in seruitio Iesu Christi; propter hoc & alia multa excellentiora, quæ in prælatis considero, non tantum Episcopos, sed & pauperculos sacerdotes diligere volo, & venerari, & pro dominis meis reuereri. Accepta deinde benedictione & licentia Episcopi, vadant & faciant mitti magnam carbonatiam in circuitu terræ, quam pro ædiculz situ acceperunt, & pro munro bona sepe circumdant, & circumuallent in signum sanctæ paupertatis & humilitatis. Domos etiam construi faciane pauperculas ex luto & lignis & alias cellulas, in quibus fratres possint aliquando orare & laborare ad maiorem honestatem, & ad vivandam otiositatem; Ecclesiæ etiam angustiores ædificare debent: nec enim sermonum ergo aut alia quacumque occasione templo speciosa, aut magnæ capacitatibus vel molis ædificare debent; maiorem etenim humilitatem & melius exemplum populo præbebunt, cum in aliis vel aliehis Ecclesiæ prædicauerint. Et si aliquando prælati, vel clerici Religiosi, aut seculares ad loca ipsorum venerint, domus pauperculæ & cellæ angustæ eis prædicabunt, & animas aduentantium magis, quam verba composita ædificabunt.

At licet ita humilia vellit vir sanctus suorum ædificia, nihilominus principum fundatorumque beneficentia superabat fratum vota, non secundum eam quam hi proficiebantur, & amabant paupertatem, sed secundum suam pietatem & magnificentiam, splendida & excelsa eis extruentes monasteria. Quod dum frater Leo ab aduentantibus hospitibus, præcipue Ultramioticanis, acciperet, scire cupiens quid sancto institutori de his videtur, ei retulit quæ audierat. Ad quem cæterosque circumstantes fratres inquit: Fratres mei audite, ex nostris quidam modo multa & magna ædificant cœnobia, & post nos venient alii fratres nostri, qui magnas facient domos in quibus nobiles seculares honorifice habitare poterunt, & tunicas sibi facient valde bonas. Sed sufficit in tempore illo, quod fratres mei custodian se à peccatis mortalibus.

Cœpit autem tunc dictus dominus Bonauentura ædificium ædis, quam modo inhabitant patres Conventuales, adiutus subsidio aliorum ciuium Senensem, cui ultimam manum apposuit Magister fr. Franciscus Samson. Templum autem magnificum & amplum, quod modo prospicitur, veteri & humili demolito, cœptum est anno 1316. cuius fundationi interfuit dominus Ioannes Caeteranus Cardinalis legatus Apostolicus. Ante fores Ecclesiæ adest nobile sepulchrum marmoreum, in quod Pius secundus veniens Senas, Silvij patris ossa, ex Coriniano Senas deferri iussit, & Victoria matris ex domo forte Guerratum, quæ jacebat ante aram, extulit: qui hic verique parenti nobile sepulchrum ædificati iussit candido marmore, quod ex Ligusticis montibus allatum fuit. Epitaphium vero ipse met Pius dictauit hoc disticho:

Silvius hic iaceo, coniux Victoria mecum est.

Filius hoc clausis marmore Papa Pius.

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 17.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	----------------------------------

- VIII. *Dum ita langueret vir sanctus, quidam illius urbis heros transmisit ei phasianum vi-
uum in auxilio tunc captum, ut aliquantulum recrearetur, nam delectabatur supra
rhodum sanctus Pater in huiusmodi animalibus, quæ vel mansuetudine, vel cantu, seu co-
lorum varietate, aut ab his huiusmodi qualitatibus eum excitare poterant ad laudes crea-
toris. At volucris continuo ut vitrum sanctum audivit & vidit, tanta ei amicabilitate co-
haesit, ut nullo modo patareretur ab ipso se iungi, nam pluribus vicibus extra locellum fra-
trum in vinea positus, ut abiret, si vellet, rapido semper cursu redibat ad patrem: tanquam
si ab eodem omo si fuisset tempore educatus. Deinde cuidam collatus viro, qui ex deuo-
tione seruum Dei vivere solebat; velut sibi molestum fore a pīj patris absentia conspe-
ctu, escam recusauit omnino. Reportatus tandem ad famulum Dei, statim ut conspexit
euodet, quisbusdam hilaritatis praetensis gestibus, audie manducauit.* Marian. cit.
Bodo. c. 8.
Phasianum
patitur à Frā
cisco famog.
- IX. *Crescentibus doloribus tota quadam nocte laborauit in vomitu sanguineo, ex quo ad-
eo debilis evasit, ut nihil videretur superesse, quin animam efflaret. Accesserunt dolentes
& flentes filii, & post alta suspiria dixerunt: Pater & præceptor optime, quo in agone po-
situs sis, nostro malo & dolore videmus. Tibi sub tantis doloribus laboranti intimo ex
corde compatimur, sed & nobis dolemus: te enim ad requiem post tot ærumnas & labores
vocato, nos pupilli erimus absque patre, & oues errantes absque pastore. Quis amplius nos
suis salutaribus erudit disciplinis? quis moestos consolabitur? quis infirmos consolidabit?
sufficiebat nobis pro diuiniis & malorum omnia remedium, te videre præsentem, te audi-
re docentem, te sequi præuentem. Vbi atque te requiremus lumen oculorum no-
strorum, gloria paupertatis, laus simplicitatis, & honor vilitatis nostræ? Vbi eris
confortans? Vbi viam veritatis ostendens, vbi nostris malis compatiens? Cui nos pa-
ter deseris, aut cui desolatos relinquis? In Christo Iesu per Euagelicam doctrinam nos ge-
nueristi, sed nondum plene natos absque tuo præsidio exponis laboribus, hominum insidiis,
& vexationibus mille hostis communis: præuidemus enim post tuum discessum inuasuros
gregem lupos rapaces. Reliqüe itaque nobis memoriale tuæ doctrinæ, quam absque præ-
ceptore iam facti obseruernus, & infunde nobis benedictionem tuam, qua ab hostium sal-
tum muniamur insidiis. Ad hæc eleuatis oculis in filios iussit pius pater ad se vocari fratrem
Benedictum de Pirarro, qui ei in infirmitate hac ministrabat, & coram sacra faciebat, cui
ut accessit, ait: Scribe, Sacerdos Dei, qualiter benedico omnibus fratribus meis, qui modo
sunt in religione, & qui venturi sunt usque in finem saeculi. Et quoniam propter debilitatem
& molestias infirmitates loqui non valeo, in his tribus verbis patefacio breuiter voluntate-
m, & intentionem meam cunctis fratribus tam præsentibus, quam futuris: videlicet ut
fratres semper se diligant ad inuicem sicut ego dilexi, & diligo illos. Semper diligant &
obseruent dominum meum paupertatem, & semper prælatis & clericis sanctæ matris Ec-
clesiae fideles & subiecti existant. Benedic & custodiat eos Pater & Filius & Spiritus san-
ctus, Amen.* Marian. cit.
Leg. antiqu.
- X. *Mitigatis aliquantulum doloribus voluit etiam absentes suis literis instruere, nam
quotidiani fratribus profectus etiam in lectulo dolorum ardebat desiderio, nec aquæ mul-
ta tribulationum poterant extinguere charitatem erga consimiles. Ad congregandos ita-
que in capitulo generali tunc celebrando, sequentes dedit epistolas:*

*In nomine sancte Trinitatis, & summe unitatis Patris, & Filii
& spiritus sancti, Amen.*

[Reuerendis & multum diligendis fratribus universis, Generali Ministro Ordinis
Minorum Domino suo, & ceteris ministris generalibus, qui post eum erunt; & omni-
bus ministris, & custodibus & Sacerdotibus fraternalitatis eiusdem in Christo humilibus;
& omnibus simplicibus & obedientibus primis & nouissimis; frater Franciscus homo vilis
& caducus vester parvulus seruus salutem in eo, qui redemit & lauit nos in sanguine suo,
Dominus Iesus Christus Altissimus filius, nomen illi, qui est benedictus in saecula, Amen.

Audite domini, filii & fratres mei, auribus percipite verba mea. Incline aures cordis
vestri, & obedite voce filii Dei, seruate in toto corde vestro mandata eius, & consilia eius
perfecta mente implete. Confitemini ei, quoniam bonus, & exaltate eum in operibus ve- Tob. 1, 6.
tris. Tanquam filius se nobis offert Dominus Deus. Deprecor itaque omnes fratres cumi Summis
spiritu &
charitate
osculo pedum, & cum charitate, qua possum, ut omne in reverentiam & omnem honorem, charitate

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 17.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 19.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Caten. 1. 10. quanquamque poteritis, exhibeatis corpori & sanguini Domini nostri Iesu Christi, in quo,
 que in celis & que in terris, sunt pacificata, & reconciliata omnipotenti Deo. Rogo etiam
 Misa per celebra- in Domino omnes fratres meos Sacerdotes, qui sunt, & erunt, & esse cupiunt Altissimi,
 randa quod quandocumque voluerint missam celebrare, puri & pure faciant cura reverentia
 verum sacrificium Sanctissimi Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sancta
 intentione & munda non pro villa terrena re, neque timore vel amore alicuius hominis,
 quasi placentes homicibus: sed omnis voluntas quantum adiuuare gratia omnipotentis, ad
 eum dirigatur, & soli ipsi Deo summo tantum placere desideretis, quia ipse solos operar-
 tur ibi, sicut sibi placet. Quoniam sicut ipse Dominus dicit. *Hoc facite in mea commemora-*
 tione. Ibi quis alter fecerit, Iudas traditor efficitur: Recordamini fratres Sacerdotes, quoniam
 Deut. 17. 6. scriptum est in lege Moyse, quod transgredientes in corporalibus, sine villa misericordia
 & c. 19. 15. ne per sententiam Domini moriebantur. *Quanto matior & peiora meritor passi supplicia, qui*
 Hebr. 10. 19. *filium Dei concubaverit & sanguinem testamenti pollutum dixerit, in quo sanctificatus est, & Spi-*
ritus sanctus consumeliam fecerit? Despicit enim homo pollutus & concubat Agnum Dei;
 1. Cor. 11. 29. quoniam sicut dicit Apostolus, non dijudicans & discernens sanctum panem Christum ab
 aliis cibariis, vel operibus indignis, indignus manducat, cum Dominus per Prophetam
 1st. 48. 10. dicat: *Maledictus homo, qui ipsum Dei facit negligenter, vel fraudulenter.* Et propter Sacerdotes,
 Malach. 1. 8. qui nolunt ponere super id cor in veritate, condemnat nos dicens: *Maledicam benedictioni-
 bus vestris. Audite fratres mei: Si beata virgo Maria honoratur (ut dignum est) quia ipsum*
 Sacerdos dignitas portauit in sanctissimo vtero suo: si beatus Iohannes Baptista contemnit, & non audebat
 tangere Domini vtericem; si sepulchrum, in quo per aliquod tempus iacuit, sic veneratur:
 quantum deber esse sanctus, & iustus, & dignus qui non iam moriturum, sed in eternum
 1. Pet. 1. 21. victurum & glorificatum, in quem desiderant angelis propiscere, contreditur manibus, corde
 & ore sumit, & aliis ad sumendum praebet? Videte dignitatem vestram fratres Sacerdotes,
 Gen. 11. 44. & effice sancti, quia ipse sanctus est. Et sicut super omnes propter hoc mysterium honorauit
 vos Dominus Deus, ita & vos propter hoc mysterium diligit eum, reueremini, & hono-
 rate. Magna miseria, & miseranda infirmitas, quando ipsum sic presentem habetis, & ali-
 quid aliud in toto mundo curatis. Totus homo paueat, totus mundus contremiscat, &
 cœlum exultet, quando super altare in manibus Sacerdotis est Christus filius Dei viui. O
 admiranda altitudo! & stupenda dignatio! & sublimitas humilis, quod Dominus vniuersi-
 tatis, Deus & Dei filius sic se humiliat, vt pro nostra salute sub modica panis formula so-
 abscodat: Videte fratres humilitatem Dei, & effundite coram illo corda vestra, & humiliamini,
 vt & vos exalteamini ab eo. Nihil ergo de vobis retineatis vobis, vt totos vos recipiat, qui se
 vobis exhibet toro. Monco præterea & exhortor in Domino, vt in locis in quibus moratur
 fratres, vna tantum celebretur missa in die, secundum formam sancte Romanæ Ecclesiæ.
 Si vero in loco plures fuerint Sacerdotes, sic ut, per amorem charitatis, alter contentus au-
 dita celebratione Sacerdotis alterius; quia absentes & præsentes replet qui co digni sunt
 Dominus noster Iesus Christus. Qui licet in pluribus locis reperiatur, tamen indivisibilis
 manet, & aliqua detrimenta non nouit, sed unus verus, sicut ei placet operatur, cum Do-
 mino Deo Patre & Spiritu sancto Paracleto, in secula seculorum, Amen.]

Cur iussit in hac epistola. in quolibet cœnobio commendat, caute legendum esse, ob depravatum sensum hereti-
 La Franc. una corum, qui hoc loco abusi sunt ad stabiliendum suum dogma de abiurandis missis priua-
 celebra missam. tis, pluribusque rationibus probavi sanam & catholicam fuisse sancti Patriarchæ in hac
 Philipp. c. 8. admonitione doctrinam. Multus est Philippus Abbas bona spei, Bernardo coœvus libro
 & legg. de continentia clericorum, in probanda consuetudine prisorum monachorum de vna in
 monasteriis missa celebra, quod sane clare ex Gregorio ibidem confirmat. Sed aliam
 ab ea, quam nos illo dedimus loco, huius rei assignat rationem. Sic nimurum, inquit, à con-
 cursu populi volebant remoueri, vt nec missatum occasione possent eis seculares aliquatenus admisci. Idecirco, & paucis inter eos dabatur sacris ordinibus sublimari, & ad missas
 eorum non erat mos, populum conuocari. Neque hæc etiam, in consone afferri posset ratio
 exhortationis S. Francisci, qui omni studio popularem fugiebat tumultum; attamen magis
 genuinam putamus eam, quam ipsi epistolæ in sancti viri opusculis subiunxit.

Paucos etiam post dies, aliam, quæ sequitur, vir sanctus submisit epistolam ad universos
 sui sodalitij vitos, exhortans eos ad diuinæ nominis dignam venerationem, ad debitam sa-
 crorum reuerentiam, ad puram regulæ obseruantiam, & ad diuini officij recitationem:

Reuerendis

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI I. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AR. 191
-----------------------	--------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Reserendū & multum diligendū, Ministro Generali, & ceteris fratribus Ordinis
Minorum frater Franciscus in Christo salutem.

[Quia qui ex Deo est, verba Dei erit; debemus proinde nos, fratres amississimi, qui spiritualius diuinis sumus officiis deputati, non solum audire & facere, quod dicit Deus, verum etiam ad insinuandam in nobis altitudinem creatoris nostri, & in ipso subiectiōnem nostram, vasa & officialia cetera custodire, quod continent verba sua sancta. Propterea monco omnes fratres meos, & in Christo conforto, quatenus vbi suntque inuenient diuina verba scripta, sicut possunt, venerentur; & quantum ad eos spectat, si non sunt reposita bene, vel in honeste sacerdoti in loco aliquo dispersa recolligant, & reponant. honorantes in sermonibus Dominum, qui locutus est. Multa enim sacrificiorum per misericordiam & virtute verborum Christi altaris conficitur sacramentum. Confiteor praesente Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & beatae Marie perpetuæ virgini & omnibus sanctis in celo & in terra, & generali ministro huius religionis nostræ, sicut venerabili Domino meo, & omnibus sacerdotibus ordinis nostri, & omnibus aliis fratribus meis benedictis omnia peccata mea. In multis offendit mea graui culpa specialiter, quod regulam quam Domino promisi, non seruavi, nec officium, sicut regula præcepit, dixi, siue negligencia, siue infirmitatis meæ occasione, siue quia ignorans sum & idiota. Ideoque per omnia oratio, sicut possum, generalem Dominum meum ministrum, ut faciat regulam ab omnibus obseruari: & clerici dicant officium cum deuotione coram Deo, ut possint per veritatem mentis placere Deo, & non cum lascivitate vocis aures populi demulcere, & non attendentes melodiam vocis, sed consonantiam mensis, & vox concordet mente, mens vero concordet Deo. Ego enim promitto haec firmiter custodire, sicut dederit mihi gratiam Deus: & haec fratribus, qui mecum sunt, obseruanda tradam in officio & ceteris aliis constitutis. Quicumque autem fratum haec obseruare noluerint, non teneo eos catholicos, nec fratres meos; nolo etiam ipsos videre, nec loqui, donec penitentiam regnent. Hoc dico de omnibus aliis, qui vagando vadunt postposita regula disciplina, quando Dominus noster Iesus Christus dedit vitam suam, ne perderet sanctissimi patris obedientiam. Ego frater Franciscus homo vilis, & indigna creatura Domini Dei dico per Dominum Iesum Christum generali ministro totius religionis nostræ, & omnibus generalibus ministris, qui post eum erunt, & ceteris custodibus & guardianis, qui sunt & erunt, ut hoc scriptum habeant, operentur & studiose reponant. Et exoro ipsos ut quæ scripta sunt in eo, sollicite faciant custodiri; ac diligentius obseruari. Et secundum beneplacitum omnipotentis Dei, nunc semper, donec fuerit mundus iste, benedicti vos à Domino, qui feceritis ista: & in æternum Dominus sit vobiscum. Amen.]

XIII. Per haec videre licet vitum sanctum, nunquam feriatum à bono, sed ad finem usque dilexisse suos, & luctum quæsiisse animarum. Quo ad licuit, lingua adfuit & exemplo, quod modo potest, calamo utitur pro lingua, & prece pro exemplo. frater vero Elias ad. monitus extremi periculi, quām celerrime Senas se contulit; ad cuius præsentiam valde recreatus & confortatus vir sanctus, annuit petenti, ut se deduci permetteret ad Cellas Cortonienses. Moram traxit ibidem, Elias suorum parentum & amicorum ope plene & sollicite omnia ministrante. Sed crevit hic malum ventre turgente; deinde humor defluxit ad crura pedesque; stomachi, item & hepatis dolor recruduit. Rogauit itaque ut Assilium ferretur, quod summa cura & solicitudine fieri curauit Elias. Letata est universa ciuitas in sancti viri regressu, valde enim timuit se tanto thesauro orbandam, si extra urbem obiret. Summo omnium obuiam procedentium applausu exceptum Episcopus in suas zedes ferri curauit, ad quas cum frater Ricerius Bononiensis Marchiz Anconitanus minister veniret, magnam excusurus tentationem ad sancti patris conspectum, modo paternæ ab eo recipieretur, persuasit enim diabolus virum sanctum cum odio habuisse, quia damnandum præstiebat, ut malus spiritus suggestebat. Admonitus sui filii periclitantis, duos ex sociis Massenum & Leone in occursum eius misit, qui cum benigne recipierent: Ite, inquit obuiam fratri Ricerio, qui huc me visum venit, & ex mea parte illum amplectantes & osculantes, dicite illi, quod ipsum præ omnibus fratribus totius mundi totis diligo visceribus. Quod dum fecerunt, titubantis animus firmatur in fide, & totus homo subito est liquefactus ex gaudio. Deo ergo gratias agens, quod prosperum fecerit iter suum, ad sanctum virum peruenit, qui magis seruore incensus, quam corporis robore Magnam f. Ricerij tentationem de pellit.

ANNO CHRISTI
1226.HONORII III.
ANNO II.FREDERICI I I.
IMPER. AN. 17.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 19.

firmatus in occursum eius exilis, & in collum eius procumbens, paterno dixit affectu. Charissime fili Riceri, inter omnes fratres nostros te intime ex corde diligo. Deinde fronte eius crucis imprimos signum, & eodem in loco infigens oscula; charissime fili, inquit, haec tentatio data est tibi ad magnum tuum profectum; at si non vis huiusmodi luctum, nullam tibi imposterum haec tentatio, neque alia quazuis inferet molestiam. Mirabile dictu; praesens statim evanuit tentatio, nec illa postea successit afflictio.

*Qualem ut
tibus pauper-
taria munera-
rem.
Luge. aut. q.
Marc. lib. 2.
c. 18.
Vbet. lib. 1.
arb. vise
Chris. 1.
Aluar. Pela.
1.2. de planct.
Eccle. c. 71.
Vide in o-
puscula colla-
tion. 15.
Quare: mlo-
rarium ali-
quos fratrum
definitum.
Matth. 11.*

Manuit ibi per plures dies Ricerius familiariter agens cum sancto vita, cuius circa regule observantiam, mensuramque paupertatis, dum clare ut suam dicere intentionem cogitaret, mentem expandit, nihil dicens, verum fratrem Minorum penes se debere habere præter ea, quæ pro tenui vestitu exprimitur in regula. Multa tamē inquit B. Leo fratribus permittet, ut animos exulceraret, aut scandalum gigneret, exemplo semper ostendens in semetipso, quod in aliis desiderabat. Quod & alteri fratri in hac infirmitate interroganti, cur curata fratrum deposuerit, aut plura contra ea quæ primos docuit fratres tolerauerit respondit, aliquantulum indignabundus: [Quidam ex vobis fratres admirantur, & me interrogant, quare non corrigo defectus, qui in ordine sunt? Quibus indulget Dominus, quoniam mihi contrari sunt, & aduersarij, & nō implicare volunt in his, quæ non pertinent ad officium meum. Quousque enim habui Prælationis officium super fratres, & ipsi permanescunt in vocatione & professione sua, licet à principio meæ conversionis semper infirmus fuerim, cum parua mea sollicitudine satisfaciebam eis exemplis & prædicationibus. Sed postquam consideravi quod Dominus multiplicauit numerum fratrum, & ipsi propter rapiditatem, & inopiam spiritus, incipiebant declinare à via recta, & secura per quam consueverant ambulare, & per ampliorem viam, quæ ducit ad mortem incedentes, non attendebant vocationem & professionem suam & bonum exemplum meum, quod illis continue ostendebam; ideo recommendavi ordinis prælationem & regimen Domino & ministris. Vnde licet tempore, quo renunciaui officio fratrum, excusarem me coram fratribus in capitulo generali, quod propter infirmitates meas curam de ipsis habete non poteram; tamen si secundum voluntatem meam fratres vellent ambulare, nunc propter ipsorum consolationem & utilitatem nolle, quod alium ministrum haberent nisi me usque ad diem mortis meæ. Si enim bonus & fidelis subditus voluntatem prælati sui cognoscit & obseruat, parvam sollicitudinem oportet prælatum habere de ipso. Imo tantum gauderem de bonitate fratrum propter lucrum ipsorum & meum: quod si iacetem in lecto infirmus, non me pigeret satisfacere eis; quia officium meum, id est prælationis, est spirituale tantum, videlicet dominari vitiis, & ipsa spiritualiter corriger & emendare. Postquam autem ipsa emendare & corriger prædicatione, admonitione, & exemplo non possum, nolo carnifex fieri ad puniendum & flagellandum, sicut potestas huius sæculi. Sed confido in Domino quod adhuc inimici inuisibilis, qui sunt castaldi Domini ad puniendum in hoc sæculo, & in futuro, eos qui transgrediuntur mandata Dei, sument de ipsis vindictam; facientes illos corrigi ab hominibus huius sæculi in opprobrium & verecundiam ipsorum; & reuertentur ad professionem & vocationem suam. Verumtamen usque ad diem mortis meæ non cessabo exemplo & operatione docere fratres, ambulare per viam, quam mihi Dominus ostendit, quam & ego iam docui & ostendi eis verbo & exemplo, ut sint inexcusabiles coram Domino; & ego non teneor de ipsis ulterius coram Domino reddere rationem.]

*Leg. Greg. 9.
Marc. lib. 2.
c. 13.
Specul. S.
Franc. i. p.
c. 67.
Quale esse
debeat gene-
ralis Minis-
ter.
Vide collar.
16.*

Tunc etiam de futuro digno successore interrogatus ab aliis, descripsit qualis esse debeat: optimas boni Rectoris notas brevibus his verbis assignans. [Tum magni & multitudi exercitus ducem, tam magni & dilatati gregis Pastorem filij mei nullum sufficiemt intueror, sed unum, in quo reluceat qualis debeat esse istius familiæ dux & pastor, vobis depingam. Homo iste debeat esse virtus grauissimæ, discretionis magnæ, famæ laudabilis, priuatis affectionibus carens, ne dum in parte plus diligit, in toto scandalum generet. Homo, qui sanctæ orationis sit amicus, ita tamen quod certas horas animæ suæ, certas gregi sibi commissio distribuat. Nam primo mane debeat sanctissimum sacrificium missæ præmittere, & ibidem longa deuotione seipsum & gregem diuinæ protectioni affectuosius commendare. Post orationem vero seipsum staruat ab omnibus depilandum, omnibus responsurum. Non debeat esse acceptator personarum, ita quod non minus curat de simplicibus & idiotis, quam de scientibus & sapientibus. Cui si donum scientiarum concessum, tamen plus in moribus pietatis, & simplicitatis, patientiæ, & humilitatis imaginem

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

imaginem ferat, siveque virtutes in se & in aliis, atque in practicando eas continue se exerceat; ad huc alios plus exemplo, quam sermonibus incitando. Sit execrator pecunie, quae nostræ professionis est præcipua corruptela, & tamquam caput & exemplar imitandum ab omnibus: nullis vñquam loculis abutatur. Sufficiat autem sibi pro se habitus & libellus, pro aliis vero scriptorium & sigillum. Non sit aggregator librorum, nec lectio- ni multum intentus, ne forte detrahatur officio, quod prærogat studio. Consoletur pie afflictos, cum sit ultimum remedium tribularis; ne si apud eum defuerint remedia sani- tatis, desperationis morbus prævaleat in infirmis. Ve proteruos flectat ad mansuetudi- nem, scipsum prosternat, & aliquid sui juris relaxet, ut animas Christo lucifacieat. Ad refugas ordinis, velut ad oves, quæ perierunt, viscera pietatis expandat, & nunquam misericordiam nego illis, sciens tentationes illas petualidas, quæ ad tantum casum pos- sunt impellere animam; quas si ipsum permitteret Dominus experiri, forte in maius præ- cipitum laberetur. Vellem ipsum tamquam Christi vicarium ab omnibus cum deuotio- ne & reverentia honorari, atque sibi in omnibus & ab omnibus cum oratione benevolentia, iuxta eius necessitatem, & status nostri condecentiam, provideri. Verum tam me oportet eum non arridere honoribus, neque favoribus plusquam iniuriis delectari; ita quod propter honores, non mutentur eius mores, nisi in melius. Si quando vero laetiori & me- liori cibo indigeret, non in absconde, sed in publico loco assumat, ut aliis tollatur vere- cundia prouidendi sibi in infirmitatibus & debilitatibus suis. Ad eum maxime pertinet latentes conscientias distinguere, & ex occultis venis crux veritatem. Omnes accusa- tiones in principio habeat suspectas, donec veritas ex diligentí examinatione incipiat ap- patere. Aures etiā non præbeat multiloquii, & multiloquos in accusationibus specialiter habeat suspectos, nec faciliter credat eis. Talis denique debet esse, quod propter cupi- ditatem retinendi honorem, virilem formam iustitiae, & æquitatis nullatenus inficiat, vel relaxet. Ita tamen quod in nimio rigore nullius anima occidatur, & in superflua man- suetudine non nascatur torpor, atque ex laxa indulgentia non proueniat dissolutio disciplinæ; sicque ab omnibus timeatur, ut ab ipsis timentibus diligatur. Officium autem Prælatoris semper putet & sentiat sibi fore potius oneri, quam honori. Vellem etiam eum habere socios præditos honestate, rigidos aduersus voluptates, fortes in angustiis, & compassivos delinquentibus; habentes æqualem affectionem ad omnes, nihil de labore suo recipientes nisi puram corporis necessitatem, & nihil appetentes nisi laudem Dei, Ordinis profectum, animæ propriæ meritum, & fratum omnium perfectam salutem; omnibus conuenienter affabiles, & omnes conuenientes ad eos cum sancta iucunditate recipientes, atque formam & exemplum obseruantiz Euangeliū iuxta professionem re- gulari in semetipuis pure & simpliciter omnibus ostendentes. Ecce talis esse debeat gene- ralis minister, & tales debeat habere socios.]

XVI. Occasione item tunc artepta, quos in ministris Provincialibus desiderabat mores & partes regiminis ita numerauit: [Vellem, fratres, Provinciales ministros affabiles esse minoribus, & tanta benevolentia præditos, ut eorum affectui non vereantur se committeat delinquentes. Vellem eos moderatos esse in præceptis, proprios in offensis, ferre magis peccatores, quam inferre iniurias. Hostes vitiis, medicos vitiōs. Tales denique esse vellem, quorum vita cæteris esset spectaculum disciplinæ. Hos tamen vellem omni honore venerari & diligi, sicut qui pondus portant sollicitudinis & laboris. Summis eos præmiis apud Deum reputarem esse dignos, qui tali forma talique lege traditas sibi animas gubernarent.]

XVII. Quidam erant tunc Provinciales ministri, qui veluti hereditario sibi contingenter iure Lege. antiqua. Toleranda minoria ma- la. nescientia. maiorata. Provinciarum regimen, ita perpetuo illud volebant retinere, ut sine inoletia & turba ad subditorum vitam non poterant reduci. De quibus agens cum sancto viro quidam ex sociis, tale accepit responsum. Viuant (inquit totus tremens) pro libido, tempus erit quo pœnitentiant; Minoris est danni paucorum, quam multorum perditio, si hos centaretur ab officio dimouere, multas excitarent turbas, quibus simplices & bonos religiosos, qui nunc eis quietè obediunt, scandalizarent.

XVIII. Orans Fr. Leo iuxta lectum S. Patris, actus in extasim vidit flumen altum & latum, Marian. c. quod plures tentabant fratres transuadare. Quidam magnis sarcinis onusli, statim ad Mirabilis ve- oram submergebantur, alij viterius procedebant, alij ad fluminis alveum perueniebant, sio fratri Leon. t. prius vel posterius, citius aut tardius à fluminis absorpti voragine iuxta maius, minusue pondus

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III, ANNO II,	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

pondus sarcinarum, quas ferebant. Alios vidit exoneratos, quam cito & sine periculo transfrerasse. Gens autem & dolens in ipsa extasi, ad periculum & submersionem ceterorum, ad se reuersus interrogatur a sancto viro, quid viderit? Reculit humiliter totius tei seriem, quam ita vir sanctus exposuit. Quæ vidisti vera sunt, nam humen est mandus, fratres onusti sunt illi, qui rebus inhibent terrenis professionem suam negligentes, & Euangelicam violantes paupertatem, hi demerguntur in hoc mundo cura & sollicitudine bonorum temporalium, & in inferno condignas penas patientur. Qui sine periculo transierunt, illi sunt, qui nihil commune volunt cum mundo, contenti tenui victu & vestitu, nudum Christum audi sequentes portantes iugum Domini suave & onus leue.

Specul. 1. p. 6. 99. Marian cit. Confessoribus sibi seruens. pp. Cum quodam die per nimios dolores infirmatum suarum quiescere non posset, vi. XIX. deretque fratres propter hoc plurimum distrahi & fatigari, magis diligens animas fratribus suorum, quam corpus proprium, timebat ne forte ex molestiis, quas occasione ipsius subibant, in impatientiam aliquam, aut Dei offendam ruerent. Dixit itaque eis magno pietatis affectu: Charissimi fratres, & filioi mei, non vos tedeat has subire molestias propter me, quoniam Dominus pro seruolo suo rependet vobis mercedem laborum vestrorum, & in hoc seculo, & in futuro. Et si enim per impedimenta infirmitatis meæ vobis operari non valetis, credite vos hoc modo amplius lucrari, quam si vobis laboraretis: quia qui adiuuat me, adiuuat totam religionem, & vitam fratrum. Dico etiam vobis pro expensis, quas mei occasione facitis, Dominus erit debitor uester. Hæc dicebat sanctus Pater, erigere volens spiritus eorum, timens ne propter molestias illas inter se murmurarent, dicentes, se non posse orare, vel exercitiis aliis intendere: sicque per tedium & impatientiam amitterent magnum fructum exigui laboris sui.

Bonau. c. 14. Gratias agit propter regnum suum. Cum etiam semel grauus solito dolorum urgetur aculeis, quidam frater simplex dicit ad eum: frater ora Dominum, ut mitius tecum agat: manum enim suam plus debito super te grauare videtur. Quo audito vir sanctus, cum ciuitate, exclamans ait: Nisi noscerem in te simplicem puritatem tuum ex nunc abhorresem consoritum, qui ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Et licet totus esset attritus, grauis proximitate languoris prolixiens se in terram, ossa debilia duro casu collisit. Et deosculans humum: Gratias, inquit, tibi ago Domine Deus, de omnibus his doloribus meis, teque mihi Domine rogo, ut centuplum, si tibi placuerit addas: quia hoc erit mihi acceptissimum, ut affligens me dolore, non parcas, cum tuz sanctæ voluntatis adimpletio sit mihi consolatio superplena. Videbatur propterea fratribus, quod quasi alterum Job videbant; cui cum languor cresceret carnis, crescebat simul & vigor mentis.

Spec. c. 100. Leg. antiqu. Confessoribus fratres san- & Di. Damiani. Beata Clara audiens iam imminere charissimi Patris mortem, doluit magna cordis XX. amaritudine, cum ceteris sororibus considerantibus se tanto patre & magistro orbandom, quem iam non liceret amplius videre. Misericordia itaque ad sanctum virum, qui suum dolorem exprimeret, potentes ut saltem eis suam benedictionem impertiret. Ille tenellis compatiens virginibus, quasdam misit ad eas Domini laudes, metto à se complicas, simul cum quibusdam verbis exhortatoriis, (quæ nos subterfugerunt) quibus sua eis voluntas innoveret, qualiter vivere in humilitate, & unanimi charitate conuersari deberent. Considerabat nimis earum conuersationem, ac sanctam conuersationem, non tantum cedere in Religionis exaltationem, sed etiam in magnam universalis Ecclesiæ adificationem. Sciens itaque eas ab exordio sua conuersationis arctam valde & pauperculam vitam ducere, semper erga illas singulare pietate & compassione afficiebat. Proinde in predictis verbis eas rogabat, ut quemadmodum illas Dominus ex variis locis in unum congregauerat ad sanctas virtutes charitatis, paupertatis & obedientiarum excolendas, ita sollicitè in illis semper viuerent & morerentur. Specialiter hortabatur, ut de elemosynis quas de manu Domini recipiebant, cum hilaritate & gratiarum actione discrete suis corporibus prouiderent. Denique ut incolimes in laboribus, quos pro infirmis subibant, & ipse infirmi in suis infirmis existenter patientes. Quarundam literatum ad sanctam Claram à sancto viro missum: (an carum, quas tunc misericordia, an aliarum non constat;) fragmenta ceteris sancti viri epistolis interseruimus: posterioris argumentum huic rerum statui affine videtur. Promisit etiam tunc B. Virginis se ab illa videndum, quod completum est delato post mortem corpore ad Ecclesiam S. Damiani à sacris virginibus videundo, velut mox dicemus.

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

XXII. Videns populus & potestas ciuitatis quotidie magis ac magis deficiente, ridentes ne exanime alio deferretur corpus, custodes adhibuerunt milites armatos in circuitu palatij, qui die nocte tuncum custodirent thesaurum. Monitus autem vir sanctus a medico Ioanne Bono Aretino, & fratribus de instantे morte, prorupit in Dei laudes; & vocatis concorditoribus summo iubilo, altaque voce canebat, additis quibusdam versiculis ad solis canticum, videlicet: [Lauderis mi Domine propter sororem nostram mortem, quam nullus viuens potest evadere. Vx illis, qui moriuntur in peccato mortali. Beati illi, qui in hora mortis suæ inuenient se conformes tunc sanctissimæ voluntati, mors enim secunda, non poterit eis nocere. Laudate & benedicite Dominum meum & gratificamini, & seruite illi omnes creature cum magna humilitate. Frater vero Elias timens melodiam & cantus hos leuitati adscribendos ab imperito populo familiaribusque Episcopi, rogauit cum veissa hac faceret. Cum magno spiritus furore inquit ei vir sanctus: Permitte mihi frater in Domino gaudere, & ei gratias reddere propter conscientiæ tranquillitatem, quoniam per Dei misericordiam & gratiam ita unitus sum Domino meo, ut iusta de causa in ipso altissimo & benignissimo bonorum omnium darore possim iocundari, neque corculus sum, aut adeo pusilli animi, ut accedenterm mortem tremulus horrescam.

XXIII. In extremo iam positus, nimio dolore vndique pressus, sola cute ossibus hærenti, vocatis ad se fratribus singulis secundum eorum qualitates & officia benedixit, velut alter patriarcha Iacob, & velut alter Moyses universam congregationem benedictionibus amplis sacrauit. Cum a sinistris ipsis genuflexus hæret Elias manibus cancellaris, & dextra eius capiti immissa dum omnino excutiret, quis esset interrogauit. Responsum, Eliam esse. Bene inquit se res habet, & bene requiescit super eum dextera mea. Te fili mi, addidit, in omnibus & super omnia benedico, & sicut in manibus tuis fratres meos & filios augmentauit Altissimus: ita & super te; & in te omnibus benedico. In celo & in terra benedic te Rex omnium Deus. Benedico te sicut possum, & plusquam possum, & quod non possum ego: possit in te, qui omnia potest. Recordetur Deus operis, & laboris tui & in retributione iustorum fons tua seruetur. Omnem benedictionem, quam cupis, inuenias, & quod dignè postulas impleatur.

XXIV. Magna sine & ampla fuit hæc benedictio, quam impertit Eliz, mirumque quomodo adeo impense benedictus a sancto patriarcha, maledictionem postea incurrit Dei omnipotentis, & sanctorum Petri & Pauli Apostolorum eius excommunicatus a Pontifice dum transit ad partes Frederici. Vere miser noluit benedictionem & elongata est ab eo, induit PGal. 108.1.: maledictionem tamquam vestimentum, & sicut aqua intravit in interiora, & sicut oleum in officiis eius. Attamen non sine fructu fuit sancti virtu benedictio, dum tandem eius precibus & meritis Elias post tot demerita, salutem est consequitus æternam, veluti suo loco referemus.

XXV. Sciens autem iam mortem imminente rogauit ut portaretur in fratum cenobiolum Et ciuitati Aſſy. Specul. 1. p. c. 103. Marc. lib. 1. c. 67. ademque S. Mariæ Angelotum, volens ibi spiritum reddere celo, ubi vita spiritualis præcipuum accepit magisterium. Cum vero in planitatem descenderent, interrogauit, an peruenirent ad hospitale leprosorum. In ipso illo loco dum se esse dixerunt portatores, flebile, inquit, faciem meam ad ciuitatem, & in terra constituite. Tunc erexitur in feretro orante pro populo & vrbe, deinde flens paulisper, præuidens mala & bella superuentura, benedit ei dicens: Benedicta tu a Domino ciuitas Deo fidelis, quia per te, & in te animæ multæ saluabuntur, & in te multi serui altissimi habiebunt, & de te non pauci iusti eligentur ad vitam æternam.

XXVI. Decumbens apud fratres socium iussit, ut atramentarium cum charta afferret, monitudo inſta- tis morru la- Scribit itaque hoc quod subiungo epistolæ fragmentum:

Domine Iacobe, serue Altissimum Fr. Franciscus pauperculus Iesu Christi salutem & societatem Spiritus sancti in Domino Iesu Christo.

[Scias charissima, quod mihi Christus benedictus per suam gratiam vitæ terminum futurum in proximo reuelauit. Quapropter si vis me inuenire viuum, visis his literis ad sanctam Mariam de Angelis venire festina. Nam si post diem sabbathi veneris, me viuum inuenire non poteris, & porta tecum pannum & cilicium, in quo corpus meum inuolvas, & ceram pro sepultura. Rogo etiam quod portes de illis comedionibus, quas mihi consueisti dare, quando infirmabar Romæ.]

ANNO CHRISTI
1226.HONORII III.
ANNO II.FREDERICI I.
IMPER. AN. 17.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 19.

Maria. c. jo. Leg. antiqu. Calixtus mo- nica nobilis famina adest. XXVII.
 Hæc hic eleuatis oculis in cælum, iussitque ut scriba calamo parceret, & nullus mit- teretur Romam tabellatius: (iam enim parabatur) addens iam sibi constare ferme præ fo- ribus esse heroidem, cuncta quæ scribebantur, portanteq. Paulo post pulsato ostio ianitor iesa esse comperit, magno enim comitatu vidit aduenisse nobilem fæminam duobus filiis associaram, portasseque multam ceram pro funere, & pro funerali habitu pannum gri- scum illius (inquit speciali quadam obseruatione codex MS. chronologicus ante annum: 1420. scriptus, Venetiis ad me delatus) coloris quem gestant fratres Cistercienses Ultra- montani, cibumque illum quem affebabant, vulgari nomine tunc Romanis (ut monent le- gendæ antiquæ) dictum mortariolum ex saccaro, amigdalæ, aliisque huiusmodi mixturis compactum. Ut nunciauit hæc sancto viro ostiarius, interrogauit, an intra monasterij clau- stra recipere fæminam, non obstante rigorosa ab ipso edita constitutione, de nullâ admittenda in monasteriis fratum, præcipue in illo S. Matræ Angelorum. Respondit hanc à tali lege eximendam, & digne introduci in fratum domicilium, cuius ædes fratribus semper patebant. Introducta ad sanctum virum, statim procidit ad pedes sacris characteribus insu- gnitos, quos tenere osculata lachrimis, velut altera Magdalena rigauit. Interrogata deinceps à fratribus, quomodo non vocata aduenerit, & quæ aduexit, parauerit, dixit; omnia sibi noctu cœlitus iniuncta, angelique monuisse ne quicquam illorum postermittaret. Inscrini- uit itaque diligenter per aliquot dies sancto patri, putansque per plures superuicturū, voluit remittere omnem familiam in urbē. Prohibuit Franciscus dicens non ultra quatuor sibi viræ dies superesse, quibus transactis, iustis sibi solutis posset & ipsa regredi cum suis.

Que qualifi- se fuerit bac- madona. XXVIII
 Libuit hic admonere ab omnibus nostris authoribus iuste laudari hanc heroinam, nul- lum autem vel leviter insinuasse cuius fuerit familiæ, aut progeniei, sed communiter de Septem soliis cognominari. Ego diligentissime in urbe perquisiui an huius cognominis faciat aliqua apud Romanos familia, neque vestigium ullum potui detegere. Iudicauerim, si coniecturare licet, non familiæ aut progeniei agnomen illud esse de Septem soliis, sed loci vel regionis urbis, vbi herois habitabat, eo additamento exprimi notitiam. Non ob- scura est memoria apud authores illius urbis partis, quæ Septisolium dicebatur, iuxta cli- dum Scauri, de quo author opusculi de locis vbi martyres passi sunt, apud Centum Ca- merarium, ita scribit in codice quem MS. accepi ex Vaticano folio 39. col. 4. [Clivus Scauri, qui est inter Amphiteatrum, & stadium ante Septisolium, vbi est cloaca vbi ia- & status fuit S. Sebastianus, qui reuelavit corpus suum Lucinæ, &c. Et paucis interpositis de quibusdam arcubus Septisolij loquitur, & fol. 39. col. 3. addit: Ante Colosseum tem- plum erat Solis, vbi siebant ceremoniæ simulachrorum quod stebat in fasligio Colossei. Septisolium fuit templum Solis & Lunæ, ante quod fuit templum Fortunæ.] A templo hoc circumstans urbis pars etiam nomen sortita, in quo erat titulus Diaconiz sanctæ Lu- ciae in Septisolio, de quo videri poterunt Onuphrius Panuin. de septem Ecclesiis cap. 3. & Ciaccon. in Gregorio I X. qui eundem creatum Pontificem ait iuxta Septisolium in ea- dem diaconia S. Luciae in Septisolio, alias Orthea. Et in Innocentio I I I. huius tituli Car- dinalem fuisse refert Leonem Brancaleonem Romanum, sancti Francisci charum ami- cum. Ab hac itaque urbis regione seu ab incolatu cognominatam præclaram hanc fæmi- nam putem de Septem soliis, vel proprius de Septisolio.

Maria. c. jo. Leg. antiqu. Duodecim: socios panem benedictum. XXIX
 Franciscus vero pridie antequam moreretur vocatis ad se fratribus denuo benedixit, & panis à se crucis signo consecrati fragmenta dedit singulis, ut in signum unitatis & concordiae, de eodem comedenter. Deuote id fecerunt omnes contemplantes in sancto viro Christum cum suis ultimam cœnam peragentem. Solus Elias non comedit fons ad tanti patris discessum, proxime futurum. Frustum quod manu deuote tenebat, petuit ab eo Fr. Leo, quod diligenter asseruatum, fuit postea infirmis multis causa salutis. Colla- chrymantibus deinde omnibus vocavit fratrem Bernardum: Vbi est, inquit primogenitus meus Bernardus. Cui accedet: Veni, inquit, fili mi ut benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quo posito ad lævam & fratre Ægidio ad dextram lecti partein genibus flexis, cancellatis manibus velut alter Jacob eis benedixit, posita dextra super caput fratris Ber- nardi, quem ex tactu cognovit. Concurrisse cum fratre Bernardo fratrem Eliam alias dixi in opusculis S. Francisci ex authoribus, quos ad finein benedictionis sextæ recensui; mo- do ex legenda Gregor. I X. ex illa quæ sociorum dicitur, & Mariano citato duplicem be- nedictionem impetruisse manibus in crucis modum actis probabilius putauerim, primam Eliam, secundam Bernardo in hunc modū: Benedic te pater Domini nostri Iesu Christi in omni benedictione

Denuo ei- benedicit. Genes. 29.

Sphæf. 1. j.

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO 11.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Sicut primus & electus in ordine isto ad dandum bonum exemplum Euangelicum, & ad imitandum Christum in Euangelica paupertate, cui non solum tua liberaliter obtulisti, sed & temetipsum in odorem suavitatis conculisti. Ita benedictus sis à Domino Iesu Christo & à me suo pauperculo seruo benedictionibus sempiternis, ingrediens & egrediens, vigilans & dormiens, viueas & moriens. *Qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur, & qui maledixerit tibi, non erit immunis.* *Esto* ^{Genes. 27.7.} *Dominus fratum tuorum, & tuo imperio cuncti subiaceant.* *Quoscumque volueris recipere ad ordinem istum, recepti sint, & quoscumque emittere volueris, emitantur.* Nullus super te potestatem habeat, & quoscumque volueris, liberis possit pergere & morari. Scriptus quidam ex circumstantibus benedictionem, quæ in posteriora seruata est sœcula, quam Rodulphus perperam putauit ipsius sancti Patriarchæ manu fuisse exaratum.

Rodulph. fol.
60.
Lege. antiqu.
Marian. cit.
Laudes fr.
Bernardum

XXX Discedente cum fletu Bernardo vir sanctus, vertes ad cœteros fratres sermonem: *Volo*, inquit, & præcipio sicut possum, ut quicunque fuerit generalis minister diligat & honoret fratrem Bernardum, tanquam meipsum, teneantque ipsum ministri omnes & fratres totius religionis, tanquam alterum me, quem veluti animæ dimidium vobis relinquam. Pauci sunt, qui virtutem & sanctitatem eius possint rimari. Ea tanta est, ut die ac nocte magnas & molestas ei struere insidias non cesseret satanas, continuisque concutiat temptationibus, sed Dei adiutorio omnes ad magnum suum lucrum valide superabit, perfectaque pace & spiritus serenitate mirabiliter perfuerit. Omnia hæc non sine admiratione circumstantium, qui Bernardo postea erant familiares, adimplera sunt, ut suo loco largius dicemus.

XXXI. : Commendauit deinde impense omnibus fratribus & eorum prælatis zdem S. Mariaz Angelorum, quam sanctissimæ Virginis inter præciapas libi sacras, summe charam esse, cœlesti percepit revelatione, magno spiritus furore, ut notauit legenda Gregorij noni subiungens: [Volo quod iste locus sic semper immediate sub potestate generalis Ministeri & serui, & deinde ille maiorem sollicitudinem & curam habeat prouidendi ibidem de bona & sancta familia. Clerici eligantur de melioribus & sanctioribus & magis honestis fratribus, & qui sciant melius dicere officium ex illis, qui sint in tota religione, ut non solum sœculares, sed etiam alij fratres libenter & cum magna deuotione videant & audiant eos. De fratribus etiam laicis, sanctis hominibus, discretis, humilibus, & honestis eligantur, qui seruant illis. Volo etiam quod nulla persona, & nullus frater intret in illum locum, nisi generalis minister, & fratres qui seruant illis, & cum ministro quando visiteret eos. Volo similiter, quod fratres laici, qui seruant eis, teneantur nunquam dicere eis verba otiosa, vel noua huius sæculi, vel quæcumque alia, quæ non essent utilia animabus eorum. Et propterea specialiter volo, quod nullus intret in illum locum, ut ipsi melius conseruent puritatem & sanctitatem suam; & quod in illo loco nihil penitus fiat vel dicatur inutiliter, sed ipse locus teneatur purus & sanctus in hymnis & laudibus Domini. Et cū aliquis ipsorum fratum migrauerit ad Dominum, volo quod loco ipsius mitteretur illuc alius sanctus frater à generali ministro. Nam si alij fratres declinauerint aliquando à puritate & honestate & sanctitate viræ, volo quod iste locus benedictus sit, permaneat semper speculum & bonum exemplum totius religionis, & quoddam candelabrum ante thronum Dei, & beatam Virginem semper ardens & lucens, per quod Dominus proprieetur defectibus & culpis omnium fratum, atque conseruet semper & protegat hanc religionem, & plantulam suam. Videte, filii, ne vñquam hunc locum relinquatis: Si ab una parte foras expellemini, per aliam reintrate. Nam Iesus iste sanctus est, & habitatio Christi & Virginis Mariæ matris eius. Hic, cum pauci essent, augmentauit nos Dominus altissimus. Hic luce sapientie suæ illuminauit animas pauperum suorum: hic igne sui amoris nostras voluntates accedit: Hic qui orauerit corde deuoto, quod petierit, obtinebit; offendens, grauius punietur. Propter quod ô filij habete hunc locum omni reverentia & honore dignissimum, tanquam vere Dei habitaculum, ab ipso & eius matre singulariter prædilectum. Atque ibidem eoto corde vestro, in voce exultationis & confessionis confitemini Deo Patri & eius Filio Domino Iesu Christo in Spiritu sancti unitate, Amen.

XXXII. Sane multo tempore ita factum, ut testatur Thomas Celanus in sua legenda his verbis: Seruabantur, inquit, ibidem rigidissima in omnibus disciplina, tam in silentio & labore, quam in exercitis regularibus institutis. Nemini, nisi fratribus specialiter deputatis

Legen. an-
tiqu.
Disciplina
regularis
Instituta.

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Illuc patebat ingressus, & omni seculari personæ omnis penitus præcludebat introitus. Non permiscebatur ut fratres existentes ibidem, qui sub certo numero arctabantur ad secularium relationem prurirent, nec contemplatione intermissa cœlestium ad inferiorum commercia per rumigerulos traherentur. Non licebat alicui ibidem otiosa verba proferre, nec referre prolatæ per alios. Sine intermissione diebus ac noctibus existentes in loco diuinis erant laudibus occupati, & odore miro fragrantes vitam ducebant angelicam. Et in legenda Gregorij noni refertur vnum vel alterum regulare statutum illius sanctæ zædis, quo à primo sermone incolatu illius loci voluit vir sanctus ab eo abigere omnem otiositatem & inania verba. Primum ut ad fugiendum orium statim à prandio fratres omnes, in aliquo modesto, vel religioso opere, seu conuersatione se exercerent, ne saturitas panis eos ad otiosa verba, aut animi torporem, vel rixosam garrulitatem pro communi hominum post prandium virio, dederet. Secundum quod si quis verbum aliquod otiosum aut minus religiosum proferret, ipse in se animaduertens, recitaret Orationem Dominicam, addito versiculo *Gloria Patri*. Si vero ab alio suz culpæ monetetur pro se peccante, deinde pro admonente orationem eandem b'q; recitaret. At si excusationis palliolo culpam veller obregere, aut contemneret admonitus dicere quod debebar, quod cogeretur duplicate pensum, & laudes Domino clata voce coram omnibus in publico loco decantare; nec non eandem subiret pœnam qui fratrem delinquentem corrigere nollet, aut prudeps omittat.

Multa & magna erant propter quæ vir sanctus adeo sanctam commendaret zdiculam. **xxxiii**
Ibi crevit & exinde dilatatus est ordo Minorum; ibi ordo incepit monialium, illuc plura præstera ei cœlitus beneficia, illic sapientia colloquia habuit Angelorum sillic multoties via Virgo sanctissima, ibidem se videndum aliquoties Christus exhibuit; ibidem etiam impetrata indulgentia illa magna Portiunculæ ad proximorum salutem. Præcipua hæc capita quisquam tudi & impolito ita complexus est carmine:

*Sanctus sanctorum vere est locus iste locorum
Dignè magnorum censemur dignus honorum
Felix agnomen, felicior est sibi nomen
Et modo cognomen fortis munera omen.
Angelicum nomen hic circumfundere lumen,
Et pernoctando solet hymnos voce sonare.
Postquam tota ruit, Franciscus eam reparauit
Ex tribus una fuit, quas ipse pater relevauit.
Hanc Pater elegit, cum sacco membra subegit
Hic corpus frigis, mentique subesse coegit.
Hoc intra templum genitus fuit ordo Minorum,
Dum Patris exemplum sectatur turba virorum.
Clara Dei sponsa fuit hic primaria tensa,
Pompa exuta mundi Christumque secuta.
Sic partum clarum fratum simul & dominarum
Sacra & parentis fudit, Christum quibus orbe refugit
Hic fuit æstuta veteris mundi via lata
Et dilatata virtus in gente vocata
Regula constata, paupertas sancta renata
Gloria prostrata Crux in medium reuocata
Sicubi turbatur Franciscus & accidiatur,
Hic tranquillasur, iſſic sua mens reuocatur.
Hic demonstratur verum, de quo dubitatur.
Imo donator, quidquid Pater ipse precatur.*

1. De An-
gels.
2. S. Maria.
3. Pottiu-
cula.
4. Exubia
& psalmo-
diu Ange-
lorum.

5. Quia in
hoc templo
vtrumque
orium insti-
tutum.
6. Tribus
videlicet in
dis votis.
7. In his qui
vocati sunt
ad religionem
8. Excita
memoria
passionis
dominicæ.
Bonac. c. 14.
leg. G. leg. 9.
Moribus pa-
triarum in na-
tura humana.

Tandem vir sanctus ve veritatis exemplo monstraret, quod nihil erat illi commune **xxxiv** cum mundo, in illa infirmitate tam graui, quæ omnem languorem conclusit, super nudum humum se totum nudatum in spiritus feruore prostrauit, quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus lugetaretur cum nudo. Decubans sic in terra, facina ueste deposita, faciem solito more levauit in cœlum, & intendens illi gloriam totus, manu sinistra dexteri lateris vulnus, ne videretur, obtexit, & ait ad fratres: Ego quod meum est, feci, quod vestrum est, Christus edocet. Illachrymantibus autem

Legen.
Greg. 9.

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

autem sociis sancti, qui mito fuerant telo percussum, unus ex eis, quem vir Dei guardia- Rata pen-
num suum esse dicebat, votum ipsius diuina inspiratione cognoscens, festinus surrexit, & acceptam cum chordula & scemoralibus tunicam, pauperculo Christi obtulit, dicens: mittere de
mundo tri-
phas.

Hec tibi tanquam pauperi commode, & tu illa suscipias obedientiz sanctaz mandato. Gaudet ex hoc vir sanctus, & iubilat pro latititia cordis; quoniam fidem tenuisse dominum paupertatis usque in finem se videt, palmasque levans ad ccelum, Christum suum magnificat, pro eo quod exoneratus ab omnibus liber vudit ad ipsum. Fecerat autem huc omnia paupertatis zelo, ut nec habitum quidem veller habere, nisi ab alio comodatum. Voluit certe per omnia Christo crucifixu esse conformis, qui pauper, & dolens, & nudus in cruce pependit. Propter quod & in principio conuersationis sua nudus remansit coram Antistite, & in consummatione vita nudus voluit de mundo exire, fratibusque si- bi affilientibus in obedientia charitatis iniubxit, ut cum viderent eum iam esse defunctum, per tam longum spatiu mendum super humum iacere permetterent, quo viuis millia- rium tractum suauiter quis perficere posset. O vere christianissimum virum, qui & viuens Christo viuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo, perfecta esse studuit imitatione conformis, & expressa promeruit similitudine decorari.

Hora denique sui transitus appropinquante, denuo fecit fratres omnes existentes in cenobio ad se vocari, & eos consolatoriis verbis pro sua morte demulcens, paterno affectu ad divinum est horatus amorem. De patientia, paupertate, & sanctaz Romanaz Ecclesiaz fide seruandis, de perseverantia in inceptis, & sufferentia in superuenturis tribulationibus habenda sermonem protraxit; deinde sui testamenti tabulas has condidit, quibus a fratre Angelo calamo exceptis, ultimam expressit voluntatem.

Dominus ita dedit mihi fratti Franciso ita incipere facere penitentiam: quia cum essem in peccatis, nimis tibi videbatur amarum videre leprosos; sed Dominus adduxit me inter illos, & feci misericordiam eum illis. Et recedente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conuersum fuit mihi in dulcedinem animaz & corporis, & postea parum steti, & exiui de seculo. Et Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesiaz suis, ut ita simpliciter adorarem & dicerem: Adoramus te sanctissime Domine Iesu Christe hic & ad omnes Ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per san- etam crucem tuam redemisti mundum. Postea dedit mihi Dominus & dat tantam fidem in sacerdotibus, qui vivunt secundum formam sanctaz Romanaz Ecclesiaz propter ordinem ipsorum, quod si ficerent mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, & inuenirem pauperculos sa- cedores huius seculi in Ecclesiaz, in quibus morantur, nolo praedicare contra voluntatem ipsorum. Et ipsos, & omnes alios volo timere, amare & honorare, sicut meos dominos. Et nolo in ipsis considerare peccatum, quia filium Dei cerno in ipsis, & Domini mei sunt. Hec propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc seculo de ipso altissimo filio Dei nisi sanctissimum corpus & sanguinem suum, quod ipsis recipiunt & ipsis soli aliis administrant. Et huc sanctissima mysteria volo super omnia honorari & venerari, & in locis preciosis collocari. Sanctissima nomina & verba eius scripta, vbiq; inueniero in locis illicitis volo colligere, & rogo quod colligantur, & in loco honesto collocentur. Et omnes Theologos, & qui ministrant nobis sanctissima verba divina, debemus honorare & venerari, sicut eos, qui ministrant nobis spiritum & vitam. Et postquam Dominus dedit mihi curam de fratribus, nemo ostendebat mihi quid deberem facere; sed ipse Altissimus reuelauit mihi, quod deberem viuere secundum formam sancti Euangelij. Et ego paucis verbis & simplicibus scribi, & Dominus Edictus à Papa confirmavit mihi. Et illi, qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia que habere poterant, pauperibus erogabant, & erant contenti tunica una, intus & foris repertata, (qui volebant) cum cingulo & braccis, & nollebamus plus habere. Of- ficium dicebamus nos clerici secundum alios clericos: laici dicebant Pater noster; & sa- ris libenter manebamus in Ecclesiaz pauperculis & derelictis, & eramus idiorum, & sub- diti omnibus. Et ego manibus meis laborabam & volo laborare & omnes alij fratres firmiter. Volo quod laborent, de laborio quod pertinet ad honestatem. Et qui nesciunt discant, non propter cupiditatem recipiendi precium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo eleemosynam ostiatim. Benedictionis & pacis Salutationem

Rata pen-
num suum esse dicebat, votum ipsius diuina inspiratione cognoscens, festinus surrexit, & acceptam cum chordula & scemoralibus tunicam, pauperculo Christi obtulit, dicens: mittere de
mundo tri-
phas.

Nudus Chri-
sto simile
volus mori.

Modus ado-
randi in Ec-
clesiaz.

Reuertentia
erga clericos.

Et erga my-
steria divina

Edictus à
Christo in
religionis
fundatione.

Egredi vult
ostijitatem

ANNO CHRISTI 1216.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Seruari pa-
periorum in
adgau.*

*Commendat
obedientiam
regis prelatorum*

*Et obserua-
tum huius
testamenti.*

*Obseruanda
regula sine
glossa.*

*Teneat fratres
benedictio-*

Bonau. c. 14.

Ioan. 11. v. 1.

Psal. 141. v. 1.

*Conar. cit.
Ant. c. 7. §. 6.*

*Afficiant
Fräcisci ani-
mam alia
safodarium.*

hanc revelauit mihi Dominus , ut dicteremus : *Dominus dedit tibi pacem.* Caueant sibi fratreſ ut Eccleſias & habitacula & omnia alia quæ pro ipſis conſtruuntur penitus non recipiant , niſi eſſent ſicut deſet ſanctam paupertatem , quam in Regula promiſimus , ſemper ibi hofpitantes ſicut adueni & peregrini. Præcipio firmiter per obedientiam fratribus vniuersiſ quod vbi cumque ſunt , non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana per ſe , nec per interpoſitam perſonam , nec pro Eccleſia , nec pro alio loco , neque ſub ſpecie prædicationis , neque pro perſecutione ſuorum corporum : ſed vbi cumque non fuerint recepti , fugiant ad aliam terram ad faciendum paenitentiam cum benedictione Dei. Et firmiter volo obedire generali ministro huius fraternitatis , & illi guardiano , quem libi placuerit mihi dare. Et ita volo eſſe captus in manib⁹ ſuis , ut non poſſim ire , vel facere contra voluntatem ſuam , quia Dominus meus eſt. Et quamvis ſum ſimplex & infirmus , tamen ſemper volo habere clericum , qui mihi faciat officium , ſicut in re-gula continetur. Et omnes alij fratreſ ita teneantur firmiter obedire guardianis ſuis & facere officium ſecundum regulam. Et ſi aliqui inueni ent eſſent qui non facerent officium ſecundum regulam , & vellet alio modo variare , aut non eſſent Catholici ; omnes fratreſ vbi cumque ſunt per obedientiam teneantur , quod vbi cumque inuenierint aliquem iſporum proximiōri custodi illius loci , vbi iſpura inuenierint , debeant praefen-tare. Et cuſtos teneatur per obedientiam iſpum firmiter caſtodiare , ſicut hominem in viñculis die noctuque , ita quod non poſſit eripi de manib⁹ ſuis donec propria ſua per-ſona iſpum repræſentet in manib⁹ ſuī miniftri. Et miniftri teneantur firmiter per obe-dientiam mittere iſpum per tales fratreſ , qui die noctuque caſtodiant iſpum , ſicut ho-minem in viñculis , donec repræſentent iſpum coram Domino Ostiensi , qui eſt Domi-nus protector & corrector iſtius fraternitatis. Et non dicant fratreſ ; Hęc eſt alia Regula ; quia hęc eſt recordatio admonitio & exhortatio & meum teſtamentum , quod ego frater Franciscus paruulus uester facio vobis fratribus meis benedictis , propter hoc ut regulam , quam Domino promiſimus , melius catholice obſeruemus. Et generalis mi-niſter , & omnes alij miniftri & cuſtodes per obedientiam teneantur in iſtis verbiſ non ad-dere , vel minuere. Et ſemper hoc ſcriptum habeant ſecum iuxta regulam : & in omni-bus capituloſ , quæ faciunt , quando legunt regulam , legant & iſta verba. Et omni-bus fratribus meis clericis & laicis præcipio firmiter per obedientiam , ut non mittant gloſſas in regula , nec in iſtis verbiſ dicendo : Ita volunt intelligi ; ſed ſicut dedit mihi Domi-nus purę & ſimpliciter dicere , & ſcribere regulam , & iſta verba , ita ſimpliciter & po-te ſine gloſa intelligatis , & cum ſancta operatione uſque in finem obſeruetis. Et quicum-que hęc obſeruauerit , in celo repleatur benedictione Altissimi Patri celeſtis , & in terra repleatur benedictione dilecti filii ſuī , cum ſanctissimo Spiritu paraclete , & omni-bus vi-tutib⁹ celorum , & omni-bus ſanctis. Et ego frat. Franciscus , paruulus & uester ſenus in Domino , in quantumcumque poſſum , conſirmo vobis intus & foris iſtam ſanctissimam benedictionem. Amen.

Post hęc vocatos ad ſe fratreſ Angelum & Leonem iuſſit , ut proprie mortem iam ~~xxxvii~~ propinquam laudes Domini ſeu canticum ſolis ſibi decantarent ; quibus expletis ſuper circumſedentes fratreſ manus in modum crucis extendit , quia hoc ſigillum ſemper di-

lēxit , & omni-bus fratribus tam preeſtitibus quam abſentibus in crucifixi virtute ac no-mine benedixit. Inſuper & adiecit : [Valete filij omnes in timore Domini , & perma-nente in eo ſemper. Et quonia in futura tentatio & tribulatio appropinquit , fœlices , qui perſeuerabunt in hiſ , quæ coepiunt. Ego vero ad Deum propero , cuius gratia vos om-nes commendo.] Suaui huiuſmodi admonitione completa , iuſſit vir Deo chariſimus Euangeliorum ſibi codicem apportari , & Euangeliū ſecundum Ioannem , quod in-cipit ab eo loco : Ante diem feſtum Paſche , ſibi legi popoſcit. Ipſe vero prout potuit in huiuſ psalmi voce etupit : Voce mea ad Dominum clamavi , voce mea ad Dominum depreca-ſum , & ad finem uſque compleuit. Me , inquit , expectans iuſti , donec retribuas mihi. Tandem cunctis in eum completiſ mysteriis , anima illa ſanctissima carne ſoluta , & in abyſſum di-uinę charitatis absorpta , beatus vir obdormiuit in Domino , die ſabbathi quarto Nonas Octobris , ætat⁹ ſuę anno 45 ; à prima ſua conuerſione vigefimo , à religionis institutione decimo octauo , ut cum Bonauentura & Antonino boni quiue notarunt ſcriptores.

Gloriosam viri sancti animam multos ex filiis è purgatoriū ergaſtulo tunc dimiſos , af-ſocialleſ ſcribunt ex reuelatione & relatione ſancti cuiuſdam ex ſibi coeuiſ Thomas Celanus ,

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO 11.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
<i>Celanus, & Bernardus à Bessèze, ille sancti Francisci, hic diu Bonaventuræ socius, è quibus rem largius retulit, sed & pulchro minio, variisque coloribus perbellic ante his cœnatum annos depinxit frater Jacobus Oddo Perusinus in speculo Franciscano vulgariter Franceschina, apud me M. S. Alter autem ex fratribus & discipulis sancti viri: (cuius nomen omisit S. Bonaventura, alij vero referunt, dicuntque fuisse fratrem Jacobum à Laude, sanc laude dignum, qui miraculis clarus iacet Assisi ad Portiunculam) videt animo illam beatam sub specie stellæ præfulgidæ à candida subiectam nubecula, super aquas multas in cœlum recto tramite sursum ferri: tanquam sublimis sanctitatis candore prænitidam, & cœlestis sapientie simul & gratie vberitate repletam, quibus vir sanctus promeruit locum introire lucis & pacis, vbi cum Christo sine fine quiescit. Minister quoque fratrum in Terra laboris tunc erat frater Augustinus de Assisi, cuius superiorius men-</i>			
			<i>Oddo.c.13.</i>
			<i>Bonau.cit.</i>
			<i>Lege.antiq.</i>
			<i>Bern.à Bed.</i>
			<i>In fidei ful- gida fratre vobis in calum.</i>
			<i>An.1110.</i>
			<i>n.16. & 20.</i>
			<i>1216. n.4.</i>
			<i>Simil. robus</i>
			<i>anima Aug.</i>
			<i>de Assisi.</i>
			<i>Appar. E-</i>
			<i>peregrinationis causa perrexerat; cui Beat. Franciscus apparens nocte transitus sui dixit: pscopo Af-</i>
			<i>franc.</i>
			<i>Ecce vñloquo mundum, & vado ad cœlum. Mane igitur surgens Episcopus sociis narra-</i>
			<i>vit, quæ vidit: & Assisium rediens cum solicite perquisisset, certitudinaliter competit,</i>
			<i>quod ea hora, qua sibi per visionem innotuit, beatus Pater ex hoc mundo migravit. A-</i>
			<i>laude aues, lucis amicæ, & crepusculorum tenebras horrescentes, hora transitus sancti Iusta ei fo-</i>
			<i>viri, cum iam esset noctis sequuturæ crepusculum, venerunt in multitudine magna super</i>
			<i>rectum domus: & diu cum insolita quadam iubilatione rotantes, gloriæ sancti, qui eas</i>
			<i>ad diuinæ laudes inuitare solitus erat, tam iocundum, quam euidens testimonium per-</i>
			<i>hibebant. Videbantur iusta sancto viro soluisse, & pio Patri velut parentasse, idque me-</i>
			<i>rito, quia hoc avicularum genus præ ceteris diligebat, & quibus poterat modis, foue-</i>
			<i>bat, quia in eis considerabat multa Minoridis & bonis religiosis imitanda. Dicta hæc</i>
			<i>aus galera, ab elatis in capite plumis ad galeri, siue galeæ similitudinem. Talem for-</i>
			<i>mam cuculli initio ordinis fratribus fuisse supra dictum est. Sed & colorem alaudarum</i>
			<i>imitabatur in habitu; qualis illis in plumis, talem volebat in vestibus fratrum, nativum,</i>
			<i>terrenum: ut meminerint communis originis, terræ de qua sumpti quia Deus ita tulit</i>
			<i>sententiam aduersus Adamum, puluis es & in puluerem reverteris. Ad hæc vbi ille granum</i>
			<i>Genes. 1. v.</i>
			<i>aliquid inueniente ad escam, mox in cœlum feruntur cantu, quasi gratias agentes sum-</i>
			<i>mo Deo omnium parenti & altori. Sic nos docent cœlum petere, despicere terram: Non</i>
			<i>viuere ut edamus; sed esse ut viuamus. Illud salutare monitum diuini Apostolici obser-</i>
			<i>vandum nobis; siue mendaciam, siue bibat, siue quid aliud faciat: omnia in gloriam Dei facite.</i>
			<i>1.Cor. 10. v.</i>
			<i>Ne in terris, sed nostra conuersatio in cœlù sit. Hæc contemplabatur in alaudis, hac causa</i>
			<i>Phil. 1. v. 20.</i>
			<i>plurimum amabat.</i>
XL.	Corpus autem exanime viri sancti, fratres super nudam humum aliquantulo relique- runt tempore, prout ipse sub morte rogauit, deinde eleuatum, lotum, & tunica illa Iaco- bz Romanæ obteatum, eidem pia feminæ commiserunt ad votum amplexandum & osculandum. Pisanus & Perusinus a iunct exenteratum, corde interioribusque auulis, & in altari sacelli ad sacrarij lxxuam repositis, ne dum cadauer, in ciuitatem transferen- dum, alibi sepeliretur, remanceret pia illa zdes absque aliqua corporis parte. Quidam ex Assisiatis me teste de hoc dubitant, non improbabiliter putantes illud integrum, & clausum remansisse sacrum corpus, idque eorum maioribus referunt persuasum ab ali- quibus, qui illud meruerunt incorruptum videre & palpare. Occasionem vero inde sum- ptam; ut dicerentur interiora recondita in predicto delubro, quia vir sanctus dixit cor suum ibi remansum, dum cæterum corporis voluit sepeliendum in colle Inferni, loco malefactorum suppliciis destinato, vnde fuerit, futuræ gloriæ signa manifestius repræsen- tauit caro illa sanctissima, quæ crucifixa cum vitiis in nouam iam creaturam transierat, & passionis Christi effigiem priuilegi singulartate præferret, & nouitate miraculi resurre- ctionis speciem præmonstraret.	<i>An exanti- tarum corpus Francisi.</i>	
XLI.	Cernebantur quidem in membris illis felicibus clavi ex eius carne virtute diuina mitifice subrefacti: sicque carni eidem innati, quod dum à parte qualibet præme- tentur,	<i>Pisan. conf.</i>	
		<i>24.</i>	
		<i>Oddo. cit.</i>	
			<i>In corpore apparens si- gna future glorie.</i>
			<i>Galat. 1. v.</i>
			<i>24.</i>
			<i>Clavi & vultus la- teralis.</i>

ANNO CHRISTI
1226.

HONORII III.
ANNO II.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 17.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 19.

*Corrum fer-
ma.* rentur, protinus quasi nerui continui & duri ad partem opositam resulabant. Inuenta quoque fuit patentius, in ipsis corpore, non inficta humanitus, neque facta, plaga vulneris lateralis, instar vulnerati lateris Saluatoris : quæ d' redemptoris & generationis humanae in ipso Redemptore nostro protulit Sacramentum. Erat autem similitudo clavorum nigra, quasi ferrum : vulnus autem lateris tubeum, & ad orbicularitatem quandam carnis contractione reductum, rosa quædam pulcherrima videbatur. *Caro sua
candida, &
membra tra-
habilia.* Caro vero ipsius reliqua, quæ prius tam ex infirmitate, quam ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio renitescens, illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipsius adeo mollia & tractabilia se præbebant palpantibus, ut conuerla viderentur in tenuitatem puerilis ætatis ; & quibusdam cernerentur evidenter signis innocentia decorata. Cum igitur in candidissima carne clavi nigrescerent, plaga vero lateris, ut vernans roseus flos ruberet : mirandum non est si tā formosa, & miraculosa varietas iocunditatem & admirationem contuentibus ingerebat. Lachrymabantur filii pro subtraktione tam amabilis patris : sed & non modica perfundebantur luctitia dum deosculabantur in eo signacula summi Regis. Miraculi nouitas planctum vertebat in iubilum, & intellectus rapiebat indagine in stuporem. Erat quippe tam insolitum tamque insigne spectaculum contuentibus omnibus & firmamentum fidei & incitamentum amoris: audientibus vero admirationis materia & excitatio desiderij ad videndum. *Confusus
multi ad sa-
tra vulnera
conseruanda.* Audito sicutdem transiit patris & fama diffusa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum : ut id cernerent oculis carnis, quod à ratione dubium omne repelleret & affectioni gaudium cymularet. Admissi sunt igitur Assilinates ciues quamplurimi ad stigmata illa sacra contemplanda oculis & labiis osculanda. Vnus autem ex eis miles litteratus quidam & prudens Hieronymus dominus, vir. vtique famosus & celeberrimus de huiusmodi sacris signis dubitasset, essetque incredulus, quasi Thomas : ferventius & audacius coram fratribus & aliis ciuibus, mouebat clavos ; sanctique manus, pedes, latus manibus propriis contrectabat : ut dum vulnorum Christi veracia illa signa palpando contingent, & de sui & omnium cordibus omnis dubietatis vulnus amputaret. Propter quondam & ipse inter alios huius veritatis tam certitudinaliter agnitionem, testis constans postmodum, effectus est, & tactis sacrosanctis iuramento confirmavit. Fratres autem & filii, qui vocati fuerant ad transiit patris cum omni multitudine populorum noctem illam, in qua almus Christi confessor decessit, sic diuinis laudibus dedicarunt ut non defunctorum exequiaz, sed Angelorum excubiz viderentur. Affixit autem ad feretrum quidam ex circumstantibus versu-ficator bina hæc carmina.

*Hic expirauit, qui mundum suppeditauit,
Qui sacram mentem direxit in Omnipotentem.*

*Ecclesie corpora
ad adam S.
Damiani.* Mane autem sexto die Dominica, turbæ quæ conuenerant acceptis arborum ramis, & **XLI** cereorum multiplicatis luminibus, cum hymnis & canticis sacrum corpus ad ciuitatem Assisi depulerunt : transiuntes vero extra ciuitatem per Ecclesiam sancti Damiani, in qua Virgo illa nobilis Clara cum virginibus inclusa morabatur ; ibique aliquantulum subfistentes : sacrum corpus margaritis cælestibus insigauit, videbant & osculandum sacris illis virginibus obrulcentes. Omnes hære, omnes creptum sibi patrem & institutorem dolere ; omnes item singulare & cælestis admirari prodigium, tunc recordantes promissi sibi facti à sancto viro se quantumvis morti proximum, ab illis ante earum obitum videntium. Laborauit autem pruinceria Clara pro extrahendo uno clavorum, qui prouinebant ex palmis, nec potuit, intinxit tamen sanguine lincteolum, & mensus est sancti Patris corpus ad cuius statuam postea curauit fieri quoddam receptaculum ad tribunæ dorsum, ubi & eius imaginem fecit depingi. Subtractum deinde corpus, quod diutius sibi vellent sacræ virgines relinqui, optimates ciues simul cum præcipuis ex fratribus in humeros eleuantes peruenierunt ad ciuitatem cum iubilo, & pretiosum thesaurum, quem portabant, in Ecclesia sancti Georgij cum omni reverentia condiderunt ; neque enim tunc in *Conditur ad
S. Georgium.* colle inferoi, ubi se sepeliri volebat, aptus erat sepulturæ locus, iuslurque erat ut in illa Ecclesia, in qua puerulus literas didicit, ibique postmodum primitus prædicavit, postremo ibidem locum quietis acciperet.

*Clarae
crebris mira-
culis.* Cœpit autem vir beatus continuo diuinæ faciei superirradiante respectu, magnis & **XLIII** multis coruscare miraculis : ut sublimitas sanctitatis eius, quæ ipso viuente in eternitate, ad motum directionem, per exempla perfectæ iustitiae innoverat mundo, illo iam regnante

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

regnante cum Christo, ad omnem fidei firmitatem, per miracula diuinæ potentiaæ comprobaretur è celo. Multa patruavit in ipso funere, restitutis sanitati pluribus infirmis, neque dinceps plurima edere cessauit in diversis orbis partibus, quæ ad Romani Pontificis aures delata, ut paulo post canonizaretur, efficerunt. Præcipua nos cum de miraculorum & virtutum processu, & sancti viri canonizatione egerimus, compendiatim referemus.

XLIV. Scriptit statim de sancti Preceptoris & institutoris morte ad vniuersas prouincias Vicarius Generalis Helias. Exemplar literarum ad Prouinciam Franciæ militarum accepimus ex conuento Recollectorum Valencenarum in Belgio, ubi seruantur originariorum, quas Gulielmus Spaelberch prouinciarum Germaniarum inferioris definitor transcriptis in editum & limatum à se speculum virtutum sancti Francisci & sociorum eius, neglegit multi apocryphis & fruolis narrationibus, quæ in vetusta editione habebantur, quod etiam consulevsi fecisset Philippus Bosquierus prouinciarum Flandriæ, in alia posteriori, quam hunc curauit anno proxime elapsa Coloniarum Agrippinæ, à quo illud scire cupierunt, unde accepit FF. Fabianum, & Hugelinum cum aliis Minoritis S. Franciscus coetus, eius libelli autores fuisse. sed & Henricus Sedulius, vir eruditus & pius, eius conditores vult Leonem Angelum, & Ruffinum sancti Francisci comites perpetuos. Hi sane sancti Patris legendam compilaverunt, non opusculum hoc, ex illa multa hic inserta, ab aliis longe posterioribus recentiora addita. Compilator huius operis vixit post annum 1500, idque admittit Pater Bosquierus, si antiquum legat volumen vetustæ impressionis Veneræ anni 1504, fol. 77. & 78. aut à se nouiter editum centuria prima c. 96. ubi ex quodam conuento anni 1303 confirmatur veritas indulgentiarum S. Marie de Portiuncula, & c. 97. ad id ipsum aliorum inducit testimonium sub anno 1310. Non itaque librum scribete potuerunt tres illi socij à Sedulio assignati, neque coetui illi à Bosquiero relati, neque certo viro argumento, aut probata operis inscriptione hucusque constitit de legitimo eius auctore. His incidenter de hoc opere, quod sibi citavimus, adnotatis, subiiciimus supradictarum litterarum transumptum, ex quo Helias in scribendo peritiam, in factis scripturis referendis eruditionem, & erga suum institutorem pietatem filialem, non obscurè Lector percipiet.

XLV. [Dilecto ubi in Christo] F. Gregorio ministro fratrum, qui sunt in Francia, cum omnibus fratribus suis & nostris F. Helias peccator salutem. Antequam loqui incipiam, suspiro & merito quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus, quia timor quem timebam, cuenit mihi, cuenit & vobis; & quod verebar, accidit, mili accidit & vobis, quia longe à nobis factus est consolator, & qui portabat nos, velut agnos in brachio suo, peregrè profectus est in regionem longinquam. Dilectus Deo & hominibus receptus est ad lucidissimas mansiones, qui legem virtutum & disciplinæ docuit Iacob, & testarientum pacis tradidit Israel. Gaudendum nimis est propter eum, sed dolendum nobis, quos ipso absence, circumdant tenebrae, & operit umbra mortis. Commune damnum, sed meum singulare periculum, quicunq; in ipso tenebrarum medio dereliquit multis occupationibus circundatum, & oppresum flagellis innumeris. Propterea deprecor, dolete me cum fratribus, quia ego nimis doleo, & condoleo vobis, quoniam pupilli sumus absque patre, & orbati lumine oculorum nostrorum. Verè, verè lumen erat presentia fratris & Patris nostri Francisci, non solum nobis, qui eramus prope, sed & his qui longè erant à nobis professione & vita. Erat enim lux à vera luce emissâ illuminans his, qui in tenebris erant, & in umbra mortis sedebant, ut dirigeret pedes eorum in viam pacis. Quod & fecit, prout verus meridies oriens ex alto illustrabat cor eius, & accendebat voluntatem igne amoris sui, prædicans regnum Dei, & conuertens corda patrum ad filios, & imprudentes ad prudentiam iustorum, & in vniuerso mundo parauit Dominino plebeum novum. Ad insulas longè diuulgatum est nomen eius, & mirata sunt vniuersæ terræ. Mirabilia opera eius. Propterea nolite filij & fratres, tristari quod excedat modum, quoniam orphanorum Pater Deus consolabitur nos consolatione sua sancta, & si fratres fratres, super vos ipsos flere, non super illum: nam media vita in morte sumus, ipse vero transiit de morte ad vitam: locundamini, quia antequam tolleretur à nobis tanquam alter Iacob omnes filios suos benedixit, & omnibus remisit culpas: quæ in eum factæ fuissent, vel cogitatae ab aliquo nostrum. Et his dictis annuncio vobis gaudium magnum & miraculi nouitatem. A seculo non est auditum tale signum, præterquam in Filio Dei, qui

scribit Helias ad omnem prouinciam de morte S. Franc. Spaelberch. Spec. par. 2. 151. dum suis auctori speculi S. Fed. Bosquierus. Sedul. in notis ad vit. S. Franc. c. 13. a. 1.

Iob. 1. 14. Thren. 1. 16. Francisca communæ consolator. Oice. 11. 3. Mat. 21. 33. Eccl. 45. 6.

Lux etiam ecclæmissa. Luc. 1. 79.

Luc. 1. 17.

Eccle. 47. 17. Luc. 1. 18.

Gen. 49.

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPLR. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Sigmatum
restitutum.* est Christus Deus. Non diu ante mortem frater, & Pater noster apparuit crucifixus, quinque plaga, quæ vere sunt stigmata Christi, portans in corpore suo: nam manus eius & pedes, quasi puncturas clavorum habuerunt ex utraque parte confixas, reseruantes cicatrices, & clavorum nigredinem ostendentes, latus vero eius lancearum apparuit, & sanguinem evaporavit. Dum adhuc viuebat spiritus eius in corpore, non erat in eo asperitus sed despectus vultus eius, & nullum membrum in eo retransit absque nimia passione. Ex contractione nervorum membra eius rigida erant sicut solent esse hominis mortui, sed post mortem eius pulcherrimus aspectus est, miro candore rutilans, laetificans viventes. Et membra quæ prius rigida erant, facta sunt mollia nimis, sece vertentia atque illuc secundum positionem suam, tanquam pueri delicati. Ergo fratres benedicite Deum celi; & coram omnibus confitemini illi, quia fecit nobiscum misericordiam suam, & habete memoriam Patris & fratri nostri Francisci, ad laudem & gloriam eius, qui magnificauit eum inter homines, & coram angelis glorificauit illum. Oretis pro ipso, sicut antea à nobis postulauit, & ipsum orate ut Deus nos cum ipso officiat suæ gratiae sanctæ participes. Amen.

*Quo die
maritus.* Tob. 11. 6. Quarto Nonas Octobris die Dominica, prima hora noctis præcedentis Pater & frater noster Franciscus migrauit ad Christum. Vos ergo charissimi fratres, ad quos literæ præsentes peruenient, Israëlitici populi sequentes vestigia deplorantis Moysen & Aaron inelytos duces suos, viam demus lachymis tanti Patris solatio destituti. Licet enim pium sit congaudere Franciso, pium est ramen flere Franciscum. Reuera pium est congaudere Franciso, quoniam ipse non obiit, sed ad cœlestes nundinas abiit, saccum pecuniarum secum ferens, & in plenilunio reuersurus. Pium est flere Franciscum, quoniam qui egrediebatur, & ingrediebatur tanquam Aaron, & ferens nobis de thesauro suo noua & vetera, & consolans nos in omni tribulatione nostra, de medio nostri sublatus est, & nunc pupilli dicimur absque patre. Sed quoniam scriptum est: *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Omnes fratres charissimi oretis instanter, quod si laguncula testea confracta est in valle filiorum Adam: summus tamen ille filius aliam honorificam restaurare dignetur, quæ sit super multitudinem gentis nostræ, & nos sicut verus Machabæus antecedat ad prælium. Et quia non est superfluum orare pro mortuis, pro anima eius oretis ad Dominum. Quilibet sacerdos dicat tres missas, singuli clerici Psalterium, laici quinque Pater noster, clerici dicant solemniter vigiliam in communione. Amen.]

FRATER HELIAS PECCATOR.

*Helias ma-
gna apud
exteros op-
tionis.* Tob. 17. 6. Qui huic chirographo, aut modo credat subscribendi, & ceteram legat attente epistolam, nullum magis pium aut humiliorem dixerit Helia, sane apud exteros, qui hominis genium penitus non examinarant, egregie audiebat circa fratum regimen & inforum pietatem. Grauissimus vir Lucas Tudensis, illius temporis antistes, qui hoc ipso vel sequenti anno ex Hierosolymis regressus cum Helia sermonem habuit (quippe quinquevno ab impressis S. Francisco stigmatibus opus suum aduersus Albigensium errores scripsit, ut ipse testatur lib. 2. c. 11. & lib. 3. c. 14. & 15. meminit antea initi colloquij cum Helia, iam Francisci successore) eum vocat virum sanctissimum, beatissimi Patris Francisci successorem, & virum venerabilem cuius solius autoritatem sibi sufficere iudicauit, ut in graui opere aduersus obstinatissimos hæreticos scribendo referret in fidei nostræ confirmationem, quæ hic ore tenus eidem narrauerat. Ab aliis etiam graue accepit testimonium, dum pietatem prætulit, quæ tanta fuit ut omnium consodalium sibi conciliarit animos, & suffragia, cooperatus anno sequenti Romæ in ministrum generalem. Sed electus super fratres suos iustificationem suam, quam caput tenere, deseruit, neque in loco magni huius tentorij longos fecit funiculos suos, neque clavos suos consolidauit Dei timore, & sancta humilitate; sed exaltatum est cor eius, & latati sunt oculi, & ambulauit in magnis, propter quod remotum est candelabrum eius de loco suo, & substitutus est alter in sede eius, ut amplius referemus ad annum 1230.

*Isaiæ 57. 1.
Psal. 130. 1.
Apoc. 1.* B. Elizabethæ sub tenero & pio castissimæ sponsæ præludio superiorius virtutes descripimus; nuptæ item & sub inviolata lege mariti sanctissimam vitam iam per quinquevnum agentis cetera præclarissima facta iam sub hoc ultimo anno sui cum optimo principe Ludouico Langrauij libertate recensere. Per id tempus sacerdos Christi Conradus Marpurgensis vita & eruditione præclarus fuit. Is facta sibi à Pontifice maximo potestate,

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
poteſtate, verbum Dei per Alemaniam prædicandi, adeo dexteritate pariter, & authoritate concionandi valuit, ut non minus ſeueritate rebelles compellere, quam bonos alliceret, animaretq; coruitate. Verbis vita ad armatum repondebat. Erat enim diuinitarum & ambitionis contemptor, religionis Christianæ ardens zelator, hereticorum hostis ac impugnator acerrimus. Ecclesiastica bona neq; per ſe ambire non habita, neque ſuſcipere oblata vñquam eſt adnotatus. Vestis illi vulgare non excedens, mensa frugalis, domeſtice disciplinz fama incolmis. Huic Ludouicus clarissimus Princeps, omnes tēplorum præfectoras ac ſacerdotia, quz ipſe confeſſe babebat, confeſſandi in quos veller, potestate dedit; vtque ab Elizabeth obediencia, matrimonio congruens, præſtaretur, aſſentus eſt: quoniam illa & deuotissime præſtitit, & ſtudioſiſſime ſeruauit, non ſolum toto biennio, quo princeps poſtea ſuperuixit, verum etiam poſtea quam e vita migravit, & quidem multo promptioremo abſolutioremoque. Habiturus aliquando concionē idem magiſter, de rebus (vt ſalebat) diuinis, eidem Christi famulz interelle preceperat. Quod cum illa inopinatio ſororis vii ſui aduentu præpedita, non impleſſet: ſtatim ut inobedienti reuocandat, (incertum, ſerid an tentandi aſtu) nolle ſe deinceps quicquam ipſi iubere, quz datam obediencia fidem ram facile rupiſſet, vt eretur deinde libertate ſua: haud eum ſe virum eſt, qui verba ſibi dari a quo animo poſſet ferre. Hoc nuncio vehementer Elizabeth percuſſa, magiſtrum poſtridq; maturius adit: deieſtisque in terram profundo pudore luſtinibus, veniam ſibi dari ſuppliciter poſſit. Quoniam cum ille vchſi indignabundus auerſaretur, ad pedes eius regia mulier, nulla habita generis ſui ratione, aduoluitur: ea deum humilitate veniato consecuta, cæſis tamen priuancillis, quarum forſan negligentia cauſam huic offenſe dederat.	Sur. in vita B. Elizabeth. thz. Monta. c. 6. Theodor. I. p. c. 21.	Promulgat obediencia Elizabeth.	Expreſſi tur ab negla tione obedi entia.
xlviii Quis qualisue fuerit hic Conradus Elizabethæ inſtructoſ, noo omoibus compertum. Trithemius in chronico Hirſaugien. ad annum 1214. & 1233. Dominicanum conſtituit, modo de hoc noſtro ſermonem inſtituat. Conrado etiam Theutonicum inquisitorum per Germaniam à Gregorio nono creatum, martyrio coronatum (quz etiam huius vii ſunt noꝝ) ſuis confodalibus adſcribunt Leander Albertus, ex eo Antonius Senensis, & Ferdinandis Caſtillo. Atcamen vel eos errare, vel hauc alium ab illo eſt manifeſte probat. temporis ratio, authores cozi, & Pontificia diplomata. Anno 1214. non potuit authoritate Apoſtolica prædicare per Germaniam, ut habet Trithemius, nec inquisitionis exercere officium, neque enim ante annum 1216. vel ſequente, confirmato iam inſtituto, sanctissimus Pater Dominicus quępiam ex ſectatoribus e Tolosa ad alias regiones tranſmisit, et ſcribit ſacri illius inſtituti chronologus Caſtillo. Officium etiam contra hereticos inquirendi Conrado huic noſtro non tribuit Innocentius 3. qui anno illo 1214. ſedit neque eius ſuccesor immediatus Honoriuſ, ſed Gregoriuſ nonuſ, ut videre eſt in eius regculo ad annum 7. Pontificatus ep. 173. Ex eodem etiam regculo conſtat officio egregie fungentem e Moguntia venientem, ut conicitatum contra ſe odium declinarer, iuxta na- truum ſolum Maſpurch trucidatum fuiffe anno 1233. à militibus dominorum de Dorn- barch. & amicis Comitis Seyneſis, ut ſeferit Trithemius. Ille autē Conrado Theutonicus de quo ſupra citati ſcriptores Dominicani, occiſus eſt in publico foro dū frequeti populo conacionaretur anno 1228. ut præter ipſos Brouiuſi coniurati. Authores cozi Iacobus Moocanus Spirenſis, Anonymus quidam Minorita ſcriptor vitz S. Elizabethæ MS. in noſtra Bibliotheca Louanien. Theodoricus Turingus Dominicanus apud Henricum Cani- ſinus torres, clericis ſecularis notas in hoc noſtro deſcribunt, & expreſſe Theodoric. ſimi- pli, onodecto, & burnili clericali habitu contētum affirmat. Gregorius Pontifex an. 7. ſui Pontificatus ep. 337. ſcribens ad prælatos Eccleſiarum de eius morre & an. 9. ep. 167. & 168. ad Archiepiscopum Salzeburgensem, ut procedat cōtra interfectorum eiusdem nullius regularis inſtituci fuiffe indicat aportius. Quare facile mihi perſuadeo illū Dominicanum alterum ab hoc fuiffe, vel omnino deceptos, qui hunc Prædicatoribus connumerant.	Trithem. in choro. Hir- ſaug. Quoniam hic Conradus Leand. de vir. illuſtr. lib. 2. Senens. in chron. Caſtil. I. c. 13. & lib. 1. C. 11. Caſtil. lib. 1. c. 15.	Trithem. cit. in Chrō. Spa- heimuſ. an. 1212. & 1213. Montan. in vita S. Eli- zabethæ c. 6. Anony. in ritacuſ- dem. Theodor. lib. 3. c. 11.	Quando ei præmifit obe- dientiam. Anony. cit. Theod. cit. Alſtane ci- bu ex magi- ſtri præcep.
XLIX. Anno proximè elapſo huic pio viro obedientiam ordinis Cisterciensis ciuitatis Yſenacensis, vult cum anonymo noſtro Theodorico, dum duobus annis viuente marito obedientiam hanc ei ſcribit præſtitioſe. Ludouicus autem Princeps an. 1227. e viuis excessit. Multas certe ſub eo didicit virtutes, magnamque ſuo vim iowlit corpori. Solebat in conuiuio præter morem nobilium ſceniarum, Principi proxima reſidere: volens etiam hac in parte ſuam erga illuni charitatem demonstrare, licet hoc ipſi non patrum afferret incommoditatis. Nam accepto magiſtri mandato,	Quando ei præmifit obe- dientiam. Anony. cit. Theod. cit. Alſtane ci- bu ex magi- ſtri præcep.		

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

mandato, ne quo vietu per viam, aut per aliud compilationis genus parto, aletetur; magno prorsus cogitationum æstu intentari cœpit, dum mensæ assidens, nunc hos, nunc alios cibos attingere veteretur: dumque ad singula edulia conscientia scrupulo pernouetur; omnibus pariter abstinere tam non potuit, quam non debuit. Tres ancillarum, socias abstinentia huius habuit, quarum tranquillitati perinde atque suz prospectura, ex aliis quæ in dote accepserat, tam sibi quam illis vietum ministrari procuravit; Principis etiam ea in refauorem ac comitatem experta singularem, qui si quipiam scrupulo futurum inferni mensis cōtigisset, cius rei certiores, vel nutu, vel insinuatione maritali, faciebat uxorem. Destinabat & ipse pari semet abstinentia mancipare; propalam etiam testatus, ægre sibi tam salubris propositi virtutem, quod minus ad rem celeriter conferret, offendicione procedum quorundam intercipi, retardarique, qui continentiam eiusmodi non religioni ac devotioni, sed superstitioni magis atque delirio adscriberent; daturum tamen se operam, ut quamprimum (vellent nollent obterentes) quod persancte destinasset, in lucem edetur, pergerent illæ, ut cœpissent, perbreui se comitem habitor. Oeconomos edestrisque nonnunquam Elizabeth, dum officinas circumire, vrpore domina domesticæ participes curæ, percunctari solita; iusté partus an secus, esculentorum poculætorumque prouenitus suppetere? ubi resciuit veraque iuste prouenisse, indeque vietum diei præsentis suppeditatum iri, velutigratulabunda hoc ipsum ancillis aperiens: Hodie (inquit) Deo propitio, laute excipiemur & humaniter. Neque verò continuò illam inter exquisitas etiam ciborum lauitias, temperatiz subibat obliuio; astu quodam officioso genium suum frudere solitam. Enim uero duta nunc principem alloquitur, nunc his lauiores bucculas apponit, nunc illis poculæ officij gratia porrigit, nunc statibus, ancillisue negotiū aliquod iniungit; etiam ipsa à non curantibus estate putari poterat: cum ramē aliis affatim explicet, sibi ipsius famelica triclinio excesserit, tortulisiue mellitis, aut arido pane sustentari habuerit necesse. Ceterum si cui ademptam iniuste rem familiarè compriisset: confessum damnum omne ita resarcire curavit, ut is, qui iacturam fecisset non tam perdidisse, quam commutasse res suas videretur.

MONTANUS. Aduenerat festus quidam dics, cum Elizabeth preciosis ornata vestibus aureamque capite gestans coronâ, ac familia frequeti stipata, de more Christiano rebus diuinis interfutura, in subiectam arcii diuorū basilicâ ibat. Ingressam primo statim contuita crux Dominica atq; ex ea pendens imago Salvatoris, penitissime compunxit, compunctæ lachrymas excussit, lachrymanti talia cogitanda suggestit: En creator & redemptor meus nudo corpore, breui dûtaxat præcinctus regimine mea causa ignominiosam in cruce mortem oppedit: & ego misera, gemmis, auro, bysso, & purpura contexta, vitâ caelestibus indignam beneficiis, perdo magis quam ago. Illius caput intra Pilati ædes spinea corona dispunxit, meū vero aurea venustat. Illum ab amicis desertu, Iudeorum vallarunt opprobria: me numerosa circundatâ familia, cuncti miratur, suspiciunt, honorant. Hic meus est erga illum obseruatiz feruor: hac animi gratitudo? hoc vicariæ dilectionis munus? Me miseram, me infelicem: sic illius obedio præceptis, beneficia reuolu, vestigia sequor, qui me cum non essem, creauit, perditamque suo sanguine redemit? Tantæ autem hi cogitatus intentionis erant, ut destituto viribus corpusculo, ac facie tota in pallorem versa, repente regia mulier humi veluti exanimis prolaberetur, cunctis qui eam stipabant vehementi pauore perculsis: elaramq; foras tantisper sacris vndis aspergere perseverantibus, dum stupore cessante, compos mientis redderetur. Hac defectione veluti quodam oraculo persuasa, precioso deinceps amictu, quod ad eius personæ, quam gerebat, honestas pataretur, abstinuit: ita ut sepenumerò sub holosericis vestibus ciliicum gestarit.

CILICUM SIBI
CIRCUNDAT. Principem si quando longius proficiscentem sequi non posset, domi remanens, omne prorsus vestium sibi cultum interdicebat, amictuque natui coloris contenta: ut à plebeis haud multū differret. Tum etiam precationū assiduitate, verberum vñu, vigiliarum productione carnè spiritui subiugans: blandientes pro æstate voluptates, haud secus atque iam viduam agens edomabat. Reuerso Principe etiamnum ipsa, quam ad tempus virtutis gratia seposuerat, vestem comptiorē resumebat, scire admodum declarans, quid absente marito castam uxorem, quid domi agentem, præferre deceat. Tentauit & opulentas qualidæ inulieres, quibus familiariter devincta erat, abstrahere à luxu preciosatum vestium, exemplo simul & verbo. Nec eam sefellit euencus. Nam etsi difficulti primum aditu, pertinaci tamen instantia aliquando, quod volebat, persuasit; effectique, ut quædā illarū voto etiam

H. in suis
vestibus. L. 11
H. in suis
vestibus. Principem vestium interdicebat, amictuque natui coloris contenta: ut à plebeis haud multū differret. Tum etiam precationū assiduitate, verberum vñu, vigiliarum productione carnè spiritui subiugans: blandientes pro æstate voluptates, haud secus atque iam viduam agens edomabat. Reuerso Principe etiamnum ipsa, quam ad tempus virtutis

ALIAS MULIE-
RES AD EXEM-
PLI PORDUXIT. gratia seposuerat, vestem comptiorē resumebat, scire admodum declarans, quid absente marito castam uxorem, quid domi agentem, præferre deceat. Tentauit & opulentas qualidæ inulieres, quibus familiariter devincta erat, abstrahere à luxu preciosatum vestium, exemplo simul & verbo. Nec eam sefellit euencus. Nam etsi difficulti primum aditu, pertinaci tamen instantia aliquando, quod volebat, persuasit; effectique, ut quædā illarū voto etiam perpetuæ

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO I I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
perpetuū castitatis semet abstringerēt. Tres præterea liberos ex Elizabethi prælātissimus Princeps sustulit, filiū vnum Hermannū nomine paterni principatus hæredē, duasq; filias quartū vna duci Brabantiz in matrimoniū collocata est; altera sanctimonialū a sc̄olā collegio, atque in Dominā electa, illis religiosè p̄fuit. Ceterum Elizabeth paru edicto, post expletū legitimi tēporis spatiū, quo se limine continere consueverūt puerperæ, ipsa per se gestare sobolē, atque nudis pedibus, amictu lanceo, mediocri comitatu per declive saxosi mōris iter deportatā tēplo inferre, illarā vna cū cereo funali ponere super arā solebat. Reversa dehinc domū, mox pauperculā mulierē obiter adnotatā, & tunica donabat & pallio.			<i>Tres et liberi fuerunt.</i>
LII.	Maxima sanc̄e commiseratione erga pauperes, atque incōmodis membrorū laborantes erat, ut ei concinnè admodum, sancti lob verba conuenirent. <i>Ab infantia crevit mecum miseratio, & de utero matrū mea egressa est mecum.</i> Huic virtuti, ne sterilis esset, adiuncta erat munificentia: ad quā cum sua sponte incitaretur, vbi & principis fauor accedit, properatī (ut dici solet) calcaria sunt addita. Pauperi cuidam phthiriasim patienti, atque ex capite non mediocriter laboratī, captato intra pomarium secreto, ne quis interueniret, capillum toronderat: deletisque pediculis, caput infirmum humiliiter lotum, aliquamdiu materno in gremio souerat: cum ecce casu illuc accedentes ancillæ, vbi dominam quo nolebat occupatam ministerio vident, haud se continere possunt, quominus illam acerbiusculè obivigent; quod exorta Regio sanguine mulier, usque ad condendos crines, pediculosque conficiendos sese deicaret. Quam illa reprehēsiōnem, placido risu vultum serenans patui fecit: Christo enim, non hoīnibus placere gestiebat. Magnum hoc veræ pietatis exemplum: longè tamen maius quod sequitur.		<i>Quos ipsa in pie intu- lit templo.</i>
LIII.	Venerant ad Principem Comites aliquot, procerumque non pauci. Iamque conuiuij tempus aduenerat cum residētibus cunctis, abierat Elizabeth. It iussu Principis statorum unus accitū illam. Cui cum obuiam facte nunciasceret, cunctos ad ipsius aduentū pendere conuiuas: illa maturius incedens, vbi cœpit gradus, qui ad triclinium pertinebant, ascendere; subito mendicus quidā importunis clamoribus eleemosynā depositare auditur. Quē illa desuper videns: (neq; enim anteā sub gradibus iacentē animaduerterat,) paulisper exspectare monet; pollicita quandoquidē impræsentiarū nihil sibi erogandū suppeteret; misuram se bretū quod petebat. Ille nihil tranquillior factus, abeuntē pertinacissimis inclamat vocibus: & ne miserū se sine dono præteriret, instantissimè precatur. Figit gradū Elizabeth, eique palliū non coniēndi pretij, quo vestita erat; transmittit. Quod ille summa cum alacritate suscipiens, arce statim excessit. Id cum reuersus stator non sine indignatione propalām rerulisse subrisit Princeps: deteroque mox accubitus, progressus occurrenti ait: Quid mea soror, rádiu moraris? Ad quem illa: En, inquit, mi frater, appropero. talibus enim sese nominibus vicissim appellabant. Tum Princeps: Vbi loci, ait, pallium reliquisti? Illa porrecto indice: En, inquit, pallium nostrum de pertica propendens. Videt ille, accedit, attractat, euoluit: illudque ipsum esse, quod pauperi dudum eleemosynā loco donatum audierat, cognoscit. Illoco stupore vehementi persusus, non patum addubitat, tantum rei miraculum, an egregiam vxoris fidem, prius in cœlum ferat.		<i>Pauperi pre- cessum fuisse dedū palliū</i>
LIV.	Otiū præterea Christianz pietati maximo esse detimento sciens Elizabeth, tempus omne, quod vel exercitiis spiritualibus, vel curationi corporis supererat, labore manuum terere curauit. Nec tamen ad consuetudinē nobiliū matronarū, bombycina sericaue pēsa decerpere, aut lentescentis auri bracteolas in fila torqueare, immittiēdisq; subregminibus adhibere: sed magis inter ancillas lanç dedita, modo nere, modò aliarū neta in gloriam colligere, collecta ad texendū deferre, texta deniq; cum pauperibus, tū principie Minorum institutū professis, elargiri solebat. Laceras egenorū velles, tam non grauabatur relarcere, quā catechumenos pauperiores disquirere, viētu pariter & amictu iuuare, edoctosq; pleniū Christianz, religionis disciplinā, de sacro fonte leuate delectabatur. Non ei satis erat ad beneficia impendēda, & propenitum animū, & largā manū habere: nisi etiā (quod absolutissimè est charitatis) beneficiandi studio semet obligaret. Pauperculas mulieres, quas vel parturientes, vel partu solutas nouerat, mitrum, qua humanitate inuilebat, consolabaturque; ac comportatis secum rebus necessariis, refocillabat. Non illam à tantæ pietatis officio, aut viarum asperitas, aut platearum fôrdes, aut domicilia male oientia vñquā retardarunt. Maluit illa sui commodi rationem habere nullam, quam ut misellis matribus, vel minimum defectu rei familiaris incommodum sciens prudensque patetur afferri.		<i>Monte c. 9. Tib. i. facit pauperibus. Exumveses rejiciuntur. Pragmatis & pauperum in- uisio gestus. Pauteratu. Uf. jundio. Uf. r. c. c. Uf. summa ejus.</i>
I V.	Paupertatis eam desiderio magnopere flagrasse indicio est; quod plerumque inter ancillas		

ANNO CHRISTI 1226.	HONORII III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELACIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Præfigit de
sua calamiti-
misse.*
ancillas secretius constitutam, ita eiusce virtutis ardor corripuit, tenuit, incendit; ut depositis preciosarum vestium induiis, ruditis panni tunica induceret, capitisque vel calanticā, vel calyptram sordidiusculā innecteret: ac sic demum pro desiderio vestita, humili gradu contentis luminibus, demissō vultu, vltro ceteroque ambularet, dicens: Hoc more per plateas incedam, quum pro Dōo meo iniurias pati habebo: vt iam tūc præfigo spiritu, quod postea euenit, prævidisse videatur. Suppetebant illi magnæ opes, familia frequēs, voluptatum diversatum ingens copia, deniq; peccandi licentia non parua: quibus tamē omniib; adeò cupide paupertatē præferebat, vt hanc non magis sc̄culares animi præ istis contemnante, ac fugiant, quantū ipsa magnificaceret atq; expeteret; id quod non obscurè sequenti declaratur exēplo. Magnates quidam ac purpurati ex Hungaria ab Rege patre Elizabeth missi ad Principē venire nūtiabantur. Quo auditio, Princeps vxori: Dolco, inquit, soror, ac moleste fero, te non habere dignas generē tuo uestes, quibus decenter ornata, nobilissimi patris tui legatis & apparere, & placere (vt cupio) posses. Obstant angustiæ temporis, quò minus artifici manu nouis paratis, pro dignitate res confici queat. Ad quem illa; Non est, ait frater, quod grauatum feras hanc indecentiam, quam ego minimi semper purau. Nolo enim uestibus placere humano conspectui, ne moribus displiceam Dōo. Paulò post supradicti legati arcem ingrediuntur, honorifice suscepit. Qui cum iniunctæ legationis expulsissent mandata, confessim ad ipsorū petitionē Elizabeth venire est iussa. Ingressam totius pulchritudinis author tanto decore venustauit, vt hyacinthina ueste, & preciosissimis adornata magnanitatis, non sine magna omnium admiratione appareret. Principi præter ceteros in stuporem verso ac secretius causam sc̄iscitanti, subridens Elizabeth, respondit: Huiusmodi scit Dominus meus, cum voluerit, ornamenta præparare.

*Monte c. 10
Alia sacri-
ficia tubens
venerans.*
Celebrationi salutaris hostiæ, cùm ab inēunte adolescētia libenter, tum vero processu LVI. statis libentissime interesse consuevit: ita ut cum audiendæ rei diuinæ tempus appeteret, ipsa ingressu ædis non semel ancillas anteuerteret. Quo tempore, cohibita quatenus valebat, mentis euagatione, si quid gestabat ornamenti, quo circa vitij muliebris decentiæ carte poterat id omne tantisper vel deponebat vel occultabat, dum cœptus magni illius sacrificij titus perageretur: maximè verò singularis aliquid reverentiz præferebat, cū aut Euangelium recitaretur, aut Christi corpus tractaretur. Nimirū ad illud aures aduertens, ad hoc fauces animi præparans, magno vtriusque flagrabat desiderio: sumul admirans in tam mirifico sacramento exhiberi mortalibus Dei potentiam, sapiētiam in antidoti præparatione, benignitatē in gratuita, ac liberali dispensatione. Succurrebat hæc expendentia in regione dignitas humanæ conditionis, quā tanti estimauit ille, qui fecit ut perditam redemerit, redēptam salutari cibo sustentauerit, sustentatæ præsentiam sui, copiamque concesserit. Hæc autem omnia magnitudo diuinæ dignationis. & humanæ ingratitudo naturæ: veluti moles quoddam confertissima exaggerabat: cum & hanc inexcusabilem, & illam ineffabilem prorsus esse constaret. Verum quia non facile regi vehemens animi potest intentio, quin aliquando exunderet: contingit quandoque taliter affectam, consecratione salutaris hostiæ peracta, luce non mediocri perfundi, adeoque splendescere, ut in faciem eius sacerdos quidam ob vice meritorum tali dignus munere, sine graui oculorum reuibratione, minime posset, ut postea confessus est, intueri.

*Luce magna
fauces splen-
dens.*
Sanctiones Ecclesiasticæ & Christianas oblationes, cùm semper Elizabeth, cùm LVII. quadragesimæ diebus religiosè mancipabat effectui: non modo precibus, eleemosynis, ieiunio dedita; veiū etiam corpusculū crebris virgarum verberibus castigans. Festos dies cum redēptionis nostræ mysteria repræsentantur, tanto coluit studio, rantaque animi devotione prosecuta est, vt ipius in Christū propensissimus amor, vix vñquā clarius emicaret. Quo die ultimā Christi cœnā recolere in vñ est Christianis, interdicto sibi meritis penitus preciosarū vñ vestiū: ad similitudinē plebeiat cuiuslibet mulieris vestita, in publicū procedebat, post meridianū basilicarū visitationē ita hunili schemate peragens, ut non nisi vna ē vulgo putari ab ignorantibus posset. Tū etiā accitos duodecim ē pauperibus, tāto dignata est honore, ut prostrata pedes eorū lauerit, exterrerit, osculo in: pertuerit: singulis denique duodenos nūmos, pannumque ad mensurā commodæ vestis, atque triticum panē donauerit. Leprosos eo die non paucos aliquando suscepit, quorū manus & pedes cum abluisseret, non est verita abominatissimorū tubera locorū osculo contingere. Neque deinceps tales vñquā auersata, ipsi perinde atq; incolumi glabraq; cute nitēribus, locuta est, sed itq; vicina. Tum ad patientiā affatim exhortatis, stipē liberaliter porrigebat. Nocte, quæ Paracœun antecedit, in oratione ad Dominicæ passionis meditatione transacta,

*Demotio eius
infelix du-
bitum.*

*In Cœna
domini.*

*Panoperibus
duodecim
pedes abluit.*

ANNO CHRISTI 1226.	HONOR. III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 17.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 19.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

mandabat ancillis, cauerent sollicitè, ne quem sibi topo die exhiberent honoré. Exinde cō-
cinnatos manu sua lini fasciculos, itemq; accerram thuris plenam, atq; elychnia ad instar
minutissimaru candelarum cerata, numerosissimos denique minutioris monetæ nūmos sumēs, lustrabat nudis pedib, vna cum popularib. turbis fana omnia, araq; singulas ordi-
ne venerata, imposuit singulis lini fasciculū, thuris granū, ardenteq; cereolū. In plateis
quaquauersum itet, perquā liberaliter nutrimos pauperib. erogabat. Nee decrant qui vi-
litarē nummorū tenacitati referrent acceptā, dicentes: Reginam munificētia Regiā vti
debere, carioresq; nūmos clargiri: popularē in Elizabeth vilitatem nequaquā sanctitatis
& religionis, sed auaritiz magis iudicem esse. Verū illa contempto leuissimoru hominum
iudicio, quod sapienter incepérat, perseveranter se stari quoq; annis non destitit: conscientia &
animum Deo notū esse, & tam se in officio assumptæ submissionis lōge à tenacitate abes-
se, quā illi temerarij, peruersique interpretes longè aberant à iudicij veritate. Lustratio-
nem, more Christiano priusquam Dominicæ Ascensionis solemnitas agitur, fieri solitam,
& ipsa lāneis amicta, nudaq; pedibus obseruabat Christi crucem & sanctorum reliquias
indifferenter cum vulgo infsecuta: Dei quoq; verbū auditura pauperib. sc̄ feminis semper
intermiscevit: non ignorans cælestē semen in humili cordis glebā vberius exurgere.

LVIII. Exorta fame per vniuersam Alemaniām, anno à Natali Christi 1225. cum in Apuliam Mouit. e. rr.
Principes ad Imperatōrē protectus esset; Elizabeth explēde pietatis occasionē nocta fru-
mentū omne suz ditionis collectum, pauperib. erogare manu largissima cœpit, pluribus
eorum etiā integri viētus annonā quotidie præbens: quorum nulli vñquā diuino munere
cibus defuit, etiā minus, quām quod in diē sufficeret, accepillet. Sed cū aduerteret pluri-
mos egenorū, qui aduersa valerudine, aut membrorū incōmodis, eleemosynæ cōmunis
manerē expertes: quod ascensu mōtis, in cuius vertice arx sita erat, præpedirētur: insigne
xenodochiū loco humillimo sub arce quamprimum cōstruere aggredīa est: cui per expen-
sas nō mediocres vt voluerat, perfecto, eos potissimū pauperes intulit, quos & morborū
vexabat iniquitas, vel, membrorū debilitas insigni de honestamēto notabat. Quos ipsa, etiā
ardui mōtis perdifficili descensu non immerito deterrei potuit, quotidie tamē s̄p̄ius in-
uisiebat. Tum illi inos erat sc̄iscitari à singulis, quonā modo sese haberet, cuiusue esē de-
siderio tenerētur: compertoq; quod vestigabat, ea, quæ secum attulerat rāta comitate par-
tiri per singulos, vt matrē crederes ministrare filiis, non Reginā pauperibus. Ipsa defectos
viribus per se pallere, è strato rallere, gestare brachiis, eorum lectos excutere, pediculos,
pulicelq; conficere: & inter huc omnia factorem tēterrīmū, & virus singulorū, etiā sub æ-
stuio caumate, quo grauter discruciatur ancilla sereno vultu pericerte: quodq; aliis vī-
su quoq; abominabile fuit, defluentē ore saliuā, ac propēdentes natiū mucos caiatica ter-
gere suā. Inter hos pusilli quoq; pauperū liberi erāt, quos materno semper affectu ita cu-
rauit educādos, vt & matrē singuli nominarēt, & ingreſsā veluti quadā examina certatum Pueros etiā
omnes vallarēt. Ex quorū numero eos ampliore humanitatis obsequio dignari adnotata alii maxime
est, quos vel squalor natiū deformes, vel lāguor debiles, vel scabies abominationi obno-
xios reddiderat: nō dēsignata sanctis cōtingere manibus, atque in gremio declinare suo,
quos pedille quez pr̄t horrore ne videre quidē & quo animo valebat. His aliquādo xenio-
la quadā, ac ludica fictilia, hyalinaq; quibus illa xeras gaudet ad solatiū perlatura, de ar-
ce nōnihil iam descederat equo sedēs: cum forte soluto gremio cūcta illa munuscula re-
pētino casū, obuiis hinc inde tupibus illis, delabuntur in præceptis. Inuenta mox, & relata
(dictu mirabile) tātē sunt integratatis probata, vt testa ferrum, & vitro chalybem insuile Miraculum.
credi posset. Sclegit quoque ex omni turbā pauperum aliquos, quibus pro arce iussis in
tempore adesse, ciborum reliquias manū suā distribuit: plurimum libi suisque interdum
subtrahens, ne quisquam expectantium non abunde refectus dilēcederet.

LIX. Huic aliquando dedita opci cum fragmentis ciborum distributis, potus quoque resi- Montan. e.
duum, perquā modici singulis impertivis: nihilo fermè postea minus in poculo reinan-
sile coepit. Duo de triginta pauperes ita in xenodochio disposuerat, vt quopiā è vivis ius datur,
excedēte, inox aliis suggestur, defuncti lecto potitus: vbi etiam pro quodam debitis nec minui-
obligato pecuniam ipsa diloluit. Non genti quotidiani mendici, sub oculis eius, alebātur, ex- Etiam longe
ceptis quos per latissimam ditionis sua: prouinciā pascēbat absens: apud quos omnes tan- populos suspe-
ta beneficia indefessè humanitatis posuit; vt redditus frugesq; locupletissimi principatus
vehementer exantauerit, distractis nonnunquam & corporis sui ornamenti, atque in pre-
cia collectis, ne Christi membra fatigare cōpet. Horum causā que mundus amplecti- Lac ip, a mal
tur, detestata est quā mundus detestatur, amplexa: vt etiam cuidam egeno lac experienti, bū.
14 molcm

ANNO CHRISTI
1216.HONOR. III.
ANNO II.FREDERICI II.
IMPER. ANN. 17.RELIGIONIS MI-
NORVM. 29.*Ornamenta
sua dedit
pauperibus
cum pecunia
decessit.**Femora dili-
genter curat,
sepelit.**Ecclesi. 16. 1.
Ibid. 1.
Principi lau-
datione.**Fecunda profis-
sio.**Optimum do-
mesticum ipse
exemplum.**Transfusus
Elizabetha
Franciscanis-
tum.
Vita MS.
Louan.**Bium deo-
rato Francis.*

morem gestura, intra præsepe olidū, non refugerit emulgēdi lactis gratiā, sumpto in manus multrali, ad pecudis v̄que papillas Regina curuari. Acceptos hoc modo pauperes v̄isque ad messem, à se tandem dirūs: prius tamen vegetis, atque ad laborem idoneis, subueulas, calecōs & fasciculas coēmit: languidis verò alia quædam indumenta, largitis insuper nummis singulatim: quibus deficiētibus in pauperculas formellas pro xeniolis ca- lanticas, ac sericos panniculos distribuit: præcipiens ne talibus vteretur, sed venditis atque in numeros redactis, ita demum necessitatī suæ consulerent, manuumque labori: quæcū que ipsarum possent, consuescerent. Quarum vna pretium accepti munera secundū reputans, cum præ gaudio exclamasset, se vñā in vniuerso orbe latiorē esse neminem, veluti exanimis prolabitur: vt Elizabeth extinctam autumans, non parum sic verita pretiosius iusto munus accipienti mortis se causam præstitile. Pauperibus, qui vitam posuerat non modo vestes, quas manu suā ad id operis parauerat, inuoluendi gratiā dedit, lotis ac variis attreſatis, sine fastidio cadauerib. verū etiā exequias fecit, ad sepulchrū v̄sq; funus cuiuslibet prosecuta. Adeoq; ad hoc pietatis officiū incubebat, vt iustissimæ tene pannū lñcum tali disp̄satione cōsumpsferit, nolueritq; quantū in ipsā fuit diuitū mortuorū corpora, lin- teis nouis cōtegi, sed magis veterib. ac lacetis, quo pauperib. noua melioraq; sublinderent.

Reuersuū post aliquot menses ex Apulia Principē, cōeconomorū excipiunt querelæ, L X . profusionis accusantū Elizabeth, ob eleemosynarū in pauperes exhibitā largitatē. Qui- bus ille respondit: sinit eorū meā, vt cēpī benefacere, modo arces mībi incolunges supersint. Non deerit (scio) vīctus, quamdiu illam permiserimus egenis subuenire. Dignum profecto principe responsum, cui plus cordi erat vxoris pietas, quam omnes diuitiæ, quas & amplas & exquisitas habebat: malens has liberali manu dissipari, quæ nec viuenti occ morienti sunt fidæ, quam illā non exerceri, quæ & viuentem locupletat, & moriente non derelinquit. Dignus planè & ipse sapiētis elogio, quo ait: *Mulier bona bēata vir.* Et paulo pōst: *Mulier bona in parte bonā simensiū Deum, dabat, viro pro factū bonū.* De quo (licet di- gressio videatur fieri) pauca sunt perstringēda, quibus liquidō demonstretur, eum, & eali cōiuge, & citato præconio dignū tuuisse. Ex editiore loco ducētes choream despiciēti, muliercula quædam ceteris & formā & ornatū præstātor: à nebulone, qui tum proximè spe- & dabat, ostēditur, cū hīc verbis: *Illiū ego, Princeps opume, vt amplexu fruaris (si libet) procurabo.* Tum ille toruis scelestum suasorē intuens lumīnibus: Tace (inquit) perdite, & hac suggestione supersede, si gaudete cupis nostro fauore. Peregrè quoq; apud quēdam consanguineum sibi comitē constitutus, cū noctu quiescenti nuda se mercuix adiecislet: Gualtero, qui à secretis erat, propius cubāti surgere iubet, & amotā lenani, nūmis aliquot donare: testatus postea se etiam si adulteriū ob Dei timorē minime abhorteret, nolle tamē suam Elizabeth rāto contritare dedecore. Militi etiam cuidā in honestam vxoris copiam, quia sterilis esset, ostēreti: & ita quo carebat, hāredem allequi volenti, tam prudēter tamque constanter repugnauit, vt & sc à criminoso prolapsū, & illū à præsumptā vendicaret insaniā. familiarium ac domesticorum nullus erat, qui principe in præsentiarū constituto, impudicum vel gestum effingere, & verbum exprontere auderet: quod neutrum scelus, si forte commisum fuisset, impune transiret. Rei diuinæ quotidie interesse voluit, quam & solēni & magnifico apparatu celebrari fecit. Sermo illius verax & constans, grati & hone- sti mores, misericordia in pauperes munifica: ad forminas omnes verecūdia singularis, & optimo digna Principe. Exequi iusticiā, facere iudicium, tueri pacē, ita erat illi familiare, vt principib. aliis nō minus viā demonstraret pro famâ, quam iūmē proficeret pro exemplo.

Tantæ scemina Francisc. audiens præclarissimas virtutes Ispius de ea alloquuntus est L X I ordinis protectorem, qui eādem etiam suminis laudibus extollebat, & fecit vt vir sanctus in signum gratitudinis multorum beneficiorum in suos sectatores collatorū proprium ci transmitteret palliolū, de quo ita habet codex M S. Louanien. citatus: [Mantellum suum reliquit cuidā sociæ, petenti aliquid in morte ab ea, hæc adiungēs verba: Mantellū meum, inquit, tibi relinquo: nec aduersas materiæ paupertatē, sed paupertatis preciositatem dili- guer attende. Nā tibi, teste cōscientiā, fateor, quod dilectus meus Christus votis meis dul- citer condescēdere consuevit, quoties ipso mātello cooperta dulcissimam faciē Iesu con- quirēbam.] Ille, inquā, mantellus esse creditur, quē Dom. PP. Greg. IX. dum adhuc esset in minori ori. cōsilio constitutus. propriis manibus de scapulis B. Franc. rapuille dicitur volcs & piaciens eidem, vt ipsum l. umiliāris filiæ sue Teutonicae Elizabethi, tanquam suæ voluntaria paupertati & humilitati proprium, aptum, & debitum transmittere non tar- daret. Intellexerat enim idem Antistes, quod ipsa sancta cuiusdam sincerissime dilectionis

ANNO CHRISTI 1216.	HONOR. III. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 17.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 19.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

continuā teneritudine trahebatur ad ipsum pauperem patrem Frāciscum. Quamobrem dicitus Pontifex cum prædicto sancto super auditū aliquando de ipsius famulū Dei Elizabeth sanctitate tam famosa, paupertate tam strictā, & humilitate tam profunda familiariter conferebat. Erant enim ambo, Antistes scilicet & sanctus, secretā familiaritate, & intimo amore à multis diebus coniuncti. Progressu temporis, fratres quidam de hospitali Teutonicorum prædictum mantellum sollicite procurantes diligentē custodiz manciparunt. Post pauca memorat idem codex M S. de celeberrimo concionatore fr. Bartholdo, *Fr. Barthold.* *Tenacitatem,* qui proper gratiam labiorum suorum, non solum Regem & Imperatorem Alemaniam habebat amicum: verum etiam coram multis mundi principibus & Ecclesiæ prælatis majoribus duplice honorē communiter habebatur. Inter cetera, que de dicta Dei famula Elizabeth respondit, afferret præcipue ipsum mantellum, velut felicissimum paupertatis vexillum, in quādam domo Hospitaliorum Teutonicorum apud Album castrum Spirensis diœcesis repositum vidisse, & pro libito deuotionis ipsum tunc tenuisse & palpare.

LXII. Hoc anno ædificata & consecrata est sub titulo S. Leonardi Abbatis Ecclesia maior conuentus Sagiensis, quæ ciuitas est in Normannia de quo nōs superius, & quem occupant, atque ædificare cuperunt quatuor fratres, virtute conspicui, ex iis quos S. Franciscus misit in Galliam, adiuti pietate, & liberalitate, sancti illius urbis Antistitis Godezrandi alias Gaufridi, cognomento de Muet, ut habeat Ioan. Chenu in historia Antistitum Gallie. Fabricata est magna hæc Ecclesia sumptibus Ludouici V III. Francorum Regis & S. Ludouici patris non vero Philippi. ut habeat Gonzaga, atque donata eiusdem S. Ludouici beneficentia vna ex spinis coronæ Christi saluatoris an. 1252. mensis Maij 24. ut constat ex testimonialibus eiusdem Regis literis datis Parisiis an. 1259, in Festo S. Remigii, quæ in dictæ ædis archiuo allervantur. Dimidiam etiam partem ad labentis fluvij Orichij cœnobio concessit, ut per illud liberum suum iter ducerent fratres, quando placuerit: quam donationem confirmauit Carolus VII. domumque in suam, suorumque successorum protectionem suscepit, de quo ibidem extant eius literæ datæ an. 1450. regni vero eius 28. Iacer in Ecclesia B. Egidius ex Francisci sociis, sed alius ab Assisi. Ex monasterio hoc plerique celebres virti prodierunt, præsertim duodecim illi, qui cum suo guardiano generalem Constantiensem Synodum pro tuenda sacri ordinis Minoritici obseruantia regulari, quovis postposito itineris labore, petierunt. Hos sequenti sunt Reuerendi Patres fratres Ioannes Sylvestri, & frater Germanus Aubert, sanctitate atque scientia conspicui. Horum prior sexennio familiam Observantium Vlramontanam generalis vicarius, triennio prouincialis vicarius Tolose prouincia, quam modo antiquioris Aquitanie vocant, & sexennio alteram Francię Parisiensis laudabiliter rexerit. Alter Commissarij generalis munere apud Vlramontanos patres semel, & prouincialis ministeriatu officio hac in prouincia tertio functus est. V. P. fr. Ioan. à S. Mart. qui per 11. continuos annos guardianus & Patriarcha Hierosolymitanus existens, semel, atque secundò pro Summo Pontifice, & Galliarū Rege, apud Turcarum Imperatorē honoris causa legatione functus fuit & negotiis feliciter expeditis, Parisiis in Aucmariano monasterio die clausit extremum. Hoc nostro seculo gloriosum martyrium pro Christi fide oppetuere venerabiles patres fr. Ioan. Bourges octogenarius in parœcia S. Petri de Riparia, Ducat Normann. diœcesis, que Lexouie. 18. mensis Martij, ann. Dom. 1362. qui à Caluinist. heret. sphærulis trajectus interit: eius corpus in huius loci capitulo honoris causa tumulatum est: & eius discipulus fr. Stephan. du Barquel, ex dicec. Sangiensis parœcia Burgun. nobili genere ortus, ac vir doctissimi, qui à Caluinianis. iisdem hereticis in conuento prehensus, & ad secundum lapidem à Sagieni ciuitate deductus, ibi plurimis confosius vulneribus glorifice interiit. Paulus est anno Durinii 1369. & hoc in eodem loco religiose sepultus.

LXIII. Eodem etiam anno extructa Ecclesia conuentus Cuni oppidi Romanulae à Zagona-ria duobus P.M. ad Seri ripam, illustri summa rerum gestarum Alber. Cuniatis celeberrimi Ducis, per quam notissimi. Spectat ædes ad custodiā Albinganam prouincia Genuen. Patrum Conuentualium. Circa idem tempus sub obitu S. Francisci initium accepit conuentus Theneensis Germaniae inferioris, qui ad patres Observantes deflexit anno 1340. quorum labores & indefessa studia non parum coequunt in Catholicorum obsequiis, licet proinde multa patiantur ab hereticis.

LXIV. Religiosi viri Prædicatores & Minores, quos anno superiori diximus à Pontifice septa n. m. millos ad Miramolini regnum; ut coenodiūs laterent, & securius aliis proferrent,

ANNO CHRISTI.	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MA-
1227.	ANNO I.	IMPER. ANN. 18.	NORVM. ANNO 20.

aliquando habitum mutabant, barbam, & comam nutriebant, denariosque ex elemosyna ad vestrum & vestitum recipiebant; licet haec facerent contra suarum religionum instituta, attamen ex inevitabili necessitate, & evidenti utilitate excusabantur, ut ipse iudicat Pontifex, cuius nihilominus consensum & licentiam ad maiorem animorum quietem requisierunt viri nequaquam temerarij. Quorum supplicationi Honorius graui diplomatice subscriptis: ex quo mihi videtur clare deduci in primitua nostra religione nequaquam fuisse in vsu barbam nutritre; quod & confirmare videtur; quod ex antiquis chronicis, & Mariano referam de fratre Heliā ad annum 1230. quo dura absolueretur à generali secessit in eremitorium Cottoricense, ubi singulariter notant hi authores, cum permisisse sibi crescere barbam. Diploma ex regesto Pontificio num. 146. subūcio.

*Conceduntur
quidam fe-
cundatissimi
Prædicatoribus &
Minoribus in regno Marruecosano, de mandato Sedi Apostolice
commissoribus:*

[*Prædicatoribus & Minoribus in regno Marruecosano, de mandato Sedi Apostolice
commissoribus:* Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod cum ad mandatum Sedi Apostolice voluntarie vos discriminis obtuleritis ob multorum salutem prouido ut consilio interdum mutatis habitum, barbam nutritis, & comam, non tam ad declinandum ad tempus gentis barbaræ feritatem, qua in Christianos crudelius. debacchatur, quam etiam ut prodesse pluribus, & liberius visitare Christianos in carceribus, & locis aliis valeatis, ad iniungendum eis paenitentiam, dandum salutis monita, exhibendum Ecclesiastica sacramenta. Cumque in terra illa gratis non positis victualia inuenire, pro eo quod non panis, sed pecunia consuevit ibidem pauperibus in subsidium erogari, vrgens necessitas vos compellit charitati recipere, sed parce denarios & expendere tantummodo propter cibum & vestes; vnde cum haec sint contra ordinis vestri instituta, licet videatur vobis ab his excusare inexcibilis necessitas, ac grandis & cvidens utilitas alio-

lob. 4. 21.

1. Reg. 11.

Lucz 14.

Luc. 6.

*Mortuo pa-
tre regno S.
Ludouici.*

*Mittitur si-
cornical. S.
Francisci.*

run: quia tamen cum lob veremini omnia vestra opera, districti examen iudicis recolentes, humiliiter postulaatis vestras super his à Sede Apostolica subueniri conscientia, atque fama. Cum igitur ex causa David coram Abimelech legatur habitum communias, ac Dominum se iuxille in specie peregrini discipulis eiusdem in Emaus, in fractione panis eis postmodum reuelatum, qui etiam tam David pueros super eo, quod in necessitate comedenter panes sanctos, quos eos contingere non licebat, quam Apostolos excusavit, dum ipsos Pharisæi arguerent, quod esurientes alienas non lotis fricantes spinas manibus comedebant. Nos laudabile opus vestrum piu[m]que propositum attendentes, vestris supplicationibus inclinati, super predictis vobiscum in illis regionibus, quamdiu prescripta vos arctat necessitas, & iuvat utilitas, misericorditer dispensamus, dum tamen fraus non interueniat, siue dolus, vel sinceritatem vestram cupiditas non seducat. Datum Lat. 16. Kal. Aprilis anno 10.]

Mortuus hoc anno Ludouicus octauus Gallorum Rex, cui successit in Regnum Ludouicus sanctus, quo plurimum S. Francisci tertium sodalitium gloriatur. Prima Dominicana Aduentus Rhenus solemniter inunctus est, annum agens quartum decimum. Educatus est sub tutela piissimæ genitricis Blanchæ, ei demandata, suprema viri voluntate. Ille cura, & prudenti magisterio Prædicatorum Minorumque fratrum adolescentis egregie didicit piæ numen colere, & boni ac iusti studium amplecti. Matr & filo transmisserunt ex Assisio Minores in mense Decembri cornical humile S. Francisci, quo sub morte vñus, quod illi pro magno dono venerati sunt.

ARGUMENTVM.

Creatur minister Generalis Helias fit magna militum expeditio in terram sanctam, in qua se conscribit Ludouicus S. Elizabetha coniux, quo mortuo Hydrunti turbatur & solio uxoris, cuius in plurimis illatis iniuris mira refusis patientia, sed à Domino crebras accipit consolationes. Antonius Patauinus Romanum veniens gratiam init Pontificis & Principis; deinde in Gallia magna operatur, & plures extrahit edes, quibus alia superadditæ.

Honor. 3
monstr.

ELICITER & magno sui reliquo desiderio, vita, ut bonum decebat Pontificem, transactæ terminum absolvit hoc anno Honor. III. Romæ 15. Kalend. April. Ier. 6. hebdomadæ Quintæ quadragesimæ, postquam Pontificatum gessit ann. 10. menses 8. Nec pluribus eum annis secuile nos voluimus quisquæ putet, dum superiori ann. 11. eius Pontificatus numeretur, nā à mensis Iul. iactu inchoauerat it. licet non perfecerit Freder. etiam Imperij annos prosequimur, licet enim ab Honor. & Gregor. iustis de causis saepius fuerit anathæ

ANNO CHRISTI 1227. GREGORII IX. IMPER. FR. RIBBIARDIS MA

ANNO E. 1227. IMPER. ANN. 18. NORVM. 20.

anathematisatus, nuncquam tamen ita extra solium factus, ut alter cuius annos recens-
inuit, ei sic subrogatus. Honorio suffectus Gregorius: manus Tristerio Anagnino patre
natus ex Comitibus Signis Innocentij I Lucepos, omnium Cardinalium suffragiis coop-
tatus in Pontificem 13 Kalendas Aprilis, quem honorem ei longe & sape antea praedi-
xerat S. Franciscus, hecnon Leonardus Eremita Camaldulensis, dum in illam crenunt
similcum S. Francisco secessit. Sane eius merita, singulare animi dotes, tolerati, & feliciter
peracti pro Ecclesia labores, vita & fama immaculata a quo titulo hunc ei concilia-
runt honorem, nec fuit in electorum numero, qui eum S. Petri dignum non iudicarit suc-
cessorem; nec diu illis fuit deliberandum, dum altero die post Honori obitum, cuin
Christi vicarium renunciarunt.

II. Ut ascendit Petri cathedralm non statim ordinis Minorum specialem depositit protec-
tionem, donec mense Decembri, vel ut alii placet, Septembri creato Cardinali Ray-
naldo ex Comitibus Signis, Philippi fratri filio, sodalitium impense commendauit, eius-
que cura coronatis. Adfuit etiam comitiis generalibus Minorum Romae dic 6. Iunij in
prefesto Pentecostes celebratis, pro deligendo S. Francisci successore, in quibus e Vicario
Generali factus est supremus minister frater Helias, non mediocrem tunc præ se fe-
rens pictatum, zelumque retinendi vel restituendi ordinis ritoris. Visus est agere admissibile
oblatam dignitatem, praetexens infirmi corporis debiles vires, & tanto oneri imparates do-
tes. Eo auditus cateti hominem sibi imperare cupierunt, quo humilius videbatur hono-
res respueretur, roganteque instanter ut ordinem non dedignaretur gubernare; cui non dis-
pliceret, si ille iuxta indigentiam sibi plene satisfaceret, eti vellet preciosa quæque man-
ducare, atque contra communem normam equitare. Tandem sub hac conditione & sim-
cera ordinis indulgentia, qua illo plurimum postea abusus est, acquieuit electioni de se
facta, quam Pontifex humaniter confirmavit. Suppliciter egerunt tunc cum S.D. fratres
de coniunctando inter cœlestes suo institutore, crebris miraculis claro, quod se factu-
rum, præcipio digno & magno exaruisse, promisit.

III. Controverxiūt cest inter nostros scriptores utrum Helias, an vero Ioannes Parentis pri-
mus in officio generalatus subrogatus sit S. Francisco. Chronica antiqua ordinis, Annales
Saxonici M.S. S. Antoninus, Rodulphus atque ex his alijs, Ioannem non Eliam in his co-
mitiis supremum rectorem creatum volunt. Probabilius & verius, Marianus Fiorenti-
nus, Marcus Vlissippone, citati Jacobus de Senis percutustus author in collectis ordi-
nis M.S. & Bernardus à Bella in suis chronicis, Helia tunc hoc munus conculum voivit.
Neq; enim certum se statuere posse tempus præfecturæ Ioann. Parentis ait author chro-
nicorum antiquorum, Annales Saxonici ex fide aliorum subdubie loquuntur, Rodulphus
sibi contradicit dum animo completo à morte S. Francisci ab Helia tāquam ordinis Re-
ctore millos ait Danielen cun locis in Mauritaniam (de quorum martyrio & tempore
egipcius superius) comitia aperte hæc celebrata sunt quatuor menses ante annum à dor-
mitione Francisci completum. Comprobans item ex Antonino, nescio quem dupli-
cem Ioannis Parentis generalatum, quem ramen semel obiuit, & consunduntur sub hac
generalium dispositione rerum narrationes, quæ clarius procedunt sub aduersa sententia.

IV. Venturus ad hæc comitia fr. Albertus de Pisa minister Germaniæ 4. Nonas Februarij
canuocauit omnes cultodes, guardianos & Prædicatores ad synodum Provincialem
Moguntiæ celebrandam, vbi fratrem Nicolaum à Saxoniæ custodia absolutum, suum
instituit vicarium, fratrem vero Leonardum Lombardum Saxoniæ creauit custodem.
Rebus deinde optime dispositis, cum electis à se fratribus venit ad generale capitulum,
in quo fr. Helias suadente Franciæ ministro cum à Theutonica administratione absolvit,
etique fratrem Simonem Anglicum custodem Normanniæ, virum scholasticum & Theo-
logen insigne substituit. Qui ut primus in Germaniam, cum fratre Juliano de Spira
(qui polonicum officium B. Francisci & B. Antonij nobili stylo & eadem melodia, qua
vñque in modo utimur exornatum, ut quibusdam placet, composuit) venisset, statim indixit
provinciale capitulum in festo SS. Apostolorum Simonis & Jude in colonia celeb-
rando, quod tamen certis de causis vñque ad Pentecosten sequentis anni dilatum est.

V. Hoc anno decreto supuii Pontificis Gregorij noni crux predicari erupit pro ex-
peditione terræ sanctæ, & sub anathematis pena statuit, ut primo quoque tempore
in Asiam cum exercitu proficeretur Fredericus expugnatus eos, qui Ierosolymam &
circumiacientia loca occupauerant. Ille repugnare tamen, nec tamen iter suscepit.

ANNO CHRISTI GREGORII IX. FREDERICI II. RELIGIONIS MI-
1127. ANNO I. IMPER. ANNO 18. NORVM ANNO 20.

Sigoni. de regn. Ital. lib. 7. Platina. in Greg. 9. volens, expeditionem comparare in speciem cœpit, ac Crucifixos omnes Brundusum ad diem Assumptionis B. Mariæ virginis conuenire, missis circumquaque nunciis insic. Vniuersos serme & Europæ principes expeditionis pietas exciuit ad bellum, & plurimi non solum magnam militum manum transmiserunt, verum & ipsi transfretare voluerunt. Inter primos adfuit ex Germania Ludouicus Lantgravius Hassia innata pietate, & rara persuasione vxoris Elizabethæ ut haber legenda M. S. Marianus & Bonifacius dicit. Marian. lib. 1. c. 2. Bonif. decad. 2. lib. 7. Hist. Lang. Hildesemensis acceptam, quam ille non statim, ut moris erat, vesti alluit, sed aliquan-
c. 40. Anbal. Lant. diu clam vxore seruauit, ne illam, antequam iter cœlet aggreditur acerbitate præi mag-
gr. an. 1117. rotis diuidius afficeret. Facile fuit Principi eam consolari allegata periclitantis Ecclesiæ
Theod. lib. causa, quem etiam ultra Thuringiæ terminos per bidui iter prosecuta est, casto & æquo
4. c. 4. in se con- scribit. Ludouicus I. Jr. amorem, quo principem vnicè diligebat, incitata. Sed cum ad postremum virumque di-
scendendum esset, diuinæ charitatis instictu, ad id etiam Rodolpho de Boila pincernâ viro spectatæ fidei, adhortante; videre licuit, quanto lachrymarum imbre, quam lugubrivultu sinceritatem mutui amoris vterque coniugum palam ostenderet. Elizabetha domum reuersa, velut altera Judith, depositis gloriosæ vestibus, ac viduicatis amictu resumpto, totam se Deo commendauit elusque cultui addixit.

Princeps vero post consecratam prospero successu viam ad Imperatorem in Siciliæ ci- VI.
vitatem, quæ Troia dicitur, peruenit; à quo honorifice suscepitus, cum aliquot urbes cum eo perlustrasset, tandem Brundusium appulerunt. In vicina insula S. Andreæ fe-
bricitare capir Lantgravius post familiaria habita cum Imperatore colloquia, nihilominus nauim concendens è portu Brundusij solute cum cætero exercitu. Inde venerunt Otrantum, aliis Hydruntum, vbi Imperatricem salutarunt, sed Lantgravius grauius seribus vexatus ad nauim reuersus decubuit, quibus exardesceribus ad extrema vite perductus vocato Patriarcha Ierosolymitano, ab eo cooperante etiam solemniter Epi-
scopo sanctæ Crucis, Eucharistie, & sacra vocationis sacramenta suscepit. Completis deinde omnibus boni principis officiis obdormiuit in Domino 3. Idus Septembrii non sine propinati ab Imperatore veneni suspicione, ut habet Sigonius, qui cognita eius morte celestissime inquiunt Platina & Krantzus eo adnauigauit, omnemque eius su-
pellectilem, multam numis diripuit. Verè pius princeps, & dignus qui non peregre, sed domi sua diem supremum obiret: nisi parui referret, vbi terrarum mortales natu-
re concedant, qui mori semel habent. Annales Lantgrauiorum Thuringiæ inter Ger-
manicas historias procul, albas se circundantes vidile in morte columbas referunt; miraculis claruisse, eiusque diem festum Ierosolymis celebratum scribunt Symon de Ke-
zra in chiron. M. S. Marian. cir. And. Thu-
ring. a. 1111. za & Marianus, Christianissimum & beatissimum principem appellant dicti Annales, ciusque hæc addunt elogia. [Ludouicus gloriatus princeps Thuringiæ, dignus consor-
cio Elizabethæ, exitit mediocris statura, decens valde proceritas, & gloriatus vultus se-
renitas. Erat pudicus, carne mundus, cunctis affabilis, Ecclesiarum & cœnobiorum fidelis protector. Erat tunc sublimis Thuringoruim prouincia, tanti principis nomine insignita, sanctaque Elizabethæ meritis nominata.] Historia item de Lantgraviis ita ha-
bet. [Iste Ludouicus Lantgravius fuit multum virtuosus, eloquio dulcis, moribus sua-
uis & virilis, in exercitiis militaribus strenuus & agilis, pauperibus benignus, ad vxorem suam dilectissimam Elizabeth multum affabilis: & quia videbat vxorem Deum diligere,
& se in misericordia operibus exercere, carnem iciuus & allis castigationibus domare:
quamvis aliquando doleret, timens de eius teneritudine corporis, quod absque pericu-
lo mortis non posset ferre tantas abstinentias, tamen sibi in omnibus cooperabatur.]

Nihil ergo mirum, si quem habuit in bonis operibus cooperatorem, modo ha- VII.
beat sancta vxor in laudibus consortem, & dum Elizabetham tanquam nostram coin-
fessi. 6. v. 1. Montan. c. 14. mendamus, collaudemus in sanctis operibus maritum. Vere mulieris bone beatus vir, qui in carnis præmium accepit corum, quæ sancte cum sancta gessit vxore, & cuius fama beatur celebriorque redditur propter sanctæ consortis memoriam. Ad illam porro ut redeamus: Qui triste nuncium de Principis morte perserebant, Thu-
ringiam ingressis, prudenti amicorum consilio prouisum est; ne ab aliquo mortali-
um, præter quam Sophiam, defuncti matre Elizabeth viri mortem audiret. Time-

ANNO CHRISTI 1227.	GREGORII IX. ANNO I.	FREDERICI II. IMPERIA. AN. 18.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 20.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	---------------------------------

banur enim ne teneritudine muliebri forte ad præcipitem cuiuspiam narrationem, animus eius grauiori vulnere fauciaretur, ut sunt omnia subita ad repentinam animorum mutationem efficacia. Sophia nil morata, ubi agentem in arce inuenit Elizabeth, post familiaria salutationis verba, sic eam conuénit: Ne grauatum accipias, ô filia, si quæ Principi filio meo acciderint, declarauero tibi. Quibus Elizabeth auditis, captu cùscite suspicata, respondit; si captus atque in vincula coniectus est frater meus, quare primum per Dei gratiam, & amicorum munificentiam liberabitur. Tum Sophia: diem, inquit, suū obiuit. Percusa mox graui mortuidine, ad tam infastre rei nuncium Elizabeth, consertis inuicem manibus, amarissime flere coepit, dicens; si mortem frater meus obiit, & mihi quoque posthac mundo eiusque vanitatibus defunctor, morietur mundus ipse. Videtur erat, ut dolorem de morte Principis conceptum augeret desolatio illustris vidua, cunctisque impræsentiariis consistentibus lachrymas exciret vberinas,

*Reformæ Eli-
zabethæ mori-
tatis.*

VIII. Non defuit in tempore desolatæ inulieri divina consolatio, quæ deieictum macerore animum ita ressecit, confirmavitque, ut & præsentibus malis minime succumberet, & multo grauioribus, quæ illi postea superuererunt, sustinendis par esset. Siquidem paruo post tempore magnates quidam, qui Henrico defuncti principis fratri per etatem ad regendum principatum necdum idoneo, authores erant posthabito Dei timore, ac publicâ honestate contempti; afflictam Dei famulam grauius afflitti, fortunis omnibus exutam, ceu ignobilem aliquam, arce coegerunt excedere. Amplexa est pro Deo ignominiam Apostolorum imitatrix, & martyrum digna purpuris. Nulla in corde libido vindictæ, nullum in ore murmur, nulla in gestibus indecentia. Latabatur quidem tacite virtutis conscientia & fiducia in Deum subiecta, etiam foris pro indignitate feruissimæ cœtionis, verecunda lachrymis affatim ora rigantibus. Iam tunc multo præstantior Princenſi illo philosopho Biante ibat, nihil secum portans rerum caducarum i quod nimis longe meliora bona, non humeris, sed animo gestaret, quæ nec rapinae essent, nec furto prostancia. Exacta igitur propriis ædibus ad inferius oppidum protecta, in caponiam vbi erat (vt habet Bonau. Bonifucus & MS. Louanien.) hara porcorum, quæ misericordia primum offerebatur, vna cum ancillis diuertit; mansitque ibi tantisper, dum noctis medio significari campanæ pulsu diuinæ laudes in cœnobio fratrum Minorum audiueret. Quò cum venisset, rogauit obnixe fratres, ut hymnum quem *Te Deum laudamus*, vocant, decantarent; quo sciemet, non modo patienti, sed & leto animo præsentem calamitatem ferre declararet, Apostoli vocem pariter & exemplum secuta, qui gloria Rom. 5.1.
in tribulationibus, ac Deo gratias agere, & alios docuit, & ipse imprimis non omisit.

*Ejusmodi ergo.
manni.*

IX. Cum autem propter servitiam eorum, qui arcis præsidebant, vix unus aut alter ciceram recipere auderet hospitio; fanum ingressa desolata mulier, magnam inibi partem diei consumpsit. Quò cum & liberi eius nouo inhumanitatis genere ex arce fuissent allati, pari cum matre infortunio constringendi; credi potest dolori additum esse dolorem accessione grauissimam, tum quod hyems erat, tum quod ipsa & domicilij & rerum omnium inops, ne tantillum quidem habebat, quo se, ancillas, liberosque vel unum diem sustentaret. Necesitate ergo, quæ legem non habet, coacta, sacerdotis cuiusdam hospitium precario, aut mendicabilo potius consequitur, vbi cum non tam incommode sed & misere degeret, in armuli cuiusdam sui ædes, quæ pro spatio commodiores videbantur, iussa immigravit. Sed nec ibi agenti potuit villa vel commoditas, vel quies contingere; quando & hanc domesticorum petulans, ad inferendas iniurias libido perturbaret, & illam denegatum iussa mansionis spacium intercipere. Inde ergo migrans, ac pauperibus, qui se qualicunque sepimento à pluviâ & frigore defenderant, valefaciens, ad prius hospitium (quandoquidem toto oppido alium adire minime dabatur) remeauit, dicens: Pauperibus quidem gratias ago, easdem hominibus; etiam actura libenter, si causa cur id facerem, subesset. Sic filia Regis ab altissimo diuinitarum culmine deiecta, eousque paupertatis deuenit ut ablatis vita necessariis, etiam angustias ergastuli magis, quam diversorū, non sine mendicitate adipisceretur: & quæ pauperum liberos maternâ pietate tollere solebat, suos ipsa cogeretur alendi gratia ad alios transmittere. In hac tamen rerum difficultate posita nihilo erga pauperes minus afflicebatur, subtrahens sepius genio suo, quod illis erogaret.

*Bonau. Ser.
de S. Eliza-
bethæ.
Bonif. de-
cad. 2. lib. 7.
MS. Louan.
an. med.*

*Eicdi etiam
liberi.*

*Mendicabil-
bus.*

X. Mirandis plus mira succedunt, dum ex omni parte insignis patientia clarissima docu-

ANNO CHRISTI
1227.GREGORII IX.
ANNO I.FRÉDÉRIC II.
IMPER. AN. 18.RELICIONIS MIE
NORVM AN. 20.

Marian. cit.
Bouau. cit.
menta se produnt. Anus quædam erat, cui Elizabeth languore patieret & in opia presit, multa pictatis beneficia præstiterat. Forte iis duabus, è diverso obuiam libi nescio itinere factis, qua transiuris munera erat extantibus via salicibus ob profundioris arenæ verterebatur, anicula cedere benefactrici suis designata, eam rigido præter quo impasseam occursu, in cœnum disturbata, iacentemque risu & conuictis incessans, abiit. Elizabeth peritus plurimo luto vestibus, adeo mihi animo illaram tulit inueniam apud exurdantes latioris conscientie gaudio vultum serenitate perfusa subtiliter.

Verum is, qui iuxta esse tribulatis consuevit, famulam suam, ne grauiore aduersitatis mole poccia deficeret, hoc modo dignatus est consolari. Quadragesima dies aduenierant; & illa consueto pictatis studio rem diuinam audiens, genibus nitibatur. Vbi Sub missa exordio re-
puor. expendens diuini sacrificij inestimabile pretium, incalescentibus paulatim præcordiis; adeo vehementer cogitat supra mentis arcem euecta est, vt attonita similiis, inconniuentibus notabili morâ luminibus, aram intueri, ab Isintrude pædisequatum vnâ sit adnotata. Abs quâ, cum pro fiduciâ familiatricis Elizabeth, multis perurgetur precibus, ut quidnam cœlestium rerum sub attoniti prospectus hora vidillet, candidè pacifaceret, ad postremum ait: Non est mihi integrum, ô filia, quæ viderim, cuiquam reuelare mortaliū. Id tamen scias velim, me summo referam gaudio fruile; ut pote mentis oculo arcana cœlestia contemplantem. Paulo post ad hospitium reuertit, cibo per quam modice sumpto, quod languidiore corpuculo esset; ceteris paubilper exire iussis cum in sudorem iret, veluti quiescendi gratia in gremium Isintrudis reclinato capite, ad oblectum parietem oculos cogitabunda desigic. Exiguum temporis mediū, cum ecce serenato vultu festiuiter admodum cernitur subridere; rursumque facto parui temporis interualib; abacta serenitate, clausis genis, fletu madescere: iterumque non multo post tempore risu sereniore perfundi, quo demum cessante, denuò lachrymis profusioribus opplesi; eaque vicissitudine dictu in vesperum deducere; prolixius tamen ac sibi serenata, quam fletui dedita, denique hæc verba facere: Ita mi Domine, vt tu esse mecum digneris; ita & ego nunquam abs te separata, tecum manere persecutabo. Isintrudi, quæ hæc omnia diligenter adnotauerat, instantius postulanti; vt, quid rei contemplata fuisset, aperiret; quamvis inuica, aliquando tamen precibus deuicta, respondit: Vidi, inquiens, aperito cœlo consolatorem meum Christum Iesum ad me usque inclinatum; qui animum meum graui tribulationum fasce degrauatum, benignâ consolatione leuauit, refouit, confitauit. Cuius ut præsentia serenitatem vultus placidumque risum pro me cerebam; ita auersione disceiluque soluebar in fletum. Quem ille protinus inserviatus, cum redire in naturasset, dicens: Tibine mecum esse liber, vt ipse tecum volo? respondi: Ita mi Domine, vt tu mecum esse digneris; ita & ego nunquam abs te separata; tecum manere persecutabo. Ita sibi mirabiliter contemplationi dedita rerum cœlestium supra se rapta, sibi insensibilis conspecta est; quin etiam teste Anonymo Louaniensi, & Mariano pluries ab oratione plerique viderunt faciem eius mirabiliter fulgentem, & quasi radios Solis ex eius oculis procedentes.

MS. Louan. cit.
Marian. cit.

Plurimas etiam accepit reuelationes à B. Virgine Maria, frequenter, & veluti ad delicias, nütumque ei apparente. Quasdam refert Marianus reuelationes ei factas, in quarum primâ ei retulit Virgo Deipara, quomodo educata est in templo, quibus horis, quo affectu Deum orabat, quales ei petitiones offerebat, & quam obnixe eius deprecabatur in carne aduentum. In secunda narravit, quas consolationes accipiebat ab Angelis, & quod aliquoties usque ad conspectum Dei Patris euchebatur, ubi tanto replebatur gaudio, & spiritus letitia, vt omnium, que in mundo erant, obliuisceretur, adeoque familiares habuerit has rerum supernarum contemplationes, vt semper sibi videretur in cœlesti curia versari. In terra autem posita quando considerationem ad quascunque creaturas voluebat magno amoris incendio cunctas venerabatur propter factorem, omnibus propter eundem se profunda humilitate subiiciens. In tertia eam instruxit circa modum, quo Deus suis dilectis hygnetia impetrat per multas corporis tribulationes, & qualiter per immillam gratiam adeo animam dilat, capacemque reddit amplioris augmenti, vt veluti distidat ex sancta humilitate se tanta ac talia recipere posse Dei beneficia, quæ ei quotidie & ulterius proximitate consultaque Elizabethæ vt se diuina committat voluntati & beneficentiæ, plusque tribuat Dei potentie quam distidat de sua indignitate. In quarta dubitanti & interroganti Elizabethæ, quare B. Virgo horas plutes, & aliquando noctes

ANNO CHRISTI GRAGORI IX. : FRÆDERICI II. : RELIGIONIS MI-
1217. ANNO I. IMPER. AN. 18. NORVM AN. 20.

noctes dormines ducebas in oratione, veluti venie indigas, cum fuerit gratia plena, neque vñquam Deum offenderis? Respondens ex summa humilitate, neque id inaniter se fecisse, arque huiusmodi orationes tam sibi per frequens gratia argumentum, quam aliis per multa collata beneficia profecisse, arque Deum in ea merita plurima, & exuberantem gratiam depositisse, ex cuius plenitudine fideles omnes accipiant: deinde non sine multa prece, & virtutum exercitio omnes in summo gradu acquisisse, & tandem omnibus vñdique florentem, more libus datam in sacram exemplar.

XIII. In quaerita videt pulchrum mausoleum magno circumfusum lumine, floribus adornatum, circumstantes innumerous angelos, inde prodeunt, & in celos cœptam mulierem speciosissimam, occurrente sibi Christo. In hoc spectaculo dixit ei Angelus, cum quo sepius sermonem habebat, adumbratam fuisse Virginis Maris Assumptionem secundum corpus & animam. Potro reuelatum religiosissimæ cuidam feminæ Elizabethæ in finibus Saxonie runc viuenti, viuiscaturum fuisse corpus Sanctissimæ Virginis, & in celos allumplum non nisi quadraginta dies post eius mortem, refert Ioannes Beleth, qui illo tempore vizit, & quadragesima ab hinc annis opus suum de diuinis officiis composuit, à quo etiam illud accepit Guliel. Durandus: Elizabetham autem illam Hungaricam hanc nostram fuisse vult Antoninus dum ex quodam Iacobo de Viora, obscuro ignotoque auctore (nisi fortasse error sit typographiz.) & Iacobum de Voragine intelligat, qui eius etiâ meminit visionis hanc ipsam ei tribuit reuelationem. Et sane tempus locusque concordant. Quid autem de fide huius reuelationis dicendum sit prorsus nescio, licet Belethus & Durandus dicant sanctam marinam de hac re opusculum composuisse, quod tamen monent ab Ecclesia minime comprobatura. Id noui, alias in eadem fuisse opinione, & secundum illam duas celebrales Mariæ Assumptiones, vnam animæ 15. Augusti, alteram corporis 23. Septembris. Quibus saec. Martyrologium Bedæ in quo prima commemo- ratur 18. Kal. Septembris, secunda 9. Kal. Octobris, qui est quadragintus à die mortis. Nisi velis cum Baronio, huius sententia aut credulitatis viros secundam hanc Assumptio- nem dicto addidisse Martyrologio; neque id omnino improbabile, in sacra enim Ephemeride, seu Kalendario Bedæ, quod videre est in primo tomo eiusdem, nihil tale habetur, sed more Kalendarij Romanij ad 18. Kal. Septembris absolute commemoratur Assumptio Sanctæ Maris, quod & confirmant è regione posita carnina, seu metricum Martyrolo- gium Vvaravelberti monachi Prumiensis.

XIV. An tanto vel breuiori tempore iacererit exanius corpus in sepulchro, dicit S. Antonius omnino ignorari, neque à doctoribus quidquam circa hoc insinuari: vnde subdit, in huiusmodi licere vnicuique in suo sensu abundare, & opinari quod sibi magis videtur consonum rationi. Verum est nihil ab Ecclesiæ doctoribus in hac re decisiun, insinuata tamen plura, quæ probabiliorem reddunt coniecturam, corpus post triduum allumplum fuisse in celum. Ex Iuuenali enim Ierosolymitano refert Nicephorus, post triduum aduenisse Sanctum Thomam Apostolum, referatumque monumentum ut factum corpus videret, & adoraret, neque quidquam ibi repertum praeter sepulchralia lingue agmina. Deinde ex congruitate videtur verolimilis virginem in hoc filio allumplacatum fuisse, cuius corpus triduo iacuit in sepulchro; quam opinionem communiter nunc complectuntur do- ctores. Neque proinde destratum velim fidei aut sanctitati Elizabethæ, nec punitus con- demnauerim reuelationem, præsertim cum ipsa in opusculo dicat, iusulic Sacratissimam Virginem carnibus & incredulis celandam, deuotis vero & fidelibus non absconden- dam. Prudentes & pli viri nouerint in huiusmodi reuelationibus vbi adhibenda, & vbi suspendenda sit fides. S. Gregorius ait: *siquidam Santos Prophetas, dum consiluntur ex magno usq[ue] prophetæ, quæda ex suo spiritu preferre, & se hoc propheta spiritu dicere sufficiat;* quod exemplo confirmat Nathan Prophetæ qui Davidem volenteum dñm Domino ædi- care, iustit ut faceret, quod tamen consilium nocte sequenti docuit Deus à le non prodii- sic, dum ei prædictum ut Davidi dicceret, ne opus aggredereetur, sed alteri illius molitione reserueret. Eodem exemplo vñt S. Antoninus pro hoc nostro arguento, de quo yi- deri potest S. Thom. 2a. q. 171. art. 5. Gaspar Sanctius in citatum locum libri Regum, & Ioannes de Horozco, Quartuarias tractatus, quem Hispanica edidit idiomate, de vera & falsa propria lib. 1. c. 16.

XV. E Sicilia, in quam superius diximus aduersis ventis transvectum, missus Romam hoc anno S. Antonius ab aliis prouincie Ministro ad res quasdam obeundas, vbi tantum principum

*Vñsio de Af-
sumptione
Maria Vir-
ginis.*

*Beleth. de
diuin. offic.
c. 146.*

*Durau. lib.
7. rational.
diuin. offic.*

c. 24.

*Anton. tir.
19. c. 11. ad
fin.*

*Iacobus de
Verag. legé-
da 14.*

*Quatu[re] dies à
mortuæ assump-
tione corporis
vñgrediuntur.*

*Baron. an.
48. n. 1.*

*Probabilium
post triduum
assumptum
fuisse corpus.
Niceph. lib.
2. hist. c. 13.
Vide Suar.
tom. 1. in 3.
p. disp. 21.
sec. 2.*

*Vates al-
quando ex
temeris
prophetant.
Greg. hom.
1. in Ezech.
2. Reg. 7. v.
3.*

*Thom.
banc.
Horozco.
S. An. 1223.
11. 12.
Vñs Romæ
Antonius
Parvulus.*

ANNO CHRISTI 1227.	GREGORII IX. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANTI 18.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 20.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------

principum Ecclesiaz erga se benevolentiam expertus est, ut & ab ipso Pontifice Maximo & ceteris omnibus, conciones illius incredibili studio & deuotione auscultate sint. Tam enim sublimiter secundo ore scripturaz mysteria depromebat, vt Pontifex maximus singulari quadam prærogatiâ, eum *Arca testamenti* appellaret. Habebat hoc vir Deus, ut sermo eius pro rerum diversa ratione semper in gratia, sale discretionis esset conditus, noueratque pariter & placidum & severum se exhibero: quâ re fiebat, ut sermo eius & amore, & timore afficeret auditores. Mirabantur in illo viri litterati tantum ingenij acumen, tantamque eloquentiam, nec non illum erga omnes, miro quodam prudentia & discretionis pondere sua verba librantem. Maiores non sine admiratione attendebant *spiritualibus spiritualia comparantem*; minores stupebant vitiorum causas & occasiones sapienter resecantem, & virtutes ac bonos mores cum multâ cautione inserentem. Denique omnes omnium statum, ordinum, conditionum mortales, accommodatas sibi doctrinas & institutiones ex illo se suscipere letabantur. Nec immerito illi tributum fuit à Pontifice, vt *Arca testamenti* diceretur, ita enim utriusque instrumenti paginas memoriz plane affixas habebat, vt instar Esdræ potuerit, si sic res postulassem, omnes scripturas diuinias in integrum de suâ memoriâ, etiam codicibus omnibus prorsus abolitis, restituere. Testantur hoc, qui eius quotidiano conuictu & familiari consuetudine diu vni fuerunt. Nec ei desuisset facultas, si res poposcisset, omnia scripta diuinâ luculenter, & multiplici ratione exponendi & interpretandi.

Tunc fortasse rarum illud accidit prodigium, quod cum ex Pontificis præceptio ser. XVI. *A variis gentium au-
diuntur pre-
dicamus intel-
ligimus.*
*Legem. p. 15.
A. d. 1. 6.* monem haberet ad innumeram multitudinem diuersarum gentium, quæ tunc in urbem ad Indulgentias Paschales conuenerat, renouatum est illud præclarum miraculum, quo olim in Pentecoste Apostolos illustrauit Christus. Nam beati viri linguam ita instruxit gratia Spiritus sancti ut singuli & aperte audirent, & plane intelligerent idioma regionis suæ, in qua & nati & educati fuerant: quemadmodum multi ex eis postea præ certo affirmarunt.

Factus tunc guardianus Podiensis, sive Auicensis in Gallia, ita dicta ab Auicio colle, XVII. *Ibid. c. 19.* summa humanitate & prudentia fratres rexit & proximos continua prædicatione miraque exemplo ad frugalem vitam reduxit. Præ ceteris lucratus est singulari arie notarium quendam omnino lubricum, carni & mundo totum addictum. Eum quoties præteriret vir Dei, nudato capite coram illo genu flectebat. Ille vero existimans id in sui tristionem, & consumeliam fieri, animo perturbabatur: dabatque modis omnibus operam, ne illum unquam obuiam haberet. Sed cum die quodam ab insperato cum transiret vir sanctus, & ita, vt diximus, erga illum se gereret, exacerbatus homo dixit, nisi timerem Dei iram, gladio te percuterem, quod ita me ridiculum facis: Quid sibi vult illud, quod coram me poplitem haec? Respondit vir beatus: Ego me libens Deo martyrem obtulisse, sed illi non placuit de te autem ille mihi revelauit, præclarum te martyrem fore. Oro itaque ut vbi ad martyrij agonem peruenieris, mei menor esse velis. Hoc ille audiens, risit. At non multò post tempore Episcopus Podiensis cum multis aliis profectus est Microsolymam, ut Saracenis Christum prædicaret. Et ecce diuinitus permotus notarius ille, vendicis suis rebus omnibus, cum illo iter aggressus est. Cum autem peruenissent ad Saracenos, & Episcopus sic satis frigide haberet conciones, semel quidem & iterum, & tertio notarius dissimulauit. At tandem in illar. B. Vincentij increpat Antislitem, quod ita frigide fidem Christi & prædicet, & propagnet; diuinoque afflatus spiritu cum multo feruore cœpt docere Saracenos Christum esse verum Deum & Dei filium: Mahometem autem esse filium Sathanæ & perditionis. Quod illi non ferentes, rapiunt hominem, & per triduum diris eum suppliciis excruciant. Cumque iam ad mortem duceretur, exposuit fratribus Antonium id prædictisse, quod ipse martyr futurus esset. Fuit ea res populo occasio, multadeinceps reverentia beatum Antonium prosequendi.

Eius opera circa hoc tempus ciuis quidam Briuensis in Aquitania, nomine Quintus de Falceti suis sumptibus in eadem ciuitate Minoribus domum extruxit, quan turbulento hoc seculo nefarij heretici solo æquarunt, occisis in eadem religiosissimis viris Stephano de Berda, & Antonio de Fulchro viu eorum impietatem detinatis, & sancta Romana Ecclesia fidem constanterne prædicantibus. Aliquam in hoc doino vir Savetus Antonius moram traxit, & extra urbem inuisere hec speciem, in quam orationis, & penitentia gratia sedere solebat. Non longè post in eadem provincia alij monasteria

*Saveta. in
pro. Aquit.
Recent. con.
4c.*

*Conventus
Briuenis.
Indid. con.
4c.*

*Civitas. S.
Antonii.*

XVIII.

ledi

ANNO CHRISTI GREGORII IX. FREDERICI II. RELIGIONIS MINORUM AN. 20.

1227. ANNO I. IMPERA. AN. 18.

dedit initium, quod ab eo nomen accepit, cuius modo ferrum nullum est inuenire vestigium post hærelicorum rabiem, qui illud à fundamentis euerterunt.

XIX. Incertum an in itinere Galliam versus, an potius in redditu initium dederit conuentui Glemonæ (oppidi regionis Forijulij in montibus supra Vtinum sita, cuius meminit Paulus Diaconus in historiis Longobardorum) quod tamen illi adscribunt Rodulphus & legenda MS. propterea que ab eo cognominatum locum S. Antonij. Addunt item quod cum locum construeret, bubulum quendam rogauerit, ut currum sibi præberet ad descendos lateres pro loci huius constructione. Ille (vt est rusticorum mos) dissimulauit se cursum præstare non posse, quod vcheret iuuenem mortuum, qui tamen dormiebat. B. Antonius discessit, rusticus vero subridens iuuenem dormientem cœpit excitare: dormitar ille, instat rusticus ac vrget, quem cum excitare nequirit, sensit esse re vera mortuum. Tunc relicto plastro bobusque, accurrit ciuilans ad sanctum virum, profusis lachrymis fatus ad eius pedes orat, obsecrat, vt susciter iuuenem. B. vir motus prece, motus casu, facit signum Crucis super occubantem, submurmuratque ore & spiritu, & erigit ad vitam reuocatum iuuenem. Floruit in hoc conuento magister Aloysius Pighilinus.

X X. Absolutum hoc anno monasterium S. Mariæ Annuntiatæ vrbis Cænomanen. Super Sartam fluuium sita in Gallia Lugdunen. sub Archiepiscopo Turonen. studio & expensis nobilium quorundam Cænomanensium, sed præcipue Gaufridi de Laual ex illustissima familia Laualenli orti, eiusdemque vrbis canonici, qui datis literis ad S. Franciscum binos saltim ex suis fratribus (quorum bona fama iam inualuerat) in eam mitti ciuitatem rogitauerat, spondens se illis in omnibus adfuturum, & pro temporis opportunitate rerumque familiarium facultate domum exstructurum. Miles illuc quidam fr. Electus vir prudens, spectata vita & probata doctrina cum alio ignoti nominis socio, non anno 1209. vt nimis immature habet Gonzaga cum in primis adhuc incunabulis versaretur religio, & paucissimos haberet Franciscus sectatores, quorum nomen tunc extra suburbium rus Assisi non serebatur, sed potius 1219. quo solemnia illa conuocauit coenitiae, ex quibus cōfodales in plurimas orbis partes dispersit. Vnde mendum esse putem in numero, restitendum item numerum 1215. quo ait cœptū ædificium, reddendumque 1225. Neque eos potuit recipere, quem ait Hamelinus, siue Amelinus Episcopus, sed Mauritius, qui cū sexdecimi annis federerat, translatus est ad Archiepiscopatū Rothoingagen. an. 1231. inter quem etiam & dictum Ameliū intercessit Nicolaus, qui Pontificatū ferme gessit annis duobus, vt habet, catalogus Episcoporū Cænomanen. apud Ioannem Chenu. Illud etiam irrepsit erroris, quod dicat Berengariam Reginam, Joannis Anglorū Regis vxorem, tunc Canomanorū Comitissam fundū ædis struēdæ donasse, neque enim illius nominis, in quo etiam lapsus est Abrahamus Brouius, cōiugem habuit Ioannes, cui præter violati thori adulteria, duas tantum tribuunt vxores terū Anglicarum scriptores, Anisiam viam, filiam Roberti Comitis Glocestriæ, quam repudiauit in ipsis sui principatus auspiciis; siue iure, quasi tertio consanguinitatis gradu conlunctam, siue inuria: Isabellam alteram filiam Comitis Engoliæ, Hugoni Marchiæ Comiti prius desponsatam, & ab eo violenter ablataam, quæ ei superuixit, & cum prædicto Comite Rege defuncto matrimonium coiuit.

X XI. Berengaria quam filiam Garsiæ Regis Navarræ perperam dicit Vergilius, & verius Sanctio Nauarro, cognomento Sapiente, genitam atlerit Zurita, coniunx fuit Richardi primi, ob magnanimitatem Corleonu dieti, qui mortuus est ex sagitta venenata in oblio- ne Calucæ in traetu Lemouicensi anno salutis, vt habet Vergilius 1200. seu 1199. vt refert Vvalsinghamus. Huic succedit Ioannes frater, cuius in auctoritate Alconora Ducissa Aquitanæ præcerat regionibus Gallicis Anglo subiectis, quæ etiam obiit 1204. Ab Isabella itaque, (modo à Ioannis vxore vt vuln. Gonzaga) beneficium fratres accepisse dicendum. Qui dum religiosum habitaculum nō habuerunt, morabantur in Episcopio Domina deuote seruientes, & diuinum officium in cathedrali Ecclesia recitantes. Reliquum vero temporis, aut infirmorum obsequio, aut prædicationibus, vel honestis laboribus impendebat, quorum vitam & bonum exemplum multi ciues amulati se illorum sodalito statim addixerunt, ita vt ante expletum annum 1220. ex numero conuentus fratrum dici metarentur. Gaufridus autem supradictus ad Episcopatum illum electus an. 1231. omnem suam fratribus præsulit operam, & anno sequenti consecravit Ecclesiam sub nomine Annunciationis Virginis Mariæ, in qua sepeliri voluit anno 1234. quo obiit. Non modice asticebatur erga hunc conuentum Philippus Valesius S. Ludouici Tolosani Episcopi cōsanguineus,

Claes. Gle-
mons.
Paul. Diaz.
Rodolph.
fol. 272. le-
gen. MS.

Antonius
mortuus ex-
fuscauit.

Copus Ann-
tis Cæno-
manen.
Gonz. in
pou. Tu-
ton. cou. 2.

Chenu de
Episcop.
Gallie.

Brou adhuc
an. 11. 10
Polido. Ver-
gil. lib. 13.
hill. Angie.
Harpfeld.
seculo 13
c. 1.

Verg. cit.
post med.
Valling. in
Ypdingmat.

ANNO CHRISTI 1227.	GREGORII IX. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 18.	RELIGIONIS MT. NORVM AN. 20.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

qui datis authenticis litteris apud S. Germanum in Laya 13. Septembris an. 1331. statuit missam in honorem dicti S. Ludowici singulis hebdomadibus perpetuo in illo cœnobio decantari, quod diligenter à fratribus obseruatur. Anno 1362. Hugnostici heretici locum, omnium, quæ in Gallia incendio perierunt, primum incenderunt. Cuius ruinæ magnum oppidum reserunt, tanta erat ædificiorum amplitudo modo tenus est incolatus fratum, & a sexagenario numero redacti sunt ad triginta.

*Contra. Virg.
decim.*
Ibid. con. 4.

Eadem ferme patitur difficultates extructio conuentus Sanctorum Ioannis Baptizæ XXII. & Euangeliæ oppidi Vindocini diœcesis Carnotensis in Gallia ad Lidi fluuij marginem, quam supradictæ Reginæ Berengariz paulò post obitum S. Francisci, vel adhuc illo superstite tribuit Gonzaga: sed in nomine ei impositum proximè ostendi, quantumuis dicitur eius obitus dies in Kalendario cuiusdam vetustissimi Collectarij MS. memorari. At non Berengariz nomen ibi exprimi additur, sed Reginæ fundatricis dies refertur. Quod etiam dicat huius monasterij Ecclesiam à supradicto Episcopo Gaufrido (quem hic Go-
Idem con. 1. defredum vocat) an. 1249. consecratam, error est, nam ille (vel ipso Gonzaga teste) obiit an. 1233. vel ut habet citatus catalogus Episcoporum Cœnonanorum an. 1234. cui succedit alijs Gaufridus cognomento de Loduno, qui annis duobus supra vlginti sedet in Pontificatu, & insigne monasterium Carthusianorum Cœnonanis extruxit. Bochardus Vindocinensis Comes concessit fratribus clausuram aluei Lidi fluuij per medios hortos decurrentis, ut videlicet suos pannos secreto intra conuentus districtum lauarent, ne in illam partem lottes & mulierculæ ad sua ministeria confluenter. Ita constat dato diplomate an. 1269. Fertur Ibidem in quodam facello nunc diuino Bernardino sacro, asseruari corpus B. Massel, quondam S. Francisci discipuli. An illius de Maignano Francisco satis familiaris non est omnino compertum.

*Pontifex et
mendes fra-
tris de par-
titione.*

Commendauit impensè hoc anno statim in auspiciis sui Pontificatus dominus Papa XXIII. vniuersis prælatiæ fratres de penitentia seu tertij ordinis exhortans eos ut penitentes hos viros non cogant ad publica munera, vel officia obeunda, nec ab eis extorqueant iuramenta. Incipiunt litteræ Apostolice. *Nimus patenter, datæ 7. Kalen. Junij Pontif. an. 1. in* quibus testimonium perhibet probasle institutum hoc suum prædecessorem Honorium.

ARGUMENTVM.

Solemniter canonizatur Sanctus Franciscus ubique prodigiis, & miraculis (quorum plurima narratur) coruscans. Hymnis Ecclesiasticis & Rhythmis Pontifex cum Cardinalibus viri famam & nomen extollunt, decretâ item structura novilis templi in eius honorem. Elizabetha Landgravia parante consanguinei secundas nuptias, quas refugit, neque ad dignitatem renunciata sit in palatio. sed pro Dei amore summum humanarum rerum ambit contemptum, cuius sanctum propositum Pontifex litteris probat. Ordo valde propagatur per utramque Germaniam.

*Legan. an.
piq.
Marian. c. 1.*

ELEBREM hunc annum reddidit canonizatio S. Francisci, quam diffusè, & ex circumstantiis refert ex Thoma Celano Marianus. Breuius graviora exscribimus.

*Ex regesto
Greg. ep. 10.*

Gregorius tumultuantem ex suggestione Frederici Imperatoris populum Romanum non facile compescens, declinavit ad ciuitatem Reatinam, ex qua non. Maij graues litteras scripsit Frederico, ut cessaret à tyrannide, & infinitis cruciatibus cleri regni Sicilie & Apulia, cuius clamorem, vulnatum, & stridorem miserabilem ad se ascendisse testatur, & in fine Epistola ait se ad eum mittere B. & R. fratres Minores, si forsitan sero saltim salubriter monitionibus Pontificis aures adaperiat, quas eousque nimium inconsulte clauserat. E ciuitate Reatina venit Spoleto, mox Assisium visitatis prius S. Clara & consolabibus, quæ extra urbem ad S. Damianum quotidiano boni nominis incremento sancte vivabant. Nullus harum virginum sanctimoniam magis perspectam exploratamque habuit ipso Pontifice, qui in Cardinpalatu eorum protectore in egl. consilio, re familiari, & singulari eis adfuit patrocinio. Protracto familiari colloquio cum principaria Clara tamen subiunxit, eam propter pericula temporum, & euentus seculorum debere possessiones admittere, quas spopordit se plenè & abundantor elargiturum. Fortissimo & constanti illa restituta animo

*Visitas Gre-
gorius. Cla-
ram.*

*Illas tenaciter
inbarcas pos-
perit.*

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

animo maiorem omni possessione , dicens , esse paupertatem , neque ullum hoc thesauro esse securiorem . Suspicatus pius Pontifex propterea tenaciter inhesisse paupertati , quod ei seruandæ perpetuo se obstinxerit voto , addidit : si votum formidas charissima filia , nos te à voto absoluimus . Sancte Pater , inquit illa , nequaquam à Christi sequela in perpetuum , sed à peccatis meis absolui desidero .

II. Vrbem ingressus magno exceptus apparatu recta perrexit ad sepulchrum S. Francisci , cuius vita sanctitatem longa experientia compertam habebat , & cuius gloria magis magis in dies singulos crescebat miraculorum frequentia . Longa oratione virti sancti patrocinio commendato Ecclesia statu in tanto rerum turbine , statim ibidem initie cum comitibus Cardinalibus sermonem de prodigioso notissimæ sanctitatis homine canonizando . Debita itaque præmissa inquisitione examinantur miracula , quæ facile fuit conscribere , dum ex ipsa ciuitate , rure suburbanio , & locis vicinis plurimi , sancti viri intercessione magna & mirabilia obtinuerint à Domino beneficia . Exactam rerum discussiōnem comiūs iis Cardinalibus , qui minus fauebant tanti negotij accelerationi . Intērit Perusium abit Pontifex , quædam commodius dispositurus circa Frederici contumaciam vel flexendam vel frangendam . Habito ibi pleno consistorio circa processus validitatem , & communis omnium administrorum addito consensu de connumerando inter cœlitæ viro sancto , cum vniuersa curia rediit Assisium , quo iam ad rei novitatem & solemnitatem indumera heroum , prælatorum , ac vniuersal gentis ex multis regionibus conuenit multitudo .

III. Dum viri sanctitatem impensis Pontifex expendit , & singularem eius prærogatiuam in Christi acceptis vulneribus admirabundus secum extollit , circa vulnus laterale quod oculis non vidit , cœpit dubitabundus hæsitare . Nocte quadam (vt ipse pius Antistes , Bonaventura teste , referebat cum lachrymis) apparuit ei in somnis indignato commotus vultu vir sanctus ; & hæsitationem cordis ipsius redargens , eleuauit brachium dextrum , detexit vulnus , phialamque poposcit ab ipso , vt scaturientem reciperet sanguinem , qui ex latere defluebat . Obtulit in visione summus Pontifex phialam postulatam ; quæ usque ad summum , sanguine profluente de latere videbatur impleri . Ex tunc ad illud sacrum miraculum tanta cœpit deuotione affici & simulatione seruere , vt nullo modo pati posset , quod aliquis præfulgentia illa sacra signa , superba præsumeret impugnatione fuscare , quin eum secura increpatione feriret .

IV. Magna cum solemnitate (quam longum foret , vt ait Bonaventura enarrare) præparata secundum Pontificis maiestatem , & in virum sanctum affectum , rebus omnibus quæ in tanto exponuntur theatro , in ipsa Ecclesia S. Georgij ex alto solio grauissimum habuit Pontifex ad vniuersam multitudinem de sancti viri laudibus sermonem , ab illis verbis exorsus : *Quasi stella matutina in medio nebula , & quasi Luna plena in diebus suis , & quasi sol resplendens , sic & iste respluit in templo Dei .* Completo sermone ex eminenti loco Ecc. jo. 6. Octavianus Cardinalis Diaconus consobrinus Ieronimenti III. ab eodem creatus tituli sanctorum Sergij & Bacchi , miracula fideli examine probata , quæ nos dabimus statim , populo recitauit . Deinde Rainerus Cappoccius Viterbiensis , Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin . ab eodem Innocentio assumptus , qui arctam habuit cū S. Dominico necessitudinem , multisque funeris est pro Ecclesia muneribus in confirmationem & gloriam cœtorum miraculorū doctam recitauit orationem : dum dixit multis ex imo corde tractis singulis præsummo in sanctum vitum amore , surgens ex solio Pontifex præmissa deuota & breui oratione , deinde in pedes erectus sublatisque in cœlum oculis & manibus alta voce intonauit : *Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei , Patris , & Filii , & Spiritus sancti , & gloriose Virginis Marie , & beatorum Apostolorum Petri & Pauli , ad honorem Ecclesie Romanae beatissimum paterem Franciscum , quem Dominus glorificauit in celo , venerantes in terris de consilio fratrum nostrorum & aliorum prælatorum in catalogo sanctorum decrevimus adnotandum , & festum in die obitus sui celebrari .* Statim Cardinales Te Deum laudamus incipiunt , & populi in varias laudes voces depromunt . Descendit de solio Pontifex , & per inferiores gradus Sanctuarium concameratum , ubi sanctum corpus conditum erat , intravit , ubi prostratus coram arca , in qua custodiebatur , eam exosculatus multa vota obtulit & donaria . Addit Albertus Stadensis Pontificem cum Cardinalibus corpus ex ipsa tomba levasse ; fortasse id factum , vt satisficeret Cardinalium & virorum principum votis , viderentque in integro corpore pulchra illa Christi vestigia , factura hoc in die

Inquiruntur
miracula S.
Francisci .

Cœli redi-
discuntur
Ponti-
fex de vulne-
re laterale S.
Francisci .
Bonau. c. 16.

Canonizatio
S. Francisci .

Marian. cit.
C. L.
Abbas Sta-
den ad ann.
1229.
Thom. Ce-
lan. in le-
geoda.

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI. NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Dominico 17. Kalendas Augusti huius anni, non. I V. Nonas Octobris ut suspicatus est Ciacconius.

Ciac. in
Greg. 9.
Solemnitas
huius Cano-
nizationis.
Ioann. de
Florac.

Adnotarunt plures authores canonizationis formam & solemnitatem; neque id minus, quia ultra omnes fuit maxima, ut adnotauit Ioannes de Florentia in opusculo de hac re MS. primo ex insolitis cæremoniis, nam eousque recitatis approbatissime in secreto Cardinalium consistorio canonizandi miraculis, adscribebatur absque tanto apparatus numero Sanctorum. Secundo, ex tanta Pontificis dignatione, ut personaliter cum tota curia venerit ad hoc munus Assisium, atque ipse viri sancti vitam & laudes ad populum dixerit, plurima recensens magna animi teneritudine, quæ viuentem adhuc fecisse vidit aut cognovit ex arcta cum eo necessitudine. Tertio, ex præsencia corporis ipsius sancti Patris, quod fortasse paucis aut nullis canonizatorum euenit. Quarto ex plurima attestacione & conclamatione hominum ipsorumque Cardinalium, qui ante biennium sanctum virum viderunt, cognoverunt, stigmatizatum probarunt. Ex his fidelissimus, omni acceptione maior testis fuit Raynaldus ex Comitibus, Pontificis nepos, qui ante Cardinalatum Francisco familiaris fuit, & in viuentis corpore stigmata perspexit, velut ipse iam Pontifex, Alexander IV. renunciatus, publica concione dixit ad populum.

Miracula 5. Miracula in eo confessu perfecta ad compendium redacta, hæc sunt. Ipso quo se VI.
Francisci.
Comitatis.
solidati.

pultus est die puella Assisias monstruose habens collum plicatum, caputque humero annexum, ad tumbam accedens, capite supposito, repente vegeta & sana exiliuit, Deum magnificans in tanti viri virtute. Comitus Narbonensis puer contractam retoretam que tibiam, viri sancti inuocato nomine sanato accepit. Nicolaus Fulginas cruris sinistri contracti continuo dolore excruciatus, magnam rei domesticæ partem medicis pro recuperanda salute frustra donavit, neque valuit, donec ad sancti viri sepulchrum duetus pernoctauit in oratione, qua nondum finita, magno gaudio absque ullo dolore repente in pedes latus exiliuit. Ad idem sepulchrum puer comitatus Assisij miro modo congregatus, ita ut genua pectori calcanea natibus heterent, orante pro eodem vero que parente saluus evasit. Similis mali vir Fauentius multo vlcere ultra modum fætens, sancti patris postulato suffragio repente liberatus est. Puella Eugubina contractis manibus, cæterorumque orbata ministerio membrorum, deducta à matre ad sacrum tumulum, donariolo oblato, & traducto in oratione octiduo incolumis rediit ad patriam. Iuuenis è monte nigro à cingulo deorsum viribus, & naturali desitutus vigore, se mouere non poterat, politus ante sepulchrum vidiit ex eo prodeuntem, qui mox sanguinem effecit. E castro Tucurono ducta quædam fœmina sola valens lingua, cæteris membris veluti emortua, ad sepulchrum omnino conualuit; nec non puerulus Eugubinus arefactas habens tibias, valdeque retortas. Bartholomæus Narbonensis ex capo sub umbra nucis somno contracta, curuata, & arescente tibia sinistra magnum sentiens eredium & dolorem, pie se commendauit Francisco, qui ei noctu apparens, iussit ut ad balneum quoddam accederet, in quo suum spondet adfuturum auxilium. Ita factum; conualuit.

Ceci illumi-
nati.

Mulier quædam Sibilia nomine, pluribus annis cæca, ad sepulchrum visum recepit, VII.
eodemque modo vir quædam Hispellas. Fœmina quædam ex Cameribus ad cæcum oculum panniculum apponens, qui olim fuerat Francisci, statim respexit vitroque oculo, similiter alia Eugubina. Ciuis quidam Assisias per quinquennium cæcus, ante orbatum lumen Francisco familiaris, tæpius in oratione ei allegabat initam inter utrumque strictam amicitiam; tandem ductus ad eius sepulchrum ad eius contactum integre vidit. Albertinus Narbonensis ab integro anno infelix oculis & palpebris nihil vidit, ex voto facto sepulchrum visitandi, sanus evasit.

Demoniaci
curati.

Petrus Fulginas sub Solis ardore ad montem Garganum Archangeli Michaëlis sacram antrum visitaturus, bibit extra mensuram ex quodam obuio fonte, in cuius operatione visus est sibi multos dæmones absorbiisse. Vere per tres annos ab eis obsessum hominem excruciant, ad obscenæ facta & verba impellebant, ex quibus aperente constabat malos habuisse seftores. Ductus ad sepulchrum viri sancti stridentibus hominemque discerpentibus malis hospitibus, claro & manifesto miraculo à tanto libertus est malo. Mulier quædam Narbonensis perditæ & insanæ mentis veluti in furias acta, horribilia perpetrabat & dicebat. ad consanguineorum preces apparuit ei S. Franciscus crucis

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
crucis signum fronti infigens per quod mentis compos affecta est. Alij etiam quamplures à dæmonibus cruciati, & præstigiis decepti, ad sancti viri tumulum salvi facti sunt, quorum singularem memoriam tædij euadendi causa processus canonizationis notavit, omisssam.			
I X.	Puerulus Matthæus Tudertinus per octo dies semianimis effectus intercluso iam lumine oculorum, cute denigrata, nihil manducans neque bibens ab omnibus mortuus iudicatus, matre iam defunctum plangente, & Franciscum reperitis vocibus inuocante, repente qui videbatur mortuus, revixit, lumen videt, comedit, & nigra cutis in canticam, & vegetam transmutata est. Interrogatus à circumstantibus, quis cum adeo repente sanauerit, respondit balbutienti, & tenera loquela, Franciscus, qui ei benedixit. Alter ab excelsio cadens loco totus elitus, tribus iacuit diebus, vita nullum signum ostendens, mater vovit eum ad S. Viti sepulchrum deferendum cum oblationibus, si sanum reciperet; statimque exortauit. Alius Mancinus nomine infirmatus ad mortem, & à medicis desperatæ iam vitæ iudicatus, vocato vecumque Francisci nomine, subita sanitate conualuit.		<i>Moribundi vivificati.</i>
X.	Aretinus puer Gualterus, continua febre, & dupli pestilenti laborans apostematice emissò à parentibus voto, concupitæ restitutus est sanitati. Alius morti propinquus deferti volens imaginem suam ex æra factam ad S. Viti sepulchrum appendendam, statim è lecto surrexit. Mulier quædam per plures annos in lecto iacens diuturna grauata languidine, facto voto de visitando sepulchro, ad votum conualuit. In ciuitate Narniensi mulier desiccata manum, bonam recepit; & iuuenis decem languens annis totoque corpore tumens, conualuit, votis emissis de sancti viri sepulchro oblationibus cohonestando. Ciuis Fanensis ab hydropisi, Tudertinus ab arthriti, seu articulatio morbo; mulier Eugubina à paralysi; quidam Pisenus, Bontadossus nomine, à chiragra & podagra, alijs à lethali sagittæ vulnere, viri sancti meritis miraculose liberati sunt. Hispellati cuidam, cognomento Imperator, hernico defluebant, sed que pendebant omnia intestina annis duodecim, donec inuocato S. Francisco in pristinum debitumque locum mirabiliter redierunt. Minorita quidam Marchia Anconitanæ periculose laborans morbo iliaco & fistula molesta, petuit à superiori licentiam accedendi ad S. institutoris sepulchrum, quam ei negavit dubitans ne ex temporis intemperie, & niuium copia, plus sibi afferret ex itinere detrimeti. Lamentabatur ille secum de negata sibi licentia: cum ecce vir sanctus ei apparuit, iubens, vt voluntatem suam ad superiorum obtemperaret præceptum, extraheretque superinductam pelliculam & fasciam, in postuletum religiosæ studiæ regulæ obseruantæ, propter cuius transgressionem hæc mala ei obtigerunt. Statim se sanum sensit, constanti facto religiosioris vitæ proposito. In eadem Marchia Anconitana iuuenis Adus nomine, totus leprosus, tumidus ventre, & venis inflatus, dum ei à parte persuadetur, vt se totum S. Francisco deuoueat, & suæ staturæ faculam ad eius sepulchrum appendat, statim perfectam assecutus est valetudinem.		<i>A varia malis liberari.</i>
XI.	Apud castrum plebis iuenculus mutus à nativitate adeo breuiculam habens linguam, ut ea omnino carere videretur, ad oppidanum quendam, Marcum nomine diuertens, signisque petens, vt pro Dei amore hospicio recipetur, charitatue admissus est. Placuit benefactori iuuenis viuacitas in rebus capiendis, & solicitude in agendis, detinuitque eum apud se aliquo tempore. Dum semel cum consorte cœnaret, coramque astaret iuenculus, ei compassus inquit vxori: O quam facile S. Francisus huic pauperi posset mederi, si vellet; neque inter tot, quæ ab eo audio quotidie fieri prodigia, hoc minimum reputarem, si ei loqui concederet. Ego ei libenter voveo, quod si ita fecerit, ad eius sepulchrum cum eodem adoratus pergami, cumque in filium mihi adoptabo, & dum vixero omnia necessaria ei superimpandam. Non omnino dixit, cum subito iuencnis exclamans ait: viuat S. Francisus, arrectisque oculis; En ait, regreditur in cælum, qui inde venit, vt mihi loquiam conferret. Exultauit in miraculo hospes, quod vbique diuulgauit, fideliter complens, quod promisit. Alius nomine Villa, nec loqui poterat, nec ambulare; ductus à matre cum oblatione ad sancti sepulchrum, vt primum attigat gradum, quo ad tumulum deficerebat, magno dolore copiosè euomens putorem corrupto sanguini immixtum, restitutus est sanitati. Mulier item ex gravi infirmitate linguam habens palato harentem, ita vt atque		<i>Mutis concessa loquela.</i>

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

nulla, nulla medicina potuerit vel vnum verbum proferre, voto emissu de sancto viro honorando donatiis, putrida expuit carnis frusta, nec amplius sensit quidpiam molestiz. In castro Grætij iuuenis surdus & mutus à parentibus, quibus olim familiaris Franciscus, sancto viro oblatus, mox saluus effectus, vbique sancti viri gloriam prædicabat. Hæc præter alia recitata sunt in ipsa canonizationis solemnitate adstantibus plurimis ex his, qui curati sunt, qui voce & curationis apertis indicis recepta testabantur beneficia.

Non alio commodi loco miracula multa & magna, quæ Bonaventura deuoto conscriperat stilo, aliisque addiderunt, licebit offerre. Illa ad magnum lectoris fructum, & sancti viri gloriam ex ipso transcribo, & per sectiones distinguo, omisso uno aut altero Bonave. 16. ex iam relatis, quæ in hac miraculorum serie interserunt. Ad omnipotentis, inquit, Bonaventura Dei honorem, & gloriam B. Fratris Francisci post glorificationem ipsius in ecclis, aliqua ex approbatis scripturus miracula; ab illo præcipue censui sumendum fore initium, in quo Crucis Iesu virtus ostenditur, & gloria innouatur. Nouus igitur homo Franciscus nouo & stupendo miraculo claruit: cum singulari priuilegio, retroactis scululis non concesso, insignitus apparuit, sacris videlicet stigmatibus decoratus, & configuratus in corpore mortis huius, corpori Crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicatur, minus erit laude digna. Totum quidem vici Dei studium tam publicum quam priuatum, circa crucem Domini versabatur, & ut Crucis signaculo, cordi eius à principio suz conuersionis impresso, corpus consignaret exterius, in ipsa se cruce recludens, habitum pœnitentiaz sumpsit, crucis imaginem præferentem: quatenus sicut mens eius intus, Dominum crucifixum induerat, sic & corpus eius indueret arma crucis; & in quo signo Deus potestates aëreas debellarat, in eodem suus exercitus Domino militaret. Sed & à principio temporis, quo crucifixo militare cœperat, diuersa circa eum crucis præfulsere mysteria: sicut vitæ ipsius consideranti decursum clarius innotescit; qualiter apparitione crucis Dominicæ septiformi, tam cogitatu, quam affectu & actu, totus fuit in crucifixi effigiem, per ipsius extaticum transformatus amorem. Digne igitur summi Regis clementia, suis amatoribus ultra omnem extimationem hominum condescendens, suz crucis vexillum ipsius corpori deferendum impressit: ut qui mirando fuerat crucis amore præuentus, mirando etiam fieret crucis honore mirificus. Ad huius stupendi miraculi irrefragabilem firmatatem, non solum videntium & palpantium testimonia, per omnem modum credibilia, verum etiam apparitiones mirabiles, & virtutes post ipsius obitum coruscantes, ad omnem mentis effugandum nubilum suffragantur.

De veritate & virtute factorum stigmatum.

Minorita quidam, officio prædicator, virtutis & famæ prærogativa præpollens, cui XIII. minorita de stigmatibus dubitamus fidem facit. Minorita quidam, officio prædicator, virtutis & famæ prærogativa præpollens, cui XIII. finitum erat de sanctis stigmatibus persuasum; dum humano sensu miraculi huius apud se rationem perquireret, dubitationis cœpit cuiusdam scrupulo tirillare. Cum igitur per dies plurimos, sensualitate sumente vigorem, luctamen huiusmodi patetur: nocte dormienti sanctus Franciscus pedibus lutulentis apparuit, humiliiter durus, & patienter iratus. Et quæ sunt, ait, ista in te confitiationum certainina? quæ dubitacionum sordes? Vide manus meas, & pedes meos. Cumque ille videret manus confixas, lutulentorum pedum stigmata, non videbat remoue, inquit, luctum à pedibus meis, & cognoscere loca clauorum; quos cum ille apprehendisset deuotè: luctum sibi videbatur abstergere, locaque clauorum manibus concrestare. Continuo ut evigilat, lachrimis irritatur: & priores affectus quodammodo lutulentos, tam lachrimarum profluvio, quæn publica confessione detergit.

In urbe Roma, matrona quædam morum claritate, ac parentum gloria nobilis, sanctum Franciscum in suum elegerat aduocatum, ipsius habens depictam imaginem in secreto cubiculo, ubi patrem in abscondito exorabat. Die vero quadam, dum orationi vacaret, considerans imaginem sancti, sacra illa signa stigmatum non habentem; dolere cœpit non modicum & mirari. Sed non mirum, si in pictura non erat, quod pictor omiserat. Miraculo: apparet: signa eius in eius imagine. Cumque per plures dies, quid causæ foret defectus huiusmodi, mēte solicita pertractaret: ecco subito die quadam apparuerunt signa illa mirifica in pictura, sicut in aliis ipsius sancti imaginibus pingi solet. Tremefacta illa, filiam suam, Deo deuotam, aduocavit protinus, requiriens

Minorum.

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS NA TURAE
1228.	ANNO 4.	IMPER. AN. 19.	NORMAN. I.

requiritur si absque stigmatibus usque tunc iunago fuisset. Affirmat illa, & iurat olim sive illis sacris stigmatibus existisse, & nunc vere cum stigmatibus apparere. Verum quia mens humana semetipsam frequenter impellit, ut cadat, & in dubium reuocet veritatem: subintrat iterum cor mulieris dubitatio noxia, ne forte sic fuisset imago a principio consignata. At Dei virtus ne primum contemneret miraculum, addidit & secundum: *Es miraculo-
se evanescit.*

XV. In Catalonia quoque apud Ilerdam, accidit virum quendam nomine Ioannein B.

Francisco deuotum, quodam sero, per quaudam incedere viam, in qua, pro inferenda morte latitabant insidiæ: non quidem ipsi, qui iniurias non habebat, sed alteri cuidam, qui videbatur similis eius, & tuus erat in comitatu ipsius. Exurgens autem quidam de insidiis, cum hostem suum huic esse putaret, tam letaliter eum plagiis plurimis gladiavit, ut nulla prorsus supercesseret spes recuperandæ salutis. Siquidem primo inficta percussio, humerum cum brachio penè totum absciderat: & ictus alias sub mammilla tantam relinquerat aperturam, ut flatus inde procedens, circa sex candelas simul conundas extingueret. Cum igitur consilio medicorum, ipsius impossibilis esset curatio; pro eo quod putrescentibus plagiis, ex eis factorem intolerabilis exhalaret, ut etiam ipsa eius uxor vehementer horret; nullisque iam humanis iuuari possit remedii: conuertit se ad B. Patris Francisci patrocinium, quanta poterat deuotione poscendum; quem inter ipsos ictus, una cum beata virginе fidentissime inuocare. Et ecce, misero in lectulo calamitatis solitario decubanti, cum Francisci nomen vigilans & ciuans frequentius replicaret; astigit quidam in habitu fratri Minoris, per fenestram, ut ei videbatur, ingressus: qui vocans eum ex nomine, dixit; quia fiduciam habuisti in me, ecce dominus liberasbit te. A quo, cum ager quis esset? requireret, Franciscum illum se esse respondit. Et statim appropians, vulneratum illius ligaturas resoluit; & eum vnguento per omnes plagas, ut videbatur, perunxit. Scatur autem ut scensit illarum sacrarum manuum, stigmata in Salvatoris virtute *vulneratum
letabiliter
manu con-
sensit.* saepe fassus. sabare valentium, suauem contactum: expulsa putredine, restitura carne, & vulneribus solidatis, restitutus est integrè pristinæ sospitati: quo facto beatus pater abscessit, & ipse sentiens se sanatum, & in vocem diuinæ laudis, & B. Francisci latenter crumpens, vocauit uxorem. At illa celerius currens; & stare iam videns, quem sepelendum credebat in crastino; cum esset stupore vehementi perterrita, viciniam totam clamore compleuit. Accurrentes autem sui, cum illum niterentur, tamquam freneticum iulecto reponere, & ille è contra reditens assereret, & ostenderet se sanatum; tanto sunt stupore attoniti, ut quasi sine mente omnes effecti, phantasticum esse crederent, quod videbant: quia quem paulo ante conspexerant plagiis atrocissimis laniatum, & totum iam marcidum; plena cernebant incolumente iucundum. Ad quos ille, qui factus fuerat sanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane, quod certis: quia S. Franciscus modo à loco recessit, & illarum sacrarum manuum tactu, me integre ab omni plaga curauit. Crebrescente tandem huius fama miraculi, accelerat populus omnis; & videntes in eam aperto prodigo, stigmatum beati Francisci virtutem, admiratione simul & gaudio replebantur: Christique signum magnis laudum praeconis extollebant. Digne quidem beatus Pater, carne iam mortuus, & viuens cum Christo, presentia sua ostensione mirabili & manuum sacrarum palpatione suavi, vulnerato letaliter viro sanitatem concessit: cum illius etiam in se stigmata rulerit, qui misericorditer moriens, & mirabiliter surgens, vulneratum genus humanum & semiuiuum relictum plagatum suarum *Luc. 10. 40.* virtute sanauit.

XVI. Apud Potentiam Apulie civitatem, erat quidam clericus Rogerus nomine, vir honorabilis, & Ecclesiæ maioris canonicus. Hic cum infinitate quassatus, die quadam Ecclesiastis oratus intrasset, in qua erat imago B. Francisci depicta, gloria stigmata representans; cœpit de illius sublimitate miraculi, tamquam de re omnino insolita, & impossibili dubitare. Subito igitur, dum mente plagatus interius cogitaret inania, in palma sinistræ manus sub chirotheca, grauiter se sensit esse percussum, sonitum audiens percussus, velut cum spiculum proflit de balista; moxque tam vulnera sauciatus, quam sonitu stupefactus chirothecam de manu traxit, ut visu dignoscet, quod tactu perceperat, & auditu. Cumque nulla fuisset prius in palma percussio, conspexit in medio manus plagam, quasi sagittæ percussione inflictam ex qua tanta vis procedebat ardoris, ut

*Dubitatio
de stigmati-
bus S. Franci-
ci manus feri-
tur.*

ANNO CHRISTI
1228.

GREGORII IX.
ANNO 2.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 19.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 21.

videtur ex illo deficere. Mirabile dictu : nullum in chirothecca vestigium apparebat, ut latenti plagz cordis, latenter inficti pœna vulneris responderet. Clamat exinde per duos dies, & rugit dolore grauissimo stimulatus, & increduli cordis velamen explicat vniuersis ; credere se veraciter, sacra stigmata fuisse in S. Francisco fatetur, iurat constans omnis dubitationis abscessisse phantasmata. Orat suppliciter sanctum Dei, per sacra sibi stigmata subuenire, & multas cordis preces multo impinguat profluvio lachrimarum. Mirum certe. Incredulitate proiecta, sanationem mentis, sanatio sequitur corporalis. Omnis quiescit dolor, frigescit ardor, nullum remanet vestigium percussuræ. Sicque factum est, ut latens mentis infirmitas, per patens carnis cauterium, superna prouidente clementia, curaretur ; menteque sanata & ipsa caro paritet sanaretur. Fit homo humiliis Deo deuorus sancto, & fratum ordini perpetua familiaritate subiectus. Huius rei tam solemne miraculum, iuramentis firmatum fuit ; & literis sigilli Episcopi munimine roboratis, ipsius ad nos notitia delata pervenit. De sacris ergo stigmatibus, nullus sit ambiguitati locus; nullus in hoc, quia Deus bonus est, nequam sit oculus: quasi huiusmodi duni largitio sempiternæ bonitati non congruat. Si enim illo amore Seraphico, multa membra capiti cohæterent Christo, ut & in bello simili armatura inuenirentur condignæ ; & in regno ad similem forent gloriam subuchenda : nullus hoc sanx mentis, nisi ad Christi gloriam diceret pertinere.

March. 10.
15.

DE MORTVIS SVSCITATIS.

Mortua resurrexit ad confessandum peccata. In castro montis Marani prope Beneuentum, mulier quædam S. Francisco peculiari XVII. deuotione cohærens, viato vniuersæ carnis intravit. Conuentibus autem clericis nocte ad exequias & vigilias cum psalteriis decantandas, subito cunctis cernentibus erexit se mulier super lectum, & vnum de aslantibus sacerdotem, patrinum videlicet suum, aduocauit, dicens, Volo confiteri Pater. Ego enim mortua, duro eram carceri mancipanda: quoniam peccatum quod tibi pañdam, necdum confessa fueram. Sed orante, inquit, pro me S. Francisco, cui dum viuētem, deuota mente seruui; redire nunc ad corpus indultum est mihi, ut illo reuelato peccato, sempiternam promereat vitam. Et ecce vobis videntibus, postquam illud detexero, ad promissam requiem properabo. Trementer ego sacerdoti trementi confessa, post absolutionem receptam, quiete se in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

Mortua puer la viuificatur. In castro Pamarcu, in montanis Apulia posito, patri & matri vniqa erat filia in tenera XVIII. etate, tenerè prædilecta. Quia infirmitate graui ad mortem perducta, parentes eius successionem aliam non sperantes, se in illa, quasi mortuos reputabant. Conuentibus ergo consanguineis & amicis, ad fleibile nimis funus, iacebat mater infelix, ineffabilibus cōpleta doloribus, & absorpta supraea tristitia, de his quæ fiebant, nihil penitus aduerterebat. Interim S. Franciscus, uno tantum socio comitatus appetens, desolatam visitare dignatus est seminam, quam sibi senserat esse deuotam; & piis eam affatus alloquiss. Noli flere, inquit; nam lucernæ tuæ lumen, quod deploras extinctum, mea tibi est intercessione reddendum. Surrexit continuò mulier, & quæ sibi dixerat sanctus, omnibus manifestans, non permisit extinktum corpus efferriri: sed cum magna fide S. Francisci nomen inuocans, & mortuam filiam apprehendens, viuam & incolorem, cunctis videntibus & mirantibus, alleuauit.

Item adolescentem fecens. Cum fratres de Noceria, pterent quoddam plastrum, à quodam viro Petro nomine, XIX. quo aliquantulum indigebant, stulte respondit eis, pro petito subsidio interrogando conuictum : & pro eleemosyna ad honorem sancti postulata Francisci, in nomen ipsius blasphemiam iaculando. Pænituit hominem statim insipientiaz suz, diuino super eum irruente pavorc. ne forte vltio Domini sequeretur, sicut & fuit protinus subsecuta. Nam infirmatus continuò primogenitus eius, paruo elapsø spacio, spiritum exhalauit. Volutabatur per humum pater infelix ; & sanctum Dei Franciscum inuocare non cessans, cum lachrimis exclamabat. Ego sum, qui peccavi, ego, qui inique loquutus sum : me in persona propria flagellare debuisti. Redde sancte iam pœnitenti, quod abstulisti impie blasphemanti. Tibi me reddo, tuis me obsequiis semper expono : nam & deuotum sacrificium laudis, pro tui honore nominis, semper offeram Christo. Mita res. Ad hæc verba surrexit puer ; & planquam prohibens, se morientem eductum de corpore, per B. Franciscum deductum afferuit, & reduxit.

Cuiusdam

ANNO CHRISTI 1228.	GRÉGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 19.	RELIGIONIS M <small>IN</small> NORVM ANN. 21.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	--

- Cuiusdam urbis Romæ notarij, puerulus vix septemnis, matrem ad Ecclesiam S. Marci euntem, puerili more sequi desiderans, dum remanere domi compellerecur à matre, per fenestrati palatij se proiecit, & ultima quassatione collisus continuo expiravit. Mater ve-^{puer istam}_{septemnu.} ro quo nondum longè discesserat ad sonitum corridentis precipitum pignoris suspicata, celeriter redit, filiumque reperiens tam miserabili casu repente suberactum, protinus sibi manus iniecit vtrices, ac dolorosis clamoribus coram excitauit vicinam ad lamentum. Frater vero quidam, nomine Raho de ordine Minorum illuc se ad prædicandum conferens, propinquauit ad puerum: & fide plenus ait ad patrem: Credisne Sanctum Dei Franciscum posse filium tuum à mortuis suscitare, propter amorem quem semper ad Christum habuit, pro reddendâ vita hominibus crucifixum? Quo respondebat, se firmiter credere, & fideliter confiteri; seruumque sancti in perpetuum se esse futurum, si tantum à Deo in unus per ipsius merita recipere meretur; prostrauit se frater illo, cum fratre socio in oratione cœteros, qui aderant, excitans ad orandum. Quo facto cœpit puer aliquantulum oscitare, & apertis oculis, brachisque elevatis, seipsum erexit; & statim coram omnibus ambulauit incoluntis per mirandam sancti virtutem, vitæ simul redditus & salutis.
- XI. In ciuitate Capuz, dum puer quidam super ripam Vulturini fluminis, cum pluribus iocaretur, incautus cecidit in profundum: quem fluminis imperus celeriter vorans, sub labe mortuum sepelivit. Proclamantibus autem pueris, qui cum eo luserant circa flumen, populosa illuc multitudo conuenit. Cumque vniuersus populus suppliciter & deuotè beatissimi Francisci merita inuocaret, ut deuotorum sibi parentum fidem aspiciens, prolem à morte beatissimi periculo dignaretur eripere; natator quidam procul astans, clamoribus auditis, accessit. Et post diutinam inquisitionem, inuocato tandem B. Francisci subfido, locum inuenit, in quo limus in modum sepulchri, pueri cadaver obtexerat, quem effodiens, & extra depor-tans, dolens defunctum inspexit. Licet autem populus qui astabat, videret iuuenem mortuum: nihilominus tamen flens & clulans proclamabat Sancte Francisce, reddite puerum patri suo. Sed & Iudæi qui superuenient, naturali pietate commoti, dicebant sancte Francisce, reddite puerum patri suo. Subito puer, latantibus & mirantibus cunctis, exurgens incoluntis, duci se ad Ecclesiam B. Francisci suppliciter postulauit; ut gratias illi deuotus exsolueret, cuius se nouerat virtute mirabiliter suscitatum.
- XXII. In ciuitate Suessa, in Vico, qui *Ad columnas* dicitur, repente quædam corrueens domum, vnum absorbuit iuuenem & subito interemit. Viti autem & mulieres ruinæ sonitu excitati, vndique accurrentes, eleuauerunt hinc inde ligna & lapides; & miserae materi mortuum filium reddiderunt. Illa vero amatissimis repleta singultibus, sicut poterat, dolorosis vocibus exclamabat. Sancte Francisce, sancte Francisce, reddite mihi filium meum. Non solum autem illa, sed & omnes, qui aderant B. Patris præsidium flagitabant. Sed cum non esset ^{Oppressa rati-}_{adversus.} neque vox, neque sensus, cadaver posuerunt in lectulo; & ad sepeliendum ipsum diem crastinum expectabant. Mater vero fiduciam habens in Domino; per merita sancti eius, votum emisit, nouâ se syndone B. Francisci operaturam altare, si filium suum revocaret ad vitam. Et ecce circa horam noctis medianam, cœpit iuuenis oscitare: & calecentibus membris, viuus exurgens & sanus, in laudis verba protumpsit. Sed & clerum, qui conuenierat, & populum vniuersum excitauit ad laudes, & gratias Deo & B. Francisco cum mentis latititia persoluendas.
- XXIII. Iuuenis quidam, Gerlandinus nomine, de Ragusa oriundus, vindemiarum tempore ad vineas exiens, cum in vase vinario, vt vites impleret, sub torculari se mitteret, repente pregrandes lapides, motis in se lignorum struibus, caput ipsius lethali percussione quassarunt. Festinauit continuo pater ad filium, & desperans obrutum non adiuuit, sed eum sub onere, sicut corruit, sic reliquit. Accurrenti expeditius vinitores, magni clamoris vocem lugubrem audientes: multoque cum patre pueri, dolore completi, extraxerunt iuuenem, iam mortuum à ruina. Pater vero ipius Iesu pedibus prouolutus, humiliiter precabatur ut filium suum vnicum per S. Francisci merita, cuius tunc imminebat solemnitas, sibi sedere dignaretur. Ingeminabat preces, vouchat officia pietatis: & sancti viri corpus se visitaturum cum filio, si suscitaretur à mortuis, repromisit. Mirum certè. Continuo puer qui toto fuerat corpore conquassatus, restitutus vitæ & integræ sospitati, gaudens coram omnibus exsurrexit, plangentes obiurgans, & sancti Francisci suffragiis vitæ se redditum asseruans.

ANNO CHRISTI
1228.

GREGORII III.
ANNO 2.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 19.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 21.

Alium in Germania à mortuis reuocauit, de quo Gregorius nonus, quando sanctum XXIV.
elius corpus ab Ecclesia Ianci Georgij transferebatur, ad eam, quæ in eius honorem fabri-
cata est, graue misit testimonium ad vniuersos fratres, qui ad dictam translationem, & co-
mitia generalia conuenerant; cuius de hac re sub anno millesimo ducentesimo trigesimo,
dabimus diploma.

DE HIS QVOS A MORTIS PERIQVLO
LIBERAVIT.

In confinibus Vrbis, vir quidam nobilis Rodulphus nomine, cum Deo deuota uxore XXV.
fratres Minores suo recepit hospitio: tam hospitalitatis gratia, quam Beati Francisci re-
uerentia & amore. Nocte vero illa, in summitate turris dormiens custos castri, cum ia-
ceret super struem lignorum in ipsa muri positorum crepidine: ipsorum solita compa-
ge, in teclu[m] palati corruerit, & exinde super terram. Excitata ad sonitum casus tuta fa-
milia, & custodis intellecta ruina, dominus castri & domina cum fratribus accurrerunt.
*Ab alto ea-
dis feruntur
casus.* Is vero, qui ab alto corruerat, absorptus fuerat tam profundo sopore, ut nec ad casum cui-
gilaret iterata tuinz, nec ad strepitum currentis familiæ cum clamore. Trahentium
tandem & impellentium manibus excitatus, conqueri coepit, quod dulci fuisse quiete
privatus: inter beati Francisci brachia, suaviter afferens se dormiuisse. Cum vero de casu
proprio doceretur ab aliis, & in imo se videret, qui in alto iacuerat: stupens esse factum;
quod fieri non perceperat, pœnitentiam se facturum ob reuercionem Dei, & beati Fran-
cisci coram omnibus repromisit.

In castro Pophis, quod in Campania positum est, Sacerdos quidam Thomas nomine, XXVI.
*sudoribus
pericolo li-
teratur.* accessit ad reparandum Ecclesiz molendinum. Deambulans autem incaute circa extre-
ma canalis, quo gurges profundus copioso influebat influxu: Subito casu cauilloso ligno
interritus est, cuius impulsu voluit molendinum. Cum igitur consertus iaceret in li-
gno, & super os ipsius, quia supinus erat, aquarum impetus inundaret: corde tamen, quia
lingua non poterat, S. Franciscum flebiliter inuocabat. Per magnum vero spatium, sic
illo iacente, ac de vita ipsius iam penitus sociis desperatis, in contrariam partem molam cu[m]
violentia reuoluerunt: & sic eiusdem sacerdos palpitato volutabatur in aqua meatu. Et ecce
quidam fr. Minor indutus tunica candida & fune succinctus, cum magna suauitate arre-
ptum per brachium extra flumen eduxit, dicens: Ego sum Franciscus, quem inuocasti. Ille
vero sic liberatus nimis obstupuit, volensque ipsius osculari vestigia huc atque illuc dis-
currebat, querens a sociis: Vbi est ille? quo abiit sanctus? qua via discessit? Viri autem illi
tremefacti proni ceciderunt in terram, sublimis Dei gloria extollentes magnalia, &
virtuosa merita humilis serui eius.

Iuvenes quidam de Burgo Celani pro metendis herbis exierant ad campestria quæ- XXVII.
dam, in quibus vetus latebat puerus, herbis in summo ore virentibus obumbratus; qui
quasi per passus quatuor aquarum altitudinem continebat. Segregatim igitur per cam-
*Lapis in pa-
rem prefer-
atur.* pum discurrerentibus pueris, unus ex improviso occurrit in puteum. Absorbente autem
profundiouca corpus: spiritus mentis sursum recurrebat ad beati Francisci suffragium,
clamans in ipso laplo fideliter & fidenter: sancte Francisce adiuua me. Cæteri huc atque
illuc se vertentes, dum puer alius non compareret, clamore circuitu, & lachrymis requi-
rebant cunctem. Comperito tandem, quod in puteum cecidisset; festinanter cum gemi-
tibus redierunt ad Burgum, indicantes euentum, expolcentes auxilium. Redeuntibus au-
tem illis, cum multa hominum turba, demissus unus per funem in puteum, puerum res-
pexit in aquarum superficie residentem, nihil passum penitus lesionis. Extractus vero de
puero puer, dixit omnibus, qui stabant: Quando subito cecidi, beati Francisci patroci-
nium inuocauit: qui corrueuti mishi, statim præsentialiter adfuit, & manu[m] porrigen[s] leui-
ter apprehendit; nec unquam deteruit, donec una vobiscum puto me eduxit.

In Ecclesia beati Francisci apud Alsisu, dum præsente Romana Curia prædicaret Do- XXVIII.
minus Episcopus Ostiensis, qui postmodum summus Pontifex exitit Alexander; qui-
dam lapis ponderosus & magnus incaute super pulpitum excelsum & lapideum dereli-
*Magni lapi-
du casu in
caput, mulier
non leditur.* cus, præ nimicitate pressuræ impulsus, super caput cuiusdam cecidit mulieris. Existimantes igitur circumstantes, perfide ipsam iam mortuam, & caput eius totaliter conquassa-
tum: cooperuerunt eam pallio, quo erat amicta, ut sermone finito, educeretur extra Ec-
clesiam

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 19.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 21.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

claram lugubre funus ipsa vero se beato Francisco, ante cuius iacebat altare, fideliter commendauit: & ecce prædicatione finita mulier coram omnibus adeo surrexit incolmis ut nullus in ea læsionis vestigium appareret. Sed & quod est amplius admirandum: cum per longa tempora usque ad horam illam, dolorem capitinis, quasi continuum habuisset, plene fuit ex tunc ab omni morbi molestia liberata, sicut ipsa postmodum testabatur.

XXIX. Apud Cornetum, cum in loco fratum ad fusionem campanæ, viri quidam conuenissent deuoti: puerulus quidam ostensis, Bartholomæus nomine, xenium quoddam fratribus laborantibus apportauit. Et ecce subito ventus vehementis concussa domo, ostium portæ, graue quidem & magnum, super ipsum puerulum ita valido proiecit impulsu, ut quem tam ingens pondus oppresserat, lethali crederetur collisione quassatus: sic enim totaliter iacebat tumulatus sub pondere, ut nihil exterius appareret. Accurrerunt omnes qui aderant, beati Francisci virtuosam dexteram inuocantes. Sed & pater ipsius, qui rigescientibus membris se mouere non poterat præ dolore: votis & voce sancto Francisco filium offerebat. Leuatum est denique funestum pondus desuper puerum, & ecce quem credebant mortuum, quali suscitans à somno, latus apparuit, nullam prorsus in se profrens læsionem. Igitur cum quatuordecim esset annorum, factus est fr. Minor, vir postea literatus & famosus in ordine Prædicator.

XXX. Homines de Lentino lapidem prægrandem abscederunt de monte, qui superponendus erat altari cuiusdam Ecclesiaz B. Francisci in proximo consecrandæ. Cum autem ferè quadraginta homines, lapidem illum superponere vehiculo niterentur: repetitis saepius viribus, super quandam hominem lapis ille cecidit, & in modum sepulchri obirexit. Sed cum mente confusi, quid facerent, ignorarent: major pars hominum desperata discessit. Porro viti decem qui remanserant, lugubri voce, sanctum inuocantes Franciscum, ne in suo seruicio, sic horrende mori hominem paterneretur: resumpro tandem in corde, tanta facilitate lapidem amoverunt, ut nullus dubitaret virtutem adfuisse Francisci. Surrexit homo incolmis in omnibus membris, insuper & lumen recuperauit limpidum oculorum, quod prius habuerat obscuratum: ut sic omnibus daretur intelligi, quam in rebus desperatis, beati Francisci merita validæ sint virtutis.

XXXL Simile quiddam accidit apud sanctum Seuerinum, in Marchia de Ancona. Dum enim lapis prægrandis de Constantinopoli adportatus ad basilicam B. Francisci, multorum viribus traheretur; rapido lapsu est super quandam trahentium deuolutus. Cumque ille non solum crederetur defunctus, sed etiam totaliter comminutus: assidente sibi beato Francisco & lapidem sublevante, absque omni læsione sanus & incolmis, lapidis proiecto pondere prosiliuit.

XXXII. Bartholomæus Caietanus ciuis, cum ad constructionem cuiusdam Ecclesiaz B. Francisci non modicum desudaret: ruentे trabe quadam infirmiter posita, eiusque oppressamente cervicem, sicut grauiter conquassatus. Ipse vero mortem sibi sentiens imminetem, ut erat vir fidelis & pius, à quadam fratre viaticum postulauit. Quod frater ille tam celeriter afferre non valens, quia mori subito credebatur, beati Augustini verbum protulit, dicens ei. *Crede, & manducasti.* Sequenti vero nocte, beatus Franciscus cum undeum fratribus illi apparuit: & inter ubera portans agnichulum, ad lectum eius accessit, vocavitque illum ex nomine dicens; Bartholomæ, noli timere: quia non præualebit aduersus te inimicus, qui te in meo seruicio voluit impedire. Hic est agnus, quem tibi dari petebas, quem & properet bonum desiderium suscepisti, cuius etiam virtute consequeris utriusque hominis sospitatem, & sic per vulnera manum ducens, ad opus quod cœperat, eum redire præcepit. Qui valde mane consurgens, & iis qui eum seminecem reliquerant, incolmis & latus apparens, admirationem inculit & stuporem: sed & ipsorum mentes, ad beati Patris reverentiam, & amorem tam exemplo sui, quam sancti miraculo excitauit.

XXXIII. Quidam de castro Ceperani, nomine Nicolaus in manus inimicorum crudelium incidit die quadam: qui crudelitate ferali, vulneribus eum super vulnera cōcidentes, usque adeo super miserum scierunt donec vel extinctum crederent, vel protinus extinguendum. Clamauerat autem Nicolaus prædictus, cum primos ictus exciperet alta voce: sancte Francisci, adiuua me, sancte Francisci, succurre mihi. Hanc vocem à remotis audierunt quamplurimi, licet auxilium ferre non possent. Deportatus tandem dorsum, totus suo sanguine

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 19.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 21.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

sanguine volutatus, fiducialiter asserbat se mortem ex illis vulneribus non visurum, nec etiam se tunc sentire dolores: quoniam sanctus Franciscus sibi succurrerat, & ut pœnitentiam ageret à Domino impetravit: quod & sequens confirmauit cunctus. Nam lotus à sanguine continuo contra humanam spem extitit liberatus.

Iuvans istam morti proximam. Filius cuiusdam nobilis in castro sancti Geminiani, valido languore detentus, omnique vicerius desperatus salute, ad extremum usque perductus est. Riuus etenim sanguinis ab oculis eius emanabat, sicut ex vena brachij assolet ebullire: ceterisque propinquæ mortis veris indiciis, in reliquo corpore apparentibus, indicabatur pro mortuo. Sed & præ debilitate spiritus, & virtutis, sensus & motus usu prioratus, usus est penitus emigrasse. Congregatis autem ex more ad planctum parentibus & amicis, ac de sola agentibus sepultura: pater ipsius fiduciam habens in Domino, concito gressu ad Ecclesiastam currit B. Francisci, quæ in eodem erat castro constructa: & singulo suspenso ad guttur, cum omni humilitate se prostrauit ad terram, sicque vota vouens, & multiplicans preces, suspiriis & gemitibus meruit apud Christum, sanctum Franciscum habere patrum. Reuersus itaque statim parer ad filium, & sanitati restitutum inueniens, iustum in gaudium commutauit.

Regia pueri due sanctorum. Simile quiddam meritis sancti, operatus est Dominus, circa puellam quandam in Ca-
thalonia, de villa nomine Thamarit; & circa aliam de Ancona: quæ cum essent præ mi-
nietate ægritudinis in ultimo spiritu constituta, beatus Franciscus fideliter à parentibus
inuocatus, perfectè continuo eas restituit sanitati.

Qui venientibus huiusmodi nauibus redduntur. Clericus quidam de vico Albo nomine Matthæus, veneno mortifero bibito, in tan-
tum fuit grauatus, quod loqui aliquo modo non valens, solum finalem exitum expecta-
bat. Sacerdos quidam, ut sibi confiteretur, admonuit; & verbum unum ab eo extorquere
non valuit. Ipse vero in corde suo humiliiter Christum orabat, ut per beati Francisci me-
rita, à mortis cum fauibus eripere dignaretur. Moxque ut confortatus à Domino B.
Francisci nomen fidei deuotione deprompsit, testibus qui aderant, veneno euomito, li-
beratori suo gratias egit.

De liberaria à naufragio.

Anchore perditæ nauis redduntur. In magno maris periculo positi quidam nautæ, cum milliaria decem à portu Barulita-
no distarent, ingrauescente nimium tempestate, iam de vita dubijs anchoras submiserunt.
Verum spiritu procellarum, mati feruentius tumescente, fractis funibus, & relictis anchoris incerto, & inæquali cursu per æquora vagabantur. Tandem nutu diuino, mari placato, ad resumendas anchoras, quatum funes superius cnatabant, toto se conamine paraue-
runt. Cumque id perficere propriis viribus non valerent, plurimorum sanctorum inuocato subdio, multisque iam sudoribus liquefentes, nec unam per totam diem resume-
re potuerunt. Aderat autem nauta quidam Perfectus nomine, sed moribus imperfectus;
qui cum irrisione quadam dixit ad socios. Ecce sanctorum omnium inuocatis auxilium,
& ut videtis, nullus est, qui succurrat. Inuocemus istum Franciscum, qui nouellus est san-
ctus: si quo modo in mare se mergat, & anchoras perditas reddat. Consenserunt ceteri
non irrisorie, sed veraciter suasioni Perfecti: & ipsius obiurgantes irrisoriun verbum, fir-
mauerunt cum Sancto spontaneum votum, statimque in momento, sine aliquo admis-
ticulo natauerunt anchoræ super aquas, quasi ferri natura versa foret in ligneam le-
uitatem.

Infirmus defiderat in aqua. Peregrinus quidam inualidus corpore, propter febris peracute symptomata, quam
fuerat ante perpessus: naui quadam subiectus, de ultramarinis partibus veniebat. Fere-
batur autem ipse ad sanctum Franciscum præcipuo deuotionis affectu, & cum sibi apud
célestem Regem elegerat aduocatum. Cum igitur necdum perfectè liber à morbo sitis
angustiaretur ardoribus, deficiente iam aqua, ceperit alta voce clamare: Ite fidenter, hau-
sideratam mihi: quia B. Franciscus vasculum meum aqua replevit. Mirum cer-
tè. Inuenerunt vas aqua repletum, quod fuerat ante vacuum derelictum. Alio vero
die, cum tempestate suborta operitur nautis fluctibus, & procellis quereretur peruali-
dis, ita ut iam naufragium timerent: ceperit idem infirmus subito clamore vociferari: Sur-
gite omnes, inquit, & B. Francisco venienti occurrite: ecce ad saluandum non adest:
sicque cum voce magna & lachrymis in faciem procidens adorauit. Statim ad sancti
viu

ANNO CHRISTI
1228.

GREGORII IX.
ANNO 2.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 19.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 21.

visionem omnem sospitatem resumptis infirmus, & maris fuit tranquillitas subse-
quuta.

XXXIX. Fr. Jacobus Reatinus, cum in nauicula parua, fluvium quendam cum aliis fratribus pertransiret, sociis primò super ripam positis, postremo se ad exitum præparabat: sed modo illo ligno per infortunium reuoluto, rectore natante, frater meritus est in profundum. Inuocabant fratres extra positi, affectuosis precibus B. Franciscum: & ut filio suc- curreret, lachrymosis gemitibus supplicabant. Submersus autem frater, de ventre gurgitis nimis immensis, cum ore non posset, corde clamabat, ut poterat implorans p̄ij pa- tris sublidium. Et ecce auxiliante sibi B. Patris præsentia, per profundum sicut per aridam ambulabat: & demersam nauiculam capiens, cum ea peruenit ad littus. Mirabile dictu. Vestimenta eius madida non sunt, nec aquæ gutta proximauit ad tu- nicam.

XL. Fr. Bonauentura nomine, cum duobus viris per lacum quendam nauigatis confracta ex parte nauicula, propter aquæ influentis impetum, demersus est cum naui & sociis in profundum. Cum autem de lacu miseris misericordem patrem Franciscum inuocarent, cum multa fiducia: supernatauit subito aqua plena nauicula; & cum eis, sancto præbente ducatum, salubriter peruenit ad portum. Sic & quidam frater de Esculo submersus in flumine Sancti Francisci meritis extitit liberatus. Sed & in lacu Reatino, cum quidam vii & mulieres in consimili essent periculo constituti; ad inuocationem nominis S. Fran- cisci de aquarum multarum periculo naufragio euaserunt.

XLI. Quidam nautæ Anconitani periculosa tempestate iactati, submersionis periculum iam videbant. Cumque sic desperati de vita S. Franciscum suppliciter inuocarent: lumen in mari magnum apparuit; & cum ipso lumine tranquillitas concessa diuinitus, ac si beatus vir sua miranda virtute, & ventis imperare posset & mari. Quantis autem miraculo- rum prodigiis beatus hic pater in mari claruerit, & clarescat quiores ibidem opem tulerit desperatis: nullatenus credo possibile per singula enarrare. Nec mirum, si iam regnanti in cœlis collatum est imperium super aquas: cui & in hac mortalitate degenti, omnis corpo- rea creatura, ad suam refigurata originem, mirabiliter seruiebat.

Sap. 19.6.

De liberatis à vinculis, & carceribus.

XLII. In Romania, Græcum quendam cuiusdam domini seruientem, contigit de furto falla-
citer ac usari; quem Dominus terræ in altu carcerem mandauit includi, & grauiter vin-
culari. Domina vero domus miserta serui, quem indubitanter credebat à culpa sibi impo-
sita innocentem: pro liberatione ipsius apud virum precibus insisterbat deuotis. Verum
non acquiescente viri sui duritia obstinata: recurrit domina supplex ad sanctum Franci-
cum, & eius pietati voto commendauit insontem. Protinus adfuit miserorum adiutor, &
virum in carcere positum misericorditer visitauit. Soluit vincula, carcerem fregit, inno-
centem manibus apprehensum, foras eduxit, & ait: Ego sum ille, cui domina tua te devote
commisit. Cumque ille timore magno corruperetur, & pro descensu altissimæ rupis vor-
ginem circuiret: subito liberatoris sui virtute inueniens se in plano, rediit ad dominam
suam, relataque per ordinem miraculi veritate, deuotam dominam ad Christi amorem, &
reuerentiani serui eius Francisci feruentius inflammatu.

XLIII. In Massa S. Petri, cuidam militi debebat pecunia quantitatem pauperculus quidam,
cumque præ inopia facultas non suppetaret persoluendi: captus debitor à milite repeten-
te, miseri sibi orabat suppliciter, dilationem querens auctore B. Francisci. Spreuit super-
bus miles preces oblatas; & sancti amorem velut inane quid, inaniter vilipendit. Nam
ceruicose respondens: Tali te, ait, loco recludam, & tali retrudam carcere, quod nec Fran-
ciscus, nec alius te poterit adiuuare. Tentauit quod dixit; carcere adiuuenit obscu-
rum, in quo hominem vinculatum coniecit. Paulo post adfuit B. Franciscus: & fracto
carcere, ruptisque compedibus, illæsum hominem reduxit ad propria. Sic fortitudo Fran-
cisci, militem est prædata superbum, captivum, qui se sibi subiecerat, liberauit à malo, mili-
tisque præteruiat admirando miraculo in mansuetudinem commutavit.

XLIV. Albertus de Aretio, cum in vinculis atrocissimis teneretur pro debitissi iniuste ab eo pe-
titis; suam innocentiam S. Francisco humiliter commendauit. Ordinem quidem fra-
trum Minorum plurimum diligebat, & sanctum Franciscum inter sanctos speciali-
cula cœrdia. *Iid. ab his in-
victis in vin-
culis venerabatur*

ANNO CHRISTI
1228:

GREGORII IX.
ANNO 2.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 19.

RELIGIONE
NORVM AN.

venerabatur affectu. Dixit autem creditor suus voce blasphemam; quod nec Franciscus, nec Deus posset eum de suis manibus liberare. Factum est itaque in vigilia sancti Francisci, cum vincitus ille nihil comedisset, sed ob sancti amorem victimum suum cuidam tribuisset egeno; nocte veniente apparuit ei vigilanti sanctus Franciscus, ad cuius ingressum vincula de pedibus & catenæ de manibus ceciderunt, sponte aperta sunt ostia, proculierunt tabulæ de solario, & liber abscessit homo ad propria rediens, impleuit ex tunc votum, ieiunans vigiliam beati Francisci: & cereo, quem annuatim consuevit offerre, in accrescentis devotionis indicium annuatim vnam vniuersaliam superaddens.

Hermes ab iurata heresi mirabiliter liberatur.

Residente in sede B. Petri Domino Gregorio nono, quidam Petrus nomine de ciuitate Assisa, de heresi accusatus, Romæ captus est; & de mandato eiusdem Pontificis ad custodiendum traditus Episcopo Tiburtino: quem sub pena Episcopatus accipiens, compedibus alligavit, obscuroque ipsum carcere, ne posset effugere, includi fecit, panem ei præbens in pondere, & poculum in mensura. Cœpit autem homo ille B. Franciscum ad sui miserendum multis precibus & fletibus inuocare: eo quod audierat solemnitatis eius iam adesse vigiliam. Et quoniam fidei puritate omnem abdicauerat hæreticæ prauitatis errorem; totaque cordis devotione adhaeserat fidelissimo Christi seruo Francisco: intercedentibus ipsius meritis, à Domino meruit exaudiri. Instante enim iam nocte suæ festivitatis, circa crepusculum beatus Franciscus in carcerem miseratus descendit; & illum suo nomine vocans, ut cito surgeret imperauit. Qui timore perterritus, quisnam esset interrogans, beatum Franciscum adesse audiuit. Cumque virtute præsentia viri sancti, vincula pedum suorum confracta conspiceret cecidisse; & tabulas carceris clavis ultero prælientibus aperiri, & apertum iter sibi ad exeundum præberi: solutus tamen & obstupefactus fugere nesciebat; sed ad ianuam clamans custodes omnes perterriti. Qui cum eum liberatum à vinculis, Episcopo nunciasserent post intellectum ordinem rei, ad carcerem Pontifex deuotus accessit; & manifeste Dei virtutem agnoscens Dominum adorauit ibidem; vincula quoque coram domino Papa & Cardinalibus delata fuerunt; qui videntes quod factum fuerat, admirati pluclum benedixerunt Deum.

Eius accusatio curia in remedium isti defensionis.

Guidolorus de sancto Geminiano falso accusatus fuit quod veneno interemerat quendam virum; & quod eodem genere mortis, filium eiusdem virti, & vniuersam eius familiam proposuerat enecare. Caprus proinde à potestate terræ, grauissimus vinculis aggrauatus in turri quadam reclusus est. Ipse vero fiduciam habens in Domino, pro sua innocentia, quam sciebat, causam commisit B. Francisci patrocinio defendendam. Ex cogitante igitur Potestate, qualiter criminis obiecti confessionem eliceret per tormenta, qualibusque penitentia faceret interire; nocte illa cum mane ad cruciatum deberet adduci S. Francisci præsentia extitit visitatus: & immenso luminis fulgore usque manæ circumdatus, repletusque gaudio & fiducia multa securitatem evasione accepit. Aduenierunt mane tortores; & eductum de carcere, eculeo suspenderunt, aggrauantes super eum multa pondera ferri. Depositus est pluries & iterum eleuatus, ut pena penitentie succedente, citius ad confessionem criminis adigeretur: sed spiritu innocètia latrabatur, in vultu nullam molestiam prætendens in penitentia. Deinde accensus est ignis sub ipso non modicus: nec propterea capitillus est Iesus, cum tamen capite dependet ad terram. Tandem bulliente oleo superflusus, virtute patroni, cui se commiscerat defensandum, hæc omnia superauit; & sic dimissus liber, saluus abscessit.

De liberatis à periculo partus.

Parturient a dolore & pericolo liberantur.

Quædam Comitissa in Sclavonia sicut nobilitate illustris, sic & æmula probitatis erga S. Franciscum deuotione flagrabat; erga fratres vero sedula pietate. Tempore vero partus, duros perpessa dolores, tanta fuit angustia molesta, ut prolixi futurus ortus, præsens videretur matris occasus. Non videbatur infantem eniti posse ad vitam, nisi expiraret in vita: nec tali miseri parere, sed petire. Subuenit cordi eius sancti Francisci fama, virtus, & gloria: excitatur fides, inflammatur deuotio. Conuertit se ad auxilium efficax, ad fidum amicum, ad deuotorum solarium, refugium affloritorum; Sancte Francisce, inquit, piecati tuæ supplicant omnia ossa mea; & mente voueo quod explicare non possum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi, finis fuit dolendi; parturiendi meta, pariendi

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

pariendi principium. Statim enim omni cestante pressurâ partum edidit cum salute. Non fuit immemor voti, non propositi refuga: Ecclesiam quandam pulchram construi fecit, & constructam ad sancti honorem fratribus assignauit.

XLVIII. In partibus Romanis, mulier quædam Beatrix nomine vicina partui, cum per dies quatuor factum in ventre portaret extinctum: multis infelix agitabatur angustiis, & exitialibus doloribus vrgebat. Mortuus factus, matrem cogebat ad mortem: & nondum in lucem productum abortiuum, publicum matris periculum pariebat. Tentabat medicorum auxilium: sed omne humanum remedium laborabat in vanum. Sic de primis maledictionibus copiosius aliquid declinârat in miseriâ: ut Gen. 1.16. sepulchrum facta conceptus, sepulchrum pro certo proximum expectaret. Fratribus tandem Minoribus per internuncios totâ se deuotione committens, suppliciter aliquid de sancti Francisci reliquiis, fide plenâ proposcit. Contigit nutu diuino aliquantum inveniri de chorda, quâ fuerat sanctus quandoque præcinctus. Mox ut super dolentem posita chorda fuit, omnis facillime solutus est dolor: mortis causa, mortuus factus emilius, pristina sanitas restituta.

XLIX. Cuiusdam de Narnio nobilis viri vxor, Juliana nomine, pro filiorum morte annos trahebat lugubres, & continue infelices deplorabat euentus: pro eo quod omnes, quos cum pressura portauerat, filios modico intericto tempore cum vehementiori dolore sepulcrum tradiderat. Cum igitur quatuor mensium conceptus haberet in utero, magisque propter euentus præteritos de conceptæ prolis solicitaret obitu, quam de ortu: beatum Patrem Franciscum pro vita nondum nati factus, fideliter precabatur. Ecce autem nocte quadam, dormienti sibi mulier quædam apparebat in somnis, formosum puerulum gestans in manibus; illumque latissime offerebat eidem. Cum vero illa recipere recusaret, quem statim formidat amittere, mulier illa subuenxit: secure suscipias, quia quem tuo misericordi compatiens, sacer initit Franciscus, vitâ viuet, & ospitate gaudebit. Statim euigilans mulier intellectu per ostensam sibi cœlitus visionem, beati Francisci sibi adesse suffragium. Ex tunc abundantiori completa latitudine pro suscipienda prole iuxta promissum multiplicauit preces, & vota promisit. Impletum est denique tempus pariendi, & perperit summa masculum: qui iuuenilis robore florens atatis, tanquam per beati Francisci merita soñentum suscepit vitæ, incitamentum parentibus præbuit ad Christum, & sanctum eius deuotioris affectus. Simile quiddam huic in Tiburis ciuitate sanctus Pater efficit. Cum enim mulier quædam filias plurimas peperisset, desiderio prolis fatigata virilis, apud sanctum Franciscum preces ingeminavit & vota, Concepit igitur eius meritis mulier illa, & geminos ei parere dedit, qui pro uno fuerat exoratus.

L. Apud Viterbium partui propinqua mulier, morti propinquior censebatur, visceribus tormentata doloribus & tota calamitosa infortunis mulierum. Cuique naturæ succumbente virtute, omnis deficeret artis industria: invocato beati Francisci nomine, liberata confestim mulier partum salubriter terminauit. Sed allecula quod voluit, & oblita beneficij quod accepit: honorem sancto non deferens, die natalis ipsius ad opera servilia manus extendit, & ecce subito dexterum brachium ad laborem extensum inflexibile remansit & aridum. Quod cum studeret ad se reuocare cum altero, vltione consipili, & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier, tedintegravit votum: usque membrorum, quem propter ingratitudinem amiserat & contemptum, per misericordis & humilis sancti merita, cui se iterato deuouit, recuperare promeruit.

LI. Mulier quædam de partibus Aretinis, cum per septem dies partus dilucidina sustineret, & iam in nigredinem versa desperata esset ab omnibus: votum fecit B. Francisco, & eiuscepit moriens auxilium invocare. Emillo autem voto celeriter obdorinuit; viditque in somnis, beatum Franciscum se dulciter alloquentein, ac requirentein, vtrum faciem ipsius agnosceret, & an antyphonam illam Virginis gloriose: *Salve Regina mater Recitans pro misericordie*, sciret ad honorem eiusdem virginis recitare. Quâ respondentie se habere notitiam de vtrisque; Incipe, ait sanctus, antyphonam faciam, & antequam compleas, paties cuin salute. Ad hanc vocem euigilauit mulier, & cuin timore cepit dicere;

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Salve Regina mater misericordia. Cumque illos misericordes oculos precatetur, frumentumque commemoraret veetri virginalis: continuo cunctis liberata presluris infan-tem speciosum peperit, gratias agens Reginæ misericordiæ, quæ per B. Francisci merita, ipsius fuerat dignata misericordiæ.

De cœci illuminatis.

Oculum morbi cuiusdam fratri medi- carum. In conuentu fratrum Minorum Neapoli, cum quidam frater, Robertus nomine, LII. cœci annis plurimis extisset: creuit in oculis eius caro superflua, motum & visum impediens palpebrarum. Cum igitur fratres forenses ad diuersas mundi partes tendentes, ibidem plurimi conuenissent: beatus Pater Franciscus speculum obedientie sanctorum, ut eos miraculi nouitate hortaretur ad iter: prædictum fratrem ipsis præsentibus, tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater Robertus prædictus æger ad mortem, iamque sibi fuerat anima commendata: tum ecce astitit ei B. Pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis, videlicet S. Antonio, fratre Augustino, & fratre Iacobo de Assilio, qui sicut eum perfecte fuerant sequuti, dum viuerent, ita & ipsum alacriter comitabantur post mortem. Accipiens cultellum sanctus Franciscus, carnem superfluam resecauit, lumen restituit pristinum, & à mortis eum fauce reduxit: dixitque illi: Fili Roberte, gratia, quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas nationes euntibus: quod ego præcedam eos, & ipsorum dirigam gressus. Vadant, inquit, gaudenter, & iniunctam obedientiam alaci animo exequantur.

Cœca missam audiendi in die Natalia S. Francisci, vi- sum recipit. Apud Thebas in Romania, mulier cœca vigiliam sancti Francisci in pane tantum LIII & aqua ieiunans ad Ecclesiam fratrum Minorum, summo mane festivitatis, à viro suo perdueta est. Quæ dum missa celebraretur, in elevatione corporis Christi oculos aperuit, clare vidit, devotissime adorauit. In ipsa vero adoratione, voce magnâ proclamans: Gratias, inquit, Deo, & Sancto eius: quia video Corpus Christi. Omnibus, qui aderant, in voce exultationis conuersis: post sacerdotum expletionem, reversa est mulier ad domum suam, cum gaudio spiritus, & lumine oculorum. Exultabat quidem mulier, non solum quia lucis corporeæ recuperat aspectum: verum etiam quia sacramentum illud mirificum, quod est lumen animarum vetum & viuum, respectu primario per beati Francisci merita fidei suffragante virtute, meruerat intueri.

Oculum ex- fuscendum Franciscus restitutus. In Campania puer quidam quatuordecim annorum, de castro Populis, subiectus angustia, limitem oculum amisit ex toto. Passionis acerbitas, sic de loco suo propulit oculum, quod per octo dies, extra, nero relaxato longitudine digiti vnius ad maxillas dependens pene aridus est effectus. Sed cum sola supercesset abscessio, & à incidentibus foret penitus desperatus; pater eius ad auxilium B. Francisci totâ mente conuertit. Non defuit illi indefessus misericordum adiutor, precibus supplicantis. Nam oculum aridum, mirabili virtute in locum suum, pristinumque vigorem restituit, & lucis optata radiis illustravit.

Alterum redi- cuimus & do- lorem abfus- tis custodi- fessori. In eadem provincia apud castrum, magni ponderis lignum ex alto prorupit, & cuiusdam sacerdotis caput grauissime quasi lans, sinistrum oculum excæcauit, qui humectatus & dejectuscepit altâ voce sanctum Franciscum luctuosè clamare, dicens: Succurre patrem meum ter sanctissimum: ut ad festum tuum ire valeam, sicut fratribus tuis ire promisi. erat enim vigilia sancti, qui statim exurgens peroptime liberatus, in vocem prorupit laudes & gaudij; & circumstantes omnes, qui eius misericordiam condolebant, in stuporem conuertit & iubilum. Iuit ad festum narrans omnibus, quam in se expertus fuerat clementiam & virtutem.

Oculum di- uisum sanat. Vir quidam de monte Gargano diu in vinea sua laborans, lignum quoddam ferro succideret, proprium percussit oculum; & sic divulgit per medium, ut quasi media pars ipsius exterius dependeret. Cumque in tam desperato periculo, desperaret sibi posse per hominem subueniri: ieiunaturum se in festo S. Francisci, si ei succurreret, repromisit statim in loco debito viri oculum Sanctus Dei restituit: siveque diuissum reuinxit & lumine pristino decorauit, ut nullius lesionis vestigia remanerent.

Filius

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

- LVII.** Filius cuiusdam nobilis viri à nativitate cæcus, meritis B. Francisci lumen accepit optatum; qui nonen ab euentu sortitus, Illuminatus vocatus est. Assumpsit postea cum inestate eslet, ordinem B. Francisci, accepti beneficij non ingratus: tantumque proficit in lumine gratia & virtutis, ut vere lucis filius videretur. Tandem B. Patris promerentibus meritis sanctum initium fine sanctiore conclusit.
- LVIII.** In Zachanto, quod est castrum iuxta Anagninam, miles quidam Gerardus nomine, oculorum lumen ex toto perdiderat. Accidit autem ut duo fratres Minores ab exteris paribus venientes ad dominum ipsius hospitaturi diuerterentur. Suscepit itaque deuote, propter reuerentiam sancti Francisci à familia tota, & cum omni benignitate tractati, gratias agentes Deo & hospiti ad locum fratum deuenire. Nocte igitur quadam, beatus Franciscus vni fratum illorum in somnis apparuit, dicens: Surge, festina cum socio ad domum hospitis nostri, qui Christum & me suscepit in vobis: volo enim beneficia respondere pietatis; cæcus quidem effectus, suis promerentibus culpis, quas penitentiali non studuit confessione purgare. Disparente quoque patre, frater festinus surrexit, ut mandatum cum socio celeriter adimpleret, venientisque ad hospitis domum, cuncta, quæ viderat alter, per ordinem narrauerunt eidem. Stupuit vir ille non modicum, & universa quæ dicebantur, vera esse confirmans: compunctus ad lachrymas confessus est labens. Tandem correctione promissa interiorique homine taliter renouato, exteriorem continuo recuperauit aspectum. Huius miraculi fama circuinque diffusa, non solum ad reuerentiam sancti, verum etiam ad confessionem humilem peccatorum, & hospitalitatis gratiam plurimos incitauit.
- LIX.** Quidam pro surtu calumpnia cæcatus fuit, rigore iustitiae secularis apud Assisium. Othonem milite per ministros publicos sententię Octavianum iudicis de eruendis accusato oculis exente, qui taliter deformatus, effossis oculis, praeciliis neruis opticis etiam cum culculo, ductus ad altare beati Francisci implorata ipsius clementia, & suā in prædicti crimini impositione, innocentia allegata, sancti ipsius merito infra triduum, nouos recepit oculos, minores quidem illis, quibus orbatus fuerat, sed non minus limpide visus officium exercentes. Huius auctorē stupendi miraculi testis fuit prænominatus miles Otto, iuramento ad hoc adstrictus, coram Domino Iacobo Abate S. Clementis, autoritate Domini Iacobi Episcopi Tiburtini de ipso miraculo inquirente. Tellis etiam exitit eiusdem miraculi frater Guillermus Romanus à fratre Hieronymo Esculano generali Minister Ordinis fratrum Minorum, ad veritatem dicendam, quam circa hoc nouerat, præcepto & excommunicationis sententię obligatus, qui taliter adstrictus coram pluribus ministris Provincialibus eiusdem ordinis, & aliis magni meriti fratribus, affirmauit se dum adhuc seculari existentem, vnde cum habentem oculos; & post unodum actu executionis iniuriam patientem, ac sc. excæcati oculos in terram proiectos curiose cum baculo revoluille, & postmodum virtute diuinâ, eundem, nouæ lucis receptis oculis videntem clarissimè conspexisse.

De liberatu à variis infirmitatibus.

- LX.** Fr. Jacobus de Isco cum puerulus esset, in domo paterna incurrit rupturam corporis valde grauem. Superno vero afflatus spiritu, licet esset iuvenis & infirmus, Ordinem S. Francisci deuotus intravit: nulli tamen quâ yrgebatur, infirmitatem detexit. Factum est autem cum corpus sancti Francisci transferretur ad locum, ubi preciosus sacrorum ossium eius nunc thesaurus est conditus: adiuit, & tunc dictus frater translationis gaudiis: ut glorificati iam patris corpori, honorem debitum exhiberet. Et appropinquans tumbo, in qua ossa sacra fuerant colloquata, præ deuotione spiritus, sacrum tumulum complexatus, & cum lachrymis multis oras subito, iniro modo ad loca debita partibus reupcatis, sanum se sensit, succinctorum depositus, & ex tunc ab omni dolore pretermoto liber fuit. Ab infirmitate quoque consumili, fr. Bartholomus de Eugubio, fr. Angelus de Tuderto, Nicolaus Sacerdos de Stichano, Ioannes de Fora, vit quidam de Pisis, & alias de castro Cisternæ, Petrus quoque de Sicilia, & homo quidam de castro Spelli iuxta Assiūm, & quantumplures alii p̄t Dei misericordiam & beati Francisci merita extiterunt inuulnerabiliter liberari.

ANNO CHRISTI : GREGORII IX. FRÉDERICI II. RELIGIONIS MI.
1228. ANNO 2. IMPERA. AN: 19. NORVM AN. 21.

In matrimonia, mulier quædam mentis alienationem per quinquennium patit, viu- LXI.
& audiens priuata est: indumenta dilaniabat dentibus, ignis & aquæ periculum non ti-
mebat, & caduci morbi ad sumum incurerat horribilem passionem. Nocte vero
quadam, cum disponeret sibi diuina misericordia misereri: salutaris fulgore lucis su-
perillustrata diuinitus vidit beatum Franciscum super solium sedere sublime: ante
quem prostrata sanitatem suppliciter exposcebat. Illo vero nondum fauente preci-
bust, firmavit mulier votum promittens pro Dei amore, ac sancti, potentibus donec
haberer, eleemosynam non negare. Illico sanctus pacrum recognovit, quod olim cum
Domino fecerat simile: & signans eam crucis signaculo, integrum sibi restituit sanita-
tem. A consuili passione puellam quandam de Nursia, & filium cuiusdam nobilis viri,
& alios quosdam, relatione veridicâ competitum est S. Dei Franciscum misericorditer
liberasse.

Nobilis quædam mulier, Rogata nomine, in Episcopatu Sorano, per viginti tres LXII.
annos fluxu sanguinis fatigata; sed à quam pluribus medicis quam plurima mala per-
pessa, præ nimietate quidem languoris, sepius videbatur expirare. Sed & si quando flu-
xus huiusmodi stringebatur, turnescerat corpore toto. Audiens autem quandam pue-
rum, Romano sermone canentem miracula, quæ Deus per beatum Franciscum fuc-
rat operatus: nimio dolore commota, tota prorupit in lachrymas: sicque intra se fi-
de accensâ, dicere cœpit. O beate pater Franciscus, qui tantis coruscis miraculis: si
me dignareris ab hac ægritudine liberare, magna tibi accresceret gloria: quoniam ad-
huc tantum miraculum non fecisti. Quid plura? His dictis, sensit se beati Francisci
meritis liberaram: filium quoque ipsius Marium nomine, qui brachium habebat con-
tractum, sanctus Franciscus voto ad ipsum emissio sanauit. Fœminam etiam quandam
de Sicilia per septennium fluxu sanguinis fatigatam beatus Christi signifer saluauit
fecit.

In vrbe Roma, Praxedes quædam nomine, religiositate famosâ, quæ à tenella LXIII.
estate propter æterni sponsi amorem, arcto se carcere per quadraginta iam fere an-
nos abdiderat, apud beatum Franciscum, gratiam proineruit specialem. Nam cum
die quâdam pro rebus opportunis, solarium suæ cellulæ concendiisset, & impulsione
phantastica corruiens, cum fractum haberet pedem cum cruce & humerum à posi-
tione debita sequestratum: apparuit ei benignissimus pater vestimentis glorie candi-
datus, & dulcibus affatibus alloqui coepit eandem: Surge, inquit, filia benedicta, surge
ne timeas. Et apprehensâ manu ipsius, alleuans eam disparuit. Ipsa vero per cellulam
suam hoc atque illuc se conuertens, putabat se visum videre: viisque ad clamorem
ipsius portato iam lumine, perfecte se sentiens per seruum Dei Franciscum esse sa-
lam, cuncta quæ acciderant per ordinem enarravit.

De non obseruantibus festum, & non honorantibus sanctum.

In Pictaviæ partibus, in villa quæ Simeo dicitur, sacerdos quidam Reginaldus no- LXIV.
minc, beato Francisco deuotus, festum ipsius parochianis suis indexcat solemnitatem
celebrandum. Vnus autem de populo ignorans sancti virtutem, sui patui pendit sa-
cerdonis mandatum. Egressus autem foras in agrum, vt ligna succideret, cum se præ-
parasset ad opus, vocem audiuist huiusmodi ter dicentem: festum est, operari non li-
cer. Verum cum nec imperio sacerdotis, nec supernæ vocis oraculo, scrulis temeri-
tas frænaretur: addidit diuina virtus ad gloriam sancti sui, sine mora miraculum, &
flagellum. Mox enim vt furca in manu iam tenens, alteram cum ferreo instru-
mento levauit ad opus: sic diuinâ virtute, utraque manus utrius instrumento co-
haesit, vt ad neutrius dimissionem digitos aliquatenus relaxare valeret. Stupefactus
niris, & quid ageret nesciens, ad Ecclesiam multis vndeque ad videndum prodi-
giuia concurrentibus, properauit. Vbi mente compunetus ante altare, quodam ex
assistentibus sacerdote monente, (plures quippe ad festum vocati conuenerant Sa-
cerdotes) beato Franciso se humiliiter deuouit: tria, sicut ter vocem audierat, vo-
ta vobis: quod scilicet festum ipsius coleret: quod ad illam, in qua tunc erat,
Ecclesiam in seculo veniret: & quod sancti corpus personaliter visitaret. Mirum
certe

ANNO CHRISTI GREGORII IX. FREDERICI II. RELIGIONIS MI.
118. ANNO 2 IMPER. AN. 19. NORVM AN. 21.

certe relatu. vno emissio voto unus digitus factus est liber : ad secundi emissionem, solitus est alius : sed tertio facto voto, laxatus est tertius ; & postmodum tota manus, necnon & altera subsequenter, populo, qui iam multus aduenerat, sancti clementiam deuotissime implorante. Sic homo primitus redditus libertati per seipsum instrumenta depositus ; cunctis laudantibus Deum, virtutemque sancti mirificam, qui tam mirabiliter percutere poterat, & sanare. Ipsa vero instrumenta usque hodie (inquit Bonaventura) coram altari ad honorem B. Francisci fabricato, ibidem in memoriam facti dependent. Plura quoque illic, & in locis vicinis patrata miracula, & sanctum in celis ostendunt eximium, & festum ipsius in terris venerabiliter excolendum.

LXV. In civitate quoque Cenomanensi, dum in solemnitate sancti Francisci, mulier quædam manus ad colum extenderet, & digitis apprehenderet fusum : obrigentibus manibus cœperunt digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur pœnâ docente, sancti recognoscens virtutem, corde compuncta, cucurrit ad fratres. Cumque pro salute ipsius devoti filij sancti patris clementiam precarentur, in columis effecta est statim : nec aliquid læsionis remansit in manibus, nisi ad facti memoriam, solum vestigium combustaræ. Simili etiæ modo in Campania maiori, mulier quædam, & in villa Olesti mulier altera ; & in castro Pyllei, tertia, dum beati Patris festum celebrare contemneret, prævaricantes primum mirabiliter sunt punite : sed postmodum pœnitentes, per S. Francisci merita mirabilius liberatae.

LXVI. Miles quidam de Burgo in prouincia Massæ, beati Francisci operibus, & miraculorum signis impudentissime detrahebat ; inferebat multa opprobria peregrinis, ad ipsius memoriam venientibus, & contra fratres publicâ garriguebat insanâ. Cum autem semel sancti gloriam impugnaret ; addidit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si verum est inquit, quod Franciscus iste sit sanctus : gladio cadat hodie corpus meum. Si vero sanctus non est, euadat in columnis : non distulit ira Dei condignum inferre supplicium, cum iam facta fuisset oratio in peccatum. Morâ enim modica interiecit, dum blasphemus nepoti suo inferret iniuriam : accepit ille gladium & patui visceribus cruentavit. Eodem die mortuus est sceleratus, infernî mancipium, & filius tenebrarum, ut ceteri discesserent miranda Francisci opera, non blasphematorii verbis impetrare, sed deuotis laudibus honorare.

LXXII. Index quidam nomine Alexander, dum à beati Francisci deuotione, quos poterat veneratâ lingua retrahet, diuino iudicio lingua priuatus, per sex annos obmutuit. Qui cum in eo : quo peccauerat, torqueretur ; altâ pœnitudine reuocatus dolebat, se contra sancti miracula oblatrasse. Itaque non persistit misericordis indignatio sancti : sed pœnitentem, ac se humiliter inuocantem, restituâ loquela, recepit ad gratiam. Ex tunc linguam blasphemiam consecravit laudibus sancti, deuotionem suum & disciplinam recipiens per flagellum.

De quibusdam aliis miraculis diversorum generum.

LXXXIII. In castro Gallani Valicensis diœcesis mulier quædam nomine Maria, quæ Christo Iesu, & B. Francisco famulatu deuoto subiecta, unâ dicrum æstiuo tempore exiit, ut manibus conquireret propriis necessarium vietum. Cum igitur seruete nimium æstu, sitis deficere cœpillet ardoribus, omni priuata beneficio poculi, pro eo quod in monte arido sola esset quasi exanimis hupi prostrata, patronum suum sanctum Franciscum inuocabat pio mentis affectu. Dum autem persecueret mulier in affectuosa & humili prece : labore, siti, & æstu fatigata quamplurimum, paululum obdormiuit. & ecce S. Franciscus adueniens, & eam vocans ex nomine : surge, inquit, & bibe aquam, quæ diuino munere tibi ac pluribus exhibetur. Ad huius vocis auditum surrexit mulier à somno, non modicum confortata, & accipiens silicem, quæ iuxta se erat, radicitus evulsit à terra : effodiensque ligno parvulo circuque, viuenter reperit aquam, quæ cum primo videtur parvula stilla, subito diuinâ virtute crevit in fontem. Bibit itaque mulier, & satiata oculos lauit, quos cum longâ prius haberet ægritudine obumbratos, nouâ ex tunc sensit luce perfusos. Feltinavit ad dominum mulier, tam stupendum miraculum ad gloriam sancti Francisci denuncians vniuersis. Concurserunt vndique multi ad miraculi famam, experientia magistrâ discentes mirabilem illius aquæ virtutem duxit ad ipsius hæstutum confessione pra-

ANNO CHRISTI
1228.GREGORII IX.
ANNO 2.FREDERICI II.
IMPER. AN. 19.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 21.

misâ à variis morborum cladibus plurimi liberantur. Perseuerat usque hodie fons ibi perspicuus; & in honore B. Francisci ibidem oratorium est constructum.

Agricola in plurius pro prius. In Hispania apud sanctum Facundum, viri cuiusdam cerasum arefactum, ad vitorem frondium, florum & fructuum contra spem mirabiliter reuocauit. Incolas quoque terraz apud Vilesios, à vermium peste corrodentium vineas circumquaque, miraculoſo suffragio liberauit. Sacerdotis cuiusdam iuxta Palentiam horreum quoddam, quod verminibus frumentaris repleri quolibet anno solitum erat, sibi fideliter commendatum penitus expurgauit. Terram quoque Domini cokusdam de Petra mala in regno Apulie, ubi suppliciter commendata, ab odiosa peste brutorum penitus seruauit indennem: cum tamen in circuitu omnia essent prædictâ pestilentia deuorata.

Bonis fractis etas solidissimis. Vir quidam Martinus nomine, cum longe à castro suo boues ministraret ad pascuacrum LXX. viuis bouis casu quoddam sic fuit desperatè contractum, ut nihil esset sibi de remedio aliquo cogitandum. Dum autem pro decoratione foret solicitus, & instrumentum cum quo id faceret, non haberet: domum reuersus B. Francisco bouis curam reliquit, ipsumque fideli sancti custodiz fiducialiter commendauit, ne ante suum redditum deuoraretur à lupis. Summo itaque mane ad bouem in silua reliectum, cum excoriatore reuersus: pascientem ipsum ita reinuenit in colum, quod nequaquam crux fractum ab altero discernebat. Gratias egit bono pastori, qui diligentem de boue suo curam habuit, & mediam donauit. Succurrere nowit humilis sanctus omnibus inuocantibus ipsum: nec quantumcumque paruas necessitates hominum dedignatur. Nam viro cuiusdam de Amiterno, iumentum restituit furto sublatum. Mulieri cuiusdam de Interduco catinum nouum in multas partes casu diuisum, integre reparauit. Viro etiam cuiusdam de monte Vlmi in Marchia consolidauit vomereto in frusta contractum.

Otagmaria pauperi lac præbet pro celusido negotio. In Sabinensi diccesi, vetula quædam octogenaria erat: cuius filia moriens lactantem LXXI. infantulum dereliquit. Cum igitur anus paupercula, plena esset inopiâ, & vacua lacte: nullaque esset mulier, quæ sicuti paruulo lactis stillicidium, iuxta quod exigebat necessitas, erogaret: quo se verteret vetula, penitus ignorabat. Debilitato vero infantulo, nocte quædam omni humano desituta subsidio, ad beati Patris Francisci auxilium implorandum, lachrymarum imbre perfusa, totâ se mente conuertit. Adsuit statim innocentis amator atrox: Ego, inquiens, sum Franciscus, ô mulier, quem tantis lachrymis inuocasti. Pone, ait matrem tuas in ore puerili: quoniam abundantem tibi lac Dominus dabit. Implementum anus sancti mandatum: & statim octogenaræ mammæ lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile sancti donum: multis tam viris, quam mulieribus accelerantibus ad videndum. Et quia quod testabantur oculi, lingua inuipugnare non poterat: excubabant omnes ad laudandum Deum in sancti sui virtute mirabili, & amabili pietate.

Monstrans puerum reformatus in pulchritudine. Apud Spoletum, vir & vxor vnicum habentes filium, quotidie illum velut hæreditarium opprobrium deplorabant brachiis siquidem collo connexis, iunctisque genibus pectori, & pedibus natibus alligatis: non hominis proles, sed monstrum quædam potius videbatur. Vehementiori mulier ex hoc afflita dolore, crebris gemitibus clamabat ad Christum, S. Francisci auxilium inuocando: ut infelici sibi, & tali in opprobrio constituta, succurrere dignaretur. Nocte igitur quadam, cum propter huiusmodi tristiam, tristis eam somnus arriperet: apparuit ei S. Franciscus, pâs eam affatibus mulcens: insuper & suadens, quod ad locum propinquum, suo nomini dedicatum, deserret puerum: ut ex aqua putci loci illius, in nomine Domini superflus, plenam recipret sospitatem. Negligente autem illâ sancti adimplere mandatum, secundo replicauit ad ipsum. Tertio quoque apparens, mulierem cum pueru usque ad ianuam dicti loci, praetribulo ducatu perduxit. Superuenientes autem nobiles quædam matronæ deuotionis causâ ad prædictum locum, eis à inulicre præfata diligenter exposita visione, vna cum ipsa puerum fratribus presentabant: & baurientes aquam de puteo, earum nobilioꝝ propriis manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad sua loca perduxit, sanus apparuit: & magnitudo miraculi, omnibus admirationem induxit.

Minorita paralyticus & am. sa- uare. Apud Segusiam iuuenis quidam de Riparolio, Vbertinus nomine, Ordinem fratrum LXXXIV. Minorum ingressus: nouiciatus sui tempore, horridi cuiusdam perturbatione pauoris incurrit amentiam: totiusque dextræ partis paralysis morbo grauissimo, auditum & linguam cuin motu amisiſ & sensu. Cum autem sic inabilitis, nō sine stratum multa recessit per plures dies in lectulo decubuisse, B. Francisci solemnitas superuenit; in cuius

ANNO CHRISTI	GREGORI IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1228.	ANNO 2.	IMPER. ANNO 19.	NORVM ANNO 21.

vigilia, concessio ubi aliquo lucido intervallo, pium patrem licet voce informi, corde tamen fidei, prout poterat inuocabat. Hora vero matutinali, fratribus omnibus in Ecclesia laudibus diuinis intentis ecce B. Pater habitu fratrum induitus in infirmitate loco, praefato nouicio astigit, lumenque non modicum in habitaculo illo resulgit. Et extensam manum super dextrum illius latus à capite ad usque pedes suauiter contingendo deducens, digitos in auriculas misit, quodamque in dextro humero impresso charactere, hoc tibi ait, signum erit, quod Deus per me, cuius exemplo ductus Religionem intrasti, plenè te restituit sanitati. Chordaque illum succingens, quia sine chorda iacebat, dixit ad eum: surgens & Ecclesiam intra, & laudes Deo debitas cum fratribus deuotus exsolvas. Quibus dictis, cum puer ipsum manibus vellet contingere, & pedum eius deostulari vestigia, ut gratias ageret ab eius aspectu B. Pater abscessit. Et iuuenis recuperata sanitate corporis, cum rationis industria, viuacitate sensuum & loquela, Ecclesiam ingressus cum multa fratrum & saecularium admiratione, qui tunc aderant, & iuuenem paralyticum viderant & amentem, laudibus diuinis intersuit: & per ordinem narrato miraculo, multos ad Christi, & B. Francisci deuotionem accendit.

LXXIV. In castro Choræ Ostiensis diaœesis, vir quidam sic crux ex toto perdiderat, ut nullo modo progreedi, vel mouere se posset. Positus itaque in angustia vehementi, & auxilio desperatus humano: cœpit nocte quadam, ac si presentem cerneret Beatum Franciscum tam coram eo allumere materiam querulandi: adiuua me sancte Francisce, recolens meum scutum, & deuotionem tibi impensam. Nam in asino meo te portavi, sanctos pedes tuos & sanctas manus tuas osculatus fui: semper tibi deuotus, semper benevolus existi: & ecce morior doloris huius durissimo cruciatu. His pulsatus querelis, statim adfuit beneficiorum memor, & deuotioni gratus & vigilanti viro cum uno fratre apparuit: ad vocationem eius se venisse dixit, & tulisse remedia sanitatis. Tegit locum doloris cum baculo parvulo, qui figuram Thau in se habebat: & fracto mox apostolate perfectam tribuit sanitatem, & quod mirabilius est, factum signum Thau imprellum super locum sanati ulceris ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc signo sanctus Franciscus suas consignabat literas, quoties charitatis causa scriptum aliquod dirigebat.

*Signum Thau
restidatur
amici omni.*

LXXV. Sed ecce dum per diuersa miracula gloriose patris Francisci mens narrationis varietate distracta decurrit promerente ipso crucis gloriose signifero in signum salutis Thau, non sine diuina directione peruenit: ut ex hoc possimus aduerttere quod sicut crux militanti post Christum, fuit sublimitas meriti ad salutem: sic & triumphantem cum Christo, facta est firmitas testimonij ad honorem. Hoc quippe crucis mysterium magnum & mirum, in quo charismata gratiarum & merita virtutum, & thesauri sapientiae & scientiae tam altâ profunditate velantur ut à mundi sapientibus & prudentibus sit occultum: tam plene sicut huic Christi parvulo revelatum, ut omnis vita ipsius, non nisi crucis vestigia sequeretur, non nisi crucis dulcedinem saperet, non nisi crucis gloriam predicaret. Vere namque in suæ conversionis principio, dicere cum Apostolo potuit: *Mibi autem abiit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Non minus etiam vere in conuersationis progressu addere valuit: *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia.* Verissime autem in consummatione potuit subinserre: *Stigmata Domini Iesu in corpore meo paro.* Sed & illud nos quotidie desideramus ab ipso audire: *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres* *Ibid. 17.* Amen.

*Signum hoc
familia
Francis.*

*Magnum in
eo crucis su-
dium.*

March. 11.

11.

Galat. 6. 14

Ibid. 16.

Ibid. 17.

Ibid. 18.

Gloriare igitur iam securè in crucis gloria, Christi signifer gloriose: quoniam à cruce incipiens, secundum crucis regulam processisti: & tandem in cruce perficiens, per crucis testimonium, quantæ gloriæ sis in cœlo, cunctis fidelibus innotescit. Secure iam te sequantur, qui exiunt ex Ægypto: quia per baculum crucis Christi, mari diuiso deserta transibunt in re promissam viuentium terram, Jordane mortalitatis transiñlio, per ipsius crucis mirandam potentiam ingressuri.

LXXVI. Relatis ex Bonaventura magnis multisque his miraculis: quæ ad sancti viri canonizationem consecuta sunt, prosequi lubet. Paucis itaque diebus postquam inter sanctos relatus est, Pontifex datis literis vniuersis Christi fidelibus factam sancti viri apotheosim intinxavit, eiusque diem sanctum 4. Nonas Octobris celebrari constituit, in eiusdem literis testificans sanctum virum multam secum familiaritatem habuisse. Eas

ANNO CHRISTI
1228.GREGOR. IX.
ANNO 2.FREDERICI II.
IMPER. ANN. 19.RELIGIONIS MI.
NORVM. 21.

habent registrum Vaticanicum numero 3. & Laetius Cherubinus numero 2. sub eodem Pontifice.

*Gregorius Episcopus seruum seruorum Dei Venerabilibus fratribus
Archiepiscopis, Episcopis, &c.*

*Bulla Cas-
micationis S.
Francisci.
Dicitur an-
ta Ecclesi-
Judec. 3.*

[Mira circa nos diuinæ pietatis dignatio, & inestimabilis dilectio charitatis, qua filium pro seruo tradidit redimendo, dona suæ miserationis non deserens, & vineam dextera eius plantaram continua protectione conseruans, in illam, qui salubriter ipsam excolant, euellentes sarculo ac vomere, quo Samgar sexcentos Philistæos percussit, spinas & tribulos ex eadem, operarios etiam in undecima hora transmittit, ut superfluitate palmitum resecata, & vitulariibus spuriis radices altas non dantibus, necnon sencibus extirpatis, fructum suauem aferat, & iucundum, qui prælo patientiæ dessecatus, in æternitatis cellarium transferatur. Impietate profecto velut igni succensa, & frigescente charitate multorum, in eiusdem maceriam diruendam, irquentibus Philistæis potione terrena cadentibus voluptatis. Ecce in hora undecima Dominus, qui cuin diluuij aqua terram deleret, iustum per lignum contemptibile gubernauit, super sortem iustorum virginem peccantium non relinquens, excitat seruum suum beatum Franciscum, virum utique secundum cor suum, apud cogitationes diuinitum lampadem, quidem contempnam sed paratam ad tempus statutum, illam in vineam suam mittens, ut ex ipsa spinas & vepres euelleret, prostratis illam impugnantibus Philistæis, illuminando patriam, & reconciliari Deo, exhortatione sedula commonendo. Qui audita interius voce inuitantis amici, impiger surgens, mundi vincula blandientis, quasi alter Samson, gratia diuina præuentus dirupit, & spiritu feruoris concepto, asinique arrepta mandibula, prædicatione siquidem simplici, nullis verborum persuasibilia huicmæ sapientiæ coloribus adorna, sed tamen Dei virtute potenti, qui infirma mundi eligit, ut fortia quæcumque confundat, non tantum mille, sed multa millia Philistinorum, eo qui tangit montes, & furnigant, fauente, prostravit, & in spiritus seruitutem rededit, carnis illecebris antea seruientes. Quibus vitiis mortuis, & Deo viuentibus, iam non ipsis, quorum pars pessima periret, ex mandibula ipsa egressa copiosa est aqua reficiens, abluens, & secundans lapsos, sordidos & arentes, quæ in vitam æternam satiens absque argento & commutatione aliqua potestemi, cuius riuuli longe lateque diffusi, vineam irrigant, usque ad mare palmites, & usque ad flumen propagines extendentem. Hic denique Patris nostri Abrahæ inuitatus veltigia, mente de terra & cognatione sua, nec non domo patris eius egrediens, ierupus in terram, quam sibi Dominus, diuina inspiratione monstrarat, ut expeditus curreret ad brauium vocationis cœlestis, & per angustam portam posset facilius intruire, sarcinam terrenæ sublantiae depositum, se illi conformans, qui cum diues esset, pro nobis factus est pauper, eanque dispersit dedit pauperibus, ut sic eius iustitia in sæculum sancti permanaret. Et in terram visionis accedens, super unum sibi montium demonstratum, videlicet excellentiæ fiduci, carnem suam quasi filiam vñigenitam, quæ ipsum interdum deceperat, cum Iepre Dōmino in haulocaustum obtulit, igne supposita charitatis, illam larmæ, siti, frigore ac nuditate, vigiliis multis, & ieiuniis macerando, quæ cum vitiis & concupiscentiis crucifixa dicere poterat cum Apostolo: Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus: quoniam iam non sibi vixerat, sed Christo potius, qui pro peccatis nostris mortuus est, & resurrexit propter iustificationem nostram, ut nullatenus peccato. Roman. 4. cato vñterius seruamus. Vitia quoque supplantans, & contra mundum, carnei & protestates aereas, luclamen assument viriliter, vxore, villa, bobus, à cena magna retrahentibus inuitatos, penitus abdicatis, cum Iacob Domino iubente surrexit, & gratia spiritus septiformis accepta, octoque sibi assistentibus Beatiitudinibus Euangeliis, Bethel domum Dei, quam scipsum præparauit eidem per quindecim gradus virtutum, qui mystice in psalterio continentur, alcedit. Et ibidem altare cordis Domino construens, aromata deuotarum orationum obculit super eo, per manus Angelicas in conspectu Domini deterenda, concius Angelicus mox futurus. Ne vero sibi soli proficeret in monte, tantummodo Rachel amplexis inherendo, contemplationi pul-

ANNO CHRISTI 1128.	GREGOR. IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 21.
<p>chrœ quidem , sed sterili , ad Liæ interdiœnum descendit cubiculum , minaturus gregem gemellis fœtibus fœcundatum ad interiora deserti prœvices pascuis perquirendis , ut illic ubi marina cœlestis dulcedinis reficit à secularium strepitu segregatos , cum lachrimarum effusione semina sua mittens cum exultatione , manipulos ad tertiatis horrea reportaret , cum populi sui principibus collocandus , corona iustitia coronatus . Qui trimum non quæ sua sunt , quartens , sed potius quæ sunt Christi , & eidem velut apis ar- gumentosa deseruiens , nec non quasi stella matutina in medio nebulæ , ac quasi Luna Eccles. 50. plena in diebus suis , & sicut Sol in Ecclesia Dei fulgens , lampadem & tubam in manus ^{¶ 6.} assumpsit , vt lucenium operum documentis , humiles attraheret ad gratiam , & pro- teruos à noxiis tetraheret excessibus dura increpatione terendo . Ac sic virtute charita- tis affatus in castra Madianitarum , Ecclesie iudicium declinantum per contemptum , co iuante , qui dum virginali vtero clauderetur , mundum suo circuibat imperio uni- uersum , intrepidus irruit , & abstulit arma in quibus confidebat fortis armatus , atrium suum custodiens , & distribuit spolia quæ tenebat , eiusque captiuitatem captiuam re- duxit in obsequium Iesu Christi . Hoste itaque triplici in terra politus superato , Regno cœlorum vim intulit , & illud rapuit violenter , & post huius viæ quam plura glorio- certamina , mundum triumphans , fœliciter migravit ad Dominum , multos præue- niens scientia præditos scienter nescius , & sapienter indoctus . Sane licet eius vita tam sancta , tam strenua , & præclara sibi sufficeret , ad obtinendum consortium Ecclesie triumphantis ; quia tamen militans , quæ sollemnido videt in facie , non præsumit de his , qui de suo foro non sunt , autoritate propria iudicare , vt illos pro vita tantum ve- nerando assumerat , præfeream quia nonnunquam Angelus Saranæ in lucis Angelum se transformat ; omnipotens & misericors Deus , de cuius munere venit , quod prædictus famulus Christi , digne sibi & laudabiliter deserviuit , tantam lucernam ; absconsam sub medio remanere non patiens , sed eam volens super candelabrum collocari his qui sunt in domo luminis , solatium præbituram , vitam eius sibi tuile acceptam , & ipsius memori- tiam esse à militanti Ecclesia venerandam , multis & præclaris miraculis declarauim . Cum igitur gloriolæ vitæ ipsius insignia ex multa familiaritate , quam nobiscum habuit in minori officio constitutus , plene cognita nobis essent , & de miraculorum coruscatione multiplici , per testes idoneos nobis facta fuerit plena fides , confidentes per Dei misericordiam , nos & gregem nobis commissum , eius suffragiis adiuuari , & quem fa- miliariter habuimus in terris , habere patronum in cœlis ; habitu frattum nostrorum con- filio & afflensi , ipsum ascribi decrevitus sanctorum catalogo venerandum . statuen- tes ut 4. nonas Octobris , die videlicet quo à carnis ergastulo absolutus , ad ætherea re- gna peruenit , ab vniuersali Ecclesia , natalitia eius devote ac solenniter celebrantur . Quocirca vniuersitatem vestram rogamus , monemus , & exhortamur in Domino , per Apostolica vobis scripta mandantes , quatenus die prædicto in commemora- tione ipsius , diuinis laudibus alacriter insistentes , eiudem patrocinia humiliiter im- ploratis , vt ipsius intercedentibus meritis , ad eius mereamini consortium peruc- nite : illo præstante , qui est benedictus in secula seculorum . Amen . Datum Perusii 14. Calend. Augusti , Pontificatus nostri anno secundo .</p>	<p>Gen. 1. j. Contempla- tiva sunxit viam ab nam. Gal. 1. 15. Phil. 2. v. 11. Eccles. 50. Iad. 7. v. 10. Ibid. Francisi fructus in Ec- clesia. Luc. 11. v. 18. Ephes. 4. v. 8. March. 11. v. 12. Mira scien- tia & pra- etaria curvi- ta. 1. Cor. 11. v. 13. March. 5. v. 13. ibidem. Multæ per cum facta miracula mirifica omo- familiares .</p>	<p>Dates aliati. terea circa hanc canonis- cationem .</p>	<p>Statuitur co- lenda die natalitatis .</p>

lxviii Præter hoc diploma peculiares dedit idem Pontifex literas ad Ecclesiarum præ- latos , quibus eos ad sancti viri venerationem , & dici festi cultum hortatur . Illas ferme omnes nostri authores exscriperunt , sed mihi discrepant circa diem , itmo & rationem . circa annum , quo dare sunt . Firmamentum , & Henricus Sedulus datas volunt anno quarto , quibus contradicunt cæteri omnes & bullæ originales quibus inscrip- tis est annus secundus , atque ita sane habet Rodolphus , ex quo tamen innuit Se. Rodolphus dulius eas se exscripsisse . Item numerat 7. idus Iulij anni secundi quod constare non potest , cum in eisdem literis referatur canonizatio sancti viri , que ex Bonauen- tura , Mariano , Thoma Celano , & aliis facta est ut superiorius dixi 17. Kalendas Hoc ann. e Augusti . Verius monumenta & Speculum ordinis cum aliis habent 9. Kalendas Mar- tii , quod mihi originalis bullæ archivii Atticelli sub numero 75. plene confirmavit . Suo itaque loco anno sequenti , in quem hoc tempus incidit , commodius hoc diploma reponemus , quod etiam videre licet in regelâ Vaticano numero 21. Illeme sive

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORI IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 19.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 21.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	----------------------------------

sortasse conciliari possit temporis datæ epistolæ differentia, quod successive, & vario temporis decursu ad varios Ecclesiarum prælatos fuerint transmissæ. Vniuersales sane inuenio ad omnes prælatos, & alibi peculiares ad solos prælatos Galliarum: item ad sacrum Prædicatorum institutionem sub hac inscriptione: *Dilectus filius magistro & capitulo ordinis Prædicatorum*: datas Perusij decimo tertio Kalendas Ianuarij Pontificatus anno 2.

*Fama postu-
ma S. Fran-
cisci multi
occidentans.*

Non solum sacerdos his ritibus Pontifex sancti viri nomen extulit, verum & compo-
positis à se hymnis & rhythmis Ecclesiasticis condecorauit: illius opus sunt hym-
nus: *Proles de cælo prodiit qui canitur in primis vesperis diei festi*; & prosa illa,
olim solemnis: *Caput draconis*: necnon illæ antiphona: *Sancte Francisci propria, veni
pater, accelesa, & quæ recitatur defuncto generali ministro: Plange turba paupercula.*
Pontificis pietatem imitati sunt plurimi ex Cardinalibus aliisque prælatis. Respon-
sorium illud octauum officij *De pauperatu horreo* fecit Otho Candidus seu Blancus
de Alerano ex Marchionibus Montisferrati diaconus Cardinalis sancti Nicolai in car-
cere Tulliano à Gregorio nono creatus. Hymnum nocturni: *In celesti collegio atque
alium in secundis vesperris: Decus mortuorum Dux Minorum.*

*Ciac. in In-
doc. 3.*

Antiquam prosam, quæ incipit: *Lata buntur.* Responsorium septimum: *Carmis spi-
catis, & antyphonam: Salve sancte pater, patrie lux* edidit Thomas Capuanus Car-
dinalis presbyter titulo sanctæ Sabinæ ab Innocentio Tertio creatus, quem maxi-
me in scribendo carmine & prosa oratione valuisse, atque aliquas antyphonas Ec-
clesiasticas composuisse commemorat Ciacconius. Rainenus Cappoccius Viterbiensis
Cardinalis sancte Mariæ in Cosmedin, quem supra diximus in sancti viri ca-
nonizatione orationem habuisse de gloria miraculorum, cecepit hymnum: *Plaude
turba paupercula* qui cantatur in laudibus.

*A quibus
episcopatum-
officium san-
cti Francisci.*

Stephanus de Casa noua quibusdam de fossa noua Romanus diaconus Cardina-
lis sancti Angeli ab Innocentio Tertio creatus, postea Ecclesiæ camerarius, cu-
ius nepotem equo lapsum, & mortuum: coram eo, & aliis Cardinalibus sanctus
Dominicus ad vitam revocauit, author est illius antyphonæ quæ quotidie canitur:
Cælorum candor splendens. Ita ut plurima pars officij, quod Minoritas in festo sui in-
stitutoris recitant opus sit huius Pontificis & prænominatorum Cardinalium. Apro-
hic addam à quibus ceteræ eiusdem officij partes superadditæ.

Ostianian. vt præ ceteris scribit Ostianianus Sinuensis, licet Marianus, & Annales Saxoni-
i in Orat. de ci MSS. alterant totum officium præter historiam, tam in littera, quam in cantu,
laud. S. Bon. § 1.

vt supra diximus ordinasse sub eiusdem Bonaventuræ generalatu cuiusque attensu tra-
trem Julianum Theutonicum virum in ordine eruditum, & ante ingressum in eun-
dem, primum præcentorem in aula Regis Gallorum. Missæ prefationem incipi-
tem: *Qui venerandum confessorem*, instituit sanctus vir frater Ioannes de Aluerna.

*Marian. c. 3.
Annal. Sa-
xon. anno
1227.*

Officium sacerorum stigmatum concinnauit frater Gerardus Odonis Gallus, sub Ioan-
ne vigesimo secundo, generalis Minister. Sequentiam illam olim celebrem, quæ
nunc excidit: *Sanctitatis noua signa* cecipit frater Thomas de Ccelano, cuius & il-
la solemnis mortuorum: *Dies tre dies illa*, opus est, licet alii eam tribucere velint fra-
tri Marthæ Aquasportano Cardinali ex Minoritis assumpto. Scripsit etiam unam
atque alteram difusam legendam sancti Francisci, quarum una Gregorij noni
nomen sortita est, quia eius suauis composita, altera authoris præsett nomen,
aliando legeuda antiqua nuncupata, quibus nos scriptus usi sumus in hoc
opere.

*Statuuntur
nouum adi-
vari S. Fran-
cisci templū.*

Tantis & talibus testibus credibilia facta sunt nimis testimonia sanctitatis Fran-
cisci, cuius adhuc celebrioriem voluit cultum Pontifex, statuens ut eius nomini
sumptuosum ædificaretur templum, in quo etiam honorifice posset corpus recon-
di & apud suos sectatores seruari. Licet enim decenter in Ecclesia sancti Georgii
iaceret, tamen non adeo congruum videhatur ut in presbyterorum secularium re-
manc

ANNO CHRISTI 1228.	GREGOR. IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM. 21.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	------------------------------

mancet potestate, quantumuis statim ab eius morte ex ipsorum sacerdotum consensu curauerit frater Elias, ut ad duos vel tres fratres habitarent in quadam ædicula iuxta eandem Ecclesiam ad continuum cultum, & perpetuas excubias tanti thesauri. Egit itaque Generalis tanquam Pontificis internuncius cum consulibus civitatis de loco deligendo & concedendo pro templi & contigi cœnobij structura. Nullus aptior, aut amænior vius quodam colle, qui alto imminebat præcipito, extra sed prope muros civitatis, in quo de malefactoribus supplicium sumebatur, & exinde nomen sortitus est: *Collis Inferni*. Sane non sine *in colle Inferni* diuina dispositione ita evenit quod locus ille huic structuræ destinaretur, ut quod propheticæ sub mortem se velle dixit Franciscus, compleretur. Interrogatus enim ubi se humati veller, respondit, in abiectissimo omnium loco, *in colle Inferni*, illa ex parte ubi facinorosi plectuntur. Ad votum eius ita ædificij structuram deduci curauit Helias, ut ipso illo in loco, ubi erectorum surce, ibi erigeretur & tumultus. Non prius discessit Pontifex, quam alta tantæ molis in ipso collis declivio struerentur fundamenta, cuius primarium lapidem propriis manibus ipse ecce, velut suis literis quas ad quartum Pontificatus dabimus annum, aperte testatur, Cardinalibus & principibus viris alios cum magno iubilo, & populi concursu superaddentibus; assignauitque Pontifex pro sumptibus annuos redditus multarum Ecclesiarum Vallis Spoletanae, quos ad expeditam ædificij formam non sufficere iudicans Helias, collectas pecuniarias indixit prouinciis, quod ægre nec sine dolore audierunt sancti viri socij, eiusque paupertatis æmulatores, ut sequenti anno dicemus.

LXXX. Acciri, aduehique ad se facit hoc anno Abbatissa de Kizingen, materterta sanctæ Elizabethæ, calamitosam hanc suam neptem, dum sine dolore suique genitrix opprobrio amplius audire non poterat eius aduersitates, quas superiori anno retulimus aduehtamque ad Bambergensis Ecclesiaz Episcopum auunculum ipsum, transmitti honorifice procurauit. A quo humanissime suscepta, cum aliquandiu ibidem egisset, caput vir prudens, iuxta consilium Apostoli, adolescentiorem adhuc viduam matrimonio velle decuincire, solicitoque animo expendere, cuinam potissimum ex principibus eam desponderet: ob idque ipsam una cum pedissequis tantisper ad aliam transmisit arcem, dum maturius, quo rem melius conficeret ex sententia, deliberaret. At vero pedissequa, pari cum Dominâ castitatis voto iampridem obstricta, animaduersa præsulis voluntate, queri cum lachrymis corporunt magnopere timentes, se Ancistitis decreto contrarie non posse. Quas conseltim Elizabeth precibus ad Deum fusis, totaque fiduciâ in Christum erecta, his verbis confirmauit: Non vos ô filiæ, timor iste sollicitas habeat, quem castitatis amore patimini. Confido ego diuinæ protectioni, ut quod viro supersite voui, defuncto non amittam, quantumuis etiam vel anchoritas premat, vel potentia terreat, vel amicitia blandiatur. Non mihi patiar auferri ab homine, quod hominis gratiâ non asuimpsti. Sed neque vim mihi ullam inferri timeo, quandoquidem taliter adactæ semper liberum erit, & voluntate dissentire, & ad de honestandam faciem, nasum præputare. Erectis per hæc verba pedissequarum animis, Episcopus quoque diuino tactus instinctu est, per suauisque ut proposito supersederet, missis actu tum nunciis, qui alio concedere iussas reducerent.

LXXXI. Interea temporis defuncti principis leuator è sepulchro cadauer, audataque, elegantium studio, putrescentibus ossa carnibus, ac scrinio clausa, in Thuringiam aduehuntur, amicis ac familiaribus adeò reverenter infuscatis, ut vbiunque nox illos inter viam subsistere coëgisset, ossibus in templo collocatis, & vigilias agi, & diuinæ laudes celebrati procurauerint; singulisque fani principibus pretiosum peristroma pro defuncti requie donauerint. Illatis tandem ossibus Franconiaz ac Babenbergz appropinquantibus, Episcopus adiuncto sibi clero, obuiam solemnî pompâ prodicens, nobilibus aliquot ad se vocatis, iubet Dei famulam pariter occurrentem utrumque slipent, ac ne anūtus deficiat.

S. Elizabetha accitur à matretra.

Num. 8 & seqq.
Montan. c.

17.
Theodoret.

lib. 5. c. 1.

Bonfin. dec.

t. 1. 7.

Hill. Lantg.

c. 40.

Timot. 5.

14.

Refugii secunda

nuptias.

Postius nati
ampullare
quam viru
ducere velles.

Aduehatur
Thuringia
ossa Latra-
ny.

ANNO CHRISTI 1228.	GREGOR. IX. ANNO 2.	LEDERICI II. I. PER. ANN. 19.	RELIGIONIS MI. NORVM ANNO 21.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Illi occurserunt Elizabeth. consolentur. Iamque sub oculis collocato, patefactoque scrinio: Elizabeth conspectis mariti reliquis, licet pro affectu doloris concedens, lachrymas tenere minime potuerit; immortales tamen Deo gratias egit, quod quem superstiteim provoto diutius habere nequiverit, saltem peregre, & in Uci opere defuncti, valeat ossa contueri, tangere atque complecti. Mox deinde captato secreto colloquio, nobilibus viris, qui à Sicilia, vna cum ossibus aduenerant; miserandam suę calamitatis tragediam exposuit, animosque eorum pro indignitate tam insignis iniuria ita incendit, ut post acceptam publicā fide iniunctionem Ancilis de recuperanda doce, posthumata Christiano ritu Principis ossa in cœnobio Benedictinorum Reinhartprunnen. & exequias funebri poinpā celebratas, non distulerint commendata in fidei suę illustrem viduam, ab acceptis iniuriis in pristinam dignitatem allerturi; Henricum adolescentiorem principem, qui cum rerum potiebat, conuenire.

Agitur de iniurias eidem illius. Fuere autem ex his viri præstantiores Rodulphus, Ludolphus, Hartungus, LXXXVII & Gualterus: quorum Rodulphus, vir multa fide & constantia præditus, ita

exortus est dicere: Quænam est fama de te, Princeps inclyte, tam sinistra, quæ tristi nuncio aures nostras implevit? Tene hanc fratti gratiam retulisse, ut defuncti & vxorem & liberos fortunis omnibus exui, ædibus propriis exigi, mendicatu denique publicæ exponi vel iussoris, vel permiseris! O te misericordia, ac totius generis tui lacrymis deplorandum: qui vel furore proprio, vel instinctu alieno tantum admiseris facinus, quod tibi quoad viues, scrupulo sit futurum! Itane iam honoris, fainæ, pictatis rationem adolescentis habere incipis; ut senio tuo timendum magis, quam confidendum esse videatur? Quid enim per immortalē Deum peccare potuit mulier, pacis, & pietatis plena? cuius tibi processus multo quam Cræsi opes, plus sunt collaturæ salutis; ut contra omnem æquitatem, contraque totius iura naturæ, inmeritam domq; pelleres, fortunæque priuares. neque his contentus etiam liberos eius pati misericordia exponeres; quorum eti minus sanguinem, quo te attingunt, miserebaris, vel ætatem teneram, ac imparem ferendis iniuriis, debuisti. Verum scio ego tantum scelus non tam tibi, cuius clementia exploratam habeo indolem, quam qui te circumstant, consiliariis quis scribi debere: qui ut te adigerent à sanguine tuo degenerare, ipsi humanitatem prius exuerunt. Dabis veniam mihi, princeps maxime, si vehementer iusto sum in orando: qui ut Principibus assentari nescio, ita eorum virtus pro tempore coargueret non reformido. Impositum est tibi venenatis malevolorum persuasionibus: utere nunc consilio Rodulphi tui; Elizabeth de integrō dignitati suę restituta; me authore, tibi reconciliabitur, facies et inuidia, in obliuionem ibunt offensæ; denique facta pace, ea ferientur amicitia fædera, quæ tam tibi, quam tuis omnibus sint & honori futura, & commodo. His à Rodulpho peroratis, ingens omnium, qui aderant, admiratio propter eximiam orandi libertatem est consecuta; & princeps ipse totus in lachrymas resolutus, nihil minus velle, tum verbis, tum vultu est adnotatus, quam tanto viro morem non gerere; assenseris se tam perpetram gestæ rei vehementer penitere, facturumque omnia, quæ ipse faciebat suæceret,

Quibus Elizabeth acceptis, respondit nolle se arces & oppida possidere, curisque *Res vocans* terreni regiminis denuo immixgi; petere ea sibi non grauare concedi, quæ ad se dominis iure pertinebant: iis se libere usuram esse, & ad suam & ad principis defunctorum salutem. Que res cum per Rodulphum & ceteros amicos fuisset, ut effectui mancipanda, bona fide suscepta; mansit Dei famula aliquantulum temporis in arce, humanitatem plurimam reconciliati Principis experta: qui eam & pro dignitate honorifice tractari, & pro comoditate splendide ali vestigique procurauit. At illa veritate ad votum fluentibus vitæ necessariis (quæ nonnunquam vel de rapina viantium, vel de oppressione pauperum animaduertebat prouenire) & conscientia sue inordinate inquietudinem consiceret, diuinaque se gratia indignam redderet, & doce se addire. quæ quam recuperare habebat, securius viicitur, iterum populari se vita præstigi

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

pristinæ paupertati sua sponte addicit. Quod vbi magnates illi viderunt, quos antea Rodolphus inuestione merita notauerat, tanta sunt excedentia permoti; vt ne videre quidem quis illam animis deinceps possent: insanam, fatuam, ac superstitionis clamitantes, quod post defunctum Principem alteras detrectando nuptias gauderet, quod diuitias, honores, voluptates reiiceret, quod religionem cæteris nobilibus inæqualem præferret. At vero Christi ancilla testimonio bonæ conscientiæ prædicta contumelias, conuicia, subsannationes, scommata, & cætera id genus alia, adeo constanter, humilianteque perpetiebatur: vt etiam gauderet dignam se esse talia pro Deo & amore continentiæ frugalitatisque sustinere. Erat itaque impiis ostentui, piis vero plurimæ veneratio; in tantum, vt & Pontifex Max. Gregorius nonus, audita fama virtutum eius, tanquam filiam, sub Apostolicz Sedis protectionem assumpserit, assumptamque Christi sacerdoti Contrado Marpurgensi commendauerit, commendatæ solarium patiter & adhortationem adhibuerit; docueritque eam propositis sanctorum exemplis, patientiam, castitatem, perseverantiam seruare; ac omnino sepius agitare, non esse aliud ad beatitudinem consequendam iter, quam quod Christus sanctique omnes indefessò labore, vigilanteque studio prætriverunt: se non deserturum eam, quoad viueret, sed ut filiam cum omnibus, quæ possideret, suæ defensioni vindicatam habiturum; tantummodo pergeret ire, quo cœpisset.

His Elizabeth scriptis mirum in modum confirmata, atque ad uberiorum virtutum frugem incensa; magistrum adit, petique legitimam facri profectus viam edoceri. Ille nihil moratus, contemptum ei seculi, castigationem carnis, & partimoniam rerum caducarum, ratione, scripturis, & gestis sanctorum rebus ita persualit; vt confessim ad diuinum illa subsidium recurrens, quod nonnullam in se difficultatem obeundæ eius perfectionis experiretur, supplici precatu impetraverit; ve quicquid mundus amat, amplectitur; magnipendit, ea deinceps omnia, quasi stercora execraretur, reiiceret ac omnino nihil putaret: voce etiam apud ancillas testata, nunquam sibi ante hac tantum cordi fuisse diuitias possidere, quantum modo libereret easdem omni cœno viliores iudicare; liberosque suos iam part scum cæteris mortalibus affectione diligere, vt quos Deo plane commisisset. Obedientias denique maleuolorum & superborum conuicia, subsannationes, despectum ita pro Deo libenter amplecti; vt iis etiam oblectari, gloriarique & velit, & sciat. Totis igitur animis ad profectum animata virtutum, posteaquam varia bene viventium expéndisset instituta: postremo vt veræ perfectionis auida, cunctis præferte decreuit paupertatem, cui appendix publicæ mendicitatis cohæret. Quam persuasionem cum magistro, impetrandi consensu gratia proposuisset, renuit ille, vt vir prudens, quæ nobilem ac teneram mulierem minus deceret, assentiri. Perseverantem deinde in proposito, precibusque lachrymas iungentein, indignabunda leuertate compescuit. At illa videns rem destinatam, qua voluit via, minime successisse: alias est non minus difficultem aggressa. Aduenerat dies sacratissimæ Paschæ, cum pro Christiano rito sacris nudæ tegminibus visuntur ara: Elizabeth sumpta occasione & temporis & loci (erat enim in cenobio fratrum Minorum) sacellum quoddam una cum magistro ac nonnullis ex fratribus ingressa positis super altare manibus solemnii ac magnanima professione renunciæ parentibus, liberis, consanguineis, pompis ac vanitibus mundi; denique voluntati propriæ, adnexura etiam è vestigio cessionem terrenæ possessionis, nisi magister sagacis vir ingenij, interfatus profitentis verba, ne vterius ieretur, effecisset.

In his pietatis operibus non segniter ei adfuit, nec patrum suo magisterio iuuit frater Rodericus Heribolensis quem superius diximus ex guardiano Halberstadienti factum sanctæ hæcœvæ præceptorem, eique in hoc pietatis disciplina successisse prædictum Conradum Marpurgensem. Mirum sane est, quod de eo refert Marianus ex antiqua quædam legenda. Aliquando extra oppidum ad cuiusdam fluminis ripam obambulabat sancta fœmina comitibus, pedissequis & fratre Roderico, cum quo serio de spirituali agebat profectu. Inter cætera, inquit, nihil adeo me torquet, religiose Pater, quam quod aliquantulum diffidam de creatoris mei erga me benevolentia, non quod cum summe bonum, & sui amoris profubuum ignoram, sed quod mea demerita multa esse coiperiam,

*Eam Ponti-
fax suscepit
in tuncelam
& instruxit.*

*Mundana
cuncta con-
temnit.*

*Evangelica
ambit par-
pertarem.*

*Choris q. u.
busque re-
miserat*

*An. 1221.
Fr. Roderi-
cus Heripo-
len. eius præ-
mier magi-
ster.*

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 21.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

propter quæ repellar quantumvis ego illius amore ex ardescam. Cui vir probus : Non est cur ita vereatis , inquit tanta est enim diuina bonitas, ut omnino certum sit , cum plus satis redamare amarem. At illa ; quomodo ergo me tot afflictionibus & languoribus à se permittit , vel ad momentum diuelli , cui semper & ubique velle inherecere ? Respondit Rodericus non derelictæ , sed dilectæ hæc esse indicia , atque ad amoris augmentum permitti ; illud vero , ut sibi persuadeat , cogat , prius arborem procerum , ad oppositam ripam plantatam , ad eam in qua coambulabant , transiutam , quam Deus in amore reciproco cederet creaturæ. Non omnino hæc dixit , cum ad omnium conspectum & stuporem tota arboris moles transplantata fuit ad deambulationis locum ; quod mirificum Dei dilectionis signum , dum Elizabeth animaduertit , summa humilitate ad religio- si viri pedes prostrata , veniam suæ exorauit dissidentiæ.

*Annual. Saxon. MS. ad huic anū.
Jean. à Plano fit minister Germanie , & plato in suis ordinem prefatus.* Eodem anno frater Helias certior factus lectorum aliquem Theologiz ex fratribus ad Germanos non esse destinatum , absoluit fratrem Simonem Anglicum à ministerio Germaniz , eique lectionem Theologicam imposuit ; fratrem vero Ioannem de Plano Carpinis ministrum destinavit. Qui indicte capitulo provinciali in Vormatia ibi litteras absolutionis fratris Simonis , & suæ institutionis demonstrauit , beatique Francisci canonizationem fratribus denunciauit. Et Saxoniam hoc honore dignam iudicans , fratrem Simonem lectorum Magdeburgum misit , & cum eo alias plures viros bonos & doctos. Idem fr. Joannes de Plano , quia vir grauis & corpulentus erat , asino vechi necessitate habebat , & homines tunc temporis propter ordinis nouitatem , & equitis humilitatem densissimi concurrentes , maiori deuotione ad asinum eius commouebantur , quam nunc propter abulum equitandi ad ipsorum fratrum personas. Hic præterea ordinis sui propagator maximus , misit fratres in Bohemiā , Hungariā , Daciā , Noruegiā : domum quoque Metensem maiorem recepit , & ordinem in Lotharingia plantauit. Fuit vir magnanimus & strenuus coram Episcopis & Principibus intrepide causas ordinis defensens ; neque verbis efferti potest , qua pace , charitate , consolatione & tutela fratres suos , tanquam mater filios , & gallina pullos suos semper fouerit & protexerit.

Conuen. Argem. Gonzagian. premiss. prou. Argentin. Guillim. c. 9. v. vimpbel. in hilos. Argent. Guillim. sub. epist. ss. Hoc anno extrectum Minoribus conuentum in ciuitate Argentinensi , author est Gon- zaga , sed Franciscus Guillimannus in commentario Episcoporum Argentinis . inceptum scribit anno 1230. à quo non discedunt Vvinphelingius & idem Guillimannus dum sub Bertholdo primo creato urbis Episcopo anno 1223. quam annis 15. rexit eos urbem in- habitare coepisse dicunt. Monasterium fuit hoc amplissimum , quod doctissimorum virorum clarum ac diuurnum habitaculum vocat Guillimannus , & quo vniuersa pro- uincia Argentinensis nomen accepit , sed seu hereticorum rabie per Germaniam grasiante , tandem in cineres redactum est in odium Franciscanorum , qui valide eorum insani figmentis verbo & scripto resistebant. Eodem etiam anno extrectus conuentus Da- mianitarum Nursiarum sub titulo S. Mariæ Magdalenz , ut amplius patebit ex registro Inno- centij 4. an. 2. sui Pontific. 17. Kal. Iulij ad huius voluminis finem.

Gonz. in pro. Tu- ron au. 21. Ortho. l. 6. c. 3. Conuen. Bi- turicens. An. 1223. n. 15. Eodem anno Illustriss. Dominus de Chauvigny in ciuitate Bituricensi , olim Aqui- taniz primatus , teste Ottone Frisingensi , ædem Minoribus ad preces B. Massæ sancti Francisci socij magna ex parte ædificauit , in qua fundatoris iure sepeliri voluit anno 1270. Ea defuncto Domina Ioanna de Viercon mulier pia & deuota , inchoatum tem- pli ædificium à choro ad finem usque perfecit. Ecclesia consecrata fuit anno 1260. die 20. Aprilis sub titulo S. Andæ & Ioannis Evangelistarum. In præfata ciuitate diximus prodigiosum illud miraculum muli famelici factum à S. Antonio ad probandam veram Christi corporis existentiam in Eucharistia in cæmiterio sancti Petri de Guillard , in cuius rei memoriam excitatum est præter Ecclesiam sancti Petri , quam memorauimus , facillum in ipius sancti Antonii venerationem.

Gonz. in pro. Germ. in- fer. con. 3. Conuen. Lo- uanian. Tunc item initium accepit conuentus Louaniensis religiosissimorum & doctissimo- rum hominum frax , qui à patribus Conuentualibus transit ad Collectaneos anno 1499. die 29. Aprilis ; ab his vero ad Observantes anno 1506. pridie exaltationis S. Crucis. Consecrata est Ecclesia anno 1536. die 16. Iulij quo etiam ordinarii est , ut deinceps tæpli celebraretur dedicatio. Ædem hanc plurimū laudat à pietate , à doctrina , à regulari disciplina & monasticis quibuscumque virtutibus Illustr. Dominus Gonzaga , refertq; Franciscū ab Angelis suū olim prædecessorē , mox sanctæ Romanæ Ecclesiaz Cardinalē dixisse , ipsa lapides

ANNO CHRISTI 1228.	GREGORII IX. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 19.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 11.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Lapides conuentus Louaniensis sanctos esse & sanctitatem ex se diffundere. Perpetuum fuit seminarium clarissimum hominum, quorum longum texit catalogum præcitatius author. Illorum sanctitas & eruditio multis iisque doctis scriptis operibus ad venerandi loci reverentiam lectorem facile excitabit.

X.C. Cozui sunt eiusdem prouinciaz conuentus Bruxellensis, Buscoducensis & Dilemien-
sis, hoc eodem anno fundati; primus reformatus est per vicinos patres Bootendalenses,
multum in hac parte laborante venerabili patre Theodorico de Monasterio. Pulti sunt
per haereticos ex hoc conuentu fratres an. 1579. Dominica prima aduentus; restituti
postmodum opera Serenissimi Parmentum Principis Alexandri Farnebij totius Belgij pro
Philippo secundo Hispaniarum Rege gubernatore. Ad cornu dextrum summi altaris,
iuxta sepulchra illustrissimorum Ducū Brabantiz, sepulti sunt R.P.F. Alphonsus de Ca-
stro Zamorensis, concionator Caroli V. Romanorum Imperatoris qui eximis eruditio-
nis suz præclarissima reliquit monumenta: præsertim insigne opus contra omnes haere-
ses. Item de lege pœnali & de iusta haereticorum punitione. Ibidem sepultus est R. Pr.
Alphonsus à Contreras, qui fuit à confessionibus illustrissimo Duci Albano pro Catho-
lico Rege Philippo Belgij gubernatori generali, Ferdinando Aluarez a Toledo. Se-
cundus Buscoducensis ita dictus à Buscoduco nobili Belgarum vrbe in qua situs
est; fundatur & reformatur ipsis annis quibus Louaniensis. Anno vero 1566. haere-
ticorum rabie prophanatur, euertuntur altaria, saecūlūrū imagines comburuntur, omnes,
fratres expelluntur. Postmodum opera Illustrissimi Ducis Albani (de quo supra) pio-
rumque ciuium sedulitate, quorum ibi magnus est numerus, omnia restituuntur,
atque vi armorum haeretici efficiuntur. Tertius Dilemij, quod Brabantiz oppidum
est, originem accepit à generoso viro Arnoldo eiusdem oppidi Domino. Eueritur
ab immanissimis haereticis anno 1580. reassumitur opera prædicti Principis Par-
mensis.

XCI. Circa hunc annum in vrbe Montium Hannoniaz metropolitana, à montoso situ ita
appellata, constructum celebre monasterium liberalitate pia generosz Ioannz filiz
Illustrissimi & potentissimi Balduini Comitis Flandriz & Hannoniaz, postea Imperato-
ris Constantinopolitani, qui ob fortia & heroica facta, quz pace belloque gessic *Ani-*
mōs cognomen promeruit. Porro Margareta soror vterina Ioannz amplissimis sum-
ptibus templum in hoc cœnobio construi & consecrari fecit, non circa annum 1323.
vt habet Gonzaga dum transpositos in calcographia putem numeros & reuocandos ad
1233. nam Margareta obiit anno 1279. ætatis 76. & regnare coepit anno 1244. extin-
cta sorore Ioanna, qua adhuc superstite, iudicauerim ex pietate in Franciscanos tem-
plum addidisse Margaretam suz sororis structurz, consecratumque eodem anno in
mense Aprili die festo sancti Marci, cuius diei specialis in eo conuentu adhibita est ob-
seruatio. Titulus consecrationis vel patroni Ecclesiaz beatissimus Pater noster Fran-
cis, ac beata Margareta sunt. Locus omnis est per amēnus, non procul à Trulla flu-
vio situs, viuaria & pascua habens fratum vīsibz aptissima & utilissima. & quamuis
in vrbe populosa, attamen quietissimos recessus habet, pro his qui solitudine dele-
stantur, pietatis aut studiorum causa. Ceterum structura magnifica: sed quod ma-
xime Conuentum hunc commendat, est fratum hic morantium frequentia, reli-
gio, & spectata vita atque doctrina. Prodierunt ex hoc conuento viri omnium ore
laudatissimi ob singularem cum pietatem, cum eruditionem. inter quos præ ceteris
claruit etiam recenti memoria R. Pr. frater Sebastianus Vvillemart sacræ Theologiaz
licentiatus, primusque Prouinciaz S. Andrez nouiter erectæ minister provincialis. Pro-
dierunt & plerique alij, quos longum esset enumerare. Litteras Pontificias & brevia
Apostolica variorum priuilegiorum habet plurima, sed quz vniuerso ordini sunt com-
munia, quorum pleraque extant excussa in firmamento trium ordinum B. Francisci.
Multæ est & locuples ibi sacra supellex, quz virorum principum & populi affectum
in illam adem demonstrat. Illustrissimus D. Antonius à Burgundia comes de la Roche
& de Guisnes &c. variis ædificiis, donis & muniberibus conuentum istum exornauit.
Conspicitur & in choro fratum ante summum altare sepulchrum marmoreum magnis
sumptibus elaboratum generosissimi quondam Philippi de Croij Comitis de Chi-
maijs, & nobilissimz heroinaz Vvalburgis de Meurs suz coniugis. Ciuitas hæc
semper singulati Dei beneficio, & opera sedula atque indefessa Catholicorum

Irdum con.
z. t. & s.
Convent. Bra-
sellen.

Convent.
Buscoducen.

Convent.
Dilemij.

Idem in
prou. S.
And. con.,
Convent.
Mont. Han-
nonia.

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ac disertissimorum concionatorum, præsertim fratrum ordinis Seraphici Patris Francisci atque magistratum diligentia semper in fide Catholica Romana & Regia ac Catholica Maiestatis obedientia perseverauit neque ab illis vel minimè defecit.

*Praudigia
Pontificia.* Hoc anno concessit Pontifex Minoribus, quod & eius prædecessor Honorius, ut XCII possent in suis locis habere oratoria cum viatico altari. Diploma incipit. *Nos atten-
tes. datum Assisi nonis Iunij. Nouam item Ecclesiam, quæ Assisi inchoabatur in sancti
Francisci laudem Ecclesiarum Pontificibus immediate subiecit, & priuilegiis mu-
nivit quæ postea auxit, & amplius declaravit Pontificatus anno 4. Haec litteræ datæ sunt
Reate 11. Kal. Nouembri incipiunt Recolentes.*

A R G V M E X T U M.

*Commendatur à Pontifice omnibus Ecclesiasticis cultus sancti Francisci, in cuius extruenda Ecclesia dum Helias plurimam exhibet curam per media, non adeo regula con-
sona, carpitur à sancti Francisci sociis. Elizabetha Lantgravia abit Maspurgum, rabi-
mira humilitate, in pauperes beneficentia, & sanctitate claret. Latia legibus in he-
reticos Lombardie constituuntur cum alia Minoris inquisitores in civitate Medio-
lanensi. Missi alij contra Fredericum Ierosolymam. Domicilia plura extruuntur, & pri-
uilegia conceduntur fratribus de pénitentia.*

*An. 1229.
v. 81.* **P**RÆMONVIMVS superiori anno datas à Pontifice ad Ecclesiarum prælatos peculiares litteras pro venerando Christi confessore Francisco, easque in hunc locum differendas. Integras dabimus lectori, ex quibus percipiat Pontificis affectum, & sancti viti dignum enconomium.

*Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis &
dilectis filiis Abbatibus Prioribus, Archipresbyteris, Archidiaconis, Decanis! Et alios
Ecclesiarum prælatos ad quos litteræ ista peruenient, Salutem
& Apostolicam benedictionem.*

Apoc. 1. 8. [Sicut phialæ aureæ, quas vidit Ioannes plenas odoramentorum, quæ sunt oratio-
nes sanctorum in conspectu Altissimi ad abolendum nostrorum criminum corrup-
lam, odorem suavitatis emittunt, ita saluti nostræ credimus plurimum expedire, si eo-
rum in terris celebremus memoriam, ipsorum merita solemnibus recolendo
præconiis, quorum in cælis speramus intercessionibus assiduis adiuuati. Sane cum de
conuersatione, vita & meritis B. Francisci Institutoris & Rektoris Ordinis fratrum Minorum,
qui iuxta consilium Saluatoris contemptis transitoriis, secundum promissionem

Mat. 19. 29. *eiudem ad cœlestia præmia feliciter, & æterna peruenit; cuius vita & fama præclara pec-
catorum depulsa caligine ambulantes in regione umbra mortis, de vitorum tenebris ad
pénitentiaz vitam vocans, quorum tam virorum, quam mulierum ad fidem Ecclesiaz
roborandam & confutandam hereticam prauitatem vivit adhuc & viget non modica
multitudo, tam per vos, quam per multos alios fide dignos, qui miracula quæ Deus per
illius sancti viri merita operatur, pleni cognoverunt, certiores effecti, auditis etiam eius*

*Inter homi-
nes Angelus.* *virtutibus & miraculorum insigniis, & quod inter carnales spiritualiter, & inter homines
etiam angelicam conuersationem habuisset, qui corporaliter dissolutus cum Christo esse
meruit in cœlestibus, ne ipsius honori debito & gloriæ detrahere quodammodo videre-
mur, si glorificatum à Domino permitteremus vterius humana deuotione priuari; de
fratrum nostrorum consilio, & prælatorum omnium, qui tunc temporis apud Sedem*

Man. 5. 16. *Apostolicam consistebant sanctorum catalogo duximus ascribendum. Cum igitur
sicut lucerna sic arserit haec tenus in hoc mūdo, quod per Dei gratiā iam non sub modio,
sed super candelabrum meruerit collocari, vniuersitatem veſtram rogamus, monemus
& accenius.*

*Comendatur
eius cultus.*

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 2.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

& attentius hortamur per Apostolica scripta mandantes quatenus deuotionem fideliū ad venerationem ipsius salubriter excitantes, festiuitatem eius 4. Nonas Octobris annis singulis solemniter celebretis, & pronuncietis constituto die similiter celebrandam, ut eius precibus Dominus exoratus suam nobis tribuat gratiam in praesenti, & gloriam in futuro. Datum Perusij 9. Kal. Martij Pontif. nostri anno 1.]

II. Helias incepit Ecclesiam fabricam studiose quantocvus ad exitum deducere conatus, non cessauit pecunias à prouinciis exigere, aliasque adhibere solicitudines, quæ à regulari disciplina status Minoritici discordabant. Illud turpius videbatur strictæ paupertatis zelatoribus, quod concham marmoream ad modum gazophilacij p̄z foribus exposuerit, in quam transeuntes eleemosynas ad fabricæ subludium pro more proiceant. Tulerunt indigne quidam publicam hanc regulæ transgressionem, admonitosque sancti Patris socios, quid agendum? consuluerunt. Frater Leo Petusium contendit consilium fr. Egidij adhibiturus, tam super immensitatem structuræ, quam super collectas pecuniarias. Responsum accepit circa ædificium se nescire, ut quid tantæ molis pauperibus tenuis vel nullius supellestilis extruebatur, id dumtaxat se scire, quod si ab Assisio Petusium usque per multa interiacentia millaria protenderetur, minimum sibi angulum, sive angustulum latibulum ad habitandum in huius mundi incolatu sufficere; collectas item illas pecunias nimium contrarie institutoris voluntati, quod bonis, inquit, ministris planum erit & apertum, qui quid faciant, facile perspicient. Ultra interrogantem de concha marmorea, an tolli frangue deberet? Lachrymosis aspiciens oculis, dixit; Frater Leo, si mortuus es, vade & frange illam; si autem viuus, dimitte illam; non enim poteris validam fratris Heliae persecutionem sustinere. Re secum perpensa, veluti de pusillanimitate se reprehendens, redit audenter Assisium cum sociis & gazophilacium omnino contritum evertit. Indignabunde satis hæc audierunt Helias, durisque ultra mensuram in pios viros animaduertit, omnes Assisio deturbans. Secessit frater Leo ad cemitorium Fabriani in patientia & longanimitate tempus redempturus, quoniam dies mali erant, ab alto expectans malorum remedium.

III. Hoc anno ut habet historia Lantgraviorum reliquit curiam Vvartbergen. Sancta Elizabeth & secuta est magistrum Conradum, ad natum Hassia oppidum, quod Marpurgum vocant. proficiscentem. Vbi cum & simulorum adhuc recens vigeret inuidia, & domicilium illi nouum exædificandum esset; rus paulisper secessit; atrium quoddam collapsi p̄z vetustate ædificij, ne cuiquam rusticorum oneri esset, ingressa; ibidem aliquot dies exegit, coacta ad restantis infumibuli paries frondibus in umbraculi speciem subrectis dispositisque, veluti quoddam rugurum parare. Vbi manenti fuisse, æstus, veneti & imbre non mediocrem molestiam afferebant; quam illa placide sustinens, Deo nihilo segnus gratias agebat. Exædificato interea temporis intra urbem, expedito magis, quam sumptuoso domicilio; reuersa ibidem famulari Deo in omni sanctitate cœpit, crebroque invisere constructum à se xenodochium, quod sancti Francisci nominis dedicauit, ita iubente ut refert MS. Louaniensis. Gregorio 9. Pontifice, qui beatum Franciscum iam inter sanctos relatum, & velut filii charissimæ patronum designauit & protectorem: & ut strictius confederaret amicitiam, cultum & studium; Pontifex iam facta translatione corporis B. Francisci, misit ei nonnihil de sanguine, qui de latere eius profluxerat, cum sacris stigmatibus insignitur.

IV. Quamquam autem Elizabethi in commune pauperibus, prout facultas suppetebat, eleemosynas largiebatur; delectum rāmen eorum, quos xenodochij domicilio donaret, perquam diligentem agebat; iis porosissimum assumptis, qui vel christianæ religionis studio ceteris excellerent, vel magis valetudinarij essent; è quibus despiciatissimos quoque mensæ propriæ crebro adhibentem, cum magister rusticitatis argueret, illa respondit: Orate plurimum, id quo ferret animo. Se quidem terminisci deliciatum, quas fuisse aliquandiu sectata: decere iam strictiorē p̄fere vitam. Scire, contrariis solere curari contraria: & splendorem veterum conuiuitorum, praesenti pauperum squalore emendari, sustollique, sibi talium conuiuarum praesentia, & fastidium nullum generari & gratiam numinis augeri.

*Hilias qua-
dā agit dispe-
na regula.*

*S. Fran-
cisi de hu-
manas con-
silia.*

*Hil. Lang.
c. 41.*

*Annal. Lan-
tigr. ad hanc
annum.*

*Mon. c. 10
S. Elizabe-
tha in Mar-
purgum.*

*Cod. MS.
Louaniensis.
Eius patro-
num S. Fran-
cisci.*

*Abaudissi-
morum cura
agen paupe-
rum.*

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Charas ma-
gister ei au-
tem ancillas.* Cernens igitur prudens magister, toto illam nisu per pietatis opera ad celstitudinem sanctarum perfectionis contendere: curandum magnopere putauit, ne quid huic intentioni, vel abesset utile, vel adesset inutile. Proinde expendens quanto sit impedimento spirituali vita priuata erga familiares, & amicos affectio; duas illi comites, Isinrudem & Gutam, quarum praeter ceteras singulari tenebatur amore, quam primum ademit. Testes sunt lachrymæ utrumque profusæ, quid & charitatis habuerint iunctæ, & doloris senserint separatz. Exercebatur hoc tam lugubri diuortio virtus obedientiarum, quæ illi ad sobriumatem diuinæ contemplationis acquirendam, gradum esset factura certissimum. Ergo geminæ familiaritatis destituta solatio, & quidem gratissimo; velut aggeris obiectu præpedictum vndeque flumen altius ex crescere; discitque supernè depositare, quicquid minus infra consequi permittebatur, ita ut & filiam natu maiorem à se ableget, ne quidquam habeat secum quod à Deo mentem auellat. Conviuitus illi posthac cum ancillis fuit in multa humilitate & paupertate: cibus olera & legumina, sponsumero ob egestatem aqua dumtaxat, sine alio gulæ irritamento percocta; ac interdum cum ipsa coquinariam exerceret, per negligentiam semiustulata: ob quod ab ancillis etiam castigari verbis austriuscis minime grauabatur. Nacta vero laetius aliquod edulium, defraudato proprio genio, id pauperibus apud se domi detentis erogabat.

*Bonav. serm.
de S. Eliza-
beth.* Tandem ad celioris vita genus aspirans, valde emulata in fratribus Minoribus rerum omnium nobilem contemptum, illorum statum & habitum ut potuit, ait Bonaventura, suscepit, tertium professio sancti Francisci institutum. Inepte de hoc aliqui dubitaverunt, sed plenam eis faciet fidem bulla canonizationis, Bonifacius & Bonaventura testimoniun, qui ab ipsis Elizabethæ confessario ita se audiuisse recenset. A quo griseam & religiosam vestem acceperit non omnium una sententia; plures à Conrado datum volunt, sed dubium explicat Author *Anonymous coetus*, qui se vidisse vel ab aliis certa fide accepisse, quæ de sancta feminina scriptis, testatur. Hæc eius verba. [Ipsa beata post mortem viri sui mundo penitus abrenuncians, in domo fratrum Minorum humiliiter se ponderi fecit nudatis pedibus, pro cingulo cordula se præcinxit. Mox etiam habitaculum iuxta fratrum Ecclesiam fieri postulavit, in quo fratrum Minorum salubri confilio regebatur, quorum disciplinæ & doctrinæ penitus subiacebat; cum quibus usque in finem in domo Dei ambulauit cum consensu. Dicebatur tunc quod hæc facta essent iuxta quoddam castrum, quod Vvarberch dicitur in cœnobio sanctæ Catharinae, Ordinis Cisterciensium dominarum. Testabantur etiam tunc quidam, quod fr. Bourchardus Ordinis fratrum Minorum custos Hassiæ, præsente fratre Henrico dicto Placido eiusdem Ordinis, ipsam B. Elizabeth, tanquam filiam suam charissimam & amicam spiritualem feliciter totondit, & eam induit post obitum viri sui, magistro Conrado missam celebrare eadem hora.] Probabilius propterea ab authoribus scriptum, puto quod Conradus dicitur vestem dedisse Elizabethæ, quia magister, & coram sacrificium peragebat, sub quo aliquando religiosi habitus obducuntur, præsertim spætæ notæ personis.

*Causa quali-
tatu eius ha-
bitu.* Addit etiam hic author simul indutas tres vel quatuor ancillas eodem vestis genere, cuius pretium, & colorem clarius explicat. [Religiosorum, inquit, habitum cum tribus vel quatuor ancillis induit: vestes scilicet griseas, humiles & abiectas, continentiam perfectam, & voluntariam paupertatem amplectentes. Fuit autem eius habitus tam despectus, ut deferret mantellum griseum, panno alterius coloris prolongatum: manicas tunicae etiam alterius coloris panno habuit emendatas.] Paulo post hæc subiecit: [Super his requisitus fidelis eius amicus frater Gerardus, dictus Ultramontanus, de Ordine fratrum Minorum B. Elizabeth contemporaneus secunda & ultima requisitione de gestis eiusdem Dei famulæ, per magnas personas diligentissime facta, tunc interrogatus, tanquam ille qui ad locum illum humilis Elizabeth perrexerat; & illud hospitale pauperum, quod in nomine B. Francisci fecerat ædificati, tunc visitauerat; in multorum magnorumque præsentia, in nullo varians, pluries respondit: Quod ipsa tam profundæ humilitatis extitit, quod mox post mortem viri in vili tunica & repetiata maxime in manicis, succincta cordula satis rudi, mantello multipliciter repetiato, & panno alterius coloris prolongato cooperata, velut altera sororum reclusatum Abbatissæ Clarez communiter incedebat.]

V.

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
III.	Pergit adhuc confirmare quod de habitus schemate scriptum est, & addit. [Cum serenissimus Rex Hungariz Dominus Stephanus apud quandam ciuitatem nomine Strigonium pro quibusdam arduis negotiis descendisset, ibidem aliquantulum moram trahens, quorundam religiosorum claustrum humiliter visitauit, & cum in capitulo cum fratribus loci aliquantulum resedisset, vidissetque in eodem loco, cum diversis imaginibus sanctorum B. Elizabeth imaginem depictam cum calceamentis sine chorda: precepit loci praelato ut ipsam imaginem B. Elizabeth, sic calceatam, & sine chorda depictam, sine mora deleri ficeret, & eam depingi cum chorda, & habitu fratrum Minorum: quam chordam inquit portauit dum viueret, in quo habitu sanctitatis titulum meruit adipisci.]		
IX.	Probant hæc sancti Francisci sectaricem non tamen sanctimonialem fuisse, vt Bonifacius insinuat dicens eam in sanctimonialium cœnobio, non modo nendo lanam & texendo vitam humilem traxisse, verum etiam fœdissima quæque ministeria in humilitatis obseruantiam exercuisse. Vix scriptores non tradunt in cœnobio aut claustro vivisse. Vocata à matreterra Abbatissa in Kitzingen parum apud eam hæsit, in Marburgh semper curam egit xenodochij pauperum à se extructi, in quo ad finem usque vita pauperes receperisse & omnia necessaria suffecisse scribit Iodocus Clichtoueus. Ibi humiliiter inseruiuit in omnibus pietatis, & humilitatis operibus cum quatuor ancillis eiusdem iostituti Franciscani. Quid si collegium illud puellarum sanctimonialium vocauerit Bonifacius? Crassior ille error Blondi dicentis eis Langrauiio desponsatam, tamen virginem obiisse, à quo eundem errorem hausit Aeneas Sylvius in abbreviationibus decadum Blondi, cum tamen ceteri historici conspirent, quod tres ex ea suscepserit liberos Princeps Langrauius, quorum nomina & nativitatis tempus diserte resert præ ceteris historia Langrauiorum c. 37. [Anno, inquit Domini 1223. Elizabeth vxor Ludouici Langrauij peperit primogenitum filium suum in castro Crucemberg, cui nomen fuit impositum Hermannus] & c. 39. [Anno Domini 1224 vxor Ludouici Langrauij peperit filiam in castro Vvertberg nomine Sophiam, quæ postea duxit ducem Brabantiz. Anno sequenti vxor Langrauij peperit filiam, quam rursum nominat Sophiam, nomine matris Ludouici Langrauij, quæ in Franconia in monasterio in Kitzingen, religionis habitum induens, ibi quiescit.] Atque ipsa sane sancta mulier licet fuerit tanquam lignum fructiferum, secus decursus aquarium plantatum, ut fructus virtutis & honestatis Deo offerret, tamen ut superius diximus interdum querebatur indignorem scire fuisse quæ ut suam Christo virginitatem dedicaret. Cuius rei gratia D. Ioanne in Euangeliam sibi patronum delegit.	Bonifacius cit. Non fuit re- clusa sancti- monialis.	Clichtou- serm. de S. Elizab.
X.	Vt vero ad reliqua virtutis eius officia redeamus: Ianificio filando, quia lino neciebat, operam dabat: inde vietum questuaria procurabat, cunctis Regum deliciis longe gratiorem: cui operi adeo diligenter incumbebat ut etiam infirmita letoque decumbens, adhibita colo neret: qua per ancillarum aliquam è manibus rapta quo infirmiori corpusculo parceret, ne penitus otiaretur, operi futuro prospiciens, lanam vel carptim peccabat, vel floccis hinc inde collectis, scobem sordidiusculam euellebat, ciebatque remisso interduni iis, quorum operi vacabat, pretio, quod vel necdum meruerat, vel mereri quamprimum posse diffidebat; ne quid plus iusto possideret. Hac in paupertate degentem, missus ex Hungaria Comes quidam non sine vehementi stupore inuenit, tentauitque reducere ad opes natalis soli, affirmans eo se nomine illinc missum à patre; illum, auditio, quæm infeliciter filia, mariti viduata solatio, ageret; nequiuissim diutius legationem differre. Flagitate proinde, paterna vota in peccus admittat, sequere honorifice vnde sit oriunda, reduci permittat. Non decere filiam Regis Ianificio deditam, amictu squalidam facie deformem, intra argillosos fumosarum ædium parietes inueniri: aliam esse conditionem nobilium, aliam popularium: singula pro sui dignitate locis suis constitui, decorum esse ac minime à virtute abhorre. Cum his verbis nihil omnino moueretur Elizabeth: diceretque se ita ut erat permansuram, ac Deo famulaturam, Comes infecto negocio in Hungariam est reversus.	Pauperrima viram agit.	Hist. Lægr. Iustus Lypsi. de diu Vir. Hallens. c. 1. Psal. 1. v. 4. An. 1221. 10. 47.
XI.	Ceterum magna illi comitas, ac multa benevolentia erat domi cum ancillis agenti; in tantum ut parente se ipsis, licet ignobilibus & egenis, faceret ac reputari vellet, depositaque dominaz appellatione, nollet nisi proprio nomine, ad instar popularis scemi-	Reuocatur a patre in Hü- gariam.	Rara ergo ancillas co- mitatus

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

nz, vocari: denique coquinariam cum iis factitaret, cibosque vna ex paropside sumeret, iussis pariter accumbere. Quam dignationem vni carum plurimum admiranti, dicentique: Tu quidem, ô Dei famula, tuum in nobis meritum accumulando, periculum nostrum haudquaquam animaduertis, quibus, quod tanta cui dignatione donatur, obrepere tumore aliquo pestis superbix potest: respondit: Quando grauatis adhibita mens nostra iuncto mihi latere discumbere, en gremium meum expanditur, in quo iamiam te & accumbere, & vesci oportebit. Statimque ut ita fieret, effecit. Hanc morum comitatatem mira decorabat sermonis gratia, quam & in ancillis excolebat. Si quid ea praesente diceretur, quod aut vanitatem redoleret, aut indignationem, iramque repräsentaret: id propere, ac benigne his verbis castigabat: vbi modo Dominus, qui suam de se loquentibus exhibere præsentiam, haud dubie promisit.

Matt. 18.10.
Luc. 14.14.

Pueri erga
infirmos.

Pauperum zdes cum ancillis inuisienti (quod crebrò faciebat) semper aliqua comes XL ibat, varij generis edulia deferens: quibus illa inter egenos manu sua distributis, mox eorum vestes, lectos, lodos dispiciebat; & deficiencia si facultas esset, extemplo præbebat. Sin minus, distractis celeriter aureis annulis, ac sericis panniculis in numerosos redactis, candide supplebat; nihil eo in officio magis curans, quam ne quid edulij, cuius quisque desiderio tenebatur deesset: adeo ut piscem flagitanti obsecutura, inuocato Christo, cum è putoe piscibus vacuo hauriret aquam, & piscem pariter ceperit, quo pauperis desiderium esurientemque sedauit. Creditur similia sçpenuerò fecisse: quæ tamen humilitatis gratia tegere silentio, quam prodere maluit. Orphano cuidam pueru, qui paralysi & hemorroide laborabat, ita sedula domi detento ministravit: vt sexies illum noctu, & aliquando crebrius suis ipsa manibus ad excernendum defferet, sordesque, scedato detergeret: quo demum in humanis esse desinente, virginem lepra contaminatam, latenter in demortui locum suffecit; cui tanta cum humilitate inseruuit, vt non modo cibum ipsi præberet, lectum excuteret, aquam lauandæ præpararet: verumetiam ad excalceandos pedes derrahendosque soeulos, pauimento tenus semet Regina demitteret. Quod vbi magister resciuit, illico leprosum amoueri præcepit.

Temesuar.
serm.1.de B.
Elizab.
Marian.c.1.
Christum in
leprosusfer-
pit.

Neque hæc pietas in leprosos noua, aut recens post obitum mariti, adhuc viuente XIII. familiaris fuit, sed aliquando ex zmulorum liuore periculosa. Absente etenim marito dum pro more, & solita miseratione horridos morbos soueret recrearetque, leprosum aliquando balneo ablutum, in absents forte mariti lecto, vt quiesceret, reposuit. Ille vero cum præter expectationem subito revertisset, vbi factum id ab eius zmulis, omnia in peius interpretantibus, intellexisset; iratus prorupit, ense nudato confosurus miserum, cuius gratia reiektis stragulis (mirum certe) sibi vidisse vi-
sus est Christum in lecto crucifixum; cuius aspectu attonitus, mitigato animo, cul-
pam deprecatus, carissimæ coniugi potestatem dedit, quod vellet, deinceps fa-
ciendi.

Infirmos mi-
rabiliter fa-
nas.

Nunquam voluit charitatis hæc munia negligere, nec vilia pauperum obsequia XIV. præterire, quantumvis aliquando exhibilaretur ab zmulis, aut alias moneretur à ma-
gistro, infraicta namque semper persistit in sanctæ charitatis officiis, in quibus tantam consecutus est à Domino gratiam, vt misellis & infirmis infirmatum quarum-
cumque præberet remedia. Accessit ad Elizabethæ xenodochium cæcus quidam lan-
guens petitus ut in eo curandus admitteretur. Contigit præ foribus adesse cum
magistro Conrado Elizabetham, quæ libenter admittendum dixit, modo prius age-
ret de animz languore curando, & expiandis peccatis per confessionis sacramentum.
Infirmi, & cæci ut solent esse inipantes, cœpit hic execrari, & detestari; supersticio-
fas has recipiendorum dicere conditiones, & tandem in blasphema verba prorumpe-
re. Reprehensus raimen & sedatus sua peccata sacerdoti sacro ritu aperuit, & humiliiter
errati veniam exorauit. Ut ducebatur post refectionem ad eurationis locum, inquit Eli-
zabethæ Conradus: Quæ famelico dedisti cibum, etiam & cæco visum largire. Ex hu-
militate tremuit ad hæc verba Dei ancilla, & qualis, air, sum ego quæ hæc possim præ-
stare? Institit ille ut faceret: illa vero ne hæc sibi præciperet. Tandem magistri acquies-
cens præceptis, se oraturam dixit Dominum, vt miselli huius misereretur, & exaudien-
dam se fore non dubitare modo coissent preces magistri, quas suis potentiores esse
conuen-

Cero visum
reflexum.

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

contendebat. Procubuere ambo in genua; feruentet orarunt, & exauditi sunt pro sua reverentia, restitutis cæco luminibus. Quo viso miraculo Conradus Elizabethæ virtutem tribuebat ad modum magni illius Benedicti cum Mauro contendens non suis meritis, sed Mauri obedientiaz depurandum, Placidum puerum ab aquis erexit. At è contra Elizabetha mutuz humilitatis, & amica contentione pro solo magistri imperio factum dicebat, seque consciam in illa virtute non esse, quam coacta fecisset.

XV. Altera die duabus associata ancillis ad hospitale perueniens, inuenit in atrio iacentem paralyticum mutum, quem dum semel ac iterum interrogaret, quid mali haberet, nec ille responderet, inquit Dei famula: In nomine Iesu Christi tibi præcipio ut dicas mihi, quo malo labores, vel quibus rebus indiges. Statim, qui languidus iacebat, se erexit in pedes, & qui loqui non poterat, respondit, se illius meritis sanitate & loqua donatum. Hæc audiens protinus aufugie, indignam se reputans propter quam Deus misello tantam gratiam præstiterit. Non minori miraculo in eodem valetudinario puerum cæcum à nativitate nullum oculorum vestigium, nec formam sub interclusa cute habentem, præmissa oratione cum lachrimis, facto super eum crucis signo visu honestavit. Similiter impressa crucis forma in capite fratri germani eiusdem magistri Conradi, iubente illo ut pro iuuene oraret, seminecem repente sanavit à lethali vulnere, cuius sola paruula cicatrix remansit ad vestigium, quod miraculi fidem assereret, & veritati fidele testimonium perhiberet.

XVI. Non minus efficaces eius orationes pro corporis quam pro animæ languoribus mendidis probat, quod sequitur exemplum. Venerat matrona quædam ad illam invisen-
dam adducto secum adolescentem, quem vestis compta, & incompti mores, sœculati prorsus esse animo, haud obscure probebant. Ad quem Elizabeth: Quid tu inquit, ô adolescens! tam insigniter & veste & moribus sœcularem præfers animum, quem magis Deo tuo prona seruitute iam olim dedicatum iri oportuit? Est (ait adolescentis) hei mihi, ita ut dicas, ô domina; sed oro te plurimum pro me Deum precari digneris: quo mihi bonum, quod proponis, & incipiendi & perficiendi donetur gratia. Mox illa: Itane, inquit, serio petis, ut pro te Deum rogem? Peto, ait ille, serio intimeque. Statim illa: Oportet, inquit, te itidem facere, precesque meas tuis iuuare. Quo persuaso item est, ac virinque oratum loco satis congruenti; iamque non nihil moræ intercesserat, cum ecce adolescentis clamare occiperet: Iamiam, ô domina, precari desiste incendor enim ita tuarum seruore precum, ut ferre vix queam. Tum illa vehementius orationi instare, acriore mentis annisu Deo propinquare. At ille semet intentius inflammari sentiens, vi-
ribusque paulatim destitui toto iam corpore in sudorem eunte atque crebri vaporis ne-
bulam passim exhalante, clamat altiore voce; disiectis præ lassitudine brachiis genibus-
que ad ruinam subsidentibus: Cessa, ô domina, cessa quia vastissimo supplicationis tuæ
incendio præcordia mea, & ipsæ medullæ depascuntur. Defectum ita iuuenem duæ con-
festim ex pedissequis, simulque matrona paulo ante memorata, medium corripiunt, &
ne casu repentino elideretur, sustentant; seruore in eius intentissimum & calidissimo per-
fusa membra sudore, vix tactu manuum pati valentes. Tandem nihilo segnius orare
perseuerantem, anhelus iuuenis qua potuit altissima voce sœpius inclamat, dicens: Oro
te per Iesum, ut expto munere iamiam supersedeas: ne me precibus infautè mori co-
gas, quem vita meliori feliciter destinasti. Confestim igitur ut Elizabeth precandi stu-
diu remisit, remisso patiter calore, iuuenis est velocissime refrigeratus, assumpturum
sele maturius Francisci Assisiatis institutum pollicitus, quod & non multo post tempo-
re assumpit, assumptum coluit, cultum viriliter consummavit. Hac precandi con-
suetudine Dei famulam multis hominibus saluti fuisse, celebri memoræ prodi-
ditum est.

XVII. Ceterum magistri & amicorum industria ac solicitudine, receptam à principe dotis nomine pecuniam neque terræ infodit ut timida, neque arcis inclusit ut avara: sed magis apud Christum diuini spe fœnoris collocatura, missis circumquaque nunciis iubet pauperes quoscumque ad diem constitutum adesse, assignato pariter loco, ne quis eius ignorantie comparete non possit. Congregata igitur ad diem est incredibilis multitudo utriusque sexus, ut nunquam maiore numero per Hassiam & Thuringiam conuentus inopum visus esse credatur. Videre tum erat varia genera pauperum & in-
commodo

Greg. lib. 2.
dialog. c. 7.

Alia summi
raculas.

Iuuenem a
sœculari va-
bitate con-
seruit.

Orans pro
te, rebumen-
ter illum in-
flammat.

S. Francis
instituto ad-
dicu.

Distribuit
pauperibus
undique &
meratu sua
dotem.

ANNO CHRISTI 1229.	GRECORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

commodorum : ac veluti quandam deuictis hostibus exercitum , accipiendi stipendi gratia ad Imperatorem conuocuisse. Præfecerat autem Elizabetha vniuerso cœtu viros quosdam ac mulieres , qui singulis ordine desidere iussis, tumultuantes & quietis impatientes compescerent ; adiecta publica confusione pœna , id est , de honestamento detondendi capilli , si quispiam (ut est auditas inconditæ plebis) desertu quem occupandum accepisset loco, vel aliis negotiis exhibere , vel secundo stipem percipere adnotaretur. Aderat etiamnum huic spectaculo aliorum hominum ingens turba , quos rei nouitas ad videndum excitauerat. Ibat ergo patientissima pauperum cōsolatrix, in medio tantæ multitudinis latet placidoque vultu per singulos pecuniam distribuens : ut eius iustitia , tam insigni dissipata præconio , in memoriam duraret sempiternam: Ita paucis horis erogauit circiter quingentas argenti minas. Quo tempore puella quædam Radegundis nomine capillamento pulcherrimo , passoque , ut præuaricatrix supradictæ legis , præsentatur , accusaturque : cui ut quamprimum detonderetur capillus , Elizabetha præcepit.

Psal. 111. 9.

Pueram ueniam ad me seruum frumentum reddidit. Quo statim effecto cum in lachrymas puella prorumperet uberrimas , aderant , qui XVII docerent , nihil præuaricatam esse iuueniulam , proinde immerito affectam iniuria : venisse illam sororis inuisendæ , non stipis accipiendo grata. Ad quos Dei famula : Bene habet , inquit , nihil damni puella fecit : at magis detrimento capillorum lucrum animæ factura deinceps , nequaquam choreis se immisceret. Moxque accitam interrogauit , an vñquam sanctioris virtutis , Deoque seruandi habuerit voluntatem. Cui puella: Olim ait , votum suscepisse ad emendationis formam instituti , si me capillamenti venustas non retraxisset. Et ego (inquit Elizabeth) hoc magis gratulor tuorum detonioni capillorum , quo liquidius per video me tibi magnum salutis ademisse dispendium , non plus gratulatura filio meo , si illum ad Romani fasces Imperij prouochi contigisset. Statimque assumptam pueram , dato meliori habitu , intulit xenodochio , illatæque ministrandi munus , quoad viueret , exsequendum commisit. Ceterum remeantibus vnde venerant pauperibus , Deumque magnifice collaudantibus ; contigit non paucos languoribus & defectu virium præpeditos , remanere noctem vnam , passimque per xenodochij angulos iacere. Quos miserata Dei famula , præcepit actu tum . calis & titionibus longo ordine concinnatis focum succendi ; pauperibusque commode adhibitis , panes singulatim & senos nummos distribui , quotundam etiam pedes lauari , vngue. Tum repletis ingenti latititia pectoribus , omnis ille coetus sublimi canto personare cœpit : cui sancta mulier & animi & vultus hilaritate non minimum est gratulata.

*Ribil sua necessitati seruare volunt.**Non licuit es pro voto elemosynas erogare.**Magno afferat ea seruit infirmis.*

Cum autem residuum pecunia vnde semet sustentare habebat , simili pauperibus XIX largitate distribuere pergeret , quod cor ipsius vehementer ad inopes dilatum esset , Magister futuræ necessitati prospiciens inhibuit , associatus ei sc̄eminis severiusculis , que & facta illius morosius obseruarent , & dictis non audientem , hoc est , egenis ultra quam licebat , aliquid erogasse compertam deferrent. Delata vero , confessum comparere iubebatur , & verbis & plagiis castiganda : ita ut etiam alapis eam vapulare aliquoties contigerit , quas illa ob recordationem Dominicæ passionis perpeti admordum gaudebat. Iussa dehinc singulos dumtaxat nummos singulis dare pauperibus , ita paruit magistro , ut nihilo remissus misericordi obsequeretur animo , dum inter plurimos singulatim erogabat , quod non licebat in pauciores. Quo comperto magister ad votum minus patenti , nummorum erogationem prorsus interdicit , panum vero permittit : quos & ipsos profusius distribui captos ad minutiora frusta restrinxit . cum prius integri largirentur. Ita mira vicissitudine & exercebatur obedientia & misericordia prouocabatur.

Si quando eleemosynis erogandis penitus supersedere , leproaque contactos , aut alio XX. morbo sc̄edatos , vel non recipere , vel receptos missos facere iubebatur : videlicet mitrum fuit , ut singulari miserationis affectu discruciatæ , etiam fortis languidiorem corporis habitum præferret. Timebat nimis prudens magister teneritudini sc̄emineæ , ne forte attactu , & deosculatione putidissimorum ulcerum (ad quod opus nitro ac stupendo desiderio ferebatur) in morbum aliquem incideret. Quibus vero misericordiæ operibus interdictum ei nihil esset ; ita iis diligentissimam nauabat operam , ut cum in xenodochio adiuuantibus ancillis , infirmiores lauaret , mundatis lectoris excretar , atque in iis

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 12.
in iis reclinatos lodicibus ac stratis operiret : frequentissime diceret : Quam bene felicitateque nobiscum agitur , quibus Dominum lauare , detergere , reclinare atque contere permisum est . Cui aliquando ex pedissequis vna : Tibi , ait cum huiusmodi squaloribus bene est : at nobis & aliis non ita . Horribatur matres crebro , ne post enixos liberos , baptismata sacrum aut negligenter , aut differenter : illud esse dicens Itolidi , hoc imprudentis animi , utrumque periculi plenum . Infirmis quoque cum morti propinquarent , adeo solcite suadebat & expiandæ conscientiæ vacare . Eucharistiaque & Vnde- nionis victimæ sacramenta percipere , ut mulierculam quandam delicta confiteri diutius detraetantem etiam virginis castigauerit , excusoque verbis negligenter summo consiliis audientem effecerit .			
XXI.			Matt. 25. 35 <i>Habebat ad sarcina- torum fieri- queniam.</i>
			<i>Ingratoe pa- rentes mero modo corrige- pit.</i>
XXII.			<i>Sancti magis animo quam extiore cultur vene- rande.</i>
			Bernard. in Apolog. ad Guliel. Abb.
			Lipshius in Diua Hallæ. c. 3.
			<i>Quoniam ha- bebat B. Vir- ginea imagi- net.</i>
XXIII.	Taliibus ac tantis virtutum insignibus decorata Elizabetha , Marthæ quidem officium Lxxv. 1. v. est fideliter executa : Marthæ tamen otio non omisso . Cessanti à pietatis operibus & rei familiaris cura , mos erat solitudinem petere , oculos , manus , animum ad cœlestia sustollere ,		

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Concessum
et donum la-
chrymarum.* sustollere, & quanta posset maxima intentione preces effundere, neque id quidem sine lachrymis: qua in re singularem præ se cerebat gratiam. Non enim ut alii evenire videmus, lachrymans deformiore tristitia nubilo vultui obfuscabat: serena facie atque hilaritatem dulcedine quadam conditam præferente, rigabat lachrymis genas, ut gaudio illam flere, non macrore, censeret. Neque id mirum, quandoquidem etiam aduersis vexata casibus, non contractum tristitia vultum, sed magis iucunda porrectum latitia gerebat. Diuinæ quoque contemplationis ignata non fuit, frequenter aliquot horis in exstasis rapta, ac mirabili suavitate perfusa. Quo tempore non solum Angelorum colloquiis interfuit; sed ipsum etiamnum consolatorem suum Christum Iesum innumerabili sanctorum agmine vallatum, non semel vidit, audiuitque. Quid cum hauserit consolationis, quid gaudij persenserit, quid fuerit adepta virtutis, recepto animo declarabat. Erat enim, ut de Moysè quoque legitur, splendida facies illius: profectò quia diuinæ lucis directus in eam radius, ita præcordia penitissimè lustrauerat, ut quoniā exuberans fulgor limine suo contineri non potuit, per vultum, quasi per quandam animi fenestram transluceret. Vnde factum est, ut spiritualibus refecta deliciis, post corporis cibo vel ad multas horas omnino abstinuerit, vel quam parcissime sit vfa.

*Statuuntur
seneca leges
Mediolani
contra hæ-
reticos.* Missus hoc anno Gaufridus de Castellione Mediolanensis Cardinalis sancti Marci, XXIV. legatus in Lombardiam, qui Mediolani egit efficaciter cum rectoribus & Potestatibus urbis, ut severissimas ferrent leges contra hæreticos. Latet fecit ut in publicas ciuitatis tabulas redigerentur consentiente & præsente Archiepiscopo, cum Archipresbytero, Archidiacono, aliisque viris capitularibus, fratre item Gualla ordinis Prædicatorum (quem nescio unde ex hac narratione Bernardini Corij, quem solum citat, deducat, aut asserat Bzouius, cum prædicto Cardinale missum à Pontifice Inquisitorem ad extirpandos hæreticos, dum nihil huiusmodi hic habeat author) Alberto Crescimbene Potestate, & innumeris aliis hominibus. Inter cætera statutura ut potestas & urbis rectores tertio à sua electione die, curarent eligi duodecim viros immaculatæ fidei, quorum bini & bini (Bzouius male transcriptis terni & terni) iuxta Archiepiscopi dispositiōnem ad ciuitatis portas, simul cum duobus fratribus Prædicatoribus, duobus item Minoribus à suis superioribus eligendis hæreticos authoritate Archepiscopali requirent, viatosque ducerent, quo Archiepiscopus statueret, expensis conferendis ex publico ciuitatis ætrario.

*Quam male
se gesserit
Frideric. in
Syria.* Insalutato Pontifice abiit Fredericus Imperator hoc anno in Syriam, vbi totis septem XXV. mensibus deses hærens, nihil viro dignum gessit. Tandem summo cuin opprobrio Christiani nominis, turpissimis conditionibus pacem vel inducias à Soldano impetravit. Id vel solum ad perpetuum sufficeret vituperium, ut in illud consenserit pactum, quod augustissimum & sacratissimum sepulchri Dominici templum penes Sarracenum remaneret, reliqis in eo, non tantum Mahumetanis custodibus, verum & præconibus ac impiorum rituum ministris. Delatis ad Pontificem Friderici gestis vilibusque circa res Christianas conatus, misit duos fratres Minores ad Patriarcham Ierosolymitanum, qui ei literas perferant, ut Imperatorem excommunicatum & peritum denunciet, atque Pontificis nomine prohibeant ne Hospitalarij, aut milites Templi vel Theutones Imperatori adsint, aut in villa re obediant. Hæc in causa fuere, ut 18. die Martij volentes suscipere diadema regni Ierosolymitani, quod ex coniugio Iolæ Ioannis Brenni Ierosolymorum Regis filiæ, ad se spectare probauit, non exaudiret Patriarcha Hierosolymitanus, neque prælatorum quispiam coronare vellet, aut auderet; quare ipse temere positam coronam super maius altare templi capiti suo imposuit, ensen libimet accinxit, ac reliqua solemnia profane & indignanter perfecit. Volenteum etiam procedere ad lapham muniendam noluerunt comitati Hospitalarij, neque Templarij; sed ne rebus Christianis in periculo constitutis deesse viderentur, sequuti sunt, illud postea excogitantes consilium ne conscientiam aut Pontificem præsentibus eius nunciis supradictis Minoribus hæderent, ut edictum aut præceptum militare proclamaretur ex parte Dei & Christianitatis, suppresso Imperatoris nomine; cui rei Fredericus, ob certum, quod sibi imminebat periculum, si hi separarentur ab exercitu, etiæ zgrè, consenserit.

*Chron. Sa-
xon. M.S.S.
ad hunc an-*

Eodem anno fr. Ioannes Anglicus primus visitator in Teuthoniam est missus, vir tra- XXVI. quillus,

ANNO CHRISTI 1229.	GREGORII IX. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 20.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 22.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quillus, charitatius valde, qui misericordie fratres ad virtutes colendas inflammavit. Eodem anno fratres in Ratispona de Capella Saluatoris, solemniter monasterium auxilio nobilium de Trucksatz, & Comitum de Bogen construxerunt; fundum autem dederunt nobiles de Paulstorff.

II. Kalendas Maij huius anni, ut supra dixi, feliciter vitam consummavit B. Nicolaus de Pepulis ex Iurisconsulto nobili Bononiensi factus Minorita. Sepultus est ad monasterium sancti Bernardini Clarissarum, quod olim fratrum Minorum fuit primum domicilium sub invocatione sanctae Matris de Puliolis, ubi inuentum eius epitaphium dedimus supra. Horuit miraculis; illud vero per ceteris mortissimum, & à Pisano obseruatum, eum mortuum, qui ad sepulturam ferebatur, ad vitam reuocasse; & cuidam effossis oculis restituisse. Sunt qui parent Ecclesiam conuentus sancti Nicolai Pepuli in provincia S. Bernardini, de quo Gonzaga, à suis parentibus in regno Neapolitano dominantibus seu possidentibus, in eius honorem extructam.

III. Hoc item anno conuentus oppidi montis Ferrandi diocesis Clarimontensis, in Gallia erectus ex oppidanorum eleemosynis, atque S. Thomae Cantuarienti, & Margaretae virginis consecrata Ecclesia. Iacet in eadem quidam ex sociis B. P. N. Francisci, necnon B. P. Gulielmus Mariconius sacrae Theologie Doctor, atque eximius sanctitatis vir, qui istius Clarimontensis atque Rionensis conuentum cum sacrariis, cum bibliothecas mirum in modum auxit, exornauitque, & eodem in loco plurius coruscat mitaculis.

C. Tunc item concessum fuit ab Abate & monachis sancti Cosmi in mica aurea in regione Transtiberina ordinis sancti Benedicti, fratribus Minoribus in urbe, in xenodochij S. Blasii angulo, ut supra diximus, commorantibus, ipsum integrum hospitale cum adiacente Ecclesia; Gregorio nono per suas litteras Apostolicas ita hortante; neque id cum pauperum aut peregrinorum incommodo, quibus iam illic debeat subsidium, nam & Ecclesia erat iam quasi derelicta; & xenodochij possessiones seu redditus erant opignerati, ut ex Pontificis constat diplomate, quod ex tabulario ipsius conuentus exscriptum, hic subiicio.

Gregorius Episcopus ferula seruorum Dei. Dilectis filiis Abbati & conuentui S. Cosma Transtiberini de Urbe, Salutem & Apostolicam benedictionem.

[Cum deceat vos, qui viri religiosi estis, religionem diligere, ac fovere, dilectis filiis fratribus ordinum Minorum pro salute animarum habete cupientibus aliquam mansionem in Urbe, tanto libenter adesse debetis, quanto de religione ipsorum maior in Ecclesia Dei fructus iugiter dignoscitur provenire. Quia verosicut dicitur, si ne detrimento vestro potestis annuere desideriis eorundem, cum Ecclesiam S. Blasii, quae ad vos pertinet, quasi derelictam habere noscamini, & possessiones ipsius teneantur pignori obligatae, devotionem vestram rogamus, & horramur in domino, in remissione vobis peccatum iniungentes, quatenus pro diuina & nostra reverentia praedictam Ecclesiam cum omnibus sibi adiacentibus, per circuitum, eisdem fratribus & eorum ordinis liberaliter concedatis, ita quod in effectu videamini, sicut de vobis credimus, religionis existere amatores, ut Deum inde possitis habere proprium, & nos in opportunitatibus vestris favorabiles intueremus. Datum Perusij 10. Kal. Aug. Pontif. nostri an. 3.] Facta humiliter per Benedictinos concessionem, communiori assensu volunt nostri derelictas ad monasterij dignitatem evexisse D. Iacobam de Septemfoliis, quod tamen illi ultra missis Comitibus Amuliarum (vulgo dell' Angularia) tribuit Gonzaga, idque arma, inquit Ecclesiae parietibus incisa satis superque produnt. Fortassis postea refecerunt, recte ntiorem enim iudicauerim illam structuram, quam quae ante quadringentos annos facta sit; similiter & pluram circum circa Ecclesie obducam. In sacario, seu ut vocant sacraria, appensa est, obrecta velo, imago quaedam S. Francisci caputio parum acuminata, seu potius quadrata, ad eum modum, quo ex eius sociis descripti superius, quae depingi feci sic auctor. praedictam dominam Septemfolensem. At collaterales habet effigies S. Antonij & Ludovici Episcopi, ex quibus hic sat posterior est heroina. Quod pro indubitate tenetur illius temporis & Francisci in illa de vestigiis, & cella sanctissimi viri, in qua sepius requieuit, quoties venit in urbem, quae magna devotione colitur & invisit ut, preci-

Cenae Russoponi.

Anno 1220.

n. 9.

Mor. nr. R.

Nicel. Iepu-

li.

Pisan. c. 20.

B. & 11.

Gonzag. in

prou. S. Ber-

nard. con. 25.

Cen. Monis

Ferran.

Gonzag. in

prou. S. Bo-

nau. con. 19.

Anno 1212.

n. 14.

Con S. Fran-

cis in Urba.

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1229.	ANNO 3.	IMPER. AN. 20.	NORVM AN. 22.

pue in oīdūo festi sancti Francisci per virorum vniuersum genus (neque enim illuc admittuntur fœminæ) & multi Cardinales præcipue curiæ proceres in ea peragunt sacra.

Ædem colunt Patres stricioris Observantie; quorum fama & pietas notissima in XXX, vrbe principum omnium & ceteræ plebis conciliauit animos, ita ut crescente fratum numero, accrescat etiam & charitatis subsidium. Ædes adauerter piorum beneficentia; Illustris viri Marci Antonij Vipereschi vtriusque signaturæ Referendarij, & canonicus Lateranensis præ ceteris maius beneficium in fratres dum egregium capacissimumque eis extruxit & instruxit valetudinarium, cuius etiam pietas, & in Minoritas amor eniuit in alio ampliori, quod ædificauit Atæcitanis fratribus, ut suo loco dicemus. Adhuc virescit (quantumuis quotannis sub S. Francisci die expiletur, & frondes omnes euellantur, ut in deuotum & audum populum distribuantur) malus medica in claustro secundo à S. Francisco plantata, quod miro in suo fructu signo ipsa demonstrat, nam in orbem à pediculo vel petiolo, quo pomum dependet deducuntur quinque veluti scissuræ, quæ plantantis quinas illas scissuras vel cicatrices in memoriam reducant. Neque adeo incredibile per quadringentos annos ad nostram usque æratem arborem vixisse, aliz id genus in pluribus locis ab eo inficit, & in æde sanctæ Sabiniæ in monte Auentino altera est huic coœcta à sancto Dominico sata, cui etiam singulis annis molesta & iniuriosa populi deuotio. Immensas milienorum annorum vitas plurium arborum recenser ex probatis auctoribus Thomas Maluenda vir doctus libro de paradiſo cap. 85.

Comm. Lut.
Mari.
Gonz. in
prou. S. Frâ-
cisc. con.
34.
Rodul. fol.
105.

Gonz. in
prou. Rom.
con. 39.

Rodul. fol.
180.

Monasteriū
monialium
Zamorens.
Gonz. in
prou. S. Ia-
cobi mo-
naſt. 2.

Circa hoc tempus ædificatum monasterium S. Francisci prope castellum Lunianum XXXL in Umbria, ab oppidi accolis in memoriam magni miraculi per Franciscum patrati. Dum enim prope vicinam syluam ad populum vndique confluentem sermonem haberet, irruens è loco rabidus lupus infantulum trienam diripiuit; sed turbatum populum vir sanctus pacauit restituendo miro modo infante incolumi. In ipso loco nemoris medijs vbi miraculum contigit, situm cœnobium, in quo anniversarius Francisci dies solemniter colitur ab oppidi rectoribus & consiliariis, lege stabilita, ut nullo unquam tempore mos hic prætermittatur. Eiusdem temporis partus alias conuentus in oppido Natiani ad ripam Tiberis, vbi electi ad meridiem urbemque Romanam, in media sylua situs, cui quidam authorem ascribunt sanctum Antonium Pataunum, hoc anno creatum Romæ Æmiliæ ministrum, quo officio uno dumtaxat anno functus est, dum sequenti eum à præfectura absoluit Pontifex, ut multorum bono serio studiis incumbet. Locus humilis & pauper secundo extremitus, nam primum ædificium terram motu deiectum. Iacet hic venerabilis summus religionis, doctrinæ, & sanctitatis vir Stephanus à Molina Hispanus reparator religionis author in provincia Romana, & per vniuersam Italiam; cuius corpus fortuito post elapsum à morte biennium effossa terra exhumatum ad virtutum & sanctitatis testimoniū incorruptum apparuit. Similiter conuentus Nari in Sicilia in custodia Massanæ circa illud tempus exortus, auctore Roderico Palmerio de Naro, qui cum adfuissest canonizationi sancti Francisci in comitatu Pontificis, obtinuit ab eo facultatem ædificandi monasterium in honorem sancti viri, secumque attulit partem chordæ seu funis, quo erat præcinctus.

Misæ in Hispaniam quædam beatæ Claræ sociæ, quæ institutum docerent; illæ, si XXXL constanti famæ credendum sit, exorsæ sunt ex conquisitis vndique eleemosynis hoc anno monasterium virginum ad ter mille passus extra ciuitatem Zamorensem in Hispania, ad interlabente Durum fluvium, nobilem & vetustam; in quo cum superuenientibus virginibus per quadraginta annos commorare sunt. Titulum dederunt sancti Francisci Sabulosi ex loco, qui earum habitationi minus fault, propter quod compulsa sunt illo cedere. Commodius, & multo augustius constructum ædificium in urbis suburbis, ex publico priuatoque piorum hominum ærariis, sanctæ Clariæ dicatum, cuius ibi pignora, linteamina, videlicet corporalia ab ipsa facta & cochlearium quo utebatur. Huius monasterij alias ampliorem dabimus notitiam ex bullis Pontificiis.

privilegia
concessa fra-
tribus Pan-
tensiæ.

Propitius hoc anno Pontifex instituto Pœnitentia seu tertij Ordinis, cuius pro- XXXIII fessoribus concessit graue & honorificum diploma, in quo eos liberat à grauamini- bus

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

bus & iuramentis publicis praestandis, quod priuilegium testatur iam à suo antecessore Honorio concessum. Incipit: *Desetanda humani generis.* Datum Lateran. 3. Kalend. April. Pontificatus anno 2. Indulxit etiam eisdem audire diuina, & ad sacramenta, sepulturamque Ecclesiasticam admetti tempore interdicti, dummodo ei occasionem non praestiterint: Incipit priuilegium: *Cum illorum qui fusa.* 4. non. Augusti, Pontificatus ad. 3.

A R G V M E N T U M.

Transfertur sancti Francisci corpus ab Ecclesia sancti Georgij ad nouam Basylicam, eius nomini consecratam; quod ut fieret magna cum solemnitate impense curauit Pontifex missis Nuntiis, magnisque donariis, & constitutis tanti operis commissariis: fuerunt qui solemnia perturbarent spectacula, in quos sevère animaduersum à Pontifice; reconditum tamen honorifice sed miro modo viri sancti corpus. Helias ob laxatas regiminis habendas male audiuit inter consoladores, tandem è sede turbatus per Pontificem, cui subrogatus Ioannes Parenz; sub quo dum emergunt quedam dubia circa regule intellectum, à Pontifice aperiuntur. Feliciter succedit Minoribus in Germania; necnon in Hibernia, in Gallia. & alibi noua addita domicilia.

- I. **N**T I M A T V M fuit per vniuersam Europam fratribus & viris Principibus, hoc Chron. ant. Marian. c. j. Transferitur corpus sancti Francisci. anno transferendum solemniter, Papa item (ut spes erat) praesente, corpus beatissimi viri Francisci recens inter sanctos conuinerati, ad nouam Ecclesiam suo nomini dedicatam, cuius pars inferior seu Ecclesia subterranea, in qua ad turam & secretam custodiā condendus erat hic preciosus thesaurus, iam absolta erat, & firmiter vindique concamerata; celebranda item generalia ordinis comitia, in quibus de rebus gravioribus, & bono ordinis ageretur regimine. Duplici ex hoc capite conuererunt vltra duo millia fratrum, atque vniuersi hominum status tanta multitudo, vt eos vrbis capere non posset, sed in campis sub tentoriis, & turmatim gregum more in rure suburbanio illis diebus visitarent. Sed dum Pontificis expectaretur aduentus, superuenierunt solemnies ab eo missi nuncij, qui referrent ebd implicitum negotiis grauioribus Ecclesiz & Imperij, adeoque molestas res Frederici, vt ab Urbe non facile liceret abscedere; qui etiam ferrent preciosa munera ad cohonestandam translationem, & adornandam Ecclesiam, crucem videlicet auream non mediocris ponderis opere gemmatio elaboratam, preciosis ornata lapidibus, sita in medio magna Christi crucis parte; vasa magna argentea, & ministerialia quæque altaris inaurata, antependium item magni precij, & pulchra nimis paramenta. His superadditæ, non minori æstimatione dignæ literæ Pontificis, in quibus virum sanctum ex affectu adeo commendat, vt suum patrem dicat, & verius suum velit quam fratum Minorum: quibus etiam narrat, solemniter sibi intimatum eundem virum sanctum nuper in Theutonia mortuum ad vitam reuocasse, ad cuius vestigia solerter sequenda paternæ omnes hortatur, amplias tribuens Indulgencias iis, qui translationi interfuerint. Habet has literas Petrus Rodulphus fol. 170. & regestum Vaticanum hoc anno, numero 18. vbi hæc inscriptio; *Magistro & fratribus ordinis Minorum in capitulo generali constitutis, fortassis ex scriptoris negligentia pro Ministro ircepit verbum illud Magistro, Minoribus semper insuetum, & regulz instituto aduersum. Lectori placebit, si ipsas literas subnectamus, quas etiam alias ad vniuersos dedit fideles usque ad illa verba ipsius laudibus delectemur ad perpetuam rei memoriam, & tanti miraculi testimonium:*

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

G R E G O R I V S &c.

Ministro & fratribus Ordinis in generali capitulo constitutis.

Psal. 144. 9. [Mirificans misericordias suas Dominus , quæ super omnia eius opera sunt , ut vni-
 Psal. 102. 5. cæ suez sponsæ renouet , sicut aquilæ , iuuentarem , innouat signa , & iminutat mira-
 bilia fulgura , & pluuiam faciendo , dum Ecclesiæ filios legitimè hic certantes felici-
 ter in celo coronans , & quorum animas beata immortalitate glorificauit in patria ,
 horum corpora miraculorum coruscatione in terra clarificans , matrem salutis gau-
 dio reficit , & fœcunditatis rore perfundit . Sic enim fides Ecclesiæ roboratur , con-
 ualescit spes , & charitas recalcscit : sic confutatur hæretica prauitas , lapsus delin-
 quentium cohibetur , & inducitur conuersio peccatorum . * Quare inter pressuras in-
 numeras , & angustias infinitas , quas plus ferre possumus , quam referre , consolatio-
 nis , & gaudijs materiam resumentes , gratias & laudes , quas possumus referimus re-
 demptori , qui beatum Franciscum patrem nostrum , & vestrum : forte autem magis
 s. Francisci suam voces patrem Gregorius nostrum , quam omnium vestrum , adhuc in carne viuentem insignibus præueniens
 muneribus gratiarum , tanta nunc cum ipso regnante clarificat gloria , quod
 præter alias virtutes magnificas , nuper in Theutonia ipsius sancti celebri nomine in-
 uocato mortuum mirifice suscitavit , sicut nobis est solemniter intimatum , vt nos in
 eiusdem sancti magis , ac magis pro amore succensi totis affectibus in ipsius laudi-
 bus delectemur , sperantes vt , quos in sæculo extra sæculum viuens tota mente di-
 lexit , & nos nunc charius amplexatus , quo illum , qui est vera charitas , vicinus in-
 tuetur , pro nobis intercedere non desistat , & vos quos idem in Christo regenerans
 in abundantia diuinitatum altissimæ paupertatis reliquit hæredes , gerentes in inti-
 mis visceribus charitatis ad profectum ordinis vestri aspiramus ardenter , propoli-
 ta nobis spe , quod vestrum orationum suffragiis , nostrarum tolerantiarum passio-
 num nobis prouenient in salutem . Verum vt patrem laudabiliter imitantes perue-
 nite mereamini , quo ipse peruenit , vniuersitatem vestram rogamus & obsecramus
 in Domino Iesu Christo , per Apostolica vobis scripta mandantes , vt quemadmo-
 dum accepistis à beatissimo Patre vestro mortificationem Iesu circumferentes in cor-
 dibus vestris , vt vita Iesu manifestetur in vobis , veræ humilitatis gloriam ample-
 xatis ; armemini circumquaque inexpugnabili patientiæ arinatura , obedientiam , quæ
 inter alias obseruancias regulares præcipua reputatur , nechon regularia statuta Pa-
 tris prædicti inviolabiliter seruaturi . Cum enim spectaculum facti sis mundu , An-
 gelis & hominibus , necesse habetis taliter conuersari , vt benefacientes impruden-
 tum hominum ignorantiam obrutuescere faciatis , quin potius & bonis vos consi-
 derantes operibus glorificetis Deum , & beatum Franciscum dignis laudibus præ-
 conizetis . Ceterum cum gloriosum corpus sancti prædicti ad Ecclesiam ipsius no-
 mini dedicandam cupiat deuote transferre , nos desiderium vestrum fauore debi-
 to prosequentes , quia , dignum est vt venereinur in terris , quem Dominus sic ho-
 norat in celis , de misericordia Iesu Christi & beatorum Petri & Pauli Apostolo-
 rum eius autoritate confisi , omnibus qui ad translationis eius solemnia deuotè con-
 uenerint , vel vsque ad Natiuitatem Virginis gloriose proximè venuerint ipsius Ec-
 clesiam visitauerint , transfractibus mare tres annos , transfractibus Alpes duos , &
 ceteris vnum , & qui in anniversario translationis illuc vsque ad octauam diei re-
 uertenter accesserint , annum similiter de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer re-
 laxamus . Datum Lateran. decimo septimo Kalendas Iunij , Pontificatus nostri an-
 no quarto .]

Concedatur virginis Clas-
 se Ecclesiæ Georgey . Ultra hæc bonam misit pecuniæ numeratæ summam ad fabricæ subsidium ; & Ec-
 clesiam S. Georgij , in qua ad illud tempus S. Francisci corpus requieuit , donauit virgi-
 ni Clariæ eiusque sectatricibus , procuratorem suum Assisiensem , qui contiguum
 extrueret monasterium , & fabricæ curiam ageret , vt religiosæ virgines tunc viuerent
 intra ciuitatis mœnia , & ab ædis S. Damiani nimis angusto liberarentur ergastulo . Sed &
 Ecclesiam

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS Mi- NORVM AN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Ecclesiam nouam, quæ edificabatur in sancti Institutoris honorem, denuo multiplici gratia, & fauore affectit exemptam faciens, quam antea anno secundo sui Pontificatus exemit) à quacumque iurisdictione, sibiique immediatam, & totius ordinis caput, ac matrem constituens. Vere tamen antiquitate caput est conuentus sancte Marie Angelorum, & mater ex instituta primitus ibi religione; sed canobium hoc Pontificio priuilegio utrumque habet dignitatem, authoritatem, & ex condito thesauro precellit. Praeclera etiam antithesi in suis literis locum antea vocatum *collam Inferni*, appellat *collam Paradisi*, vt ex subiecto diplomate constabit. Censum annum, libram unam cerz in rei memoriam fratres soluunt quotannis. Exemplar exscriptum ex Vaticano, ubi habetur sub num. 22. offero, sed absque tempore concessionis, quod scriptor preteriret, attamen constat ex ipso diplomate datum fuisse ante translationem factam, dum dicit in eo templo debere recondi sancti viri corpus; & si ex ipso regesto diuinare licet, datum est circa idus Maij, vel eo tempore quo superiores litteræ datæ sunt; etenim in regesto quæ immediate praedicit epistola, data est 5. Idus Maij, & quæ proxime sequitur 16. Kal. Junij.

G R E G O R I V S &c.,

*Ministro Ordinis fratrum Minorum eiusque fratribus morantibus apud Ecclesiam
B. Francisci in loco qui dicitur colla Paradisi tam presentibus
quam futuri in perpetuum.*

[Is qui Ecclesiam suam semper noua prole fecundat, dignatus hæc moderna temporibus prioribus conformare B. Confessoris Francisci spiritum in charitatis amore per inspirantem gratiam excitavit, vt Apostolorum vestigia imitatus in paupertate in qua plus charitas proficit, relictis omnibus solum secutus fuerit æternæ beatitudinis largitatem, & velut fidelis servus & prudens laudabiliter operatus in talentis ei creditis, frumentum in Ecclesia Dei attulit copiosum. Ab ipso enim ordinis vestri sancta plantatio cooperante diuina gratia processum habuit & progressum; qua palmites honestatis longe lateque producens, flores protulit, & odores effudit ad refecanda nocua & salubria inserenda. Cum igitur apud Assilium in fundo nobis & Ecclesiaz Romanæ oblatu in loco, qui dicitur *colla Paradisi* in eiusdem confessoris honore construatur Ecclesia, in qua recondi deberet tam preciosus thesaurus, sanctum videlicet corpus ipsius, qui in tempo - Eccl. 4:17. re iracundiz factus est reconciliatio, vt pro peccatis populorum fieret intercessor, nos cum dignum sit & congruens vt eadem Ecclesia prærogativa libertatis & honoris gaudeat propter eum, quem in cœlis Dominus exalteauit; pro eius reverentia Ecclesiam ipsam sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti priuilegio comunitus. Imprimis siquidem statuentes, vt Ecclesia ipsa nulli, nisi Romano Pontifici sit subiecta, & vestri ordinis, cuius institutor & pater extitit confessor predictus, caput habeatur & mater, ac in ea per fratres eiusdem ordinis perpetuo seruiatur. Prohibemus insuper, ne quis audet in eandem Ecclesiam excommunicationis vel interdicti sententiam promulgare, quam si proferte contigerit, tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Pro consecrationibus vero altarium, sive pro oleo sancto, vel quolibet alio Ecclesiastico sacramento nullus ab eadem Ecclesia sub obtentu consuetudinis, vel alio modo quicquam valeat extorquere, sed hæc omnia gratis vobis Episcopus Diocesanus impendat; alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antistitem, gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostra fterus autoritate vobis, quod postulatur, impendat. Quod si Sedes Diocesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica sacramenta à vicinis Episcopis accipere liberè, & absque contradictione possitis; sic tamen vt ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum eadem Ecclesia non habet loci diocesani copiam, si quem Episcopum Romanæ Sedis, vt diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam negotiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum, & vestium,

ANNO CHRISTI.	GREGORII IX.	FRIDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1230.	ANNO 4.	IMPER. AN. 21.	NORVM AN. 23.

consecrationes altarium, ordinationes fratrum clericorum, auctoritate Apostolice Sedis recipere yaleatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis clavis ianuis exclusis excommunicatis, & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa vox divina officia celebrate. Paci quoque & tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine prouidere volentos auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem tamere capere, vel interficere seu violentiam audeat exercere. Ad Indicium autem huius libertatis ab Apostolica Sede percepta unius libri certum censum, nobis & successoribus nostris annis singulis persoluetis. Decernimus ergo ut nulli omnius hominum licet prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut eius bona auferre, nec ablata relinere, &c. usque profutura; salua Sedi Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. cunctis autem &c. Datum Later. per manum Magistri Martini S. R. E. Vicecancellarij.]

Post solemnis translacionis. Multis premissis prælodiis, & magna præparata solemnitate, tandem in profecto III.

Penthecostes die vigesimo quinto Maii facta est translatio, eleuata è terra magno cum clangore tubarum aliorumque instrumentorum capsula lignea, in qua sanctum corpus occludebatur, impositaque plaustro seu currui pulcherrimo, mira & preciosa varietate ornato, quem ob ingentem molem trahebant boues purpura cooperiti. Vi & armis voluerunt esse præcipui actores in hoc spectaculo ciues Assisiates adhibitis multis custodibus, & valida militum maru, cauentes ne dolo villo, aut arte surriperetur, vel *Civiles Assisienses translacionem percurvantes.* præscissis vallis partibus minueretur adeo insignis thesaurus. Constituti erant minister Generalis, & alij graues ordinis Patres Pontificis nomine & auctoritate, commissarij huius translationis, quibus tamen non adeo liberum fuit eam per se facere, nam civitatis Rectores id sibi muneric assumperunt, & ut ventum erat ad Ecclesiam restituerunt communis omnium desiderio corpus videre volentium, nam rapientes illud in superbia & tumultu translationis mysterium damnabiliter prophanaerunt, non passi à fratribus predicto corpori debitam venerationem exhiberi, dum omnia perturbarunt, omnia confuderunt. Ita refert Pontifex grauissimo de hac re diplomate, statim subiiciendo, licet aliqui ex nostris culpam omnem reiiciant in Heliam, cui plura ultra veritatem imposta; quod fit frequenter his, qui regunt, præsertim iis, quorum semel deperiit opinio, ut facile quidquid sit mali in eos refundatur, & dubiæ noxæ, quorum actor incertus, illis affigantur. Fortasse in eo laborauit Helias, ut non pataret rapinæ corpus, & ut ab omnium auferretur oculus ea arte ut nulli innotesceret locus, in quo recondebat, nec cuniculus, aut ostiolum, per quod descendebatur ad Ecclesiam subterraneam. Turbari non parum fratres ex tanto tumultu & fraudato desiderio, nec defuerunt, qui apud Pontificem quererentur, ad quorum relationem vehementer commotus, increpauit aspere Assisiates, iussitque ut coram in Urbe apparerent ex Senatu aliqui dignam tantæ temeritate pœnam soluturi. Iniunxit etiam per piissimas & grauissimas litteras Episcopis Perusino & Spoletoano, ut curarent plenam satisfactionem dari ipsi Pontifici tantæ iniuriae, quam sibi ait irrogatam. Habetur in eius regesto numero 38.

G R E G O R I V S &c.

Perusino & Spoletoano Episcopis, &c.

Multa beneficia erga Assisiates. Spemauimus haec tenus ut potestas, consilium, & populus Assisiaten multiplicem gratiam, qua eos adhuc in minori officio constituti præuenimus, & sumus continuo prosequuti, sicut conuenit, agnoscentes, sectarentur agnitam, reverenter nostris beneplacitis omnimodis obsequendo, ut semper in gratiam crescent ampliorem. Sed quod non sine amaritudine referimus vehementi, ipsi gratis ingrati, nobis in alium pro bono iniqua vicissitudine rependentes, in eo nos actiter prouocarunt, in quo debuerant nobis summo studio potissime complacere. Cum enim beatum Franciscum glorificatum in cælis, clarificantis in terris ipsum ascripserimus cathalogo confessorum, & in honorem eius Ecclesiam fundati volentes de manibus nostris lapide ibi primatio posito,

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORIUS IX. ANNO 4. 1231.	FREDERICUS II. IMPERATOR. 12.	RELIGIOSUS MA- NORVM AN. 25.
-----------------------	--------------------------------	----------------------------------	---------------------------------

posito, ipsamque duxerimus eximendam, ut libertatis rictulis decorata semper niteret celebris, & insigoris. Ipsi non attendentes innumeris bona, quae ciuitati eorum, quin etiam vniuersis & singulis exinde poterant preouenire, omnia perturbarunt, omnia considerunt in animarum suarum periculum, famam dispendium & iacturam etiam temporalem. Sciunt siquidem quod nos sanctissimum corpus confessoris predicti pio amore venerabiliter amplexantes, translationem eius dilectis filiis generali ministro, & quibusdam aliis fratribus ordinis Minorum viris religiosis & timoratis, tanquam vi- carii nostris, communius confidentes, tum non nisi auctoritate Apostolice Sedis esset translationi facienda, ibique tham necessaria indulgentiam, quae limpa beatorum Petri & Pauli visitantibus, conctabu consuevit, sed ipsi vero falso spiritu connotari, non attendentes quod sacra mysteria non sibi à sanctis sunt tractanda ministris, predictum corpus ausu sacrilego rapientes in superbia & tumultu translationis mysterium damnabiliter prophaoatunt, non passi à fratribus predicto sancto venerationem debitam exhiberi. O quæ insanias ipsos taliter fascinavit, ut sacerdotale sibi officium usurpantes, rem diuinam, Deo corrumparent invito. Nonne sciunt quod Ozia inclinatus arce Domini manum apponens, à Domino percussus interit, qui videbatur vecunque verosimiliter excusandus, quia de arca caderet inclinata manu posuisse adiutricem. Nonne audierunt quod Ozias ingressus templum Domini, quia super altare chytriamatis incensum voluit adolete percussus est lepta, ut perfectè detur intelligi, quod contradiccio diuinorum est laicus penitus interdicta. Nonne possunt ex simili culpa peccata similes formidare. Ceterum ut sciant quam grauiter nos, imo Dominum offendere, authoritatem nobis in sancto predicto volentes adimere, nos predictam Ecclesiam, quam exanimus, Episcopi & capituli Assisiensis subiicimus ditioni, prohibentes ut ibi de extero nullatenus generale capitulum celebretur, nec aliqui de fratribus commorentur, & locum supponimus Ecclesiastico interdicto, donec nobis de tanta iniuria satiescat. Ne vero contra eos severius procedere compellamus, vniuersitati eorum nostris damus litteris firmiter in præceptis, ut infra 1. f. dies post susceptionem eorum, viros idoneos vniuersitatis nomine ad nostram presentiam destinare procurent, paratos satisfactionem plenariam exhibere, ac de stando mandatis nostris præstare sufficietes cautiones. Quocirca fraternitati vestra per Apostolica scripsa mandamus, quatenus si potestas, consilium, & populus predicti præcepit nostrum neglexerint adimplere, vos in potestatem, & consilium excommunicationis, & in terram interdicti sententias appellatione postposita proinulgantes, faciatis eas usque ad satisfactionem condignam inuiolabilitate obseruari. Datum Lateran. 16. Kalend. Iunij Pontificatus nostri anno quarto.]

- I. V. Quoniam modicun conditum corpus, nullus quem viderim expressit, nec ex nostris ullus est qui memor tradiderit se illud vidisse, quantumvis non defuerint viri principes, qui illud cernere voluerunt, & obtinuerunt, Egidius Carillius Alborensis Cardinalis Hispanus, vir præclarissimus, perpetua etiam inter Italos memorie, Nicolaus quintus, & Sixtus quartus Pont. Max. Dux Mediolanensis, Franciscus Stocza, & virtu quidam Assisiates, quorum vnius ego mox testimonium proferam. Refert Rodulphus venisse Pio quinto sancto Pontifici in mente sacrum hoc videre depositum, stricteque mandasse Ioanni Pico Camerti ministro generali patrum Conventualium, cui author tunc erat à secretis, ut in hanc curam obnoxie incumbet, si forte inueniret viam tantum adeundi, vel aperiendi thesauri suffudit die noctuque incessanter bonus ille vir, sed inanis fuit omnis eius conarus & industria, quia diuino numine factum est, ne pretiosum depositum furibus vel hostibus pateret. Similiter legitur de corpore beati Iacobi Compostella: adeo profundo, & occulto conditum loco, ut nequam posse illuc quispiam petuenerit. Inter nos, & præcipue in sacra illa æde perpetua traditio est, & communis consensus cadaver erectum in pedes, integrum, illæsum, oculis apertis, vulneribus recentem manantibus sanguinem adhuc conservari. Ita videt Nicolaus quintus, & qui cum eo erant, quorum unus sub morte ubi adulatori, nec mentiri adeo facile licet, rem omnem narravit. Historiam excepterunt alij, qui ita transcripterunt.

Commixta
& varijs
Peculiaris
in
translatione
Alinari.

Confunditur
solemnitas
translationis
per Assisa-
m.

Egerio
hoc fers Pen-
ticer.

z. Reg. 6.

2. Paral. 24

Videtur plu-
res corporis
S. Francisci.

Rodulph. fo-

147

Rodulph. c. 1.
Sedul. in cu-
ment. ad vi-
ta S. Franc.

ANNO CHRISTI.
1230.

GREGORII IX.
ANNO 4.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 21.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 23.

Ad Reuerendissimum atque ornatissimum D. D. Andriensium
Episcopum.

Franciscus de Bautio Dux Andrie Com. P. F.

Epiſtola de ſitu corporis S. Franciſci. [Scripturus ego ad te Pontificis Nicolai progreſſum , qui Seraphici Patris Franciſci corpus viſitauerat personaliter , veritus ſum , ne , vt parum inſtructus , tanquam imperitus à probis & grauibus viris arguar . Attamen quoniam in negocio , quod aggredior , non levitate (vt ita dicam) aut temeritate aliqua , quin potius reuerentia & deuotione fretus ſum , idcirco ad te admodum Reuerendum hanc epiftolam , eti incultam , omni tamen veritate plenam , destinate euraui . Ad te , inquam , qui poſtſtate tibi credita , Eccleſia Dei partem gubernas & regis . Noui enim ve reor , te recentem ac viuam memoriam retinere eorum , quæ h̄ic modo ſubinfervuntur . Quapropter eti in his , quæ per me ſcribenda ſunt , aliquid me p̄termiſſe , vel plus fatis addidilſe perſpexeris ; articulis tuis idipſum , tua ſolita benignitate & prudentia , qua plurimum polles , emendare & corrigeſe poteris . Noui enim ob imperitiam meam , me falſe re , ac falli poſſe in hoc negocio . Te autem , qui clauem Dauid ſolus habes , roga- tum eſſe vellem , vt in hanc horam ſermonem rectum ac bene ſonantem in os meum concedere digneris , vt ea digne dicere valeam , quæ infructuoso ſilentio pertransi- re nefas eſſet . Te , inquam domitum , Dominum meum Iesum Christum ſupplex deprecor , ne huius rei per me enarrandæ deuotionis fructu caream , & ex- pers ſim .]

Apoc. 3.7.

Iacobus quidem Laquidoneñis Eccleſia Epifcopus , dum nonis Martij Andriæ eſſet , tuque & ipſe ſimul alloquentes , veftrōs vultus admiratione non minima reple- uifisti . Quod cum ego , qui ſimul aderam , intuitus eſsem , cauſam tantæ admirationis tanquam curiosus , à vobis inquire cœpi . Eapropter Iacobus , qui mihi inti- mior erat , hiſ verbiſ affatus eſt , vt ad me conuersus diceret : Si que per tempora retroacta aures meæ expertæ ſunt , non ignorares , tibi quoque admirationis inefſet cauſa . Ad quem ego : Quæſo ut quæ audisti ediferas . Tunc ille : Mallem , inquit , & per contritionem lachrymari , quam in hiſ cordis hilarietatem oſtendere . Cum autem h̄ec ab eo audiuiſsem , audiuiſſimus ſum hominem , & opportunam horam quæritans , depreca- tus ſum eum , dicens : Utinam palam ab te illa cito docear . Et ille , libenter faciam , inquit , ſed magdi ponderis res iſta eſt , & non omni homini aperienda . Attamen tu di- ligenter & attente audi , & auſculta . Aſtergius quidam tituli sancti Eusebij presbyter Cardinalis , Beneuentanæ vrbis olim Archiepifcopus , dum in extrema valetudine eſſet poſitus , febrique valida , quam maximè vexaretur , vt putaret ſibi vicinam mortem fore , nocte ſuperueniente , quæ finem languoris ſecum ferre videbatur : ſic enim viri- bus corporis deſtitui viſus eſt , vt vix crederetur eum ſuperuicturum in crastinum . Ego vero Iacobus , qui nimio amore hominem diligebam , cum p̄ſens eſsem , eiusque minister , attente ſuper eum vigilabam , flebamque : Ipſe vero ſic in extremis labo- rans , non mihi deuotè , quam piè in hanc vocem prorumpens , claimabat : O Fran- ciſce ! Mane autem facto cum pauluſculas vtcumque vires resumpiſſet , omni cum mansuetudine deprecatuſ ſum hominem , vt cauſam eiusmodi invocationis Franciſci mihi innotescere dignaretur . At ille : O Iacobus , quem , inquit , in amore tibi p̄feram : Porro ſi aliud interrogalſet me de eiusmodi rei cauſa , forſitan non illam ei panderem ; dicam tibi nihilominus , & tu attente auſcultabis .

*Auſtergius
Cardinalis
narratio.
Vtus Nicol.
Pontifex vi-
dere corporis
S. Franciſci.*

Nicolaus huius nominis Pontifex Quintus anno Domini millesimo quadringen- tesimo quadragēſimo nono beati Petri Apoſtoli ſedē ſtrenue gubernabat . Huic dum afflisiſ moram traheret , venit in mentem , vt beati Franciſci corpus oculis propriis in- ſpiceret , ob quam cauſam accertitus eſt ab eo dominus Petrus de Noceto ; ad quem Pontifex : Vade , inquit , ad guardianum loci huius , & meo nomine illi ſignificabis , me omnino visitaturum eſſe & viſitatum beati Franciſci corpus . Iuit autem Petrus , & iuſla ſibi imposta perficiens , reuertiſ ſe ad Pontificem , dicens : Feci beatissime pa- ter quod mandasti . Guardianus , iis auditis ſermonibus , nimio pauore correptus eſt , ita

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ita ut in magno dubitationis agone fuerit positus : ex una enim parte contradicere non audebat voluntati summi Pontificis ; ex altera vero verebatur , ne tam sacrum & preciosum pignus auferretur ab Ordine , veluti per alios prius fuerat attentatum , & ipse postmodum calumniam sustineret à ciuibus . Ea propter adiens Pontifice in modo huc , modo illuc , tamquam demens & vagus incedebat , celans animum suum . Cum autem fortiter cogeretur ut Pontificium impleret mandatum ; petit humiliter , ut rem istam fratribus loci palam facere permetteret Pontifex ; qui postquam illos suis locutus , ad Pontificem iterum reuersus est , dicens : Obedientiam prout Ordinis dignitas expostulat , tibi præbere parati sumus , beatissime Pater , dummodo unum , iuxta beneplacitum nostrum , impleueris . Porro si tui desiderij cupis esse coimpos , tribus tantum , & non pluribus tecum assumptis , ad locum descendere necesse est . Quinta vero noctis hora adueniente , descendet tua sanctitas ; & oculis propriis conspicies , quem ardenter videre desideras . Quo auditio Nicolaus Pontifex , qui recte & sinceriter se gerebat in negotio , latet inquit , assentior . Gallicus vero quidam Episcopus , magna autoritate vir apud Pontificem , hac audiens , Pontificem allocutus est , dicens : Non tibi conuenit , beatissime Pater , horum fratrum assentiri voluntati , propter scandalum , quod Ecclesiaz Dei aduenire possit . Non sic erit , inquit ; quoniam recte ac fideliter in hoc negotio pergo ; idecirco , Deo præstante , mei desiderij coimpotem me fore spero . His dictis , Pontifex Nicolaus elegit me Austergium , Petrum de Noceto , & præhabitu Episcopum Gallicum : guardianum vero cum tribus fratribus simul adesse mandauit , visitaturis ipsius , & visuris corpus beati Patris : qui nobis iuncti ; suisque indumentis depositis , hora congruenti cum adfuissemus ad paratum locum , amoti sunt lapides , cum quibus ianua fabricata erat : gradusque marmoreos diligenter aspeximus , quos & magno silentio descendimus . Et ecce ostium ferreum habuimus obuum , in quo tres catenæ ferreæ ex ordine stabant , quæ illi co fuerunt aperte clauibus . Tunc guardianus flexis genibus Pontificem allocutus , ait : Ingredere , pater sanctissime . Qui solus ingrediens ante pedes sancti corporis prostratus humiliiter , tanq[ue] vehementer plorabat , ut fremitus audiretur à nobis .

Postquam vero summus Pontifex consequitus est quod desiderium suum flagitabat ; ad se reuersus introduxit & nos , qui cum peruenissemus ad locum , stupor equidem incredibilis omnes induasit . Verè inuestigabiles viæ Domini , & iudicium eius ab omni humana cogitatione proslus alienum . Quis inquam audiuist , aut quis talia effatus est , ut corpus humanum per tota mortuum super plantas proprias recte staret ? Sed non fuerat abbreviata manus Domini . Erat autem locus ille cernentibus nobis , instar patuz Ecclesiaz , habens tres * tribunas in testudine rectas . Media vero quæ ab interiori parte erecta erat , miro marmoreo tabulato fabricata videbatur : in cuius medio * lastra marmorea posita erat , supra quam ex Orientali latere corpus illud sacrum Francisci Seraphici erectum stabat , facie ad Occasum tendens , & oculis eleuatis in eternum : manus vero cooperata erant habitus manicis , & simul iunctæ ; ut fratres ferræ consuecerunt .

Erat autem corpus ita incorruptum , quasi esset prima die positum ; videbatur enim quasi dormiens . Ex alio vero latere , alium erectum stantem vidimus , habitu beati Dominici , qui & manus simul iunctas habebat , cum articulis sursum iunctis , veluti mos est orantium : oculi vero eius ad beati Francisci pedes intuebantur . Ambo autem ita lucidos & splendentes habebant oculos , ut nulla ad viuos esset differentia . Odor insuper suauissimus talis erat , ut olfactus hominum nunquam talet senserit .

Cumque summus Pontifex à lachrymis & gemitis abstinuisse aliquantulum , ad beati Francisci pedes iterum procumbens , manu fimbriam eius vestimenti extulit : nos vero sine scutularibus pedes adspeximus . O igitur felices oculi , qui hæc videre meruerunt ! O fortunati animi , qui hæc meditari digni inuenti sunt ! Magna enim his fuerat collata gratia , ut in serum liquido aspicerent , quæ in Deum minime videre poterant . Erat enim in pedis sancti medio foramen cum sanguine ita recenti , ac si tunc mucrone pes fuisset confosus . Cuius quidem rei aspectu singultus Magnus omnes arripuit . Et quis cogitare posset animi motionem ? animum præ deuotione liquefcere ? alienari sensum ? & vites totas destitui ? Omnes autem ante recessum è loco osculum dedimus

ingreditur
Ecclesia sub-
terraneam .

Rom . 11 . 13 .
Corpus Frat-
ris in pede
erectum .

Isaia 59 . 1 .

* id est , tres
formæ seu
cameras
* basis seu
pes colum-
næ
Oculis in
eternum aper-
tis .

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Quina vul-
nus rem-
issa.* dedimus sancto pedi, omnesque pariter ob odorem refocillati sumus. Pes vero alias fimbria habitus optiebatur: nec nobis visum fuit illum violenter arripere. Manus similiter perforata ut pedes cernebantur, recentem sanguinem ostendentes. O igitur memoria profunda nostræ redēptionis in seruo intueri, quæ in Redemptore prius fuerant! O igitur sacra vulnera & dulci osculatione digna, quæ post humanum lapsum in remedium data sunt: Et quis nostrum, qui ibidem aderamus ausus fuit amplius corpus sacrum tangere, nisi solus summus Pontifex? Ipse enim manus illius preciosas deuotissime osculatus est, oculumque sacro ori dedit. A quinta vero noctis hora usque ad undecimam illuc mansimus, suauissimo odore repleti. Cum vero à narratibus nunciatum fuit nobis diem prope esse, doluit quam maxime: visum enim fuerat nobis per horam ibi fuisse.

In illis vero tribunis sociorum beati Francisci corpora tumulata facient: unusquisque enim locum suum possidet, unus hinc, & alter illinc: ante ostium vero loci iacet corpus illius ecclastici viri Dei fratris Egidij: quorum corpora absque diminutione villa, integra cernuntur, suauissimum odorem redolentia. Ad extremum autem cum magna animi fortitudine roborati, omnes inde recessimus. Cardinalis vero Austergius quem superius memorauimus, quamvis in memorata infirmitate aliquantulum conualuisse in die, attamen nocte sequenti naturæ debitum soluit. Nec est dubitandum quod tantus homo à quo haec quæ narravimus, accepimus, dum ad vitæ peruenisset extrema, composuisset mendacium, referens illa quæ vera non essent. Affirmabat quoque antequam spiritum cœlo redderet, quod Nicolaus Pontifex, dum è loco illo sacro recederet, promisisset Guardiano & ceteris qui simul aderant, nulli mortaliū palam facere quæ viderat, dum ipse viueret quamvis non parvus penderet illa manifesta fieri apud homines deuotos, & probos qui non secundum carnem ambulant.]

*Allia narra-
tio circa fid-
em eiusdem cor-
poris.* Aliam addo rationem illustris viri D. Galeotti à Galeottis de Bistochio, qui anno V. 1509. meruit videre sancti virti corpus, cuius situm & conditionem hic describit reliquo autographo filio suo Antonio Francisci, dato 12. Kalenu. Decenbris eiusdem anni, mihi transmiso ex archiuo sanctæ Mariæ Angelorum apud Assisiates, quod ex vulgariter Italico placuit Latinum transcribere. [Ego Galeottus à Galeottis de Bistochio vidi sanctissimum corpus mei patris sancti Francisci, quod adhuc viuum appetet, & operimentum eius intactum atque immaculatum. Ut ostium aperuit R. P. Custos, ex sacro corpore talis ac tanta suauolentia processit ut amplius nihil possit desiderari; stigma item adeo recentia & rubicunda ut vivi corporis videntur. Feliciter hoc conspexit potiti sumus tribus sub auroram horis die decimo octavo Nouembri comitantibus R. P. Fratre Iulio à Leccio sacri conuentus custode, & fr. Iustiniano à Collostate sacrata. Nec absque precio obtinui; dissidentibus etenim inter se his Patribus, consensum extorsi multo nummo cooperante meis votis ipso sancto Patriarcha. Ecclesia, in qua seruatur preciosus hic thesaurus speciosa est, ianuam habet è regione altaris præcipui, ad quod per egregium peruenitur ambitum; descendit vero in Ecclesiam per gradus septendecim, quorum unumquemque nos in descensu sacrauimus una oratione Dominica & salutatione Angelica. Modo experiemur, quid vitæ supersit. Tibi autem Antoni Francisci dilectæ fili hanc relinquo memoriam, & horror quantum in te fuerit, conuersis similem assequi gratiam firmiter spondens summam te à Domino consolationem assecuturum. Interim S. P. Francisco te ex visceribus commendando.]

*Res mysterio-
sa, secreta.* Addidit illud de vita diuturnioris experimento propter communem assertionem, VI. quod tam sacrum & religiosum vult Dominus sanctum corpus, ut non licet eius inspectoriis illud videre & viuere longiorem vitam. Rebus religione & sacramento plenis, ita aliquando venerationem & reverentiam Dominus conciliat, vel quia ad mysteriorum eorum aspectum exercitante, immo & examinantur curiosi inspectores, vel quia vitam ipse Dominus tollit, ne quod sacrum, & silentio dignum est, pluribus propanent. Addo hic item sepulchri, vel suppedanei lapidis epitaphium exscriptum à quodam Dueis Mediolanensis Francisci Sforzæ comite, delubrum hoc subingresso, à cuius posteris illud accepi:

*Epitaphium
sepulchri S.
Francisci.*

ANNO CHRISTI
1230.

GREGORII IX.
ANNO 4

FREDERICI II.
IMPER. AN. 21.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 23.

V. S. C. A.

FRANCISCI ROMANI.

CELSA HVMILITATE CONSPICVI
 CHRISTIANI ORBIS FVLCIMENTI
 ECCLESIAE REPARATORIS.
 CORPORI NEC VIVENTI NEC MORTVO
 CHRISTI CRVCIFIXI PLAGARVM
 CLAVORVMQVE INSIGNIBVS ADMIRANDO
 PAPA NOVÆ FÆTVRÆ COLLACRYMANS
 LÆTIFICANS ET EXVLTANS
 IVSSV, MANV, MVNIFICENTIA POSVIT
 ANNO DOMINI MCCXXVIII.

XVI. KALENDAS AVGUSTI.

ANTE OBITVM MORTVVS, POST OBITVM
 VIVVS.

Literarum quatuor capitalium ille sensus **VIRO, SERAPHICO, CATHOLICO, APOSTOLICO**, dicitur autem Franciscus Romanus vel ex summa obedientia, & pietate erga sedem & fidem Romanam, vel quia Affibum Romanus est ditionis. Scriptores reformati & vita S. Fradi. cisci.
 Hucusque deduximus huius sancti viri historiam ex plurisque scriptoribus, quorum catalogum intexitus, ut plane constet res eius candide & sincere fuisse exaratas. Primus omnium eius vitam conscripsit ex precepto Gregorij Noni, (à quo legenda ipsa denominata) Thomas Celanus prouincie Pennensis, nunc sancti Bernardini dilectus sanct. Patris familiaris, à quo vel à sociis accepit cuncta, quæ retulit. Secundus venerabilis Dominus Ioannes de Ceperano notarius Apostolicus in sanctum vi-
 rum summe propensus. Tertius, Anglicus quidam legendam illam Celani ad metrum grauis & docti carminis heroici reduxit. Quarto diffusius eius acta retulerunt socij tres Leo, Angelus & Ruffinus ex precepto ministri generalis fratris Crescentij. Quinto ad eiusdem mandatum prænominatus Celanus ampliorem quam ante scripsit sancti viri historiam, cui secundam addidit partem, ita præcipiente Ioanne Parmensi ministro generali, atque hæc illa, quæ communiter nuncupatur le-
 genda antiqua. Sexto grauem & candidam ex omnibus legendam contexuit sanct. Bonaventura id rogante vniuerso ferme sodalito. Deinde breuiores concinnauit aliam, quæ distribuitur per officium recitandum in solemnitatibus sancti Fran-
 cisci. Septimo Bernardus à Bessa Bonaventuræ socius, eiusdem sancti gesta longiori
com

ANNO CHRISTI	GRÉGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MILITIAE
1230.	ANNO 4.	IMPER. AN: 21.	NORVM AN: 23.

complexus est historia. Octavo Bartholomeus Pisanus, quidquid omnes narrarunt per suas conformitatum & fructuum sectiones ita distribuit, ut operosum sit quicquam ex eo secundum methodum historicam decerpere. Nono Iacobus Oddo Peruginus per duodecim virtutum partitiones, omnem Francisci vitam dispergiuit vestito idiomate Italico. Plura item fragmenta scripserunt frater Hugolinus de Monte maiori, frater Iacobus de Schis, & frater Iacobus Guarini quorum omnium opusculis in referenda hucusque vita & morte Francisci vni sumus, & potiora transcriptimus. Dextum Franciscus Mayrus Hispellus eruditus carmine tredecim libris vitam complexus est sancti institutoris. Omitto exteros & recentiores Iacobum à Voragine, Petrum de Nataibus, Alphonsum Villegas, Ribadeneram, & alijs legendarios.

Vt vero ad Heliam recuperatur oratio, fugit ille in culpa non potest, illius tumultuæ VIII. rite translationis, fratres contra eum valde concitabantur, quibus sedandis omnem curam adhibuit. Sed ex medicina & vulnus minus evasit, nam dum cogitauit rem gravat se præstissime obtinendo quædam priuilegia contra genuinam regulæ obseruantiam, præcipue circa res pecuniarias, quas in quib[us]dam casibus recipi posse per interpositas personas obtinuit, & persuadere vellet fratribus non adeo ad vnguem, neque ad literam obseruabilem esse normam viuendij à sancto Francisco traditam, nisi ab hominibus sibi similibus, & D[e]o proximis, præcipuos contraria se concitauit. Etenim qui Francisci spiritus, & voluntatis erant particeps, ad iniquas has persuasions conturbati intra se clanculum inierunt consilium, neque enim in publicum audebant prouincia timentes hominis indignabundam potestatem, & copiosum eorum numerum, qui ei adhaeserunt, & in admittendis relaxationis priuilegiis ei consenserunt partim ex timore, partim ex simplicitate & ignorantia. Merum omnipotem excutientes duo viri præstantes Antonius Lusitanus, à Padua dictus, & Adam de Marisco Anglus testiterunt homini in faciem, viriliter obicientes hoc eius priuilegia in religionis tendere ruinam, & subuersiōnem status Euangelici, quem protulerunt obseruare. Antesignanis his in acie constitutis accesserunt alii viri præstantes, præcipue Albertus Pisanus, & Ioannes Bonelli Florentinus, ille Angliz, hic Provinciae minister, qui capitulum Arlatense celebrabat quando prædicante hoc ipso Antonio S. Franciscus ad ostium apparuit, fratribus benedicens.

Ex obremis Lexis priuilegiorum fratrum in Heliam.

Resistunt ei Antonius Parauinus & Adamus de Marisco.

Sed non impune.

Nullus tamen ausus est palam Heliam resistere præter hos duos, qui patenter regulæ puram obseruantiam illam volebant. Non fecerunt tamen impunè, nam & malo verbo & duro verbere affecti, complices Heliam senserunt molestos contradicentes, qui tanquam in schismaticos, & ordinis diuisores animaduertendum contendebant. Videntes illi nihil se proficeret, imminenteque sibi periculum, & religioni detrimentum, contra quasdam sententias severè in se latas appellationem ad sanctam Sedem interposuerunt. Nihilominus Helias eos carceri mancipari voluit, fuisseque nisi cuiusdam grauis viri Ianuensis Apostolici Penitentiarij, Papæ confessarij regularis obseruantiz zelatoris autoritate protegerentur, cuius astu è manibus persequentium euaserunt, & cum ipso patre Penitentiario à facie inimici fugientes ad Dominum Papam perrexerunt. Fugam audiens Helias, suspicari & timere coepit deferendas querelas Pontifici, vrgendasque à confessario amico, misitque nuncios & litteras per veloces tabellarios, qui fugientes caperent, vel ab itinere reducerent. Illi vero sibi cauentes, à Regia via ad anfractus deflecentes in præparatas ubi insidias non inciderunt, festinato gressu ad Pontificem properantes. In p[ro]p[ri]o Patris conspectu positi grater ab eodem recepti sunt (nam & eorum virtutem & doctrinam à multis diebus perspectam habebat) querimoniaque placide nimis excepit, ingemiscens tam cito ab institutoris morte sanctum institutum adeo valide concuti, & filios studia in contraria discindi. Misso itaque cursore citavit coram se ministrum generalem Heliam, & viros omnes capitulares, ut tanto malo maturius obueniret.

Aliuin interim sensit Helias molestum, sed minime turbulentum vitæ suæ reprehensorum, Bernardū à Quintaualle, primum à Francisco Minoritā, cuius magna apud omnes

ANNO CHRISTI	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 21.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 23.
--------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

nes veterario. Ex collecta namque vndique pro basiliæ structura pecunia abundanter in suos vsus profundens, laue viuere, famulos & equum bene habitum alere, in cubiculo vitam splendidam agere cœperit, id sibi ex necessitate licere, & ad regiminis autoritatem conducere pretendens. Lepide tamen sed sincere hæc omnia redarguebat Bernardus, cum enim obviascat Hæliæ equitant, aut equo insilienti insufflabat vel exhibilabat dicens; bene curas equum tuus sit. Hælia, pinguis & nitidus est, acque hæc reperiens clunes palma tenebas, & ad agasoris motu pauperculo palliolo tergebat. Quando etiam laute manducabat minister in camera, è triclinio vel refectorio. surgebat Bernardus, portans vna manu panem, altera paropsum, & ad ostium pulsans cubiculo sese ingeberat, & absque invitacione assidebat Hælia in mensa dicens; ego etiam volg tecum manducare de bonis magni Domini, quæ pauperibus largitur. His & aliis similibus facetis Bernardi obsecrationibus valde cruciabatur interius Hæliæ, sed exequiis, risu tem dissimulabat, timens ne si quid in caput virum, & adeò à Francisco commendatum moliretur, excitarer contra se fratum indigationem, qui hominem Dœm charum & sanctum, veluti ipsum venerabantur, institutorem.

X. Vocatus vero à Pontifice Romam, cum oranib[us] conscriptis ad comitia Patribus adfuit, quibus in unum congregatis coram sanctissimo Domino intrepide multa ei obiecerunt, duo illi Lusitanus & Anglus, qui à facie eius aufugerant, vitam laetam, equum bene habitum, plures domicellos, priuatum viatum, & præ omnibus extorta vel fallaciter, aut subreptiæ obseruantur ab ipso Pontifice priuilegia in manifestam potè obseruantur, i[n]staurant. Ad hæc respondit Hæliæ: Resti, Pater sancte, electioni de me factæ post institutionis obitum, atque allegui me debilitatis esse complexionis quam ut pedes possum hinc inde per prouincias discurrere, aut strictam agere vitam communem, electores vero institerunt, ut impositum officium admitterem, cui exequendo si necessarium esset, volebant ut autem manducarem, & equum haberem, Admisso deinde ad illorum preces officio, equo omnino indigui, huic ducendo agaso necessarius, deinde ad multa ministeria & varios discursus opus est fabulo, his alendis summos oportet in promptu habere, quæ licet necessitas & fratum consensus approbabat, attamen ad maiorem conscientie securitatem cum vestra sapientia egi, ut amplius hæc mihi licerent. Deinde circa eum fabricæ mihi impostam significavi voluntatem sancti Francisci mihi per ipsum secreto patefactam, & ex parte V. S. perspectam, neque tam insigni viro, & preciosis reliquiis digna potuit præparari basilia abisque multa & solerti collecta pecunia. Et sic per singula tanto eloquentia ornatu, & apparenti rationum pondere respondit ut audientibus iniuste videretur accusatus. At ex opposito arguens Antonius inquit sanctissime Pater; si iuxta morem loquendi, concessum ei fuit aurum manducare, non tamen aurum thesaurizare, si equum habere, non ad scandalum nobiliter alere, si pro fabrica modeste colligere, non ordinem viuendum expilare, si suis necessitatibus priuatim indulgere, non principis vitam agere, atque malo exemplo viuendum ordinem laxare. Pater sancte hæc illa huius nostri principerij norma viuendi. Intumuit cholera & bile Hæliæ, nec se potuit continere, quin ultra omnem urbanitatem coram Pontifice diceret eum mentiri.

XI. Commotus Pontifex ad hominis excessum omnibus silentium indixit, neque ipse per horæ medium quidpiam dixit alto trahens peccato suspicio, s[ed] pius subleuatis oculis in celum, donec tandem in hæc verba protupit: Tu Rex altissime apud te cogitasti in tabernaculo tuo, quid in hac regione singulis temporibus esset futurum, atque ita seruo tuo Francisco varios rerum euentus ostendisti in mirabili & mysteriosa illa statua, cuius partes ipsem eidē explicasti; vescor ne iamiam incipiant apparere hæc mysteria, & mutari color optimus auti, ex quo caput erat compactum, & declinet in humilius metallum. Caput hoc quod nos instituimus longe degenerat à primo; nos sane putauimus illud toti Ordini placitum propter familiaritatem, & arctam necessitudinem quam habebat cum sancto Francisco; at aliter euenit quam sperauimus, neque enim prodesset, sed obesse videmus commendato sibi instituto. Authoritate itaque nostra cum absoluiimus ab officio, & absolutum denunciamus, volumusque ut ad alterius electionem nobis presentibus procedatur. Collatis itaque suffragiis facilis negotio, & ablique villa mora cōmuni consensu cooptatus est in ministrum generalem Ioannes Patens, minister Hispaniz natione Florentibus, vir sanctus & iustus, vere parentis munia erga omnes exercens.

Bernardus à
Quincampo
reprobando
lepidi Hælia.

Obsecrante
plura Hælia
cora P[ati]fice.

Absolutum
ab officio He-
lia.

Ei suffraga-
tur Joannes
Patens.

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI I.	REUTERONIS MI-
1230.	ANNO 4.	IMPER. ANNO 21.	NORVM ANN. 23.

Electum Papa libenter confirmauit, Antonium vero Lufstrandum & socium Adamam iniuste ab Hélia censuris inuidatos declarauit, & ad maiorem churcam ab eisdem absoluuit, gratias addens quod se stenuerat opfoerint ordinis imminenti ruinæ. Anegatorem autem hortatus est, ut excolendz suæ doctrinæ corus incumberet; quod ut facilis & æquius pœnitaret, absoluire eum & exomit à quocumque officio & onere religiosis, rogans ut apud se manete vellerim curia, ibique sermonibus scribendis & predicandis intenderet. Ille vero curia hohorum & turbas declinans fecissic in Alvernia monachis, ubi cum Apostolicâ benedictione aliquandiu moratus est.

Helia sive singulariter ^{Aq. 11. 11. 19.} illam non adeo se tenet ad strictam pauperitatem. Mutauit demum prudenter vistum, & sedato pacatoque animo se abiit fixit, ita ut in alium virum repente videretur mutatus. Ex ficta etiā profunda humilitate resignauit curia basilicæ consummatione nouo generali, addens nihil amplius sibi fore cū prælaturis, nec ordinis regimine, sed totum se dedicatum solitariz & eremiticæ vltz cum iis, qui sponte eum vellent imitari. Pontifex iudicans vere hominem conuersum, libere et quidquid ad commodiorem conducebat recessu nō indulxit, & gratias quasque superaddidit. Elegit ille pro Eremitorio cellas Corte-nientes à sancto Francisco ut diximus, eretas, in quibus dimittens sibi crescente barbam (ut Mariatus refert ex legenda antiqua, ex quibus ego superius deduxi sibi eremiti in more fuisse in primæua religione barbam nutritre, quo etiulo eam primitus habere coepérunt religiosissimi Patres Capucini, dum Eremitarum nomine Initium derunt sive congregatiōni) talem egit vicam, ut sanctissimam omnes purarent, & penitentem Pontificem quod hominem è suo gradu deturbarit, qui nullis gratiis & beneficiis cum proinde est prosequitur.

Electus autem nouus minister in ipsis illis comitiis multa utileiter & religiose statuit, XIII. videlicet ut corpus Dominicum in argentea vel eburnea pixide seruaretur in capsula, clausa obserata, ut nullus frattum se magistrum, vel dominum vocarent, ut Incorrigibiles expellentur, expulsus vero non recipetur, si villa subesset circa fidem suspicio, aut in agnitionem ruerit fornicationem; ut tyronum nullus ante emissam professionem confessiones secularium aut fratum exciperet, neque professus absque speciali vel Generali, vel Provincialis ministri licentia. Egregie & placide ordinem rexit, nulli plus æquo parcens, ita ut filio proprio facto Minoridæ peccanti non indulserit (quod aliqui minus recte tribuunt Crescentio generali, nisi fortassis in eadem similis fuerit virtute) nec ultra iustum in villam securus. Incedebat sine querela, ad sestända vestigia Patris totus ardens desiderio ceteros ad puram regulæ obseruantiam sermonibus & operibus conabatur attrahere. Erga se asper, in alias lenis, totum ordinem raro exemplo, & nudis pedibus visitauit. Iam superius admonui quorundam dubium circa tempus præfecturæ boni huius virtutis, & annum quo electus est. Errant sane cum Rodulpho, qui creatum voluit anno 1227. ut vel Generalatus, ex eo colligitur, quod cum annis sex secundum communiorum opinionem præfuerit (quia circa annum 1235. eius sapienter incidit mentio in præfectura constituti) cogantur hibis eum electum & his generalatu functionem asserere; quod profecto minus probabile est iuxta antiquiores ordinis historias, & clariorem rerum & capitulorum seriem, quam nos deducemus & sequemur. Vnde minus verum apparet, quod Rodulphus habet; nimis sub huius pīj virtutis ministeriatu S. Francisci corpus ad nouam basilicam translatum fuisse; hoc enim communiter omnes tribuunt Helia.

Incepit huius regimen à perturbationibus & molestiis non à malo genio, sed à pio & religioso spiritu exortis. Nam fratres cupientes à recta semita neque ad dextram, neque ad sinistram declinare, sed per omnia sui institutoris semitas rettere, egerunt in ipsis illis comitiis de perfecta intelligentia quorundam regulæ veterorum. Displacuit maxime pio generali ut vellent revocare in dubium, quæ sibi clara videbantur, præsertim cum sanctus Franciscus ultimis tabulis sui testamenti vetuerit, ne adhiberentur glosæ in regulam, nec contrauerteretur, quod ita vel ita præcepta seu verba regulæ debarent intelligi. Hinc ortum nouum dubium, an tenentur

*Agitur de
perfecto re-
gula intel-
ligendo.*

*Francis in-
testam.*

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 21.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 23.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

an tenerentur fratres, eriam ad testamenti obseruantiam? Quibus ultra citroque discussis quæstionibus, tandem eo deuenit est, ut consuleretur Pontifex, in cuius pectore rationale iudicij constitutum est; & cui optime in singulis regulæ formulis constabat de *Propositum dubia Pontifici.* mente sancti Francisci, tum proper multam cum eo familiaritatem; tum quia de accepta hac à Deo in monte Columbz regula, & de eadem rescribenda, & quasi prioritari vel breuiori modo condenda, cum eo egerit vir sanctus, eique circa hæc, & circa eandem confirmandam astiterit, ut sequentibus literis ipse facetur Gregorius. Concordatum est ut ipse generalis minister & alij partes nomine ministrorum Provincialium Anagniam, quo Pontifex paulo ante recessit, abirent, & ab eo nouem dubiorum genuinum intellectum exposcerent. Coram positi ad propolitâ dubia sequens acceperunt responsum, cuius rescriptum exemplar, ultra plurima excusa apud nostros authores, habetur in regesto Vaticano num. 73.

*Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectiæ filiis generali & Provincialibus
ministris ac custodibus ceterisque fratribus ordinis Minorum,
salutem & Apostolicam benedictionem.*

[Quo elongati à seculo, ut columbz penitus assumptis in secessum contemplationis supra vos altius euolastis, & conspectius peccatorum iacula prævidistis: & plura per quæ conspicitis salutis impediri profectum, cordis vestri oculus perscrutatur; vnde quæ tæda sunt aliis, in conscientiis vestris quandoque spiritus manifestat: splendore intelligentiæ spiritualis caligine humanae infirmitatis obducto scrupulus interdum dubitatio-
nis inducit: & difficultates quasi inextricabiles ingeruntur. Sane constitutis nuper in præsentia nostra nunciis, quos vos filii ministri misit, qui eratis in capitulo generali congregati: & te fili generalis minister personaliter coparente: fuit nobis expositum: quod in regula vestra quædam dubia & obscura, & quædam intellectu difficultia continentur. Sed sanctæ memorie beatus confessor Christi Franciscus nolens regulam suam per alicuius fratris interpretationem exponi: mandauit circa ultimum vitæ suæ (cuius mandatum dicitur testamentum) ut verba ipsius regulæ non gloriantur: & ut verbis utramur eisdem, quod sic vel sic intelligi debeant, non dicatur, ad-
dictiensi quod fratres nullo modo aliquas litteras ab Apostolica Sede perant; & alia quæ-
dam interserens, quæ non possent sine multa difficultate seruari. Propter quod hæsitan-
tes, an teneamini ad obseruantiam testamenti prædicti, dubieratem huiusmodi de con-
scientiis vestris & fratribus vestrorum per nos amoueri petistis. Et cum ex longa fami-
liaritate, quam idem confessor nobiscum habuit; plenius nouerimus intentionem ipsius:
& in condendo prædictam regulam, obtinendo confirmationem ipsius per Sedem Apo-
stolicam ubi asliterimus, dum adhuc essemus in minori officio constituti, declarati si-
militer postulatis dubia & obscura regula supradictæ nec non super quibusdam diffi-
cilibus responderi. Sane quamvis prædictum Christi confessorem piam intentionem in
prædicto mandato habuisse credamus: & vos iustis votis eius & desideriis sanctis affec-
tatis omnimodo conformati: nos tamen attendentes animarum periculum & difficul-
tates, quas propter hæc possetis incurtere; dubietatem de vestris cordibus amouendo,
ad mandatum illud vos dicimus non teneri; quod sine consensu fratrum & maxime mini-
strorum, quos yniuersos tangebat, obligare nequivit: nec successorem suum quomodo-
libet obligavit, cum non habeat imperium par in parem. Ad hæc sicut per prædictos nun-
cios intellectimus, dubitatur ab aliquibus fratrum vestrorum; ne tam ad consilia, quam
ad præcepta Evangelij teneantur: tum quia in regulæ vestre habetur principio: regula
vita Minorum fratrum hec est, felices Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangeliū obser-
vare, vivendo in obedientia sine proprio & in castitate: tum quia in fine ipsius regulæ conti-
nentur hæc verba: paupertatem & humilitatem & sanctum Euangeliū Domini nostri Iesu
Christi quod firmiter promissum, obseruemus. Vnde scire desiderant: an ad alia Euangeliij te-
neantur consilia: quam ad ea, quæ in ipsa regula præceptorie, vel inhibitorie sunt expressæ:
præferrim cum ipsi ad alia non se obligate intenderint: & vix aut nunquam omnia pos-
sint ad literam obseruari. Nos autem breviter respondemus, ad alia consilia Euangeliij non
*Missi à fra-
tribus nuncy
ad Pontificem*
*Quædam da-
bia in sesta-
mento S. Frä-
cisi.*
*An seminarii
fratres ad
eum obser-
vantiam.*
*An ad Eu. 1.
selua cōjura.*

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 21.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 21.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

*Quomodo se
generis vita
recipiantur
pecuniarum.*
teneri per regulam, nisi ad ea, ad quæ magis de bono & aequo. vos obtulisti. holocu-
stum Domino medullatum per contemptum omnium mundanorum. item cum in
eadem regula sit inhibitum: ne fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam
ullo modo, & ipsi hoc in perpetuum obseruare desiderent: certiorari requirunt, si aliqui
bus timetibus Deum fideles aliquos, per quos ipsi subueniant necessitatibus corundem
sine offensione regule audeant præsentare, ac ad fideles eisdem pro necessitatibus ipsis
secura recurrere. conscientia eum denarios aut pecuniam nouerint accepisse: quos ra-
men denarios vel pecuniam auctoritate propria non intendunt facere conservant; vec
nomine depositi exigere ab eisdem? Super quo duximus respondendum: quod si rem
necessitatem, velint fratres emere vel solutionem facere, pro iam emptâ, possint, vel nunc
cium eius à quo res emitur, vel aliquem alium volentibus sibi eleemosynas facere (disi
ijdem per se, vel proprios nuncios maluerint) præsentare. Qui taliter præsentatus à fra-
tribus non est eorum nuncius, licet præsentetur ab ipsis: sed illius potius cuius mandato
solutionem fecit, seu recipientis eandem. Idem nuncius soluere statim debet: ita quod
de pecunia nihil remaneat penes eum. Si vero pro aliis imminentibus necessitatibus
præsentetur: eleemosynam sibi commissam potest, sicut & Dominus apud spiritualem
amicum fratrum deponere; per ipsum loco & tempore pro ipsis huiusmodi neces-
sitatibus, sicut expedire viderit dispensandam. Ad quem etiam fratres pro huiusmodi
necessitatibus poterunt habere reculsum, maximè si negligens fuerit, vel necessitates
ignorauerit eorundem. Præterea cum in ipsa regula contineatur expressè quod fratres
*An rei cuius
quæ manus
penes ordinis
proprietatis.*
nihil sibi approprient, nec dominum, nec locum, nec rem aliquam: ac ipsi processu temporis
contaminari timeant ordinis paupertatem: præsertim cum iam dixerint aliqui propri-
etatem mobilium pertinere ad totum ordinem in communi: nobis fuit humiliter supplica-
tum, ut in hoc dignaremur animarum prouidere periculis, & totius ordinis puritati. Di-
cimus itaque, quod nec in communi, nec in speciali debent proprietatem habere: sed
utensilium & librorum, & eorum mobilium quæ licet habere eorum usum habeant: &
fratres secundum quodd Generalis Minister vel Provincialis dixerint, ille vtantur. Salvo
locorum & donorum dominio illis ad quos noscitur pertinere. Nec vnde debent mobi-
lia vel extra ordinem commutari, aut alienari quoquo modo in Ecclesiæ Romanæ Car-
dinalis qui fuerit Ordinis gubernator generali seu Provincialibus ministris autoritatem
super hoc præbuerit vel assensem. Quia in quodam eiusdem regulæ capitulo continetur:
*Qualiter re-
currere do-
bem peccati-
tis ad min-
istros.*
ut si qui fratrum insigante humani generis inimico mortaliter peccaverius: pro ipsis peccatis, de
quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad solos ministros provinciales: iteantur
predicti fratres ad eos recurrere quam cœsus poserunt sine mora: ipsi pie dubitant: Vtrum
hoc de peccatis publicis tantum intelligi debeat, an de publicis pariter: & priuatis? Res-
pondetur igitur predictum capitulum ad manifesta tantum & publica pertinente, volentes
ut generalis minister constitui faciat tot per provincias; quot eorum ministri viderint ex-
pedire de matutinibus & discretoribus Sacerdotibus, qui super priuatis audient peni-
tentias: nisi fratres ministris aut custodibus suis ad loca eorum declinatis maluerint
confiteri. Ceterum cum prohibente regula, nulli fratrum liceat populo prædictore ipsi à mini-
*Quomodo es-
saminandi &
bro Generali fuerit examinatus & approbatus, & sibi officium prædicationis ab ipso concessum
certificati peristis virum pro laboribus fratrum & periculis decursibus evitandis, ge-
neralis minister dictam examinationem, approbationem, & missionem officij prædica-
tionis discretis aliquibus committere valeat, pro examinationis generaliter illis; qui in pro-
vinciis sunt statutis, vel specialiter pro quibusdam. Ad quod damus tale responsum: quod
hoc generalis minister nulli potest absenti committere, sed qui examinatione indigere
creduntur, mittantur ad ipsum, ut cum ministris provincialibus conueniant super hoc
in capitulo generali. Si qui vero examinati non eagent, pro eo quod in Theologica fa-
cultate & prædicationis officio sunt instructi, si ætatis maturitas, & alia quæ requiruntur
in talibus conueniant in eisdem, possunt (nisi quibus minister generalis contradixerit) eo
modo quo dictum est, populo prædicare. Super eo autem quod dubitant fratres, an vicarij
*Qui possint
fratres resi-
dere & au-
xili.*
provincialium ministrorum, quos ipsi sibi substituunt cum ad capitulo veniunt genera-
le, possint ad ordinem recipere venientes, & eiucere iam receptos dicimus; quod non pos-
sunt: quia nec hoc ministris ipsis permittitur, nisi eis speciali super hoc licentia conceda-
tur: quibus etiam minister sicut cedere, sic negare potest licentia supradictam.*

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 21.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

Et cum iuxta eandem regulam aliis, quam ministris provincialibus fratrum receptione committi non valeat: multo minus potestatem habeant provinciales ministri hoc aliis committendi quibusmet: & non aliis est commissum. Insuper dubitantibus vobis, an pro eo quod in regula dicitur: *Decedente generali ministro à provincialibus ministris & custodiis in capitulo Pentecostes fratres electio successori: omnium cultorum multicitudinem oportet ad generale capitulum conuenire: an, ut omnia cum maiori tranquillitate tradentur sufficere possit ut aliqui de singulis provincialibus, qui vocem habeant aliorum, intersint?* Taliter respondemus, ut singularum provincialium custodes unum ex se constituant, quem cum suo provinciali ministro pro ipsis ad capitulum dirigant: voces suas committentes eidem, quod cum etiam constitueritis per vos ipsos: statutum huiusmodi duximus approbandum. Denique quia continetur in regula supradicta, quod fratres non ingrediantur in monasteriis monialium, preter illos, quibus à Sede Apostolica concessa fuerit licentia specialis quamquam hoc de monasteriis pauperum monialium inclusarum fratres hactenus intelligendum esse crediderint, cum earum Sedes Apostolica cum habeat specialem, & intellectus huiusmodi per constitutionem quandam tempore datarum regularum viuente adhuc beato Francisco per provincialles ministros fuisse creditur in generali capitulo declaratus certificari nihilominus postulatis: an hoc de omnibus generaliter, cum regula nullum excipiat, an de solis monasteriis monialium praeditarum intelligi debeat? Nos utique generaliter esse prohibitum de quarumlibet cœnobii monialium respondemus. Et nomine monasterij volumus claustrum, domos & officinas interiores intelligi pro eo, quod ad alia loca vbi etiam homines seculares conueniunt: possunt fratres illi causa prædicationis vel eleemosynarum petendæ accedere, quibus id à superioribus suis pro sua fuerit maturitate vel idoneitate concessum, exceptis semper prædictorum monasteriorum inclusarum locis, ad quæ nulli datur accedendi facultas sine licentia Sedis Apostolicae speciali. Datum Anagni 4. Kal. Octobris Pontificatus nostri anno quarto.

Pia & serena conscientia statutas metas timet transilire nec quidquam adeo scrutatur, & cetera quam perfectè intelligere quid agi licet semper tremula sibi cauens, ne latuit vnguis vitra citraque rectum contingat abiit. Ex ardentis pure & perfectæ obseruante studiis semper & fuerunt in religione ex timoratu & scrupuloso his viris, qui rigorolam regulam rigore voluerunt obseruati. Hinc tot Pontificum declarationes, hinc tot doctorum expositiones, hinc quotidianæ tot in capitulis constitutiones, quæ plane denoniant in illo unquam tempore alte doctrinum in religione hac circa veram institutioni obseruantiam. Quod autem Pontifex in hac dicit declaratione, intellectum illius dubijs, an prohibeat Minoribus ingressus in monasteria quarumcumque monialium, an diu taxat in illa quæ dicebantur pauperum inclusarum postea Clarissarum nuncuparum? credi fuisse declaratum per constitutionem quandam tempore datarum regularum viuente adhuc beato Francisco per provincialles ministros in capitulo generali nullum huius rei vestigium inveni in capitulis, quæ post datam regulam celebrata sunt sub sancto Francisco. Verum est nihil certi in hac te afferre Pontificem, sed creditur, inquit, ita declaratum.

Superiori capitulo generali, & translationi corporis beati Francisci interfuit fr. Ioannes de Plano Carpinis minister Theutoniae, electo pro se vicario in provincialibus Comitius electo fratre Anglico. At duum minister Hispanie assumptus est ad generalatum, Res Germanie hic eius loco ad Hispanos destinatur, eique in Germania sufficiunt fratres Simon Anglicus primus lector Magdeburgensis, & Otto Lombardus iurisperitus: administratione ipsa in duas dimis parates, unam Rheni, alteram Saxonie. Hoc fratri Simoni, qui iam morte præuentus officio non est functus: illa fratri Ottoni cessit.

Mortuo autem fratre Simone, Saxonia & minister, & lectorate catuit: tunc ex capitulo Vormatiz celebrato fr. Iordanus Thuringiae custos, cum litteris obedientiaz Ottonis ministri Rhenensis, & uno socio (coadjutori interim suæ Provincie cura fr. Leonhardo custodi Saxonie) pro ministro & lectorate postulando ad generalem ministrum abiit. Cumque fratrem Ioannem Anglicum Germanie aliquando visitatorem peteret, eundem obtinuit. Scriptis ergo minister generalis ad Franciz ministerum, ut fr. Ioanne Anglicum Saxonie administrationi, fratrem Bartholoméum Anglicum lectorum præficiendum, di-

Qui concur-
rant ad elec-
tionem Gen-
eralium Mi-
nistrorum.

Quid intelli-
gendum cir-
ca ingressum
monasteriorum
Monialium.

ANNO CHRISTI 1230.	GRIGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 21.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 23.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

mitteret. Fr. autem Iordanus rebus ad sententiam sic gestis fratrem Thomam de Celano visurus Assisium petit, à quo donatus est reliquias B. Francisci, de capillis videlicet & vestimentis: quibus maximo cum gaudio, & gratissimo animo acceptis in Germanianu maturauit redicere, cumque Heripolim peruenisset, fratres Thuringiæ datis litteris ei sunt gratulati, obnixè rogantes, ut quia non solum eius videendi desiderio flagrarent, verum etiam habent, quæ necessario ei loquerentur, significare illis dignaretur, qua parte Thuringiæ Saxoniam versus esset transitus. ille suorum cupidissimæ petitioni annuens, Isenacum eis desinit; eoque maior fratum Thuringiæ pars in custodis sui oecursum celestime confluxit; datumque est ianitor domus in mandatis, fratrem Iordanum aduentientem minime intromitteret, antequam eis indicaret. Veniens ergo fr. Iordanus ad portam, & pulsans non est intromisitus, sed ianitor cursum accelerans, fratibus ipsum adessō, & ad portam stare nunciat. Fratres gaudio magno perfusi, renunciaverunt ei, quod hac vice per portam domus intrare non posset, sed per ianuam Ecclesiæ. Illi interim devotionis ardore succensi & spiritu exultantes in chorum se colligunt, cruces, palmarū ramos, candelas ardentes, & thuribula manibus tollentes, extra chori claustrum bini & bini processionaliter in Ecclesiæ prodeunt, valvas ianuæ aperiunt, & fratrem Iordanum intromittentes cum tripudio recipiunt plenis vocibus cantantes responsorium: *Hic est fratum amator, &c. ipsumque soleniter ad chorum deducit.* Attonitus ille, animoque habens, cur hæc omnia præter morem fierent, manu silentium innuente, canentes cohibere tentat, sed illi nisi cantu, quem incepérant, completo, voci & iubilationi non pepercerunt. Tum fratri Iordano, magis atque magis stupenti, subito quasi momento intentem veniunt reliquæ beati Patris Francisci, quas secum ferebat, & spiritu incalescens in hæc verba prorumpit: *Gaudete fratres & scitote, qui non me, ut me: sed in me Patrem nostrum beatissimum Franciscum, qui me tacentे animos vestros excitavit, & cuius apud me reliquias habeo, tanta cum solemnitate & plausu exceperitis, honorastis, collaudasti;* protractaque reliquias coram fratribus in altari exposuit. Et ipse exinde B. Franciscum, quem in carne viderat, & à quo receptus fuerat, maiori devotione & reverentia prosequi coepit, quia videret, quomodo Dominus corda fratrum Spiritu sancto exuscitans atque inflammans, eius apud se reliquias latere noluerit. Fuit idem Iordanus, unus ex primis fratribus in Theutoniæ missis, forma niger, statura pusillus, corde iucundus, benevolus, ad omne opus bonum paratus, vir tantæ obedientiæ, ut in fratre Minore nulla sanctitatis signa, nisi cum obedientia coniuncta veneraretur, aut alicuius momenti astinaret.

Missi tunc ab hoc Iordano fratres in Northusen. & quam humanissimè ab eius incolis XVII. *Northusen & Molhusen excepit fratres Minorites.* excepti fuere, & hortum atque domunculam pro eriendo conuentu ab eisdem summa liberalitate receperunt. Eodem tempore à devotissimo atque inclito Molhusensi Comite decem fratribus, qui Molhusum cum obedientialibus literis, ob ampliandæ religionis causam, ingressi fuerant, propria domus cum adiacente horro in monasterium evocenda collata extitit. A qua tamen post annum ab huiusmodi collatione, expulsi fuere. Cum itaque omnes simul ad hospitale diuertissent, neque diu ibidem ob loci pedorem, atque infirmorum morositatem commorari possent, quadam in area cœnobium ex Molhusenium consensu erexere. Anno vero Domini 1232. cum illustrissimus Otto Dux in somnis præmonitus esset, ut fratribus griseo habitu induitis sibi aliquando occurseris fueris, atque egressus domum duos Minoritas ostiatum mendicantes in itinere offendisset, præhabiti somnij memor illis tum Ecclesiam B. Virginis Mariæ sacram, tum quoque monasterium in amoeni cuiusdam monticuli clivo ædificari fecit.

*M. B. Bon-
venetus.* Mortuus circa hoc tempus B. Beneuenutus laicus, seu ut aliis abiit in loquendi usum, XVIII. conuersus, unus ex Francisci sociis, quem ab eo relictum Mantua diximus Superiorius, ut incepit domicilium consummandum curaret. Magna in veneratione habitum apud Mantuanos propter crebra miracula scribit Hippolitus Donec mundus, vir doctus, mihi familiaris & amicus in sua historia Mantuana. Alios huius nominis tres fuisse in primæva religione inferius admonebo. Iacere hunc in cœnobio Franciscanorum Mantuano Gonzagæ, scribit Gonzaga, sed in primo illo ædificiolo sub titulo S. Mariæ Incoronatæ sepulti in communis fratrum cœmitorio monet prædicta historia, aucta tamen domo & ædificata ampla, qua modo potiuntur Minores, Ecclesia translata honorifice eius ossa in columnam positam è regione portæ, qua tenditur ad claustrum dictum mortuorum, in qua incisum olim

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

olim S. Viri epitaphium nunc vetustate deletum. Miror inter ceteros huius nominis nullam istius p[ro]ij viri mentionem fecisse Rodolphum, cuius specimen antea prabuit Pi- Rodul. sol- sanus his verbis. [In loco Mantua iacet Fr. Bencuentus laicus Deo deuotus & sanctitate P[ro]f. G. conf. s. praelarus.]

K. Promiū superius me hoc loco auctiūta de probabili sententia circa ingressum Minorum in Hiberniam, & pro virili difficultates ex eadem emergentes explicaturum. Tria statuantur tempora: communis fratrum traditio (si hoc nomen meretur) vult à S. Francisco circa annum 1214. destinatos in Hiberniam Minores. Codices duo vetusti MSS. quorum unus ponet Reverendissimum D. Dauidem Rothum Episcopum Ossoriensem dignissimum, rerum agendarum & scribendarum plene peritum, auctum computat huius missionis Francisco iam extincto 1231. Ioannes Clin Minorita, de quo superiori loco eg[er], mentione inque habent Analecta sacra Hiberniaz, cuius chronicon seu Annales soliter elaboratos habent quidam in pretio in Hibernia in urbe S. Canici, annum proxime sequentem videlicet 1232. assignat. In re dubia sequendi essent absque delectu vetusti assertores anni determinati, nisi illa se mihi officeret difficultas, quod anno 1234 & gravium annalium (quos sub anno 1232. citabo) fide constet Comitem Richardum, Ma- A. 1234. rescallum Angliae, & Pembrochiz Comitem vita funatum mense Aprilis, sepulturæ traditum apud Minores Kilkenniz, apud quos iam tumulatus erat Gulielmus frater, ex quo necessario inferunt ante illum annum iam obtinuisse in ea urbe zdem Franciscanos. At ante hunc conuentum extructi Yochelensis & Corcagiensis, alio nomine Seandunensis, nam ille constanti traditione & perpetua fratrum assertione primus omnium datus Minoribus, iste, coetus vel eiusdem anni emulatoria contentione conatur haberi. Præter has item aliæ zdes priores sunt Kilkenniensi ut ex ordine monasteriorum obseruato semper in prouincia Hibernensi, atque in acceptis capitularibus clarius habetur. Quid ergo? in biennio vel triennio tot extructæ domus Minorum? tot accumulata domicilia? Ab anno 1231. vel sequenti usque ad annum 1233. Yocheliz, Corcagiz (ut alias Sillem) & Kilkenniz urbes penetrarunt? in tot locis extructa monastena? ubi incolæ? ubi fratres totidem, qui has zdes inhabirent? Si enim 1231. vel potius sequenti transuadarunt in illud regnum Minores quomodo poterunt tot consolades habere, qui tria saltim, ne plura connumeremus anno 1233. occuparent cœnobia? Ad turmatim illuc fluxerunt? vel an aduenientibus paucis, multi eis accesserunt, qui sub unius spacio triennij hinc inde ad occupandas nouas zdes possent conuolate?

Præterea suspicionem celerioris aduentus auger quod minus accessibilia loca Aquilonaria ante hoc tempus Minorum penetraverint, credendumne itaque erit, ut in regnum commercio cum Hispania, Gallia, & Germania valde notum adeo tarde transferint? Deinde à multis annis ut supra dixi apud Anglos miro exemplo & laudabili vita conuersabantur, prædicabantque cum magno sui sodalitij incremento Franciscani; probabile fortasse videbitur nullum ex eis descendisse (si non aliunde) ad Hibernos transfrerantibus sub illis annis quotidie in Hiberniam Anglis pro eadem subiunganda Henrico Regi vel pacificanda: Profecto tanto seruore ubique disseminantibus Dei verbum Minoribus, atque suum longe lateque propagantibus institutum Minoribus, non iudicatur verosimile non transituros in regnum pium, Catholicum, inque vice religiosis sectatores valde profensum.

Iudicauerim itaque conciliando facile iuxta has rationes discrepantes illas sentencias; nam vere probabile videretur, ut vult communis fratrum conspiratio, peretrasse in illud regnum Minorum aliquem, ut habet Gonzaga, Francisci socium, ipso adhuc viuente, Gonzag. in ibique aliquandiu laborasse, sed post aliquot annos, non obtenta sibi suisque sede vel rediisse, aut alio transisse vel extremum diem clausisse. Deinde iterum submissos alios plures circa hoc tempus, qui variis in urbis prædicantes tandem habitacula acquisierunt, atque de hac secunda missione magis nota, & obtentis domiciliis stabilita, intelligendos posteriores authores. Vnde si hic agamus de conuentu Yochelensi omnium primo non videbitur nimium properasse in recensendis rebus Hibernicis, qui hucusque ab eisdem, ad quas innatus amor patriz impellit, calamum abstinuimus. Yochelia sive Yoghalia, ut habet Camdenus, ciuitas est maritima in prouincia Momoniæ, comitatus Corcagiensis, & diocesis Cluanen. extra cuius portam Australiem ex parte Orientali, qua intrat Oceanus, Minoribus exterritum dominus Mauritius Mac. Gearailt, MSS:

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sue de Geraldiois, à quo nobilissima Geraldinorum in Mononia familia originem traxit, quem quidam facultate & titulo opulentissimum Comitem fuisse contendunt, licet Camdenus afferat Mauricium Fitz Thomas, seu Thomæ filium primum fuisse huius familie Comitem Desmonie ab Edroardo tertio creatum, anno Salutis 1355. Iude strictionis occasio, quod cum magnificum edificauoit palatum, & fabri structore fuit in solemniori quadam festivitate munus honorarium, siue vulgari pbrase, pro chirotecis, expostularent, nec ei præ manibus esset, quod officeret, remisit illos ad filium heredem. Hic vero vel avaritia pecunie tenax, vel minus gratus erga patrem, qui splendidam domum, & opulentam ei vitam præparabat minimè in re exigua morem gerens, indignationem & considerationem patris excitavit ut Christiane cogitaret male impendi ab hominibus tandem curam circa filios locupletandos, quibus quo maiorem relinquant thesaurum, & splendidiorem præmeditantur vitam, eo frequenter quod filiorum est, minus præstare. Quare neglecto palatio cogitatum omnem & sumptum in eo posuit ut fratribus Minoribus ibidem ex Hispania appulsi, verbum Dei in magnum animarum lucrum prædicantibus commodum consurgeret habitaculum. In quo ipse denum sculi perterritus eandem vitam assumens, sancto fine vitam conclusit anno 1257. octogenarius. Confirmat hæc MS. codex chronologicus de rebus Hibernicis apud eundem Reuerendiss. Ossoriensem, in quo hæc verba habentur [Obitus Mauricij, filij Geraldij: (erat primus fundator fratum Minorum Yoghallie.) Anno Domini M. CC. LVII.] Concordant etiam annales Hibernici apud Candenum, & Marthæus Paris ad hunc annum. Magni nominis fuit per vniuersum regnum hoc sacrum domicilium propter incolatum pietatem & continuum Dei cultum. Præ ceteris religiosis & spectabilibus virtis, qui in pate bona ibi dormierunt, iacuit ad dextrum cornu maioris altaris quidam frater sanctus, multis miraculis clarus, cuius reliquie alio translatæ quando suppressæ sube in Hibernia Ecclesiæ. Hæc hæreticorum rabiem, etiam experta est, reliquis tantum parietibus templi, in quo magna nobilissorum herorum monumenta, & egregia sepulchra ostendunt antiquum eius splendorem & dignitatem. Dum Geraldinis principibus licuit, & rerum potiti sunt, sollicitam habuerunt huius monasterij curam & protectionem; iis profligatis, dirutum statim & dilapidatum in Anglorum hæreticorum potestatem cessit, quorum plurimi successivis temporibus in sacro ambitu viuere tentantes non potuerunt variis flagellis, & infortuniis perterriti. Turris campanaria, quæ in introitu chori alta satis consurgit, ante annos 250. ex piorum eleemosynis fuit constructa. Szpius redibit huius monasterij memoria, dum inciderimus in res varias, quæ illud attingunt, suis temporibus enarrandas.

*Cen. No-
men.* Aut hunc annum Nouiom in Gallia Peolomæo Nouionagus Vadicasium, vulgo XXI.
*Goueg. in
prou. Franc.* Gillico *de saint Quentin en Fernandois*, obtigisse Minoribus domicilium constat ex Martyrologio quod in vetusto MS. apud illius urbis Minores, in quo legitur sancta ac celebris memorie virum venerabilem Patrem Ioannem Presbyterum ex Beluacensi Ciuitate oriundum, Nouiom Franciscanum obiisse anno Domini 1230. unde apertius colligitur iam ante ibi habuisse huius instituti viros, qui hunc sibi adscuerant. Veterum edificium totum eversum bellorum iniuria irruentibus Burgundis in Galliarum præcipue Picardie regiones anno Domini 1351. cessantibus tumultibus pij & graues vii Fr. Laurentius Maigret & Ioannes Heruy egerunt cum Carolo IX. ut quem modo incolunt Minores eis edificaret intra & prope muros ciuitatis. In medio chori è regione summi altaris adaptum sepulchrum probatissimi patris Roberti olim provincie Francie ministri ex antiquo conuentu ibi nouum translatum, cuius epitaphium incisum est anno 1242.

*Cen. Mon-
nibessi.
Idem in prov.
S. Ludou.
con. r.
Anno 1214.
n. 13.* Hoc ipso anno ad perfectum deductus capacissimus & magnificus conuentus Mon. XXII. nispessulanii in Gallia Gothica, quem supra diximus à S. Francisco prophetice prædictum. Integrum ferme decennium & plurimos sumptus in eo consummando consumpsit Iacobus Rex Majoricarum, Franciscanorum optimus fautor. Multi in hoc loco floruerunt viti litteris & virtute præstantes, inter quos magnum illud Lusitanus iubar Antonius Parauinus luculenter effulgit, per aliquod tempus sacras ibi literas interpretatus. Fauit plurimum huic monasterio propter optimam studiorum rationem Urbanus Quintus ex quo prodibant quotidie homines literatissimi. Tanta eius olim capacitas & authoritas vñ anno 1287. illuc confluxerint vniuersi ordinis viri præstantiores ad generalia comitia celebranda.

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII X. ANNO 4.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

celebranda. Tandem sumptuosij adificij decor perit, & eo pulsi non sine multo sanguine fratres per rabidos hereticos, velut suo tempore latius & commodius referemus. Alia duo in Aquitania, non tam consummata, quam incepta hoc anno monasteria, primum apud sanctum Iunianum, Lemouicensium oppidum, ab Illustrissimo quodam Opiscabaldensium Comite; aliud Donzenachi Aquitaniae oppido à pientissimo quodam heroe Comborrano Vicecomite. Vtrumque per hereticos dirutum, sed in secundo trucidati atrocissime Ioannes Chambinius & Martinus Didiramus ob constantem fidei Catholicæ assertiōnem. Vtrique loco præfuisse volunt S. Antonium, sed tot ei præscribunt præfatas, dum volunt sua domicilia tanti viri nomine & regimine cohonestare, ut ultra annos accumulent domos, nec super sit tempus, in quo medianam partem tantæ funditionis, quantam obiisse volunt, possit attingere. Vetustas & primas omnes Gallicanas ædes suggerunt ab illo erectas, & directas, qui dum unam aut alteram rexerit, omnes velint rexisse. Sane deerat ad tot inunia tempus; breue nimis erat decennium, quo in religione vixit, ad complendum tyrocinium in Lusitania, ad transfretandum in Siciliam, ad secessum montis Pauli in Æmilie, ad discendum sub Abbe Vercelleni, ad docendum Tolosæ, Bononiæ Montis-pesculanæ, ad regressum in Siciliam, ad regendas tot domos, quot enumerant, ad custodiū Lenuicensem in Gallia, ad ministratum gerendum in Æmilie, ad solitudinem seständam Aluernæ, ad disseminandum in tot urbibus & regionibus verbum Domini, ad alias demum functiones, quæ tempus requirunt longius, quam inter nos vixerit Antonius. Quid? si hoc anno erecta hæc domicilia, quomodo in eis guardianum agere potuit Antonius, qui paulo ante creatus Æmilie minister, ab eo absolutus est hoc anno à Pontifice, ut scribendis incumbet sermonibus, quibus dum operam daret, abiit Patauium, vbi sequenti anno vitam finivit.

XXIII. Eodem anno, vel circiter, quantum ex quibusdam vetustissimis sepulturis marmoreis coniicere licet, videtur initia habuisse ex quorundam nobilium & piorum ciuium elemosyna, conuentus urbis Duacenzæ Cathuacorum in Belgio, ad Scarpis fluminis ripam extructus; neque enim certum aliquod monumentum originarium potuit inueniri, vel in ipso conuentu, vel in archiuo ciuitatis, dum utriusque tabula incendio perierunt. Magnifica benefactorum liberalitas, vel in ipso conspicitur ædificatio, templum enim pulcherrimum, & omnium nostri ordinis in Belgio fere maximum; interiora domus, & publicæ officinæ, altitudine, magnitudine, & dignitate præstantes; sed multam passa iacturam ex infelici conflagratione, verum diligentia, & indefesso labore Francisci Petrar, cum guardiani, mox prouincialis ita restauratus est conuentus uniuersus, ut nulli totius prouinciarum amplitudine, loci amoenitate, aut ædificiorum pulchritudine, vel (quod præcipuum est) religionis obseruantia cedat. Habet ambitum spectabilis magnitudinis, lucidissimum iconibus, & exquisitiissimis picturis. Ambitus circa templum opere concamerato, & testudinibus ex lapidibus albis incisis constructus, speciosissimum, & luxurians ad reliqua cœnobij domicilia præbet ingressum. Conuentus iste prope forum loco præalto fere in media urbe situs est, quo sit, ut populus sacrarum precum & concionum causa frequentissimus hic confluar. Porro inter huius conuentus ornamenta, facellum etiam visitur, quale vix in toto Belgio, magnificis sumptibus ante aliquot annos ædificatum, sanctissimo nostri Salvatoris nomini Iesu sacrum. In quo confraternitas celebratima fert 800. hominum utriusque sexus, sub invocatione huius sanctissimi nominis in pietate, precibus, sacramentorum frequentiori vsu, aliisque bonis operibus cum maximo Reipublicæ Duacensis fructu exercetur. Quinobrem S. D. N. Gregorius Papa XIII. eandem anno Domini 1382. confirmavit, & magnis atque plenariis indulgentiis in singulos annos 14. Ianuarij, que dies nomini Iesu est sacra, à fidelibus lucrandis, & centum dictum indulgenzia pro qualibet die anni concessis commendavit. Egregie ibi exercetur res literaria & conseruat puritas fidei, sed & erga Regem Catholicum Hispaniarum viget urbis fidelitas, obstreperibus & minitantibus vndeque aduersi nominis vicinis.

XXIV. Eiusdem prouinciarum domus altera hoc anno extructa Aldenardi ad ripam Scaldis fluminis à venerabili ciue Ioanne de Porte & Iuitta uxore, qui propriis ædibus conuentum istum fere in medio oppido ædificari fecerunt, ut constat ex antiquo illius domus martyrologio quod solum superfuit tot iniuriis incendio & direptionibus hereticorum. Fratres etiam malum experti, dum septem aut octo post carceres & verbera in exilium adi

Id ē in prou.
Aquitani.
Recent.con.
138. & 19.
Con. S. Ia-
nuiam. 
Descriptio.

Con. Du-
acensi.
Id ē in prou.
S. And. cō. 4.
Locrius in
chron.
Belgico ad
anno 1230.

Conuen. Al-
denardi.
Indid.con.

11.

ANNO CHRISTI 1230.	GREGORII IX. ANNO 4	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 23.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

adī cum pluribus oppidanis anno 1572. Decem vero post annos recuperatum oppidum, & Regis potestati redditum per Principem Parmensem, & restituta pristina sedes Minoribus non sine incremento.

*Monef. Mo-
nial. Br-
gomea
Cœlestino. in
Bergom. lib.
1234.* Viti capitulares Bergomates hoc anno ex autoritate & consensu Episcopi Ioannis XXV. Nouariensis Tornielli donarunt fratribus Minoribus non tam ad suum, quam ad sancti monialium Franciscanarum usum Ecclesiam sancte Marie de charitate cum domibus, hortis, & vinea adiacentibus, translati tamen ceteris redditibus ad hospitale de charitate prope situm, ex tamen lege, ut Hospitalarij tenerentur resarcire predicatam Ecclesiam & ædes, additis item aliis conditionibus, quæ in publico hoc instrumento tunc stipulato latius explicantur.

In nomine Domini Amen. [Ioannes Praepositus, & Vgo archipresbyter, & Brunus Primicerius Pergamensis. Ecclesiæ cu[m] consensu capitulo Pergam. ibi coadunati, & ipsum capitulum infra scriptorum canonicon in praesentia, autoritate & consensu Domini Ioannis, Dei gratia Pergamen. Episcopi voluerunt & statuerunt quod fratres Minores S. Francisci habere debeant de cetero, habitationem, utilitatem, & locum Ecclesiæ S. Marie de la Caritate, & domos ipsius Ecclesiæ, & horti & vineæ, quæ adiacet sedumini illius Ecclesiæ; eo modo & ordine, ut fratres Minores, qui nunc ibi sunt, vel qui pro temporibus fuerint, deseruire debeant illi Ecclesiæ in diuinis officiis, & ibi exercere opera pietatis. Alias vero possessiones & redditus dictæ Ecclesiæ decreuerunt & ordinauerunt applicari hospitali de la Caritate sito ibi prope; ita quod illud hospitale debeat habere usumfructum ipsarum possessionum dictæ Ecclesiæ proprietate, ita quod omnino illæ possessiones & redditus sint ipsius hospitalis, & prædictum hospitale postmodum tenetur recooperire ipsam Ecclesiæ, & domos presentes illius Ecclesiæ, & testa ipsius Ecclesiæ & dominorum praesentium illius Ecclesiæ de predictis redditibus. Et si continget ipsos fratres Minores aliquo tempore discedere ab ipsa Ecclesia, possessiones illæ, quæ erant ipsius Ecclesiæ, & redditus redire debeant ad ipsam Ecclesiæ, & ipsius Ecclesiæ esse libere & absolute, sicut ante erant; ita quod per hoc nullum generetur præjudicium ipsi Ecclesiæ, & in eadæ Ecclesia esse debeant unus sacerdos, & unus clericus, sicut haecenus fuerunt; & haec omnia sunt acta de voluntate, & assensu Domini Federici de la Crota, & presbyteri Lanfranci, & Martini de la Pila clerici confratrum amborum dictæ Ecclesiæ sanctæ Marie. Hi sunt canonici Pergam. qui interfuerunt, & consenserunt huic constitutioni, videlicet Dominus presbyter Martinus de Credario, presbyter Rodulphus de Gisalba, & Martinus de Roxiate Cimarcha, Albericus Aduocatus, Atto de Petrengi Maifred. Carpell. Algisius de Roxiate atque Rogerius Braganiolis & interfuerunt hi testes. [Deinde sequuntur multæ subscriptiones adstantium, demum subiicitur.] factum est hoc anno à nativitate Domini 1230. indictione 3. die 12. intrante mense Septembri in ciuitate Pergam. in palatio Episcopali.]

Datam potro hanc Ecclesiam pro monialibus sub cura & regimine Minorum, non pro ipisis fratribus, quibus iam suberat Ecclesia S. Ioannis Baptistæ, & cōtiguum monasterium, animaduertit Cœlestinus Bergomas historicus, ex testamento cuiusdam clerici Martini de la Pila, qui anno sequenti legauit supradictæ Ecclesiæ de Charitate quotannis quinquaginta solidos Imperiales accipiendos tamen à ministro dictæ hospitalis, & soluendos pauperibus dominabus regulæ Minorum residentibus iuxta dictam Ecclesiam sancte Marie. Orta tandem lice inter dictum xenodochium & monasterium duin non soluebatur prænumerata pecunia, lata est pro sanctorum monialibus sententia. Legauit item Episcopus prænominatus Ioannes hoc anno moriens certam frumenti quantitatem singulis annis fratribus, erga quos erat valde propensus, administrandam. Hoc item anno de mense Septembri, initium accepit Conuentus ciuitatis Castellanæ, industria ministri generalis, in qua vrbe erat Iudex, ut supra diximus, quando se tradidit Minoribus. Adiecta est ei Ecclesia quæ prius dicebatur S. Maria de communii, in qua prædictus generalis missam cancauit in translatione corporum beatorum.

Fratribus penitentiarum concessit hoc anno Pontifex priuilegium, in quo confirmat, quæ antea indulxit, ne cogarentur ad recipienda aut execienda publica officia, pedagia colligenda, aut mutuas communitates faciendas. Incipiunt litteræ: *Cum dilecti filii fratres Penitentie. Dicte Later. II. Non. Junij.*

ANNO CHRISTI
1831.

GREGORII X.
ANNO 5.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 22.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 24.

ARGUMENTVM.

Antonius Patavinus post disseminasam maximo cum fructu verbum Dei, & innumera patrata miracula, moritur Patauij & honorifice sepelitur, sed non absque tumultu. Crebris dum statim à funere coruscas miraculis, integro non clauso mente tractatur de eis canonizatione. Sancta Elisabetha Landgravia multis exhibitis sanctitatis indicia moritur Marpurgi, & quatriduo post honorifice tumulatur. In civitate Valentina martyrium subeunt Minorite duo sub Rege Saraceno. Edificantur confodilibus pluribus in locis domicilia, sed in aliis plerisque molestos nimis & iniuriosos seneiunt Ecclesiarum Prelatos.

MEMORABILIS satis hic annus ex morte plurium insignium personarum, Antonij Patauini, Elizabeth Hungaricæ, Ioannis & Petri martyrum Valentinorum, quorum gesta, quæ enarranda supersunt, hic intexte visum est opportubum; atque ut ab Antonio, qui morte præiuit, exordiamur; ab illo secessu montis Alueræ, in quem diximus superius se receperissemus, hoc anno ob loci clementiam, & affectam valetudinem, oportuit discedere, in ordinem redactis sermonibus pro quoquis anni tempore, licet author eius vitæ apud Surium videatur indicate eos Paduæ confessos. Recta perrexit à soliditudine in illam ciuitatem, alias multam erga se Patauinorum fidem & benevolentiam expertus. Cumque eò peruenisset, Raynaldus Cardinalis Episcopus Ostiensis eum horatus est, ut conciones de sanctis quoque componeret. Itaque illi morem gesturus ibidem in id operis voluit incumbere, sed sacro Quadragesimæ adueniente tempore, videns vitæ Dei adeste tempus acceptabile, & dies salutis; illud opus intermisit, totumque se ad docendum pro concione populum, eius sermones mirificè scientem, applicuit, illisque quadragesima diebus quotidie concionatus est, non sine multorum admiratione. Erat enim natura corpulentus, & ea causa perpetuo laborabat incommoda valetudine: attamen præ infatigabili animarum zelo, prædicando, docendo, confessiones auscultando, se pismè usque ad Solis occubitum ieiunus permanebat.

Vidit hoc & inuidit malignus dæmon, perpetuus honorum studiorum hostis: & ut vivum sanctum à suo proposito deterreteret, nocturnis illusionibus infestus ei fuit. Rem non commenticiam refero, quam ipse vir Dei cum adhuc viueret cuidam fratri narravit. Noste quadam sacra Quadragesimæ, in exordio earum, quas diximus virum Dei tunc suscepisse occupationum; fessa laboribus membra, somni beneficio nonnihil recteare volebat. Ecce autem impurus Satan adest, & hominis Dei guttur tanta vi comprimit, ut nisi diuinitus retardatus esset, haud dubio eum præfocatus fuerit. At ille beatissimæ mattis Dei nomen inuocans, & fronti suæ viuificæ Crucis signum imprimens; simulque deprendens hymnum illum, *O gloriofa domina, in fugam compulit nequissimum spiritum,* & re-pente se sensit liberatum. Cumque fugientem illum videre cuperet, oculos aperiens, totam illam in qua cubabat cellulam, superni luminis splendoribus perfusam conspexit.

Pergens deinde in suscepto per Quadragesimam concionandi labore ac studio, populum habuit audiendi ipsum cupidissimum; ita ut certatim cunctis ad eum confluentibus oportuerit quoridianas in Ecclesiis stationes indici. Sed cum nimiam auditorum frequentiam Ecclesiarum ambitus non caperet; compulsus est ad potentes se se campo trans-ferre, atque ita salutaris doctrinæ pluia de spiritus abundantia irrigare sibi undos. Con-fluxit autem eò ex vicinis urbibus, castris, pagis innumera prope hominum multitudo, salutem suam in illius doctrinæ, spe non dubia collocans. Surgebant intempesta nocte, & alij alios nitabantur anteuertere; accensisque luminaribus, ad locum, ubi erat factus verbum vir Dei, summa contentione properabant. Cernere illic erat milites, matronas nobiles, mediis noctis tenebris accurrere: & qui in multam lucem prius stercere consueverant, absque ullo tardio vel molestia concionaturum vigiles expectare. Deponebant autem omnes cultorem habitum, & quæ ad ornatum spectare videbantur; vte- banturque vestibus religiosis. Ipse quoque Antistes Paduanus, cum Clero suo, virum Dei devote sequens, formaque gregi suo factus ex animo, omnes suo egregiæ humilitatis ^{1. Pet. 1.;} exemplo,

Mariae c. 5.
Anonym.
c. 11.
Anno 1830.
B. II.
S. Antonius
ab Pata-
vium.

Predicat quo-
tidie in qua-
dragesima.

Vestitur à
diabolo.

In capi præ-
dictis, ob au-
ditorum fre-
quentiam.

^{1. Pet. 1.;}
exemplo,

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Multa milia ad eius ad eum sermones dicitur. exemplum, ad accurate auscultandum incitauit. Itaque viro Dei loquente, tanto ab omnibus studio attendebat, ut in triginta vel eo amplius hominum millibus, vix murmur aliquid aut strepitus sentiretur. Tabernas suas mercatores non volebant patere cuiquam ad emendas merces, nisi prius sancti virti concione absulata: adeo feruebant illius audiendi desiderio. Femenz ex pietate & deuotione praecidebant forficiis particulas è tunica eius, pro reliquiis eas habituræ, & cui dabatur contingere sambriam vestimentum eius, si beatum se arbitrabatur. Concione peracta, ab hominum irruentium vi defendi vix posset; nisi fortium virorum septus praefidii, vel fugæ oportunitatem callide exploraret, vel caribis tandem recedentibus, circa molestiam, ipsi quoque abire licet.

Nihil mirum sane adeo numerosum populum ad hominem confluxisse, & ad eius verba sicisse, cuius facta ultra communem sortem erant mirabilia, & cui Dominus misericordia insigne conciliabit opinionem. Non erit abs re quædam enarrare: quorum dum certum non licuit tempus scrutari, in ea, quæ in Gallia, & quæ in Italia facta sunt, omnia dupli serie diuidemus. Eo tempore quo apud montem Pessulanum vir sanctus prælegebat quodam sollemni die concionabatur, omni & Clero & populo auscultante. Sermone incepto occurrit animo, se officium quoddam sibi in funeris alteri non demandasse. Moris illic erat, ut in principiis Dei solemnitatibus duo insignes fratres, sub supremo sacrificio, Alleluia cantarent; quod officium cum incumbebat viro Dei. Itaque magno quodam merore affectus, in pulpitum caput cucullo operiens, sese reclinabat, & coram omni illa auditorum frequentia sic aliquamdiu permansic. Interim mirabiliter quodam modo illud officium peregit, quemadmodum olim sanctus Ambrosius legitime beatissimi Mattini funus, licet corpore procul abesser, curasse, & sanctus Franciscus, ut supra adnotauimus fratribus suis in Arelatensi conuentu, sive capitulo apparuisse. Eo autem munere diligenter perfunctus, ad se rediit vir Dei, & sermonem incepit egregie prosecutus est. Eiusdem modi quidpiam etiam apud Lemouicenses illi contigisse ferunt: ubi cum in nocte Nativitatis Christi in summa æde concionandum ei esset, & eodem tempore nona in nocturno officio, lectio apud fratres in suo monasterio recitanda; cum utrumque simul præstare non posset, rogauit Dominum, ut is sua virtute suppleret quod humana ope fieri nequit; & ita eodem tempore, & lectio illam in fratum choro visus est legere, & in primario templo concionem habuisse.

Chron. ant. Marian. cit. Insufflante suæ tentationes suæ. In tractu Lemouicensi in Gallia Aquitanica custodis gerens officium intellectus tyronem quendam, Petrum nomine, valde tentatum ut sodalitio valediceret. Vocatum ad se paternæ amplexus in fauces sua manu apertas insufflavit mira virtute & cœlesti fiducia, dicens: Accipe Spiritum sanctum; Mirum sane & ratum miraculum; statim concidit ad pedes eius adolescens exanimis, quem paululum veluti emortuum iacentem, apprehensa manu eleuavit è terra iubens, coram omnibus circumstantibus ut ad pristinam mentem rediret. Resumpto spiritu apparuit pulchra nimis facie, & cœpit enarrare quantum statim post insufflationem raptus sit ad coetus angelicos, videritque mira Dei arca na. Quæ dum amplius enarrare vellet, vir sanctus silentium indixit, iussisque ut divinitati & misericordiæ cuncta humiliter & gratanter adscriberet. Ita fecit per omnem vitam, absque querela semper incedens, nullam deinceps sentiens in quacumque materia tentationem. Vixit per plures annos in sancta conuersatione, & sancto tandem fine quietuit.

Sua tunica ab aliis abigit. Paulo post vitam sanctus per Abbatiam de Solemniaco Lemouicensis diœcessis pertransiens exceptit confessionem sacramentalem cuiusdam ex monachis, magnas passi carnis molestias ita ut nullo remedio abstinentiæ, vigiliorum, orationum, aut quaruncumque corporis macerationum potuerit ab eis liberari. Compassus affectu hominis Antonius exutam sibi anteriorē tunicam ei superinduit ad nudam carnem. Ille vero quasi quidquam in tunica lateret diuinum, tancum sentit tribulationis leuamen, & cordis munditiam ut amplius non fuerit ei colluctandum.

In eodem tractu Lemouicensi quædam deuota fœmina, in Minores valde propensa, dum eis quædam emerat atque aliqua charitatis exhiberet officia, superuenit nocte, quare tarda domum rediens male audivit à zelotipo marito, qui verbis verbera addidit, & capillamento per aulam tractam fere decoluavit. Illa (ut muliebre est) supra omnem dolorum dolens ad perdicatum capitum ornamentum, coenam dispersam collegit, & virum Dei sequenti die rogauit, ut lecto languentem visitaret. Dum adesset, significauit quæ facta

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24.
facta sunt, qualia pro fratribus passa, & rogauit, ut pro ea iuberet orari in monasterio. Ita factum instanter pro benefactrice, cui ad fratrum preces Dominus dolorem omnem abstulerit, & crines capiti restituit, ita ut capillus unus de capite eius non perierit.			Reflexus me litterarum anulorum.
III.	Cum apud Briuam, Lemouicensis diœcesis oppidum, fratrum Rectorem ageret, nec haberent quod manducarent, misit ad piam quandam dominam, rogam ut quædam ex suo horto olera transmitteret. Illa, licet incessanter plueret, fecit ut ancilla in hortum descendere, & incunctanter decerptra ad fratres portaret. Decerpserit, abiit, rediit. neque tamen una tantæ pluviæ gutta ei incidit. Quo miraculo stupefacta, læta ad herâ rediit, quæ maiorem ex hoc miro cument induit erga fratres affectum, & filium unicum Petrum Nobiliensem canonicum obtestata est, ut dum posset, nunquam indigenibus fratribus deesset, certam à Domino recepturus mercedem: quod ille fideliter impieuit, enarrato sèpius domestico hoc miraculo.		Facta est al- tera sub ma- gna pluviæ non madefer- re.
IX.	Ibidem pulsata campanula ad orationem mentalē post Completorium, vidit unus aut alter ex fratribus multos dissipantes & destruentes segetem vicinam cuiusdam benefactoris. Rem narravit viro sancto, qui statim respondit, accedite patres, accedit ad orationem, neque curate damnum imaginarium nostri benefactoris. Qui segetem conculant, dæmones sunt qui hoc spæctro vellent vos ab oratione retrahere sub specie charitatis præueniendi tanti damni per illorum expulsiōnem. At bene nos tis non omnia dæmoni licere, non dedit ei Dominus in hanc messem potestatem, summo mane arridebit oculis vestris campus, segetemque inuenietis penitus illæsam. Ita fratres compererunt, cognoveruntque in viro Dei miram virtutem & dæmonum malignas astutas.		Dæmonia ar- rit illudit.
X.	Apud sanctum Iuanum eiusdem diœcesis prædicaturus in æde præcipua, non potuit ob irruenterem numerosam populi multitudinem. In aperto foro præparatur suggestum, ex quo confluentem populum præmonuit Diabolus eo die ibidem suas artes exercitum, attamen per Dei gratiam nullum læsurum. Medium non compleuit concionator sermone, quando magno fragore & impetu dæmon suggestum concussit, deiecitque, prædicante tamen illæso, ut ceteram bonæ exhortationis partem tolleret, & circumstantes à tanto viro audiendo terneret. Nihil vero suis artibus profecit, nam comperto in homine spiritu Propheticō, maiori fide & reuerentia eum sermonem ex alio præparato sibi confessim rostro absoluente omnes audierunt.		Alius prædi- cans.
XI.	In urbe Bituricensi cum quodam die populo prædicaret, tam frequens habuit auditum, ut nullus intra oppidum esset locus tantæ multitudinis capax. Canonici igitur cum populo instituta processione, in agrum latissimum exierunt, sub æstiuo tempore. Sub ipsa autem concione immanis orta tempestas, fulgoribus & tonitruis comminantibus imminentem pluviā omnes fugere compellebat. Sed vi Dei cernens illos fugam meditantes, alta voce dixit; sitis bono animo, nec vos loco moueatis: ne gutta quædam pluviæ quemquæ vestrum continget. Tum illi verbis eius fidentes nequaquam se mouerunt. Interim pluviæ & grando crassissima præcepse cælo proruens, omnes illos proculs intactos reliquit, ne locum quidem in quo stabant madefaciens; cum tamen undique instar muri ambiuisset. Ad tam insigne miraculum omnes gratias egerunt Deo, & virum Dei deinceps in multa habuerunt reuerentia.		Sub magna pluviæ non madefacit eius audito-
XII.	Concionante quandoque viro Dei ad sex millaria extra urbem Podiensem; absoluто sermonem, quidam vici fideles vinum & alia quædam ei miserunt. At vinum gustans matrona quædam, cum eius palato non sederet, festina domum abiit, melius allatura, qua in re tam fuit sollicita, ut vasis epistomium apertum relinqueret, manuque ferens vertibulum, sive partem illam qua epistomium obturatur, ad hominem Dei properaret. Ad quem ut accessit, vidi in manu sua instrumentum illud; sensit se non obtulisse epistomium: moxque domum reuersa, totum cellarium vidi vino perfusum. Confidens autem meritis sancti viri in epistomio reposuit vertibulum, statimq; dolium adeò est vino repletum, ut exundaret.		Vinum effu- sum in vas restabat.
XIII.	Ibidem alias prædicante perturbabat auditores amens quidam, multa pro stultorum more vociferans. Vocato ad se vir sanctus cingulum porrectus, quo rado statim mentis compos, coram inuicta multitudine Deum laudavit, de restituto sibi iudicio gratias agens perpetuas.		Amenans sanctum
XIV.	Apud Montein-pessulanum dum sacram proficeretur Theologiam, iuuenis quidam in Oo sodali		

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Sodalitium psalterium mire modo fecit ut redituerit.
fodalitium admissus paulo post ad seculum rediens fugitive recessit, surripiens psalterium, egregia glosa illustratum, quo vtebatur vir sanctus in expositione psalmorum ad fratres. Ut ei constitit de furto, in oratione petuit à Domino restituvi sibi librum hunc, valde necessarium. Exaudite sunt preces illius: nam occurrentis dæmon fugitivo in quodam ponte eleuata magna securi minatus est ei mortem, nūi rediret & redderet, quæ abstatuit furto. Exhorruit ad terrum & terrible spectaculum, quare cum humilitate rediens psalterium viro sancto, & seipsum reddidit sodalitio.

Infans filius duos resucitat ad vitam.
Iacob. 4, 50.
In quadam oppido prædicaturum dum anxie audire velle fœmina quædam solum XV. reliquit domi filium infantulum, quem miro & insperato casu inuenit incidisse in catabum aquæ ebullientis. Ad primum aspectum cœpit clamare, sed dum fleret & alij accurrerent, viderunt puerulum colludentem, & veluti tepida in aqua natantein, extratum ex aqua viderunt signum nullum habuisse tanti periculi, quare magis anxie currebant omnes ad miraculosi viri sermones. Simile alij accidit mulieri reuersæ è sancti viri concione, quæ filiolum reperit mortuum in cunis resupinum. Ad sanctum etenim properans, ab eo auditis verbis, quæ Christus olim ad regulum dixit; *Vede, filius tuus visus, dominum rediens viuum recepit colludentem vicinorum pueris.*

Colludit ei puer Iesu.
In eodem trætu Lemouicensi recepit eum hospitio quidam vir pius in cubiculo à tur- XVI. bis domesticis remoto, quia quietis & solitudinis cognovit amicum. At alta nocte, dum per rimulas, sui hospitis obseruare velle excubias, vedit in vlnis ei colludentem puerulum ultra modum speciosum, & Antonium in eius faciem intentum, veluti stuporem hæsiisse, deinde charius amplexatum amatoris verbis collocutum ex specie verbisque, quæ facile diuinitatem prodebat, agnouit devotus obseruator infantulum Iesum, quem suo modo per rimas adorabat. Hominis præ foribus per cancellos proprie- cipientis reuelauit pietatem Antonio dulciculus puer ad utriusque consolationem, longiuscule cum viro sancto confabulatus. Sequenti die pia cautela & digna reverentia inter se bonis spectatoribus de tanta Christi erga homines dignatione loquentibus, vi- rum rogauit Antonius ut visionem nemini diceret, dum ipse viueret. Obscuritus, post mortem viris præcipuis rem miram taqüs sacrosanctis Euangelii testificatus, reuelauit. Singularem hanc gratiam indicant pietores, dum infantulum communiter in sancti viri vlnis, vel ex collo hærentem depingunt.

Aperiit diabolus mendaciam.
Cum in quadam Ecclesia prædicaret, accessit festinanter ad nobilem fœminam qui- XVII. dam in specie cursoris, qui porrecta epistola denunciavit unicum eius filium ex iopipi- nato euentu occisum. Ad tam funestum nuncium tristis mater non potuit se con- tinere quin prodiret in voces & lachrymas. Dolos inimici optime præsentiens vir sanctus, è rostris rogauit dominam ut taceret, & omnem mitteret dolorem, nihil enim inquit, subdolus hic cursor verum narrauit, namque filius tuus viuit incolmis; quod ut facilius credas, virtute Dei in malam rem subito infamis hic nuncius ob defectas technas, quibus Dei verbum impedito satagebat, disparebit. Non plene dixit, quando cum magno ciulatu mendax tabellarius euanuit.

*Predicatio na-
turalis infâ-
matio marty-
ris.*
Visitauit semel in oppido Auisio dominam quandam factu gravidam, quæ partus XVIII. periculum timens, petuit ut pro ea vir sanctus oraret. Ille oratione præmissa, dum se- cundo eum circa id ipsum rogaret, dixit iam se preces effudisse, & bonam accepisse spem, imo & certam fiduciam incolumem patituram filium, qui religiose transactam vitam in ordine Minorum præclaro clauderet martyrio. Nihil inaniter prædictum, peperit salua infantulum, in aquis Iustralibus Philippum dictum, qui inter Minores initiatus in Orientales partes nutu Dei profectus in exercitu Christianorum deseruit. Captus tandem à Saracenis cum plurimis ex fidelibus, omnes ad martyrium sub- eundum egregiè docebat, quos tandem sequutus, gloriosum posuit sui terminum magisterij.

*A longe vox
einsandatur.*
Alia quædam pia fœmina, virum Dei pro habenda concione extra urbem exeuitem XIX. sequi desiderans, à marito male valente non permittebatur. Fuit hoc illi molestissimum, & cum concioni interesse non liceret, ascendit in solarium domus suæ, & ex fenestra ad locum concioni destinatum cupida respexit, ut vel sic nonnihil suo desiderio satisfa- ceret. Accidit eum res admiratione digna: cum enim ad duo milliaria abesset locus ille, vocem viri Dei prædicantis audiuit: cuius suavitate delectata, hæsit diutius ad fenestram quam vir cius ferre posset, qui etiam eo nomine dure obiurgauit eam: Sed

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24.
Sed illa se respondit patrem Antonium audire concionantem. Quod ille audiens, irsisce tranquam delirantem, illa contra afferente, se optime audire eum. Ascendit vir ad fe- nestrā cādem, & etiam ipse viri Dei vocem meritis fidelis coniugis percipit, atque ab illo die nunquam ex illius concione abesse voluerunt.			
XX. Quæ sequuntur in Italia perpetravit miracula. In urbe quadam Aemiliæ, cum à præ- dicatione rediens & per solitudinem iter habens, populi applausus declinaret: mulier quædam viæ compendia captans, & virum Dei per deuia quærens, filium suum bra- chiis & cruribus à principio ortu contractum ad eius pedes abiecit, cum multis lacrimis Crucis si- rogitans, ut crucis signum in illum exprimeret, nihil dubitans, hoc facto, illlico filium gno agnum sanatum iri: sed cum vir sanctus præ multa modestia & humilitate id recularet; illa puerum flens largius, & preces multiplicans clamare coepit: domine pater Antoni miserere mei. Tandem vir pius, & matri afflictione & filij calamitate permotus; cum etiam flexus precibus socij sui fratribus Lucz, eius perpetui comitis scientia & sanctitate præ- clari, crucis signum in Christi nomine in zgrum puerum edidit: & ille eodem tem- poris punto sanus & incolmis surrexit. Porro vir Dei non hoc suis meritis, sed mulie- ris fidei adscribens, rogauit eam, ut dum ipse in viuis esset, nulli id propalaret.			
XXI. Puella quædam Paduana nomine, annorum quatuor, pedum officio carens, insu- per morbo caduco laborans, crebro voluntabatur spumans; & ad terram se miserandum in modum allidens. Contigit autem, ut pater eius, Petrus nomine, cuius illam gesta- ret in vlnis, ab insperato obuiam haberet sanctum Antonium à concione reuertentem. Itaque eum obnoxie rogat, ut signum vitalis crucis edat in pueram. Ille cernens homi- nis sinceram fidem, à capite usque ad pedes crucis eam consignat, & de repente fit sa- na. Matria quædam nobilis virum Dei cum ingenti populi multitudine extra oppi- dum sequens, ut in agro concionaturum audiret, in angusta quadâ platea in densissimum lutum decidit nouis ijsque non parui pretij vestibus induita, in ipso autem casu se Deo & sancto viro commendans, ex luto ita surrexit munda ut omnes in admirationem vñi Deum, & fidem seruum eius mirifice prædicarent.			
XXII. In usurarij cuiusdam exequiis vir Dei concionaturus, thematis loco illud accepit ex Euangelio, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: sub concione autem inter cetera ait. Matt. 6.19. Mortuus est hic dives & sepultus est in inferno. Ite ad thesaurum eius, & in illius me- dio inuenietis cor eius, corpore iam humato. Abierunt hominis parentes & amici, & cor adhuc calidum in medio nummorum eius innenerunt.			
XXIII. Cum Paduæ degeret vir Dei, Vlysonz duo ciues in expiabili odio se mutuo pro- sequebantur, è quibus alter iuxta ædes parentum beati viri manebat; & cum hora vespertina filium hostis sui in platea inuenisset, per summam crudelitatem iugulavit, intempestaque nocte in horto parentum viri Dei, eum sepeluit. Cum autem nobi- lis esset is, cuius filius cæsus erat, inquisitum est diligenter, & repertum eius filium il- iac transisse, vbi eius inimicus morabatur. Itaque eius domo, & horto lustrato, ni- hil compertum est. Itum est ad vicinas ædes, & in horto illarum, pueri cadaver in- uentum est. Itaque pater sancti viri cum tota familia coniectus est in vincula, tan- quam reus cædis illius. Id vero ut per spiritum Paduæ cognouit vir Dei: vesperti à guardiano petiit copiam excundi, quæ illi negata non est. Eadem nocte, magno mi- raculo, Vlysonam perductus est, & proxima luce ad iudicem se contulit, rogans ut insontes è vinculis dimissos pateretur abire domum. Illo modis omnibus recusante, petiit cadaver perempti pueri ad se adferri. Quo allato, iussit surgere puerum, & di- cere: Num à parentibus ipsis occisus esset; ille surgens, dixit, eius cædis illos profus conscios non esse, atque ita discedendi est illis facta potestas. Mansit toto die il- lo cum parentibus suis vir beatus, & mane angelico ministerio Paduam redu- ctus est.			
XXIV. Inde post Quadragesimam perfunctus magnis laboribus in confessionibus exci- piendis, & sermonibus habitis ad populum, voluit paulisper recedere ad solitarium locum, ut quietimentis vacaret. Exarauit literas ministro destinandas ut abeundi pe- teret licentiam. Dum vero in guardiani cellam iret, ut cum eo de transmittendis age- ret litterulis, ad suam regressus quas in mensa reliquit, non inuenit. Hinc suspicac- tus fortassis Deo non placere ut recederet, nullam amplius adhibuit curam, do- nec elapsis iis diebus quibus ite posset & reuerti tabellarius, si mitteretur, accepit			

ANNO CHRISTI
1231.

GREGORII IX.
ANNO 5.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 22.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 24.

à ministro responsum, & abeundi licentiam. Qui rem referunt, angeli ministerio tribuant euentum.

*Aat. iii. 24.
c. 3. f. 1.
Rodul. lib. 1.
in vita S.
Anton.
Matt. 16. 13.
Venerata
objugis per-
secutionis.
Pisan. c. 6. 8.
1. Cor. 10.
17.*

Insidiati sunt s̄pē eius vitæ hæretici, quorum vitia & perfidiam quotidiano insecta. XXV batur sermone. Narrat Antoninus in Italia, & Rodulphus in urbe Ariminii quendam hæreticum S. Antonio cibum, veneno infectum in mensa proposuisse, vt hæretici qui aderant, verumne esset, illud Euangelij: Si mortiferum quid biberint, nos eū nocebis, etiam in sancto viro periclitarentur. Ille cum hæreticos benignis verbis castigasset, de scelere certior factus diuinitus, edit de illis veneatis sine vilo vitæ discrimine. Quo miraculo multi ad fidem catholicam conuersti sunt. Alias ab hæreticis inuitatus ad exemplum Christi, saluti peccatorum compatriens, mensa fuit magnus & horribilis bufo appositus: illi cum sancto viro ingessissent illud Apostoli: Omne quod vobis apponitur, manducate: Vir sanctus oculis creditis in cœlum, signo viuificæ crucis facto bufonem in optimum capum conuertit, quem assidentes una ederunt, ad fidem veram conuersti.

*Cum ingredi-
fuerit con-
sumatur.
Psal. 4. 4.*

Paulo ante mortem iterum Páduz officium prædicationis majori reassuens ser. XXVI uore, veluti si verba ex ardentí prodirent camino, mirabiliter mouebat auditores, ipsaque animorum penetrabat medullas, & multam in iis devotionem, & compunctionem vitiorumque odium & detestationem excitabat, ita ut alter alteri plerumque diceret cum multo gemitu, Heu me miserum, qui nunquam ante hac istud putarim esse peccatum, quod si sciuissem, certe nunquam illud admisisssem; mutuoque se horabantur ad faciendam confessionem, ad suscipiendas peregrinationes religionis ergo, ad ieiunia certis diebus amplectenda in honorem Matis Dei, aut similia pietatis studia sectanda. Quis vero possit dicendo consequi, quæ illic fusæ sunt lachrymæ, quæ ab imo pectore ducta suspitia, quæ peccatorum tensiones in obstinatis peccatoribus conspediæ? Adeo enim Dominus mirificauit sanctum suum, ut non solum virtutis quotidie coruscaret miraculis; sed etiam inaudita ab eo signa ederentur. Sicut enim beatus Nicolaus fertur per visum apparuisse Constantino Magno, eiusque Præfecto, minasque intentasse, ni dimitterent homines innoxios in carcere coniectos: ita hic vir beatus, quos per peccatum cernebat à maligno dæmonie vincitos detineri, & ad mortem tendere sempiternam, iis liberandis præcipuum nauabat operam. Et solebant nonnulli venire ad fratres, cum adhuc viueret vir Dei, & pro certo affirmare ipsis in lecto iacentibus apparuisse eum, & dixisse: Surge Martine, surge Agnes; abi ad illum fratrem, & hoc siue illud peccatum ei confitere, quod tali in loco perpetrasti, cuius nemo præter Deum conscient erat, qua ratione peccata prorsus occulta expiata fuere.

*Dormientes
monebat ut
peccata con-
fiterentur.
Refectum
pedem tibi
reflexus.*

Paduanus quidam viro Dei confitens peccata sua, inter alia exposuit ei quod macrem suam tanta vi trusisset pede, ut in terram deiecerit. Id audiens vir sanctus, omnis malitez hostis capitalis, cum quodam spiritus furore dixit; Pes quo pater, aut mater percutitur, merito quamprimum debet amputari. Quod ille homo simplex perperam accipiens, illico domum abit, & pedem amputat. Mox per omnium ora volat crudelis facinus, & ad virum Dei refertur. Qui absque mora adit hominem, & post oblatas Deo preces, crucis signo espresso, iungit pedem tibi, & aliquandiu linit sacris manibus suis. Confestim surgit homo, incolumis ambulans & exsiliens & laudans Deum, & ingentes agens gratias seruo eius fidieli Antonio.

*Platina in
Greg. 9.
Ezelinus im-
manus tyran-
nus.
Siffrid. epist.
2. histor. ad
an. 12. 54.
Huc a mul-
tis scribibus
referatur An-
tonius.*

Tyrrnidem apud Veronenses exercebat immanissimus vir Ezelinus de Romano, cuius auus Teuthonicus (ut habet Platina) sub Ottone 3. in Transpadana Italia ordines duxerat, copias à Frederico II. accipiens in Transpadana Italia magnam tyrānidem exercuit, redactis in potestate suam Tatuilio, Patauio, Vincentia, Verona, Brixia; quem item per annos circiter viginti plös miris incommodis affligentem Alexander IV. vti Ecclesiæ hostem, tortorem Christianorum, intersectorem sexaginta fratr. Minorum, & aliorum plurimorum fidelium pro hæretico cum omnibus suis fautoribus condemnauit, vti referat Siffridus. Hunc cum didicisset B. Antonius multam hominum cruce per summā crudelitatem Veronæ secisse: intrepidus ad eū accessit, atque his verbis cōpellauit. Imminet ceruicibus tuis, tyranne scuissime, & rabide canis, horrenda sententia Dei. Quovsque non temperabis tibi à fundendo insolentum hominum sanguine? Pleraque his similia voce libertina in faciem ei dixit. Qui vero aderant, nihil expectabant aliud, nisi illum

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

more suo iussurum, ut trucidaretur, sed secus eueat. Nam omni posita feritate, instar ouis ad collum suspensa zona, coram viro Dei humi prostratus, culpam suam humiliiter edixit, omnemque pro illius arbitrio promisit emendationem, adiecitque: viri commilitones, non mirum vobis istud videatur. nam reuera diuinum quemdam videlicet fulgorem ex huius vultu vibrari, qui adeo me perterritus, ut repente in tartarum me demersum iri vereret. Ex illo tempore multa erga hominem Dei devotione fuit, & quoad vixit, à multis malis, quæ alioqui, sicut ipse fatebatur, fecisset, illo retrahente abstinuit.

XIX. Porest de beato viro non absurdè dici, quod de filio suo Iacob dixit Isaac Patriarcha; *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benexit Dominus.* Adeo enim cœlestis benedictionis gratia perfusus erat, & virtutum odoriferis floribus mirificè ornatus, ut esset humilitate præcipuus, sapientia clarissimus, eloquentia mellitissimus, charitate ferventissimus, paupertate insignis, omni morum elegancia illustrissimus, honestate præcelsus, sermone placidus, conuersatione humanissimus; denique in omnibus & Deo & hominibus gratus. Moderatione autem sive discretione, quæ est virtutum omnium parens, sine qua virtutes abeunt in vita, præclare imprimis vsus est in concionibus, in dandis consiliis, in excipiendis confessionibus, denique in dictis, factis, & rebus omnibus: ut nihil in eo posset animaduerti huius virtutis sale non condire. Solebat sine personarum acceptione omnibus fidelem nauare operam, ut è peccatis extraherentur: & quibuslibet poscentibus opitulari nunquam omisit. Duodecim larrones eius efficacè dicendi fama alleeti, prædicantem voluerunt audire, quibus adeo placuit, & verbi virtutem impressit ut pœnitere fecerit viri male antea transactæ. Cum iis post sermonem ratiocinatus ad suum desiderium omnes flexit, & ad condignam satisfactionem suorum peccatorum obeundam excitauit.

XXX. Accedenter iam hoc anno vitæ terminum ipse longe ante præsciuit: sed ne fratres mœdere afficerentur, illis indicare noluit. Decimo quinto sere ante mortem suam die, cum è quodam colle contemplaretur amænam Paduæ planiciem, exultans spiritu, stum urbis eius miris vehebat laudibus. Versus deinde ad fratrem itineris sui comitem; multo honore ciuitatem illam breui affectum iri prædixit, non tamen exprimens, cuiusmodi ille honor futurus esset. Sed ab illius obitu usque in præsens gratulatur urbs illa feliciterum experimento: quando propter viri Dei præclara merita, innumerabilem hominum frequentia visitatur egregius præconius, & eximiis muneribus cohonestatur; dum thesaurum illum, miraculorum signis inclytum obtinet, rei prope incomparabilis titulo gaudet, & in suo Antonio tot misericordia opitula tur. Sancti tot fidelibus præstant beneficia, ut non dubitat Gregorius Nazianz. sancti Cypriani corpus vocare publicum orbis bonum. Rechè item Chrysostomus inde magnam esse sanctorum virtutem quod non tantum sua verba aut corpora, sed ipsa etiam corporis segmina semper sunt omni possessione angustiora, quod multis sacrarum exuuiarum exemplis ibidem probat, subiungens: *summus igitur cum potestate omnia faciunt,* ut quotidie facit sanctus Antonius apud suos Patauinos ab eius busto veluti è fonte scaturientibus gratiarum fluentis, & per uniuersum orbe omnis inuocantibus eum in veritate veluti ad votum postulata concedens.

XXXI. Sed cum iam messis instaret, & vir Dei seiret colligendis frugibus populum occupatum iti: statuit ad tempus concionibus supersedere. Perterritus vero crebri cum seculatibus hominibus congressus, extra oppidum ad locum quendam solitarium, quem sancti Petri campum vocant, secessit, Deo & sibi vacaturus. Nec vero mediocriter eius aduentu exhilaratus Tiso vir nobilis, in cuius ditione erat locus fratrum; multa humanitatis officia propensissimo animo illi præsticit. Habebat is locum quendam nemoribus constitutum, haud procul à domo fratrum: in quo erat arbor proceræ, ex cuius trunko sex rami emerserant, & coronæ speciem referentes. Eam vitæ Dei conspicatus, cellulam sibi super eam extrui voluit: quod solitudini & quieti ille locus videretur idoneus. Id ubi Tiso ex fratribus cognovit, ipse suis manibus, viro Dei & duobus sociis eius tres cellulas cum multa devotione consecit. In ea igitur cellula vitæ Dei vitam degens solitariam, instar apis sedulæ, lectioni scripturarum sacra, orationi, & contemplationi vacabat. Atque hæc inter mortales illius

ANNO CHRISTI
1231.

GREGORII IX.
ANNO 5.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 22.

RELIGIONIS MI
NORVM AN. 24.

extrema fuit habitatio. Iam igitur separatus ab hominum turbis, viuebat ubi, sandis meditationibus & seruentibus precibus intentus: ut spiritum ab omni terum terrenarum contagione repurgaret; & si qui pulueres ex hominum squalidum cōuietū & consuetudine (ut solet) illi aliqua ex parte inhāsissent, eos lachrymis compunctionis, & capillis sanctæ contemplationis abstergeret, cœlestis patrī prope diem ciuibus felicissimè coniungendus.

Cum autem die quadam è sua cellula hora prandij descendisset, cum fratribus pro **xxx** more discubuit: facta est vero illic super eum manus Domini, cœpitque repente totius corporis viribus destitui. Morbo autem magis ac magis inualescente, fratrum manibus sustentatus, à mensa surrexit: sed cum fatigentes artus sustinere non posset, in cuiusdam lectuli strumenta se præceps inclinavit. Sentiens itaque corporis dissolutionem imminere, accito ad se socio fratre Rogerio, dixit ei, si tibi consultum videtur, frater, ob vitandum horum fratrum grauamen, Paduam me conferam, ad Beatę Marię locum. Quod, cum fratri illi placeret, in cursum imponitur vir Dei, fratribus quidem loci illius, ne ipsoſ deſereret, obnoxie contendentibus. Qui tamen ut viderunt eius animū flecti non posse, passi sunt licet inuiti, cum abire. Iam vero ad urbem propius accedenti, alius quidam frater obuiam venit, qui illum inuisere constituerat. Is ut vidit eum in vehiculo valde affeta valetudine, hortabatur ne propter ciuium importunitatem in urbem ingrederetur ad fratres de sancta Maria, sed diuerteret potius ad cellam fratrum iuxta monasterium pauperum dominarum commorantium, & eis diuina ministrantium. Assensit vir beatus, seque ed perduci curauit. Paulatim autem incremente ægritudine, ad extrema festinavit: cumque nonnihil quievisset, facta confessione, hymnum illum de B. Maria, *O glorioſa domina*, canere cœpit. Deinde sublati oculis aliquandiu sursum diligentissime intentos eos tenuit. Cum autem interrogaretur, ecquidnam ita aspiceret, respondit, video Dominum meum. Cernentes igitur fratres, qui aderant, felicem eius exitum adesse è proximo: sacram vñctionem ei impendere voluerunt. Ut autem vidit sanctus vir, fratrem ex more sacrum oleum adportantem, intuens in eum, ait illi: Hanc vñctionem ego habeo intra me: etiā autem necesse non est, ut hanc mihi extrinsecus adhibeas, at placet tamen, & utilis est. Suscepit igitur sacram vñctionem, extensisque manibus & palmis iunctis, psalmos quos pénitentiales vocant, cum fratribus perlegit: Inde quasi dimidia lapsa hora, inter manus adstantium, dormienti similis, leniter expirauit, & anima illa sanctissima carnis ergastulo absoluta, in abyssum æternæ clatitatis absorpta est. Corpus plane dormire videbat, manibus in candorem & colorem pristinum mutatis, & membris omnibus ad nutum contrectantium flexibilibus.

Ipsa mortis die que fuit Iunij tertia decima celeberrimus ille Abbas Vercellensis, sa- **xxviii**

cra lectioni & diuinis meditationibus intentus, solus erat in cubiculo. Eum vir Dei cum esset in corpore, præcipue charum habuit, maxime quod olim in Theologia illum instituisset, & vicissim ab illo ex libris Dionysij de rebus altissimis instractus fuisset. Et ille quidem Abbas in conuento fratrum suorum, hoc de viro Dei perhibuit testimonium: Frater, inquit, Antonius Ordinis illorum fratrum, de pura Theologia sensu my-

stico hausit plenissime, diuini radij gratia illustratus. Porro in Abbatis eius cubiculum vir Dei subito ingressus, post mutuam salutationem ait illi: Ecce, Domine Abba, reliquo asello apud Paduam, festinus ad patriam proficiscor. Laborabat tum Abbas grauiter ex gutture: sed vir Dei leniter eum attingens, totum illud incommodum repente depulit, & dissipauit. At ille putans eum ad natale solum, iter intendere, ignatus prorsus obitus illius; surgit & ex famulis monasterij perquirit, vbi sit frater Antonius. Scupefacti illi, respondent se nescire, Abbe aſlerente se pro certo eum vidisse, & ex suo cubiculo quamprimum eum exiisse; missus est quidam ad fratres, ut ex illis cognosceretur, num quid de aduentu Antonij competissent. Vbi ille reuersus, fratres dixit nihil eius nosse: Abbas tandem ad se rediens, certissime cognovit Antonium migrasse ad celos; tempusque adnorans, postea didicit, eodem die & hora eum deceſſisse, quo in cubiculo apparuerat, sicut ipse fratribus non sine lachrymis narrauit.

Cum iam abiisset è vita beatus vir, noluerunt fratres ad hominum notitiam illico **xxxv**
id per

*Beatus vir
Paduam.*

*Dicendum
inter mona-
sterium san-
ctorum
Padua.*

*Exploratio
Christianæ
pleroris offi-
ciorum moritur.*

*Apparatus Ab-
batis Vercel-
lensi.*

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

id perferrit; ne populus subito ad ipsos accurreret: sed lacere non potuit. Pueri enim, de mine sciente quicquam de eius morte per urbem easteruatum incidentes clamabant: Mortuus est pater sanctus, mortuus est sanctus Antonius. Mox in omnes urbis angulos rumor ille peruidit; & populus certatim neglectis laboribus, quibus se sursusque alebar, instar apum aduolat ad domum fratrum, eamque circundat vndeque. Imprimis vero cives ad pontis caput habitantes, cum armata iuuentute adcurrunt, oxyus impeditur ne quis beati corpus rapiat. Omnia ibi lamentabiles voces & gemitus audiuntur lugentium orbiculum suum. Maxime vero plorabant se tanto Patre destitutas frères, quas pauperes dominas vocant: quz etiam multum egerunt apud primarios eius ciuitatis viros, ut liceret ipsis apud se retinere corpus sancti viri. Sed repetebant illud fratres ad sanctam Mariam degentes, apud quos etiam voluit sepeliti vir Dei. idque adeo, ut sub mortem fratri cuidam ipsis adiuvanti præceperit, modis omnibus daret operam, ut corpus eius ad sanctę Marię Ecclesiam deportaretur. Itaque instabant fratres isti, & factum corpus asportare volebant: sed ciues de pontis capite illis resistebant, nec accingere quidem permittebant corpus. Interim etiam augent numerum armorum, qui noctes & dies aduigilant, ne inde auferatur. Tum fratres nescij quid facerent, adeunt ciuitatis Episcopum, eique rem totam permittunt. Episcopus Canonicis conuocatis, singulorum super hac sententiam inquirit. Multi videbantur in eam ire sententiam ut pauperibus dominibus corpus sancti viri relinquatur. Tandem Episcopus, non negligendas putans preces fratrum rationi consentaneas: Magistratui urbis præcepit, ut fratribus in deportando corpore pro viribus adiumento sit.

xxxv. Interea dum hæc geruntur, pars ciuium de pontis capite valde inflammantur desiderio humandi sacri corporis; neglectoque magistratu in veritatem maiori contentione nituntur, inuitantque seniores & amicos, ut ipsis auxilio sint. Denique inter se vnamiter statuunt, se suaque omnia in præsens mortis & excidijs discrimen coniicere potius, quam finant ex eo loco tolli corpus viri Dei. Et quod mirum videri queat; adeo in hac re feruebant, ut quidam eorum odium inveteratum & bella intestina, quibus inter se multo tempore fuzierant, plane ex animis abiecisse viderentur, tantum ut illud sacrum pignus retinerent. Et ne cuiusquam fraude aut machinis illo fortassis priuarentur: communicato inter se consilio, illud rapere moliebantur. Sed quod præfens non esset Minister provincialis, ad cuius nutum fratum controversia pendebat, seniores quoddam è ciubus rogabant fratres, ut ad illius aduentum paulisper à tunc proprio delisterent. eusque arbitrio omnia permitterentur. Placuit hoc ciubus & omnis illi sententia accedebant. Nocte incumbente, fratres emissi turbis, claudunt ostia domorum & diligenter vectibus & seris ea obfirmant. Et ecce media nocte clamor ingens existit, & importuno desiderio turbæ inhiant ad videndum corpus sancti viri. Itaque ostia perfringunt, sed cum iam tertio id fecissent, nulla ratione in domum ingredi potuerunt, stabantque, ut ipsi fassi sunt apertis ostiis stupefacti; & cum domus plena esset luminibus, aditum videre non potuerunt. Mane facto, permulti ex urbe, castris, pagis, & locis vicinis accurrunt: & cui datur vel semel vrumque contingere sacrum corpus, beatum se credit. Qui autem præ turba tangere non poterant, zonas, annulos, monilia, claves & cætera ornamenta per fenestras & ostia passim porrigebant, ut contactu sanctissimi corporis sanctificata reciperent.

xxxvi. Pendente interim properè Ministri absentiam negotio, fratres propter extuum calorem corporibus infestum, in casula lignea sacrum corpus conditum in foueam deponunt, leviter illud humo operientes. Mox rumor exit in populum, raptum esse sacrum corpus. Aduolant igitur omnes furibundi in domum fratrum cum fustibus & gladiis, sepes & ostia evertunt: properant ad locum in quo erat corpus; nec cessant à suo conatu, donec casulam illam inuenirent. Sed nec sic credunt in ea habeti corpus, licet fratres id asseuerarent. Tandem aduenit Minister, ad cuius redditum tota urbs suspensa hærebat. Ab eo igitur ciues de Pontis capite corpus sancti viri petunt instanter; addunt etiam minas, ut terroribus frangant fratres; affirmantque se nullius periculi causa à sententia discussuros. Videns minister temeritate illos duci, cum multa cautione & modestia dicit ad eos: Nihil quidem iure hic reposcere potestis charissimi: sed si de indulgentia agitur, de fratum consilio faciemus quod Dominus inspirabit. Interim ne

ANNO CHRISTI
1231.

GREGORII IX.
ANNO 5.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 22.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 24.

*Adhibentur
corporis custo-
des.*

aliquam possitis suspicari fraudem, vobis permitto custodire locum, in quo beati corpus quiescit. Mane alterius diei minister adit Magistratum; & conuocato senatu humiliter opem & consilium implorat. Magistratus de communi omnium sententia custodes adhibet loco sacri corporis; & sub pena centum librarum cauet, ne quis vim adferat fratribus, aut armatus ad eum locum accedat, donec Episcopus & cleru*s*, quid fieri oportet, statuerent.

Altera luce Episcopus in eam curam, & cogitationem diligenter incubuit: & audi-
ta veraque parte, tandem voluit, ut ex Ministri voluntate omnia fierent, iussisque ut
& cleru*s* & populus omnis, die crastina ad efferendum sacrum corpus summo mane
conuenirent. Magistratus quoque præcepit, ut fratribus, ne quid paterentur molestiz,
sua ope adessent. Magistratus libenter iussa capessit & ex aduerso fluminis, quod cellam
fratrum ambit, ex nauibus & lignis celeriter curat pontem confici, ne ciues de pontis
capite animis commouerentur, si cernerent corpus per suos fines deferri. At illi nihi-
lominus versi in seditionem, pontem illum dissipant. Ea res totius ciuitatis animos con-
citrauit, quod tanta temeritas ad omnium injuriam redundaret. Itaque armis muniti,
omnes proficiscuntur contra illos pontis euersores: & hi non minus fidenter ad armas
parant, omni periculo cõtempso. Videntes autem fratres tantum verbis totius discrimen,
magno timore correpti sunt: nec minus terrebantur pauperes domio*n* sua culpa eas tur-
bas concitatas afferentes. Tum vero Magistratus illum populi tumultum non ferens,
omnes voce præconis ad palatium conuocant, & pontis euersoribus interdicit, ne ea die
ausi sint redire ad ædes suas.

*Effertur cor-
pus in Eccle-
siam fratrum.*

Amotis ergo illis seditionis authoribus, Episcopus cum clero, Magistratus cum mil-
tibus, & innumeris populi multitudine, institutis usque ad sacri corporis locum pro-
cessionibus cum hymnis & cantricis spiritualibus per medium capitis pontis ad Ecclesiam
sanctissimæ matris Dei, idem beatissimi viri corpus mira omnium exultatione transfe-
runt. Supponebant autem feretro humeros suos primarij viri ciuitatis & Magistratus,
beatos se existimantes qui loculum vel leuiter attingere mererentur. Quotquot autem
cereos habere potuerunt, eos accensos manibus ferebant; quorum tanta erat copia, ut
eorum lumine quasi tota vrbs inflammata videretur. Vbi ad perpetuæ virginis tem-
plum ventum est, Episcopus sacrificium fecit: eo peracto & exequiis celebratis, quinto ab
obitu eius die, terra mandatum est sanctissimum corpus.

*Quinto post
mortem die
sep. luitur.*

Eadem ipfa die, tempestate illa in tranquillitatem redacta, cœperunt miraculorum
coruscare signa: ita ut quouis affecti morbo, ad contactum tumba*m* viri Dei mox reu-
alescerent: qui vero præ turba propius accedere non poterant, coram omnibus etiam in
platea sani euaderent. Ibi reuera oculi cœcorum aperiebantur; aures surdorum patabant:
claudus sicut ceruus saliebat: ibi soluta mutorum lingua, velociter & plane Deo laudes
promebant: denique omne genus ægritudinum depellebatur, & optata diuinitus be-
neficia impetrabant. Porro ciues illi de capite Pontis, qui pontem destruxerant, lachry-
mis infusi, & detractis calceamentis, clero cum crucibus, & vexillo præcedente, cum tan-
ta reverentia & humilitate coram tumulo se prostraturi venerunt, ut penitentia sua animos
intuentium ad multam commiserationem permouerent. Erant illi milites delicatum
hominum genus, quos etiam matronæ nobiles, præ teneritudine vix se ferentes, nudatis
*Inditus sup-
plicationibus
cunnes nuda
pedibus ad
sepulchrum
veniens.*

pedibus sequebantur. Nec is dumtaxat, sed ciues omnes in partes distributi, statis diebus
cum processione simili, abiectis à pedibus calceis ad sarcum beati viri tumulum accede-
bant. Veniebant itidem religiosi, ac postremo Episcopus cum rito clero præceptores
cum inulta studiosorum caterua, Magistratus cum militum & potentium frequentia,
aliisque diversarum artium professores, singulatim ordinatis processionibus, certis diebus
& horis, cercos habentes in manibus, positis calceis, decentissimæ aduenerunt. Erant au-
tem cerci, qui ante singulos aduentantium cœtus portabantur, ea longitudine, ut non nisi
aliqua præcisa parte intra ædem beatissimæ matris dei inferri possent, multa etiam for-
marum inter se varietate attificiose distineti. Quidam etiam præ suo pondere humeris
portabantur, nonnulli curribus vehebantur. Cum non possent autem præ nimia multi-
tudine ad Ecclesiaz valvas accedere, cereos in platea circa templi ostia statuebant. Nec
deceant qui super muros lumina collocarent, & in plateis excubias perpetuam agerent, ii-
que nec æstiu*s* ardoribus, nec hybernis algoribus ab eiusmodi piegas studiis arceri se
patiebantur.

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 21.	RELIGIONIS MI- NORVM AN 24.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

I. Latabatur Padua tantis ornata luminibus, tantis illustrata fulgoribus, nec vilas noctium sensit caligines. Accurrunt Veneti, properant Cenomani, adsunt Vincentini, Longobardi, Sclavi, Aquileienses, Germani, Hungari, Hispani; Galli; suisque oculis cernentes diuinitus celeberrima declarari miracula, in laudes præpotentis Dei sua ora laxabant; & corde compundi peccata sua fratribus, tanta turbæ vix sufficientibus, confabantur. Si qui vero curationis causa venissent, nec sua vellet peccata confiteri, nihil illi obtinebant: facta autem confessione, & correctius viuendi concepto proposito cunctis videntibus mox misericordiam experiebantur. Interim exaltabatur Catholica fides, pudestebat cæca perfidia; mordaces hæreticorum dentes copterebantur, Christi sponsam calumnias exigitare conantum, caligo incredulitatis miraculorum splendoribus profigabatur.

Omnes itin-
nationes ac-
cedunt reli-
quias vene-
raturs.

II. Fuit vero totius cleri & populi ea concors sententia, ut quamprimum apud Romanum Pontificem de viri beati nomine sanctorum catalogo adscribendo ageretur, cum ab eius obitu necdum mensis effluxisset. Misserunt ergo suos nuncios Episcopus, Pro-tetas, & communitas Patavinorum, ut id humiliter & instanter peterent à Pontifice. Ille frequentia & magnitudine miraculorum, quæ diffusa fama referebantur, per-motus, commisit eidem Episcopo; cui nomen Ioannes Caccius, neconon Jordano Forzatè Priori S. Benedicti & Ioanni Vicentino Priori ædis S. Augustini, sed ordinis Prædicatorum, ut accurate in huiusmodi miracula inquirerent, multaque adhibita cura rite & quo decebat pondere, tantum negotium peragerent. Sollicitam adhibuerunt hi Commisarij operam in processu efformando, neque dum effluxerant septem menses, quando narrationem valide compactam remiserunt Pontifici, qui ceteris adhucitis ritibus, anno sequenti, ut arduius tunc refetemus, cum sanctis connumeravit.

Acta vñfem
vñk ab oris
agitur de
eius canoniza-
tione.
Marian c.4.
Vita S. Ant.
MS.
Portenarij
de reb. Pa-
tuu.l.9.c.10.

III. Aliquot post Antonium mensibus etiam sancta Elizabetha Hungarica in humanis esse desit. Sed paulo antequam abeundum esset, Christus Iesus illi iucundissime appa-ruit, dicens: Veni electa mea; & celesti thalamo, quem tibi ab æterno destinaui, potire. Hoc visu mirificè latara, magistrum graui tunc temporis infirmitate laborantem inuisit; interrogantique quoniam modo vitam deducere proponeret, si mori sibi continget, confessum quid diuinitus didicisset, revelat. Quarto post die aduersa valetudine corripi ce-pit, paulatimque inualescente virium defectione, lecto decubuit; animo tamen semper cœlestibus bonis intento, atque in amore Christi ardente. Assidebat aliquando iacenti ancilla vna, cum ecce præter infirmantium morem, audit illam dulcissimo cantu persona-re, atque ad numeros musicos veluti cygneam vocem artifici modulatione inflebat; tum post aliquantulum moræ, auersam dicere; vbi es, dilecta filia? Et ancilla, En, inquir, ego adsum. Subiunxitque; O quam dulci concentu aures meas demulisti, domina pre-tissima. Mox Elizabeth: Tunè, ait, cantum meum audisti? Statim ancilla; Etiam, io-quit, audiui, & quidem latissima. Cui Dei famula: Avicula, ait, cælitus demissa, inter me & parietem desederat, tanta mihi suauitate per varia cantilenatum discrimina diuinum præcinens melos; ut quamvis infirmo corpusculo non potuerim me continere, quin & ipsa concinrem pro viribus. Ante diem tertium obitus, vendicatura subimet secretum, iubet omnes cubiculo excedere, qui ad ipsam visendi gratia conuenerant, ar-cerique foribus quoicumque admitti potentes. Interrogata cur id faceret; volo, inquit, tumultus externi vacua, meminisse iudicis mei, terribilisque censuræ, quam perbreui habeo subire. Pridie, quem decederet, magistro, cui paulo ante culpas integrertime confessa, Christum in pauperibus testamento reliquit hæredem, vilem dumtaxat tunicam excipiens, in qua sepeliri postulauit: ut iam tunc nihil minus, quam de funeris cura & exequiarum pompa cogitasse credatur. Paucis post horis Eucharistiz sacramento refecta, oleoque sacro peruncta, reliquum diei ac noctis medium tanto feroiore spiritus ex-egit: ut in dubiis argumentis prouderet Christum hospitem, & pro desiderio excepsisse, & pro amore exceptum tenere.

Elizabetha
meminare
Christus ap-
paruit.
Monta.c.18
Theod. l.8.
c.1.
MS. Loua-
nico.

IV. Colloquebatur cum assidentibus de sanctissimis rebus, quas vel in concionibus au-diuerat, & vel instinctu divino didicerat: ad postremum subtexens, ut Christus Mariam & Martham super obitu fratris mæreores inuferet, ut fuerit benigne consolatus, ut iis animum firmam pollicitatione fecerit, ut pariter ad sepulchrum ierit, ut denique lachrymas intimæ verissimæque compassionis indices profudet. Hoc loco veluti profundam rei

Cygni more
sub mortem
contat.

Prius intendis
colloquia.

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 14.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

rei pulcherrimæ disputationem ingressa, cum stupore & admiratione præsentium, de iis Christi lachrymis, tam viua, tam aculeata, tam flammæa, tamque ad iunum spiritum penetrantia verba fecit, ut omnibus penitissime compunctis lachrymas excrucit, ut potes dolentes disparati se ab ea, quam intimo diligebant affectu. Ad quos Elizabetha conversa; Nolite, ait, o Christigenæ super me flere; magis super vosmet flere madescite. Nec aliud locuta, melos suavissimum sine labiorum motu aliquo proferre auditur: seiscitantibus, qui aderant, quid ea cantilena sibi veller: respondit: Præcentibus mihi, qua potui facultate, concinendi vicarium munus adiunxi, quos mirum, si non audistis. Quibus verbis creditum fuit Angelos qui paulo mox egressuram carnis ergastulo animam operiebantur, cœlesti personuisse harmonia, eaque infirmam, ut concideret, excitasse.

Confutatio
proficit dia-
bolum.

De Chri-
stianis
moris.

Lugens ad
eum obitum
pauperis.

Reliquias ab
eo per decer-
pant.

Quarto ab
obitu die ho-
norifice sepel-
luntur.

Castillo in
chron. Prae-
dict. 1.2. c.3
Clichtou-
serm. de S.
Elizab.
Buchinge.
in hist. Ec-
cles. sub
Greg. 9.
Theodor.
cit.c.6.

rei pulcherrimæ disputationem ingressa, cum stupore & admiratione præsentium, de iis Christi lachrymis, tam viua, tam aculeata, tam flammæa, tamque ad iunum spiritum penetrantia verba fecit, ut omnibus penitissime compunctis lachrymas excrucit, ut potes dolentes disparati se ab ea, quam intimo diligebant affectu. Ad quos Elizabetha conversa; Nolite, ait, o Christigenæ super me flere; magis super vosmet flere madescite. Nec aliud locuta, melos suavissimum sine labiorum motu aliquo proferre auditur: seiscitantibus, qui aderant, quid ea cantilena sibi veller: respondit: Præcentibus mihi, qua potui facultate, concinendi vicarium munus adiunxi, quos mirum, si non audistis. Quibus verbis creditum fuit Angelos qui paulo mox egressuram carnis ergastulo animam operiebantur, cœlesti personuisse harmonia, eaque infirmam, ut concideret, excitasse.

Adueniente iam noctis medio, circum sedentes intuita: Quid, inquit, facturi essemus, si semper nobis humani generis inimicus representaret. Nec mora: fidentissima voce veluti abigendo conspectum horribili simulacro diabolum, exclamat: Fuge miser, fuge infelix! Imminente morte; hæc est, ait, hora virginis & immaculati partus; admonens nos commentari debere aliquid de Iesu puello candidissimo, quemadmodum hyeme, noctu atque alienis in ædibus sic natus, pannis induolutus, collocatus in præpio, à pastoribus inuentus, stella proditus, denique à Chaldeis adoratus. Hæc enim sunt nostræ salutis veneranda mysteria, locupletissima beneficia, ornamenta pulcherrima. In his tota spei nostræ ratio viger, fides proficit, charitas ardet: de his (rogo) disputeremus, ac dulciter conferamus. Inter hæc verba, veluti quiete placida obdormiret, sanctissima Dei famula, capite paululum labante, decessit.

Dissipato in vulgus obitu, mirum est, quantæ ad exequias eius monachorum, clericorum, ac pauperum multitudo confluxerit, è quibus inopes adeo lugubri squalore, clamoreque eiulatu præsentium oculos & aures impluerunt, ut omnibus fere lachrymas excusserint; testati matrem se sapientissimam, vnicumque ac singulare paupertatis suæ in terris profugum amississe; nihil iam sibi residuum spei esse, nescientibus ad quem eant, solatium egestatis inuenturi. Porro ad quartum usque diem sacratissimi corpusculi prærogata humatio est, id exigente frequentissimo deuotæ plebis concursu. Nec erant horrore visentibus caput, ora, manus omnino retecta: cum in iis præter pallorem, nihil prorsus, neque triste, neque squalidum appareret. Pristina carnis teneritudo, & ad levissimum quemque contractum facile cedens perseverabat. Videre tunc erat ut certatim aduolantes pro se quisque reliquiarum aliquid, vel de capillamento nudi verticis, vel de vnguium præsegnibus, vel de mamillatum capillis, vel de auricularum summitatibus, vel de laciniis abiectæ usque tunicae decerpere; & quod audacius erat, præsecare festinarent; adeptasque portiunculas maximi putarent, sepiusque desolatas reuerenter aceruarent. Præterea gratissimus odor naris omnium imbuiebat, nihilque omnino vel minimi factoris sub tanti temporis spatio à quoquam percipiebatur: veluti si pro hominis cadauere (cuius est proprium mephitim exhalare) omnium thesaurus aromatum ac suauissime spirantia adessent myrothecia. Quarto demum die peracta, solemnissimo ritu, celebratione rei diuinæ, præsentibus cœnobitarum præstantissimis, clericis ac populi ingenti caterua, atque auiculis multis suo cantu iusta solventibus, ut adnotauit MS. Louaniense ex alio, qui etiam Elizabethæ vitam conscripsit,

in facello xenodochij vicino pretiosum corpusculum perquam honorifice sepultum est. Interfuerunt ekequiis Abbates multi, virisque religiosi ac populi multitudo, quos ibidem cleri prouidentia & voluntas disposuerat congregandos cum omni pietate Christiana, ac celebri reuerentia tam gloriosum funus consummantes. Acta hæc præsenti anno scribunt accurati omnes vitæ scriptores, ita ut valde errauerint Ferdinandus del Castillo, Iudocus Clichtouzus & Michael Bucchingerus enumerantes annum millesimum ducentesimum vigesimum sextum, fortassis error irreperitur in notas ex incuria scriptoris vel impressorum.

Non prius tumulata sancta Virago, quam miraculis claruerit: nam proximo post funus die accedens ad tumulum quidam monachus Cisterciensis eius auxilium imploraturus à plaga cordis, ac mentis morbo, quo per quadraginta & plures annos laborabat, liber eus sit. Paulo post accedens vir nobilis clari sanguinis, & prælaturæ subli-

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

sublimis, qui horrendis vitiis irrectus lubrico carnis miserabilitate & detestabilitate laborabat, multa oratione meruit exaudiri per sanctissimam fœminæ intercessionem, ita ut senserit sibi quandam spiritualis consolationis superinfundi gratiam, per quam deinceps impulsibus obfisteret vitiorum. Rerulit omnia in confessione venerabili Magistro Conrado Marpurgensi, asseruitque quod ab illa hora ardor libidinis in eo fuit extensus, ut postmodum non apprehenderit eum nulla tentatio vehemens ad modum pritorum, sed valde leuis, cui facile potuisse resistere. Alius icidem spiritu superbis inflatis aut iracundis, vel inuidis stimulis agitatis, seu parcitatis, aut auaritiae viuculo frenatis, & quibuscumque vitiorum spiritualium motibus occupatis, beata Elizabeth vitiorum extirpatrix, deuote inuocata, expurgatis vitiorum immundiciis, meritis suis per Dei gratiam effectu impetravit virtutis. Hæc sunt glorioſissima miracula, quibus non tantum ægritudines morborum, sed morbi sanantur morum: quibus non moritura corpora, sed in æternum vita curatur anima: quæ tanquam digniora & valentiora, quia spiritualia: interiorum hominero sanctificantia, non immerito locum obtinent principalem. His & aliis signis mirabilibus clarescentem Pontifex post quadriennium, ut suo loco largius enarrabitus, in cælum numerum decreuit adscribi.

XLVII. Egimus superius de factis martyribus Valentini, Ioanne, & Petro, quos succubuisse anno 1210. anno proxime clapsō affirmat Rodulphus, ceteris scriptoribus constanti assensu hoc anno, & in die decollationis sancti Ioannis Baptiste (ut præ ceteris obliteruarunt chronica n. 68. antiqua & Marianus) passos dicentibus. Saracenorum regni Valentini siluetem litentes è Turolio Aragonie urbe, Valentiam abierunt, vbi delitescentes in Ecclesia sancti Sepulchri, quæ hodie sancti Bartholomæi nuncupatur inierunt amicitiam cum duobus heroibus Hispanis Castellanis D. Blasco, & D. Arrald de Alagon, qui viros religiosos ob eorum saeculum valde diligebant. Hi vero prædicantes fidem Christi in Mahometanorum templo, ad regem Zeytabuceit nuncupatum, prostrahuntur, quo eorum aduentus causam sciscitante, responderunt non aliam, nisi ut ille & gens Mahometana à diutino suo respiceret errore. Excandescens furore iussit ut protinus, fide Christianorum abnegata, suam amplectentur, quod dum minis obtainere non posset, in ipso suo quo tunc perambulabat, viridario (loco extra urbis muros tunc positio, nunc autem nouæ ciuitatis muris circumdato) iussit eos occidi, atque ita factum in quodam horri latibulo, licet cum Francisco Ximenio Minorita (non illo Tolerano Ximen. lib. Archiepiscopo, sed Episcopo Elnensi, in libro, quem de recta gubernandi ratione dedit ad magistratus Valentinos) sint qui dicant in forum *de la Hiquera* siue à sicu nuncupatum, deducatos, arque ibi decapitatos. Dum vero eos ad martyrium eripi iuberet Rex, summas egerunt gratias, eam pro beneficio reddentes retributionem, ut aliquando Christianam agnosceret & amplectentur veritatem. Nam defixis aliquantulum in terra genibus, omnino orauerunt pro eius salute, diuinumque interius accepérunt responsum, scilicet exauditos. Neque inane fuit promissum, nam ut ad annum 1238. enarrabimus, & ille lucem accepit Euangeli, & fratribus suum dedit palatum in monasterium exadificantum. Illorum corpora postea redempta à Christianis, ut ad prænumeratum omnium dicetur, asportata Turolium, magna habentur in veneratione in æde matrici, vbi superius sumus præfati.

XLVIII. Missi hoc anno à fratre Iordano custode Thuringie in virtute potestatis sibi factæ à Generali Ministro frater Ioannes de Penna, & frater Deodatus Lutetiam ad Francie Ministerum pro conducendis fratribus Ioanne Anglico, à Generali iam constituto Saxonie Ministro, & Bartholomæo item Anglico, ut in eadem prouincia fratribus sacram legeret Theologiam; qui statim concessi à Francie Ministro, prouinciam Saxoniam egregie decorarunt.

XLIX. Ad sextum lapidem à Sepulueda, Segobianæ diœcesis in Hispania Tarragonensi opido, in solitario loco inter editissimos montes ante hunc annum initium obtinuerunt ex diuersis pitorum eleemosynis conuentus sanctæ Mariæ de Falce, vulgo *de la Hoz* ut ex veteribus authenticis literis ibidem scrutatis constat; ex quibus tamen certus annus originis investigari non potuit. Vetusate corruuit vniuersa domus præter chorum & Ecclesiam anno Domini 1495. ad medium noctis horam in profecto nativitatis Virginis Mariæ; idque

Cœptis clavero
miraculis

Anno 1210.

n. 68.

Rodulph. fol.

224.

Heuter in

chron. Hi-

span. lib. i.

c. 16. & lib.

L.C. 42.

Passio marty-

rum Valen-

tianorum.

de recla-

gu-

ber. rat. -

Rodul. cit.

Anno 1210.

n. 69.

Annal. Sa-

xon. MS.

Angli missi

in subsidium

provincie

Germania.

Conven. Se-

paduenda.

Gonzag. in

prou. eva-

cep. con. g.

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 12.	RELIGIONIS MI- NORVM AN 24.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

idque miraculi habetur loco, quod vocatus ea nocte præter mortem ad matutinum quidam ex fratribus, qui illo die lassus & madidus redierat ex longinqua mendicatione post octo milliarium emensionem, atque ille ex consuetudine religionis indulgendi his ut requiescant, qui ex longo redeunt itinere, se excusasset, nec tamen excusationem Guardianus admitteret, ad chorum pertexerit; vix tamen limen tetigerit, quando vniuersa domus præter Ecclesiam & chorum, ut diximus, ad terram sua mole deciderit; & cum illo fratres ceteri virtutem obedientie laudaverint, cuius merito tantum ille periculum evasit. Ruinam omnem reparavit, domumque à fundamentis firmiori lapide reædificauit piz & gloriose memorie Regina Elizabetha Catholica Ferdinandi vxor, cuius præclara, eaque multa in ordine Minorum beneficia.

Hoc ipso anno extruere cœperunt quidam domini, cognomento Berchoot, & coniuncti de Aremborch canobium in vrbe Mechliniarum, apud Brabantinos nobili, vernaculè Mechelen, quam Molanus Molinam nominari scribit in appendice D. Augustini de mirabilibus sacrae scripturæ. Anno sequenti introduceti ad inhabitandas ædes quidam ex sociis sancti Francisci, qui secum intulerunt duas scutulas testaceas, quibus ad iusculenta vir sanctus vtebatur, & ex quibus per plurimos annos tam illi, quam illorum successores in vigiliis præcipiorum festorum sub collatione bibere solebant. Eo autem adducti primi hi fratres ex Italia opera nobilissimi fundatoris, qui post aliquot annos diem claudens extremum, sepeliri voluit coram altari venerabilis sacramenti. Sed cum prima Ecclesia minus commoda foret, mutata est in aliud religiosorum usum, & translatus est vterque coniuncti ad chorum noui templi coram summo altari. Vici insignia gentilitia infixa muro supra ostium sacrarij, & adpicti in aliis ædis partibus multi leones barbati ob gentile aliud eius cognomen Drakenbaeri. Nouum templum dicitur exstruxisse alter eiusdem familie, sepultus cum uxore sub tumba coram item summo altari sub choe fornici, dextra manu armata, altera clypeo testa. Inter præcipuos huius conuentus benefactores præter primos exstructores recentur illustriss. domina Margareta Caroli Audaci Ducis Burgundie uxor, quæ post incendium reædificauit vnam partem dormitorij cum bibliotheca, alteram è regione Agidius Vraux, valetudinarium Iodocus Vranno. Edem denuo restaurauit Rumoldus Soetemontis questor ciuitatis; item domina de Muysem, domina de Diest, & familia tota domini Gulielmi Petri. Reformatus est hic conuentus anno 6. post obitum S. Bernardini per religiosos viros missos ex conuento S. Odomati.

B. Petrus Mechliniensis. In hoc conuentu innumeris pene miraculis claruit B. Petrus Mechliniensis, cui deuotissime divina mysteria celebranti, dum eleuaret hostiam consecratam apparuit puerulus, quem propter munditiam & innocentiam cordis primo conspicerunt pueruli, præadmiratione matres incitantes ad contuendum miraculum. Post mortem vero super sepulchrum ipsum coram sacramento tam crebra fiebant miracula, ut dum propter populi concursum nimium interturbaretur diuinum officium, necessum fuit ut P. Guardianus (scit fertur) super eius sepulchrum accedens, præciperet per obedientiam, ut cessaret à miraculis, quod fecit. Caput postinodum transpositum est in muro capelle B. Virginis, seu sanctæ Crucis, intra chorum & ambitum non procul ab ostio, quo accessebatur ad dormitorium. Floruerunt ibidem R. P. Henricus Herpius, vir reconditus eruditioñis, & contemplationis eximius, qui plura piæ & docte scriptis, quorum suo tempore indiculum & censuram dabimus. Sepultus est in medio choe sub lampade, tectus albo lapide. Illic item iacet R. P. Henricus Tusphanus Guardianus, & Minister provincie Colonensis ante diuisionem prouinciarum. Requiescit etiam coram venerabili sacramento Gulielmus Alcmaræ eiusdem prouincie, item Minister ante diuisionem. Conuentus autem hic cum præcipuis fere eiusdem ciuitatis Ecclesiis & monasteriis evertitur, egregie reliquæ pretiosis inclusæ thecis sacrilege direptæ, fratresque illinc haud sine ignominia efficiuntur. Monasterium item Clarissarum solo squatum 12. Aprilis an. 1580. ut ad illum annum latius Deo dante dicemus.

In Hibernia vrbe Corcagia, Anglis Korke, (indigenis korcach) emporiolo frequenti & cœbri in Moionia, strictiore mænium ambitu conclusa, & vna quasi directa platea protensa, ad quam præterlabitur Sauranus, Giraldo Cambrensi Sauerenus, Ptolomeo Daurona,

Congre. Corcagun. Hist. prou. Hiber. MS.

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII IX. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 22.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24
Daurona, placidum flumen, & à qua oriundum scribit Robertus Cenalis Briocum, vi- rum sanctissimum, qui nomen dedit Sambriochianæ in Britonia Armorica diœcesi vul- go <i>S. Brieu</i> : cui tamen Camdenus refragatur) vel circa, vel ante hunc annum extrusus conuentus Minorum, nam ut superius dixi, communis patrum Hibernorum assertione, & ex ipsa monasteriorum serie constat priorem hanc ædem Kilkenniensis, illa autem ante anno 1234. habuit originem, ut sequenti monstrabimus. Situs erat in suburbio ad vil- lam seu municipium Seandun. Vicecomitis Barrii, à quo item cognomen accepit mona- sterij Seandunen. extra portam borealem ciuitatis Corcagien. versus Occidentalem pla- gam, habens ex Australi parte fluuium de Lee, ex Aquilonari vero prægrandem rupem, valde tamen frondentem & fructiferam. Arcanus erat locus, & fontibus scaturiens; inter ceteros in ipso frattum horto remotori, celebris erat ille, qui fons sancti Barre seu <i>Finnibarri</i> vulgariter dicebatur, expolito lapide contextus. Confluebant enim ple- tique infirmi, præcipue ophthalmia laborantes ad salubrem aquam epotandam; à quo- rum frequenti & molesto confluxu, ut se liberaret subreptitus horti post monasterij direptionem per Anglos anno 1540. possessor, inuidie vel saltim præter charitatem & religionem, multo aggere & lapide scaturientis aquæ venam obstruxit. Ob integrum regularis disciplinæ obseruantiam, & fratrum pietatem olim dicebatur hic conuentus communi elogio <i>speculum sotius Hibernia</i> , quod nobilium & piorum virorum animos adeo deuinxit, ut brevi insignem exadiscaverint Ecclesiam altis bipartitam columnis, egregio choro exornatam, & in ea plurimi heroës optimatesque sibi sepulturas elegerint; inter quos pulchrum solitariumque sibi posuit monumentum Dominus <i>MacCarthy</i> co- gnomento Magnus, vir in illa regione princeps; necnon & alij viri equestres illius comi- tatus, à multis milliaribus se illuc transportandos curabant.	Robert. Cen- nal., Camden. in Hibern. in prou. Mo- mon. Anno 1230. a. 16.		
II. Dubium est quis huius adis primus fuerit fundator? quidam volunt Mauritium Pren- dergest, sive Prendregast vnum ex iis, qui ex Anglia transfretarunt in Hiberniam cum Derniuio Murchardi filio Lageniæ Rege, vel eius filium Galfridum dominum Noui ca- stri sub Ioanne Rege. Profecto non potuit esse Mauritius, qui in Hiberniam aduenit circa annum 1168. ut habeat Stanhurstus, neque eius filius sub aduentu Regis Ioannis in illud regnum, qui illuc primo transterrauit missus à patre Henrico anno 1185. ut scribit Vval- singamus, & secundò iam regno Angliæ potitus anno 1210. abiitque anno 1216. verius videtur prædictum dominum <i>MacCarthy</i> ibi longe lateque dominantem priunas po- suisse xdes; cui fidem aduehunt, quod omnium eminentissimo loco in choro solus sepul- chrum habuerit, appropriatumque sibi domicilium intra claustrum monasterij in quo de- gebatur, quoties Corcagiæ deflecebat. Deturbato tamen eo è principatu per aduentantes Anglos iudicauerim quendam huius cognominis Prendergest successisse, & ampliorem concessisse addidisseque fundum monasterio, quod aperte insinuat publica scriptura bis à fratribus, ne omnino excideret, transcripta; semel anno 1371. appenso maiori regni sigillo, secundo anno 1520. procurante Ministro Provinciali Gulielmo O Maghram; cu- ius tenor est. [Sciant præsentes & futuri quod Philippus Prendegast dedi & concessi & hac præsenti mea charta confirmavi fratribus Minoribus de Seandun. in honore B. Ma- riti & B. Francisci placeam terræ, quæ se extendit in longitudine à terra Burgensem di- ctæ villæ ex parte Orientali, usque ad Tubit Brenoke, ex parte Occidentali, in latitudi- ne verò, à rupe ex parte Boreali usque ad aquam de Lee ex parte Australi, vna cum pi- scatura eiusdem aquæ iuxta dictum locum situatæ pro anima mea, & pro animabus prædecessorum & successorum meorum habendam prædictam placeam & piscaturam libere & quiete cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictam placeam & aquam spectanticibus in perpetuum; ita tamen quod nomina & cognomi- na prædecessorum & successorum meorum in capitulo fratrum eiusdem loci in perpe- tuum recitentur, & pro iisdem suffragia habeantur. Ego vero prædictus Philippus & ha- redes mei prædictis fratribus & successoribus suis prædictam placeam & piscaturam con- tra omnes gentes* Vvarenthezabimus, acquietabimus, & defendemus in perpetuum, * Verba c- uilia iuri Anglici si- charæ sigillum meum apposui his testibus Roberto de Barri, Henrico Gogan, Milo- gnificantia ne filio Stephani, Ioanne Barri, Dauid Careu seniore Edmundo Leys, & multis aliis.] teclique m. Auxi⁹ hic situm, non fundauit monasterium, ut ex ipso verborum infertur tenore: ait &c.	Fundator hu- ies consecutus. Stanbur. I. de reb. Hi- bern. in prin- cipio Cam- bria. lib. 2. c. 12. Vvalting. in Ypodigma.		

ANNO CHRISTI 1231.	GREGORII X. ANNO 5.	FREDERICI II. IMPER. AN. 11.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 24.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

enim se illa dare fratibus Minoribus de Scandun. quos ibi prius extitisse verba supponunt. Reformatum fuisse hunc conuentum ante annum 1500. constat ex multis patentibus literis Vicariorum provincialium Observantiarum datis viris Corcagiensibus anno 1501. & sequentibus, quibus eos participes reddunt honorum operum, quæ apud Scandunes fratres fiebant, necnon sententia publice lata & in scriptum redacta, quam in quadam controversia fratrum cum familia Gooldæorum tulit anno 1518. Comes de Kildaria, in qua illos appellat Anglice *the Observantes of Cork*, id est, Observantinos Corcagiæ. Nunc autem nulla observantia, neque sedis remanet vestigium post crudelē & efforam hereticorum direptionem, præter Ecclesiæ muros, conuersi ceteris ædificiis in profanos usus, non tamen sine diuino supplicio & aperta miseria inhabitantium. In ea vrbe latent sub domibus conductitiis fratres peregrina ueste ad obsequium Catholicorum; quotidie tamen Anglorum inquisitionibus exagitantur, sed frustra, dum vicem potius effundere quam fidelibus velint deesse, aut in sancto ministerio desicere.

*Conven. Ali-
cam.
Rodul. fol.
181.* Ante hunc annum habuit initium conuentus Alcami ultra farum seu fretum Siculum LIV. Patrum Conventualium Custodiz Panormitanæ. Rodulphus ait credi incepsum tempore S. Francisci, attamen nihil certi de hoc constare; sed illud constans esse, Ecclesiæ absolutam fuisse an. 1233. in qua postea erexitur est facellum sub titulo S. Marci, iurispatronatus Iuratorum oppidi predicti, vbi si fratres quædam obeant diuini cultus munia à testatore præscripta quotannis consequuntur uncias duodecim (ita Siculi suas numerant pecunias) iuxta dispositionem testamenti. Agebatur hoc anno Balbina neptis S. Claræ Abbatissam monasterij vallis Gloriarum in vrba Hispellate; cui Nicolaus Episcopus Spoletanus privilegium dedit, ut haberetur ex regesto Gregorij ad ann. 10. Pontificatus.

*Multa Pra-
latorum in
Minores gra-
mmina:* Per hæc tempora diffuso in omnes partes sodalitio, & crescente bona fama Minorum LV, liberaliter in eos sua bona fideles erogabant, ædificantes eis habitacula, Ecclesiæ omni ornatu decorantes, & ad viatum quæcumque opus erant, subministrantes, quod muriam & avaritiam multorum Prælatorum, & præcipue Parochorum, erga eos excitatæ, qui ex ea cupiditate, ut ait Pontifex, seducti, propriæ auiditati subtrahi reputantes quicquid fratibus fidelium pietas elargiebatur, quietem ipsorum multipliciter inquietabant. Volebant namque eorum confessiones audire, paenitentiam eis iniungere, Eucharistia sacramentum exhibere; nolebant ut licet in eorum oratoriis Christi corpus seruari, fratres ipsorum defunctos apud Ecclesiæ suas compellebant sepeliri, & eorum exequias celebrari; & si quis decedentium fratrum alibi, quam in suis Ecclesiis eligebat sepulturam, funus primo ad Ecclesiæ suas deferri cogebant, ut oblatio suis usibus cederet. Nec sustinente eos habere campanam vel cæmiterium benedictum, certis tantum temporibus permittebatur eis celebrare diuina. Volebant quoque in domibus eorum certum numerum fratrum sacerdotum, clericorum, & laicorum, nec non cereorum, lampadarum & ornamentorum pro voluntate sua taxare, ac residuum cæterorum quando nouiter apponebantur exigebant ab eisdem. Nec permittebant quod noui sacerdotes eorum alibi, quam in Ecclesiis suis celebrarent primas Missas, eos nihilominus compellentes, ut in quotidianis Missis quas in suis locis & altaribus celebrabant, oblationes ad opus reciperent & reserarent: quicquid etiam eis, dum celebrabant Missarum solemnia, infra dominorum suarum ambitum pia fidelium deuotione donabatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contendentes, quod eisdem tam in ornamentis altaris, quam in libris Ecclesiasticis absolute conferebatur, vendicabant perperam iuri suo, cogendo eos ad Synodos suas accedere, ac suis constitutionibus subiacere; nec his contenti, capitula & scrutinia in locis fratrum pro iis corrugendis facturos se minabantur, fidilitatem iuramento firmatam ab eorum Ministris & Custodibus exigentes, eosque in hyeme tam extra ciuitates, quam intra cum eis processionaliter ut conuenirent ex leui causa mandantes: excommunicationis sententiam fulminabant in benefactores eorum; & idipsum fratibus communiantes, eos de locis in quibus Domino famulabantur, satagebant amouere, nisi in omnibus obedirent supradictis. Adhuc ne fratres ad honorabiles ciuitates & villas vbi religiose ac honeste valerent commorari a populis devote vocati, &c. deinceps valentes inhibentes, tam in accedentes quam in receptatores eorum præsumebant excommunicationis sententiam promulgare; ab eis etiam de hortorum fructibus decimas, necnon & de habitaculis fratrum, sicut de ludorum domibus contendebant redditus extorquere,

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

extorquere, afferendo quod nisi fratres morarentur ibidem, eis ab aliis habitatoribus prouentus aliqui soluerentur: & ut ipsoſ ſubderent totaliter ſuę dictione eisdem Miniftriſ & Cufodes volebant preſcire pro ſuę arbitrio voluntatis.

Placuit hic intolerabiliſ, & multa nimis grauamina iſta ex Pontificiis literis ad verbum recenſere, vt ex irrefragabili reſte conſtaret, quam ab ipſo ortu paſſa eſt hęc ſodalitas contradictionem. Cęcę cupiditatiſ effedtiſ hi ſuot, vt Pontifex ſcribit, & ſubſcribunt Innocentius & Alexander huius nominis, Quarti, qui eisdem verbiſ diplomatiſ vigorem renouarunt, veſuis annis memorabimur. Redacta ſunt hęc in corpus iuriſ ſit. de excessib. predatorum c. Nimirū iniqua, & c. Nimirū prava. Compelſuit enim tantam iſſuſ ſuſtandi libidinem Gregorius hoc anno dato diplomaticate Reato ad vniuersos Ecclesiarium Prælatos 12. Kalen. Septembris, & biduo pōt, videlicet 10. Kalen. eiusdem mēſis ad Turonēt. & Rhotonagen. Archiepifcopos, & Epifcopum Parisiē magnos fratrū ſau- rōtes, vt hi pro ſuo affeſtu in huiusmodi excessuſ authoritate Pontificis animaduertereſ. Mutatis mutandis eadem ſunt litteræ, & habentur in regiſto Vaticano num. 121.

ARGUMENTVM.

Canonizat̄ Spoleti magna cura ſolemnitate S. Antonius de Padua, recitat̄ in publico confeſſu eius miraculi eſ prodigiis, que etiam hic referuntur. Incidit in hoc tempus mors B. Beneuenuti Eugubini, cuius etiam mirabilia recenſentur. Floruerunt tunc alij B. viri, Lucidus Antiquior, Bentiuoglia de Bentiuoglia, Maffeus Seuerinas, la- cobus Laicus, Hermannus Fulginas, Tencitabene Juniperi ſocius. Sed eſ de ipſo Iu- niperō, & B. Leone quedam incident narranda. Paſſi quinque fratres in Africa, eſ totidem, malis affecti in Oriente, declinauerunt ad Germanum Archiepifcopum Con- ſtantinopolitanum, cum quo impensiſ ſegerunt de unione cum Ecclesia Latina, eſ ea deduxerunt, vt miſis nunciis & litteris ad Pontificem & Cardinales, vt fieret, de- precaretur. Nihil tam deſiderauit Gręgorius Pontifex, qui ſtatim litteris respondit, & ſequenti anno ſuos miſis Apocrifarios ad unionem hanc perficiendam. Acquifea hoc anno multa monaſteria, & data à Pontifice priuilegia.

SOLICITE hoc anno vrgebant Patauini S. Antonij canonizationem; quare p̄t- Legea. MS. misſo ad Pontificem miraculorum proceſſu, per Commiſſarios ab eodem defi- Marian. c. 6. gnatos legitime facto, destinarunt nouos legatos, qui perſciendę & accelerandę rei in- cessanter iſſiſſerent: delegarunt Epifcopus & cleruſ matricis Ecclesiæ canonicos duos, duosque Minoritas i ciuitatis Magistratus & Communitas totidem proceres nobilesque equites magno ſtipates famulitio. Academiæ Patauiniæ Doctores vniuerſi ſuas addide- ſerio agitur de canoniza- tione S. An- drea ſuas. Sed efficaciores illæ litteræ duorum Illuſtrium Car- dinalium Othonis Candidi, alias Blanchi de Alemano ex Marchionibus Montiferrati ſuas. Casalensis, Diaconi cit. S. Nicolai in carcere Iuliano, & Iacobi de Pecoraria Papienſis, Ordiniſ Ciftetieniſ ex Abbate SS. Vincentij & Anastasiſ ad aquas Saluias, Epifcopi Cardinalis Prænestini. Hi à Pontifice legati miſi in Lombardiam, vt Longobardos Imperij hostes Friderice, pacem cum Pontifice diſſimulanti reconciliarent, tunc Patauiniū aduenerunt, quando de mittendis oratoribus ad Pontificem ageretur. Viſis & expenſis tot miraculis quæ quotidie ad ſancti viri corpus ſiebant, per hos ipſos Oratores ſcripe- runt Pontifici, teſtimoniū perhibentes veritati. Ad nouas preces nouum indixit Car- dinalium conſilium ſanctissimus Dominus, iuſſiſque vt congeſta & publica fide conſcri- pta miracula examinarentur. Comiſſa præcipua rei cura Ioanni de Abbatis villa dice- reſis Ambianensis Gallo, monacho Cluniacenſi, ex Abbate monaſterij S. Petri de Abba- tis villa, mox Archiepifcopo Bifuntino, Epifcopo Cardinali Sabino. Non protraxit hic in longum examen, ſed iſtantibus diligenter oratoribus Patauinis breuius expedivit.

Confirmata per hunc processus validitate, & miraculorum veritate, nihil iam ſu-

ANNO CHRISTI
1232.GREGORII X.
ANNO 6.FREDERICI II.
IMPER. AN. 23.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 25. .

*Canonizatio
pe' recordans
miraculofo
miseratur.*

peresse videbatur, quin ad rei exitum procederetur, nisi quidam ex Purpuratis Patribus tantæ canonizationis accelerationi semet opponerent. Præ ceteris unus ardenter tantæ festinationi obloquebatur, donec per huiusmodi somnium in alteram abiit sententiam. Visus est sibi clare, & ad mysterium vidisse Pontificem basilicam quandam consecrarem, adstantibus in sacris vestibus ad mysteriosos ritus Cardinalibus, atque ad altaris consecrationem, pro more, in eodem condendas sacras reliquias petuisse: at eum nullæ adescent, respexisse ad quoddam funus, seu recens cadauer in paucamento velo obsecutum, atque iussisse ut ex eo sibi afferrentur. Quod cum Cardinales horrenerat pertingere, venentes horridum & obrigescens cadauer aspicere, denuo imperauit Pontifex, ut accederent. Discoperierunt, accrederunt, suauem odorem audie excepérunt, Antonij corpus esse comprobarunt, totum in reliquias vniuersa cohors discerpit, vniuersa etiam Antonium sanctum proclamante. Expergefactus intimis suis visionem narravit, ideoque sibi immissam ut intelligeret Antonium, Sanctorum dignum honore; quare ad ostij lumen exeunti occurrentibus oratoribus Paduanis, qui eius contradictionem frangere vel emollire cupiebant; inquit ex tempore: Non est cur multis mecum agatis, aliis iam euasi, Antonium sanctum esse credo, & dignum ut certum adscribatur numerio; non amplius dissentiam, sed consentiam eius canonizationi, atque ita præstiterit, neque enim nullus efficacius rem omnem promouit, solus enim aliorum Cardinalium animos adeo flexit, ut in publico confessu canonizationis fautoribus accesserint, & inter cetera ipsi dixerint Pontifici: Indignum valde est nos beatissimi Patris Antonij meritis venerationem debitam in terris subtrahere, quem Dominus maiestatis dignatus est gloria & honore coronare in celis. Sicut enim veritati miraculorum cognitæ fidem non adhibeo, perfidia est: sic meritis sanctorum laudem negare, genus est inuidentis.

*Antony le Roi
in die cano-
nizationis.*

Concordantibus itaque omnibus Cardinalibus statuitur canonizationis dies penultimus Maij sub ipso festo Pentecostes, in quo Spoleti concurrenti ex multis Europæ regionibus innumera hominum multitudine, lata sunt ex alto suggesto coram omni populo hæc quæ sub compendio sequuntur, & nos ex MS. codice Anconitani conuentus Partium Minorum Conventualium exscriptissimus miracula. Ipso die quo S. Viri corpus testæ mandatum est in Ecclesia sanctæ Dei Genitricis mulier quædam Cuniza nomine monstruoſè contracta, & foede gibbosa atque incuruata paululum, ad recentem tumulum orans erecta repente exiliuit lata, perfectè sanitati restituta. In eadem ciuitate Patauina alia, Richarda nomine viginti annis adeo conglobata, ut callosa quadam copulatione genua peclori, & pedes natibus haberent, ducta in cella gestatoria vel plaustrulo ad fores templi, ut cum ceteris pauperibus ab introeuntibus mendicaret; dum orationem præmisset, ut per sancti merita à suo malo liberaretur, & paululum dormitaret, audiuit clara voce sibi inculcati hæc verba: Da gratias Deo, quia per seru' sui merita liberaberis; & expergefacta ad tumultus multorum circumdantium, comitantiumque puellam, quæ prius gibbosa, sana è sepulchro virti sancti Læta redibat, induit animum ut, quo posset modo, per terram reprans tenderet ad sepulchrum, additæque vires per speciosum quendam iuuenem in litmine templi præeuntem & ad tumulum invitantem, sed statim in ictu oculi disparentem. Ut accessit & oravit, perfectè sana recessit. Alia Patauina, Maria nuncupata, ad hortum paternum iuxta Brenta flumen à dæmone in terram ita dure collisa, ut vertebræ ex coxendice dissoluerentur, quinque annis grauiter dolens, ad eius sepulchrum convaluit. Marcoaldus ruris Patauini vir vxorem Gillam contractam ex desiccato cruce, & neruis restrictis equo impositam ad idem duxit sepulchrum, sed peditem sanam reduxit. Agnes puella trienni vomitu laborans; neque in ventriculi spacio quicquam valens retinere, omnino syntactica pene deficiebat, intercluso iam gutture vix quidquam vel sorbere poterat, donec ad sepulchrum hoc eueda, adeo repente convaluit, ut durum præ fame conquerenti oblatum frustulum panis roserrit, & avide manducarit. Alio triennio contractis dolebat genibus in oppido Capitis Gauri puella Samaritana dicta; orans ad sancti sepulchrum ultra horæ dimidium integræ sanitati restituta est, quam summo gaudio peditem redeuntem cum parentibus excepérunt obuij illius loci incole cum iubilo, & campanarum pulsu, Deum glorificantes in suo seruo, quem videntem & illac transuentem honorificè non semel excepérunt.

Cursus et cœ.

Fredericus è comitatu Concordiæ è summo decidens templo contractis membris ad eundem tumulum convaluit. Cæsaria Veneta duobus annis manu ypa contracta, & altero

*Contracti cō-
fidens.*

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

altero pedum distorto dolens magnorum miraculorum frequentia excitata Patauium abiit, ubi ad eundem beneficiorum thesaurum, mire desideratam assequitur salutem. Similiter veriusque manus & pedis contracti perfectum obtinuit vsum Prostoxima reliqua quondam Manicrij de Noete Patauini; nec non Margarita Paduana colli distorti, manus sinistraz tremulz, & pedis decurtati perfectam integratatem. Puer Albertus à nativitate usque ad annum undecimum tortum habens pedem, superiori parte ad terram inuersa, ut recte steteret ad eiusdem sancti viri funus obtinuit. Massaguerra de Sauili crus dextrum contractum, pedemque ex ligaculo suspensum sanum è tumulo reduxit. Adolescens Tridentinus curuus, dorso excrescente, & male affecta spina rectus à tumba domum rediit. Veridolus alter grauter cruciatus lumbagine, & nephriti à matre ductus ad sepulchrum, ab eadem sanus dominum reducitur. Triuiana mulier, cui Venetiana nomen, tumorem magnuni habebat in pectore, forma panis maiorem, nec per duos annos quidquam operosum agere poterat absque magna molestia; ex eodem salutis arario sana reuersa est. Solangria de Montagoa dysenterica & hemorroissa toto iam corpore resoluta, cum se meritis sancti viri commendareret, apparuit decumbenti, quem interrogata quis esset? respondit; Ego sum Antonius, qui veni ut te à malo liberem ecce in nomine Domini salua facta es. Verum dixisse ex tempore sensit è lecto descendens Deum in suo seruo glorificans. Bartholomaeus de Plebe sacci ab infancia mutus, paralysi item laborans, ad sepulchrum utroque liberatur malo. Loquelam item recepit ibidem, & syntaxis remedium Michelotta Patauina, annis undecim muta. Diu etiam perditam loquelandam ibidem recepit vir quidem Foroiuliensis. Coenitatus Ferrarensis mulier, Maria nomine, toto corpore dissoluta & vertigineum quadriennio passa incolunis dominum rediit è sepulchro. Ermetina de Vincentia quinque annorum spatio tremebundis gressibus terram plus attingens, quam calcans, nec non altera, Bilia nomine, eodem malo tribus annis affecta ad sancti loculum basibus consolidatz sunt. Vir quidam de Porcili oppido Sconitus nomine, nodosa podagræ inflatione, pedibus etiam tabo putridis, expiatis sacra confessione peccatis, coram loculo orans firmatis gressibus rediit luxus ad propria.

V. Frater Theodoricus Minorita biennio sinistri oculi priuatus lumine ab Apulæ finibus Patauium abiit sancti reliquias veneraturus, ad quas voti plene factus est compos.

Theutonica mulier Carolina nuncupata septem annis cæca utroque videntis oculo è sepulchro abiit in Germaniam. Auriena puella ut applicuit oculis, quibus visu carebat per annum unum, & menses octo, byssinum velum, quo retegebatur sacram depositum, vidit repente. Leonardus de Corniliiano, uno orbatus lumine, altero Iesu utrumque sanum, arcæ, cui corpus inclusum, inhærens accepit. Flos de Gemma Lauretanus integre vidit sinistro oculo, quem clausum habuit integro septenario. Alexia mulier quinquinio cæca, oculos ibidem aperuit. Micholetta Patauina exitialis morbi vehementia oculorum lumen amiserat, sed recepit ad sancti viri reliquias. Rolandus Bulgarus cephalalgia, seu diuturno & vehementi capitidis dolore in anterioribus membranis laborans, surdus evasit à viginti annis & ultra, sed ibi repente sanus effectus. Leonardus Venetus defluxu humorum obturatas aures habens, à quadriennio nihil audiens, apertas retulit ex tumulo. Menicus alter Venetus simile beneficium recepit, malo affectus biennio. Petri Patauini filiam Paduanam dictam, epileptico seu comitiali morbo laberantem, totaliter claudam, dum adhuc viueret ad patris preces benedictione sanavit. Puerum item Simeonem eodem morbo miserabiliter quotidie per aunos tres affectum impetrata ex sepulchro gratia curauit.

VI. In agro Patauino mulier ad vicinam domum ignem reportatura progressa, dum rediit, infantulam filiolam in fossam domui proximam canosæ aquæ receptaculum, lapsam, & ultimos exhalantem spiritus vidit, descendit, accurrit, extraxit, in margine reposuit nec mortum nec spiritum habentem. Mortuam adiudicantes vicini ad sancti Antonij busta portarunt, ut matris lachrymarum misertus, vitam vel soueret, vel restitueret. Super tumulum posita repente ocellos aperuit, omnemque ebibitam aquam euomuit hilaricula paratibus attidens. Similiter accidit cuidam Dominico, cui Comacrensi, qui in lacum lapsum filium & suffocatum dominum vicens matris ciuantis vlnis commisit. Illa fide plena eum sancto obtulit Antonio, rogans lachrymabunde, ut qui quotidiaga in omnes conferebat beneficia, miscellæ dignaretur.

A vario in
firmatibus
liberari.

Cari illumi-
nati.

Sordi an-
dianti.

Mortui ad
vitas re-
morari.

ANNO CHRISTI
1232.

GREGORII IX.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 23.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 25.

misereri. Exaudita est confessio exiliente sano è brachiis, quem mortuum complexabatur. In civitate Monopolitana in Apulia prope fratrum xdem iuuenis quidam terram effodiens, ex latere vicini collis aggere irruente obtutus est. Accurrentis cum vicinis gemitibus mater excavata mole viuum extrahunt, quem minutulè contusum iudicabant. Interrogatus quomodo sub tanta ruina non perierit? respondit in ipsa ruina ubi vidisse fratrem Minorem aliquem manu pondus omne sustinuisse, ne premeret, neque alium hunc se putare præter Antonium Patauinum, quem ob vndique prædicata miracula in ipso inuocauit periculo.

Hereticos iluminatos. Aleardinus miles è Saluaterra parum fidei Catholicæ tenax, quam alias omnino despuerat, dum vbique à tantis miraculis commendari audiret Antonium, nihil credebat;

veniens mox Patauim cum in hospitio eadem multiplicari, & videri quotidie ad eius tumulum dicerent conuiux, durz, inquit, ego sum fidei, neque quidquam ex dictis credam, nisi prædictum hoc vitti vasculum, & in petram collisum integrum seruauerit

Collisum in ille, quem tantorum afferitis miraculorum patratorum. Proiecit fortiter in pavimentum petra vitreō lapide stratum, qui alias vel ipso casu frangeretur vitreus cyathus, sed integer velut durus silex resiliuit. Quo viso miraculo credidit ceteris, Antonij sanctitati & fidei catholicæ, atque præmissa peccatorum confessione paruit deinceps Ecclesiæ sanctæ institutionibus, vbique deprecans à se probatam viri sancti virtutem, in cuius fidem vasculum circumferebat. Quod dum alteri inconstantis fidei ostenderet ad mensam accumbenti, inquit:

Sicca vitia reuulsus. Quæ resers credam, dummodo aridum hoc vitiis sacramentum (quod forte in vuarum calatho adfuit) reuirescere, & fructus producere fecerit, ciathumque hunc meum musto ex sacramento hoc expresso valeam replete. Mirum; statim fronduit vitis, vuas protulit, & sancti viri miraculis plenam fidem conciliauit. Huius miraculi non vna sit mentio in sancti viri officio, quod recitant Minores.

Iuridicus sancti viri miracula puniatur. Irritit etiam clanculum quædam ex sancti viri miraculis Guidoetus de Anquillaria clericus, Patauini Episcopi domesticus, dum constitutus coram Pontificis commissariis audiebat multos, qui recepta beneficia, & circa se facta miracula iuridice deponebant. Non id fecit impune, nam repentina motu toto cœpit corpore adeo vehementer dolere, vt in apertas voces irrumperet, dignum erga se Dei iudicium propalans. Vocatum ad se matrem rogauit vt quoniam se indignum iudicabat, qui coram sancto baiulatus apparet, illa ad tumulum eius sceleris veniam exoraret, & pro filio sponderet dignam exhibendam pro crimen pœnitentiam. Fecit, & exortaue, statim enim ad supplicantis matris lachrymas remissum est piaculum filio, & laxatum supplicium. Accepti beneficij ille non immeinor plus omnibus deinceps institit sancti viri laudibus & canonizationi.

Nonfrugales flumines. Viri simul & mulieres numero ferme viginti sex vt Venerias tenderent, nauem apud sanctum Hilarium conscenderunt, cumque hora completorij ad lacunam iuxta sanctum Georgium de Alega peruenissent, orta tempestate grauissima ad locum prædictum refugere conabantur. Præualecente autem turbine conquassati, ad incognita sibi protus loca delati sunt, nam caligo quædam simul cum vento & pluvia ita spilla desuper incumbebat, vt se inuicem vix videntes, de salute penitus desperarent; facta denique confessione peccaminum, & à sacerdote, qui intererat, absolutione suscepserunt cum clamoribus & lachrymis vulnentes, Deo & B. Antonio suppliciter deuouerunt, statimque autem facto voto circa nauem procella quieuit, incubentibus tamen tenebris vbi forent, vel quo tenderent, nemo præsentium recognouit. Et ecce de naui ipsa lux egressa resplenduit, quæ nauigantes & collachrymantes præ letitia præcedebat, & eosdem ad locum S. Marci paruuli iuxta Venetas saluos duxit, quod cum patris sanctissimi meritis de manu mortis etuti peruenissent, mox præambulum ab eorum oculis lumen dissipavit, & in tuto positis ducatum ultra subterxit.

Mirum & tamquam quod sequitur. Mulier quædam de Monte Silice iter faciens versus Paduam cum viro suo, comitantibus eam mulieribus aliis præconceptam mentis suæ letitiam verbis & letis gestibus ostendebat; maritus enim nuper ante promiserat, quod ad sancti Iacobi visitanda limina ipsam secum duceret, vt petebat. Volens igitur iocunditatem eius & gesticulationes pariter temperare, mulier dixit; quid tot verbis & risibus leta diffuis, ac spe vanâ decepta gestu solueris importuno? Scias me omnino mutasse propositum, & nequaquam, quo tu properas profecturum. Cumque maritus verbis eiusmodi valde eam exasperando perstisset; post longa tandem silentia mutato vultu

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 23.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 25.
<i>mulier intulit obiurganti, nisi promissum mihi peregrinationis iter opere compleueris, noueris me in nomine Iesu Christi, ac beati Antonij aquis illis, quæ præterfluent submergendam. At illo nequaquam fidem adhibens verbis eius, qui potius obfirmata facie stultam vocans, promissum soluerat constantius denegabat. Sublata ergo fiducia, ac spe omni frustrata iudicata mulier, manus in se conuertit, ac boasi Antonij nomine inuocato (quasi etiam sceleri sanctum velit adesse) se præcipitem aquis dedit: videntes autem mulieres, quæ adorant modi fluctibus voluntatem, stupefactæ nimis cursu rapido adiuolabant, & periculi rapidi fluminis oblitæ, madefactæ totis vestibus, aquis extraqubus obvolutam. Quam, cum educta ficeret, in littore collocauere, mirumque, mulieribus ceteris con-torquentibus vestes suas, & aquarum copiam educerentibus, ipsa quidem nra. b. subregmatis humefacta, super ripam fluminis inuecta est. Quod sane factum etsi fatuitatè potius sit adscribendum, quam virtuti, patris ramen sanctissimi hæc apud Deum merita potuerunt obtinere ut qui verè semper simplicitatis amicus exstitit, simplicitatem, & genitatem, liceret stultam, mediis fluctibus conseruaret illæsam.</i>			
X.I.	Soror quædam ancillaris de ordine pauperum dominarum, Oliua nomine, cum adhuc patris sanctissimi corpus existet in sepulcum, accessus supplex, & deosculans manus eius inter cetera, quæ rogauit indulgeri sibi meritis eius petiit, ut pœnam omnem, quam peccatis exigentibus meruisset, in præsenti sibi Deus infligeret, nec puniendum quidpiam in posterum reserarer. Oratione vero facta monasterium mulier subiit, moxque per omnino corpus dolore validissimo cruciata præ immensitate doloris semetipsum ferre non valuit, sed sorores, ceteras, stridoribus adinodum perturbauit. Resumpta vero paululum valetudine ceterorum die sequenti, cum sororibus ceteris simul ipsa refectorium clanculum subinterviebat, & ad mensam cum aliis constituta, iteratis cœpit subito doloribus perurgesi, ita quod nequequam cibum sumeret, sed parturientis more super mensam hue illucque se volueret, & solaramarit. Iubente igitur Abbatissa ad valetudinarium delata est, & quæ sibi votis omnibus in præsenti pœnam infligi poposcerat, multiplicatis precibus ab eodem remedia flagitabat. Tandem autem terminosca mulier, quandam apud se tunicæ sancti particulam habere reconditam, mox allata sibi super corpus dicens applicuit, & confessum dator omnis abscessit.	<i>Immissio & remissio in- formisca vo- lentes.</i>	
X.II.	Mulier quædam de Trimegone nibil tam desiderabat, quam sub morte eius visitare sepulchrum, quod tot miraculis audierat condecorari. At non poterat à fratribus suis constituta messis tempore custos agelli, ut abigeret passum aliarumque volucrum copiam frequentem. Dam ad urbem ire cuperet, fratres autem timeret magna fiducia clavis oculis in cœlum, inquit: Sancte Antoni, si tu ab hac segete profugaueris volucres, illes antequam custodiens, ita ut ego non patiar à fratribus, youco & promitto me nouies sepulchrum tuum gloriosum visitaturam. Non omnino dixit, quando magno garritu auilarunt avium multæ agmina, neque illa in agellum aduelavit, nisi post reconditum frumentum.	<i>Abigis è se- gete volucres.</i>	
X.III.	Puerum quendam Parauinum, Henricum nominem, collum dolentem nimio tumor, mater voulit affecte ad sancti viti tumulum, & donarium offerre effigiei cereæ cum magna candela modo conualeceret. Fecit illa, ex parte conualuit filius, sed dum auare teneret, quam promisit candelam, paulo post eodem turget adolescentis malo; cui non aliud quam voti solutionem adhibuit remedium, ut optata frueretur valetudine, quam statim est asecuratus. Bartholomæus miles de campo rotundo, filiam graui calculo dire dolentem, emisso voto de visitando & adorando Sancti Antonij sepulchro, statim sanam accepit.	<i>Voto oblinio- pubuitur.</i>	
X.IV.	Letis tot ac tantis viri Dei miraculis, & acclamante vniuerso populo eius sanctitatem, in Ecclesia Cathedrali Spoletana surgens à solio Pontifex, inuocato nomine deficere Trinitatis beatissimum Patrem Antonium sanctorum catalogo conscripsit, & festum obitus diem haberi constituit, concedens omnibus vere pœnitentibus & confessis, sepulchrum eius in die festivitatis, aut per octavas quotannis cum debita reverentia visitantibus relaxationem vnius anni de iniuncta sibi pœnitentia. Statim omnes Prelati hymnum: <i>Te Deum laudamus cantarunt</i> , quo terminato Pontifex alia voce antiphonam illam <i>O Doctor optime</i> , intonauit, quam clerici vniuersus magno modulamine prosecutus est, Papa versiculum, & orationem concidente. Deinde post dies paucos per suas litteras	<i>Canonizatio- s. Antonius.</i>	

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI I I. IMPER. ANNO 23.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 25.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	----------------------------------

datas 3. Nonas Iulij intimauit omnibus Ecclesiarum prælatis huiusmodi factam canonizationem, hortatusque est omnes ad sancti viti cultum. Plura diplomata huius vidi apostolis in solo subscriptionis die discrepantia: cum enim multa transmitti oportet, nec uno scriebantur aut dabantur die, diversi temporis præferunt notas, ut in aliis Pontificiis literis sepius per hoc opus obseruauit. Horum exemplar habetur in regesto Vaticano num. 12. sub Kalen. Iulij, & totius rei gestæ seriem descriptione rōve originalem inter vetera tabularia Anagniæ repertam, seruari Romæ in Vaticano ex mandato sanctissimi Domini Gregorij XII I. sibi retulisse Reuerendissimum D. Calligarium Brittono-Rodul. cit. scribit Rodulphus, quam tamen ego non potui detegere. Bullam autem subiici.

*Gregorius Episcopus seruus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepisco-
pis, & Episcopis: dilectis filiis Abbatibus, Prioribus & aliis
Ecclesiarum Prælatis, presentem paginam inspe-
cturi, salutem & Apostolicam
benedictionem.*

- Soph. 3.8. [Cum dicat Dominus per Prophetam: *dabo vos sanctū populus in laudem & gloriam &*
 Mat. 13.43. *honorem; & per se pollicetur, quod iusti sicut sol in conspectu Dei fulgebant,* pius & iustum
 est, vt, quos Deus merito sanctitatis coronat & honorat in cœlis, nos venerationis officio
 laudemus, & glorificemus in terris; cum ipse potius laudetur & glorificetur in illis, qui
 Dan. 1.16. *est laudabilis & gloriósus in seculo, & in sanctis.* Ut enim suæ virtutis potentiam mirabili-
Sanctos ho-
nores Deus. ter manifestet, & nostræ salutis causam misericorditer operetur: fideles suos quos semper
 Joan. 14.6. coronat in cœlo, frequenter etiam honorat in seculo, ad corona memorias signa faciens
 & prodigia, per quæ prauitas confundatur hæretica, & fides catholica confirmetur: fi-
 deles, mortis corpore discussio, ad boni operis excitentur instantiam, hæretici depulsa in
 qua iacent cæcitatibus caligine, ab iniuia reducantur ad viam; & Iudzi atque Pagani vero lu-
 mine cognito currant ad Christum lucem, viam, veritatem & vitam. Vnde nos charissimi,
 & si non quantas debemus, quantas possumus, gratias agimus gratiarum omnium
 largitori: quod diebus nostris, ad confirmationem Catholicæ fidei, & ad confessionem
 hæreticæ prauitatis, evidenter innouat signa, & miracula potenter immutat; faciens il-
 los coruscare miraculis, qui fidem Catholicam, tam corde quam ore, nec non & opere
S. Antonius mi-
miraculæ. roborant. De quorum numero, sanctæ memorie beatus Antonius, de Ordine fra-
 trum Minorum: qui olim degens in seculo magnis pollebat meritis, nunc viuens in cœ-
 lo, multis coruscat miraculis, vt eius sanctitas certis indicis comprobetur. Cum enim du-
 dum venerabilis frater noster Episcopus & dilecti filii, Potestas & commune Paduanorum
 nobis per nuncios suos & literas humiliter supplicassent, vt cum Dominus eidem
 sancto tantam contulerit gloriam, vt ad dandam scientiam primæ stolæ immortalis ipsius,
 & experimentum euidens de secunda; sepulchrum eius tot & tantis daret coruscare mi-
 taculis, quod eius inter alios sanctos non inuocari suffragia, est indignum; de ipsis mira-
 culis testes recipi mandaremus: nos attendentes, quod licet ad hoc, vt aliquis sanctus
 sit apud Deum in Ecclesia triumphante, sola sufficiat finalis perseverantia iuxta illud:
 Apoc. 1.10. *Este fidelis usque ad mortem, & dabo sibi coronam vite;* ad hoc tamen vt sanctus habeatur
Ad canone-
zandum que-
guiracum. apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas si-
 gnorum, merita videlicet, & miracula: vt hæc & illa sibi ad inuicem contestentur, cum
 nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plene sufficient, ad perhibendum in-
 ter homines testimonium sanctitati. Sed cum merita sana præcedunt, & clara succedunt
 miracula, certum præbent indicium sanctitatis: vt nos ad ipsius venerationem inducant,
 quem Deus ex meritis præcedentibus, & signis subsequentibus exhibit venerandum:
 Mar. 16.10. *Mari autem profecti predicauerunt ubi-*
Qui exami-
naturi mi-
leictis filiis, fratri Jordano sancti Benedicti, & I. sancti Augustini, Prioribus Ordinis fra-
racula S.
Antony. *trum Prædicatorum Paduanorum receptionem testimoniū de miraculis eiusdem sancti, du-*
Nosus Pon-
ximus committendum. Nuper autem tam per relationem prædictorum Episcopi & Prio-
rūrum.

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 23.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 25.
<p>rum, quam per depositiones testium super hoc receptorum, de ipsius virtutibus & miraculorum insigniis certiores effecti, & experti aliquando per nos ipsos sanctitatem vitæ, & admirabilem conuersationem ipsius; ut pote qui apud nos fuit aliquandiu laudabiliter conuersatus: eisdem Episcopo, Potestate ac Commune, prædictis, per solemnes nuncios suos, & litteras, nobis cum instantia denuo supplicantibus: quod eundem fratrem sanctorum cathalogo adscribere curaremus: ut auctoritate (sicut conuenit) Apostolica dignus honor illi exhiberetur in terris, qui sicut claris signis, & evidentibus argumentis apparet, honoratur in celis: ipsum, qui corporaliter dissolutus cum Christo esse meruit in cœlestibus, ne illius honori, & debito, & gloria detrahente quodammodo videremur, si glorificatum à Domino permitteremus ulterius huinana deuotione priuari: de Fratrum nostrorum consilio, & prælatorum oratione tunc apud Sodem Apostolicam existentium, cathalogo sanctorum duximus adscribendum. Cùm igitur secundum Evangelicam veritatem, <i>nemo accendat lucernam, & ponat eam sub medio, sed super candelabrum, ut omnes qui in domo sunt, lumen videant, & prædicti sancti lucerna fieri solet hactenus in hoc mundo,</i> quod per Dei gratiam, iam non sub medio, sed super candelabrum meruerit collocari: vniuersitatem vestram rogamus, monemus atque oportemus; & hortamur per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus deuotionem fidelium, ad venerationem ipsius salubriter excitantes, festiuicet ipius Iudib⁹ Iunij, annis singulis celebretis, & faciatis solemniter celebrari: ut eiusdem precibus Dominus exoratus, gratiam in presenti, & gloriam nobis tribuat in futuro. Nos autem cupientes sepulchrum tam⁹ Confessoris, qui miraculorum fulgoribus illustrat Ecclesiam generalem, congruis honoribus frequenter omnibus vete penitentibus & confessis, illud in festiuicet ipius usque ad octauum diom, annis singulis cum reverentia debita visitantibus; de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, annum unum de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Spoleti 3. Nonas Iunij Pontificatus nostri anno sexto.]</p>			

V. Ea autem die, qua in sanctos relatus est vir Dei, res stupenda accidit Vlysoniæ. Nam & virti & scemioz extra domos in plateis cantabant, & tripudiabant, & campanæ omnes totius ciuitatis, nullo eas mouente, concrepabant egregie; nec poterant se homines cohibere, quin se letitiez & tripudiis darent. Ea autem se in thuleam illis admirationem adductis, non diu post superuenere ex Italia fratres, quorum relatu didicerunt, ipso die in usitate letitiez suæ, virum beatum in Sanctorum albo in scriptum fuisse. Lonomera & magna sunt mirabilia, quibus Deus sanctum voluit glorificare: adeo frequentia & perpetua ubique Antonij miracula, ut in uno perpetuo hæcere miraculo videatur, mirabiliusque in illo foret à miraculis cessare, quam operari. Rebus mirifice gestis adeo nobilitatus est, ut interdum non ad necessitatem, sed ad iucunditatem (ut de sancti viri patre B. Francisco quidam dixit) præsens Dei auxilium ei oblatum videretur. Plura præter relata sunt admirabilia viri opera, quæ in sequentes differimus annos, ne lectorem tot miraculorum profluuius obruere videamus. Solum hic adiungimus ex Abrahamo Bzouio Antonij Quarengi viri præstantissimi Patavini hymnum, quem suæ verbis cecinit tutelati.

Dignus ad astra vocibus
Laudes feramus Maximi
Antoni, & verbis inclitem
Nostra canamus gloriam.
Hic ille natus ultimus
Tagi qui ad undas nobili
Domo, paternis communis
Mendicantes presulit.
Quis Christi amore fasciis
In mille se discrimina
Consecrit, ut celestis
Choro adduceret martyrum.

*Conceduntur
Indulgentias
visitantibus
sepulchrum.*

*Guerner. de
sanctis verbis
Bergomac.
fol. 131.*

DIVO ANTONIO PATAVINO CONFESS. SACRVM.

ANNO CHRISTI
1232.

GREGORII IX.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 23.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 25.

*Hic singulari preditus
Lingua eloquentia munere
Quacumque adiuit urbium . . .
Mores fuganis improbos.
Orci fuganis agmina . . .
Infanda, & agris artibus
Salubre robur iudicat
Paceisque in orbem retulit.
O nostra felix civitas.
In qua supremū vocibus
Confessor almea clamat
Et sancta membra condidit.
Sit Trinitatis gloria,
Semperque Patri, & Filio
Similique Sancto flammā
In seculorum secula.*

*Qui sancti
viri vites
scripserunt.* Sancti viri historiara plures scripserunt, quos Rodulphus ita recenset. B. Ioannes Pe-
chanus Archiepiscopus Cantuarieensis, Et. Ioannes Cremonensis, Minister Provincie San-
cti Antonij, Fr. Matthaeus Pedicularius, Lector Provincie Bononiæ, Fr. Raymundus Le-
ctor Paduz, Frat. Bartholomeus Otdinensis Prædicatorum. Scriptis quoque vitam eius qui-
dam suppresso nomine, anno 1316, quæ fuit approbata à Frat. Jacobo Sauri, Ministro Pro-
vincie Sancti Antonij, & à toto capitulo Verona habito: vbi causum est à Patribus, ut
per totum Ordinem haberetur & logetur. Hæc an sic quam Laurentius Surius excri-
psit, & Sedulius in sua historia Seraphica in capita disparavit, opinari licet, grauius à quo-
dam Franciscano scriptam testatur Surius, licet eam in stylo non nihil mutarit. Firma-
mentum triu[m] ordinum, è memoriali ordinis par. 1. vbi de decimo Generali Hierony-
mo ab Escula scribitur, refert iussu illius Generalis vitam Sancti Antonij scriptam. Præ-
ter hos alij etiam præclare de vita & miraculis eius, multa posteritati tradiderunt: Vin-
centius Beluacensis ex Ordine Prædicatorum, Histor. Spec. lib. 3. cap. 13. Antonius Ar-
chiepiscopus Florent. Histor. par. 3. tit. 24. cap. 3. Bartholomaeus Pisanus ex Ordine fra-
trum Minorum, lib. Conform. confor. 8. Pet. Rodolph. Episc. Senogall. lib. 1. Seraph. Re-
ligionis. Large & diffuse scriptam, duobus libris distinctam Italico edidit sermone San-
cti Antonij historiam Hippolytus de Ponte Minorita Conuentualis anno 1532. Eadem
à ceteris distinctam M. S. ante ducentos annos ab Anonymo authore exarata in nostra
hac habebo bibliotheca, quam sepius in testem voco. Conclaves de eo habuere, quæ
posterioris prostant Sanctus Bonaventura, Gullielmus Pepio. Ordin. Prædicat. Robertus
à Licio, & Pelbartus à Temesvyr, præter alias inumeros cum veterustiores, tum re-
centiores.

*Quomodo
pingitur.
Quare cum
libro & pisco?* Varie pingitur; aliquando sinistra librum habens: quia *Arca Testamenti & sacramentum XVII.*
Scripturarum armarium audivit à Gregorio P.P. Non docto iuxta atque sancto Pontifice.
*Cum illi cum
pueris?* Super librum pisces habet; cuius duplex ratio. altera quod mercator auro plenam cru-
menam, à pisce deglutitam, Sancti interuentu, capto pisce receperit, ut Polbatus à Te-
mesvyr commemorat. altera quod cum hæretici conciones eius contemnerent, piscibus
copiose confluentibus, in suggillationem hæreticorum concionatus sit, audientiam mi-
randum in modum præbentibus. Puerum etiam frequentius super librum eius adpin-
gunt: cuius item est ratio duplex, prior quod vir Sanctus visus sit nocte puerum Iesum
fuisse complexus & osculatus, ut alias dixi; posterior: cum quidam puerum occisum in
parentum beati viri horto sepelissent; atque illi tanquam interfectores in carcерem fuis-
sente derelisi, vir sanctus resuscitatum puerum testari fecit, se non occisum ab eius paren-
tibus. Alia dextra depingitur calicem cum hostia gestare, sive Tabernaculum S. Eucha-
ristiarum, sive etiam formam consecratæ hostiæ, quam flexis poplitibus mulus adorat. Nam
hæreticis, præsentiam corporis Christi in Eucharistia negantibus: ad fidem catholicam
reducendis, irrationale atque stupidum animal Eucharistiam stupendo miraculo adora-
re fecit. Quod scapum cum liliis dextra nonnulli gestantem pingunt, id in argumentum
castigationis

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 22.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 25.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

castimoniz & puritatis, etiam aliis diuis commune est. Veteras vidi imagines multas, in quibus super librum aliquando ad pectus adpingebatur cor flammecum, qua id de causa? nescio, nisi fortassis ex errore & aequiuocatione nominis, Sancti Antonij Abbatis insigne vel symbolum huic tribuatur, illi enim tribuunt Erysipelam, seu sacram ignem, atque ab eo denominant ignem Sancti Antonij, unde cor flammis ardens (nam & statim ad cor ignis morbus ascendit) ei pro signo tribuunt. An ex hoc errore cor adpingatur Antonio etiam Patauino, vel pictura hac voluerint veteri illi pictores significare miraculum, quo sanctus Antonius indicauit calescens auari defuncti cor inueniendum inter eius pecunias; non mihi sane compertum, quantumvis id scire à plenisque curauerim.

VIII. Mortuus circa hunc annum B. Beneuenutus Eugubinus, cuius nominis alij tres viri sancti floruerunt in religione. Primus quem Mantua iacere diximus; secundus, qui Recineti in Piceno claret miraculis, tertius Anconitanus ab Urbano 4. Auximorum creatus Episcopus. Omnibus potior hic in quibusque sestandis virtutibus, quas alias enarravimus, & in perpetrandis miraculis, quorum vnum aut alterum subiicimus. Corneti (Apulia oppidum est; in quo sanctus Franciscus puerum ostennem Bartholomazum nomine ingenti pondere oppressum & lethali ostij cuiusdam pergrandis collisione quassatum, quasi à somno suscitatum liberavit) ubi apud Minores iacet, Amillina Cornetana tuto corpore leprosa, cuius supercilia pilis penitus denudata caluebant, oculi defluente humore caligabant, vox raucosebar, & vngues è digitis cadebant, unde maximo erat omnibus horro. Dum adhuc in viuis ageret Beneuenutus cum rogauit, ut pro se deprecaretur. Ille spem dedit recuperandæ salutis, qua concepta robustiori dum mortuum in feretro miracula operari audiret, accedens manum eius suæ faciei apposuit, quo compendioso remedio salua recessit. Torta Cornetana tibiarum contractionem passa, ac doloris angustia amens effecta meritis sancti viri est liberata. Gullielmus Forzedis tribus diebus per noctans ad eius sepulchrum à graui corporis dolore liber evasit. Duos mortuos suscitauit, duos moribundos salute donavit, epylepticos quatuor, leprosos duos, contractos & aridos septem, demoniacos duos, cæcos tres curauit, surdos tres audire, mutum vnum loquunt fecit, hydropticis & inflatis duobus sanitatem indulxit. Ab aliis infirmitatibus duos, à squinantia vnum liberavit, mulierem grauiter in manibus ulceratam, aposternaticos, & gutta arterica laborantes plures sanauit. Deperditam pecuniam fratri Ioauni monacho nigro ei apparentis restituit; fratrem Aggidium Minoritam à carnis tentatione apparens etiam & præcinctorio lumbos restringens liberavit. Multa quoque, & hæc quidem insignia, miracula fecit, quæ velle in præsentia recensere, longum esset & operosum. Propter crebra, quæ ad eius inuocationem fiebant, communi nomine illius regionis populi suos Oratores miscerunt ad Pontificem, ut de miraculo viro eanonizando agi iuberet. Scriptis ille ann. 10. sui pontificatus, & Christi 1236. ad Episcopos Melfien. Melfien. & Venuſinum, ut de veritate miraculorum inquirerent. Literas ipsas damus ex Vaticano. num. 2.

G R E G O R I V S , &c.

Melfiensi, Melfien. & Venuſino Episcopis, &c.

XIX. [Mirabilis Deus in sanctis suis, ut suæ virtutis potentiam mirabiliter manifestet, & salutis nostræ causam misericorditer operetur, fideles suos quos semper coronat in celo, in mundo etiam frequenter honorat, ad eorum memorias signa faciens & prodigia, per quæ prauitas confundatur heretica & fides catholica confirmetur. Nos ergo quantas possumus, et si non quantas debemus Omnipotenti Deo gratiarum referimus actiones, qui in diebus nostris ad confirmationem Catholicæ fidei & confusionem hereticæ prauitatis euidenter innouat signa & mirabilia potenter imminutat faciens illos coruscare miraculis, qui fidem catholicam, tam corde, quam ore, nec non & opere renuetunt. Sicut enim dilecti filii Clerus & populus Cornetanus nobis per dilectum filium Balsatum Diaconum, & Iacobum iudicem nuncios suos & literas intimarunt, & quorundam Episcoporum ac religiosorum presentaræ nobis litteræ continebant, Dominus tantam piz inem. fratri Beneuenuto gloriam contulit, quod sepulchrum eius tot & tantis dat coruscare miraculis, ut inter alios sanctos eius non inuocati suffragia, est indignum. Quare nobis humilietur supplicarū, ut super miraculis, quæ per eum Dominus operatur, testimonia recipi facheremus. Verum

*Ecclesiastici
iubentur.**vnde origo
flamme ignis
adprægredi.**B. Beneuenutus.
Eugubinus.
Rodolph. f. s.
c. 9.
Marijan. c. 9.
Marc. lib. 1.**c. 9.**Ab. 1130. n.**18.**Sancti Iepro-
sam.**sancti Iepro-
sam.**miracula.*

ANNO CHRISTI
1232.

GREGORII IX.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 22.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 25.

Vetum quia in tam sancto negotio non est nisi maturitate & grauitate praevia procedendum, de discretione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus ad cunctis vobis virtutis religiosis, & Deum clementibus de virtute morum, & veritate signorum, operibus videlicet & miraculis, diligentissime inquirentes depositiones testium receptorum sub sigillis vestris seruetis inclusas ut cum a nobis fueritis requisiti eas ad Sedem Apostolicam fideliter transmiseratis, quod si omnes &c. Datum Viterbij 8, Kalen. Aprilis anno decimo.]

*De ex cele-
brari in tri-
bus episcopate-
tibus.
Marian. cit.* Non segniter in opus incubuerunt Episcopi, sed temporis turbulentia, & rerum mag- nitudinem agendarum pondus fecerunt ut differretur vltior de hac re tractatus. Interim concessum a Pontifice (teste Mariano) ut in tribus vicinis episcopatibus eius celebraretur festum, & de eo diuinum recitaretur officium.

*Rodul. f. 15.
Marian. c. 7.
D. Lucidus.
B. Bentivol.* Floruerunt etiam tunc alij præclarissimi & sanctissimi viri, præcipue in prouincia Mar- XX. chiz. Inter hos clarus erat frater Lucidus Antiquior, propter alium eiusdem nominis iu- niorem, ita cognominatus, qui charitate in proximos incredibili flagrabat, & magna per- fulsit sanctitate. Continua verbi Dei prædicatione & catechizandi rudes, infatigabili la- bore multos ad rectam viuendi rationem perduxit. Illo clarior alius Bentiuoglia, seu Bentiuolius ex S. Seuerino Picenus, nobili ortus genere. Pater Gitaldus vir generosus, mater Albasia, quoniam ob sterilitatem & deformitatem perræsus maritus neglexit, a thoro & mensa separauit. Accidit ut per id temporis dæmoniacus in eadem S. Seuerini adduceretur, in qua dum Albasia cum plerisque loquaculum muliebriter admiraretur, & curiosus exaudiens ad plura respondentem, ex circumstantibus fuit, qui interrogaret quid de ea esset fu- turum? Indignanter ille acclamauit: Propediem reconciliata viro pariet præter alios, filium mira sanctitatis. Sicque factum est, namque duas ex ea suscepit filias Palmam & Pacificam, quæ in monasterio sancti Salvatoris pauperum Dominicarum seu Clarissarum, vitam egerunt religiosissimam; & filios quatuor Bentiuolum, Bonauenturam, Antonium & Bonaspene, quorum priores tres euaserunt Minores, quartus Bonaspene, quamuis ei animo esset Prædicatorum institutum, vxoria cupidine vicitus nupsit, & filios genuit iti- dem quatuor, quibus fratrum suorum imposuit nomina, suum autem communicauit in quarto filio in Pensabene. Nullus horum post sæculi abiit voluptatem, omnes Minoritz, Sacerdotes, & optimi facti sunt concionatores. Ut vero istius fieret instituti Bentiuolius, & Palma soror transiret ad Clarissas, in causa fuit B. Paulus Spoletinus, vna enim ignita concione verumque conuerit.

*B. Massi-
euinatus.
Bentivolij clu-
rius in le-
prosum.
plura eius
miracula.* Item ille alium conuerit concuem Massiūm Seuerinatem, maioris ædis præbenda- XXI. rium; dum enim ex frequenti, quam patiebatur extasi totus hæceret in aëre inter nemora prope monasterium, forte hominem vidit Massiūs, cuius spiritum vehementem in Deo amando genuflexus veteratus, proposuit eum imitari in codice instituto. Gerebat hic Béti- volius curam miselli leprosi in loco Trabe Bonati Custodiaz Camerini, sed ex obedientiæ præcepto oportebat abire in montem sancti Vintini. Nolebat ille leprosum derelinque- re, miseri & inedia alias perituraui; quare sublatum in humeros, adeo brevi interieco temporis spatio, a crepusculo scilicet aurore usque ad Solis ortum, ad prædictum mótem per quindecim milliaria distancem, perduxit. Miram hanc transmigrationem narravit eius præceptor Paulus Spoletinus, qui in dicto monte asperam ducebat vitam, D. Fratri Leoni Archiepiscopo Mediolanensi, qui rem scriptis commendauit. Neque solum hoc perpetrauit miraculum; Domina Ritamia nobilis matrona Sanseuerinas multis pressa doloribus, gustu destituta, cum in extremis laborare se crederet, signo crucis super eam per Bentiuolum facta, ab omni pena immunis eualit. Obiit tandem miraculis clarus in loco S. Seuerini, ad cuius cadaver contrectandum cum vndeque populi accurrerent, multi infirmi salutem, surdi auditum, cæci visum, paralyticai aliquot membrorum vigorem mirabi- li ter receperunt.

*B. Iacobus
laicus.
Mariaa. cit.* Iacobus laicus è ciuitate Noua in eadem prouincia oriundus, cum in culina aliisque humilitatis ministeriis deseruiret, mira Dei gratia repletus inter ollas & patellas in cœle- stium contemplatione immobilis per horas integras hæcerat. Non satis ad appetitum tan- to fruebatur gustu, rogauit proinde Guardianū, ut culinæ liberaret molestiis, vellet enim plus temporis superesse orationi. Fecit, quod petiit, Guardianus, sed non sine illius detri- mento, perdidit namque vnuersam dulcedinem & fructum, quem in oratione antea per- cipiebat. Rediit itaque ad superiorē multis lachrymis exorans ut ad pristinum reduceret

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

statum, ad quem ut rediit, quam amiserat gratiam, recuperavit. Nocte quadam Natiuitatis Dominicæ præmaturè cibum omnem decoxit, ut sanctæ communioni, diuinis officiis, & diuturniori orationi in tâ solemani vacare posset solemnitate. Dum per aliquot horas in Ecclesiæ angulo latitaret, abiit Guardianus in coquinam, sollicitius illo atten-dens die laxiori aliquantulum fratrum refæctioni susque deque omnia euersa reperit, ollam confractam, carnes à felibus semiescas. Perquisitum locum & in Ecclesiâ inuentum, reprehendit ob tantam incuriam. Abiit ille in culinam, factam videns nec tempus superesse, ut prandio quidquam præparati possit, genuflexus Deum orauit, ut in illa afflictione succurreret. Redierat statim omnia in locum suum, olla reintegrata, nec laetus villa fratres manducavere festiuitate. Mortuus sub constanti opinione sanctiratis, creptus est à presbyteris sacerdibus, & in eorundem tumulatus ecclesia.

XXIII. Hermannus Fulginas prouinciarum sancti Francisci vir sanctus, iacet in ecclesia Sancti Feliciani suæ patris. Miraculis viuens & mortuus resulst: Petronus Faber de castro Tréuij, dum in prædicta ecclesia ex summo laberetur fastigio super viri sancti sepulchrum, præter omnium spem vixit, sed nec malum aliquod perpessus est. Bonauentura quidam Florentinus contractus ad eius sepulchrum delatus, rectus recessit, contractam item pueram sanauit, necnon & Fulginatem quandam nomine Iugram duabus annis misere congregatam. Multa alia operatus est mirabilia & corpus eius post annos plurimos exhumatum in altare translatum. Circa hoc etiam tempus duos ex Francisci sociis Gueliolum de Anglia & Barbarum Assisiensem mortuos ait Marianus, quorum primum tamen ex scheda antiqua conuentus Portiunculæ potius obiisse anno 1230. & secundum anno 1219. si huiusmodi schedis facile credendum foret, dixisset. De utroque breviter egimus anno 1209. & 1212. neque hic plura occurunt, quæ subnectamus.

XXIV. Frater Tentialbene vir sanctissimus & perdilectus socius discipulusque beati fratris Iuniperi, in Ecclesia sanctæ Illuminatæ, Custodice Tudertino, & prouincia S. Francisci requiescit. Raro in gradu magnas assecutus est virtutes, præcipue obedientia & patientia. Si quis toto verberaret die, nec missaret, neque aliquando quidquam ei præceptum, quin celeriter adimpleret. Ea exercitabatur arte in patientia antequam Iuniperi foret socius, ut transmittretur ad illa loca, ubi res magis turbulentæ, & aduersæ, quas summa cerebat æquanimitate. In hoc genere virtutum sumimus eas, ita ut præcipui pletaris proceres haberent in eo quod admirarentur & commendarent. Plura per eius merita operatus Deus mirabilia. Fr. Damianus Tudertinus vir, pius hominis facta recensuit, inter cetera, ait, se præsente adductum quendam utroque orbatum lumine, quem sanum reddidit frater Tentialbene uno facto crucis signo; eodem item modo sanasse paralyticum, necnon iuuenem brachiis & manibus valde dolentem.

XXV. Hominem valde dilexit frater Iuniperus, cuius alibi, quam scum tunc degentis, cum mortem exceperisset validis clamoribus omnia replens, sapius lingua patria repetebat: *Non è or mai più bene al mondo, doppo che mors tal huomo, come questo. videlicet. Nihil boni est amplius in mundo, postquam talis homo decepsit, & arripiens petracam, pro peregrino illo more suo culinam ingressus, obvia quæque infringere coepit, dicens: abeat, inquit, in ruinam vniuersus mundus post tanti hominis mortem; ut quid amplius edamus aut bibamus, sed moriamur cum eo. Nili nouissim ego concitando in me fratres, meque tanquam insanum a se electuros, ad locum sepulchri mei fratris Tentialbene protinus item, & sanctum illud caput, virtutum omnium seminarium in duas partes diuidarem, atque in una manducarem, ex altera epotarem. Credite, inquit, mihi fratres, perfectæ virtutis fratrem amissimus, sed bonum patrem & sequstrum in cælis obtinuimus.*

XXVI. Non importune hic quædam de ipso adiecerimus Iunipero, præter ea, quæ supra iam dedimus. Inuidit hominis candidatæ vita & miræ pierati dæmon, cui vel ipsum Iuniperi nomen inuisum, struxit ergo ei crudeles insidias, quibus illum tolleret è medio. In agris Romanis græstabatur magna tyrannide ingens prædo, Nicolaus nomine, fortis viribus, munito castro impetratus, & optimi equi velocitate confisus. In spectro nocturno ei persuasum fraterculum quendam ueste lacera cito in castrum venturum, qui

B. Hermannus Fulgines. Marian. cit. Rodul. fol. 107.

B. Tentialbene. Marian. cit. Rodul. fol. 130.

Impense 120 dilesx B. Iu- niperus.

A. 1210.

Strut. D. 1.

bols. 1210.

ara. 5 1210.

pera.

Marian. l. 1.

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

vel ipsum Dominum, vel eorum summe charum subula confodiat. Expergefactus somnium non omnino neglexit, sed anxius expendit, cum superueniens in agricola specie diabolus plenam ei rei fidem impressit, qua nocturnas species corroborauit. Dixit se in agro hominem allocutum, qui ut minus sollicitos de proditione castrenses redderet, adueniebat ueste mentita sub paupercula lacerna, subtus vero proditoria arma gestare, subulam videlicet qua confodiat, & ignitabulum quo castrum incendar. Dum de sua morte & castro conflagratione dormiens & vigilans monetur, sibi cauet, per vias omnes custodes distribuit, qui proditorem ex signo cognitum ad se trahant. Incidit candide nihil mali premeditatus, in illorum manus Iuniperus, nullum tunc habens socium à morte beati Tentialbene, sub cuius lacernula inuenierunt quæ dæmon præmonuit, nam ad sandalia resarcienda semper subulam pauperis more, & ad ignem excutiendum, silicem, suscitabulum, & igniarium circumferebat. Compertis signis feraliter rapitur ad Tyrannum, qui ex spectro nocturno cognitum, iussit absque mora torqueri in equuleo. In tormentis dum interrogatur quis esset & respondit se maximum esse peccatorem. Dum ultra percunctarentur, an cogitauerit de castro prodendo? dicebat scelestissimum se esse proditorem. Deinde si subula illa intenderet castri Domino vitam eripere? addebat, atque hæc & peiora se facturum si malo suo genio à Domino derelinqueretur. Ut expressius quidpiam fateretur, vel à quo missus sit, indicaret fortius stringitur in tormentis, in quibus illa sola eius vox; Laudetur Dominus Iesus Christus. Nihil tandem extorquentes ex equuleo deponuot, & semianimem in terra iacentem, denuo de supradictis interrogant, quibus eadem repeatebat. Nihil itaque confitentem novo tormenti genere afficiunt in capite fortiter circumductis ad tempora funiculis. Nec sic amplius quidpiam dixit, quare tandem morti adiudicatur, in patibulo suspendendus, eo ducentus ad equi caudam super plaustrum. Dum duceretur alacriter Deum laudabat, & stimulos qua poterat arte, addebat caballo, ut velocius accederet ad locum supplicij. Forte fortuna prætereuntem cognovit quædam muliercula, quæ festina ad cœnobium fratrum extra castrum perrexit admonitura ingentis periculi Iuniperi. Superuenit etiam aliis petiturus à Guardiano confessarium, qui proditorem ad bene moriendum excitaret. Abierunt confessum duo ex fratribus, qui Iuniperum agnouerunt amoto velamine, quo iam suspendendi faciem contexerant. Petierunt ut differret executio latæ sententiae donec dominum informarent, cui dum rem narrarent, hominemque incusatent, quod perfectissimum fratrem & sanctissimum virum voluerit interficere; totus pauens & timens, inquit; vere nunc scio malorum meorum culmen explici, & Deum iuste de me vindictam sumpturum, quia hominem adeo sanctum dire tribulaui. Prophetizauit sibi malum; nam paucos post dies fœde cum aduersarij dilaniarunt, & castrum diripuerunt. Frater Iuniperus vero iis diebus, quibus apud eos commoratus est, hominem valde dilexit, sæpius visitauit, munusculis à piis viris acceptis, frequenter affecit, assuerans nullum meliorem alibi inuenisse amicum. Ille vero erubescens de facto vbi obuium habebat Iuniperum genuflexus errati veniam perebat.

*Quomodo
carni vin-
cibus tena-
tiones.*

Colloquebatur aliquando cum fratribus Aegidio, Ruffino, & Simone Assisiate de xxviii adhibendo remedio carnis tentationibus. Interrogati singuli quomodo eas effugabant, inquit Simon; dum ego considero huiusmodi peccati turpitudinem malum facile vincere appetitum. Ruffinus subiunxit, ut statim sentio malas illas suggestiones, in terram me proicio, nec inde surgo, aut ab oratione recedo, quousque per Dei auxilium & virginis intercessionem, quorum opem imploro, me præsentio liberatum. Addidit vero Iuniperus; eo se occurrere remedio; cum in burgo castri præsentio huiusmodi persistentes tumultus, illico cordis ostium claudio, & obfirmo piis meditationibus, & obuallo animæ fortalitium melioribus desideriis: quando itaque malæ suggestiones ad cordis ostium accedunt, & intrare vel aliunde accedere in castellum blande contendunt, ego ab intus respondeo, ostio minime referato: Foris, foris manete, iam capta est arx, & ab aliis præuenta; recede, procul abite. Illæ itaque sic vieta & illusæ à priore illo arcis possessore profigatae ab yniuersa regione recessunt. Qui subscriptis beatus Pater Aegidius, dicens;

ego

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ego teuco cum fratre Iuniperō, quia in carnis cerramine melius pugnatur fugiendo, & occasiones præueniendo. Alias dum inter sacra audienda raperetur, factus sui compos, exclamauit, O quam speciosum, & amplum est Domini regnum in quo cum Christo gaudent Angeli, ô quam parum aut nihil pro eo lucrando operamur. Quis etiam ex primis orbis proceribus non ferret libenter quidquam molestum, aut statui indecorum, si regnum aliquod offerretur terrenum? & pro cœlesti æterno, summe delectabili molestiæ modicum, verecundiz nihil pati velimus. Cuius querelas summe iustas lachrymarum irriguo confirmauit Aegidius. Alia huius viri facta ad mortis commemorationem charrabimus.

Leo alias Francisci socius insigni florens sanctitate miras sub hoc tempore cœlestes excipiebat immisiones; quarum illa memorabilis in virginei patrocinij commendationem. Erat magna planities, & in ea species quædam iudicij mox futuri. Magna aderat hominum multitudo: Angelorum tubæ personabant; denique binæ scalæ è summo cœlo usque ad terram demissæ, altera candido colore, altera purpureo. Huic autem purpureæ imminens visibatur ex alto Christus, vultus habitu seuerero atque subirato. At Franciscus paulo infra ipsum fratres suos euocabat, ut fidentes ascenderent: Nam Dominum ita velle, eosque inuitate. Cum autem illi se per scas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto vel de decimo, alij de superioribus ac pene iam ultimis gradibus procidebant. Qua suorum clade magnopere commotus Diuus Franciscus, eos voce magna admonuit, ut ad scalam altam candidam accurerent; illic nihil fore periculi. Itaque cum ad eam accessissent, Mariam ei incumbentem videbant, quæ eos blandissime intuens, studiose etiam iuueret, exciperetque singulos, ita ut nullo negotio ad vnuin plurimi in cœlum uaserint.

Alias in visione ei apparuit sanctus Franciscus consolationem, & lenimen affens de Europæ præcipue Italiz calamitatibus & pressuris, quibus ferme obruebatur tum ex bello vndique perstrepente, tum ex fame, belli sequela, aliisque miseriis, quas ex innata pietate Leo deplorabat. Hæc immissa dixit ob excrescentia populi peccata, & plurima in Deum crimina patrata, quæ citius & seuerius à Deo punienda commonuit, nisi obssisterent sanctorum merita, & in mundo fuissent immaculatæ vite homines, Dei potentes amici, & stetissent in confractione in compactu eius. Horum nomina multa discipulo recensuit, addens ex Dei beneficio non paucos Deo gratos & summe charos in suo humili haberi sodalitio, quos ut Leo fueret & diligeret, disciplinam item regularem pro virili conseruaret, impense commendauit.

Quam vero Deo grata ipsa religio uno atque altero hoc argumento per id temporis Deus ipse voluit testatum. Cum in vrbe Lutetiarum quidam insignis doctor huius instituto nomen dedit, mater eius tenuis facultatis mulier, quæ filium eo usque adolescentem, & in literis proficiente manuum suarum laboribus sustentarat, multis clamoribus & lachrymis suam orbitatem atque paupertatem lamentari coepit, ac tum filium, tum Minoritas omnes tanquam inhumanos & iniustos etiam accusare. Quibus cum ille commotus iam à proposito nutaret, & ante crucifixi imaginem oraret, quasi veniam petens ab eo discedendi ad matrem subleuandam, vidit è Christi latere per osso manantem cruentum, simulque hanc vocem audiuit: Ego te charius nutritui, quam mater tua, quare non me deserere debes, propter matrem tuam; quo ille & stupefactus, & ita roboratus est, ut deinceps maternas omnes vel blanditias vel querelas facile contempserit.

Alteri tyroni hæc item ostensa visio ad eundem persecutrix effectum. Cum ille ita religionis oneribus premeretur, & præterea ita à dæmonie oppugnaretur, ut iam vix sustineret, & de seculo repetendo indigas ageret cogitationes, hoc uno cœlesti remedio sanatus est. Nocte quadam dum in templo ante venerabilem Eucharistiam pertransiens adorandi causa genu corpusque inflexisset, illo ipso momento rapitus, ac defixus est in eiusmodi visione. Aspiciebat longum agmen multorum hominum ordine procedentium eodem habitu eademque forma. Omnibus erant vestes candidæ & nitentes, vultus autem, manus & pedes, quæ corporis partes

Chros. ap. Maria visio fratris Leonis de Virg. Maria patrocinio.

Glades immesse ob preciosa.

Anton. cit. 14.c.9.§.7. Chron. ant. Christi missus conformatur tyro vacillans.

Similiter cōfirmitur at. ur. Chron. ant.

ANNO CHRISTI
1232.

GREGORII IX.
ANNO 6.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 23.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 25.

è veste prominebant, ita splendide ac radiantes, vt cum ipsa Solis claritatem certarent. Omnes autem nescio cui, tanquam hospiti, recens aduenienti obuiam ire, cumque cum festiva gratulatione amplecti, atque etiam cum honore deducere videbantur. Hæbitans, qui essent ab uno eorum, Franciscanam esse familiam cognovit, quæ ad suum quandam, qui tum è vita migrarat, in cœlum comitandum prodiissent. Viuere autem omnes illos in cœlo felices cum accepisset, in proposito remanendi confirmatus, nunquam amplius vacillavit.

Punitur ex ordinis recessione. Terribilis istud quod sequitur: Quidam huius ordinis votum suscepit, postea xxxii. mutato consilio factus est canonicus, sed non impune, nam post paucos dies incidit in morbum lethalem. Admonitus à suis de anima per confessionem expianda, respondit: nihil hinc aduenire lucri; quoniam iam ostensum erat se esse damnatum: quare ne amplius sibi molesti essent, admonuit. Apparuit, enim, inquit, mihi Dominus iratus dieens: Vocaui & renuisti, ideo vade ad pœnas inferni: quo dicto expiravit. Tristis sane ac miserandus huius exitus miselli.

Passi plures Minoritas in Africa. Circa hunc annum multi ex Minoribus variis in Africa locis diuersa passi sunt mar- xxxiii. tyrij genera, irruentibus in eos feraliter ex communi conspiratione Sarracenij, quia Chro. ant. multos suæ sectæ viros videbant ad Christianam veritatem per illos conuerti. Subter- Marian. l. s. c. fugit plurimorum exacta notitia, neque nomina comperta præter illa trium in Marro- chiorum regno occisorum, Leonis, Hugonis, & Dominici, quibus additi alij duo Ano- nymi, qui multis opprobriis affecti, tandem capite plexi sunt.

Suadens Mi- noritas ut a- gatur de u- nione Eccle- sia. Hoc eodem anno inciderunt alij quinque Minoritæ in Oriente, vbi tunc res bello, xxxiv. & dissidiis turbulentæ, in manus Turcarum, qui malis exsaturati, carceris, & id ge- nus incommodis affecti, tandem peruererunt Niceam, vbi hospitaliter excepti à Germano secundo Patriarcha Constantinopolitano, occasione atrepta egerunt cum eo efficaciter de desideranda & experenda vera & perfecta vnione cum ecclesia La- tina, à qua iam pridem Græci leui quadam occasione & suasu turbulentorum quo- rundam hominum recesserunt. Adeo efficaciter dixerunt, & religioso morum exem- plo, verbis potentiori, mouerunt ut vehemens conceperit vnionis desiderium, illudque grauibus his, sed affectui suo inservientibus literis per proprium nuncium simul cum fratribus missum, Pontifici necnon & sancto Cardinalium collegio signi- ficavit.

* Vatic. MS. *Sanctissimo & excellentissimo Papa veteri Rome, & Apostolice Sedis Rectori,*
Germanus miseratione divina, Archiepiscopus Constantinopolitanus nouæ Romæ.

Epistola Ger- mani Con- stan- tinopol. l. 1. 16.

[O Domine Iesu Christe, saluum me fac. O Domine bene prosperare. Te enim lapidem angularem honorificatum, preciosum, electum, in fundatum pono hu- ius negociationis toto orbi salutiferæ. Didici enim per Prophetam tuum Isaiam, quod omnis qui credit in te, talem lapidem existentem, nullatenus confundetur; neque à suæ spei base poterit commoueri. Et ita se habet veritas, & nullus contradicere au- det, nisi patris mendacij discipulus fuerit. Opus autem tuum est, qui lapis angula- ris existis, coniungere quæ procul sunt, vel quæ inter se distant, & ea quæ diuisa sunt in unitate fidei congregare. Tu enim es qui & procul & prope existentibns pacem euangelizasti, & fines orbis terrarum per tuarum super crucem exaltationem ma- nuum ad Eusebiam conuocasti, & paterno more super humeros eleuasti. Tu igitur insestimabili clementiæ supplico, qui patris es verbum omnipotens, consubstantia- lis sapientia Dei, & difica in me dominum huius rei, & tu sis eius & fundamentum, & testum, qui iuxta theologicam vocem Ioan. Alpha & Omega diceris, tanquam om- nium principium & finis incircumscrip- tus. Hucusque quæ ad orationem pertinent. Ac in primis oculos cleuantes ad montes cœlestes, vnde venite nobis auxilium oraui- mus, deinde ad te sanctissimum Papam, qui Apostolice Sedis primatum sortitus es, ser- monis mutamus exordium, & velis descendere aliquantulum ab altitudine gloriarum & in- cumbere verbis meis, qui miser sum & vita & sermone. Si tu, inquam, assimilari- es ei qui in alieis

Facetur pri- maria Poneti- Romani.

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

altis habitat, & humilia respicit Deus. Incipiam autem hinc. Inuestigabilis sapientia ^{Psal. 111.} Dei, quæ ex non esse omnia * simul produxit ad esse, semper autem continet & prouide regit, consuevit multoties ex minima occasione, velut quodam fundamento diu anteposito magna opera postmodum superedificare, ad commune proficuum ^{Genes. 37.} & salutem. Ioseph in Aegyptum argenteis venundatus, seruus deducitur in lacum, & in carcere truditur: quæ autem sequuta sunt postmodum, quam gloria, quam ^{Ibid. 45.} honorabilia fuerint, & qualiter Deus in medio eius glorificatus extiterit, sapientissimam mentem sacræ animæ tuæ, sanctissime Pater, non laret. Ad quid autem sermo ^{Laudes frat-} respiciat, & quid significare vult, fratres præsentes, quos quidam periculosus occur-^{tes. Minores.} sus & iniustus ^{carcer,} fecit nostro vulci præsentari, vestre sanctitati exponere: * quo-^{* Habeatur hæc in Cod.} rum numerus prudentum virginum numero æquipollit. Nam & lampas operum suo-^{Vat. quorum} prudenter oleum boni operis apponunt semper, ne lumen lampadis extinguatur, & ipsi ^{quidem con-} ad somnum trahantur accidit, & introitu regni careant. Sine baculis sunt omnes, & ^{versario bo-} ve stes singulas singuli habent, & sine calceamentis. Nunc autem pedes eorum pul-^{na est, & in-} chros secundum Apostolum existimo, tanquam Euangelizantium pacem inter Græ-^{separabilius} cos & Latinos, ut breuiter dicantur, velut ex toto vacui & leuissimi & expediti cur-^{universitas.} forores ad Christum properantes attingere, qui omnium bonorum est meta. Ad quem ^{Matt. 6.} cum peruenierint, sistent cursum, & percipient quod petoptant. Hi quidem qui se-^{Rom. 10. 15.} cundum Deum Minores fratres dicuntur, sic uniti sub una voluntate & uanitatem, æquipollentes in quinquennatio numero, in bonum signum apparuerunt, & spem bô-^{nam proposuerunt, de unitate & concordia, annuente Domino, inter quinque Patriarchatus.} Accesserunt autem in domum nostram fratres ipsi ex diuina prouidentia, sicut credidi, quæ cuncta disponit in eo, quod expedit: & cum hinc inde inter nos multa verba fuissent exorta, vertebar magis locutio præ ceteris super schismate lon-^{gi temporis tunicæ inconsutilis Eusebius defuper contextæ, qua ueste videlicet Aposto-} lorum manus catholicam Christianorum Ecclesiam induerunt *. Præsumptuose, non ^{* Habentur in Cod. Vat.} quidem manus militum, sed ecclesiasticarum personarum sensus sciderunt & diuise-^{& sanctorum} runt, & schisma quidem magnum & multorum annorum, & nullus est qui misereatur ^{Patrū arqueb. Doctorū di-} sponsæ Christi, quæ sic scissa ueste induta est, aut qui cius velit turpitudinis misera-^{uersa cœilia} teri. Hoc, ut credo, & David in libro Psalmorum plangit, dicens: Divisi sunt, & non ^{constrinxerunt, & velut zona empen-} sunt compuncti. Si enim compunctionem habuissimus, doleremus & contristaremur: ^{Psal. 34.} & si tribulationem & dolorem inueniremus, nomen Domini utique inuocaremus, & ^{Psal. 114.} adhuc nobis parentibus adesse, sicut in medio discipulorum iampridem pacificans dis-^{* Cod. Vat.} cordes, & cogitationum * amphiboliæ corrigen-^{Amphiboli-} s. nunquid non contritancetur propter discordiam? etiam valde. Pater enim est, ^{gram.} & omnium patrum piissimus, & non sustinet videre pignora hostili more, se adiuicem euellenzia, & disperdencia, & more piscium alterum ab altero devorati, eo quod ma-^{* Cod. Vat.}ior contra minorem excollitur, & qui potentior est, opprimit infirmiorem. Siccine do-^{Syón.} cuit nos piscator hominum Petrus, qui contra naturam prioris artis de morte ad vi-^{* Cod. Vat.} tam, quos piscatus est, traduxit? Heu, quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut plangam die ac nocte super contritione nouæ * Hierusalem, ^{ad iungit nō} de gentibus Ecclesiarum congregata: qualiter electus populus Dei, in Iudam & Israel * di-^{hominus.} uisi fuimus, & ciuitates nostræ in Hierusalem & Samariam? Ea enim quæ de Cain & Abel, vel Esau & Jacob contigerunt, qui fratres quidem natura erant, hostes quidem mente & libi contrarij. Piger me hæc sermoni inservere, ne forte primatui fraternitatis ^{Genet. 4.} ibid. iniuriari videar, aut surripere velle credat primogenita. Verumtamen, nec pater * meus * Cod. Vat. senuit, nec oculi eius caligauerunt, sed in cœlis existens, liquidè omnia videt, & his, ^{postea.} qui iniuste oppressi sunt, benedictionem largitur. Sunt quippe hæc amara * valde, & ^{* In Cod.} intelligenti * tinea ossium, si frequenter ad memoriam deducantur. Sed quod sequitur, ^{Vat. dect.} vel quod dicendum est, amarius, & malorum omnium est pessimum, & omni gladio se-^{valde.} cante utrumque magis acutum, & magis resecans, contra quoscunque hominum fuerit ^{* Vat. addit.} adductum, siue contra Græcos, siue contra Latinos. Quid est hoc? Paulum dicentem audiamus: Siue nos siue Angelus de cœlis euangelizauerit vobis præter id, quod ^{Gal. 1. 8.} euangelizauimus, anathema sit. Et non semel huiusmodi gladio percutit, sed & secun-

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

do, ut maiorem dolorem ex secunda percussione adducat, & ad medium quzrendum exurgant, qui mortem animarum pertimescant. Quid ergo dicam? Omnem curam, & omnem solicitudinem aliam à mentibus excutiamus, velut pulucrem à pedibus, & cum desiderio quzramus quos tangit hic gladius biceps & terribilis, & qui sunt quos separat à compage ecclesiasticorum membrorum, quorum caput Christus est. Si nos Græcos, ostendite plagam, & sanguinem à vulnere tergite, ac emplastra spiritualia apponite, & ligamentis constringite, & saluos facite fratres in periculo positos, ne pereant, & Salomoni acquiescite prouerbialiter sic dicenti: Frater in angustiis comprobatur. Maximè autem ipsum Dominum audiatis, qui sapientiam ipsi tribuit Salomoni, & qui loquitur per Prophetam: Qui separauerit preciosum à vili, quasi os meum erit. Si autem nos quidem Græci sine plaga sumus, & absque vulnere à gladio anathermatis, contra autem Italicos & Latinos acutissime adducitur, & ad mactandum & perdendum quosdam extenditur, existimamus quod non sustinebitis per ignoratiā & prauam pertinaciam vos à parte Domini separari, pro quo decem millia mortes si ficeret possibile, quilibet vestrum libenti animo sustineret. Quod autem discordia magna, &

^{Pro. 17.} * In Cod. dogmatum contrarietas, & canonum destructio, & titulum, quos tradiderunt patres, immutatio, materia sive sepi, quæ separat ea quæ prius unita fuerint & coniuncta con sequens periodus ha- dix & pacis coniunctione, totus mundus una lingua factus acclamabit, * Dominū pro testans, iuuocans cœlum & terram in testimonium: quo nos iunctis manibus vobis uniuersitatem erit. Si autem nos quidem Græci sine plaga sumus, & absque vulnere à gladio anathermatis, contra autem Italicos & Latinos acutissime adducitur, & ad mactandum & perdendum quosdam extenditur, existimamus quod non sustinebitis per ignoratiā & prauam pertinaciam vos à parte Domini separari, pro quo decem millia mortes si ficeret possibile, quilibet vestrum libenti animo sustineret. Quod autem discordia magna, &

^{Ler. 15.} * In Cod. Vati. neque hæc, neque ^{laudes uestræ vos} dogmatum contrarietas, & canonum destructio, & titulum, quos tradiderunt patres, immutatio, materia sive sepi, quæ separat ea quæ prius unita fuerint & coniuncta con sequens periodus ha- dix & pacis coniunctione, totus mundus una lingua factus acclamabit, * Dominū pro testans, iuuocans cœlum & terram in testimonium: quo nos iunctis manibus vobis uniuersitatem erit. Si autem nos quidem Græci sine plaga sumus, & absque vulnere à gladio anathermatis, contra autem Italicos & Latinos acutissime adducitur, & ad mactandum & perdendum quosdam extenditur, existimamus quod non sustinebitis per ignoratiā & prauam pertinaciam vos à parte Domini separari, pro quo decem millia mortes si ficeret possibile, quilibet vestrum libenti animo sustineret. Quod autem discordia magna, &

^{Ioan. 10.} * In Cod. Vati. neque hæc, neque ^{laudes uestræ vos} dogmatum contrarietas, & canonum destructio, & titulum, quos tradiderunt patres, immutatio, materia sive sepi, quæ separat ea quæ prius unita fuerint & coniuncta con sequens periodus ha- dix & pacis coniunctione, totus mundus una lingua factus acclamabit, * Dominū pro testans, iuuocans cœlum & terram in testimonium: quo nos iunctis manibus vobis uniuersitatem erit. Si autem nos quidem Græci sine plaga sumus, & absque vulnere à gladio anathermatis, contra autem Italicos & Latinos acutissime adducitur, & ad mactandum & perdendum quosdam extenditur, existimamus quod non sustinebitis per ignoratiā & prauam pertinaciam vos à parte Domini separari, pro quo decem millia mortes si ficeret possibile, quilibet vestrum libenti animo sustineret. Quod autem discordia magna, &

* In Cod. Vati. neque hæc, neque ^{laudes uestræ vos} pneumatis, instantissime postulamus, nec amplius schismatico scadalo immerito detur pari, & à Latinis defamari, vel vos à Græcis deprauari. Et ut veritatis medullam attingamus, multi potentes ac nobiles vobis obtemperarent, nisi iniustas oppressiones & opum sedis ipsorum protervas exactiones & seruitutes indebitas, quas à vobis subiectis extorquentis, formidabat est ut ^{marry. il.} darent. Hinc & crudelia bella in alterutrum, ciuitatum desolatio, sigilla ianuis ecclesiistarum impressa, fratrum schismata, & sacerdotalis ministratio prorsus vacat operatio, * ne tribunal. Græcorum climatibus, ut deceret, Deus collaudetur. * Vnum, ut credimus, quod Græcis

* In Cod. Vati. neque hæc, neque ^{laudes uestræ vos} iampridem desuper fuit præfinitum, hucusque defuit, tempus scilicet martyrij: sed & ipsum iam imminet, ut tribunal tyrannicum aperiatur, & sedes tormentorum proponatur. * In Cod. Vati. neque hæc, neque ^{laudes uestræ vos} fluat crux inundans, & nos ad martyrij stadium descendamus, & bonum certemus est & propter per quid.

* In Cod. Vati. neque hæc, neque ^{laudes uestræ vos} agonem, coronas ab omnipotentis dextera receptruri. Nouit ea quæ dico * & propter quid, a Cyprus famosa insula, * quæ nouit, & quæ nouos martyres fecit, & vidit milites Christi: qui prius per aquam transcurrentes, lachrymarum compunctionibus & sudoribus loti, ex confessionis laboribus per longa tempora ad ultimum etiam per ignem transie-

rint, & eduxit eos Agonistetes Deus in cœlestis refrigerium. Bona nunquid sunt, ô Papa

gutti, conseruatu sanctissime Apostoli Petri successor? Hæc iniungit Petrus mitis & humilis Christi disci

* Circa ea pulus? Siccine instruit seniores per epistolam suam, cum scribat: ^b Seniores, qui in vobis quæ hic dicit de Cy. sunt; obsecro consenior & testis Christi passionum, qui & ei, quæ in futuro * est, gloriantur, vide si riz communicator: Pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes, non coacte, sed placet Nicetia & Paulum sponte: non turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, sed forma

Æmil. in facti gregis. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem æternæ Philip. Au gloriæ coronam. Hæc est Petri doctrina & videbunt, qui ei non obediunt. Nobis autem

* Per s.t. sufficit ad consolationem epistolæ pars illa, in qua gaudere precipit contrastatos diversis Cod. Vati. tentationibus, ut examen fidei nostræ multo magis preciosius auto corruptibili, igne addit reue laude est.

* Vat. addit Pontificum Sed concede veniam, sanctissime Domine, & omnium prædecessorum tuorum * veteris Romæ clementissime, & sustine verba multum amaritudinis habentia: sunt enim la

* Vat. ali. guentis cordis * suspiria, & datur indulgentia à discretis his, qui propter cordis nimiam quæ loquuntur tristitiam * in verba protumpunt per singultus. Accinge igitur sicut vir fortitudinis

* Vat. ali. mordeas. lumbos tuos & accende tuæ discretionis lucernam, & quæ draginam, quæ perit su

* Vat. non per fidei unitate & compatiemur sanctitati tuæ, etiam nos non parcemus infimo cor habet nec porti, * nec satilcentem causabimur ætatem, prætendendo senectutis excusationem: non statim.

* Cor. 3. magis erit causa pluriū coronarum: unusquisque enim secundum proprium labo rum mercedem accipiet, sicut generalis stadij luctator & * maxime victoriosus coronat

Paulus

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Paulus ait. Non ignoramus, sanctissime Domine, quod quemadmodum nos Graeci nitimus in omnibus obseruare orthodoxam & eusebiam sententiam, ut in nullo erramus à sanctorum Apostolorum & Patrum statutis: eodem modo veteris Rōmē Ecclesia bene scimus pro se nititur, ut non existimet se falli in aliquo neque remedio indigere se afferit vel correctione, hoc & apud Graecorum Ecclesiam & Latinorum dici sovit. Nam nemo vñquam in propria facie existentem turpitudinem videre potest, nisi super speculum se inclinauerit, aut ab alio certificatus fuerit, qualiter se circa faciem habeat, siue turpiter; siue non. Habemus autem specula multa & magna, lucidaque, clatum videlicet Christi Euangeliū, Apostolorum epistolas, libros Theologorum patrum. Inspiciamus in eis. Ipsa ostendunt nobis, qualiter vñusquisque sentit, siue nothe, siue legitime. Qui autem ad speculum fuerit inuitatus causa experientia, cum recesserit, confitebitur etiam inuitus suum vulcum esse deformem, Deus autem pacis conterat Sathanam sub pedibus nostris cito, auctorem discordiarum pacificus, odientem bonum: qui causa est bonorum omnium, scandala facientem: & qui pacis est Deus, mittat ad nos, qui pastores sumus ouium suarum rationabilium, Angelum pacis, gaudium magnum annunciantem, sicut prius in nativitate secundum carnem Emanuelis, pastoribus brucarum ouium, & dignos faciat canere illam laudem mirabilem: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. & in sancto osculo ad inuicem salutare. * Gloria Domini nostri Iesu Christi, & pax Dei Patri, & communicatio sancti Spiritus vobiscum. Amen.]

XXXV Transcripsit hanc epistolam Matthaeus Paris in suam historiam Anglicanam sub Henrico tertio, & anno Domini 1237. quam certo constat, datam & Pontifici traditam hoc anno, ut probatur expresse ex Pontificis rescripto, quod mox subiiciens, necnon ex eius regesto ubi sub hoc anno numero 19. ipsa hæc habetur epistola, in quibusdam ab excusa apud Paris dissentiens, atque in eo præcipue, quod nec verbum habeat illius periodi, [& ut veritatis medullam attingamus multi potentes ac nobiles vobis obtemperarent, nisi iniustas oppressiones & opum protervas exactiones & servitutes indebitas quas à vobis subiectis extorquetis, formidarent.] quam verius addidisse Parisium, vel aliquem illius historiæ corruptorem, quam omisisse tabularium Pontificium credendum est; ubique enim est passim, non tam oblata, quam arrepta & ex cogitata occasione suam in Pontificios Romanos amarulentiam explicat, colligendarum vel emungendarum pecuniarum cupidinem, miraque adiumentones id eidem, singulis ferme paginis effingens & inculcans; vnde ob hæc atque alia plura huius generis non tantopere admirer illustrissimum Cardinalem Baronum durius in eum Baron. ad. egisse, rubulam vocasse, & dixisse carpendi tantum causa Romanos Pontifices scribendi historiam visum esse suscepisse. Atque sane circa hanc querimoniam vel calumniam additionem ea mihi confirmatio, quod cum ad Patriarchæ epistolam plene respondebit Pontifex, nihil suis litteris inseruerit quod huic tanti schismatis causæ præcipue prætentæ satisfaciat, nec obiectionem hanc factam vel leviter insinuet. Non id hic velim ut omnes excusentur Pontificij, quorum pluriimos negare non debeo nec possum communii hac avaritiæ peste laborasse, & sacram auti famem sensisse; in eo candidus quisquam Christianus laborare deberet, ut illam seruet sanctam Ecclesiam ab hereticorum & temerariorum calumniis. Iniuste inatri sanctæ virtutio vertetur quicquid mali peccauerint filij, aut licentiosus egerint ministri. Ex simili etiam corruptione irreputasse dixerim in datas ad Cardinales literas easdem querulas obiectiones in quibus stylus aliqualiter discrepare videtur, cui rei argumento est, quod iis intercisis, quæ præcedunt & sequuntur, genuino nexu coibunt. Epistolam exscribo ex eodem, neque alibi mihi occurrit.

XXXVI Germanus miseratione diuina Archiepiscopus Constantinopolitanus noue Rōmē, sanctissimis & discretissimis & egregiis Cardinalibus & Apostolice sedis decori.

[Magnum utique bonum est huic mundo, & omnibus hominibus valde utile, dif-

Eiusdem epo-
sula ad Car-
dinalem.

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

cretum consilium, in omnibus agendis communem habere tractatum, & insimul conuenire. Quod enim quandoque Deus vni celavit, alij inspirauit: & sic quid dispensative alicui bonum reuelat, cum in commune producitur, propagatiue ad veilitatem subiecte multitudinis transfertur. Si autem plures sint consiliarij, & sint docti & circumspicti, quantum luctum, quantaque utilitas vniuersa plebi & populo subiecto prouenit? Si enim vir, qui sine consilio operatur, sibi ipsi est contrarius, sicut Salomon & veritas dicit: ergo per contrarium, qui plura & bona habet consilia, amicos sibi multa charitate constringit, imo ipsos sibi attrahit inimicos. Quod autem hoc diuinum sit pariter & cœleste Propheta Esaias testatur, vbi consubstantiale Patris verbum, & magnum consilij Angelum, admicabilem consiliatorem dicit, & nominat: ut intelligatur videlicet, *quantum quoad Dominum decet Patris consilium ad distinguendam differentiam personatum. Nam secundum naturam diuinam una voluntas & velle & Patris & Filij & Spiritus sancti. Magnus ergo inde prouenit honor bonorum consiliatoribus, eò quod ex hoc commune cum Domino vocabulum sortiuntur, si iuxta quod ipse acceptat, consiliati fuerint pro salute humana. Cum igitur natus superoz prouidentia, quæ cuncta disponit in eo quod expedit, magna Roma & egredigia dignos suos magnitudinis & gloriosos prefecerit, tanquam discretione & religione omnes prædecessores vestros Cardinales alios præcellentes, sicut religiosi fratres nostram humilitatem certificarunt, supplico sanctitati vestra, ut in agonem spiritualem surgatis. Induamini loriam spiritus, destruite maceriam lepis inimicitez veteris, inter Latinorum & Graecorum ecclesiam existentis. Arma enim vestra fortia sunt ad diruendas huiusmodi munitiones; & hac sepe destructa, pacificate quæ diuina sunt, & coniunctione pacis & charitatis & communis fidei, ea quæ à multis annis soluta sunt, alligate, & estote consiliatores admirabiles & Deo acceptabiles, apud sanctissimum & excellentissimum Papam, virum desideriorum, spiritu cognoscentes eundem pacificum, mitissimum, & secundum * nominis sui vocabulum, vigilantem semper, & orantem, & dominum suum expectantem quando veniet ut eum dulcissimus beatitudinis dignum faciat, qui in simplicitate cordis sui pascit populum Christi, & in intellectu manuum suarum ad pascua Paradisi deducet: manus autem, ut nostis, in sacra Scriptura, operationem designat. Nos quidem spem gerentes ex verâ promissione omnipotentis Christi, qui perficit veritatem suam in infirmitate nostra, negocium unitatis incepimus, & ad sanctissimum Papam literas dirigimus. Exoro autem regem cœlorum, qui seruiformam induit, propter seruos suos inutiles, qui exaltatus extitit super crucem, & eos qui in profundum malitiez corruerant; exaltavit ad se, ut ipse deponat à cordibus vestris omnem extollentiam cogitationum, extolleantem se contra fraternalm unitatem nostram, & illuminet conscientias vestras lumine scientiae, ut unum & idem dicamus, & non sint inter nos schismata. Maneamus autem instructi in una eademque mente, & non dicatur inter nos, sicut inter Corinthios quandam, quod ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephas, ego autem Christi. Sed ut omnes Christi esse noinonemur, quemadmodum & Christiani vocamur. Maneamus quoque instructi in una eademque mente, & charitatem, quæ secundum Christum est, sectemur: & illam euangelicam vocem habentes in bucca, quæ dicit: Vnus Dominus, una fides, unum baptisma, liceat nobis vera confiteri, & induamini formam amicorum, ut liceat impune de veris confiteri. Quia autem scriptum est: Verba sapientis veridici, & corripientis, sunt quasi clavi in altum defixi: & veritas plerumque parit inimicos, licet vereat, tamen confitebor. Divisio nostræ unitatis processit à tyrannide vestra oppressionis, & exactionum Romanarum ecclesiæ, quæ de matre facta nouerca, suos quos diu educauerat, more rapacis volucris suos pullos expellentis, filios elongavit. Quæ etiam quanto humiliores, & sibi prioniores, tanto magis conculcat, & habet viliores, non attendens illud euangelicum: Qui se humiliat, exaltabitur. Temperet igitur vos modestia, & licet innata, paulisper sedetur Romana auaritia, & descendamus ad veritatis scrutinium: & veritatis inquisitione approbata vtrinque ad unitatis soliditatem reuercamur. Etenim eramus omnes tam Italici quam Graeci, aliquando in eadem fide, & in eisdem Canonibus, pacem habentes inter nos, & pugnantes alter pro altero, & inimicos ecclesiæ confun-

Videtur con-
siliarij.

I. Cor. 9.

* locus ali-
quatu ob-
latus.

Aulta be-
ritore Car-
dinalem
dignitas.

*Nam apud
Graecos ex-
prio signi-
ficat virgus.
Math. 14.
26.
Psal. 77.

Eodem ubi-
quo amar-
tentia in PS.
tante in hunc
usque locum
etiam que
sequuntur
convenit.

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
<p>confundentes. Et qui ab Oriente populus irtruebat, hereticorum tyrannide perdurante, quia fidele refugium habuit ad nos, & pars eius ad vos, scilicet magnam Romanam, festino gressu quasi ad turrim immobilem suæ confugit fortitudinis, & consolationem recepit utroque, & mutua charitate frater in fratris sinu ad protectionem recipiebatur. Et cum Roma multoties fuisset à gentibus occupata, Imperium Græcorum ab eorum tyrannide liberauit. Agapitus vero & Vigilius ad Constantiopolim, propter dissensiones, quæ Romæ erant, aliquando confugerunt, & honorifice recepti, protectione defendebantur: licet nobis grata vicissitudine nunquam in arcto positis asylum, vel auxilium præbuerint. Sed oportet nos etiam ingratias bonos esse. Nam & pyratis pacantur maria, & solem facit Deus oriri super iustos & iniustos. <i>Matth. 5.</i> Heu, heu, quam amara diuisione sequelramur, unus detrahit alij, & alter alterius, velut animæ periculum, vitæ consoritum. Quid ergo dicemus? Si nos iacemus, erigite nos. Nolite in casum nostrum esse tantummodo corporalem, sed estote etiam nobis in resurrectionem spiritualem, & gratiarum vobis debitores nos forte fatebitur. Si autem culpa & initium scandali à veteri Roma prodidit, & à successoribus Petri Apostoli, illa verba Apostolica legite, quæ ad Galatas Paulus scribit, sic dicens: Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in facie ei restiti, quia reprehensibilis erat. <i>Galat. 1.</i> & cætera, quæ consequenter Paulus tangentia Petrum ait. Sed repugnatio huiusmodi, ut pie credendum est, non alicuius causa fuit discordia, vel correptionis animæ, sed potius indagationis & profundioris disputationis, temporalem condescendentiam irritantis. Vinculo enim charitatis in Christo iungebantur astricti, fide & doctrina conformes, nulla ambitione vel avaritia distracti: utinam in his illis assimilaremini. Mentibus autem nostris scrupulum generat offendiculi, quod terrenis tantum inhabentes possessionibus, undecumque potestis abradere, aurum & argentum congregatis, discipulos tamen eius vos esse dicitis, qui ait: Aurum & argentum non est mecum; <i>Act. 3.</i> Regna vobis tributo subiicitis? Negociationibus numisma multiplicatis: Actibus dedocetis, quod ore prædicatis. Moderetur vos temperantia, ut sitis nobis & omni mundo exemplum & exemplar. Videtis quam bonum est fratrem iuuari à fratre. Solus <i>Prov. 18.</i> enim Deus nullo est indigens auxilio, vel consilio alicuius: homines autem indigent alter ab altero adiuuari. Ego autem, nisi vereret magnum Apostolum Petrum, qui caput est Apostolorum Christi, & petra fidei, reducerem utique ad memoriam, qualiter hæc pætra mota fuit à base, & à muliere misera commota fuetur, permittente Christo, indiciis quibus ipse præuidet vniuersa, cuius iudicia, abyssus multa: qui per vocem galli recordantis reduxit Petrum ad memoriam verbi prophetici, & à somno desperationis excitauit eundem. Ille autem faciem suam lachrymis abluit excitatus, & confessus Deo & toti mundo, exemplum factus pœnitentia, claves portans regni cœlestis, & coram omnibus hominibus currens & dicens: Nunquid qui cadit, resurgit ne? Qui cecidistis, surgite, intuentes in me, & obedite mihi properanti ad paradisum cœlestem, cuius aperire portas accepi potestatem. Hæc autem sanctitati vestre scribo ac refero pro recordatione tantum. Noui enim quam omni estis sapientia & scientia prædicti, & Salomoni acquiescens, ad huius verbum veni: Da enim, dixit, sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum & festinabit accipere. Hoc solum addam, ut verbo finem imponam, quod videlicet multæ & magnæ gentes sunt, quæ nobiscum sapiunt, & nobiscum, qui Græci sumus, conueniunt in omnibus. Primi illi qui in prima parte Orientis habitant Æthiopes, deinde Syri, & alij qui grauiores sunt, & magis virtuosi, scilicet Hyperi, Lazi, Alani, Gothi, Chazari, innumerablem plebs Russæ & regnum magnæ Victoria Bulgarorum. Et hi omnes tanquam matri nostræ obediunt, in antiqua orthodoxyia immobiles hactenus persistentes. Deus autem sanctus, qui pro nobis homo factus est, & qui in caput positus est ecclesiæ de gentibus congregata, congreget nos iterum in unitate fidei & dignetur Græcorum ecclesiam vna cum sorore sua & veteri Roma glorificare principem pacis Christum per unitatem fidei in restitutionem orthodoxiæ, in qua ab antiquitus conuenerunt. Det vobis charitatem fraternalm, regat vos omnes, sanctissimi Cardinales, manus Omnipotentis Dei, donec ad portum tranquillum cum gaudio peruenire possitis. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.]</p>			

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Quid Cardinales adhuc responderint, inuenire non potui: Pontificis autem re-
scriptum ex Vaticano codice subministro, quod ille reddidit per dyos ex quinario il-
lo numero Minorum, quem Patriarcha misit & commendauit. In eo placide confu-
rat paterno affectu quidquid Patriarcha contra Petri primatum obiecisse visus est ac
graui oratione Græcos orat ut ad unitatem & gremium Catholicæ Ecclesiæ revertan-
tur. Quod ut suauius & rationabilius faciant spondet se missurum ad eos viros reli-
giosos vitæ laudabilis, & probatæ scientiæ, qui coram agant circa tollenda vnonis
impedimenta; quod & perfecit mittens ei duos Prædicatorij totidemque Minoritici
instituti Patres undeque commendabiles, quorum nomina, qualitates & legatio-
nem dabimus anno sequenti. Præ oculis etiam ei ponit quanta mala Ecclesiam Græ-
corum apprehenderint sub tyrannica & acerbissima ferociis morum Turcarum serui-
tute: statim ut ab unitate & obedientia Romanæ recesserunt Ecclesiæ, quasi Deus no-
luerit eam habere in Oriente secularē dominium, quæ in Occidente noluit recogno-
scere Petri principatum; & quæ renuit habere fidei magistrum, Deo ita disponente
transiret in barbaræ feritatis ancillam. Epistolam hanc grauissimam habet Paris citatu-
s, & ex Vaticano transcripta Gerardus Vossius vir doctus, quam eruditis notis illi-
lustratam dedicauit cum aliis egregiis monumentis Gregorij noni sanctissimo Domi-
no Sixto quinto & Camillo de Comitibus Gregorianæ stirpis viro Romano.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Rescriptum
Gregory ad
Germanum.

Venerabili Fratri Archiepiscopo Græcorum, Salutem & Apostolicam
benedictionem.

Judic. 14. Fraternitatis tuæ licetis nobis & fratribus nostris per tuum nuntium præsentatis, qua ^{xxviii}
decuit benignitate receptis, earumque tenore plenius intellecto, disposuimus viros re-
ligiosos vitæ laudabilis & probatæ scientiæ ad tuam præsentiam destinare, qui verba
vitæ deferent, & nostram & fratrum nostrorum plenius voluntatem exponent. Ve-
rum quia de comedente exiuit cibus, & de forti est egressa dulcedo, ne ex ore leonis
mortui non sine rubore scribentis à parte fauus exhibitus contemnatur, quædam du-
Prouerb. 1. ximus rescribenda: ne videantur scripta despici, si contigerit non rescribi: quia au-
diens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Licer autem Chri-
stus, iuxta quod tuæ series epistolæ retexebat, primum sit & præcipuum fundamen-
tum fidei quod fatemur, præter quod ahud poni non potest: secunda tamen & secun-
daria fundamenta legimus Apostolos & Prophetas quia fundamenta Ecclesiæ in mon-
Psalm. 86. tibus sanctis, & ciues supernæ Hierusalem supra fundamentum Apostolorum & Pro-
phetarum, superadificati leguntur. Inter quos primus & præcipuus beatissimus Pe-
tro. 1. trrus non sine causa, sed ex prærogativa speciali à Domino audire meruit: Tu voca-
beris Cephas, quod interpretatur, caput: ut sicut in capite sensuum plenitudo consistit,
à quo ad singula membra occultis meatibus pars aliqua tanquam à fonte riuius, de-
rivatur: sic tres fidelium ordines in Ecclesia, Noë, Daniel, & Iob, Prælati videlicet
I. Zech. 14. continentes & coniugati, quos Ezechiel vidisse legitur in visione saluandos, à Petro
petra, super qua non domum saltus Libani, non porticum columnatum, nec domum
filii Pharaonis sed Ecclesiam suam adificauit Dominus, fidelibus, veluti de omni
March. 16. genere piscium in eius rete conclusis, tanquam à primate primatum, qui de fonte Do-
Lucas 5. minici peccoris fluenta potavit: & suæ salutis debent postulare remedia, & cum omni
Gloria Pauli restans in facie Petro. patientia & doctrina non contentiose vel superbè in aliquo resistentes, à mentis suæ
Galat. 1. tenebris dubietatis scrupulos remouere. Nec obstat quod assertis, si tempora locum-
que distinguis, Paulum Petro in faciem restituisse; cum dispensatiue ab orthodoxis
Act. 15. & 16. Patribus hoc factum esse legatur: dum Petrus legem Mos. ycain profitendo, Iudeos, & Paulus circumcisioñem euitans, totis viribus lucifacere studuerit ex huiusmodi si-
mulatione gentiles. Alioquin & Paulum petambularem Syriam & Ciliciam cum
peruenisset Derben & Lystram ex eo argues, quod Timotheum ex patre gentili or-
tum fidelis viduæ filium circumcidit. Secundo autem & tertio, vel te vel Paulum
^{xxxix}

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
<p>reprehendas, qui cum nauigasset Syriam, & cum eo essent Priscilla & Aquila, & caput timore Iudeorum totundissent in Cenchrus, quia comam, quam ex yoto nutriterat, quod Nazarzi, qui secundo voverant iuxta præceptum Moysei facere consueverant, ibidem totundit ex lege? Si frater charissime dignitatis mysterium & auctoritatis officium pleno intellectu distinguens, & Petri & Pauli zelum consideres, qui animas cantummodo sitiebant: eos nec in morte quos eadem fides & passio vere fecit esse germanos, nec dum viuerent in doctrina inuenies fuisse discordes. Licet enim Petrus pro durz ceruicis Iudaico, & Paulus pro Gencili populo lac parvulis & es- cam prouectis exhibens; diuersis linguis & ritibus laboravint, cum iam plemento temporis aduenisset, vnum Dominum, vnam fidem, vnum baptisma, & alios fidei articulos secundum gratiam sibi collatam à Domino in uno eodemque spiritu prædicauit uterque. Fuit enim Paulus ex verbo Domini, Petro & ceteris Apostolis vniuersaliter sic dicentes: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum reliqueritis, retenta sunt, cum Petro mysterium dignitatis exercens, & ex verbis eiusdem auctoritatis, singulariter Petro propositis: Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in celis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celis, in Petro auctoritatis officium recognoscens: & ideo ad eum tanquam primatē & Evangelij Dominici fontem venit Hierosolymam; & postmodum cum ipso, & aliis secundum revelationem conculit Euangeliū, ne in vacuum curreret vel etiam cucurisset. Quod iterum ex verbo Domini confirmatur, cum soli Petro, si frater suus in se peccauerit non tantum seipso, sed etiam septuagesies septies, præcipitur dimittendum, ipsi soli oves suas indistincte committens, qui tam speciali miraculorum virtute pollebat, quod per plateas in lectulis & grabatis positi ad vmbram eius sanabantur infirmi. Cuius auctoritas ex eiusdem Domini verbis expressius corroboratur, cum sibi soli dictum est: Duc in altum, & pluraliter subinfertur: Laxate tetia in capturam. Si ergo Petrus propter excellentiam fidei, qua in uno Christo duas naturas veraciter recognoscens, cum dixit: Tu es Christus filius Dei vivi, claves regni cœlestis in terris solus accepit; cum unus sit Dominus, vna fides, vnum baptismus, vnum principium, vnum corpus Ecclesie militantis: & corpus cum pluribus capitibus monstruosum, & sine capite acephalum censeretur: restat ut ad regimen generalis Ecclesie, quam ipse cum Paulo & ceteris de gentibus Græcis, Latinis, barbaris congregauit, caput eiusdem, sumique Dominus per ea, quæ præmissa sunt, manifeste ostenderet successorem. Præuidens autem Dominus, quod Ecclesia Dei conculcaretur à tyrannis, laniaretur ab hereticis, & à schismaticis scinderetur: ait, pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ex quo colligitur evidenter, quod ad Sedem Petri omnis sic quæstio fidei referenda. Sed quod dolentes referimus, ut Epistolæ tuæ verbis utamur, præsumptuose quidem non per manus militum, sed Ecclesiasticarum personarum sensus, veri Josephi talaris tunica & inconspicua est passa scissuram. Sed quis sciderit, videatur: Cum enim Græcorum Ecclesia à Romanæ Sedis unitate recessit, statim priuilegio caruit Ecclesiastice libertatis, & quæ fuerat libera, facta est sæcularis potestatis ancilla, ut iusto Dei iudicio, quæ noluit diuinum recognoscere in Petro primatum, toleret invita sæculare dominium. Sub quo non modica contemnens, paulatim decidens, fidem informem profitens & à fraterna charitate tepescens licentius per campum licentia non restringatè discurrat, ut sine alicuius reprehensione, licitum sub illicio palliatet, & à templo Petri recedens, à Domino quasi atritum foris eiicitur, quod virga sua Ioannes prohibente Domino, non metitur, quoniam datum est illud gentibus, & hoc iam cognoscit visibiliter consummatum. Quod Samaria, quæ à templo Domini, & à Iuda ac vera fidei confessione recedens, facta idolatria præfigurans, bellorum cladibus continuatis attrita, & peccatorum grauata pondere: licet ^{4 Reg. 1. 2. &c.} Elias & Eliseus, tanquam magna luminaria ibi velut in loco caliginoso refulserint, data est gentibus, proiecta foris in ultionem fornicationis & idolatriæ, quibus se à Domino separauit. Quod si Paulum Græcorum Ecclesia se habere proponit: exhibeat vel à successore Petri, & Vicario Iesu Christi in Apostolorum Basilica, quæ à Constantino constructa est, cum Petro exhibitum recognoscatur. Officij etiam notavit mysterium,</p>	<p>A.D. 1232. Num. 4. Iudic. 16.</p> <p>Petrus & Paulus in doctrina & per concordes.</p> <p>Ioan. 10. March. 18.</p> <p>Petri prima- tus probatur. March. 16.</p> <p>Galat. 1. 1. March. 18.</p> <p>Luc. 5.</p> <p>Matt. 16. Ephes. 4.</p> <p>Luc. 11. Ad sedi Pe- tri quæfuo- ramus refe- renda.</p> <p>Schismatica facta ecclesia Græcorum fa- rum facta est ancilla.</p> <p>Apoc. 2.</p> <p>4 Reg. 1. 2. &c.</p>		

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1232.	ANNO 6.	IMPER. AN. 23.	NORVM AN. 25.

Joa. 18.
 Mat. 16.
 Mar. 14.
 Lucas.
 Iom. 11.

 1. Cor. 15.

 Genes. 3, 37.
 Isaia. 9.
 Tob. 11.
 Ioan. 10.
 Apoc. 10.
 Cantus.

 Scissuram
 Gravorum
 quae mala
 sequuntur.

 Tbren. 1.
 Cant. 6.

 Luc. 18.
 Gravior ad-
 monet Gra-
 coris ut refi-
 gescant.

 Conven. Me-
 dunten.
 Gonzag. in
 prou. Fran.
 cou. 9.

 mysterium, licet literis tuis, quasi sub forma reprehensionis insertum fuerit quod Petrus ab Ostiaria ter commotus ad galli cantum excitatus; factus est ostiarius paradisi: ut videlicet qui praefesse debuerat, pati sciret & compati, & ex auctoritatis officio, cui ter dictum est singulariter, pasce, & non pascite; oves meas non alienas, ad successores transmissio veri pastoris exemplo, subditorum excessus ad unitatem Ecclesie redemptum in spiritu lenitatis corrigeret, & cultum Christiani nominis sponre professos, ab Ecclesia aberrantes exigente contumacia, iuxta verbum Apostoli, tradendo huiusmodi Satanas in interitu carnis, ad ouile reduceret, vel invitatos. Si vero ex compassionis affectu ad Apostolicar Sedis primatem & iudicem tanquam verus Israëlite recurris, & super contritione Ioseph de scissura tunicae inconsurtilis, mota sunt tuæ pie-tatis viscera, passioi tuæ compatimur, & dolori tuo cum Apostolo condolemus, ei-que ad grates assurgitus, qui aperuit oculos ezczi nati, humiliiter postulantes, ut qui per collirium ex felle pisces, Tobiz illuminauit oculos: Ecclesie Graecorum corda cum tuo illuminet, & nostris tuisque temporibus ad unum ouile; unumque pastorem prouidentia diuina reducat. Librum igitur de quo dictum est Ioanni in Apocalypsi; Aceipe frater charissime, ac deuora illum, & si amaticare faciat ventrem tuum, propter contritionis aculeos, qui in principio pungunt: tamen in ore tuo erit dulcis ad instar mellis, iuxta verbum sponsi dicentis in Canticis: Sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis, & tuæ prudentiæ conscientiam sine aliqua superstitione regyra, & illuminatus inuenies, quod Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum caput est & magistra, in speculo à te proposito, Euangelij videlicet & epistolatum, & doctrina aliorum Doctorum, nihil contrarium inuenit, quod interpretative vel dispensativa secundum statuta sanctorum Patrum in unitate fidei & spiritus non concordet. In cuius libri apertione inuenies, quod Romanus Pontifex omnibus omnia factus, ut omnes salvi fiant, non turpis lucri causa, vel voluntariè: sed à fratribus suis diuina inspiratione vocatus, statim seruus seruorum Dei effectus, murum pro fratribus & Coepiscopis suis, eorumque subditis contra haereticos, schismaticos, & Tyrannos, ad tuitionem Ecclesiasticæ libertatis, eum suis fratribus se opponit. Et licet aliqui latenter surreptant, publice tamen quasi ab omnium incuris modernis temporibus, Ecclesia Romana respirat. Sed si Graecorum Ecclesia patienter sustineat, ut tuis verbis utramur, verba quæ mordeant, præter animarum peticula, quæ ex eorum scissura prouenerunt haerens, & proueniunt; satis eis vexatio dedisse debuerat intellectum, in quorum manibus ordo ecclesiasticus per aduersas Orientis nationes in diversa partitus, confunditur, Ecclesiastica libertas deprimitur, & sacerdotalis dignitas conculcatur; nec est qui consoletur eum ex omnibus charis eius: quia tanquam acephali ad caput Ecclesie recurrere contempserunt. Reuertere igitur Sunamitis: reuertere reuertere, ut intueamur te, quia tunc recte poterit frater à fratre iuuari: Si filius qui omnia consumpsit dissolute viuendo, à Domino inspiratus, surgat, & dicat: Pater peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Tunc enim pater non ut mercenario: sed ut filio reuertenti occurrentis, primam stolam proferet, occiderque vitulum saginatum & generale conuiuum faciens, vniuersis Christi fidelibus cum exultatione annuntiabit & gaudio, quod & frater, & filius qui mortuus fuerat, iam reuixit; & drachma, quæ perierat, est inuenta, & sic te in gremio matri Ecclesie cum honore recepto veritatem manifeste videbis in speculo puritatis, quam Ecclesia Latina seruat in fidei unitate, quæ non recipit maculam neque rugam. Datum Reatin. 7. Kalend. Aug. anno sexto.

Hoc anno vel circiter ædificatus est conuentus Meduntensis, nunc sancto Bonaventuræ sacer, secus fluminis Sequanæ decursum, quarto à Medunta, Carnotensis diœcesis, lapide, opera generosissimi Domini Nicolai dicti le Char, militis: cuius litteræ suo sigillo in cera viridi appenso authenticæ datæ anno 1234. in archiis diœci conuentus conseruantur integræ. Autem vel continuata fabrica per inclytum heros Robertum Catum Militem, ut constat similiter litteris authenticis. Tertio manus & opem admovit Iohannes dictus Rhenensis Meduntensis ciuis, & Eudelina eius vxor, qui seruenti; qua Minoribus fratribus affiebantur dilectione, prædicto conuentui

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

conuentui dederunt cum vinea sibi vicina quintam omnium suorum honorum partem, quod liquido constat literis suo sigillo in cera viridi appenso munitis, atque datis anno salutis 1292. mense Ianuario. In hoc conuentu morain fecit Doctor Seraphicus S. Bonaventura vbi magnam suarum lucubrationum partem conscripsit, & in hunc diem seruatur in templi muro sub craticula ferrea lapis, quem serunt Seraphicum Doctorem pro puluinari habuisse. Adeo solicitam dicti loci curam ille gerebat, ut eum commendatum voluerit optimatibus & populo Meduntensi, quod ex sequenti provincialis Ministri Francie epistola apertius constabit. In Christo sibi dilectis Maiori Meduntensi, & communitate eiusdem villa frater Petrus Minorum fratrum in Francia Minister & seruus, salutem & pacem in Domino sempiternam. De voluntate reverendi patris nostri fratris Bonaventura generali Ministri voluntus, & acceptamus, quod sub dominio, & patronatu communitatia vestra locus fratrum Minorum de Medusa supponatur, fratres autem loci, & ipsum locum vestre in Domino recommendamus charitati. Datum Atrebati tempore provincialis capituli anno Domini 1268.

Non plane constat quo anno magnificus Baro Dominus à Ponte Minoribus ad Idem in prou. prauerit conuentum sancte Matris Magdalena Corisopiti, Curiosolitarum ciuitatis, vulgo Coronaille sancto Corentino dicata, in Britannia Atemorica sub Archiepiscopo Turonensi. Præexistit domicilium & Ecclesia, male tamen habita, derelicta ut ferunt à Templariis, quo tamen tempore nescitur. Id solum in hac re certum Ecclesiam quæ prius insigniebatur sancti Ioannis Baptistæ nomine, refectam, & sancte Matris Magdalena dedicatam fuisse hoc ipso anno per eiusdem ciuitatis Episcopum, quem & huius conuentus alumnum, & Renatum vocatum, ait Gonzaga, quem item Raynoldum seu Raynulphum appellat Bituricensis in serie Episcoporum Corisopitensis Ecclesiz, dum hunc electum ait anno 1218. & obiisse anno 1245. infra quod tempus incidit prædicta dedicatio, licet nullam agat mentionem monachatus Franciscani huius neque Guidonis de Poloenevez, quem tamen Minoritam fuisse, apud Venetos sepulturam obtinuisse, & Renato vel Raynaldo successisse in Episcopatu ait Gonzaga: licet non immediate succellerit, interueniente Herveo de Landeau, qui sedit annis sexdecim. In eodem loco, atque eodem tempore floruit frater Ioannes Discalceatus dictus sancti Francisci socius, qui ibidem obiit, & in sacello sancti Antonij extat eius sepultura craticulis ferreis circumsepta. Qui vero capitis dolore divergantur, in illius tumulum caput suum intromittunt, siveque à morbo vindicati recedunt. Videtur item ibi caput sancti Turij Corizopitenum quondam Episcopi. Habetur etiam ille agnus Dei, quem secum deferebat beatus Ludouicus nostri Ordinis sacer Pontifex. Est ibidem illius cingulum, seu corda, & mulieres parturientes graibus afflatae doloribus, appositis illa agni Dei effigie, vel imagine & corda inox à tantis liberantur angustiis. Multorum insuper sanctorum visuntur reliquiae, quorum nominina ignorantur, nihilominus tamen maxima habentur in veneratione.

Hoc anno Ruthenam Aquitaniz ciuitatem, vulgo Rhodez, quam montibus cinctam Auetio alluit, Minores applicuere, quibus nobiles heroes, Hugo Ruthenensis Comes Almaricus eiusdem Comitis pater, & Deodatus domum maiori ex parte & Ecclesiam Ruthenicis muris contiguam, suis sumptibus edificari curarunt. Quod vero reliquum fuit edificij, puta dormitorium, refectorium, atque aliquot aliæ necessariorum officiorum, id totum ex liberalissimis Ruthenensium eleemosynis constructum fuit. Præterea Reuerendissimus Gulielmus à Cardailharco S. Pauli Episcopus ipsam Ecclesiam de Christiano more consecravit. Cum autem hic locus Ruthenensis in omnibus omnino conterminus ciuitatem redderet imbecillorem, atque inter proceres de eius ad terram deiectione ageretur, illustrissima simul atque pienissima Beatrix à Claramont Armaniaci Ruthenique Comitissa atque Ludouici Regis Francorum nepitis, ne tantum incommode fratres subire cogerentur, conuentus muros turribus atque firmissimo aggere firmari iussit: adeo ut nulla ex parte ipsa ciuitas munitior sit. Hæc igitur nobilissima heroina moriens eretto sibi sumptuoso mausoleo in huius loci Ecclesia in Minoritico habitu sepeliri voluit. Hæc sibi per omnia similis illustrissima quædam domina de Bithurio Armaniaci atque Ruthenique etiam Comitissa subsequuta est.

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Chez.cit. **H**atrum igitur duarum heroinarum sepulchris, atque pluribus aliorum nobilium mausoleis, nec non & sacris diui Eutropij reliquiis, huius monasterij Ecclesia illustrior redditur. Translata est domus hac à Patribus Conuentualibus ad Observantes anno Domini 1496. in qua floruerunt viri illustres, frater Vivianus Episcopus eiusdem civitatis, quam rexisse anno 1247. constat ex veteribus tabulis, vt habet Bituricensis in serie Episcoporum Ruthenens. venerabilis item Pater fr. Petrus Borgelarius insignis concionator, & aliquando Conuentus Guardianus. & fr. Petrus Tauzietius Sacerdos atque summæ integritatis vir, fr. Joachimus Dardanius à truculentissimis hereticis martyrio pro fide Christi gloriòsè laureati.

Con. Areti- **C**irca hunc annum translatus à primo fundationis loco extra urbem conuectus XLII. *nni.* **A**retinus, recipientibus se fratribus in eandem; &dificato dormitorio & quadam Capella. Elapso aliquanto tempore venerabilis Pater fr. Angelus de Meglio Aretinus, magna diligentia non sine magno labore & sumptu insignem Ecclesiam & monasterium extruxit. Floruit in hoc loco B. Benedictus Aretinus cuius vita & nomen non discordabant, qui dum primus esset Minister Antiochiae multaque præclare in Oriente gessisset. inde rediens digitum Danielis Prophetæ huic intulit loco, vt alias dum de eius via termino dixerimus latius referemus. Cum lotus hic vexaretur à spiritibus immundis prædictus Benedictus instituit vt cantraretur illa antiphona, *Angelus locutus est Mariae, dicens:* Quam institutionem confirmavit postea Diuus Bonaventura Generalis. Hunc locum plurimum exornauit Ioannes Maria Zauara Aretinus, Episcopus Neapolis Romanæ. nam sacrarium ornauit vasis argenteis, & plateam pulcherrimam construxit. Dominicus quoque Nardus, & Aurelius filius. Verè Aurelius, aurez scilicet & insignis probitatis adolescens, plurimiis beneficiis diuina quadam zimulatione hunc locum cumularunt.

Con. Veron. **H**oc anno vel præcedenti introducti Minoræ Veronam (quæ antiquissima & nobilissima civitas est in Marchia Tarvisina ad Volturrenorum limites, per quam minaci vehementia præcipitatur ex Tridentinæ Alpibus descendens Athesis fluvius) nam anno 1230. extructam à ciubus Ecclesiam in honorem S. Francisci in suburbio Veronensi ea ex parte, quam Ciuitatulam vocant, scribit Hieronymus de Corte in historia Veronæ, deinde aliquoto post tempore euocatos ex aliis ciuitatibus fratres vt ad eandem Ecclesiam habitarent. Sed ad annum 1261. concessa fuit eisdem Ecclesia sanctorum Martym Firmae & Rustici cum vniuersis annexis possessionibus, qua tamen usque ad annum 1312. contradicentibus monachis Benedictinis pacifice non poterant potiri. Tandem obtenta possessione Henrico Imperatore suam interponente authoritatem, prior ædes S. Francisci destinata est pupillis virginibus educandis. Conuentus hic caput est custodiarum Veronensis Minorum Conuent. in quo floruerunt viri grauissimi; hinc assumptionis ad regendam prouinciam Poloniæ Magister Camillus Tachetus Regius Cracoviæ professor.

An. 1230. **P**robabile est ex iis, quæ supradiximus hoc anno vel sequenti initium accepisse conuentum Minorum intra ipsa mœnia ciuitatis, olim elegantis municipij, Kilkenniæ seu fani S. Canici in Hibernia in prouincia Lageniæ & dioecesi Offyriensi, prope fluvium de Feoir, seu Neorum, qui è Bladinarum montium visceribus infra Ormondiam, simul cum Suito & Birgo editur, diuiso alueo plurima stringens propugnacula, donec Birgi vel Beatu aquis suas immiscet prope urbem Rossensem, olim amplissimam. Repeto huius probabilitatis fundamentum. Testis mihi est Matthæus Paris illorum temporum æqualis, sub anno 1234. Comitem Marescallum spiritum Deo reddidisse 16. Kalend. Maij, & sepultum esse in oratorio fratrum Minorum apud Kilkenni, vbi idem, inquit, sepulturam elegerat militiæ flos temporum modernorum.] Historia etiam generalis Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Andrez du Chosne Galli, ita habet. [Richardus Marschallus Angliæ & Pembrochiae Comes sepelitur Kilkenniæ in Ecclesia fratrum Minorum anno Domini 1234.] quare mendum est in annalibus Hiberniæ apud Camdenum in editione Londinensi excusis, dum dicitur in choro fratrum Prædicatorum sepultum; nisi fortassis ob humilitatem oratorij Minorum postea translatus sit ad augustinorem locum in choro Prædicatorum; licet de humili sepultura intelligendum videatur illud de eo recitatum carmen. *Causa sub fossa, Kilkennia contineat ossa.* Cum ergo sub

*Paris anno
1234.*

*Chosne co-
dem anno.*

ANNO CHRISTI 1232.	GREGORII IX. ANNO 6.	FREDERICI II. IMPER. AN. 23.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 25.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sub mense Aprilis illius anni in dicto oratorio sepultus sit, iuxta illorum authorum fidem, atque antea ex Gallo authore ibi conditus eius frater Gulielmus, recte habetur ante illum annum obtinuisse iam sedem Minorum Kilkenniz; quod in hunc vel sequentem reiiciendum putem, neque enim prius licet, dum conuentus Yocheliz, aut Corcagiz ante proxime clapsos annos 1230. & sequentem non extitisse probabilius duxerimus, iuxta ea quæ tunc examinauimus; hi tamen conuentus Kilkenniensi sunt priores.

Quidquid sit de prima origine, paulo post ita excreuit hic locus, ut anno 1267. celebratum sit ibi capitulum prouinciale, ut narrat Ioannes Clyn illius conuentus alumnus, cuius & hæ reperiuntur obseruationes, quod anno 1321. consecratum maius altare quod vñica marmorea tabula mitz longitudinis & latitudinis constat, ita ut proprie altare magnum valeat appellari. Anno 1331. die Veneris in festo sanctæ Cecilie per Dominum Nicolaum Vwaterfordensem Episcopum consecratum fuit nouum cœmiterium extra Ecclesiam. Anno 1347. Dominica prima aduentus incepit confraternitas pro turre campanaria extruenda & Ecclesia reparanda. Eodem anno Dominica Palmarum, & die Annunciationis beatæ Virginis Mariæ in eodem conuentu sepulta fuit domina Isabella Palmer, quæ anteriorem faciem chori ædificari curauit. Etsi marito tradita iuuencula dicitur impolluta obiisse, transactis in sancta viduitate absque villa suspicionis malæ nota annis circiter septuaginta. Ambitus totius monasterij extenditur à placea ciuitatis usque ad flumen, & à fluviolo cuiusdam molendini ad flumen extructi, usque ad mœnia. Prope valerudinarium non longè à fluminis margine scaturit abundans vena aquarum olim fratribus in veneratione, & fons sancti Francisci dicta, propterea quod epota aqua ad invocationem sancti Patriarchæ multarum afferebat ægritudinum medelam. Eadem huius monasterij ac cæterorum Hiberniz sors sub fera persecutione hæreticorum, amplissimæ Ecclesiæ adhuc consistunt muri, & testi pars; officinæ conuentus cesserunt in profanos usus & utilitatem urbis, quæ fundum à Rege Anglorum obtinuit. Visa ibi grauia supplicia polluentium sanctuarium, qui indigna in loco sacro perpetrabant. Possidet nunc D. Ioannes Shea filius Richardi Equitis aurati, prædium rurale capella dictum ad primum ab urbe lapidem, quod olim erat monasterij, dum inhabitaretur à Pribus Conuentualibus.

Taxauit hoc anno Gregorius numerum monialium viuentium in monasterio sanctæ Mariæ de Rossano, urbe Archiepiscopali in magna Græcia seu Calabria, præcepit que ne velatæ duodecimum excederent, neque seruientes ultra sex haberent, præcauens illarum inopiae, & malis quæ ex ea sequuntur. Incipiunt litteræ, volentes ut monasterium datæ Anagniz Nonis Octobris. Fecit etiam construi ex piorum eleemosynis conuentum Damianitarum Sancti Laurentij inter Vineas Urbeueranas, cui hoc anno Raynerius Episcopus Urbis Veteris privilegium dedit exemptionis, quod insertum literis Pontificiis dabimus in regesto Pontific. anno nono. Sua item pecunia fecit Pontifex aliud construi monasterium inter Angulos Spoletanos in loco qui dicebatur Costa de Cizana; quod hoc anno exemit à iurisdictione Episcopali Nicolaus Episcopus Spoleti, ut videre erit in regesto huius tomi sub anno decimo Pontific. Gregorij. Commisit etiam examen miraculorum beatæ Elizabethæ Hungaricæ Archiepiscopo Moguntino Sifrido ac Conrado Marpurgensi, quibus examinis modum prescribit, quem ad calcem huius tomii ex Vaticano exscriptimus. Hospitale ab eadem sanctissima fœmina in Marpurg erectum commendat curæ & patrocinio Magistri Conradi Marpurgensis. Initium literarum, *Hospitale in Marburch.* Datum Anagn. 2. Idus Octobris. Illius autem canonizationem non tepide sollicitauit dictus magister Conradus, verum & alter Conradus Lantgravius Ludouici defuncti, Elizabethæ coniugis, frater Hist. Lantg. Romam veniens sepius habuit cum Pontifice de eius sanctitate colloquium, & pro ea- dem canonizanda, ut Lantgraviorum refert historia, solerter laborauit.

ANNO CHRISTI
1233.

GREGORII IX.
ANNO 7.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 24.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 26.

ARGVMENTVM.

Congregantur ad Synodum vniuersalem Numantinam in Hispania Minorite, quorum precibus Pontifex se vniuerseque Ecclesia statum commendat. Præclaras deinde eis committit missiones ad Soldanum Damasci, ad Regem Georgie in Asia, ad Regem Miramolimum in Africa, ad varias etiam terras Saracenorum & Paganorum. Apocrisarios etiam misit ad Germanum Constantinopolitanum Archiepiscopum, duos ex Ordine Predicatorum, & cotidem ex ordine Minorum. Illatas molestias Minoritis per canonicos Regulares Conymbricenses, & Episcopum Placentinum sua sedae auctoritate. Occiditur Magister Conradus Marpurgensis una cum Gerardo Minorita. Crescit miro augmendo numerus monasteriorum tam fratrum, quam monialium. Sed mirabile fuit præ ceteris Barchinonensis cœnobij virginum exordium per sancte Clare discipulas.

NON VOCAVIT hoc anno Minister Generalis Ioannes Patens præcipuos Ordinis Patres ad comitia Generalia celebranda in ciuitate Numantina alias Soriz (si ea dicenda venit Numantia, ut alias notauiimus) in Hispania Tarragonensi inter Areuacos ad Durium fluuim. Ea causa comitiorum seu congregationis fuit, ut de provinciarum districtu & regimine ageretur, disciplina regularis retincretur aut restituatur, & ne sancti Francisci præceptum in regula circa triennalia capitula negligenteretur. In primordiis huius congregationis, quæ post festum Penthecostes habenda erat, illud memorabile accidit. Laborabat omnis circumquaque regio maxima siccitate, nullaque futuræ messis spes eius accolis erat: quamobrem patres sic in vnum collectos obnixe rogarunt, ut pro se apud Deum intercedere vellent. Quibus denique simul cum Generali ad orationem recurrentibus, tanta ex tempore aquarum abundantia è cælo subministrata est, ut segetes, quæ iam omnino pte Solis ardore pallebant, faciem immutarent ac in maximam frœunditatem proruperint: vnde & fertilitas subscuta est.

Scripsit ad horum comitiorum Patres Pontifex commendans eorum orationibus statum vniuersalis Ecclesiæ, suum item peculiarem, & animam A. Magdeburgensis Archiepiscopi. Grauiores sunt de hac re literæ, quam vt debeat negligi, eas ex regesto Vaticano num. 236. subminstramus.

G R E G O R I V S E P I S C O P V S S E R V V S
S E R V O R V M D E I :

*Fratri N. fratrum Ordinis Minorum generali Ministro & ceteris Provincialibus
Ministris ipsius Ordinis ad generale capitulum congregatis.*

[Per mare magnum & manibus spatiosum inter innumera peruersatum reptilia nauigantes, tot aduersis ventorum flatibus hodie quatimur, & fluctuum turbulentis elationibus deterremur, quod iesum iis excitare compellimur, & pulsare clamoribus; Domine nisi festinaueris nos saluare, periremus. Confidimus etenim quod is, qui non dormit, sed quasi dormiens prorogata misericordia propter culpas, anxietates, quas patimus, quodammodo non attendit nequaquam supplicantibus indignabitur, cum nos monitis & exemplis instruat ut rogerur. Vobis ergo qui spretis campestris terra deliciis, & aquarum illum montem per ducatum spiritus ascenditis, qui propheticō semper sarculo seritur, ut nec terror veprium & spinarum, nec auditionis maleficiencia timeatur, qui Dominicis pedibus primæ conditionis vnguento perfusis, & pro-

March. 8.

March. 7.7.

March. 4.

Luc. 7.

Ioseph. 11.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MR- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

& pro beneficiorum susceptione manibus osculatis adunctionem capitum per laudis sacrificium peruenistis, & eo ad impetrandum potentiores facti esse credimini, quo familiarius estis Domini potentias introgressi fiducialiter id clamoris genus iniungimus, & tam generale totius Ecclesiaz sacrosanctæ, quam præsulatus nostri speciale negotium commendamus, instantius oraturis ut Dominus Iesus Christus, quem constat, non dissensionis Deum esse sed pacis, & à foris secis infidiis nos defendat, & custodiat ab internis, cito sub pedibus nostris aduersarium conterat, & spiritum paraclytum non subducat. Ad hæc unicam petitionem vniuersitati vestra porrigitur ut bon. mem. A. Magdeburgen. Archiepiscopo, qui nuper obiens in literis ad nos missis supremæ petitionis elogium, velut ultimæ voluntatis indidit testamentum, pro Christianis exequiis tale deuotionis obsequium impendatis ut pro animæ suæ remedio in toto Ordine Missam unam Sacerdotum singuli celebrent, & quilibet fratres aliorum graduum 7. psalmos pœnitentiaz cum litania, & fratres laici septies Dominicam orationem decantent. Dat. Later. 2. Non. Julij an. 7.]

III. Magnam pro suo munere curam gessit hoc anno Summus Pontifex Gregorius de Mahometanis ad fidem conuertendis, & de schismaticis ad Ecclesiaz vnitatem reducendis. Elegit itaque plures ex Minoribus operarios inconfusibiles; recte verba vitz tractantes; quos ad Soldanum Damasci, ad Georgianos, ad Saracenos, ad Constantinopolitanum Patriarcham, ad Caliphum de Balac, ad Regem Miramamolioum, & alios destinavit. Singulas has missiones ad vendicandam tantarum rerum sepultam memoriam, & commendandum sancti Pontificis zelum, ipsasque missiuas litteras exscriptas ex sacro Ecclesiaz armario, archiuo Vaticano, suo hic ministrabimus ordine. Prima illa erit ad Damasci Soldanum per duos fratres, quorum nos nomina latent, hiulcis lacunis suppositis punctis, vbi erant nuncupandi, in diplomate Pontificio, in quo doctissime & grauissime sanctus Pater exponit Dei curam circa animarum salutem, à mundi principio nunquam interruptam, atque primum dedisse Patriarchas, deinde Prophetas, demum unicu[m] suum mississ filium, cuius vitam & facta egregie complectitur, tandem huius vicarios, qui gentes vocent ad viam veritatis. Postremo pia & efficaci oratione hominem ad veram fidem amplectendam inuitat, atque ut eandem docentes fratres Minores grancanter velit audire, instanter hortatur. Omnia ex ipsis litteris quæ habentur in regesto Vaticano num. 295. clarius percipies.

G R E G O R I V S E P I S C O P V S S E R V V S
S E R V O R V M D E I .

Nobili viro Soldano Damasci viam agnoscere veritatis.

IV. Cœlestis altitudo & immensa benignitas Dei excelsi, hæc inter vniuersa quæ con- Dei circa
dedit, rationali tantum creaturæ concessit ut sapientiaz oculis per opus opificem, per suam Ecclesiam,
creaturam agnosceret Creatorem, & ad totius ignorantiaz tenebras expellendas prius
tres ordines electorum velut tria candelabra per quædam sibi succendentium spatia
temporum Patriarchas primo, secundo Prophetas, Apostolos tertio direxit in via.
Patriarchas à cœca multitudine separatos iusticia, insignes Angelorum susceptores, Pro hominib[us]
Dominum facie ad faciem intuentes in fundamento fidei posuit scriptura dicente: salutis missi
Credidit Abraham Deo, & fuit ei ad iustitiam reputatum; & vere credidit, qui cum tres primi Fa-
viros cerneret, unam diuinam in eis substantiam adorauit iuxta quod Isaïas audi- marcha.
uit Cherubim in cœlo clamantia., Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, Gen. 15.
dicente David: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicas nos Deus, & meruant eum Probatur ex figura sacra
omnes fines terre, cum ter Sanctus, & ter Deus sit pro personarum numero positum Script. Tri-
Dominus Deus Sabaoth, & meruant eum omnes fines terræ, pro essentiæ vnitate ritu perso-
subiunctum, attribuente scriptura Patri potentiam, sapientiam Filio, Spiritui sancto
benignitatem proprietate mysterij, cum sit potentia, sapientia, & benignitas una trium, marum.
sicut ipsi sunt unum. Deinde Prophetas ex Hebreorum populo, qui credebant, ele- Isai. 6.
los, fide summos, sanctitate pollentes, claudentes & referantes orationibus coelum, Script. Tri-
curantes morbos & infirmitates hominum, & suscitantes corpora mortuorum; post ritu perso-
Rr 3 legem Prophecia

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
legem quam per Mosen edidit, velut parietes adifici consurgentis erexit. Apostolorum vero sacrum perfectumque numerum superduxit in operis complementum, & primum quidem lumine talium promissionum sponsione succendit ad Abraham magnum Patrem multitudinis gentium, in cuius carne fecit consistere testamentum. In te, inquit, benedicentur universa cognationes terra. Ad Isaac, Benedicentur in semine tuo gentes. Ad Iacob vero, qui per duodecim filios, tribus totidem & populum multitudinis innumerar propagauit: Ego sum, ait, Dominus Deus Abraham patris tui, & Dominus Isaac, & post pauca, dilataberis ad Orientem, & Occidentem, Septemtrionem & Meridiem, & cuncte benedicentur in te, & in suo semine, tribus terra. Iacob vero filius suis per singulos benedicens, praesentia tangens, futura prospiciens, ait de Iuda, ex cuius erant stirpe descensuri Reges Hierusalem, & tandem Dei filius, homo Christus Iesus, per utrum intact virginis nasciturus. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de semore eius, donec veniat, qui venturus est, & ipse eris expectatio gentium. Luminare vero secundum talibus testimoniorum fulgoribus illustravit. Ait prophetarum principius Isaia: Ecce Virgo concipies, & paries filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Item parvulus natura est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri faculi, princeps pacis. Et Ieremias, Sacerdos ex Sacerdotibus, & in matris utero consecratus: Nquam, inquit, facies Dominus super terram; semina circundabit virum. Item Baruch, Deus noster est, & non existimabitur alius aduersus eum, hic adiuvenis omnem viam discipline & tradidit illam Iacob pueru suo, & Israel dilecto suo; post hec in terra visus, & cum hominibus conuersatus est. Et Dominus per Osee: Ex Aegypto, inquit, vocavi filiam meam. Ecce per Michæam; Et tu Bethlehem Ephrata parvula es in milibus Iuda; ex te enim egredietur, qui sit dominator in Ierusalem, & egressus eius ab initio à diebus aeternitatis. Denique illud semen benedictionis & gratia quod promissum fuerat patriarchis, de quo cecinit Isaia dicens: Nisi Dominus reliquisset nos, semen, quasi Sodoma fuissimus, & quasi Gomorrah ciuitates videlicet, quas subuertit Dominus in momento. Et item: Rorate caeli desuper & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germines saluatorem, & iustitia oriarur sumul; ego Dominus creavi eum. Et David: Veritas de terra orta est, & terra dabit fructum suum. Et cum de morte, ac remuneratione fidelium loqueretur, hac est, inquit, hereditas Dei filii merces; qui fructus est ventris, per operationem sancti Spiritus intacta Virginis utero terminatum, cibus hominum, & salus fieri voluit penitentium. Poterat autem nos absque sua humiliatione redire, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto potuit omnia sine aliqua difficultate creare, sed Sapientia sapienter cuncta disponens, attulit illud genus remedij, quo solo dilectioni fierent obnoxii, liberati sicut prophetauerat Isaia: Disciplina pacis nostre super eum & lignore eius sanati sumus. Et item, Oblatus est, quia ipse voluit & non aperiet os suum; sicut ouis ad occisionem ducetur. Et post pauca de angustia, & de iudicio liberatus est: Generationem eius quis enarrabit? & item: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratu deputatus est, & ipsi tulit peccata multis. Hic in fine temporum iuxta quod prophetarum vaticinio fuerat præsignatum, angelo nunciante conceptus est. Nascentem stella noua lucis apparens nuntiavit Regibus Orientis, & Angelus in Iudea pastoribus ovium, quorum simplicitas verbum non peruerteret, nec mutaret auditum, cum quo facta est subito celestis militis multitudo laudantis, & dicentis; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntas. Ipse dedit Regibus intellectum, qui dederat signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri, ac per ducatum novi sideris venerunt ad adorandum in pannis infantia Dominum maiestatis. Ioannes, quo maior inter milieum natos nemo surrexit, & qui tantus habebatur, ut Christus à populo crederetur, eum mox ut vidit, digito demonstravit, dicens; Agnus Dei es, qui tollis peccata mundi. Post hæc curauit ab omni morbo languentes, & mortuos suscitauit. Illum quoque omnia elementa suum cognouerunt Actorem; sub plantis eius mare se calcabile pre-cepit, & ad ipsius imperium fluctus & aquora siluetunt, voluntas eius aquas transubstantiauit in vinum, & ipsius benedictio pane modico multa hominum millia satiauit. Quo mortiente terra contremuit, sol lucis sui radios occultauit, velum templi & petra scissa, ac aperta sunt monumenta, & cum surgente apparentia multa corpora mortuorum, multis in ciuitate testibus surrexerunt. Ad extreimum temporali quam			
Terro mis̄i Apostoli.			
Genef. 12.			
Ibid. c. 12.			
Ibid. c. 18.			
Geo. 49.			
Isai. 7.			
Idem c. 9.			
Prophecia de Verbo incar- nando.			
Ierem. 31.			
Baruch 3.			
Osee 11.			
Mich. 5.			
Isai. 1.			
Ibid. c. 45.			
Psal. 84.			
Psal. 116.			
Isai. 13.			
Ibidem.			
Luc. 1.			
Mat. 2.			
Luc. 4.			
Ibidem.			
Ex Leone serm. 1. de Eoiphan. Mat. 11.			
Ioan. 1.			
Mat. 6.			
Mat. 8.			
Ioan. 1.4.			
Mat. 1.4. & 15. & Mat. 8. & 9.			
Luc. 9.			
Matth. 17.			
Luc. 33.			
Ibidem.			
Matth. 17.			

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
<p>pro totius mundi salute pati dignatus est, morte calcata, Vicarios operis sui reliquit Apostolos & concedens eis eandem faciendi miracula potestatem, ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum, & iudicaturus viuos & mortuos expectatur. Ipsi etiam quos reliquit in certium luminare, nihil minus miraculorum, quæ Deum fecisse viderant, effecerunt, & quotidie tam per venerabiles ipsorum reliquias, quam per omnes, qui fidem & opera sequuntur eorum, catholica Mater Ecclesia miraculis illustratur, dum cœci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, liberantur energumeni, mortui suscitantur, quod in alia regione non contingit. Quia igitur debitores sumus omnium, & salutem quæreter seruus seruorum illius debet qui neminem vult perire; non immrito circa te & subditos tuos misericordiæ visceribus affuentes, affectum Pauli gentium Doctoris induimus, qui sciens creatorem omnium acceptionem non facere personarum confitimatus infirmis, & omnibus omnia factus; ut omnes domino lucratur. Scientes insuper instare tempus correctionis errantium animarum, & gentes ante conuersionem Israëlis qui aduersus est ad fidem, per gratiam intraturas, vobis qui hucusque resistitis, & Euangelij Iesu Christi filij Dei, boni videlicet nuncij, quod per seipsum attulit & transmisit, notitiam non habentes, sicut abyssus instabilis sensu carnis contra Catholicæ nauem Ecclesiæ fluctuantes; Verbum Christi, & celatum à saculis Christianæ fidei sacramentum, non simul omnibus, sed sicut ab æterno sapientia diuina disposuit aliis post alios reuelatum, æternæ videlicet mysterium salutis, & pacis annunciatæ decreuimus Iesum Christum verum Deum, veri Dei filium tibi & tuis per epistolam nostram, & per viros virtutis eius, ministros gratiæ prædicamus, si forte Deus Omnipotens, qui vocat ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt; illud lumen infundat cordibus nostris quod vocationem omnium gentium præfigurans trium in Oriente quondam Magorum cordibus aspirauit. Quod in propria veniens susceptum non fuit à suis, quod per Euangelium Pauli populus qui ambulabat in tenebris, apprehendit, quod nunc quoque lucet in tenebris, nec videtur ab eis quia venire nequit ad veritatis indaginem? qui non reliquit errorem. Vnde cœlestem Curiam, & cœlum, & terram in testimonium inuocamus. Si enim quod absit fidem tot argumentis, talibus testimoniis, tantis signis, & miraculis ingentibus approbatam, suscipere ac tene-re negligitis nullam penitus de peccato prætendere, nullam in eius conspectu, qui seculum indicare per ignem in potestate ac maiestate venturus est, poteritis excusationem habere. Ceterum vos, non vestra requirimus, animatum veltrarum cum Iesu Christo lucra sitimus. Nihil de facultate subtrahere querimus, vel minuere de honore, sed prouochere vos, & ampliare potius affectamus. Ecce proinde dante Christo Iesu nostris affectibus incrementum: ut tu qui & caput & princeps populi tui per gratiam intellectus, quo à multitudine subiecta discerneris, si proposita tibi per pacis Nuncios audieris patienter, per cognitionem fidei efficieris Christo primiceri populi credituri. Sicut de quorundam principibus nationum factum est, qui solidata sibi de-super significatione credentes, multorum & præcipue subiectorum causa salutis effeti, temporali gloria non amissa, sed aucta, cœleste regnum quod nunquam finitur, à Deo percipere meruerunt. Quapropter tuam exhortamur industriam, & tibi per eum qui cuncta creavit, iniungimus, quatenus diligenter filios..... & frates Minoriæ in ordinis fratrum Minorum, ad te pro tua & tuorum fulure directos, libenter suscipere habe legatio-nem fratres debeas, & diligenter audire, non reputans ociosum, quod à nobis in hac parte diebus nouissimis inspiratione diuina, de fratribus nostrorum consilio sitientium illuminati-nem omnium populorum non sine sacrarum scripturarum est authoritate prouisum. Datum Anagn. 15. Kalen. Martij anno 6.</p>			

V. Paulo post ultra vnum mensem rediens ex Asia frater Jacobus de Russano signifi-catus messem multam illius regionis pluribus indigere operari, retulit quam huma-niter cum suis exceptus fuerit à rege Georgiæ (quæ Alia regio est iuxta Coricias, Pho-ristas, & Riphales iam ab anno 1211. à Tartaris, ut scribit Blondus Sabacta) ad quem gratissimas dedit per eundem Iacobum literas rogans, ut redeuntem cum aliis eiusdem Ordinis professoribus benigne recipiat, & charitatibus petraret. Ipsi autem fratribus in plures terras ultra Georgianas & Saracenas perretractis amplissimas concedit fa-cultates. Literatum tenorem subiungimus. Regiæ litteræ habentur in regeslo Vaticano

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1233.	ANNO 7.	IMPER. AN. 24.	NORVM AN. 26.

num. 22. fratrum vero num. 25. datz 6. Idus Aprilis, licet apud supplementum Ord. Rodericum & alios 10. & 16. Kalend. Iunij. sed in eo est controversia, quod successive per integrum illum annum plures ex zelo animarum ad illas partes transferint, quibus datz litterz, sub tempore quo discedebant.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS
SERVORVM DEI.**

Illustri Regi Georgiae.

Rom. 13. Cum sit omnis ab omnipotente potestas, & quæ ab eo sunt, ordinata credantur, illi profecto reges non portant gladium sine causa, qui & erexit aduersus impios libenter vindicant iniuriam creatoris, & fidelibus inclinati, pia ipsorum facta fauendo patiter & muniendo collaudant. Sane dilecto filio Iacobo de Russano de Ordine fratrum Minorum, latore præsentium, accepimus referente, quod tu thronum gloriz, cui præsidet, ab authore omnium recognoscens, personas ipsius ordinis, quin potius operantem in eis spiritum veneratis, intelligens, sicut credimus, & attendens, quod qui custodit parvulos hodie in confusione hereticæ prauitatis, catholicam dignatur Ecclesiam evidentioribus signis, atque miraculis decorare per eos, ut quo se fortius paupertate simul & simplicitate deiiciunt, eo maioribus ab eo, qui humilia respicir,
Matth. 10. virtutum honoribus attollantur. Ut igitur iusti & prophetæ mercedem accipias, si
Matth. 10. rex pro illo rege, qui per ignem viuos & mortuos iudicare venturus, quicquid minimis suis actum clementer inuenerit, ubi præstatum reputabit, gratiam & fauorem talium factis accommodas, & eorum misericorditer infirma supportas: serenitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attentius, ac per Apostolica tibi scripta in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus dictum fratrem, dilectum familiarem nostrum, & ceteros ipsius Ordinis professores, qui in ordine voluntariæ paupertatis pro Christo legatione funguntur ad gentes, quæ non nouerunt Deum, & assumunt invanum nomen eius, benignè recipias & charitatue pertractes, in ipsis magnificas opus eius, qui seipsum nobis præbuit, & pro nobis, & nos de corruptionis redimebas servitute, in filiorum libertatem vocavit, hereditaturos cum ipso gloriam sempiternam. Dat. Lateran. 1. Idus Aprilis Pontif. nostri anno 7.

Lauda Mi-
serores.

Commendat
eis Regi.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS
SERVORVM DEL.

*Dilectis filiis fratribus Ord. Minorum in terras Georgianorum, Saracenorum,
et aliorum infidelium proficiscientibus.*

Matt. 9. Cum messis multa sit, operarij vero pauci: Euangelicus ille paterfamilias adhuc VI.
Idem c. 10. mittit operarios in vineam suam: & eos hac quasi hora vndeclima vinez suz nouos de-
Codicis pri-putat vinitores: quorum laborem pari cum primis denario recompenset. Cum igitur
nilegum Mi-in terris Georgianorum, Sarracenorum, aliorumque infidelium vobis animarum soli-
noribus pro-citudine commissa illius operante clementia, qui de lapidibus potest filios Abrahz sus-
fessimis citare, verbo & exemplo proficiatis: ibidem existentes in inuio reducatis ad vitam,
in terras in-nos confiderantes quod ministerium vestrum diligenter implentes: vos operarios in-
fidelium. confusibilis exhibetis: viciorum sentes extirpare de agro Dominico satagendo: pro-
Mati. 3. &ppter quod indubitanter de vobis fiduciam obtinemus: ut qui spiritu viuitis, spiritu
Luc. 5. & ambuletis: & de doctrina vestra, & conuersatione flores & fructus proueniant grati-
Galat. 5. tiores. Deuotioni vestre presentium autoritate concedimus, ut in terris illis vobis sit
licitum excommunicatis communicare, in iis que ad salutem pertinent animarum.
Quibus & dummodo Latini sint, & Apostolicz Sedi obedient, fratres vestri presby-
teri valeant congrua satisfactione premissa, secundum formam Ecclesie absolutionis
beneficium impartiri: eorumque confessione audita preuentiam salutarem iniun-
gere, & cum ordinis vestri fratribus super leui irregularitatis nota prouide dispensare.
Nulli

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MINORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------

Nulli ergo &c. Datum 6. Idus Aprilis anno septimo.]

Alij plures hos sequuti sunt ad partes Saracenorum & Paganorum hoc eodem anno circa mensem Iunij, quibus & ampla concessit priuilegia, ut ex hoc quod sequitur induito Lector percipiet. Habetur in Monum. & speculo ordinis tract. i.

G R E G O R I V S E P I S C O P V S S E R V V S
S E R V O R V M D E I :

*Dilectis filiis fratribus Ordinis Minorum in terras Sarracenorum
& Paganorum proficiscientibus.*

Pro zelo fidei Christianæ, & pro illuminatione gentium in ignorantia ac erroris ambulantium cæcitate peregrinationem vobis assumentibus, & ad exterias regiones, præsentium vobis autoritate concedimus, vt proponere verbum Dei, & illatum partium homines per ministerium exhortationis vestræ cōuertere ad unitatem fidei Christianæ cupientes, recipere, ac baptizare possitis: & Ecclesiæ sacrosanctæ filiis aggregate, aggregatos insignire charactere clericali: ac eos qui per apostasiam, schisma vel hæresim à Christiani confessione nominis recedentes inter Sarracenos habitant, absoluere & reconciliare per gratiam penitentiarum salutatis, si ad obedientiam Ecclesiæ Romanæ in humilitatis spiritu duxerint redeundum. Datum 16. Kalen. Iunij Pontificatus nostri anno septimo.

Non est oblitus Gregorius anno superiori per suas litteras debitorem se constituisse Germano Patriarchæ Constantinopolitano de transmittendis eis viris doctis, & virtute conspicuis, qui de unione utriusque Ecclesiæ serio tractarent. Misit itaque ex Prædicatoribus duos, Hugonem & Petrum, ex Minoribus totidem Aymonem Anglicum, postea sui Ordinis Generalem Ministrum, & Rodulphum, quos virtutis religione viros conspicuos, morum honestate preclaros, & scripturarum sacrarum scientia preditos, in suis litteris vocat Pontifex; per quos grauissimam misit ad Patriarcham de duplice gladio epistolam, in qua ponderose hortatur ut ad unitatem Ecclesiæ Catholicæ velit suos reducere. Eam accepimus Græce & Latine scriptam ex vetusto codice Vaticano M.S. & altero Bibliothecæ Sforzianæ ad quem illustriss. Cardinalis Franciscus Sforza nobilis memor, noster familiaris patronus benignum & liberum nobis tribuebat accessum. Eam sub utroque idiomate ob rei grauitatem & commendationem hic duximus describendam. Scholia ad eandem dedit Gerardus Vossius quæ in eius libello de præcipuis monumentis Gregorij non poterit Lector consulere.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MY- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Prædicatorum: Aymonem & Rodulphum de Minorum Ordinibus fratres, viros virtute, religione conspicuos; morum honestate præclaros, & scripturarum sacrarum scientia præditos, iuxta quod tibi per memoratas literas intimare curauimus, ad te duximus destinandos: ut si cum eis de omnibus, quæ in questionem veniunt, tractare fideliter, & socialiter conferre decreueris, in rora quæ infra rotam Ezechieli ostensa est, vocem poteris audire tonitru, & in mari vitreo speculari, quod unus Adam collatus ad opus & custodiam paradisi, unam est sortitus uxorem, unum Dominum Iesum Christum in iustitia & veritatis sanctitate creatum, & unicam sponsam eius Ecclesiam præfigurans, quod Lamech, qui humiliatum sonat, dum uxorem unam diuisit in duas, sanguinarius factus est, & vivum in suum vulnus occidit. quod alia præter unam, arca non legitur, quæ cuncta vastante diluvio, sub unius Patriarchæ remigis potentatu, paucas animas sub perfectionis numero reseruauit. quod legem Domini secundum do dedit, non alteram sed eandem. quod duorum Cherubim, qui propitiatorium obumbrant, non aliorum versi, sed respicientes erant corum vultus ad unum. & unam Ioseph tunicam fuisse talarem, & nostri Salvatoris inconsutilem vestem unam. Verumramen si dubietatis sensum circa augustissimum Eucharistæ Sacramentum, vester diuersus à nostro ritus inducit: attende quod non sit aliud nec diuersum unius Domini Iesu Christi prius in assumpta propter nos carne passibilis, post sicut à morte sic ab omni passibilitate prouersus immunis, à Græcis pariter & Latinis nostræ salutis mysterium frequentatur. Græcus ad fidem cum discipulorum iuniore præcurrens, & tantæ gratiæ non ingratu, illius dignationis, qua Deus compassus misericordia humanæ homo voluit esse passibilis, eligens quotidie reminisci, hostiam offerri constituit fermentatam: vt Apostolo dicente, quod ex fermento massa corruptitur, in fermento corruptionis, cui ante resurrectionem corpus Dominicum subiacere potuit, ostendatur. Latinus vero cum Petro seniore securus litteræ monumentum, de qua procedit spiritualis sensus, prior introiuit, & linteamina posita, quæ sacrosanctum corpus, quod Ecclesiam signat, inuoluerant, separatumque sudarium quod fuerat super caput, aspexit: Sacramentum glorificati corporis celebrare mirificentius in azymis sinceritatis elegit. Sed utique panis simplex ante sacrificium panis est: Transubstantiatione vero facta per verba Dominica, panis non est, & ideo nec fermentatus nec azymus dici potest. Sed ille potius ereditur esse panis viuus qui descendit de cœlo, & tribuit vitam mundo. Hæc & his similia docuit Petri Sedem uincio spiritus, & sanitas intellectus. Utinam & tu tandem aliquando iuniorem discipulum, qui vidit & credidit, securus introcas, vt omnibus intellectis nobiscum vere psallas illud Davidicum: Ecce quam bonum, & quam iocundum habitare fratres in unum. Datum Lateran. decimoquinto Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno septimo.]

Ezech. 1. & 10.
Figura unius Ecclesie. Gen. 4. 5.
Gen. 6. & 7. ac 1. Petr. 1.
Exod. 15. 11.
Exod. 15. & 20. ad Heb. 9.
Ioan. 20. 1.
Agri de azymo & ferme. Galat. 1.
Ioan. 10.
Ioh. 10.
Psal. 132.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
<p>κηρύκων, τὸν Αρμενίον, ἐπειδὴ οὐ πάντας αὐτὸν θέλεισαν αἰδελφὸν ζεῖνεις, αὐτορχός διωγμῶν δύλαβεία συντετηρημένοις, καὶ τῷ τῷ ίδιῳ κοσμοτῷ καθαρεῖς, καὶ τῷ τῷ ίερῷ γραφῷ γνώστης περιχώντας, φρεγτίσθιτες αἴτεσίλκαρδι περὶ σε, καθὼς εἰς τὸν πολεμονόμον θεῖται γράμματος διεμισθαμένα· ως αὐτὸν αὐτῷ τῷ πάντων, ὃν εἰς συζήτησιν ἐλθετε πιστῶς συντεροφικῶς σύντιθεσθε, καὶ διακελκυῖς, εἰς τὸν τερψά, τὸν τερψά τὸν διποδειχθέντα τῷ Ιεζεκιήλ, δι- νητῆς αἱρεσομένης φωνὴν τὸν βρεγντῆς καὶ κατέπεισαντα εἰς τὸν οὐελίων τὸν θα- λάσσην. ὅποι εἰς Αδαμὸν τεθεὶς εἰς Εργον, καὶ φυλακὴν τὸν θεραπείαν, καὶ ή δο- θεῖσαν αὐτῷ μία γυνὴν, περιποιοῦνταν ἔνα κύρεον ήμέρην Ιησοῦν Χριστὸν τὸν κτι- μένης εἰς δικαιοσύνην, καὶ αἴγιοτόν αἰλυτείας, καὶ τῷ μίαν νυμφίῳ τῷ αὐτῷ σύκκλησιαν. ὅποι οἱ Λαζαρῖ, οἱ τελετειωμένοι ομμαίνει, εἰς τῷ τῷ μίαν γυναῖ- κα διαμέρισαν εἰς δύο αἱρεσεῖς ἑγρίστη, καὶ αὐτορχός αἴτεταινεις τεραβία αὖτε. Επὶ σόκον αἵγινωσκείει εἴναι ἐπέρρεικον εἰ μη μία. ως γὰρ πάντα τῷ κατάκλυσμῷ διεφθάρταιν, εἰς ἔνα πατερελάχθη, αἴφεδεισαν εικόνησις, ὀλυ- γας ψυχας τελεοτῷ δρεπεμένη διεφύλαξεν, καὶ τὸν νόμον σβύδωκεν οἱ Θεοὶ σόκον ἄλλον σβόδωκεν, αἷλα τὸν αὐτὸν. ὁσπερ γὰρ δύο χερουβίμ τῷ Πλοκαζούντε τὸν ιλαστερον, σόκον αἷλαχόδεν ἐπέρρεφον, αἷλα ἐβλεπον περὶ τὸν πολέμον ράφον χιτῶμα πλεύειν διπλῆν ἔνοντα τὸν θύχαρειας τὸν θεῖας, εἰς διαφορούν εἶλεται τὸν οὐκέτερον δόπον τὸν ίμετέρες περίσχεταις ὅποι οὐκέτιν ἐτερον, καὶ διαφέρεται τὸν εὔος κυρεία Ιησοῦν χρεισμον, τὸ πέπτον περισταλόντα δι' ημᾶς Σάρκα πα- θητέων, καὶ μῆτραν παντελῶς διαμεινόντα διαθανότας, καὶ τοῖς Γραικοῖς, καὶ τοῖς λαπίνοις οὐν τὸ μυστήριον τὸ ίμετέρες Σωτείας πολυτρέπως οἰκονο- μίσθιστας. οἱ Γερμανοὶ περιστρέχων περὶ τῷ πάντα μῆτραν τὸν νεωτέρου μαδητόν, καὶ τραυτὸν χάρεστας τὸν χαρετωτεῖς τὸν σκείναν αἴριστας, λιγὸς οἱ θεοὶ ίλεως αἰθρωπίων οιωπάδεν, αἰθρωπός θελήσας παθητὸν ψύχομαι καὶ σκλεγό- μένος καθημέσεαν καὶ μηνημονίων θυσίαν αιναφέρειν διποκατεστάσας, καθὼς οἱ διποτολοί λέγουσιν ὅποι τὸ Σύμπον τὸ Φύραμα Φθάνεται) σύγχυτον θερόπεδον τὸν τὸν αἰαστόν τὸν κυρεάκον (σόμα τοποθετημένατο, καθὼς σίδεαν). οἱ Λα- τίνοι οἱ μῆτραν περιεβιτέρες Πέτρον ἀκολυθήσας τοῖς γράμμασι τὸν μηνημένα, ἐξ τοῦ σκηποσθέντος παντακίνος νοῦς πέπτοντα εἰσῆλθεν, καὶ τοῦ θεόντα κείμενα αἴ- δεν, τοῦ τὸν ιερον καὶ ἄγιον Σόμα σιντολάσαντα, διπέτησθεισαν τῷ πολέμον χωρεῖ γὰρ τὸ Σόμα τὸν θεόν τοῦ Κεφαλῆς, τῷ θυσίαν τὸν μεδοξασμόν τοῦ Σόμα- τοῦ ποιησαν θαυμαστέρως θέλειξαν. αἷλα τοῦ αἱμότερα ψωμία αἱλῶς ψωμία εἰσὶ περὶ τὸν θυσίας. μεταβαλλόμενα οἱ διὰ τῷ κυρεάκων ρηματῶν, ψωμία σόκον εἰσὶν καὶ διὰ τοῦτο γένεται οὐρανοί, γένεται οὐρανοί (ψωμά) λέγεται· αἷλα μᾶλλον οὐτα πεσόντα) σκείνοντας οἱ αἱτας οἱ ζωντανοὶ κα- τέβασεν καὶ σδεικτὸς ζωὴν τῷ κορμῷ. Ταῦτα, καὶ τοῦ τυτηρίσθιαν εἰδιδαχεῖσεν οἱ πο- τεροί τοῦ Πέτρου χαρισματίν τὸν πιθύματας, καὶ υγιαῖ σωματοδοσία. ὥφελον καὶ οὐ ποτε τὸν νεωτέρου μαδητόν τὸν ίδοντα, καὶ πεπεισθεῖσαν αἱρετήσας, εἰ- σελθῆσαν εἰς πάσας σωματοστοιχίας, καὶ μεθ' ήμέρην ισως αἱλυθῶς ψάλλειν σκείνον τὸν θαυματικόν. Ιδού δὲ παντὸν, ἡ περπάνη, αἷλα τὸν κατεκείνον αἰδελφοὺς οἱ Ζηνόνες τὸν αὐτόν. Εδέηται εἰς Λωτερεύσαντος, πεντε οὐρανούς σημειάτη Καλαύδης Ιανίου, εἴδομεν ἔτος τὸ ίμετέρες Αεγαθεροπών.</p>			

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Quid hi Apocrisiarij fecerint in hac missione, quomodo cum Patriarcha, Imperatore, alisque Græcorum prælatis egerint, facile erit nobis referre ex ampla & plena ipsorum relatione data ipsi Pontifici Gregorio, quam integrum lenti exscriptissimus ex codice MS. archiui Vaticani inscripto *Centy Camerarij*, in quo antiquo charactere fol. 329. & sequentibus tota rei series habetur. Illa porro ita se habet sub compendio. Quibusdam consumptis in itinere mensibus tandem ineuente proximo anno Nicream, Asia & Bithynia Metropolim, in qua celeberrima illa Synodus contra Arij dogma celebrata est, vbi etiam Germanus Patriarcha, & Cæs. Fl. Iohannes III. Ducas. P. F. Aug. Imp. Græcorum in Asia, hærebant, peruenerunt dominica prima post octauam Epiphanię, occurrentibus eis longe à ciuitate nunciis veriusque tam Imperatoris, quam Patriarchæ, qui lenti aduenientes exceperunt. Deinde obuiam processerunt maioris Ecclesiæ Canonici, quibus, & nunciis prædictis stipati, ducti sunt cum magna maiestate in ciuitatem, deinde in antiquam & nobilem illam Ecclesiam, in qua præmemorata Synodus celebrata est, & ostensi eis in parietibus depicti sancti Patres, qui illi interfuerunt concilio. Demum per præcipias plateas longo circuitu & magnifico comitatu venerunt ad hospitij locum, honorifice Imperatoris iusu præparatum, ministratis laute & abundantiter quibuscumque ad refectionem corporis necessariis. Sequenti die suas literas Patriarchæ in publica aula dederunt, confidentibus & circumstantibus vniuersis vrbis Ecclesiasticis, præmonitiis ut legationi referende adessent. Diploma ut accepit Patriarcha osculatus est magna cum reverentia, & ad suos cōuersus inquit: Πέργα Παῦλος verba referens ad insculptas effigies & expressa nomina Sanctorum Apostolorū in plumbo pendent. Interrogati deinde an velut Legati Sedis Romanæ accesserint vel concilium indici vellent; responderunt; pro Apocrisiariis aut metis nunciis missos, non ad concilium conuocandum, sed curp ipso Patriarcha tractandum, neque velle ut legatorum honores sibi deferrentur. Contendente vero Patriarcha vel minimo nuncio Papæ veteris Romæ summos deberi honores, iisque gratias agentibus, multis hinc inde curialiter dictis, redierunt domum magna & præcipua cleri parte comitante. Feria tertia per nuncios præmoniti ut in Imperioriam ascenderent, accesserunt, Imperatorem salutarunt ea qua decuit reverentia, gratias reddentes pro acceptis honoribus & beneficiis, qui amicabilitet & benigne eos exceptit, presente Patriarcha cum magna parte cleri; coram quo causam sui aduentus exposuerunt, addentes Patriarcham litteras recepisse, eandem plenius exprimentes. Actum deinde est de illorum potestate, quam dixerunt ex literis Pontificiis constare, & Pontificem ratum habiturum, quidquid illi circa vnionis negotium concluderent. Statim ergo tractatum est de modo, quo in hac causa procedendum esset, an publica disputatione vel amica collatione? an in aperto concilio, vel cœtu priuato. Respondentibus Apocrisiariis se non ad disputandum circa aliqua de quibus Ecclesia Romana dubitaret, missos, sed ad agendum de vniione veriusque Ecclesiæ, & explicanda amica ea, de quibus illi dubitabant, vel propter quæ recesserunt. Tandem multis hinc inde prolatis de causa vel modo recessus deuentum est ad duo separationis capita, nimirum differentiam circa processionem Spiritus sancti à filio, & consecrationem Latinorum in azymis. De his itaque determinatum est ut tractaretur, monuerunt tamen Apocrisiarij rem grauissimam esse, multamque præmittendam orationem, in sacro sanctisque sacrificiis petendum ut Deus dignaretur illorum mentes illuminate, & Spiritus sanctus infundere, quid zque & digne de sua processione esset proferendum.

Assignata est Apocrisiariis Ecclesia pro suo cultu iuxta hospitij Sedem, in qua indulxit Patriarcha ut qui vellent, ritui interessent Latinorum, licet ante publicatam facultatem quidam ex Papatibus seu Ministris Græcis dixerit in Latinum laicum sententiam quia sacrificio interfuit Pontificiorum. Toto die Mercurij institerunt precibus & ieiuniis, die vero Iouis vocati in Cæsaris palatium vbi inchoata est prima collatio de Spiritus sancti processione, licet Apocrisiarij quibusdam de causis voluerint ut ab alia controvicia de sacramento altaris inciperetur. Proposita Græcorum fide per Patriarchæ Cartophylacem, deuentum est post varias disceptatiunculas ad rei medullam, an scilicet catholice assertendum erat, Spitem sanctum à Patre filio que procedere? In eo per aliquot dies multum & acriter institerunt Græci, temere & contra

ANNO CHRISTI 1233.	GRÉGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

& contra veram fidem sanctorumque Patrium doctrinam additum à Latinis illud verbum filioque Symbolo fidei ; præcipue contendente Patriarcha ex epistola Cyrilli Alexandri ad Ioannem Antiochenum, quæ incipit : *Lætetur celum & exultet terra* Cyril. ep. 16. & habetur in g. p. Concl. Ephes. non licere mutare, addere, nec detrahere voculam illam Symbolo Niceno. Prolatæ in medium & lecta coram omnibus ad Apocrisiariorum instantiam ipsa Epistola, docte monuerunt non veruisse Cyrrillum ; ut vlla vocis vel dictiōnis additionē fieret ad ipsum Symbolum, sed ad fidem Symboli, vt ipse exprimit Cyrus ibidem, atque in ipsis illis verbis ex epistola lectionis obiter docuisse Spiritus processionem à Filio. Dum itaque nihil ex Cyrillo poterant probare, neque ex eo condemnare additionē ulain illius voculz à Latinis factarū ; palam interrogarunt an cōfessentur Latini aperte, se quidpiam Symbolo addidisse. Intelligentes quo hæc interrogatio rendereret & quam vociferationibus, remocationibusque somitem præberet, si palam admittetur factam fuisse additionem, Apocrisiari rogarunt, vt Symbolum, cui prætendebant hanc factam additionem, legeretur. Recitantiibus autem illis Constantinopolitanum, institerunt hi vt legeretur Nicenum, cui ex vtriusque collatione, cum evidenter constaret plura addita in Symbolo Constantinopolitano contendeantque Apocrisiari non minus condemnandos Patres Concilij Constantinopoleos propter plura addita, quam Latinos ex illa additione, suo se arguento videntes irrectitos Græci, negabant additionem esse, sed clariorem explicationem ; quam etiam solutionem statim retorserunt in eos Apocrisiari. Non valentes illi vim responsionis effugere, iterum eo reuersum est, an verz fidei hæc sit explicatio, vel corrupta additionē, in eoque hæretere negotij cardinem, an vere ita se res habuerit, vt à filio Spiritus processerit ? Supererat sola rei probatio, quam nullo arguento melius afferre poterant, quam si hoc ex sanctis Patribus, sed præcipue Græcis ostenderent. Expansis itaque multis libris & codicibus Græcis, quos secum ex Constantinopoli attulerant, multa congesserunt loca præsertim ex Cyrillo, quibus id aperte testatum comprobauit. Deinde cum ultra hæc expeteretur sacra Scripturæ testimonium, præter cætera prolata valde viserunt illud ex Ioh. Euangeliō : *Cum venerit Spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem.* Egredi rationibus & deductionibus ostendentes, propterea dici spiritum veritatis, quia etiam spiritus est filii, cui veritas appro priatur.

XII. Inanibus subterfugiis contendibus Græcis hinc inde dilabi, obiectas rationes infringere, & tempus protractare, tandem propota est per Apocrisiarios secunda quæstio, de materia sacramenti Eucharistie, compendiose & neutrōse vsum probantes Latinorum. Vnicum & ultimum excogitauit suz pressuræ remedium Patriarcha, videlicet allegare non suum dumtaxat hoc esse negotium, neque ad cuni solum spectare quæstiones istas dirimere, nec unionem perficere, sed ad confrates suos Patriarchas Ierosolymitanum, Antiochenum, & Alexandrinum, hæc etiam attinere. Hos itaque se conuocaturos dixit in concilium ad Martij medium, cui vt interessent Apocrisiari rogauit coram Imperatore sequenti die discessuro. Responderunt neque ad Concilium, neque ad alios Patriarchas se à Pontifice missos, attamen ei, si placet, in potestate esse Synodum congregare : atque in ea de sancta & desiderabili vniione tractare, se vero Constantinopoli operituros Patriarcharum determinationem, vt eam referant Pontifici. Bona cum Patriarchæ venia è Nicea recesserunt versus Constantinopolim, vbi ad tempus statutum eius expectarunt responsum. Tunc autem superuenerunt litteræ Patriarchæ, in quibus rogabat eos, vt Lescharam vellent ire, quo quantocius superuenturi erant prælati. Ægre hoc tulerunt Apocrisiari, vt eo tempore, quo rei exitum sperabant excipere, vocarentur contra conuentionem eo loci, quo adhuc prælatorum nullus confluxerat. Responderunt itaque denio, se non posse ad concilium coire ; ad quod ingemuit Patriarcha dicens, se perdidisse oleum & operam, nec ibi quidquam posse absque eis pertractari, iusteque proinde Ecclesiatum prælatos de ipso conquestatos, quod è suis sedibus eos disturbari. Quare tertio hoc idein rogans, adhibuit intercessores Imperatorein. & venerandos Patres F. Benedictum Aretinum Ministrum Romanię & F. Jacobū de Russano q. c. n. hoc anno diximus missū ad Georgianos, qui tunc Constantinopoli hærebant, ad quos suas litteras

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

dedit super hoc Patriarcha, addens quod si ad concilium renuerent accedere, non absque fundamento diceret, eos pacem aut unitatem haud desiderare.

Imperator insuper è Leschara proprium destinauit nuncium, contestans ut eo trans- XIII. fretarent, dicens nauim & omnia itineri necessaria in promptu haberi. Initio cum vi- ris piis & doctis consilio, statuerunt tandem acquiescere, mouitque ad acceleratio- nem itineris, periculum ciuitatis Constantinopolitanæ, destritorum praesidio abeundi- bus omnibus militibus stipendiatis propter Balduini Imperatoris sive eius curatoris an- gustias, qui vnde solueret, non habebat: naues item Venetorum, Pisanorum, Anco- nianorum & aliarum stationum iam soluere volebant, cogitantes de regressu immi- nentibus vndique ciuitati inimici, ab Aquilone Asano rege Baetorum, ab Oriente & Meridie Vatatio, ab Occidente Emanuele. Soluentes igitur Constantinopoli Dominica 3. Quadragesima, quæ ultima erat Martij prius initio tractatu de induciis postulandis à Vatatio, venerunt sequenti die in locum Calogorum, supra mare situm, vnde scripserunt ad Patriarcham, monentes se Lescharam tendere, & rogantes ut quamprimum cum ceteris velit adesse, atque alias præmisserunt litteras ad Imperato- rem, ut sciret eos esse in itinere. Deinde Dominica Letare venerunt Lupardum, se- quenti vero die Lescharam appulerunt: at feria quinta exceperunt Imperatoris Nun- cium, & epistolam, qua monebat non ibi, sed Nympha seu Nymphae ad pontum Eu- xinum congregandam Synodum. Illi vero responderunt se nequaquam illius posse recedere absque Patriarchæ responso, & timere ne postea per Patriarchas à Nympha Lescharam reuocarentur. Sequenti die Sabbathi superuenit nuncius Patriarchæ per literas significantis, intimatum sibi Imperatoris desiderium de celebraqna Synodo Nymphae se præsente; & rogantis ut iuxta illius votum vellent præcedere, se vero cum prælatis breui secuturos. Itaque Dominica in passione abierunt ad statutum locum, gratanter ab Imperatore excepti, nec diu moratus est Patriarcha, die Louis adueniens, nil tamen potuit fieri illis diebus: quantumuis rem vrgetent Apocrisarij, hortantibus & rogantibus Imperatore & Patriarcha, ut patienter ferrent & expectarent aduentum Patriarchæ Antiocheni, permitterentque ut sacris illis diebus orationi & mysteriosis ri- tibus Dominicæ passionis recolendæ insisteretur.

Feria secunda post Pascha congregatis prælatis in domo Patriarchæ Constantino- XIV. politani, vocati sunt ad cætum Apocrisarij, in quo proposuerunt quid actum sit Niceæ, & quomodo propter pacis & unitatis desiderium patienter tulerint, ut conuocarentur præcipui Orientis prælati, quomodo vasta terræ marisque spacia emensi sunt, qualiter etiam tot vitæ discriminibus semet exposuerunt, eo solo fine ut fraternitatis & unitatis vinculo Græci cum Latinis coirent, neque se velle ut à capite res tota inciperetur, sed à secunda adhuc indiscussa quæstione de sacramento altaris, originem susciperet collatio. Illi è contra contendebant rem totam à capite coram ipsis agitandam, incipiendumque tanquam à potiori dubio à processione Spiritus sancti, sed in eam ventum est sententiam ut recitaretur quid Niceæ gestum sit, deinde disputaretur de azymo & fermentato; & si quid dubij superesset Theologis Nicenis, aliisue de processione Spiritus sancti, redigeretur in scripta, & utrumque offerretur. Archiepiscopus autem Samastriz in Flagonia Ægyptianæ regionis, nescio quid commentus est duplicitis Sacramenti Eucharistiae in superioribus litteris Pontificiis, quas Apocrisarij detulerant Constantinopolitano, in cuius dubij explicatione & tenaci huius contradictione non-nihil temporis insumptum est. Tandem post multas disceptationes & querelas hinc inde exhibitas de iniuriis exceptis & prætenus per veriusque fidei viros in odium pro- fessionis Græcorum & Latinorum, tandem contendenteribus Græcis & subscribentibus Patriar- chis singulisque prælatis, præcipue præfato Archiepiscopo Samastriz hereticum esse, & in viam perditionis abire, qui dixerit posse confici in azymis, pactum est, ut illi si- dem hanc suam circa consecrationis materiam, Apocrisarij etiam suam circa proce- sionem Spiritus sancti scriberent, & scriptam traderent. Data utrinque scripta hæc, quæ subministramus ad controversiæ clariorem notitiam, & rei actæ à Pontificiis au- thoritatem.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Professio fidei Gracorum, qui conuenerant in synodo, Nimphe celebrata circa
miseriam, in qua confiendum erat sacramentum altaris.*

Quæsierunt à nobis honorabilissimi Apocrisiarij Sanctissimi Papæ antiquioris Romæ si possunt confiscere Anematon, hoc est, sacrificium corporis Christi in azymis: & Respondimus, impossibile esse hoc hominibus volentibus sequi nouam gratiam, propter eam quam à principio traditionem Salvator tradidit sanctis suis discipulis & Apostolis per fermentatum panem secundum tenorem Evangeliorum. Tradiderunt autem & ipsi huiusmodi mysterium, quale & ipsum acceperunt secundum sermonem Magistri Pauli scribentis ad Corinthis, sic; *Frates ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit Atron, & gratias agens fregit, & dixit; Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calice postquam cenauit dicens, hic calix novum testamentum est in sanguine meo; hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem; quotiescumque enim comedetis panem hunc, & hunc calicem bibetis mortem Domini annunciatib; quia ego sic & vos acceperimus à bonis famz Apostolis sicut & ipsi acceperunt à Christo, & sic tenent quatuor Ecclesiz diœceses orbis usque nunc. Aestimamus autem, quod & diœcesis antiquioris Romæ, & sic accepit & tenebit. Propter hoc dicimus, quod non potest consummari sacrificium per azyma, ut azymo per se existente, cuius typus cessavit legalis seruitur. & hæc quidem scripsimus quasi in compendio secundum Apocrisiotorum voluntatem non patientium audire latius. Si autem querantur à nobis authoritates, & probaciones sermonis nostri, tunc dilatabimus, & à veteri & à novo Testamento. Mense April. Indictione 7. I. Cartofilax Sanctissimæ magaz Dei Ecclesiz Constantinopolis, ex præcepto Sanctissimorum Patriarcharum vniuersalis Teopolitanæ, magnæ Antiochenæ & eorum qui cum eis aderant, præsumul subscripti.*

Lecta est publice hæc fidei professio in ipsa Synodo, deinde tradita Venerabilibus Apocrisiariis, qui ad eandem responderunt, prout infra subiiciemus. Deinde suam trididerunt prius lectam coram omnibus, professionem circa Spiritus sancti processionem tenoris subsequentis.

*Professio fidei Apocrisiatorum Sanctiss. Domini Pape circa processionem
Spiritus sancti à Patre Filioque.*

IN NOMINE DOMINI AMEN.

DIFFINITIO APOCRISA-
RIORVM GREGORII PAPÆ IX.

Quod Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat, &c.

* Cod. Var. planus.

PATER * perfectus Deus est in seipso, Filius perfectus Deus, à Patre XVI genitus, Spiritus sanctus perfectus Deus, à Patre & Filio procedens. Procedit autem ex filio quidem immediate, at ex patre, mediante filio. Quod enim Spiritus sanctus à Filio procedit, id filius habet à Patre. Propterea quicumque non crediderit Spiritum Sanctum à filio procedere, in via perditionis est. Vnde sanctus Athanasius dum in partibus Occidentalibus exulabat, in expositione fidei, quam Latinis verbis reddidit, sic ait: Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus; Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à Patre, & Filio; non factus, nec creatus; nec genitus, sed procedens. Idemque Athanasius in expositione fidei, quam Græcis verbis declarauit, sic ad verbum inquit: Spiritus autem sanctus processio est patris, omniaque portans Filij, per quem impleuit omnia. Vnde & sanctus Gregorius, qui iure dicitur Thaumaturgus, seu mirabilem effector, Neocæsarex Ponti Episcopus, in expositione fidei, quam per revelationem à Beato Ioanne Euangelista, mediante Dei genitrici accepit, sic apertissime exclamauit dicens: Vnus Deus Pater verbi viuentis, sapientia subsistentis, & potentia ac characteris semperiterni, perfectus perfecti genitor, Pater Filij vnigeniti, vnuus Dominus, solus ex solo Deus ex Deo, character & imago Deitatis, verbum operium, & reliqua. At hic de Filio loquens, dicit: Solus ex solo, non ergo Spiritus sanctus ex solo est: ergo ex Patre & alio, cum sit ab aliquo. Ceterum duim dicimus ex Patre & alio, non dicimus ex alio quoad substantiam at secundum hypostasim, seu subsistentiam. Quod enim Spiritus sanctus immediate ex Filio sit, ex patre autem mediante filio, testatur Gregorius Nyssenus ita dicens: Nos qui diuinam naturam differentias variationis esse confitemur expertem, eam quæ circa causam & causatum consideratur, differentiam non inficiamus: per quod solum comprehendimus alterum ab altero discerni, nimirum eo quod credimus, aliud quidem causam esse, aliud autem ex causa, & ex eo quod ex causa est: Quin & aliam rursus differentiam consideramus: Nam aliud quidem continenter ex prima causa est. Cum illi, quo aliqua differunt, utrumque conuenire sit impossibile: quare continenter & immediate ex primo esse, aut solum Filio, aut solum Spiritui S. conueniat necesse est. Quod si (ut sancti Patres afferunt) inter Patrem & Filium, non sit dare medium; erit igitur solus Filius ex Patre immediate. cum & secundum communem sententiam atque intellectum, id quod est ab aliquo, ab eodem sit immediate. Sed cum Spiritus sanctus sit ab aliquo, ab aliquo immediate erit: at non est à Patre immediate, sicut nunc ostensum est, erit igitur immediate à Filio. Santos itaque hos Patres, & inter alios B. Ambrosium Mediolanensem, B. Augustinum ciuitatis

Athan. in Symbolo.

Idem in expositu fidei ad hoc.

Hebrei. 1. Thaumaturgus in expositu fid.

Nyssen. lib. quod non sit ex ea dicitur.

**ANNO CHRISTI
1232.**

**GREGORII IX.
ANNO 6.**

FREDERICI II.
IMPER. AN. 23.

RELIGIONIS MR-
NORVM AN. 15.

ΟΡΟΣ ΤΩΝ ΑΠΟΚΡΙΣΙΑ- ΡΙΩΝ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ Θ.

Οπ τὸ πνεῦμα τὸ ἄγονον καὶ τὸ πατρός καὶ καὶ τὸ γόνον καὶ τὸ πατρόβιον).

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Hipponensis Episcopum, beatum quoque Hieronymum fortissimum peruerissimorum hæreticorum oppugnatorem, secutus beatus Cyrilus, & cum eo vniuersa sancta, & œcuménica Tertia Synodus, perspicue scriptum reliquit, Spiritum sanctum ex Filio esse; vnde quisque eius verba oppugnat, non orthodoxus est, sed à fide aberrans. Affirmat enim manifestissime, in sua ad Theodosium Regem de recta fide * expositione, Spiritum sanctum ex filio esse, hisce verbis: Præterea virum dicens, qui moraffuturus & videndus erat, ipsum dicit baptizare, in igne & Spiritu sancto. Non quod alienum his qui baptizantur, immittat spiritum, seruilem in modum, & quasi ministrum; sed ut Deum secundum naturam, cum supremâ potestate, quia ex ipso & per ipsum, &c. Quid eo testimonio clarius? Siquidem hic manifestissime de filio dicit, quod Spiritum sanctum

Cyril. de recta fide ad Theodos. lib. V. Propositio.
his qui baptizantur immittat ex seipso, ac proprium eius. Quin & hoc ipsum iisdem verbis Hermiae scribit beatus idem Cyrilus in sermone ad eundem Hermiam, cuius inscriptio est; De incarnatione vniigeniti: & quod Christus unus, & Dominus secundum scripturas. Illudque ipsum ab eodem Cyrillo in declaratione noni anathematismi dicitur; In eodem quippe anathematismo proprium filij esse spiritum inquiens, eundemque anathematismum nonum declarans quo sensu proprium suum esse spiritum dixerit, aperuit dicens: Cum homo factum sit vniigenitum Dei Verbum, etiam sic tamen Deus mansit, omnia existens quæ pater, solo hoc dempto, quod ille pater est, & proprium habens, quod ab ipso est, & essentialiter ipsi inhærens Spiritus sanctus, & reliqua. Vbi rursus Spiritum sanctum ex filio esse, clarissime sanctus Pater affirmat. Quare nemini debet esse dubium, quin eundem hic sensum Sanctus aperuerit, quem tenuit quando anathematismum exposuit. In eodemque sensu anathematismum hunc cum omnibus aliis sancta & œcuménica Tertia Synodus

Synod. Ephesina. Cyril. ep. 3. ad Nestor.
suscepit in quo illum Sanctus declaravit. Certum namque est sanctos Patres in præfata sancta Synodo congregatos, totam tertiam iam dicti Patris Epistolam ad impium Nestorium Constantinopolitanum scriptam absque villa hæsitatione irrefragabiliter suscepisse. Nouimus autem prædictos duodecim anathematismos in postrema dictæ Epistolæ parte contineri.

Porro si quis tanquam legitima tueri conatus fuerit, impientissima Theodoriti Cyri Episcopi verba, quæ ipse aduersus dicti sancti Patris duodecim sacra capita, licenter nimis, ac temere euocuit, nouerit is à Quinta sancta generalique Synodo, præfati Theodoriti blasphemias damnatas esse: quippe qui aduersus beati Cyrilli verba, quibus ei respondit, nihil præter calumnias dicere nouit; ait enim Quinta sancta & vniuersalis Synodus in actione octaua, ad hunc modum: Condemnamus & anathematizamus cum quibuscumque aliis hæreticis, qui damnati & anathematizati sunt à dictis quatuor sanctis Synodis & ab Ecclesia Catholica & Apostolica, & Theodorum qui fuit Episcopus Mopsuestiensis, impiaque eius conscripta: & quæ impie à Theodorito conscripta sunt aduersus rectam fidem, ac contra duodecim sancti Cyrilli capita, necnon contra tertiam sanctam generalem Synodum Ephesinam, & quæcumque ad defensionem Theodori, ipsiusque Nestorij scripta sunt. Ex quibus perspicuum euadit

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
<p>Ιπατέρῳ πόλεως Θίσκοπη, αἷνον τε Ιερούμαρτι ιδιοσέβατῳ τῷ φίλεπτικῶν στρατηγάτων καθαριχτῇ αὐλαῖς οὐ μακάρῃ Κύριλλῳ, καὶ σὺν αὐτῷ ἡ αἵνα καὶ οἰκουμενικὴ Τείτη σωόδῳ, γεγραμμάτων ἡμῖν ἐγκατελ- που ἐμφάνισε, τὸ πνύματα εἶναι σὲ θύμον. Οὗτον οὐδεδοξότον εἶνι, αλλ᾽ σὲ τὸ πίστεως έξοδόντος, οἵτις τῆς ρήματων αἴτης καλομάχει. Λέγε γὰρ Φανε- ρώντας σὺ τὸ οἰκτυμένον θέμα τὸν Βασιλέα Θεοδόσιον τοῦτο τὸ πίστεως περιστροφικά, τὸ πνύματα εἶναι σὲ θύμον; διὰ τύτων τῷ ρήματων. Καὶ μὲν αὐτοῦ λέγον, τὸν ὄγκον καὶ παρεσύμβολον, καὶ οὐδεσομάρτινον, αὐτὸν ἐφιβαπ- τίζειν σὲ πιεῖ καὶ αἷνον πνύματα σὲ αλλότερον τοῦς Βασιλίζομέντος εἰνεν- τακτούματα διελεπτέστως, καὶ ιστουνεγκάκως, αλλ᾽ οὐδὲ τούτον καὶ φυσιν, μετέξε- σιας τὸ αἰνιστεῖν τὸ οὖτον καὶ ιδον αἴτης. Τι ταῦτα τὸ μαρτυρεῖας Φιλι- ράτερν; οὐδὲ γὰρ Φιλιερώτατος τοῦτο θύμον λέγει· οὐ τὸ πνύματα τὸ ἄγιον τῆς Βασιλίζομέντος εἰνενταῖ τὸ οὖτον, καὶ μὴν αἴτης. καὶ τοῦτο αὐτὸν διὰ τὸν αι- τὸν ρήματων τῷ Εξατάρχειον αὐτὸν μακάρῃ Κύριλλῳ, σὺ τῷ λο- γῷ τῷ θέματι Εξατάρχειον, εἰποῦντος ἀπολογεῖσθαι οὐτού. Περὶ τὸ οἰκουμενικόν πίστεως θύμονος μονογένειας, καὶ σπηλαῖος καὶ καραράτης γραφαῖς καὶ οὐ αὐτὸς μακάρῃ Κύριλλῳ σὺ τῇ οἱρησίᾳ θύμονας εἰνατάς αναδεματομού, τοῦτο αὐτὸν λέγει· σὺ τῷ αὐτῷ γὰρ αναδεματομοῦ, οἶδον εἶναι τὸν τὸ πνύ- μα εἰπὼν, τὸν αὐτὸν ἔντατον αναδεματομὸν εἰριεσθίων; πινί εἰνοίσα οἶδον αὐ- τῷ εἶναι τὸ πνύμα εἰπεῖν, αἰνεώδει λέγοντος αὐτῷ θρωπῷ γεγονότος ομονογένειας θύμον λέγοντος διπλαρμύτης, καὶ εἰπεῖν θεός, πάντα τοσαρχῶν οσα γάρ οὐ πα- τέρη, πλεύ τούτην εἶναι πατέρη, καὶ οἶδον ἔχων τὸ οὖτον, καὶ θαυμῶς εἰκτεφυκός αὐτῷ πνύματα ἄγιον, καὶ τὰ λειπάτα ὧδε πάλιν Φιλιερώτατος, τὸ πνύματα τὸ ἄγιον σὲ θύμον λέγει οὐτοί. Πατέρες. σὺ οὐφέλεις οὐτού πειναῖς αἰματισθεί- λον, οὐ τὴν ἔννοιαν ἐκείνην ὧδε αἰνεώδειον οὐτοί. οὐ πιναῖς εἶχεν οὔτε τὸν ανα- δεματομὸν ξένεον. τὸν αναδεματομὸν οὐ σκείνον σὺν πᾶσιν ἄλλοις ανα- δεματομοῖς ἐδέξατο ἡ αἵνα καὶ οἰκουμενικὴ Τείτη σωόδος σὺν ἐκείνῃ τῇ οὐ- νοίσα, σὺ οὐ οὐτοί ξένεον. Αειδηλον γάρ εἰσι σὺν αἵνιοις πατέρεσι σὺ τῇ αἵνα περιενημένην σωόδων σωαχθεῖσας ὅλης τὴν τείτην τὸν περιενημένην πατέρες Θίσκολην θέμα τὸν αἰσεκῆ Νεστορον τὸ Κωνσταντινοπόλεως Θίσκο- πον γεγραμμένην, χωρὶς πνῷ μισαγμού αιαξανθεώς μερέχθαι· γινωσκο- μην οὐ οὐ τὸ περιενημένην Θίσκολην τὸ ἔχαλον μέρον, σὺν περιενημένοις πειναῖς αναδεματομοῖς μισθεῖσα· εἰ δη τὶς νομιμως Θίσκολησι τὰ τὸ Θεοδωρίτη Θίσκοπη Κύρου ρήματα αἰσεκεῖσα, αἰναῖς καὶ τὸ περιε- μένου ἄγιον πατέρες μισθεῖσα ιερῶν αἰέδελων οὐκέμεσε, γινωσκέται τὴν πε- μπτην αἵνιαν καὶ οἰκουμενικὴν σωόδον αναδεματισασαν τὸν τὸν περι- μένη Θεοδωρίτη Βατενούμοις. οὕτις καὶ τὸ μακαρεῖον Κύριλλου ρήματα, σὺν οὐτού οἷσι αἴτης ἀπεκείνατο, μόνον οὐδὲ καταγοσσεῖν. Λέγε γὰρ οὐτού αἵνα καὶ καθολικὴ σωόδον, σὺ Προάγει οὐδόν οὐτού. Κατακείνομέν καὶ αναδεμα- τομήμεν περιενημένη, καὶ τὰ αἰσεκῆς συγγραφέντα τὸν Θεοδω- ρίτη, κατατείτε τῆς ὄρθης πίστεως, καὶ τὸν μισθεῖσα κεφαλαίων τὸν σὺν α- ἵνιοις Κύριλλου, καὶ τῆς σὺν Φέστω αἵνιας τείτης σωόδου, καὶ οσα ιστερ- σωπηγείας Θεοδωρίτη καὶ Νεστορίτης αὐτὸς γεγραπται. Εκ τούτων δρίδηλον εῖτιν,</p>			

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN/24.	RELIGIONIS MA- NORVM AN.16.
Cyri. ep. ad Acacium.	euadit illa, quæ Theodosius aduersus duodecim sancti Cyrihi capita scri- psit, datanata esse, impietasque plena. - Et quisque ea, ut: vera & legiti- ma tenet, tuereturque, iniunctus existit fidei. Scribit enim beatus Cyrilus		
Idem ep. ad Donat. Epy- ti Episc.	ad Acacium Mellitensem Episcopum, post concordiam ac pacem san- ctorum Ecclesiarum, sic inquiens: Quæ vero recte contra Nestorij blas- phemias scripsimus, omnino necno nobis, ut non recte scripta dicamus, persuadebit. Quid? quod & ad Donatum Episcopum eodem modo scri- bit, ubi ait: Quæ scripsimus, recte scripsimus, veræ & inculpæ parro- cinantes fidei, neque quidquam omnino nostrorum scriptorum sumus negaturi: cum neque quidquam, ut illi referunt, sit dictum, scribere, ve- rum ubique nos rectitudini adhaerere fidei veritatisque virtutis consentire oportere. Ex his itaque longè clarissimum existit, beatum Cyriillum co- rum nihil inficiari, quæ dixit: sed in eodem sensu quo hæc ab eo dicta sunt, citra ullam correctionis notam, perlitissime; cum neque ipse solus cor- rigi potuisset, licet etiam (quod tamen à sancto absit) voluisse, in his quæ vniuersa sancta Synodus absqueulla ambiguitate, irrefragabiliter, confidenterque accepit: accepit autem in eo sensu, sicut dictum est, que exposuit, cum prima Synodo hæc suscipienda repetens. Siquidem il- lam sanctam Synodum omnes sancti Patres in Conciliis post consequen- tibus venerantur, eademque cum illa credunt: quin & sancti Patres, qui hanc ipsam antecesserunt, eadem cum illa sensere. Hanc fidem tenemus, sic credimus, sentimus, & profitemur.		

S V B S C R I P T I O N E S.

Hanc fidem teneo ego Rodulphus ex fratribus Minorum ordine, Domini
Papæ Gregorij veteris Romæ Episcopi Apocrisiarius, sic subscribo &
ita credo.

Hanc fidem ego Ammonius ordinis fratribus Minorum Apocrisiarius Do-
mini Papæ Gregorij veteris Romæ Episcopi habeo, sic credo, & ita
sentio.

Hanc eandem fidem & nos Hugo & Petrus Prædicatorum ordinis, ac Do-
mini Papæ Gregorij veteris Romæ Episcopi Apocrisiarij, amplectimur,
sic credimus atque ita sentimus, &c.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
<p>Εἳνα, ὅτι ἐκεῖνα ἀπές ο Θεοδώρητος καὶ τῷ σφύρεια καθαρισμῷ τὸν αἰγαῖον Κύριλλου ἔγραψον, αἴτιοι μίσα εἰσι, καὶ αἰσθεῖται γέμοντα, τοὺς ὅσις αὐτῷ ως ἀλητὴν νομικὸν ὑπερηγοειδεῖν ἔχει, ἐχθρός ἐστι τὸ πίσεως. γράφει γὰρ οἱ μα- καρεῖς Κύριλλος τοῦτος Ακανθος Ἀπτοκοπον μελίνης, μηδὲ τις εἰπωσιν τῷ ἐμμηλιστῶν, θτωτοι λέγων αἴδε γεγράφαμεν οὕτως καὶ τῷ Νεσορέι δυσφη- μῶν, οἵδεις αἰσπειός λογοθέτης οὓς εἰπεις γεγονόσιν εἰπεῖν. καὶ τοῦτος Διονά- θον Ἀπτοκοπον οὐαρτωτος γράφει λέγων γεγράφαμεν γάρ οὕτως αὐτες γρά- φαμεν τῇ οὕτῳ καὶ αἰμωμητων σωπηγοειδεῖτες πιστοί, καὶ όδεν τὸ τρόπον παν- των ιδίων δργούμενα· καὶ γάρ εἰρηται πικαδάπτες αὐτοῖς φασιν αἴτημελῶς, αλλὰ τὸ οὗθότητος ἐχόμενα πικαδάχοις καὶ τῇ τοι αἰλιθείας σμικράμεν σωπεύχον- ται. Εκ τούτων φιλοξένωταί εἰσι τὸν μακαρεῖον Κύριλλον όδεν ἐκείνων δργή- σαδαι, ὃν εἶπεν αλλὰ σὺν τῇ αὐτῇ ἐννοίᾳ, σὺν οὐατές εἶπε, χωρίς οπικεί- σεώς πινοθεώς κακεστικέναι· οὐδὲ αὐτές μανοθεώς διορθώτασθαι ήδησατο αἱ, καὶ ὅπερι αἴπειν δότο τοι αἴγια θελεν, ὅπερι οὖν η αἴγια σωσθεῖται χωρίς πινο- θεώς αἰμφιβολίας αιναταντεως, θαρροσύτως εδέξατο εδέξατο τοι αἴγια (οὓς εἰρηται), σὺν ἐκείνῃ τῇ ἐννοίᾳ σὺν η ὁὔτεδετρ μηδὲ τοι αἴγια σωσθούσι θέξαθαι αἴπαται. Ταῦτης γάρ τις τοι αἴγια σωσθούν, πάντες δέ αἴγιοι πατέρες, δέ τοις μετακολου- θίσαις σωσθούσι οίσεον), καὶ ταῦτα πισθύντων αἴπερ καὶ αὐτός αλλὰ καὶ δέ αἴγιοι πατέρες ἐκείνους φιδάσσιτες, τὰ αὐτά έφεωνται, αἴπερ ἐκείνην. Ταῦ- της τις τοις ἐχόμενη, καὶ θτωτοι πισθύνομεν καὶ Φρεγνοδρόμην καὶ ομολογοδρόμην.</p>			

А И Т П О Г Р А Ф А І.

Ταυτίω τις πίσιν έγινε Ραδομλφ@, ο Δοτό της τάξεως της αδελφῶν της ἐλαχίσιων δύκαιοις Πάπα Γεργορείου της περισσοτέρως Ρώμης Επισκόπου Αποκεκλισθείσου έχω, επίτως ωστηραφω θετικώς πισθίω.

Ταύτης τικὲ πίσιν ἐγὼ Αμμωνί^Θ, ὁ δέποτε τάξις τῷ ἐλαχίσων αἰδελ-
φῶν Σκυρία Πάτα Γεγοοείς τὸ πρεσβυτέρους Ρώμης Ἐπισκόπου Αποκε-
σιάρευ^Θ, γέτως πειθών^Σ γέτως Φερνώ.

Ταῦτα τὸν πότνιον ἡμῖν ὅτε Οὐγ^Θ καὶ Πέπ^Θ ④ Δότος τοῖς Κηρύκων
ἔχειν Πάπα Γερμορέας τὸ πεσεβούτερος Ρώμης Ἐπισκόπη Αποκε-
παίσει, εἴτε πεδίοντες καὶ εἴτε Φεργνούμενοι.

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1233.	ANNO 7.	IMPER. AN. 24.	NORVM AN. 26.

*Continuatio
historiae lego-
rum.* Tradito scripto Patriarche Constantinopolitano, cœperunt agere de porrecta sibi h. XVII
de Græcorum circa sacramentum altaris, & interrogare quo ducti fundamento asse-
rebat consecrantes in azymis, seu azymatos, ut illi consueto nomine vocabant, esse in
via perditionis, & cum omnes essent in partibus, appellabant ad codices factos & san-
ctos Doctores. Sed vel nulli ibi suppetebant Græcis tunc libri, vel porrigitore nole-
bant, ita ut ipsa potentibus Biblia non liceret habere. Ultra itaque instantibus Apo-
crisiis, ut Græci traditæ fidei rationem redderent, illam tradiderunt se Christum in
consecratione imitari: Cum vero amplius quereretur, vnde constaret Christum in
azymis celebrasse? responderunt ex Euangelio, vbi habetur quod Dominus accepit ægru-
Matth. 14. Marc. 14. & fregit. ægru autem contendebant significare panem perfectum, panem leuatum,
Interpretatio panem fermentatum. Hic sibi hærendum iudicarunt Apocrisiarij, & ostendendum
20. vel ex ipsa Græcorum confessione ægru non semper significare fermentatum, & ali-
quando ponи per se dictiōnem, aliquando cum adiuncto, neque semper absolute
positum idem cum eadem proprietate significare; sed & spissime solum panem in
communi; proptereaque in Euangeliis Latinis recte translatum pro ægrorū panem.
Confirmaruntque veram & doctam hanc solutionem ex Leuiticorum 7. in lege
hostiæ Pacificorum habetur æprō azymus & æprō fermentatus; atque hinc sequi
azymum & fermentatum se habere tanquam differentias specificas, vel accidentales
verbi æprō, atque ita dictiōnem illam per se absolute positam utriusque tam azymo
quam fermentato pani æque conuenire, neque enim genus magis prædicatur
de una specie quam de alia.

Matth. 14. Deinde quod allegarunt Græci de facto & exemplo Christi, refutarunt ex illo loco XVIII
Probarat Matthæi 14. Prima die Azymorum accesserunt ad Iesum discipuli, dicentes: vbi uis patrem
Christi cele- tibi comedere Pascha? Cui obiectio responderunt ex Ioanne Chrysostomo, per pri-
mam diem azymorum intelligi primam diem ante azymos. Admisserunt illi ita expli-
Cœlestis casse Chrysostomum, attamen amplius addidisse, & veram Latinorum ibidem con-
firmasse sententiam, ita adiungendo. Prima æte ante azyma: Consuerunt enim semper à
Vespere dies numerare, & eam commemorat in cuius Vespere Pascha erat immolandum, &c.
ergo in illo Vespere fuerat Pascha Iudeorum, & fuit ei prohibitum ne fermentum vel
fermentatum haberent in domibus suis, vel in omnibus terminis vicinis; ita enim le-
Exod. 12. gitur Exodi 12. Septem diebus azyma comedebitis, in prima die non erit fermentum in domi-
bus vestris, quicumque comedeleris fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die us-
que ad septimum. Ex quo intulerunt per optimam consequentiam Christum Pascha
suum in azymis celebrasse, quia legem obseruauit usque ad ultimum vitæ suæ termi-
Chrys. cit. num, ut expresse habent Chrysostomus citatus & Epiphanius. Hinc argumentum ad
parum post initium. hominem deduxerunt; ex illis verbis, quæ in scripto Græci porrexerunt, dum abs-
Epiph. bz. que salutis detrimento dixerunt non posse in alio pane confici Sacramentum, quam in
ref. 10. illo in quo Christus consecravit; nam ex dictis apparet Christum in azymis cele-
brasse; ergo inferenda erat illa consequentia: Græci nullatenus possunt confidere in
fermentato, quod tamen publica protestatione cauerunt, se non velle inferre, nec di-
cere, cum illorum hunc cultum vel ritum non condemnabant Pontifices, neque Eccle-
sia Latina, imo tolerabat, sed & probabat; atque ita similiter debuisse eos facere circa
ritum Latinorum, non condemnando eos ut faciebant pro hæreticis azymitis.

Vt vero apertiū eorum, quæ dicebant, veritas consilaret; instituerunt ut produc-
tentur codices sanctorum Patrum Græcorum (quibus illi magis adhærebant) in me-
dium, quos cum habere non poterant, memoriter cœperunt hæc quæ sequuntur ex
Chrysostomo & aliis recitare. Ex homilia 81. (secundum recentiores editiones
est 82.) Ioannis Chrysostomi in Matthæum resumpserunt superius obiecta verba,
quæ prosequuti sunt ex illius temporis, vel sua, translatione in hunc modum. Ex-
pliicans sanctus Doctor illa verba Euangelista. Prima die Azymorum venerunt
discipuli ad Iesum: ita ait. Prima Azymorum erat, que ante Azyma dicebatur: Consue-
uerunt enim semper à Vespere numerare diem, & eam commemorat. in cuius Vespere Pas-
cha erat immolandum. Quinta enim Sabbathi accesserunt, & hanc hic quidem, que ante
Azyma erat, vocat ipse diem, in qua accesserunt. Alius vero sic ait: Venit dies Azymorum, in quo oportebat immolars Pascha. Venit, hoc est, in Azymis erat, Vesperam
scilicet

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 24.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 26.
<p>scilicet illam commemorans; à vespere enim incipiebatur, propter quod unusquisque Evangelistarum addidit, quando immolabatur Pascha. Item, quod Iesus obseruabat legem in cena, & ritum Iudeorum probat idem Chrysostomus, dicens in eadem homilia. Propterea autem venit ad Pascha, per omnia ostendens ut ad ultimum diem, quod non erat contrarius legi. Et homilia octuagesima secunda (in recentioribus editionibus octuagesima tertia,) ita ait: <i>Quod autem tempore Pasche mysterium consummabat, illud fecit, ut discas unde etiam veteris testamenti ipsum esse latorem, & omnia que in veteri lege sunt, propter hanc novam sive figurata, propter hoc ibi figura veritatem imponit. Vespera autem impletio temporum argumentum erat, & quod ad ipsum de cetero, ut ad finem omnia respiiciunt. Item Epiphanius Cypri in opere Panarium inscribitur in tractatu contra Ebionitas; sic ait: Quonodo carnium commissione non statim eorum dementia redargueretur? Primo Domino comedente Pascha Iudeorum; Pascha autem Iudeorum erat ovis & azyma, carnes ovis esse igne, sicut discipuli sui ei dicunt; ubi vobis patremus tibi comedere Pascha. Et ibidem contra Marcionistas in redargutione seu confutatione sexagesima prima, quæ ita incipit. Nubem sagittarum contra te, &c.</i> Epiph. h̄c. 30. postmed. Idem b̄csl. 41.</p> <p>vbi post pauca inquit: <i>Contra te, ô Marcion, induxisti multis modis redargutionem, magis aumen ab ipsa veritate coactus. Pascha enim antiquum, nihil aliud erat, quam omnia immolatio, & carnium comedio, animorumque perceptio cum azymis. Et post paucula. Quod enim tandem carnium comedionem Dominus Iesus cum suis discipulis comedit, faciens Pascha secundum legem. Et ne dicas quod quia facturus erat mysterium hoc praeannovavit, dicens: volo; volo vobiscum comedere Pascha. Ut enim per omnem modum te confundas veritas, non in principio facit mysterium, ut non neges; sed postquam canauit accipiens hec & hac, & dicens hoc, est hec, & hac; & non reliquit locum malignitati; ostendit enim postquam comedio Pascha Iudeorum, id est, postquam canauit, venit ad mysterium.</i></p>			

XX. Renuentibus autem Græcis plures audire authoritates sanctorum, & iam dictis opponentibus locum illum Ioannis: *Non introierunt Iudei in pretorium ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha: responsum fuit ab Apocrisiariis, nequaquam id vel leuiter credendum ut Ioannes ceteris contradixerit Euangelistis; quare verba illa ut comederent Pascha, ita explicanda esse dixerunt, ut scilicet comederent cibos Paschales, sic enim alias in veteri testamento verbum hoc Pascha sumebatur; atque superiora dicta sunt luna decima quinta. In his sessionem protracterunt usque ad profundam noctem, donec dissoluente cœtum Imperatore, recesserunt. Præterlapsi sunt aliquot dies quibus nihil disputatum est, agente clam Imperatore cum Apocrisiariis de suavi aut facilitiori quopiam modo ineundi secederis & unitatis inter utramque Ecclesiam. In illam tandem ineptam & ridiculam abiit sententiam: (ut communiter contingit in Principibus secularibus, qui controversiis Ecclesiasticis temere se immiscent) Domini seculares inter se contendentes de rerum dominio hinc inde aliquid sui iuris relaxant, & quisque partim cedit causa, ut tandem optata pace fruantur; ita hic agendum iudicarem, videlicet ut suam de processione Spiritus sancti opinionem missam facerent Latini, & ex Symbolo suisque libris expungerent verbum *Filioque*, permittentes ut Græci in controversia hac eodem modo, quo prius, sentirent. E regione vero Græci approbarent consecrationem Latinorum in azymis, neque amplius eos hereticos propter hoc proclamarent; ita ut in duabus punctis controversis unaquaque pars uom probaret, alterum condemnaret. Animose & aperte significarunt Apocrisiarij in quanto vir alias (ut scribunt) bonus & unionis ultra modum cupidus versaretur errore, idque sibi sciendum esse ob nullum luctum rei, aut prouincie, quantumvis magnæ, Ecclesiam Romanam Catholicam iota vnum aut apicem fundatissimæ sua fidei mortuaram; neque ullo modo uniri posse cum Græca, nisi hæc prius abiectis & condemnatis erroribus præcipue circa illud punctum de processione Spiritus sancti, omnes suos libros, in quibus doctrinam illam persuaseret, aut scriperet, condemnauerit, ignique tradiderit. Quod vero attinet ad consecrationem in fermeneato, Græcam Ecclesiam non propter hoc reiici aut condemnari à Latina, neque velle ab eadom condemnari propter azymum, dum licite unaquaque in utroque consecrat pane.*

XXI. Audiens hæc Imperator animo concidit omnem unionis spei exuens, quia

Totius proprie

ANNO CHRISTI
1233.

GREGORII IX.
ANNO 7.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 24.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 26.

Graci fuisse perspectam habebat suorum temeritatem, ob nimiam proprię opinioris prælationem, quos nullo modo vel prece sciebat eo ducentos ut Latinis cedere, aut alte impressis valelicere vellent sententiis. Idque ipso facto sequenti cognovit die dum habitum cum Apocrisiariis refert colloquium, adeo enim commoti & indignati sunt, ut magno exerto in murmure fremuerint in Apocrisiarios, & secreta contra eos inierint conuenticula, ut illos confunderent. Monuerunt vero die Mercurij tertiaz post Pascha hebdomadz, ut sequenti die Iouis ad Concilium accederent pro vñanimi hinc inde eiusdem dissolu-tione, neque enim iam videbatur debere ut vñerius cogeretur. Accedentibus illis, inuenierunt vniuersam plebis multitudinem congregatam, & aperte ianuis sedisse in atrio Patriarcham, coacto in ampliori illo patulo loco Concilio. Sedentibus vero alta voce coram omnibus dixit Patriarcha; Dum spes erat vñionis omnia vobis loquuti sumus pacem, omnem exhibuimus amorem, modo vero spe frustrati quid agamus nescimus, vestram nobis de Spiritu sancto dedistis fidem in scriptis, vultis ut eam per gentes, na-tiones, & prouincias nostras promulgemus, quæ hæc coram affiancibus & vobis, dum pla-ceat, volumus ut reciteretur. Illis respondentibus sibi hæc valde placere, neque quidquam amplius optare, quam ut vbiique diffundatur & legatur Romanæ Ecclesiæ vera doctrina, statim vñus ex grandzuis consiliariis vniuersam definitionem Apocrisiatorum per-let.

Post hæc contra lecta, & in fauorem suæ opinionis Græci quasdam protulerunt XXI,

Damas. epist. Sanctorum Parrum authoritates, primo Damasi Papæ dicentes; Quicumque non cre-dit Pauli, E- dit Spiritum sanctum esse à patre proprie, anathema sit. Cui responsum ab Apocrisi- pscop. Ab- tis; Nos credimus Spiritum sanctum proprie esse à Patre, & qui hoc non credide-rat, anathematizetur. Adiungimus etiam esse Spiritum sanctum à Filio proprie, sicut Theod. li. 3. dicit Beatus Cyrus, quem iam ostendimus, ita scripsisse; & qui ita similiter non e. 1. & 1. credit, anathematizetur. Aliam obiecerunt ex Basilio, vel ex alio quopiam Patre 1. eccl. par. 1. e. 1. & 1. 1. ab opib. Græco autoritatem in hunc sensum, quod Spiritus sanctus erat à Patre, & non aliunde, quam etiam libenter admiserunt Apocrisiarij, dicentes verum dixisse non aliunde, id est, non de alia substantia esse Spiritum sanctum. Alia plura conglomerarunt huiusmodi loca Sanctorum Parrum, obscuriora & minoris efficaciz, quæ nullo negocio Apocrisiarij dissolvebant. Exerto tunc magno murmure & tumultu in populo, Patriarcha manu & voce silentium indixit, timentibus sibi Apocrisiariis ab infræni & seditione populo: ut ramen pacatus est, & à murmure cessauit, dixerunt alta voce Apocrisiarij: Creditis Spiritum sanctum procedere à Filio, vel non? Re-spondit pro omnibus vñus Patriarcha; Creditus, quod non procedat à Filio, & sub-iunxerunt; sed Beatus Cyrus, qui præfuit tertio Concilio anathematizat omnes, qui hoc non credunt, ergo vos estis anathematizati. Item vos creditis & dicitis, quod corpus Christi non potest confici in azymo, sed hoc est hereticum. Illi commoti de dure condemnatis illorum sententiis, Apocrisiarios fautorisque vel sectatores illarum opinionum conclamabant hereticos, & excommunicatos.

Facta itaque magna seditione & tumultu recesserunt Apocrisiarij cauentes sibi, & XXIII. antequam pranderent, instanter egerunt cum Imperatore de obtinenda regrediendi fa-cultate; videntes se nihil potuisse proficere, nec spem villam superesse de flextenda gente duræ ceruicis, & in suis erroribus pertinaci, venia itaque obtenta (dolebat enim Imperator rem infestam mansisse, atque ad contentionem seditionemque processisse) summo mane sequentis diei Sabbathi recesserunt à Nympha, datis sibi itineris ducibus & comitibus, & postridie venerunt ad villam Calami, vbi superuenierunt cursores nun-cij, missi ab Imperatore & à Patriarcha. Imperatorius omnia eis bona precabatur & felicem itineris terminum, significabat vero sibi displicuisse ita latenter & ex abrupto abiisse insularis Patriarchis & cæteris in Synodo congregatis; cui illi festini sui recessus iustas expoluerunt causas, quas poterant, maximas gratias agentes Imperatori ab singu-laria in eos beneficia. Patriarchales vero Nuncij se à Concilio nullos duxerunt ut profes-sionem seu definitionem fidei circa processiōnem Spiritus sancti porrectā ab Apocrisiariis, eisdem redderent, repererentque quam Græci tradiderunt circa Eucharistiaz Sacramentū. Responderunt Apocrisiarij pròpterea se illis definitionem dedisse, ut remaneret in me-moriale

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 24.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 26.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

moriale fidei & doctrinæ Ecclesiæ Romane, scirentque vniuersæ Græcorum Ecclesiæ quid credere & docere deberent circa illum articulum. Scriptum vero vestrum (inquietunt) circa Sacramentum Altaris volumus nobiscum deferre, ut Latinorum Ecclesiæ ac Sanctissimo Domino Papæ certius constet in quo errore versamini, neque ab eo vos velle discedere. Institerunt tamen Nuncij de scripto reddendo per biduum, quod dum habere non poterant tulerunt excommunicationis sententiam in omnes Comites & Duces Apocrisiorum prohibentes sub anathemate ne quisquam eis esset auxilio aut consilio. Illi frustra tentarunt soli pedites abiit, nam post emensa septem vel octo milliaria ob iter periculosum terræ desertæ & in aquos infidiasque in montibus preparatas ab Imperatoris Nuncio precibus & obsecrationibus reuocati, & protestationibus, Imperatoris nomine factis, ferme coacti, regressi sunt ad locum unde exierunt. Patriarchales videntes nihil se prece posse efficere circa obtinendam, quam perebant, chartam, manum ad moverunt, vi sarcinas omnes, libros, & quidquid erat supellestis Apocrisiorum minutim inuestigantes; donec tandem vocatos in partes socios explorarunt, & sub vestibus alligatae originariam scripturam detexerunt, & abstulerunt. Sed translationem vel exemplar Latinum non inuenierunt, quod ad Pontificem detulerunt Apocrisarij, cuius nos transsumptum dedimus supra. Obtentio quod desiderarunt, ad bona verba conuersi dimiserunt eos in pace, dantes eis has literas Patriarchæ Niceni seu Constantinopolitani, nec non Antiocheni, sive potius vniuersæ Synodi, in quibus ad nauseam usque suum errorem de processione Spiritus sancti, conglomeratis sanctorum Pattum authoritatibus, inculcauerunt.

*Epistola seu professio Patriarchæ Niceni & vniuersæ Synodi
Nimpha Græcorum missa ad Sanctissimum
D. Gregorium IX.*

[Credimus in unam deitatem, quæ in Patre, & Filio, & Spiritu sancto adoratur & glorificatur ab omni creatura; in principiatam, quantum ad temporale initium; increatum, creaturarum omnium factricem; omnipotentem super omnia potestatem habentem, & sine fine. Constatemus principium naturale patrem Filii, & Spiritus sancti, à quo Pater enim ante omnia secula impassibiliter & influxibiliter illuxerunt Filius & Spiritus sanctus nō hoc prius, & illud posterius, sed simul Pater, simul Filius & simul Spiritus sanctus, æquali honore Filio & Spiritu à Patre procedentibus, Filio quidem nascendo, spiritu autem sancto procedendo. Neque enim sunt in Trinitate duo fontes, aut duæ radices, aut duo principia, ne & duos deos confiteamur. Quod vero propter hoc nobis unus Deus est, quidquid adoratur, quia solus Pater est principium & fons, & radix Filiij, & Spiritus, testes omni exceptione maiores sunt duo magna luminaria Sanctus Gregorius Thaumaturgus, & Gregorius Theologus. Quod autem solus Pater principium, & radix, & fons Filii & Spiritus sit, testes absque exceptione sunt predicti sancti, ac Magnus Athanasius, & totum Nicenum generale primum Concilium, & Ioannes Chrysostomus, & maximè præ his omnibus, qui revelationes cœlestes vidit, magnus Dionysius, qui os Pauli factus est, quemadmodum Paulus Christi, quorum testimonia ita se habent. Sancti Dionysij ex epistola super diuinis nominibus edita. Est autem & discretis in supersubstantialibus theologiis non sola, quam dixi quod secundum ipsam vniuersi inconiunctè coniuncta est, & inconfuse una, quam thearchicatum à theos & archi quod est principium, vel archos quod est princeps, Ypostaseon, id est, vnaquæque deitatis substantia. Sed quod in ea, quæ in supersubstantiali theogonia, id est, à theos quod est Deus, & genos quod est sanctum, id est, diuinum seminium sunt, non conuentur ad inuicem, solus autem fons supersubstantialis deitatis Pater est, non quod Filius Pater sit, nec Pater Filius, vnaquæque diuina substantia vocabulum sive proprietatis conuenienter seruans. Itē in sermone illo vbi de diuiditate coniuncta & abscondita tractat sic dicit: Quod quidem fons deitatis Pater est, Filius autem & spiritus theogonice deitatis sunt, si sic dici decet ramii theophici id est à Deo plati, aut velut flores & substatia lumina ex sa-

*Ariopagita
or Pauli, Paus
ius ac Christi.
Dion.de di-
ui nom.c. x.*

ANNO CHRISTI
1233.

GREGORII IX.
ANNO 7.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 24.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 16.

*cris scripturis accepimus, qualiter autem hæc sunt, neque dicere neque intelligere possibile est. Item in epistola in qua de mystica theologia tractat, sic dicit: in exemplis quidem diuinitatis principales proprietates laudavimus, qualiter diuina & bona nam singularis dicitur, qualiter ternalis, quæ sit, quæ in ea dicitur paternitas & filiatio, & quid vel significare theologia spiritus. Qualiter ex immateriali & individuali bono præcordia ha bonitatis lumina prodierunt, & ab ea quæ in seipso & in seipsis & in adiuicem coetera pululatione sola permanerunt impedita. Hæc quidem tertius decimus Apostolus Dionysius, qui solum fonsem supersubstantiam deitatis Patrem dixit, & quod ea quæ in supersubstantiali theogonia sunt, non conuertuntur adiuicem in quod & Filius & Spiritus Sanctus theogoniam, id est, originem deitatis habeant, sed in solo eam patre esse inspiciendam & ipsum fontem & radicem esse Filius & Spiritus, & luminum emissorem sibi coeterorum & præcordialium luminum, videlicet Filius & Spiritus. Item Gregorius Thaumaturgus, si queratur quomodo unus Deus est, sicut Deo filius, dicemus, quod iuxta principij vocabulum, secundum quod unum principium est pater. Et post pauca iterum dicit; si dixerint impij: quomodo non sunt tres ad med. habentur to. 3. tres personæ, & si non unum habeant deitatem, dicemus quod Deus principium & Pater est Filius, & ipse Filius imago est & genitrix Patris, non frater eius, & Spiritus similiter spiritus Dei est. Et iam pridem per Prophetam David: Verbo Domini celos dicitur firmavisse, & spiritus oris eius omnes virtutem eorum. Et iterum dicit: Et propter hoc unus Deus est, quia principium Pater est: qui autem duo principia in deitate dicit, duos deos necesse est esse ut fateatur. Et iterum idem dicit: Perfectus autem est Spiritus sanctus ex Deo per Filium datus his, qui adoptionis filii sunt. Hæc ex sermone, quem de fide edidit idem Sanctus Gregorius dicta sunt. Dicit autem iste sanctus huiusmodi Theogiam per sanctum Evangelistam Ioannem ad exhortationem Beatae Virginis, ut dicit Sanctus Gregorius Nyssenus, qui vitam ipsius refert. Doctrinæ autem ipsius verba sunt talia: unus Deus Pater verbi vivi, sapientiæ subsistentis & virtutis & characteris æterni perfectus perfecti genitor, Pater unigeniti, Filius unus Dominus, solus à solo, Deus de Deo, character & imago deitatis, verbum sine principio, sapientia per quam universa consistunt, omnia comprehendens, & virtus totius creaturæ creatrix. Filius verus veri Patris, inuisibilis ex inuisibili, incorruptibilis ex incorruptibili, ac immortalis ex immortali, æternus æterni. Unus Spiritus sanctus, qui ex Deo existentiam habet, & per filium manifestatus hominibus innotescit, imago filii perfecta perfecti. Hæc sunt de revelatione. Quidam vero non intelligentes quid dicunt, vel de quo affirmant illud, quod dicitur, solus ex solo, sic calumniantur, quod solus Filius à solo Patre, tanquam unus Spiritus non ex Patre solo sit, veritas autem aliter se habet, solus enim Filius Dei à solo Patre est, omnes autem hominum Filii non à solo Patre sumus, sed à matre singulare in deitate intelligendum est, id est, quod non ex aliqua materia consistit propter immateriale & simplex & individualium diuinæ naturæ. Duale autem materiale est, & de his, quæ materiei subiecta sunt, solus enim pater est genitor, id est, à quo procedit Spiritus sanctus, vel prolator & prouolens, & solus Filius genitrix Patris, & solus Spiritus, id est, à Patre procedens, vel processura & pneuma Patris, qui autem dicunt à Patre & Filio Spiritum esse, dualitatem singularitatis genericem dicunt, quod neque in numero verum reperitur, neque simplicis & incompositæ naturæ propriæ est, sed incomposite & materialis. Iste autem sanctus sicut de Spiritu sancto ab Evangelista Ioanne didicit, sic & docuit, & ea idem Evangelista secundum Gregorium docuit, quæ ipse in Euāgelio scripsérat, scripsit ille in Euāgelio quod *Spiritus sanctus ex patre procedit*, scripsit ipse etiam ut dicatur *Spiritus veritatis*, ac sicut ipse scripsérat, sic Sancto Gregorio reuelauit. Sermo autem de Spiritu sancto sic se habet: unus Spiritus sanctus ex Deo existentiam habens, & per filium manifestatus hominibus innotescit. Vides quare dicitur Spiritus esse Filius, pro eo quod per filium existit manifestatus hominibus, & deinde sequitur, imago Filii perfecta perfecti, imago autem Patris Filius est, & propter incommutabilitatem vel incommutabile substantiam, & pro eo quod Patrem mundo manifestauit. Dicit in Euāgelio, qui vidi me, vidi & Patrem, & iterum: *Manifestans hominibus nomen tuum*, & iterum: *ego clarificavi te super terram*. Simili autem modo spiritus est in anima Filii.*

*Areopagita
seruus deci-
mus Apostol.*

*Thauma-
turg. in ex-
posit. am-
pliori fidei,
ad med. ba-
batur to. 3.
bibliot. vet.
Psal. 52.*

*Nyssen. in vi-
ta Thauma-
turgi.*

*Ioan. 15.
Idem c. 14.
15. 16.*

*Filius inter-
pretatio ver-
bi imaginis
Ioan. 14.
Idem c. 17.
Ibid.*

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 24.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 26.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

go filij. Spiritus enim sanctus superuepiens ad discipulos eius & implens eos miraculorum gratia clarificauit filium in mundo, & innotuit omnibus, quod Deus verus esset. Scriptum est enim quod *ipse me glorificabit, quia de meo accipies*. Sic enim mun-danus Rex, qui non potest in regno suo semper praesentialiter adesse, & videre, mittit multoties imagines suas, homines autem loco illius ipsas videntes imagines, sicut ipsam venerantur easdem, & ad ipsum honorem transferunt. Sic & Pater cum Filium in mundum misit, notus factus est omnibus hominibus Pater esse & Deus sine principio; & Filius veniens cum carne in mundum, & illusiones & pa-siones sustinens, sepultus fuit, & resurrexit, & ascendit in celum, & misit Spiritum sanctum discipulis suis, ac miraculorum virtute innotuit, quod qui crucifixus & sepultus exticte & resurrexit, vere fuit Dei Filius, & verus Deus. Hoc autem quod dicit, misit, nullum perturbet, bonam voluntatem enim promissione posuit, seu notaue, nam in libro Isaiae Prophetæ inuenitur ipse dicens: *Dominus misit me, & spiritus eius*, & hoc qui diligenter legit, intelliger. Vtus est autem huiusmodi testimonio magnus Basilius, ubi contra Eunomium tractat, ac propter hoc & Sanctus Grego-
rius de spiritu dixit quod haberet existentiam ex Deo Patre, manifestatus autem fuit. Basil. aduct. Eunom. l. 2. Thaumat. vbi supra
set hominibus per filium, ac ad certitudinem manifestationis huiusmodi subiunxit: Conc. Nic. Habentur qua hic citatur li. 2. Conc. Nic. ex interpretatione Alphonsi Pisa.
sicut & spiritus imago Filij est. Item de gestis primi Concilij dixerunt sancti Patres per Leontium ad Philosopherum: accipe unam deitatem Patris, qui genuit filium ineffabi-liter, & filij qui ex eo natus est, & Spiritus sancti qui procedit ex ipso Patre. Item de eiusdem capitulu sexagesimum secundum, addentes sancti Patres dixerunt ad Phi-losophum de fonte flumine & aqua per Leontium Episcopum. Illud autem intel-ligendum est & amice de cetero veritatis, Philosophe quod fontem intelligimus, qui flumini aqua generat: omnis enim fluvius sicut nos, fontem habet genitricem, de-inde peruenit quidem fluvius de fonte aqua, sed nullus vocat fluvium fontem aut for-tem fluvium; sed fons quidem fons nominatur, & fluvius fluvius nominatur, & uterque eadem aqua. Cum autem quis de flumine, aut de fonte aquam haurire voluerit, mutat nomen, non enim dicie, vnde & hauri, & defet mihi fontem aut fluvium; sed aquam; & una quidem natura est tres tamen personæ nominandæ, fons, fluvius, aqua. His quoque similia Chrysostomus scribit in sermone illo: Dominus regnauit, qui sic incipit: Item no-bis beati David spiritualis cythara, &c. & exemplum huiusmodi apertius ostendit, pro-ponens unum esse fontem, & non duos. Magnus vero Gregorius & Theologus apertius exemplum huiusmodi declarauit. Dicit enim in sermone illo ad Euagrium de deitate: Chrys. sermon in Ps. 92. Nazianz. orat. 45.
sicut solaris luminis radij individui, qui habentes naturaliter ad inuicem in seipso quan-dam habitudinem, neque aliunde separantur, neque ad inuicem diuiduntur, & usque ad nos gratiam luminis dirigunt sive mittent, eodem modo Filius, & Spiritus sanctus, duplex Patris radius, & usque ad nos lumen veritatis administrant, & Patri uniti sunt. Ac quem-admodum ab aliquo equorum fonte duo fluij manant & positione quidem diuiduntur, fluenta ad inuicem humoris qualitatem unam & eandem habent, licet specialiter uterque per se fluent, eodem modo prima causa Pater, fons vitæ duplum quandam Filij & Spiritus sancti gratiam nobis mittebat, non aliquando in vita sustinuit passionem, ne-que aliquam diminutionem sustinuit per aliorum ad nos accessum, hi usque ad nos access-erunt, & à Patre nihil omnia permanserunt inseparabiles.

Quia igitur de primo concilio mentionem fecimus producendus est etiam magnus Athanasius, qui in primo emicuit Concilio de sermone æternæ essentiaz filij & spiritus contra Sabellianos edito, qui sic incipit: fides Iudeorum contraria est fidei Gentilium. Iudei unum Deum colunt, gentiles plures: Iudaismus oppositus est Ethnicismo, hoc vi-dentes exemplum, oriam nunc alienati sumus ab his, qui ethnicizant sub nomine chri-stianismi, qui opus Dei audent theologizare, id est, Deum vocare & adorare. Separa-mur autem ab his, qui Iudaizant, & qui christianismum in Iudaismo corruptunt, qui deinde Deum ex Deo negantes, unum Deum iuxta Iudeos dicunt, non ideo quod solus non natus, & solus fons deitatis est, propterea dicentes ipsum esse solum Deum, sed tanquam carentem filio, & sine fructu existentem viui verbi & sapientiaz veræ. Vide & in hoc loco quod solus Pater fons deitatis est, & quod propterea unum Deum dicimus, quia unus fons deitatis Pater est. Si autem & Filius fons est, sicut quidam dicunt, duo utique

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 24.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 26.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

dij: Item de disputatione facta cum Macedonio, si ponatur eiusdem esse natura & deitatis Patis & Filii, & Spiritus, qui ex ipso Patre per filium effusus est: προσκυνετο χριστον, id est, adorabis, & cui latra exhibenda est, demonstrabitur. Item de eodem sermone. Sicut enim filius, qui in natura omnia habens Patris, sicut filius, dicit de seipso, quod nihil facio a me ipso, ut bonorum principium ad patrem reducatis & de spiritu audi ipsum dicentem, quod cum omnia in natura deitatis sicut spiritus Dei haberet, ad causam, tamen ipsum reducit, dicens: Non loquetur a semetipso, sed quacumque audies, loqueretur; & que ventura sunt annunciebit vobis, & quod ille de meo accipiet, scilicet de Patre: Pilani. Item de eodem disputationis sermone dixit Macedonius. Tria ergo ingenerata dicas. Respondit idem sanctus dicens: sed non incausa, nec etiam sine Patre, etenim ingeneratus est spiritus, sed non incausatus, habet enim causatum Deum, cuius spiritus est. Licet sit ingeneratus filius, sed non est sine Patre, habet enim Patrem Deum, a quo & natus est, Pater autem & ingeneratus est, & sine causa, & sine Patre. Idem de eodem, Credimus in unum ingenitum Deum Patrem omnipotentem, spiritus autem sanctus & pneuma existens Patris, semper est in multis mittere. Patris, & ferenca filii. Idem de eodem. Capitulum septuagesimum sextum, de testimoniis scripturarum de communione secundum naturam Patris & Filii & Spiritus sancti. Quid est Deus & principium omnium, sicut ait Apostolus, unus Deus Pater a quo omnia: ex enim verbum ex eo generative, & spiritus ab eo processus: Item idem ex epistola ad Serapionem missa, Atha.lib. ad de spiritu sancto: Nonne male sentientes de Spiritu S. neque de filio sentiunt bene, si enim restat de verbo sentirent, sentirent etiam sane de Spiritu S. qui ex Patre procedit, & Filius existens proprius, & ab eo datur discipulis, & omnibus, qui credunt in eum. Audiatque qui bene de Spiritu S. non sentiunt, qualiter neque de filio bene sentiunt. Sanus namque intellectu de ipso sanctus iste docet sic esse, scilicet, quod ex Patre quidem procedit, proprius autem Filius est, tanquam qui ab eo discipulis datus est, ac omnibus fidelibus datur. Sunt etiam & aliiae multae authoritates ipsius sancti, qui pro nostro dogmate faciunt, sed eas propter sermonis prolixitatem praetermittimus. Item de sermone Sancti Gregorij Theologi, vbi tractat de dogmatibus & institutione Episcoporum: Seruet quidem sermo meus, quod unus nempe est Deus vel ad ius causatum filio, &c. Secundum causa & filio & spiritui præferentis, non quod composti sunt vel diuisi. Ergo si propterea hoc nobis unus Deus est qui adoratur, quia sine causa, vel ad ius causatum est filio & spiritui præferentis, qui duas causas dicit in Trinitate, necessitas tibi incumbit duos etiam glorificare Deos. Cum autem spiritus non sit causa alicuius confubstantialis hypostaseos, nec Deus etiam est, quod blasphemum est, non dimittitur ei neque in presenti neque in futuro: Item in sermone illo, vbi tractat de spiritu: Nobis unus Deus est, quia una est deitas, & ad unum ea quæ ex eo sunt respectum habent, licet tria dicantur, ac nec hoc magis Deus, & illud minus Deus, neque hoc prius & illud posterius, neque de voluntate diuiduntur, neque virtute separantur. Item de eodem. Quandoquidem ad deitatem respectum habemus, & ad primam causam, & ad Monarchiam, id est, unum principatum, unum est nobis quod imaginatur, cum autem ad ea in quibus est deitas, & ad ea quæ est prima causa sine tempore, similique gloria ibidem sunt: Tria sunt quæ adorantur, &c. vbi sunt qui male interpretantur, mediatum & immediatum, sanctus enim docto iste similiter gloria ex prima causa dixit, a Patre videlicet, filium & spiritum sanctum illuxisse: Item de eodem ex sermone ad Heronem Philosophum: Verè filium dico filium, quia solitare & solus & tantum, (neque enim & Pater est) & in totum Filius, & totius, & ab initio. Nota quod filius tantum filius, & totum filius sed non etiam πρεβολές: prouolens, id est, quod ex eo processus sit, vel prolator: Item in sermone de his qui nauigio ex Aegypto accesserunt. Si autem omnia, quæ habet Pater, filii sunt, præter causam, omnia vero quæ sunt filii, sunt & spiritus præter filiationem, & præter illa quæ temporaliter de ipso dicta sunt propter me hominem, meum honorem, & propter meam salutem. Nota salutem hæc quomodo sicut dixit quod filius omnia habet, quæ patris sunt præter causam, non dixit quod eodem modo spiritus omnia habet, quæ filii sunt præter causam, sed dixit præter filiationem. Si enim sciret quod filius quoque causa esset spiritus, non virque faciueret. Item de eodem: si enim filii & spiritus dignitatem fatentes, ipsos esse huc principio ponere debemus, aut ad aliud ipsos referre principium, necesse utique fore: ita

ANNO CHRISTI	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI I. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
--------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

ita honoratur, vel in honoretur Deus, aut illud quod contra Deum est apud nos pertinet. Si autem quantumcumque extuleris filium sive spiritum non supra Patrem ponas, neque à causa aliena tueris, sed illuc ad Patrem, scilicet bonum genitum, & mirabilem processionem referes seu reduces. Quem à te Opibla (genuit) & Philanarcha, id est à amice ingenerati & in principiati, utrum iniurias Deo magis ille, qui istorum panis principium, quorum ipse inducit vel ille qui parit, istorum, scilicet filij & spiritus, sed natura similem, similique gloria existentium & qualium noster, id est sermo noster intendit. & post pauca item dixit. Ego Deitatis principium introducens sicut temporare, & sive diuisione, & sine termino, & principium & ea quae ex principio sunt & qualiter videntur. hoc quidem, quia istorum principium, ista, quia sic & talia ex tali, neque loco, neque natura, neque bonitate distantia: Item de tractatibus B. Basili contra Eunomium. Basil. lib. i. aduers. Apolog. Eu- domij. Es quae Patri & filio communia sunt, ea etiam communia sunt spiritui. Si igitur commune est Patri & Filio processio spiritus, erit etiam communio spiritui, ac procedet ab isto aliis spiritus. Item: generat Deus noui ut homo, generat autem verè, & genitum à semetipso est. profert Verbum non humano modo, nam nec os in Deo corporaliter est, ex ipso eodem autem & spiritus est, & non aliunde. Hoc autem quod dixit non aliunde, quid aliud notat, nisi quod spiritus non sit ex aliqua alia hypostasi, nisi tantum ex hypostasi Patris. Item idem in sermone illo quem edidit contra Eunomium exponens. Idem lib. p. Aethan. ad. contra gregates Sabellij. *Mores tuae facientes me & plasmantes me.* Dicit duas manus esse Patris Filium & Spiritum. Item Aethan. contra Arianos & Sabellianos in sermone illo qui sic incipit: Repugnat Iudaismus Euthenismo spiritualiter filius ex Deo est, & spiritus ex Deo est, natura filius à Patre exiit, & spiritus à Patre procedit, sed filius quidem à Patre nascendo, spiritus autem ineffabiliter ex Deo. Item Basil. in epistola missa Greg. fratri suo in qua tractat de difference tñ vñz & hypostasos. Quia igitur Spiritus sanctus à quo omnia bonorum distributio super terram abundat à filio nostre penderit, cum quo indistincter comprehenditur, à causa autem Patris exiens habefesse, à quo & procedit. Hoc notiale proprietatis, quae secundum hypostasim est, signum habet quod per filium, & cum eo cognoscitur, & quod ex Patre subsistat: filius autem, qui ex Patre procedentem spiritum per seipsum & cum seipso cognoscens, solus more virginis ab ingenito lumine resplendens, nullam secundum proprietatem notionum communionem habet ad Patrem, vel ad Spiritum sanctum. Et quomodo tu dicis communionem habere hypostaticam filium ad Patrem, quia & qualiter ex hypostasi Patris, & ex hypostasi filii ipse existentiam habet, & hoc & ad aliud inconveniens habens, quod confundis duas hypostases Patris & filij in unam hypostasim, sicut enim in Trinitate communionem singularitatem habet, ita si sicut vos dicitis communionem hypostaticam habet filius ad Patrem, necesse erit vobis Damal. c. t. Potus. An- stochenum. Vide Bacon. anno 373. etiam unam personam Patris, & filij conficeri. Item Damasus Papa Romanus de his quae ad Paulinum * Thessalonicensem Metropolitanum scripta fuerunt. Quicumque non dixerit Spiritum sanctum ex Patre esse, omnimode, verè, & propriè, sicut & filium ex divina Vñz, & Deum Dei Verbum, anathema sit: Iste Damasus propugnator fuit in 1. generali Concilio. Cælestinus vero qui similiter fuit Papa Romanus & Propugnator in 3. Concilio, scribit sic in capitulo 10. gestorum eiusdem tertii Concilij ad Nestorijum sermonem suum dirigens. Quis nunquam non dignus excommunicari iudicatus est, aut auferens, aut aliquid addens fidei. Ea enim quae plenè & aperte nobis ab Apostolis fuerint tradita neque addicamentum, neque diminutionem suscipiunt. Legimus libris nostris, neque addere licere, neque minuere. Magna enim & addentem & minuentem poena ligat. Vnde cauterium & ferrum paramus, cum aliter non sint curanda vulnera, quae iam iactione digna sunt. Item Gregorius * Dialogus Papa Romanus de oratione, quae in festo Pentecostes legitur; * Mentes nostraras quesumus Domine Spiritus sanctus, qui a te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem. Item in fine libri secundi dialogorum, dicit hoc: vnde si quidem & ipsa veritas Dominus noster Iesus Christus grav. Pan- ut fidem discipulis adderet, dixit: Nisi ego abiiero, Paracletus non veniet ad vos. Manifesto. S. Greg. in- ter. libellus. Nam igitur est quod spiritus Paracletus ex Patre prouenit vel progrereditur, & in filio 58. ad fin. permanet. Sicut igitur isti veteris Romæ Pontifices de Spiritu sancto docuerunt, sic & nos alumni noui Romæ credimus, neque addentes aliquid, neque detrahebentes. Si enim scient, quod spiritus à filio sicut à Patre procederet, hoc nullatenus occultassent, neque exmedie fidei dacuisse, ex parte enim conficeri veritatem, & ex parte collare non est. Corripens est locutus, & inter. eum habebat in terra.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII X. ANNO 7.	FREDERICI I. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS M- NORVM AN. 16.
-----------------------	------------------------	--------------------------------	--------------------------------

pactum orthodoxorum, & maxime in verbis, quæ de Trinitate sunt, vbi etiam prætermissa minima parte, magni periculi causa efficitur. Veniamus quoque ad testimonia S. Gregorij Nisseni, quæ de Spiritu sancto dixit; sufficit verò diuulgatum ab omnibus sanctis Patribus, qui in secundo Concilio cōuenierunt, secundum fiduci symbolum vbi ex Patre procedere Spiritum sanctum apertissime dictum est, non addito quod ex filio: nam & hoc secundum Concilium contra Macedonipm Pneumatarchum, id est, spiritum repugnantem, à pneumatice quod est spiritus, & marchi, quod est pugna, existit celebratum, qui dicebat Spiritum sanctum esse Filij creaturam. At si scirent sancti Patres, qui in ipso concilio congregati fuerunt, quod ex filio ipse spiritus haberet existentiam, hoc nullatenus tacuissent, sed dixissent utique, quod non esset creatura filij, sed eius pneuma, sicut & Patris, qui de filio propter hoc mentionem minime facientes, ad Patrem solum reduxerunt causam existentiaz spiritus, & sic equidem totus orbis terrarum. Ex hoc secunda generali Concilio symbolum fidei accepit & tenet usque hodie. Illis autem, qui dicunt quod ea quæ priuationem ab aliquo sanctorum scripta fuerunt, firmiora sunt his quæ communiter & in Concilio fuere statuta; non decet respondere, decisoriū enīca est; si hoc solummodo cogitur; tamen ut ipsos ex maiori abundantia deviciamus, proposamus

Nissen. orat. ad Ablabiū; de non dēdicis tri- bus dñis.

Pronet.

in medio ea, quæ priuationem ad Ablabium à S. Gregorio Nisseno scripta sunt: Incomparabile naturæ fatentes, quæ secundum ex causatiuo & causatum est, differentiam nobis regamus; in quo solum discerni vnum ab alio invenimus, hoc quidem causatiuum esse credere, illud vero ex causatiuo. Itero illius quod ex causa est, aliam rursus differentiationem intelligimus. Hoc etenim est proximè ex primo; illud per id quod est proximè ex primo. Dicta quidem ipsius ita sunt. Responde ergo mihi, qui ex aduerso in secundo symbolo addidisti, quod ex Patre & ex filio spiritus procedit, nunc iterum quomodo contrariabit ipsi scribis, qualiter intelligis prædictam clausulam scilicet; per id quod est proximè ex primo, de spiritu hoc dictum esse? Si dices quod ex filio existentiam habet propriè & vere spiritus, sed quia filius ex Patre est, propterea & spiritus ex Patre est. O quanta inconuenientia! abstulisti enim causam existentiaz spiritus à Patre, & solum filii fontem existentiaz spiritus dogmatizas, & imples in hac parte illud Proverbiorum impossibile, è converso dicens; *sorsum à fluminibus recedens fames*, & Rumen dicis aquæ causatiuum non fontem, vnde & fluuius & aqua excunt. Sic sancti Patres in Niceno concilio dixerunt.

Damas. cit.

Ostendis autem & Damasum Papam mendacem, qui anathematizat eos, qui non dicunt propriè & vere ex Patre spiritum procedere, qui autem dicit, quod procedit nempe Spiritus sanctus ex filio, per filium autem & ex Patre, timeat huius terrible interdictum. Vera autem interpretatio prædictæ clausulæ, scilicet proximè ex primo, & per id quod est proximè ex primo, ita se habet, quod & Filius, & Spiritus sanctus, à primo sunt, scilicet ex Patre, Filius tamen immediate propter respectum, qui est ad Patrem: nam Pater & filius de his sunt, quæ sunt ad aliquid, & similicer ibiuenitur filius medius Patris & spiritus in annumeratione sola nominum; sed non distantia temporali, vel per distantiam temporalem. Per filium autem & Spiritus sanctus ex causa Patris propriè & vere existens est,

* Non inuenio in eis Nissen operis huiusmodi sermonis, fortassis a quievacatio est de libris Basilij fratris contra Eunomium.

Basil. epist. 141.

vnde & procedit. Item de codem ex sermone edito contra Eunomium. Patri etiam secundum inveniatum coniunctus est spiritus, iterum ab eo ut pater, non sicut ipse distinguatur. Ea autem qua filio est secundum inveniatum coniunctione coniunctus, & in eo quod causam existentiaz à Deo fonte omnium habet, regreditur iterum ad solum proprium, in eo quod neque more vnigeniti à Patre subsistat, & in eo quod ipsum illuceat. Item de codem sermone. Quomodo impossibile erit, quod in inferioribus, hoc & invenientia & ante sæcula existentiam esse, in qua Pater quidem imprincipiatus, & invenientius, ac semper intelligitur, ex ipso autem secundum proximitatem indistanter unigenitus filius cum Patre simul intelligitur, per ipsum autem & cum ipso antequam aliqua noua & insubstantialis per medium intercederet cogitatio, statim Spiritus sanctus per filium coniunctum comprehendiatur, non posterior filio secundum existentiam, ita quod nunquam vnigenitus filius sine spiritu intelligatur, sed quod ex Deo omnium & ipse causam essendi habeat, vnde & vnigenitum lumen est; per verum autem lumen ipse spiritus resplendens sit. Item contra cum qui non rectè intelligit, quod per filium ex Patre, producamus etiam ipsius Nissen fratrem magnum Basilium, quib[us]dam Canoniceis sic scribentem. Si non est ex Deo Spiritus sanctus, per Christum autem est, omnino non est, ad eo quod detrimentum quod in ordine fit, ipsius existentiaz contemptum habeat & tunc

ANNO CHRISTI 1234	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS M- NORVM AN. 26.
----------------------	-------------------------	---------------------------------	--------------------------------

fidei negationem. Quod est autem huiuscmodi detrimentum, quod cum omnes sancti Patres à Patre procedere spiritum doceant, & quod per Filium hominibus datur, illi qui ex opposita parte sunt, dicunt quod ex filio spiritus existentiam habeat, per Filium autem & ex Patre, hoc est detrimentum quod magnus Basilius fidei abnegationem dicit. Item sanctus Cyrillus in capitulis contra Nestorium excommunicatum in nono videlicet capitulo dixit sic: *Quicumque vnum Dominum nostrum Iesum Christum glorificatum fuisse à spiritu, & eo tamquam aliena virtute vsuma fuisse, & ab eodem spiritum recepisse ut posset aduersus immundos spiritus prævalere, & in homines diuina miracula exercere, & non potius proprium eius spiritum esse dixerit per quem miracula operatus est, anathema sit.* huic ergo verbo adhærens videlicet, & non potius proprium eius spiritum esse dixerit, Theodosius Episcopus inter alia multa dicit. *Si tamen ex filio, aut per Filium existentiam habentem proprium dicas spiritum esse filij o Cyril, blasphemum est hoc, sicut impium id proiicimus, credimus tamen Domino dicenti Spiritum sanctum qui à Patre procedit.* Et B. etiam Paulo dicenti similiter: *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est.* Respondit ergo ad hæc sanctus Cyrillus, & cum venit ad locum illum, vbi de spiritu tractarat, * non repugnat super his contra Theodosium, nec dicit quod non sit blasphemum dicere, quod spiritus ex filio existentiam habeat, imo orthodoxum est hoc maximè & pliū. Sed quod dixit procedit, nempe tamquam ex Deo & Patre Spiritus sanctus iuxta vocem Salvatoris, sed non est à filio alius, omnia tamen habet eum Patrem, & hoc ipse de spiritu docuit dicens: *omnia quæcumque habet Pater, mea sunt.* Explanavit ergo & exposuit hic sanctus super his omnia disputabilia verba sua super existentiam spiritus, & docuit nos vbi cumque huiusmodi verbum inueniamus, scilicet spiritum filij & spiritum Christi dici, intelligere & credere possimus hoc propter identitatem naturæ dictum & intellectum fuisse. Si tamen crederet idem sanctus quod à filio existentiam haberet, hoc nequaquam silentio transiueriset, anima etenim periculum est subictere ea quæ ad fidem spectant, & maximè ei, qui potentes adversarios haberet, & quem propter hoc ipsum blasphemum vocant. Qui autem dicunt, quod capitula ipsius Theodoriti excommunicata fuerunt sive reprobata per quintum Concilium, audiant à nobis nutoquid etiam omnia quæcumque de diuina scriptura idem Theodoritus dixit, ut illud Christus verus Deus est. & quod credimus Domino dicenti, spiritum, qui ex Patre procedit. & B. Paulo similiter dicenti: *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum, qui est Deo est,* insimul excommunicata fuerunt. Nunquid & respondit S. Cyrillus super his factum insimul excommunicatum fuit? nequaquam. Interrogatus fuit Christus à Caipha, & ab impi coetu eius: *Tu es Christus filius Dei vivi?* qui respondit: *Ego sum.* ille autem respondit, quod blasphemasset, nos autem excommunicamus Caipham & dictum eius, qui dixit quod blasphemasset, sed responsum Christi adoramus & venerare ut verum. Idem etiam S. Cyrillus Ioannem Antiochenum & synodum eius, cuius pars potissima idem Theodoritus erat, recepit, & socios ipsos habere confessus est, ac & ex tunc cauebat sibi ne scriberet de Spiritu sancto, quod ex filio profundetur & emanaret, &c. quæ habere scandali materiam videbantur. Post responsum tamen eius ad Theodoritum factum scribit Ioanni Antiocheno epistolam de concordia vel unituam quæ sic incipit: *Exultent cali & letetur terra, & procedens dicit: Nullo modo com-* moueri, vel concurti ab aliquibus sustinemus statutum fidei, id est, fidei symbolum, quod à sanctis nostris qui in Nicena civitate conuenerunt pro tempore statutum extitit, nec etiam permittimus nobis vel aliis aut distinctionem mutare, de his quæ continentur ibidein, aut vnam saltim transgredi syllabam, meiores existentes illius, qui dixit: *Ne transgre- diari terminos sempiternos, quos posuerunt patres sui:* non enim ipsi erant qui loquebantur, sed spiritus Dei Patris qui ex Deo quidem procedit, est autem non filij alienus secundum Usuz rationem. Post hæc iterum Poto existente Patriarcha Constantinopolitano Scribit Porius Pro quandam epistolam, quibusdam monachis, cuius initium est: *Diligentia doctrinæ, & diligentia laboris vestre charitis, in qua tecum symbolum sanctum narrat, ac expleto sermone in quo de filio tractauit incipit tractare de spiritu, scribens sic: Explicato sermo- ne quem Beatis. Patres de Christo ediderant, fecerunt de Spiritu sancto mentionem; cre- dere enim dixerunt in eum quoque, sicut & in Patrem, & in Filium, consubstantialis enim eis est, & profunditur vrique, id est, procedit sicut à fonte ex Deo Patre, distribui- tur autem creature per Filium, iossufflavit namque Apostolis suis dicens: Accipite* *Spiritu*

Cyril. ana- thematismo.

Theodos. contra Au- thermat. 9.

Ioan. 15. 10.
1 Cor. 1. 12.

* Imo ibi re- petit, quod Spiritus san-ctus est filius. est filius Spiritus sancti certe & patru. Ioan. 16. 15.

Quinta sy- nodus.

Ioan. 15. 26.
1. Cor. 1. 12.

1. Jan. 6. 12.
Fus. 1. re- dargatis.

Cyrill. epist. 16. & habe- tur 1. p. con- cil. Ephes. 6. 31.

Porius Pro- do. Cyril. in ex- joh. 1. 14. Nicani ad Anatalii & ex excesso nichos & hab. 3 p. con. Ephes. c. 4. 3. Ioan. 12.

ANNO CHRISTI
1233.

GREGORII IX.
ANNO 7.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 24.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 26.

Iudicé post *Spiritum sanctum*: In superioribus autem epistolaꝝ ista dicit; Editam ergo & institutam à sanctis Patribus, qui in Nicaea ciuitate conuenierunt, fidem seruauerunt sine transgressione, & alii sancti Patres, qui posse illos fuerunt, & qui doctores populorum, & lumina Ecclesiaturum, & optimi artifices mysteriorum fuerunt secundum consilium: Idec Cyrilus in hoc 3. concilio notans, quod & ipse fecerunt est, & cui ipse præfuit, qualiter enim dictum esset tertium Concilium nisi secundum & tertium sequeretur. Item idem Cyrilus.

Indidem. Nihil penitus defuisse vel prætermisum esse de omnibus quæ ad salutem sunt necessaria, inueniet quis in sanctorum Pattum confessionibus, id est, statutis quæ condiderunt de recta & incomparabili fide ad reprobandum omnem hæresim, & obturandum os blasphemum, ac ad certitudinem & firmitatem illorum, qui recte in fide incedunt. Sciendum namque est, quod idem S. Cyrilus magnum certamen iniit & multos sermones proposuit contra Nestorij hæresim, qui Nestorius inter alias alias blasphemias suas, hoc etiam de Christo dicebat, quod miraculorum gloriam dominiliter Christo Spiritus sanctus largitus fuisset: hoc autem non est verbum meum, sed est verbum ipsius S. Cyricilli in responsu quod fecit Theodorito in nono capitulo excommunicationum, vbi talia dixit: accedens dixi, quia iniuriosis verbis, id est, blasphemis & prauiloquiis, quæ nimis incaute à Nestorio dicta sunt, vis capitulorum pugnat. Illo enim dicente de Spiritu sancto; quod tantam gloriam largitus fuisset, quod dæmonibus ipsum terribilem fecisset, & ascensionem ei ad se largitus esset, ac eodem, sicut de aliquo homine nobis simili, una hæc proferente facta fuit necessario excommunicatio, non quidem contra illos qui dicunt Iesum glorificatum fuisse à spiritu, id est, quod humanatum fuisset Verbum Dei, sed cōtra illos prius, qui ipsum dixerunt virtute spiritus ut aliena vslum fuisse.) Et contra huiusmodi hæresim repugnans festinavit ostendere, qualiter alienus non erat Spiritus sanctus ab vsya unigeniti filii, neque Dominus Christi, sed æqualis ei honoris. Atque in multis sermonum suorum huiusmodi intentionem habuit; quandoque quidem dicit quod profunditur à filio sicut à Patre, quandoque quod emanat à filio, quandoque quod distribuitur à filio, interdum quod spiritus est filij. hæc autem ad vnam tantum intentionem respiciunt, quod videlicet non est alienus Spiritus sanctus ab vsya filij, & effunditur ex eo, non quod per participationem ipsum spiritum secum habeat sicut omnes iusti, sed quod ante omnia scilicet quidem Patris sic existens & filij etiam in seipso, non in filio requiescit & permanet, sicut sancti docent, perfunditur autem non vsya spiritus. Deus enim non effunditur, sicut

Cyri. in re-
spōnf. ad re-
prehēnsiō-
nē. circa
Anathēm. 9. ait Chrysostomus in sermone quodā, quem de Spiritu sancto edidit, vbi dicit, se donum spiritus. Item breue responsum super prædictis de omnibus quæ ad quæstionem videbantur pertinere, ab eodem magno Cyrillo factum, ipse enim ex debito expositor est sermonum suorum, qui interrogatus quomodo diceret spiritum ex filio proprium, non dixit, pro eo quod ex filio procederet, sed quod non esset à filio alienus, videlicet secundum naturam, quod autem secundum naturam alienum non est, proprium est secundum naturam; quod sentit, Omousyon. Non autem omne quod secundum naturam proprium est alicui, iam ex eo est. Poteramus etiam alia nobis testimonia producere tam de sancto Confessore Maximo concordantia nostro dogmati per omnia, & multa & efficacia, & quibus contradici non posset, & cum Euangeliis conuenientia de Spiritu sancto, quod ex Patre procedit, & quod spiritus veritatis dicatur: quam à sancto Sophronio Patriarcha Ierosolymitano, quæ testimonia sextum Concilium approbant, & etiam à sapientissimo & B. Ioanne Damasceno, qui inter alia multa, sic dixit. Spiritum filij dicimus, ex filio autem non dicimus. Sed quia ad prolixitatem nostre sermo extensus est, in hoc sermone signamus; Recipimus omnes traditiones Apostolorum tam scriptas quam non scriptas. veneramur septem sacra & generalia concilia, & quos illa receperunt recipimus, & quos reprobauerunt, reprobamus. Et titus Ecclesiasticos, qui tunc tenebantur, sequimur & haec tenus obseruamus, sicut à sanctis Apostolis Ecclesiis per vniuersum mundum existentibus, tradita fuerunt, ac sicut regali purpura induiti animani fide orthodoxa clari stabimus ante tribunal Christi. & per eam regni Christi erimus participes intercedente immaculata domina nostra Dei Genitrice, & semper Virgine Maria, cuin omnibus sanctis, qui pro fide certauerunt certamen dulcissimum, per quod meruerunt coronam immarcescibilem & gloriam sempiternam. Fiat hoc Pater omnipotens, genitor vñigeniti filij tui, & prouolens Spiritus tui sancti. Amen, Amen, Amen.

Chryso. in re-
spōnf. ad re-
prehēnsiō-
nē. circa
Anathēm. 9. Damasc. I. t.
de fide orth.
& 11. confu-
le commen-
tariū Cich-
touci ad
eundem lo-
cum.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI I. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	--------------------------------	---------------------------------

nostræ confessionis & fidei præcepto sanctorum Patriarcharum tam generalis, quam Theopoleos magnæ Antiochæ, persuasione etiam S. Concilij subscripti.

xxv. Nullibi adeo diffusè Græcorum fundamenta pro pertinaci illa sua heresi vidi congesta, neque in aliis eorum scriptis quæ occurrerunt, neque in Concilio Florentino, neque apud controuersias, quare consultum iudicau omnem eti longam radiolasque transcribere epistolam, ut in ea cognoscatur quid possint aut soleant à tot annorum centuriis pro sua probanda pericacia proferre, & facilius ad singula p̄t manibus habeantur responsa. Sane quædam citant opuscula, quæ non facile licet inuenire, alia corrupta sunt, modo ad castigatissimas huius temporis editiones Græco-latinas ea conferamus, cetera facilem habent solutionem. Nam vel eorum vis. in eo consistit, vt Patrem dicant fontem, principium, radicem, & his similia supersubstantialis deitatis, quod verum est, dum Pater sit principium sine principio, Filius vero etiam principium esse potest, sed principium de principio, Deus de Deo, titulus de fonte. Vel negant Filio causalitatem / phrasis est antiqua Græcorum) quam habet Pater, quod verum est de causalitate, qua Pater respicit Filium, similiterque de notione Patris dicendum est, quam filio quidam ex Græcis negant: vel ascrunte Spiritum sanctum procedere à Patre per Filium, quem loquendi modum in sensu cohædere cum locutione Latinorum largius probat Bessarion Cardinalis Nicenus Archiepiscopus, Ordinis Minorum olim Protector, in oratione habita pro vniōne vniuersique Ecclesiarum in Concilio Florentino, quæ habetur post sessionem ultimam, nec non ipsum concilium, atque multi, qui data opera de hac controuersia scripserunt. Fugiebant autem phrasim illam: *procedere ex, vel à, vel de filio*, iudicantes has præpositiones rationem denotare principij, quod in divinis illi vnicum, ut & vnicum Deum recte ponabant, putantes necessario ex illo modo loquendi statim inserti duo principia. Ut vero percepérunt rationem vnius principij constare cum sententia Latinorum, & apertius eorum sermocinationis percepérunt Theologiam, facilius & alacrius eisdem subscripti sunt, ut videre est in conclusione Concilij Florentini, & ex iis quæ gesta sunt in Concilio Lugdunensi sub Gregorio decimo.

Causa leſi-
tationis Gra-
corum.

xxvi. Quæ ex vniuersa hac percipio historia, ea sunt: impensis Imperatorem, & Germanum Patriarcham desiderasse vniōnē, pacatus minusque per eos actum Nicez, neque aperiorum modum agendi Nimphe tam eis, quam Antiocheno & aliis tribuendum; nam præterquam quod illos non semel valde laudent Apocrisarij, ex litteris Ioannis Cardinalis de Columna, ad Othonem Cardinales legatum in Anglia, quas exscriptis Paris, constat, Paris ad an- no 1137. quam culpauerint Antiochenum. Verba eius ad amicum de hac missione sunt. Redierunt fratres à regione dissidente cum Principe (id est Pontifice) sed pacis impressa velli-gia non apparuerunt; quia non paruerunt pacis baiulis discordia sedatores Antiochenis à societate distrahitur, nec à redeuntibus commendatur.] Præterea Apocrisarios vehementer ardenterque suam exercuisse legationem, ad singula quæcumque puncta vigiles & acres, nec dissimulasse, aut dulciculè egisse in rebus fidei, semper tamen & aliquando fortassis plusquam oportuerit, sibi timuisse de versutia & figmentis gentis inconstantis.

xxvii. Præter præclaras has missiones superiude huius anni alia duæ non minoris gloriae & Aliæ duæ le-
gationes. tanti Pontificis zelo dignæ: ad quas item destinati Minores, prima ad Calypham Sanct. lib. 3.
de secreto.
crucis part. de Baldac (aliis corrupte Calippum de Ballac) originem & caput impij erroris Mahumeti, ut habet Marinus Saputus, & quem omnes, eodem teste, quasi Mahumet successorem venerabantur. Alia ad Miramamolinum Regem in Africa datis ad utrumque Late-rani VII. Kal. Iunij eisdem litteris, quas scripsit ad Soldanum Damasci mutatis murandis, & accommodatis pro vnaquaque missione clausulis. Adiunxit vero ad Miramamolinum aliam epistolam, in qua valde ei commendat Agnellum ordinis Minorum Fezij Episco-pum, atque alios eiusdem ordinis ad eum missos fratres, erga quos, ut quidam ex ipsis Pontifici retulerunt, se benignum & benevolum exhibebat, ut sub martyrio quinque fratum ab eodem occisorum, iam præmonuitus. Epistola ex Vaticano num. 135. ex-scripta ita se habet.

G R E G O R I V S , &c.

Nobili viro Miramolino viam agnoscere veritatem, & in ea fideliter permanere.

xxviii. In aliis litteris nostris, quas per dilectos filios fratres de Ordine Minorum Magnitu-dini

ANNO CHRISTI
1233.

GREGORII IX.
ANNO 7.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 24.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 26.

dini tuæ dirigimus, veritatem tibi ostendentes fidei Christianæ, Patri luminum sicut possumus supplicamus, ut pietate sua respiciens nostræ intentionis affectum, precibus nostris clemens assistat, benignus aspiret, ianuamque misericordia suæ reserare dignetur, adaperiatque aures præcordiorum tuorum, ut nobis scientibus tibi gratiam in præsenti, & gloriam in futuro, in deuotione cordis, & humilitate spiritus acquiescas. Desideramus siquidem & ardenter depositimus, ut tibi, qui in tenebris ambulas, vnicū filium suū verum lumen ostendar, teque ad fidem Christianæ veritatis misericorditer aduocet in agnitionem eiusdem Filii sui Domini Iesu Christi, ut per lauacrum regenerationis ablutus, Domino in nouitate vitæ tamquam filius adoptionis iphius valeas complacere, qui fideles suos libi vult in regnis caelestibus conregnare. Et utinam fiducia quam concepimus non fallamur, de tua conuersatione sperantes, pro eo quod religiosis viris fidei nostræ, & specialiter Ven. F. N. A. Fecen. Episcopo, & aliis fratribus de ordine Minorum, te mansuetum exhibes & benignum, & eos in quibus decet, habes propensiū commendatos, quod ad salutationem tuam perspicuum indicium diuinæ miserationis existit. Vnde Episcopus & fratres prædicti te in Christo sincerius diligentes, temporale, & æternum commodum tuum apud Dominum & Sedem Apostolicam indefesso pietatis studio & amore satagunt promouere. Denique cum incessabiles sint bonitatis Christi diuitiaz, firmam spem debes habere plenamque fiduciam, quod si mutatio dexteræ excelsi in te facta fuit, quod cupimus & optamus, ipse cui principatus honorem augebit qui dilectoribus suis in via centuplum, & vitam æternam in patria pollicetur; nosque tibi maiora & digniora ad ampliorem tui laudem & magnificentiam committemus. Alioquin si forte Christi hostis esse malueris, quam amicus, nullatenus patiemur, sicut nec pati debemus, quod tibi à suis fidelibus seruatur. Datum Lateran. VI. Kal. Iunij Anno 7.]

Eigen lib. 1.
bill. Bonon.
ad hunc an-
num. Sub hoc anno multa præclare in Italia fecisse B. Gerardum Mutinensem olim S. Fran. XXX. cisci discipulū, & à Parmensisbus ob spectatam integratatem & innocentiam, patratis etiam multis in Christi nomine signis, ad ciuitatem suam administrandam adscitum scribit Sigonius; qui & de Gerardi consodalibus, & Prædicatoribus quæ sequuntur, subnecit. [Caterum quæ pietatis eura Bononienses hoc anno cepit, eadem reliquorum etiam animis Italicorum obiecta est, cum multi in omnibus ciuitatibus concessionatores ex nouis Dominicis Franciscisque familiis existent, qui labentes populos sustinerent, errantesque ad penitentiam ingentibus atque assiduis elatioribus reuocarent. Quorum vocibus matutinis & pomeridianis incitati, ac tacita quadam religione perfusi, in urbibus, castris, agrisque omnium stratum, sexuum, ordinumque homines laudes diuinæ per vias incedentes canebant, ac Deo gratias agebant, cruces & vexilla præferentes, ac ramos, aut candelas accensas tenentes. Ex quo hie annus vulgo dictus est generalis deuotionis annus.]

Conturbatur
Minores a Ca-
nonicis reguli.
Conimbric-
censibus. Quantumvis vero insignes hi viri pro vniuersa laborabant Ecclesia, non tamet in illa XXX defuere qui eos conturbarent, & iniuriis oppeterent. Præ his Patrum Canonicorum regularium Conimbricensium maiores hoc anno molestiæ, quibus ut mederetur sanctus Pontifex scriptit ad Vilensem & Lamuccensem Episcopos, & Priorem Vimaranensem, ut compellerent eos, ne amplius Minores molestarent, neque impedirent, quin domum vel Ecclesiam in villa Lerenzæ ædificarent. Deinde aspergitam ad Priorem prædictorum Canonicorum, qui plus cæteris in hoc vexamine videbatur excedere, scriptit epistolam, in qua summum affectum erga Minores ostendit, & quam doluerit ad eorum offendiones vehementius inculcat. Nescio vnde his illustribus Dominis & Patribus tanta bilis amaritudo prouenerit, nisi fortassis ex arte Antonio Vlissipponensi alias Patauino, in quo iam in sanctos relato multum sui Ordinis & cœnobij fulgorem se perdidisse conspicerunt. Augebat stomachum frequens aliorum cœnobitarum pro Antonij exemplo ad Minores transitus, quos continua scœulis etiam hoc nostro plures sunt imitati. Id ego nunc nouerim experientia trium vel quatuor annorum, quibus Conimbricæ fermè præ foribus horum Patrum & Dominorum in collegio D. Bonaventuræ sacre Theologiaz vacavi, optimos se probasse amicos, neque adeo commotos ad unum vel alterum ex suis factos Minoritas. Rerum mutantur vicissitudines, & inimici sunt amici, his qui modo sunt non crediderim, dispticitorum (quos neque leuiuscule contristari voluerim) si quales fuerint illius temporis, ex Pontificiis litteris exponamus. yrasque damus ex Vaticano regesto, prima numerum 147. secunda præfert 163.

GREGO

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1233.	ANNO 7.	IMPER. ANNO 24.	NORVM ANNO 26.

• G R E G O R I V S , &c.

*Visenſi & Lamecen. Episcopis & Priori Vimaranen.
Bracharenſis dioc.*

xxxii. [Et si necesse sit contingere scandala, ut ex multis cordibus cogitationibus reuelatis inde laudetur patientia pauperum, vnde prodire cernitur insolentia superborum, cito tamen coetendi sunt à suis præsumptionibus pestilentes, ut nec ipsi, licet difficile corrigitur, liberè post desideria sua perefluant, nec humiles ex prolongata contra se nimium persecutione tabescant, sed contritò baculo impiorum iusti tranquilla gaudient libertate, proficientes sibi per vitæ meritum, & aliis per exemplum. Intelleximus siquidem, nec possumus sine amaritudine recensere, quod Prior & Canonici Monasterij Sanctæ Crucis Conimbricen. Stultiam verbum Crucis & vitam iustorum reputantes dil. fil. fratres Ordinis Minorum, qui per vitam salutaribus institutis insignem, & multis iam miraculis approbatam, passim catholicam consolantur Ecclesiam & confundunt hæreticam prauitatem, inpiè prosequuntur; & non permittentes eos habere locum, vel Ecclesiam in Villa Lerenæ, ne ipsorum tortitudo vicinæ reſtitudini compara-ta displiceat, & irreligiositas religioni composita plus vilescat, sed potius præsumen-tes ipsos & benefactores suos, & qui conueniunt ad officia, vel prædicationes eorum, excommunicare de facto, cum de iure non possint, alias eis iniuriosi nimis existunt, & lateribus ac humeris impingentes dictos fratres, velut infirmiora pecora potentia ſuæ cornibus ventilant, & aquas Syloc salubres, videlicet exhortationes corum, sine strepitu ^{16.1.8.} scientia ſecularis, & Pharisaici ſupercilij tunuiditate currentes, ne à verbum Dei ſcienti-bus appetantur, quantum in ſe eſt, fœditatis ſuæ pede perturbant. Quia igitur illius vi-cem, licet indigni, gerentes, cui Pater dedit omne iudicium, iudicare debemus inter maci-lentum & pingue pecus arietum & hircorum, & inopes de fortiorum manib[us] liberare; ^{Ioan. 5. v. 12.} ^{Pſal. 14. v. 10.} discretionem vestram monendam duximus & horrandam per Apostolica vobis scripta præſentia mandantes, quatenus authoritate noſtra denunciantes huiusmodi excoiu[n]di-nationis ſententias non tenere. Priorem & Canonicos memoratos, ut à prædictis fra-trum Minorum iniuriis & persecutione delitant, nolentes verò per censuras Ecclesiasti-cas sublato cuiusvis appellationis obtentu, compellatis. Quod si non omnes, &c. Datum Lateran. 12. Kal. Junij anno septimo.]

G R E G O R I V S , &c.

Priori Monasterij S. Crucis Conimbricen.

xxxiii. [Intelleximus cum dolore, & sine amaritudine recensere nequiuimus, quod tu qui no- ^{Præl. 4.} stræ pacis homo iam fueras, & nobiscum in domo domini cum consensu ambulare fo-lebas, paratus à facie persequentis cum Abdia pascere, quos Helias arguitur ignorasse, ^{1. Reg. 18.} nunc mutato, vel potius amillo consilio, conuersus in arcum prauuin, & malum Angelum Babylonius & incircumcisus amicitia iungaris, Sion & Hierusalem filii aduersaris. Nam factus es promptulus allegator exclamans: turbatur Herodes, & ciuitas fabri- ^{Matt. 2. v. 3.} can-tiū idola, & ego cum eis, quia Christus in stratuum Minorum ordine nascitur, & salute in innuneta multitudinis exemplo, doctrina & miraculis operatur. Aīnara est veritas, & ab initio sustinuit persequentes. Detraxerunt Moysi & Aaron Iamnes & Mambres signis ^{Mali semper persequi-si-funt obos.} coram Pharaone mendacibus: Simon, & Elimas Apostolorum principibus restiterunt, & ^{Exod. 7. v. 13.} vt altius repetamus, quis Sanctorum ab Abraham usque ad David à filiis huius mundi mala non pertulit? quem prophetarum, terra cui inaledixit Dominus, non peremis? ^{Act. 7. v. 15.} Sanahallath, qui interpretatur egressa deuoratio peccatoris, Ierusalem reædifica- ^{Eidē. 1. v. 11.} ri non patitur, & opus arcis, ac templi Domini ab his qui Deum patrem oderant, impeditur. Ad extremum Christus occiditur, Apostolorum chorus turpiter flagellatur, ^{Vii Mat}

ANNO CHRISTI 1233.	GREGOR. IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 26.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Martyrum per iniurias triumphant exercitus, hodieque nauis in qua per reptilium & ferarum medium nauigamus, prora quidem manet immobilis, sed puppis soluitur & conquassatur a ventis. Nouimus qui praedixit; si me persecuti sunt, & vos etiam perseguentur. Tu vero quondam vnamini & seruus a principio Salomonis, quam improuise velut alter Ieroboam in felle amaritudinis; & obligatione iniquitatis multitudinem post te trahere niteris sub quadam specie pietatis, ut peccare facias Israe, & populo laboriosos actus & vias asperas renuent in Bethel & Dan vitulos statuas, ut illum a templi veneratione subducas. Christus discipulus prodidit, & in Ecclesia primitiva communis innocentiae castitatem, unus ex septem Diaconis per immunditiam zelotypae violauit. Ex omni, ait quidam, re nascitur, quod rem exterminat, utpote de ligno caries, de panno tinea, vermis ex olere, ut & in iis comprehensum te queris, cum in dilectorum filiorum fratum Minorum iniuriis debaccharis, *lucus ad tenebras, Christi ad Belial, non est villa conventio;* & obvium semper ostendit cedere nescia temeratio. Tu cum primam in Synagoga teneas cathedram, amittere times peccantium obsequiam. Totus, ait, mundus post fratres Minores abiit, si dimittamus eos sic. vocas praterea pseudoprophetas & operarios subdolos, adjicias etiam, Samarites, ut titulo magistri sui nouerint se notatos. Ad cibum volantes animas blasphemiarum lapidibus impetus, inuides paenitentibus, quos ab auditione sancte predicationis auertis, dicens huiusmodi non habere autoritatem relaxandi crimina, pro eo forsitan quia non est eis ambitio vestium, nec equorum subuestio, nec aës in zona nec mancipiorum grec, nec etiam concubina. Detrahis postremo miraculis, quasi & de domino patres tui non dixerunt, quod *in Beelzebub principe demoniorum spiritus immundos erexit.* Blasphemia haec est in Spiritum sanctum, qui factor est operum, *non tibi dirittiter nisi paenitentiam egeris, sicut nec illis, quorum inuidiam irritaris.*

Sap. 1. v. 13. Vnde non est mirum si te creavit ambitio, & si Angelos laedere gestiens, saluationis ostium inuenire non potes. O cor durum & caput miserum, omni lachrymarum fonte lugendum, cui pena coepit esse malitia, ut sicut malorum paenitentiarum, sic bonam nequeas resumere voluntatem. Miser si ratione aliqua veteris, & debita in te vigeret humanitas, prefatos Christi milites ubique ad nostrum imperium cum David hostiis contra hostes tam inorum quam fidei procedentes, & si renuis, pro virtute diligere, cum Jonathas cum, in quem regnum sibi debitum nouerat transferendum, iudicio conscientiae non potuerit non amare, propter nos saltim, qui ut Ecclesiarum membra nobilia dignos Apostolica gratia reputamus, & ut nostra viscera complectentes, vices dolemus ipsorum, ne dum contra eos nec mutire debueras, sed in ipsis vitam, sapientiam, & doctrinam inspicere humiliter, & suspicere reverenter. Quapropter illius imitantes exemplum, qui primum in spiritu mansuetudinis reconciliare studuit, quos auerterat spiritus falsitatis, tibi sub diuini numinis vindicta precipimus, quatenus recognita veritate, vel in laudem exercitus dominici tam illustri erumpere studeas, vel si non est hoc tibi praestitum desuper, saltim ab eorum prorsus iniuriis obtutuscas. Quod si non vis erigi post ruinam, sed superbie prærupta conscendens, labi præceps eligis in profundum, & imitans eorum vitam, quorum tormenta non metuis, quali pinguis hostia in mortem propriam saginaris. Inobedientem hominem post unam & fons secundam monitionem separare curabimus, ut in te quid blasphemio conueniat, ostendamus. Datum Later. 5. Idus Junij. an. 7.

*Gonz. in
pro. S. Mi-
chael. con-
tra
Extructam
monialium
debet prope
Monasterium
Minorum in
be Pontificis
removeri.* Aliam intulit moiesiam Placentinus in Hispania ad Ezlam Auvium, qui postquam in aliis rebus saucientem in Minores iram ostendit, etiam illud intulit grauaminis, ut prope eorum Monasterium (quod ex hoc loco iam ab aliquo tempore, sed Gonzagæ omnino incerto, in ea ciuitate obtinuisse constat) aliud extrueret sanctisonialium, à quartum consortio dum longius distare abesse que vellent, fratres iuxta frequentia sui patris monita, timentes ne ex vicinia, scandalorum subesse occasio, ad Pontificem recurrerunt, qui causam remisis graui data epikolla ad Episcopum Cauriensem in Extremo Duræ 7. Kal. Jun. quæ incipit, *Solutio satan.* Super aliam etiam controversiam cum Abbatte & monachis Virziliacensibus in Gallia circa extrudam sibi domum in Virziliaco constituit fauorabiles indices Turonen. & Rhotomagen. Archiepiscopos, & Episcopū Parisensem,

ANNO CHRISTI 1233.	GREGOR. IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 14.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 26.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	----------------------------------

siensem, quos in tuendis & fouendis Minoribus benignos laudat benefactores, iussitque ut conuentiones in Urbe initas, Minoritis viles, obseruari curarent. Litteræ incipiunt Gratuum genium. Date Later. 3. Non. Junij. ad quam controversiam spectant alia date ad Abbatem prædictum 6. Idus Junij. incipientes, ex parte tua.

XXXIV. Conradus de Marpurg verbi diuini concionator (quem perperam Franciscanum faciunt Marianus, & Marcus, sed nos nullius regularis instituti esse superius probauimus) animaduertere cœpit in perfidam quandam hæresim, quæ in Alemania occulta pullulauerat, & detecta est anno superiori. Quapropter circa Rhenum, nec non & alibi innumerabiles hæretici per cum authoritate Apostolica (vt scribit author additum ad Lambertum Schafnaburgensem inter illustres Germanorum scriptores) examinati, ac per sententiam sacerdalem damnati igne combusti sunt. Fuerunt autem præsente eodem Conrado Erphordiæ quatuor combusti. Hoc vero anno Rex Philippus, Archiepiscopus Moguntinus, & Magister Conradus, Moguntiæ conuentum Episcoporum & comitum atque clericorum fecerunt pro quibusdam infamatis de hæresi: inter quos Comes de Scine accusatus, inducias purgationis ulteriores obtinuit: super reliquos vero, qui non comparuerant, prædictus Conradus de Marburg ibidem populum cruce signauit. Quapropter illi selle amaritudinis commoti, iam dicto Conrado in reditu infidias iuxta Marburg ponentes, ipsum una cum Gerardo Minorum Ordinis fratre, probate vita viro, 3. Kal. Aug. crudeliter occiderunt.

XXXV. Mirabili incremento propagatus est ordo Clarissarum circa hæc tempora, nam & plura constat hoc anno fundata earundem monasteria, & plurium occurrit sub hoc tempore in diplomatis Pontificiis memoria. Præ omnibus celebre habuit initium hoc anno 10. Ianuarij monasterium sanctæ Clæræ Barcinonense ante Diuæ mortem sancti Antonij dictum, ob dedicatam à diuturno tempore vetustam Ecclesiam sancto Antonio Abbatì; nam cum ex sancti Damiani seminario misisset Clara binas discipulas & consanguineas Agnetem Perandæ suam neptem, & Claram alteram ad primiceriæ exemplar ita nuncupataim, prædictæ item Agnetis neptem, vt Virginum religiosa collegia in Hispania ædificarent. illæ siue naufragio, siue quopiam alio infortunio, aut prouido Dei miraculo, in humili scapha absque remis & velo per maris Mediterrani fluctus appulerunt Barcinonem. Hæsit in littore cimbula è regione Ecclesiæ prædictæ S. Antonij, iuxta quam postea accepturæ erant domicilium, è qua dum modestæ adolescentulæ decori aspectus, & religiosi candoris in terram ascenderent, ad spectaculi prodigium accurrit plebis multitudine de patria, vita instituto, aduentus causa, vt moris est, solerter inquirens. Vniuersa percepta historia cum reverentia & comitatu multo eas deducunt obuij presbyteri ad Berengarium urbis Episcopum, qui summa admiratio rei seriem audiuit, & pio affectu openi omnem promisit. Hinc ad Minores (quorum tum ibidem ab aliquot annis extructum domicilium) digredientes, eorum consilio & auxilio cœperunt de fabricanda sibi domo cogitare. Ipsam illam Ecclesiam sancti Antonij, quam omnium primam salutarunt, benigne eis concessit Episcopus, cuius suauis & eleemosynis pioruique subsidio contiguam construxerunt domuncularum. Hanc sexto post anno multiplicatis sororibus, rebusque ad exitum deductis, propter virtutum merita, & pietatis exempla cum consensu Pontificis: necnon sui capituli prædictus Berengarius ab omni iure Episcopalibere exemit, quod & eius successor fr. Petrus similiter fecit anno 1245. quoruim literas dabitus illis annis insertas Pontificis in regesto ad calcem voluminis.

XXXVI. Cœxit quotidie in monasterium tam monialium numero, quam ædificij amplitudine, beneficio præfetti Iacobi Regis Aragoniorum, qui præter alia dedit dilatandæ monialium clausuræ magnam naualis & littoris partem, necnon aquarum profluuium molare ad horitorum irriguum, quæ se propterea concedere affirmat in suo diploma te dato 25. mensis Junij anno 1246. quia propter tot virtutum exempla, & sanctitatis merita sperat illorum precibus sibi consequi salutem, & animabus suorum parentum requieciem sempiternam. Insuper quidam Berengarius Ferran possessiones & facultates suas quascunque eidem donauit monasterio, nec non se ipsum sub penitentis tertij ordinis S. Francisci corum deuouit obsequio, Abbatile Agneti, eiusque locum habituris perpetuam prouinicens obedientiam, vt ex publico à se facto instrumento, quod in ilius monasterij seruatur archivio, aperte collegi.

ANNO CHRISTI GREGORII IX. FREDERICI II. RELIGIONIS M.
1233. ANNO 7. IMPER. ANNO 24. NORVM ANNO 26.

*Monastry
sancte Clara
Barchinonensis
magis Barca
dicitur.
Gonzag. in
proli Cata-
log. monast.
v. s.*

A multis iam annis totum cvasit hoc monasterium Benedictinum , qua id causa , quo priuilegio , quove procurante non potui exacte percipere . Fortassis quando reformata sunt monasteria sanctimonialium Hispanie , & reducta ad regulam vel ab ipso sancto Francisco , vel alteram ab Urbano IV. traditam , huic cenobij moniales noluerunt Benedictinam respuere , & quam nomine tenus in regula à Gregorio Pontifice , dum in Minoribus esset , accepta , profitebantur , voluerunt opere obseruare & penitus fieri Benedictinæ . Fuisse porro prius & per multos annos Ordinis Minoritarum seu Clarissarum inde sufficienter probatur , quod illinc assumptæ fuerint quatuordecim primæ fundatrices monasterij B. Virginis de Petralbis Barchinonensis ordinis S. Claræ post annum 1220. à Iacobo 2. Rege Aragonum extituti , necnon primæ magistræ monasterij S. Claræ Castilionis . Efficacius adhuc & irrefragabiliter comprobatur ex priuilegiis duobus Innocentij IV. datis anno 1. & 3. sui Pontificatus , & altero Alexandri IV. anno 4. in quibus vocantur ordinis inclusarum S. Damiani Assisiatis , & iubetur Minister Provincialis Aragonie earum curam assumere , & ex cenobitis S. Francisci Barchinonensis factorum ministros administrare . Demum id exprimit aliud diploma eiusdem Alexandri in ipsius conuentus archiuo seruatum , ad dictam Agnatem Abbatiam directum anno 1258. 27. Iulij Pontif. ann. 4. in quo Abbatillæ officium deponere volenter rogat & iubet , ut ferat patiener . Vitas & res præclare gestas sanctorum harum fœminarum dabis ad annum 1281. quo B. Agnes diem clausit extremum .

*Concedimus
Clarissis mo-
nastris ss.
Cosma &
Damiano
Roma.*

Hoc item anno vel circiter distributis per alias vrbis ædes Patribus Benedictinis , datum fuit Clarissis monasterium eorundem SS. Cosmæ & Damiano sacrum in regione Transtiberina , quod ex structura , & loci elegancia mica aurea cognominabatur . Ex primis & præcipuis , quas habebant in vrbe plurimas Abbatias , hæc vna erat multis locuples possessionibus , quarum magnam partem voluit Pontifex penes sanctunionales remanere . Quarundam memoriam dabitus in priuilegio Gregorij IX. ad annum eius Pontificatus decimum . Inde autem mihi constat iam circa hoc tempus concessum Clarissis locum hunc , quod Pontifex anno Pontificatus octauo , qui mox hunc sequitur , constituerit fratrem Iacobum ordinis Minorum illius monasterij æconomum his verbis .

G R E G O R I V S , &c.

Dilecto filio fratri Iacobo de ordine fratrum
Minorum , &c.

[De tua discretione confisi , vt in monasterio S. Cosmæ in Transtiberide vrbe possis æconomum facere , ac ordinare , quæ secundum Deum videris ordinanda , præsentium tibi liberam concedimus potestatem . Datum Spoleti 15. die Septembri Pontificatus nostri anno octauo . Quod officium dum per aliquot menses exercuit ex Pontificis facultate illud translulit ad alium eiusdem ordinis , Paulum nomine hac data scriptura [In nomine Domini . Anno Dominicæ Incarnationis 1234. anno Pontificatus Domini Gregorij IX. Papæ , Indictione octaua mensis Aprilis die 25. Ego quidem Iacobus de ordine fratrum Minorum , quoniam Dominus Papa mihi coenilit & concessit liberam potestatem faciendi æconomum in monasterio sancti Cosmæ de Transtiberti sicut suis literis continet ; idcirco hac die propria mea bona voluntate in præsencia huius scribere & testimoniis subscriptorum ad hoc specialiter rogatorum , facio , constituo , ordino , te fratrem Paulum æconomum & legitimum actorem prædicti monasterij sancti Cosmæ , ad agendum , petendum , respondendum , defendendum , & recipiendum , & ad omnes actus legitimos faciendum , promittendo non sine Pontificis , & obligando vt bene placuerit . Quicquid prædicto modo feceris me ratum ac firmum habere , & contra non venire , sed obseruare & adimplere & manutenere , & ab omni homine defendere in iuris restitudine procurabo , &c. Scriptit rogatus Ioannes Marsilius Scriulus mense & indictione vt supra , coram pluribus testibus ibi nonnatus .

*Laudatus
fuerit.*

Habentur hæ scripturæ in libro monumentorum eiusdem conuentus , quem scriptit & in tres partes distinxit soror Ursula Formicina bis illius ædis Abbatilla gravissima

ANNO CHRISTI 1233.	GREGOR. IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 26.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	----------------------------------

& ponderosi ingenij fœmina, disciplinæ regularis, dum vixit sedula restauratrix & sotrix. In prima agit de originaria fundatione, & successione Abbatum, rebusque præcipuis ab eisdem actis. In secunda de translatione eiusdem ad sanctimoniales, & rerum statu usque ad reformationem monasterij. In tertia à reformatione ad suum usque tempus. Mirum sane est, quomodo reclusa inopsque fœmina tot potuerit videre libros, & antiqua acquirere, quæ in opere citat monumenta, qua etiam dexteritate disposuerit & explicuerit res vniuersæ historiæ, & occurrentes superauerit difficultates: singula etiam quæ ad bonum monasterij regimen attinent, ante oculos sibi succeluris Abbatis apponens. Penes eisdem semper seruatur in honore hic codex MS. quem mihi licuit videre penetralia ingressus monasterij grauissimi & religiosissimi cum Reuerendissimo Patre Benigno à Genua hodierno Generali Ministro, dum quasdam intra claustra peragi oportuit functiones. Mitor proinde quo duci potuerit fundamento Reuerendissimus Gonzaga, ut translationem huius conuentus à Patribus Benedicti-
Goz. in
nisi illinc irrepererit error quod pro. Ro.
ignota prima concessione facta Clarissim. originem referat ad dictum Pontificem ex man. mo.
ast. i.
astis supra portas Ecclesiæ & monasterij eius insignibus, propter ampliores collatores hortos, & redditus, adiunctamque elegantem Ecclesiam. Id ultra naturæ vim contulit beneficium, quod miraculi loco retrahunt moniales, ut profundissimi cuiusdam putui aquas insaluberrimas signo crucis correxerit, & potabiles reddiderit. Plures in hoc cœnobio vixere spectatissimæ vitæ monachæ, quarum altas recolenda memoria, & ex eode in plurimæ prodierunt ad alia virginum seminaria fundanda, scilicet sancti Laurentii Panis-pernæ in urbe. Simonis & Iudæ Viterbij. Sanctæ Clariæ Orbeti, & sanctæ Mariæ de Gratia ciuitatis Castellanæ. Plures altarium consecrationes inueni in vetustis monasterij membranis, primam præcipue altaris SS. Cosmæ & Damiani sub Innocentio IV. anno 1246. die 2. post Dominicam de Passione per Dominum Theodoricum Episcopum Esculanum de mandato venerabilis Domini Stephani Cardinalis tunc temporis Vicarij Domini Papæ in urbe. Secundam eiusdem altaris anno 1476. die Dominicæ 21. mensis Aprilis, quæ octaua erat Resurrectionis factam per Simonem Archiepiscopum Patracensem iubente Sixto IV. quando nouiter Ecclesiam à fundamentis restaurauit. Tertiæ altaris sancti Benedicti non obseruatis tamen tempore aut consecrante. Quartam altaris maioris sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani & sancti Michaëlis anno 1574. die 15. mensis Nouembris sub Gregorio XIII. per Ioannem Franciscum Ormanum Mediolanensem Episcopum Montisfeltrensis.

Aliorum sub hoc anno monasteriorum Clarissatum seu Damianitarum mentionem inuenio in litteris Pontificiis: duodecimo Kalendas Martij concessit ut bona hospitialis sancti Blasij Modocien. in quo hospitalitas debita non seruabatur, conuerterentur in pios usus monasterij sanctæ Mariæ Damianitarum Mediolanensis. Quinto tempore ex-Kalendas Aprilis iubet ut Episcopus Asculanus non permittat molestari monasterium Asculanum earundem sororum, super quædam bona ex testamento legata sorori Cæciliae Asculane, ciudem ædis sanctimoniali, quæ monasterio adjudicari debebant. Undecimo Kalendas Nouembris scribit Consulibus Pizzicarolis Senensibus, ut bona reliqua monasterio Senensi pauperum inclusarum seu Damianitarum, Diuæ Petronilæ sacro, à Vitali de Donato ciue Senensi illius cœnobij fundatore (ut ex aliis Pontificiis litteris datum anno sequenti habetur) illi recipieren, prouentus corum colligerent, & in usus sanctimonialium fideliter conuerti curarent. Bullæ ipsæ in regelto huius tomij clarissimorum seriem enarrabunt. Hoc etiam anno Vitalis Archiepiscopus Pisanius, Sardinæ Primus novo extruendo monasterio eiusdem instituti in ripa Arni concessit Ecclesiam omniuum sanctorum & priuilegium exemptionis, quod dabimus insertum in bulla Pontificia anno 1235. Nec non hono bonus Episcopus Cremonensis priuilegio exemptionis donauit monasterium monialium S. Francisci in clausis Cremonen. ut videre erit in regulo an. 10. Pontif. Gregorij.

Circa hoc tempus monasterium fratrum Minorum Brugense in Flandria prius ædificatum à generoso milite Henrico Rem extra muros oppidi, nunc ciuitatis Episcopalis beneficio Pauli IV. ob loci incommoda transferri ceptum est, propter preces pluri, præcipue Gualteri Episcopi Tornacensis, ad situm aptum intra oppidum per con. 2. Joannam Flandriæ Comitissam, sub qua Brugis domicilium accepit habet Mo-
huius pro. Hillor. MS.

ANNO CHRISTI 1233.	GREGOR. IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 24.	RELIGIONIS MI. NORVM. ANNO 26.
-----------------------	------------------------	----------------------------------	-----------------------------------

Meyerus ad ann. 1144. *yerus, cuius etiam alla in sodalitium beneficia nos supra communeraismus. Opus certum perdixit ad exitum eius soror Margareta Constantinopolitana in regnum succedens, suau & authoritate Innocentij IV. Pontificatus ann. 5. qui non potuit incidere in annum 1258. ut enumerat Gonzaga, dum eius electio incidit in 1243. neque ut ibidem habet, coniux Joannæ Infans Portugalie Ferdinandus, filius fuit Sebastiani Regis (cuius nominis Lusitanus vnicus fuit Rex, qui animosius, quam felicior traiecit in Africam anno 1578.) sed Sancij primi & Aldonsæ Comitis Barcinonensis filia. Templum multorum mercatorum, præcipue Florentinorum, qui ad celeberrimum illius scutuli Flandriæ emporium adnauigabant eleemosynis & pietate constructum prefatus Tornacensis Episcopus in honorem B. Virginis Mariæ dedicauit. In eo sepulturam sibi elegit Balduinus filius Guidonis intlyti Comitis Flandriæ anno 1290. (licet ut refert Meyerus, sint qui scribant monachum fuisse Bodolonensem) ac plurimi deinceps nobiles Barones, Principumque filii ac filii in ordinis habitu sunt sepulti. Puteus quidam eius conuentus dicitur à Diuo Bernardino benedictus, ex cuius aqua bibentes certum aduersus febres antidotum suscipiebant, culus etiam sancti viri viua effigies depicta ibidem conservabatur. Præter hunc conuentum alias extructus traditur extra urbis muros fratribus Observantie per Cosmam Medices Leonis decimi avum, è quo translati fratres anno 1515. ad instantiam Dominorum ciuitatis & prænominati Pontificis auctoritate ad conuentum magnum ut religiosioris vitæ normam inducerent, erga quos tantopere crevit populi pietas, ut vbi ante pauci laxioris vita viuebant, deinceps ultra centum abunde alerentur, & cœnobium floreter pietate atque doctrina, donec anno 1579. ab hereticis inhumaniter euerteretur. Alius ille conuentus extra ciuitatem in egressu fratum concessus fuit monialibus (quas de Annunciatione vocant) sub obedientia Ministri Flandriæ, sed sub eodem tempore, quo fratum conuentus, totus est demolitus.*

Conuen. Gandavæ. Eiusdem temporis cum superiori conuento constituant annales Hannoniæ monasteriæ XIII. rium Gandavense (à quo per acto distat leucas) erexitum à Ferdinando Lusitano, & Comitissa prædicta Ioanna Constantinopolitana in honorem Petri & Pauli, Mariæ Magdalene, & Marthæ sororis, qui tutelares sunt Ecclesiæ. Collapsa hic regularis disciplina, restaurata est anno 1503. subiectusque est conuentus Provinciæ Parisiensi ante creationem Provinciæ Flandriæ. eodem tempore quo à Brugensi expulsi hinc fratres, non tamen æque dirutus conuentus. Aetate, licet incerta, proxime sequitur monasteriū Iprensic fundatoribus Ioanne de Porta, & Susanna de S. Audomaro viris nobilibus, dedicatâ Ecclesiâ ad honorem S. Crucis. Reformatus & destructus est hic locus simul cum superioribus. Antiquior vel coœvus aliis huius provinciæ conuentus Odonaropolis, seu Audamaropolis vulgo Saint Omer vrbis Artesiæ in Gallia Belgica, fundatus à Ducibus Burgundia, tunc etiam Artesiæ Comitibus, extra & prope muros ciuitatis. In eo habitarunt fratres, donec sedem mutare oportuit propter continua imminentia bella, & in urbem se transferre anno 1488. diruto illo loco ex permissione Sixti IV. missa anno 1478. & ædificato alio, illo tutori per Margaretam filiam Maximiliani Imperatoris, dum pro Carolo quinto prouincias Belgicas gubernaret. sub tempore sancti Bernardini rexit hunc conuentum venerabilis P. Fr. Ioannes Marcelli, allumptus ab eodem viro sancto in adiutorum pro reformatis quibusdam conuentibus Gallicis & Flandriæ, cuius corpus iacet in conuento S. Mariæ Sluis.

Conven. Iprens. Anno hoc, Dominica post festum inuentionis S. Crucis consecrari & dedicari fecit XIII. supradicta Comitissa Ioanna Constantinopolitana templum monasterij Valencenensis sub titulis Trinitatis, sanctæ Crucis, & B. Francisci per R. Episcopum Cameracensem. Ipsa autem consecrationis die illustrissima herois cum celebritate & solemnitate maxima & frequentissimo populi concursu, deferri fecit ad templum nouiter consecratum corpus sancti martyris Victoris, pretiosissimo & dictissimo loculo inclusum. Fuit hic Christi martyr socius beati Mauritii ex legione Thebtorum, qui pro christiana fide sub Maximiano Imperatore in agro Sedunensi Gallæ occubuerunt. Corpus etiam Virginis & martyris cuiusdam è numero undecim millium, quæ cum Diua Ursula apud Coloniam Agrippinam in superiori Germania ad Rhenum pro Christo & virginitate sanguinem & animas profuderunt: nomen eius ha-

Conven. Audom. poli. Id in prou. S. Andrez con. 1. Conven. Valencen.

Conven. Valencen. Anno hoc, Dominica post festum inuentionis S. Crucis consecrari & dedicari fecit XIII. supradicta Comitissa Ioanna Constantinopolitana templum monasterij Valencenensis sub titulis Trinitatis, sanctæ Crucis, & B. Francisci per R. Episcopum Cameracensem. Ipsa autem consecrationis die illustrissima herois cum celebritate & solemnitate maxima & frequentissimo populi concursu, deferri fecit ad templum nouiter consecratum corpus sancti martyris Victoris, pretiosissimo & dictissimo loculo inclusum. Fuit hic Christi martyr socius beati Mauritii ex legione Thebtorum, qui pro christiana fide sub Maximiano Imperatore in agro Sedunensi Gallæ occubuerunt. Corpus etiam Virginis & martyris cuiusdam è numero undecim millium, quæ cum Diua Ursula apud Coloniam Agrippinam in superiori Germania ad Rhenum pro Christo & virginitate sanguinem & animas profuderunt: nomen eius ha-

Conven. Valencen. Anno hoc, Dominica post festum inuentionis S. Crucis consecrari & dedicari fecit XIII. supradicta Comitissa Ioanna Constantinopolitana templum monasterij Valencenensis sub titulis Trinitatis, sanctæ Crucis, & B. Francisci per R. Episcopum Cameracensem. Ipsa autem consecrationis die illustrissima herois cum celebritate & solemnitate maxima & frequentissimo populi concursu, deferri fecit ad templum nouiter consecratum corpus sancti martyris Victoris, pretiosissimo & dictissimo loculo inclusum. Fuit hic Christi martyr socius beati Mauritii ex legione Thebtorum, qui pro christiana fide sub Maximiano Imperatore in agro Sedunensi Gallæ occubuerunt. Corpus etiam Virginis & martyris cuiusdam è numero undecim millium, quæ cum Diua Ursula apud Coloniam Agrippinam in superiori Germania ad Rhenum pro Christo & virginitate sanguinem & animas profuderunt: nomen eius ha-

Conven. Valencen. Anno hoc, Dominica post festum inuentionis S. Crucis consecrari & dedicari fecit XIII. supradicta Comitissa Ioanna Constantinopolitana templum monasterij Valencenensis sub titulis Trinitatis, sanctæ Crucis, & B. Francisci per R. Episcopum Cameracensem. Ipsa autem consecrationis die illustrissima herois cum celebritate & solemnitate maxima & frequentissimo populi concursu, deferri fecit ad templum nouiter consecratum corpus sancti martyris Victoris, pretiosissimo & dictissimo loculo inclusum. Fuit hic Christi martyr socius beati Mauritii ex legione Thebtorum, qui pro christiana fide sub Maximiano Imperatore in agro Sedunensi Gallæ occubuerunt. Corpus etiam Virginis & martyris cuiusdam è numero undecim millium, quæ cum Diua Ursula apud Coloniam Agrippinam in superiori Germania ad Rhenum pro Christo & virginitate sanguinem & animas profuderunt: nomen eius ha-

ANNO CHRISTI 1233.	GREGORII IX. ANNO 7.	FREDERICI II. IMPER. AN. 24.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 26.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

na Christi Domini auro gemmisque ornatam , templo & fratribus dedit , quæ singulis noctibus feriæ sextæ Parasceues per integrum horam rubea & sanguinolenta stupendo miraculo apparebat , cum alias esset aridior . Sed hæc omnia & alia multa sanctuaria & ornamenta insaniæ & rabie hæreticorum Calvinistarum in urbis vastatione circa annum Domini 1566. spoliata , direpta & exusta fuere funul cura litteris , bullis , priuilegiis , & tota conuentus supellestile .

LIV. Hoc item anno in nobili oppido Lugi (quod correctius Luci dicendum contendit Leander Albertus) in Romanula secundo à Cotignola lapide , quod ob amplitudinem populi frequentiam , & ædificiorum splendorem è castello ciuitatem efficere cogitauit Iulius II. ædificatum est in loco vulgo dicto *Policaro* Minorum domicilium ex decreto septuaginta duorum virorum Consularium , dum percrebresceret inter oppidanos fama & deuorio S. Francisci . Extructa in eius honorem Ecclesia , quam consecrauit Fr. Petrus de Trano Episcopus Telecinus . Hunc locum suis virtutibus plurimum exornarunt magister Pelegrinus , & magister Alexander , Doctores Parisienses ; & post an. 1500. magister Augustinus vir doctus , & Magister Marcus Antonius Gambaronas , concionator eximius , præclari omnes viri ordinis Minorum Conuentualium , ad quorum custodiad Rauennatem spectat hoc monasterium .

XLV. Dabo hic ad aliorum Principum exemplum diploma missum ad fr. Jacobum ordinis Minorum Regium confessarium , vt Sancium primum ab soluere posset à censuris , quibus innodari se iudicabat ob impulsos aliquando in bello clericos non suadente diabolo , aut malo mentis motu , sed necessitate cogente , aut ordinandæ aciei , vel pressuræ declinandæ gratia : à quibus humiliter pius Rex se absolui supplicabat . Diploma exscriptum ex regesto Vaticano num. 17 Lita se habet .

G R E G O R I V S , &c.

Fratri Jacobo Ministro ord. fr. Minorum in Portugallia.

[Ex parte charissimi in Christo filij nostri Sancij Portugallæ Regis illustris , fuit nobis humiliter supplicatum , vt cum ipse in exercitu , vel alibi constitutus , non suadente diabolo , sed ordinandi aciem vel declinandæ pressuræ necessitate cogente , virga interdum impulerit quosdam clericos , siue manu ; impendi sibi absolutionis beneficium faceremus . Nos igitur ipsius precibus inclinati præsentium tibi autoritate committimus , vt ei hac vice iuxta formam Ecclesie super prædictis excessibus absoluto , iniungas pœnitentiam salutarem , præcipiens ei quod à talibus excessibus de exterioro studeat abstine-re ; per hoc autem nolumus sententia ordinarij vel delegati iudicis derogari . Datum Later. 18. Kal. Jul. an. 7.]

XLVI. Quædam etiam indulta ipsi Minoribus concessit hoc anno Pontifex , videlicet proficiscientibus in terras Saracenorum & Paganorum vt possent Christianorum ibidem morantium confessiones excipere & à censuris eisdem absoluere . Incipit diploma *Ani-*
matam salutem . Datum Later. 2. Non Maij. Præterea propriæ lœsam multoties à Fride-
rico immunitatem Ecclesiasticam illatasque Ecclesie iniurias à multis ab eo constitutis
urbium & militæ præfectis , quotidie fulminabantur censuræ Ecclesiastice in ipsos ipso-
rumque dominia , in quibus degentes fratres aliquando has incurtebant , vnde necesse
erat multas e. netiri terras vt à Ponifice reseruatum sibi absolutionen obtinerent . Quare
corum laboribus & molestis discursibus compatiens Pontifex , dedit eis priuilegium vt
possint absolui à quibuscumque Ecclesiarum prælatis intra proprias diœcses . Incipiit
Quia proxi sunt . dat. Anagniæ 16. Kalend. Martij. Deinde alias litteras Honorij III. ipsi-
sædem verbis reualidavit , quibus licentiam concessit celebrandi tempore interdicti . Ini-
tium habent *Demonstris vestre* . Anag. 6. Idus Martij .

Leand. in
descip. Ital.
regio. 14.
pag. 487.

Civitas Lugi.

Rodulp. fol.

268.

Clementius
Ministro
Portug. abfo.
Initio Regis
Sancij.

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ARGVMENTVM.

Denuo committitur examen miraculorum *et* vita S. Elizabethae Episcopo Hildeshei. mensi duobusque Abbatibus ordinis S. Bernardi. Agnes Bohemie Regum progenita, spredo connubio Friderici Imperatoris *et* Henrici Anglorum Regis sit Clarisse monialis. Burgenses et Casaraugustani missis ex suo sodalito oratricibus in urbem, accipiunt regulam *et* autoritatem eligendi sibi canonice Abbatisam. Multi viri sancti hac estate florent, quorum vita sub compendio referuntur, nec paucis viris clariiores Ordinem ingressi. Domicilia aliqua extruuntur, sed largius agitur de Parisiensi.

Mortuo Conrado Marburgensi **N**eciso per viros temerarios superiori anno Magistro Conrado Marburgensi, verbi Dei prædicatore (de quo vehementer indoluit Pontifex, & lugubres dedit ad Ecclesiarum prælatos epistolas) paululum remissus est seruor Elizabethae Lantgraviae canonizanda. Hic etenim præcipue honorem sanctæ suæ discipulae perurgebat, & penes eum erat processus de conscriptis & approbatis per Archiepiscopum Moguntinum miraculis, cui commissionem examinandorum testium factam à Pontifice dimisus superius, canque executum scribit Theodoricus Turingus his verbis. [Cum ad declaranda famulæ suæ Elizabeth merita, in loco ubi corpus eius quiescit, Deus omnipotens virtutum multiplicaret insignia, constructa sunt in ipsa capella ad laudem eius à fidelibus duo altaria. Quæ dum venerabilis Dominus Sigfridus Moguntinus Archiepiscopus, sicut euidenter in reuelatione acceperat, ad preces deuoti vni Magistri Conradi prædicatoris verbi Dei in die sancti Laurentij dedicaret. Præfatus præparator populo, qui ex omni parte confluxerat infinitus, iniunxit, ut qui aliquam curationis gratiam meritis Dei famulæ Elizabeth percepisset, sequenti die mane Archiepiscopo se presentarent, quod circa ipsos actum foret per Dei gratiam, per testes fideliter probatur. Conuenit igitur non modica multitudo. Archiepiscopus autem Moguntinus evidenter conscripsit suoque ac aliorum Prælatorum sigillis roborari ad scđem Apostolicam transferenda.]

Committitur denuo causa ad prælatum. At non prius transmissa, quam mortuus Conradus, & exinde neglecta vel deperdita acta procellus, quare denuo insliterunt Lantgravi apud Pontificem, ut iterum iuberet examen fieri miraculorum, quæ quotidie fiebant ad S. Heroinæ sepulchrum. Rem commisit Conrado II. Episcopo Ildesemensi, seu correctius Hildesheynensi, Hermanno de valle S. Georgij, & Raymundo Heruordensi ordinis Cisterciensis Abbatibus Moguntinæ dicæcelsis; datis ad eosdem litteris sequentibus, extractis è regesto Vaticano num. 244.

G R E G O R I V S., &c.

Episcopo Ildesemensi de valle S. Georgij, et Hervorden. Abbatibus Moguntin. diacessis.

[Ne possimus argui si lucernam dignam super candelabrum collocari, detineti sub modo patiamur, præsertim cum euidentibus indicis de celo nostatur emittere multitudinos claritatis, discretionem vestram per Apostolica scripta in virtute obedientie præcipiendo mandamus quatenus inquisitione quam de miraculis B. recordationis Elizabeth Lantgraviae Turingiae per Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Moguntin. & bonæ memorie Magistrum Conratum de Maiborch, fieri mandauimus, nobis per solemnes Nuncios quorum coimitti meritis tanti excellētia negotij debeatur ad nostram præsentiam, infra quinque menses post susceptionem præsentium destinatis. Verum illi præfata inquisitio forte præ manibus non habetur, vos habentes præ oculis diuinæ reverentiam maiestatis, testes eosdem, quos dicti Archiepiscopus, & Magister super ipius Elizabethæ miraculis receperunt, aut alios, si habere poteritis fide dignos, aquocatis ad

ANNO CHRISTI 1234	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

dicta eorum & seriem testimonij de verbo ad verbum in scriptis fideliter redigi faciatissimæ , ut instruamur de dono gratiæ , quam circa gratitudinis filiam videtur virtutum Dominus effudisse , sub vestris , ac prælatorum nec non religiosorum virorum sigillis infra dictorum mensium spatum omni occasione postposita nobis mittere procuretis . Quod si non omnes , &c. Tu Fr. Episcope cum eorum altero , &c. Datum Perusij 5. Idus Octobris Pontificatus nostri anno octauo .]

- I. Post hæc Pontifex hospitale S. Francisci Marpurgense à B. Elizabetha extructum , de- Hospitale S. Francisci Marpurgense à B. Elizabetha extructum ab anno 1234.
stitutumque cura & regimine Magistri Conradi iam defuncti , cuius gubernio erat ab ipso Pontifice , ut supra diximus , commissum , ad preces Henrici & Conradi , fratum Ludouici Lantgravij , Elizabethæ viri , concedit Magistro & fratribus hospitalis S. Marie Teutonicorum Ierosolymitan. quorum domus , inquit Pontifex , velut dexteræ diuinæ plantatio generalem Ecclesiam religionis odore delectabat & fructu reficiebat charita- Plantatio generalem Ecclesiam religionis odore delectabat & fructu reficiebat charitatem.
tis .] Illud etiam Elizabethæ xenodochium exemit Pontifex ab omni iurisdictione ordi- Illud etiam Elizabethæ xenodochium exemit Pontifex ab omni iurisdictione ordinariorum & multis affectis privilegiis.
natorum , & multis affectis priuilegiis . Principes præmemorati quidquid in illud iuris ha- Principes præmemorati quidquid in illud iuris habebant liberaliter remiserunt eidem insuper auctoritate Apostolica concedentes ius pa-
tronatus , quod in parochiali Ecclesia de Marburch competebat eisdem ; quæ se cœcesserunt ei aiunt in supplici libello ad Pontificem pro reuerentia beatae memorie Elizabeth Lant-
gravia Thuringia , cuius corpus requiescit ibidem , ut sicut est celebre veneratione fide-
lium , sic prærogativa gaudeat libertatis . Dedit circa hæc Pontifex literas ad utriusque ho-
spitalis Magistros & depuratos eorundem , quæ habentur in regelto Vaticano num. 145.
spitalis Magistros & depuratos eorundem , quæ habentur in regelto Vaticano num. 145.
- V. Hoc anno vel circiter , ut ex sequentibus litteris constabit , nobilissima Princeps Agnes Agnes Bohemia fit Clarissa.
Bohema , Primissimæ Orthogari , sive Orthischgari , huius cognominis primi , & Constantia Hungaria , sive ut aliis placet Aragonia , Regum Bohemiarum filia ab incunabulis Deo oppi- Regum Bohemiarum filia ab incunabulis Deo oppignorata fit vestalis Clarissa.
gnorata , fit vestalis Clarissa . Eam mater in somnis intellexit sanctam futuram , ex habitu Eam mater in somnis intellexit sanctam futuram , ex habitu ostendo S. Clara & mysterioso modo in ipsis canis cōplicatis brachiolis & pedibus in for-
main crucis .
ostenso S. Clara & mysterioso modo in ipsis canis cōplicatis brachiolis & pedibus in for- In Trebnicensi monasterio assueta pūis exercitiis , iciuniis , eleemosynis , ora-
tionibus , & pietatis Christianæ officiis repudiauit Frederici Cæsar , & Henrici III. Regis Angliae nuptias , quod legatus Cæsar in somnis edocetus , dum vnam coronam vidit de-
ponere , alteram gloriosam magis sibi imponere , unde anno sequenti duxit Fredericus
dicti Henrici sororem Isabellam . Alienum à Cæsare animum habuisse sacram virginem
propter summam Frederici intemperianam ferunt , per quam Deus ab illo offensus
cum tradidit in cupiditates ignominiosas , ita ut more regum Ethnicorum greges aleret
pellicarum , quarum ipse denorato omni pudore , velut admillorium agebat manescutum .
Contrà ipsa Agnes inter sodales virgines , dum non aliud cogitat , quam ut sic sancta cor-
pore , & spiritu , audita fama Clara Assisiatis aeternitatis fratribus Minoribus , quibus ab ali-
quot annis iam pater Primissimus Prague domicilium extruxerat , suscepit eiusdem institu-
tum simul cum aliis nobilissimis feminis , benedictione prius obtenta Pontificia . Multum
reluctans patrem scribit Marianus , ne in se commoueret Friderici repudiati suorem sed
illa in incepto seruore animosius perseverans hæsitabundum patrem in suas partes tra-
xit dicens ; non esse sibi timendum ob reiectum propter Christum Imperatorem terre-
num , neque quicquam hinc ei mali prouenire posse ; ubi Christus in sponsalitiis arham
securitatis & pacis erat præstitus .
Paulo post patre deceidente , & succedente in regnum fratre Venceslao , patrimonium Paulo post patre deceidente & succedente in regnum fratre Venceslao , patrimonium sibi à patre relictum in pios usus distribuit , monasterium in honorem S. Spiritus prope pontem pro Religiosis ordinis Crucigerorum cum rubea stella construxit . Deinde in lundo à fratre Rege liberaliter concessio , & ab Episcopo Pragensi plena libertate donato
extruxit monasterium pro se & consodalibus , nec non hospitale in honorem S. Francisci ad exemplum S. Elizabethæ Lantgraviae , ut ibi pauperes cuiuscumque generis alerentur . Scriptis de his Rex & Capitulum Ecclesiæ Pragensis ad Pontificem , qui non solum , quæ illi concederunt , confirmavit , verum & alia adiunxit , datis his litteris quæ sequuntur ex-
scriptis è Vaticano regesto num. 208. ad eandem Agnetem .

G R E G O R I V S , &c.

Charissimæ in Christo filia Agneti , sorori charissimi in Christo filii nostri , illustris
Regæ Bohemiae , &c.

[Sincerum animi tui seruorem tutque devotionis flagrantiam nuper cum gaudia
fidentiæ .

ANNO CHRISTI
1234.

GREGORII IX.
ANNO 8.

FREDERICI II.
IMPERIA. AN. 25.

RELIGIONIS M.
NORVM AN. 27.

sentientes in hoc sumus velut in odore agri pleni, cui benedixit Dominus, delectantibus in Agneta altera charitatem, quam aquæ multæ extinguere nequierunt, super quo in laudes & gratias assurgimus bonorum omnium largitori, qui tibi hunc affectum misericorditer inspiravit, ut prudentibus iuncta puellis improbus eius aduentum secura cum lumine praetoleris.

Agnes enim Agnetem beatissimam imitata, te nullatenus quamvis delicata & iuuenis permisisti lacruli decipi blandimentis, aut potentia vel gloria temporali seduci, sed pro nihilo ducens mundi fauores & rerum affluentiam terrena- rum, carnem coegeristi spiritui deseruire, vt abdicatis transitorius vniuersis celesti sponso in religione pauperum monialium inclusarum elegeris in munditia cordis & corporis famulari, illi voto solemniter dedicans, & eius ancilla fieri cupiens ex Reginâ, qui cel- tudini diuinitatis humilians, & formam servi suscipiens exaltat humiles in salutem.

*Cocessum mo-
nastry fun-
datus à Rege.*

Vnde clarissimus in Christo filius noster illustris rex Bohemiæ germanus tuus pie con- siderans te ex alto virtute spiritus roboratam & charitatis ardore in Christo succen- sam tuoque proposito diuinitus inspirato, cohibitis germanæ dilectionis affectibus, grata benignitate concurrens, sundum ad constituendum monasterium cum hospita- li apud Pragam in honorem B. Francisci, in quo te cum aliis sororibus claudere statuisti Ecclesiæ Romanæ concessit, & ipse ac Ven. fr. noster Pragen. Episcopus loci dicte- sanus, de consensu capituli sui utrumque locum pietatis intuitu plena libertati domi- runt, sicut in eorum litteris ad nos transmissis plenius continetur. Quia igitur deuotio- mentis & affectio amplectenda, & circa sacra religionis nouella plantaria humane sollicitudinis cura debet propensior adhiberi, vt vberes flores & fructus proferant ho- nestatis: nos corundem Regis, Episcopi & Capituli precibus inclinati, praefat- tum monasterium & hospitale in ius & proprietatem ac tutelam Apostolicæ Se- dis suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communimus, libertates & immunitates concessas eis à rege, Episcopo & Capitulo supradictis autoritate Apostolica confi- mantes, & districius nihilominus inhibentes, ne quis Archiepiscopus, Episcopus, vel quilibet alias prælatus in dictum monasterium & hospitale, vel personas existentes ibidem excommunicationis, suspensionis & interdicti audeat sententiam promulga- re: quam contra prohibitionem nostram prolatam, decernimus non tenere. Statuimus insuper ut iuxta morem Ecclesiæ Romanæ ibi diuinum officium celebretur, (simili- ter Romanum exceptit psalterium S. Franciscus in regula fratrum Minorum cap. 3. vbi vide nostras notas) excepto psalterio, quod secundum consuetudinem possitis dicere Gallicanam. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ protectionis, confirmationis, inhibitionis & constitutionis infringere. Si quis autem hoc attentare præsumpscrit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolo- rum eius se uouerit incursum. Datum Spoleti 3. Kalen. Septembris Pontificatus nostri anno octauo.]

*Multis com-
mendat pre-
fatu Agneta
iusque mo-
nasterium.*

In eundem modum verbis competenter mutatis, scripsit de his ipsis fratri Ioanni Mi- nistro Saxonie & fratri Thomæ Custodi Bohemiæ, dicens se magno cum gudio sensi- se sincerum animi seruorem eiusdem Agnetis, devotionisque flagrantiam, & spem magnam accepisse, quod cum vincio sancti Spiritus docuerit Agnetem ad hanc viam secedandam, per eius studium religio iuxta suum desiderium ibi plantata de bono semper in melius suscipere debeat incrementum. Quapropter iubet vt Apostolica autho- ritate in Abbatillam illius monasterij præficiant eandem, concessa sibi tamen potestate vt super eo quod certis diebus iuxta regulam in pane & aqua erat ieunandum, & super usum calceamentorum & pelliū iuxta discretionem sibi dataū à Domino valeret di- spensare. Alias dedit litteras 2. Non. Septembris ad Episcopum Pragensem, incipien- tes. Quoniam diebus his, quibus ei commendat protectionem dicti monasterij, quod in tutelam Ecclesiæ Romanæ se accepisse significat. Deinde per aliud diploma. *Quia sen-
sus hominū multas largitur indulgentias Ecclesiam illius monasterij visitantibus, statuōs in bullā diebus, quam simul cum superiori ad Episcopum Pragensem, & priuilegio Re- gis Vvenceslai dabimus in huius tomī regesto.* Deinde alia quam pluriua ad Agnetem data Pontificum diplomata suis quaque annis inferemus: præcipua vero vita acta, & sanctitatis argumenta ministrabimus anno 1283. quo migravit ad superos.

*Datur regu-
lā. Eodem anno venerunt ad Curiam Romanam ē ciuitate Burgensi in Hispania quatuor*

ANNO CHRISTI 1254.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Todda, à consodalibus collegialiter, sed ut supra diximus, absque sufficienti instru-
etione, & regulari methodo viuentibus, transmissæ, ut vnam e duabus, quas apud
S. Damianum primæz illius instituti virgines acceperunt regulas, & sufficientem
authoritatem ad eligendum sibi canonice Abbatissam reportarent: dedit ad vniuersum
collegium Pontifex litteras, quibus datam consociis regulam & epistolam ad Episco-
pum Burgensem de præficienda Abbatissam, significabat. Datae sunt apud Later. Idib.
April. atque incipiunt, *Ue dulcissimus spiritus.* Eodem etiam anno accepit Pontifex à
nobili heroina Cæsaraugustana Ermelleide de Sillis, sive ut habet Hicronymus Zurita
Ermesenda de Cellis, eam voluisse de suis facultatibus monasterium quibuscumque
Deum timentibus, ac eius mandata custodientibus ædificare: super quo eius consen-
sum & consilium requirebat. Cui Pontifex per has litteras respondens, hortatus est vt
illud construeret pro Damianiis.

Anno 1254.
n. 11.

Zurita tom.
1. lib. 2. c. 75.
Ex monasterio
Cæsaraugustano.
Ex regesto
n. 79.

G R E G O R I V S, &c.

Nobili mulieri Ermesseidi de Sillis.

[Virtutem sibi de necessitate videtur efficere, qui relinquenda post modicum, &
cum occurrentis ac ineuitabilis iacturæ perdenda periculo, thesaurizat in celo, vt
post dies multis, quibus præsentis rotæ seculi volvitur, panem suum super fluentes
humani genetis aquas possum alsequatur. Quapropter in Domino commendamus sa- Eccle. 11 v. 1.
num tuæ deuotionis propositum per transmissas nobis litteras intimatum, vt de facul-
tate terrena timentibus Deum, & ipsius mandata custodientibus ad temporales nece-
ssitudines competentem, ad spirituales profectus vulem statuens construere mansio-
nem, earum mercedem cum iustorum susceptoribus in futura supernæ patiæ felici-
tate percipias, quarum statum pro sexu fragilem in præsentis itineris tribulatione su-
stentas. Tuam igitur nobilitatem monendam duximus, & hortandam, in remissionem
tuorum tibi peccaminum iniungentes, quatenus instanter quantum Deus dederit in ido-
nico Cæsaraugsten. territorij loco iuxta ordinem S. Damiani & incipiens & consum-
mans opus ei de tanta & tali possessione prouideas, vnde ad omnes temporales nece-
ssitudines viginti ad minus sustentari valcent moniales, vt ille qui in eis iuscipitur, ex-
celste regnum pro terreno tibi patrimonio largiatur. Datum Lateran. 13. Kalend.
Maij an. 8.]

Interim dum illa Monasterium construeret sub titulo sanctæ Catharinae iuxta cur-
nobium S. Engratii sanctimonialium Benedictinorum, congregata sunt in ciuitate in
vnum collegium aliquot virgines, quæ non aliter, quam supradictæ sanctimoniales
Burgenses quatuor sorores, quarum nomina sub his capitibus indicantur litteris R.M.
V. & V. ad Pontificem transmisserunt pro obtainendis regula & Abbatissam. Illam sub
bulla dedit oratricibus, Abbatissæ electionem, & monasterij tutelam per litteras com-
misit Episcopo Cæsaraugustano, ad ipsum autem virginum collegium litteras dedit da-
tas Reate 7. Idus Junij incipientes: *Ardens & illuminans ignis.* Ab ipsa sua primæz
institutione monasterium hoc multa floruit pietate, & regulatis eminentia disciplinæ,
multæ proinde ex eo missæ vel ad nouos extruendos, vel ad laxiores reformandos
conuentus. Anno 1246. iubente Innocentio IV. per suas litteras datas Lugduni illinc
missæ fundatrices conuentus sanctimonialium Ilerdensium. Anno 1254. præcipiente
Alexando IV. extractæ alia ad inchoandum monasterium S. Marie Magdalena Tar-
raconense. Anno 1496. prodierunt aliquot ad reformationem monasterij Petralbenis
Barcinonensis. Anno 1500. & 1509. hinc egreßæ reformatrices conuentus S. Engratii
Pampilonensis. Anno 1557. ad meliorem viuendi normam reduxerunt monasterium
S. Mariæ de Altabatio Cæsaraugustano; anno 1561. fundarunt conuentum S. Luciæ
Barbastri; anno 1573. restituerunt mores S. Claræ Oscensis; & demum fundatrices
fuerunt monasterij S. Michaëlis urbis Borie. Dignum certe laude virtutis semina-
rium, & bonarum magistrarum promptuarium. Ut autem quæ de huic monasterij
sanctitate diximus, clarius innoscant, aliquot sorores in eo sepultas, quæ peculiari
aliqua

Gonz. in
proa A 1496.
monast. 1.
Histor. MS.
euile proa.
Religiosum
hormoneste-
rimum.

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICII II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------

aliqua prærogativa emicuerunt, in medium adducemus: Nempe sororem Magdalénam Magaloniam, cuius vita perpetua oratio, atque contemplatio extitit, qua etiam de causa plures molestias à Dæmone pertulit. Et sororem Mariam Lorienam, eius silentium, abstinentia atque charitas incredibiles fuere. Et sororem Angelam à Veruello, quæ Christum Dominum in elegantissimi pueruli forma in lacrosancta hostia propriis oculis intuita est. Fertur hoc in loco, quod cum duæ huius loci moniales Assumptionis benedictionem tum suo, tum quoque cæterarum sororum nomine à Beata Clara adhuc superstite acceptaræ, petiuerint ab ea, quod spreta clausura (ut aliqui volunt) tantum iter emensæ essent, vel (ut aliis placet) quod redditus in communione haberent, repulsam passæ fuerunt. Huius monasterij Ecclesiam, quod angusta nimis esset, à serenissimo Aragonum Rege Iacobo, ex maxima, qua in beatam Claram cerebatur deuotione, ampliata eleganterque exornata est. Hoc item anno, non ex certa scientia, aut graui aliquo momento extactum ait Gonzaga monasterium S. Claræ Venetum fundatrice B. Agnetae Claræ sorore, & sorore Auria Claræ discipuli primâ Abbatissâ. Ampliorem huius loci notitiam ministrare non possumus, conflagratis ex infortunio yniuersis conuentus scripturis.

Marian. lib.
8.c.7.
Pisau. con-
form. 8. in
loco Suffia-
ni.
Crescat. in
dialog. MS.
B. Humiliu.

Floruerunt circa hoc tempus ex Minoritis viri sanctissimi, quorum aliquos hic com- 1 X.
memorabimus. In Marchia in loco Sustiani territorij S. Genesij custodiaz Firmans,
mortuus est Fr. Humilis Picenus, cuius germanus frater Pacificus alibi habitans videt
animam rectâ ascendentem in cælum. Factus mox illius loci incola, dum ad instantiam dominorum de Brufortio post aliquot annos transferretur ad ipsos conuentus,
& fratrum exhumentarentur ossa, coilegit illa, quæ erant fratris, optimo lauit vino, serico
inuoluit, nec osculari cessabat. Interrogatus cur adeo inhæceret fraternalis ossibus,
nec similem exhiberet reverentiam aliorum fratrum piis reliquiis? respondit humili-
ter non se carne aut sanguine motum, ut ea præstaret fratri, quæ ceteris non impen-
debat; sed ex facta sibi illa à quibusdam annis visione certo sibi constare illa in
paradiso futura, & proinde quæ illuc ascensura erant, ubi Deus est, omni dicebat
honore in terris veneranda. Paulo post ipse obiit in eodem loco, & iuxta fratris tu-
mulum sepultus. Cum eisdem iacet Fr. Liberatus vir sanctissimus & nobilissimus.
comes fuit loci, qui nunc S. Liberatus dicitur ob Comitis Sancti reverentiam &
memoriam, tanta enim humilitate, & sanctitate vixit in religione spretis mundi
diuinitis & honoribus, ut sanctus ab omnibus proclamaretur. Horum trium festum
recolitur in dicto loco quotannis cum magno populi concursu in prima die infra
octauam Paschalis Resurrectionis, quo die profluit ab eorum sepulchro manna
ab hora sexta dici usque ad vesperas, idque in tanta quantitate, ut à populo
colligatur.

Vit. S. Ano-
nymus.
•

Præter hos iacet ibi alius vir sanctissimus, sed Anonymus, tanquam contemplatio- X.
nis & extasis, ut semper Deo inhæcerere videretur. Cum aliquando starcer absor-
ptus in sylua diversæ volucres in scapulas, humeros, caput, & brachia auola-
runt mira melodia concinantes. Cum à contemplatione redibat tantam mentis læ-
titiam præferebat, ut Angelus vel quispiam alterius seculi videretur. Facies ex
confusio divini sermonis à longe resplendebat ad modum Moysis, ita ut eum
aspicientibus admirationem & stuporem ingereret. Quando interrogabatur à quo
quam respondebat tanquam si esset Angelus Dei mira suavitate & modello lepo-
rc. Neque diebus neque noctibus cessabat ab oratione, neque à contemplatione
retum cælestium animum in hoc genere inquietum relaxabat. Fratres propter di-
uinam gratiam, quæ in eo fulgebat, quasi alterum Moysen charissimo vene-
abantur affectu. In his sanctis exercitiis assiduus & constans tandem peruenit ad
vitæ terminum præcunte diutino languore, quem summa tulit patientia, neque
medicamine ullo petiit allerium. Solum illud adhibebat, verum & optimum sol-
lamen, saepius, aut frequentius refici pane salutari viuifici sacramenti. Voluit
& beata Virgo aliam addere mætricam consolationem; nam cum iam pene defi-
ceret, & ardentius solito cruciaretur doloribus; apparuit ei cælestis medicina Apo-
theca, tribus allocata virginibus, tres pixides ferentibus, è quarum una post
dulcia colloquia cochleari mirificum inculit ori electuarium; ad cuius gustum
qdoremque

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII X. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

odoremq; adeo mirifice & vehementer exultauit , ut tantum gaudiū sub angusto pectore continere non posset , quin statim exclamaret . Non plus ô mater dulcissima , non plus ô medica benedicta ; tantam suavitatem consolatrix generis humani amplius ferre non valeo . Cum illa ad secundam pixidem manum apposuisset , altius exclamauit , dices ; si primaz pixidis preciosum reconditum ferre non valeo , quid si secundi vasculi tradas potiora medicamenta ? Cui illa ; si hæc tibi nimis bona videntur potiora tibi dabit filius meus propter quem amara & aspera huius vitæ alacriter tulisti ; neque amplius senties corporis dolores ex rei suavitate perceptæ , donec ego infra paucos dies cum filio meo redeam te ex hoc ergastulo educturi . Quod ille summo suo bono probauit nihil illis diebus manducans neque bibens , omnibus transactis in summo iubilo , & perpetua cordis luctitia , in qua absque mortis angustiis alacriter ex hoc seculo migravit in prædicto loco Suffiani , licet postea cum cæteris translatus sit Brufortium .

XI. Clarebat etiam istis temporibus in eadem prouincia fr. Adam Rufus maximus prædicator , & vir sanctissimus , qui inter plura mirabilia , & illud patravit , ut cum concionaretur in vasta & derelicta Ecclesia , in qua hyrundines nidificabant , atque illæ nimio garitu essent molestæ , iussit ut euolarent ; cui ex tempore paruerunt ; nullo vñquam tempore illuc redeuntes . Positus in vasta solitudine cum in itinere aberraret , accurrit lupus cauda blanditus , qui per vestis fimbriam apprehensum ad viam rectam reduxit .

Magnis pro animalium salute perfunditus laboribus tandem obiit in custodia & conuentu Firmano , multis coruscans miraculis , quorum aliqua subiicio . Quidam illius regionis puella Pascha nomine , cum vasculum lactis epotaret , subito velut atramentum factum est nigrum , apparuitque vilissimæ & fecidissimæ staturæ Æthiops immenso capite , validum incutiens timorem , & dicens : Ex lacte quod sorbiisti , mortua es . In furias statim abiit misera puella à dæmonie obsessa , ut horribilia parraret . Nullo potuit remedio liberari , donec tandem à parentibus ad Adami sepulchrum deferretur , vbi ab omni dæmonum infestatione totaliter est liberata . Vir quidam Matthæus nomine iudex Servientis genu dextro ita intumuit , ut loco dimoueri non posset ; misit itaque ad sancti viri sepulchrum vxorem ut pro eo oraret . Magna fide pannos , quibus genu souebatur , sepulchro imposuit , & pro viro oravit ; quem domum rediens statim curauit ex appositis panniculis . Quidam de Atrio Pennensi quinque annis vtriusque oculi visu priuatus ad eius sepulchrum , integrum visum recepit . Liberati ibidem à variis languoribus , & multi curati energumenti .

XII. In prouincia Saxonie floruit tunc frater Otto Theutonicus , qui è presbytero & canonico seculari factus est diuino monitu Minorita . Nam cum de securiori vitæ generi cogitaret , essetque impedimento , ut in religiosis sodalitiis recipercetur , scđa & ingens struma , cui nulla potuit arte mederi ; apparuit ei nocte quadam sancta Eusemia virgo , quam specialem sibi elegit patronam , monens id Dei esse beneplacitum ut Francisci sectaretur vestigia ; ne vero impedimento esset male affectum guttur , strumam plene detergit . Expergefactus sanumque se compieriens sanandæ animæ totus incubuit , ingressus protinus ordinem Minorum priores deliciæ , lauiorque vita non obstatuerunt , quin asperitatem in religione subiret , pluresque leucas pedes iam senex devoraret , quam ante metiri poterat equitando , ut ex pluribus sociis , qui cum comitati sunt per vitramque Germaniam se percepisse scribit Bernardus à Bessa . Obiit sanctè in custodia & conuentu Halberstadensi ; post mortem miraculis clarus . Fratrem in collo fistula labantanter liberauit ; necnon alterum quatuordecim annis eo malo affectum . Mulierem in mammilla vexatam , aliam item genua valde dolentem mirabiliter salvauit .

XIII. Tres item floruisse ferunt hoc tempore Rodulphos (modo primus iuxta sensum Antonini , Mariani , & Bernardi à Bessa eo nuncupandus sit nomine , quem potius Robertum vocandum diximus ex Nicolao Harpsfeeldio) videlicet Episcopum illum Herfordensem , de quo ampliorem declinamus ibidem notitiam , cuius initiationis hanc causam refert citatus Bernardus . Profunde secum meditatus de vita religiosa subcunda , factus in extasi ductus est in spiritu ad videndas cælestes mansiones , vbi cum fratres Minores non perspexisset , valde admiratus est , atque eo magis quo sanctiorum deis conceperat opinionem . Admirabundo occurrens Dei mater , stupenter duxit

B. Adam
Rufus.
Mariano. cit.

Bernard. à
Bessa in
chro. MS.
Pisan. couf.
B. in loco
Halberstadt.
B. Otto
Tessinianus.

Anto tit. 24
c. 7 §. 1.
Mariano. c. 8.
Bernard. à
Bessa citat.
An. 1310.
n. 61.
Episcopus
Herforden.
fr. Minorita,
& quare?

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

ad beatitudinis penetralia, vbi sub ipsius supremi iudicis aliis collectos Minores summe exultantes ostendit, dicens: Hos intimè diligit filius meus, quia perfectè unitati sunt viræ ipsius, id ergo quam primum cures ut cum istis salves animam tuam. Expergefactus illorum considerans gloriam & salutare virginis consilium, votum vovit de ingrediendo ordine Minorum, ut haber Paris, circa quod implendum solum Pontificis Gregorij Noni expectauit assensum, quo obtento in dicto ordine summa humilitate & mansuetudine per omnem vitam permanuit. Cuius exemplo alios commotos ad idem virtus genii amplectendum narrat dictus Patris inter quos numerat Abbatem de Osencia ordinis S. Augustini. Secundus fuit Rodulphus Ebisach Parisiensis Magister, vir doctus in sacra pagina, cuius hoc vocationis initium. Cum semel ex studio fessus somno opprimetur, apparuit ei diabolus, communatus oculorum exacerbitatem, dicens; ego te stercoribus excabo. Vno atque altero die easdem repetit minas malus artifex, quem semel digitos oculis inferre volentem valenter repulit Magister, inquiens; Abi in malam rem, non tu me, sed ego te excabo. Atque ecce sequenti die dum è rostris doceret allatz ei regis Anglia litteræ quibus pingue ei offerebat episcopatum: Memor ille visionum præteritarum; hæc, inquit, illa stercora divitiarum, quibus diabolus dicebat me obexcaturum; ego eius eludam artes, & procul faciam puluerem hunc rerum terrenarum. Nec multam interposuit moram, quin statim Minorum se committeret sodalitio. Tertium numerat Marianus Rodulphum Radiptonum Angulum, sed in sequens sæculum reiiciendum iudicat Ioannes Pitheus, quem mortuum ait anno 1350. cui ego potius hærendum iudicauerim, atque tunc Rodulphi huius gesta referenda.

Et Rodulphus Radiptonus.
Pit. de scri. prot. Anglie.
Chr. antiqu. Miraculo- priae- fratribus sa- mescentibus.
Similiter aliis.
Iam aliis.

Vnum atque alterum huius temporis miraculum diuinæ prouidentiæ circa frater VIII. Minores, hic inserere libet. Per inculta & deserta peragrantes duo fratres integræ queruli famescabant; donec in aperta planicie occurrit speciosus adolescentis, interrogans causam molestiæ. Rem aperientibus, & veluti irritæ promissionis Deum involvuntibus dixit ut sederent, & patienter ferrent; moxque ad eos rediens recentes apposuit panes talis saporis &amenti ut nullo indigerent obsonio. Deinde suavitet increpauit eos dicens, indigne fecisse, dum vel minimum desperarent de divino subficio, neque enim Christianum erat putare sperantibus in se defuturum, qui dixit: *tota au- gitatum tuum in Domino, & ipse te enasiet, & non dabis in eternum fluctuationem isto;* & qui prohibuit ne Euangelici viri quidpiam ferrent in via. Illis, inquit, deerit, qui ad futurum non credunt, neque tenetur iis prouidere, qui prouisurum nec sperant, nec credunt. Similiter accidit cuidam fratri, nouitium alio ducenti ne molestaret à parentibus, nam cum in vasta solitudine oberrarent, sub noctis crepusculo apparuit eis vir, qui ad interiora proximæ sylæ minatus domunculam seu tuguriolum ex virentibus arborum ramis egregie contextum obrulit pro hospitio. stratum etiam humili iuncum oleoresque herbas, ut æstate media temperate cubarent, ostendit, et namque apposuit optimorum piscium recentium, veluti si tunc extraherentur è mari, quod tamen per dietas plures ab illo loco distabat. Mane surgentibus adiuit, & nouiter refectos præcessit, donec extra sylam & solitudinem ficeret, quibus iam positis in aperta & regia via valedicens, repente disparuit. Alius transferebatur tyro è Podio Bonitio Senas summa hyeme, itinere niuibus cooperto. Dum vero à castro Stagia impransi discederent, emensis aliquot milliaribus, tyro præ fame deficiebat. Socius feruenter inuocato S. Patre Francisco in ipsa niue positum vidit paneum albissimum & calidum, tamquam si tunc è fumo extraheretur. Acceptum adolescentulus medium comedit, superstitem partem alterum socius in sinu reposuit, ut albescerent & optime olentem fratribus Senenibus ostenderet, & ex ipsa panis qualitate fidem miraculo conciliaret. Sed dum ad locum pertingeret, atque extrahere vellet è sinu, sensit mirabilitet inuentum mirabilius evanuisse.

Conuen. 5. Laurentij Neapol. Rodulph. fol. 173.

Hoc anno in mense Nouembri Ioannes Aversanus Episcopus cum consensu & XV. ex voluntate capitulo Ecclesiæ Aversanæ concessit fratri Nicolao de Terracina Ministero fratrum in regno Neapolitano Ecclesiam sancti Laurentij posicam in foro seu Mercato, ut loquuntur, veteris urbis Neapolitanæ & alia quæcumque ad eam attinebant, præter apothecas, redditus & terras quasdam ad eandem Ecclesiam pertinentes, quæ à prædicta donatione exceperunt. Illam adiecerunt conditionem ut si quando

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

continget fratres recedere , redeant donata oinna ad Ecclesiam Aversanam , & si fratreis vellent redire possent redire & denuo possidere locum illum. Donationem confirmauit Gregorius nonus suo diplomate 14. Kalen. Februarij anno sui Pontificatus octauo, quod tunc dabimus in regesto. Multis incrementis & pietate Caroli 1. & 11. Regnum Neapolis pricipuorum monasterij structorum excrevit in vastum & magnificum opus, caputque est prouincia Terræ laboris Patrum Conuentualium, in quo semper gravissimi viri floruerunt, sed & sanctissimi homines in eodem iacent B. Augustinus Assisas primus minister illius prouincia, qui videt animam sancti Francisci ad celos euolantem. B. item Donatus, necnon nostrorum dierum vir Bartholomæus Agricola de Amberg Germanus, cuius solemnis ibi agitur memoria, cuiusque sepulchrum dum præsens adorarem, vidi multis tabellis & votis exornatum, à populo frequentatum, & in reverentia habitum. Compendium vitæ & publicos sermones in aniversariis eiusdem habitos apud me habeo excusos, ex quibus potiora (Deo annuente) suis dabo temporibus. Floret nunc in eodem conuentu Magister Angelus Vulpes à Monte-Piloso studiorum Regens clarus & sincerus amicus noster, cuius elucubrationes, quas duobus voluminibus hucusque in librum primum edidit Scotti, hominem per viuertas Academias commendarunt, sitimque addunt plurium eiusdem argumenti voluminum.

Ludouicus sanctus Gallorum Rex ob intimum in Franciscanos, à quibus etiam ^{Coz. in eb-} enutritus & doctus, affectum, hoc anno fundum & locum, quem inhabitabant ab ^{ventu Pacis.} illorum ingressu in urbem, ut supra diximus, multo ære comparavit ab Abbatे & ^{An. 1239.} Monachis sancti Germani, ad quos spectabat proprietas. Venditionis & emptionis litteræ regio sigillo munitæ seruantur apud eosdem monachos datæ hoc anno mensa Aprili. Et ut totum hoc venditionis, emptionis, & concessionis negotium firmius consideret, Gregorij Pontificis iudicium intercessit. Deinde dato diplomate Inter- amnæ 3. Non. Iunij Pontificatus sui anno 10. in initio rogat, deinde hortatur, denique pro sua in omnes Christianos auctoritate districte præcipit Abbatē & monachis sancti Germani à Pratis, ut amicis spiritualibus fratrū Minorū iusto pretio vendant tan- tum terræ intus & extra muros ciuitatis Parisiensis, quantum Episcopi Siluanectensis prudenti iudicio videretur necessarium pro conuentus illorum constructione. Sed quoniam crescente in dies fratrū numero, locus designatus nimis postmodum angustus visus est, aliis rursum litteris datis Laterani 6. Idus Decembri, Pontificatus sui anno 13. idem Christiani gregis supremus Pastor concessit fratrū nostrorum amicis, ut alias item terras tum intra, tum extra muros urbis positas, & ad prænominatum monaste- rium sancti Germani spectantes compararent, & conuentus fratrū nostrorum amplificationi dederent. Illic itaque, id est, in terris ac locis ad Abbatem præfatum prius attingentibus, postmodum autem à Christianissimo, simulque sanctissimo Rege Franco- rum Ludouico, aliisque aliquot piis Lutetianis ciuibus (quorum nomina sunt in libro vitæ) comparatis: quantum à porta olim de Cubardo, nunc à sancto Germano appellata, ad portam ferè D. Michaëlis intra iuxtaque muros ciuitatis extenduntur, & ex altera parte collegiis Burgundiz, Iustiziæ, Haricuriæ & deque SS. Cosmæ & Damiani finiuntur, succedente tempore constructum & erectum fuit, quod nunc Parisis extat Franciscanorum monasterium & collegium. Ut vero dilatandi locum finis esset, litteris publi- cis super hac re confectis anno Domini 1240. F. Robertus prouincia Franciæ Minister, totusque conuentus Parisiensis, quem etiam vñ regebat, Abbatē & religiosis sancti Germani sancte iurauerunt & promiserunt, terminos eiusdem conuentus super eorum terris & dominiis nunquam ulterius proferte. Pleraque circa hæc diplomata suis annis nos dabimus in regesto.

Sunt & aliz scripturæ in conuentus sacrario, quibus frater Dionysius conuentus Parisiensis Guardianus contestatur vniuersum fundum ab Abbatē recepum, ab omnibus omnino censibus liberum, & humano commercio exemptum (quod vulgo amortisatum dicitur) eſe. Ad hæc Philippus Rex Francorum cognomento Pulcher D. Ludouici ex filio nepos, anno Domini 1298. quandam viam (Ruellam vocant litteræ publicæ de hoc confectæ) pone domum fratrū, prout à porta D. Michaëlis (quæ à demonibus adiacens castrum vitidis vallis infestantibus porta inferni tunc dicebatur) usque ad aliam portam extensam, in sui conuentus amplificationem intra illius

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII X. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sepra claudendam, & ab ipsis ac successoribus in perpetuum possidendam conculit. Postremo cum anno Domini 1561. bellis ciuilibus ab hereticis Hugonistis in Regem, patriam & Ecclesiam excitatis omnia in Galliis feruerent, animaduertenterque Ordines ac ciues Parisiensis urbis ex supradicto fratum nostrorum conuentu, tanquam ex quo Troiano plurimos, eosdemque spiritualibus armis instruissimos milites, ac fidei Catholice acerrimos propugnatores quotidie prodire, qui tum in eadem ciuitate Regia, tum in cunctis aliis finibus Regni, grassantibus hereticon ministris & satellitibus constanter se opponerent; gratitudinis gratia eiusdem conuentus hortos, qui valetudinario adiacent, alterius horti non aspermande longitudinis adiectione & donatione liberaliter adauerunt.

Blancha Re-
gina in Mi-
nistoria Par-
suis pietas. Fuit primis initiosis Blancha Regia, mox simul cum filio Ludouico à viri morte liberius opus prosecuta. Magna fuit mulieris in vniuersos religiosos, præcipue in Franciscanos, pietas, de qua ample scriptus Dominus Gaufridus de Bello loco. Quamuis nulli indigenti sua benignitate non ferret opem, illis tamen, qui diuino cultui, & saluti animarum vacarent liberalius & crebrius eleemosynas præstabant. Solebatque dicere nonnunquam familiatibus suis, de magnis illis eleemosynis, quas quotannis Parisis in fratres Dominicanos & Franciscanos conferebat: O Deus, quam bene collatz sunt haec eleemosynæ in eorū tantisque fratres ex toto terrarum orbe Luteciam aduentantes, ut quod hic ex diuinis scripturis hauriunt, in totum mundum effundant in honorem Dei & salutem animarum. Verum susceptra ab eodem Rege bella aduersus Tolosates, Alarchianos, Armoricos, & Anglos, expeditio denique transmarina pro terra sancta aduersus Saracenos largitionibus modum imponentes, opus templi feliciter inceptum intermittere coegerunt.

Emil. in Lu-
douico. 9. Rediens vero Ludouicus ex Aegypto & Syria Minoribus & Prædicatoribus (id affir-
Emil. in Lu-
tem filij Lu-
domini fandi. mat Paulus Emilius) nondum ad culmen perducas sacras ædes plane absoluimus. Hoc autem circa annum à Christo nato 1262. contigit idcirco existimauerim, quod Vrbanus 4. anno sui Pontificatus 2. diplomate dato in veteri urbe ipsum Regem Francorum laudat vehementer, quod in domo fratrum Minorum Parisiensium de novo, nec sine magnis sumptibus, Ecclesiam construxerit, in cuius dedicatione indulgentias dari posstularet. Concedit autem ad eiusdem Regis instantiam eis, qui ab ipso die consecrationis usque ad 4. menses eandem Ecclesiæ visitarent 3. annos & totidem quadragenas. Illis quoque qui in dedicationis anniuersatio die & usque ad octauas ad eandem accederent annuatim, vnum annum & 40. dies indulgentiarum. Pates rursum indulgentias concesserunt postea Clemens 4. & Nicolaus veluti in eorum literis in huius loci archiuo assertuatis continetur. Sedente itaque in cathedra B. Petri Urbano 4. & Francis imperante D. Ludouico, Franciscanorum Parisiensium templum solemni ritu ac incredibili populo frequentia Deo Opt. Max. in memoriam B. Matris Magdalæ 8. Idus Iunij consecratum & dedicatum est. Habet porro longitudinis supra 320. pedes, latitudinis supra nonaginta. Chorum à naui pulpitum, ligneum quidem illud, sed maximum & per pulchrum, aliquot lignis affabre factis columnis innixum secernebat. In illud Reges, Reginas, Principes, Cardinales, Senatores non raro conscendere, ac diutius residere conspererunt plurimi, quatenus aliquantum à turbis se miti, inde sacris fratribus psalmodiis, suauique tot vocum concentu animos pascerent, & rebus diuinis interessent. Quin frequenter quoque concepto deuotionis spiritu accitis ad se aliquot patribus, commissa peccata humiliter confitebantur, absolutioneque donabantur, & Corpori ac Sanguini Christi ex ara illic erecta communicabant. In choro medio multa Regum, Reginarum, ac heroum extabant sepulchra, quæ suo loco commemorabimus. Templi patentes exornabant dependentia vexilla plurima, clypei, galeæ, manicæ militares, atque gentilitiz imagines fortissimorum militum, Ducum, Imperatorum, qui pro patriis legibus & finibus regni strenue se gesserant, morientesque in eodem loco sepeliti cupuerant. Chorum quoque vndique circundabant viginti quinque facella partim muris, partim lignis affabre factis inter se, & ab eodem choro distinda. In quolibet facello erecta erat ara, simulque abacus tam elegantibus ac preciosis Christi, Deiparæ, Apostolorum, Martyrum aliorumque sanctorum, in quorum memoriam dicata erant, figuris, decoratus, ut & religionem simul & admirationem piis seftatoribus incuterent. Muros ve-
Templi ma-
gnitudo &
splendor. stiebant

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIOSAS MI- BORM AB. 27.
Stabant lignæ tabulæ magnæ artificio compactæ, nec deceperat scandala & ledibilia hinc apertissima, qui vel genibus precari, vel peccata sua confiteri, ut ab his absolvantur, copiebant. Nauls templi innumera pene sepulchræ ad terram depressostrata erat, maliis hinc inde epitaphiis Gallicis & Latinis in ære aut lapidibus insculptis, muros quoque columnas exornantibus. Incredibili frequentia populi quotidie replebarunt facies scilicet caesa. Singulis Domini diebus selectus ex ordine studentium sacerdos non inquit Baccalaureus, aut Doctor de fuggeto ad populum de Euangelio continebatur.			
At sanctissimum & ornatissimum hoc templum (proh sancte Deus) annis 1234 & ultionem in propria capita accessentibus peccatis suis hominibus post 300. & quod excurrit, annos, id est 1580. 19. Nouembris omniaco exarbit: idque tanto ardore, ut nec campanarum metallum inter rudera iuveniri, nec sancti libri, mappæ, vestes, vela, imagines, sacra reliquia, quæ in thecis religiose seruabantur, incendio eripi posset. Sed & columnæ lapideæ iuxta latitudinem classitiae, quibus templum ionicebatur, una cum basibus ac superenis forniciis. Insuper & plurima Principum sepulchra marmorea & alabastina flaminavam vi partim in cineres redacta, partim affulsoe ac minutiora confusa sunt. Quia etiam duo magnæ molis & impensarum pulpita æsca, ex quorum uno Epistola, & altero Evangelio in factis mysteriis recitabantur una cum quinque colonis ænis & elegâtibus suis epistoliis, quibus præcipuum altare ciscundabantur, magna ex parte calore liquefactæ & fusæ sunt. Atque hæc omnia inter duas horas, minitum ab hora nona vesperina usque ad undecimam, flaminarum voracitate absumpta. An flagitiosa sacerdia eorum, qui tum donum præcerant, & facibus candelis que cereis extinguerant, nos satis inuigilarent, id infortunium acciderit: an vero ab hereticis Hugonostis, qui à 20. annis virginis millia sacerdotum ædium in Gallia succenderunt, huic quoque subiectum fuerit incendium, haec tenus ignoratum. Deus tamen aliquando videbit, iudicabitque.			
I. Mirabile autem, immo vero miserabile dilecto est, quanto gaudio debaccharati sunt, quantoque ingeminarint tremulos naso crispante cachinos Colviniani, & pseudo-Christiani, cum huius diuini templi conflagrationis fama Gallias perauerit. Diuines re- diuinos filios Edom in die vastationis Hierusalem iterum exultantes, & percupere non habe solum Franciscanorum domum, sed & alias omnes funditus eversas & extinxerat. Pro Babylonicis sacrilegis eos iure accepisses cum incenderent sanctuarium Domini, & prius à se pollutum alliderent in terram. Gloriabantur, qui Dominum in leuis suis oderant, in medio desolati sanctuarij, ac si erectis trophyis de Christo, qui ibi celebra- tur, superbe triumpharent. Atque hæc quidem impij. Pij verò omnes tam lugubris spe- ctaculo attoniti stupebant, gemebant, atque adhuc gravioris calamitatis prefagitionem esse metuebant. Singuli conscientiarum suarum latebras discurrentes peccata sua omni humilitate & conteritione facebantur, atque diuinam miserationem implorantes iudicia Domini iustissima humiliiter agnoscebant. Orabant insuper loco peccatoe, ut pro- pter semetipsum serenam faciem suam iterum ostenderet super sanctuarium suum re- statum & desolatum: recordatorum testamenti sui, memor esset congregacionis, quam posse- derat ab initio: non relinqueret diutius virginem peccatorum super festuoso iusto- rum, templumque in quo roties nomine suum iuuocatum, & predicatum fuisse, repa- rari iuberet.			
XII. Deus itaque tot precibus exortatus, memoremque clementiarac bonitatis fuit, Regis, Principum, Pontificum, senatorum ac ciuium Parisensem continuo flexit mo- mos, ut mox de noua templi Franciscanorum instaurazione cogitarent. Igitur Pra- fести, & Decurionum urbis publica constitutione ac expensa, totius templi solam ad eo eruderatum est, ut cueri facile posset. Deinde sequentis anni media Quadra- gesima, D. Christophoro Thuano summo Senatus Parisiensis Præside, omnium maxime negotiata procurante, primoque fundamentorum faciente lapidem, in- staurata fuit & constabilita prima lapidea columba: anno venturæ tandem, omnes usque ad triginta, pro qualibet in cimento, lapidibusque scolis, & artificium ope- ra, foliatis centum Gallicis aureis. Conquerentibus frequenter apud Præfederis fra- tribus, quod nullæ pecuniae superessent; magna constanza: Bono anno eis.			

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Dominus prouidebit, subest illi cum voluerit, posse. Sequenti anno, quinque aureorum millia in architectos eximia liberalitate conferente Christianissimo Rege Henrico, totius chori & sacellorum utrumque claudentium lignaria fabrica dedolata, compacta, & super muros erecta fuit. Anno proximo videlicet 1583. communibus piorum ciuium largitionibus, & mulctis, quæ à Senatu quibusdam reis interrogabantur, & ad tam pius opus applicabantur, præleganti testo ardorio eiusdem chori ambitus & sacella, que ad meridiem spectant, vniuersa cooperta & testa. Insuper interna seu concava pars chori lectissimis asserculis incrustata & laqueata est. Tam prospere procedente opere summopere delectatus Rex, distractis rursus pictoribus mille & centum aureis totam eiusdem chori intimam crepidinem voluit cæruleo colore depingi, sparsis hinc inde innumeris flammis igneis, interiectisque multis liliis aureis H. deinde prima nominis sui littera fulgenti diademate redimita. Sequentem usque ad tertiam trabeam partem Catharina Medices Regum mater suis quoque coloribus, characteribus, & familiaribus tessellis illustrari curavit, solutis in hunc fidem trecentis aureis. Supererant virgini & tres ingentes fenestræ, quibus chorus illuminatur, vitro obducendæ. Huic quoque operi liberalitatem suam impendit Christianissimus Rex quando secunda equitum Torquatorum ordinis Spiritus Sancti creatione, ex his quos erogat militibus stipendiis, mille & octingentos aureos summa corundem nobilium consensu-ne & propensione acceptos, in hoc opus insumi curavit. Acque ut tantæ liberalitatis aliquod insigne honoris, aliquodque monumentum laudis extaret, depicto in principe fenestra Spiritus Sancti in Apostolos aduentu: in sequentibus sui iphus, matris, uxoris, fratris, Reginæ Scotiæ, Reginæ Elizabethæ, Principum à stemmate Regio, Cardinalium, Episcoporum, heroumque icones & insignia gentilitia, insuper Actuum Apostolorum tabulas bene pietas collocari in bono lumine præcepit. Eredam demum maiorem aram lectissimus & piissimus D. Julianus à sancto Germano Cælariensis Episcopus, & Parisiensis coadiutor, Deo in primis, deinde in beatæ Mariæ Magdalenz, & B. martyris Sebastiani memoriam dedicauit, anno Domini 1583. die Decembris 21. incredibili piorum omnium exultatione, & lætitia. Eadem die sanctissima Eucharistia ad cultum fidelium, infirmantiumque promptum subsidium reseruari solita, peracta circa conuentum publica lustratione, honestissimo altaris loco reposita est: ac deinceps canonica matutinæ & vespertinæ preces, aliaque diuina officia à fratribus ibidem persolui incepserunt. Cathedræ ligneæ, quæ chorum utrumque exornant, tali in dies artificio compinguntur, ut tandem aliquando (superis laus, & beneficiis gratiarum adio,) nos vere dicturos speremus & confidamus. Maior est gloria nouissimæ huius domus, plusquam primæ. Sic Dominus post tempestatem tranquillum facit, & post lachrymationem & fletum exultationem infundit.

Hacenus de templo priori & posteriori; ut cæteras huius insignis, & per orbem celeberrimi conuentus partes prosequamur non displiciturum puto lectori, quippe tantæ molis si non exactam saltim amplioreru expectabit narrationem, atque in rebus magnis describendis paulo diffusiori oratione vtendum est. In illustres heroes Reges & Reginas Galliarum me peccaturum arbitrater, si eorundem memoriam quorum in præfato templo mausolea, præterirem. Chori itaque Ecclesiæ medianam partem clausuramque occupabant plurima Regum, Reginarum, Principum, Episcoporum opera sepulchra: qui ut veteres Patriarchæ in Hebron terræ propter Christum sanctæ in Portiuncula, sic isti in pauperum fratrum Minorum sacro domicilio habuerant se ad Corin. peliri in votis. Audierant enim Chrysostomi, & aliorum patrum concionibus, magnis encomiis celebratum fuisse magnorum Imperatorum Constantini, Constantis, Valentiniiani, ac Theodosij pietatem, qui corpora sua, vel in ostiis basilicarum Apostolorum & martyrum sepeliri, pro re sancta & utili duxerant. Didicerant sanctissimos Theologos August. lib. de cura pro mortuis agenda. c. 1. Augustinum & Paulinum constantem docuisse, prouisum sepeliendis corporibus apud memoriam sanctorum locum, bonæ affectionis esse erga funera suorum: ad hoc ut dum Paulini. ibid. recolunt ubi sunt posita eorum, quos diligunt, corpora, eisdem sanctis, illos tanquam patronis suscepis, apud Dominum adiuuandos orando commendent. Erant itaque primo loco duo sepulchra sibi à latere coherentia altitudinis 4 pedū, longitudinis

sepulchra magna.

Reg. 1. 31. Chrysost. hom. 16. in c. 11. epist. 1. ad Corin. magnis encomiis celebratum fuisse magnorum Imperatorum Constantini, Constantis, Valentiniiani, ac Theodosij pietatem, qui corpora sua, vel in ostiis basilicarum Apostolorum & martyrum sepeliri, pro re sancta & utili duxerant. Didicerant sanctissimos Theologos August. lib. de cura pro mortuis agenda. c. 1. Augustinum & Paulinum constantem docuisse, prouisum sepeliendis corporibus apud memoriam sanctorum locum, bonæ affectionis esse erga funera suorum: ad hoc ut dum Paulini. ibid. recolunt ubi sunt posita eorum, quos diligunt, corpora, eisdem sanctis, illos tanquam patronis suscepis, apud Dominum adiuuandos orando commendent. Erant itaque primo loco duo sepulchra sibi à latere coherentia altitudinis 4 pedū, longitudinis

Apud Augu- sti. fece

ANNO CHRISTI 1324.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

serè 7. ex marmore nigro cum duarum heroidum alabastrinis effigiebus, quarum unius epitaphium fuit: *Hic iacet Domina Maria Francia Regna uxor Regis Philippi, filij domini Ludouici, ducis Brabantie filia: que obiit anno 1321. mensis Ianuarii 12. Alterius autem: Hic sepulta est Domina Joanna Regna Francia & Navarra, Comitissa Brie & Campania, uxor Regis Philippis cognomento Pulchri, que obiit anno Domini 1304. Aprilis die 2.* In cuius porro sarcophago cum ruderibus templum purgaretur, reperita est corona tenuissimo ferro paululum inaurato compacta, annulus vere aureus, fusi quoque argentei. Demum est tabella plumbea in qua haec insculpta fuerant: *Ioanna Dei gratia Francia & Navarra Regna, Campanie Brieque Comitissa Palatina, anno 33. status sue inchoaso à festo B. Hilarii 1304. die 2. Aprilis feria sexta, apud nemus Picenarum, diem clausi extremum, sepulta vero suis dominica sequenti in Passione Domini Parisis apud fratres Minorum, regnante illustrissimo Principe Philippo Dei gratia Francorum Rege eius domino ac marito, cuius regnum fit in pace. Que regnauit cum die domino suo per spatium virginum annorum, trium mensum & novem dies etiam. Sequebantur pari ordine duo alia sepulchra marmorea cum duabus alabastrinis effigiebus iacentibus desuper: prior erat viri, posterior mulieris, corda habentium ptre manus, sine vlla inscriptione. Horum vero insignia erant Gallicorum liliorum flores cum vitta desuper transuersim collocata. Tertio erat tumulus ex matrone, & heroidis supra iacentis imagine ex alabastro, cum hac inscriptione: *Condita est hoc loco. Domina Joanna Francie & Navarra Regna, Burgunda & Archesij Comitissa, que visam cum morte commutavit anno Domini 1329. Ianuarii die trigesima prima. Alterum ad latus eius sepulchrum hanc scripturam habebat: Cor Regis Philippis cognomento Longi, eiusdem sponsi Regis Francie & Navarra filij Regis Philippis Pulchri hoc loco conditum est. Vnere autem desit anno Domini 1321. Ianuarii die tertii. Quarto loco erant duo tumuli marmorei cum duarum Reginarum formis ex alabastro. In priore scriptum erat. Cor Dominae Joanna Francie & Navarra Regna uxor Regis Caroli filij Philippis Pulchri: obiit anno 1370. die 4. Martij. In posteriore vero. Cor Domine Blanche, filia Regis Philippis apud Longam campum monialis anno Domini 1318. hoc terra sancte loco conditum fuit, anno Domini 1358. Aprilis die 26. Quintum locum occupant sepulchra Machildis filiz Comitis à S. Paulo uxor Caroli Francorum Regis, ac Valesiorum, Alenconiorum, Carnutum, & Andegauensium Comitis: quæ obiit anno 1358. die Octobris tertio. Deinde alterius heroidis, cuius imago veste sanctimoniali tegebatur. Epitaphium nullum adiacebat. Sexto sepulchrum marmoreum, & figuram alabastrinam habebat Blanca filia sancti Ludouici Regis Francorum, quæ Ferrando Regi Castulonensem nupserat. Iuxta quam sepulchrum habebat Ludouicus de Valois, filius Caroli Comitis Alenconiorum, Carnutum, & Andegauensium: qui ex hac vita migraverat anno Domini 1329. die undecimo Nouembbris. Deinde in eodem quoque chori meditullio ad duos pedes erectus erat tumulus Alberti Corporum Principis cum statua ex ære Cyprio, quæ sola incendio superfluit. Insulatum erat huic istud epitaphium: *Alberto Pio de Sabaudia Carpeniaco Principi Francisci Regis fortunam sequato, quem prudensia clarissimum reddidit, doctrina facit immortalē, & vera pietas calo inferuit. Hocedes mastiff. pos. anno Domini 1337. vixit annos quinquaginta quinque. Extabunt tursus ibidem plura alia Archiepiscoporum, Episcoporum, nobilium & Senatorum sepulchra partim erecta, partim humi depressa, quæ sigillatim enumerare prolixius fuisset. Multa quoque extabant in templo, atque nunc extant in capitulo & claustro sepulchra Patrum & Doctorum, qui iam ab initio ordinis & huius conuentus, virtutique pierate & doctrina non parum exornarunt. Illa quæ nunc supersunt nos suis dabimus locis, vbi de his Patribus vel de eorum nataliis seu mortis die incidente sermocinatio.***

Tanta fuit Christianissimi atque sanctissimi Regis Ludouici in Deum pietas, & de ^{Cetera mo-} ^{nestry offi-} seruulis eius statibus Minoribus bene meqendi voluntas, ut præter eximium tem- ^{sura,} plum, quod descripsimus, aliud quoque eidem cohærens, eiusdemque structuræ maxi- ^{sacrum.} mum & firmissimum ædificium construi curauerit, in quo primum sacrarium quo res ^{sacrum.} sacra affluunt solent, continetur. Illud lapidibus politis & testisque constructum ac fir- ^{capitulum.} missima testudine concameratum, & repagulis vndique septum, custodiendis sacris vestibus, linceaminibus, librīs, candelabris, thuribulis, calicibus, pixidibus & precio- ^{capitulum.} sis sanctorum reliquiarum rhecis, tutissimum locum præberet. Vno pariete à sacario di- ^{scernatur capitulum longitudinis pedum septuaginta sex latitudinis quinquaginta}

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quinq[ue] quo feria secunda & sexta omnes fratres conuenient commendationes benefactorum audituri, & suffragia publica pro viuis & defunctis perfoluturi. Deinde culpas coram Præfecto humiliter agnoscunt, eo pro cuiusque conditione aut defectibus p[re]sentiam suscipiunt. In hoc veluti loco sacro, creditis tribus aris officium diuinum noctu dieque celebratum fuit annis quatuor superioribus; id est, à templi conflagratione ad chori nouissimi instauracionem. In eodem quoque iam ab initio sub lapidibus politis, & quadratis terra condita fuerunt multa multorumque doctissimum, & piissimum patrum corpora, qui dum vixerunt, doctrina & virtute toti Ecclesiæ Catholicæ, & ordini Minorum decori fuerunt & ornamento. Horum quidam ob exitiam pietatem & singularē scientiam à Regibus, Reginis & summis Franciæ Principibus asciti fuerunt, ut illis essent à sacris confessionibus & concionibus, alij ad Episcoporum gradum & solitudinem, alij solitudine sua contenti, postquam multos annos publice legendo, & docendo in eodem conuentu laborauerunt, animabus Creatori suo redditis ibidem corporibus sepulturæ locum suscepserunt. Capitulum rursum muro ad meridiem concingitur aula spatiose, quæ ante annos sexaginta totius Collegij schola Theologica fuit, aliis autem postea longe amplioribus, elegantioribus & commodioribus evolvtis, humilioribus usibus adaptatur. Atque h[ic] tres xdes in inferiore maximu illius ædificij parte continentur.

Dormitoria. In superiori vero parte optima dispositione per quatuor ordines habent sexaginta XXV cubicula studiosorum; quibus adiunge alia duenta & quatuordecim, quæ quinque ordinibus primam aream ad ianuam conuentus omni ex parte circumcingunt. Etsi magnus hic numerus cellularum, tamen maxima totius anni parte patribus studentibus refertur sunt, ut frequenter recens ad studium accedentes oporeat recedere, ac tantisper expectare, quoadusque aliquis suæ prouinciæ præfinitum studij tempus absoluerit. Celle vero ut plurimum quatuordecim aut quindecim pedū sunt longitudinis totidemque latitudinis. Præter h[ic] alia plurima sunt scenum, Rectorum & Ministrorum per ceterum conuentus ambitum cubicula. At quia vix, imo ne vix quidem fieri potest ut in tam conferta frequentique stratum multitudine, nonnulli aduersa valetudine non laboreant, diuina prouidentia, & heroidum Gallicatum beneficiis, illis de amplissimo, & commodissimo Valerudinario iamdudum prouisum est. Nam illustrissim. D. Ioanna, Franciæ & Nauarræ quondam Regina (quemadmodum vestibulo affixa una cum precaecis heroidis effigie, duæ tabellæ marmoreæ docent) filia D. Ludovici Regis Franciæ & Comitis Ebroicensis, vxor autem Caroli quarti Francorum & Nauarroum Regis anno Domini 1341. suis expensis construi curavit amplissimâ & firmissimam domum, in qua amplæ & speciosæ sunt aulæ & commoda cubilia eo ordine distinctæ, ut quædam infirmis, alia conualefcientibus inseruant. Duo sunt facella egregia, quibus qui possunt ex infirmis quotidie sacris operantur, vel intersunt, atque in superiori sanctum oleum, quo iuxta Apostolum à presbytero vnguntur in nomine Domini, religiose seruatur. Adiacet etiam ad Occidentem pulchra apotheca seu officina medica & vnguentaria in usus infirmorum. Ad aeris vero salubritatem Dei beneficio, ac piorum hominum eleemosynis, ita infirmis prospectum est, ut quatuor hortulos satis amoenos omni ex parte valerudinarij habeant, ubi se oblectare sine interpellatoriis possunt.

Valerudinaria. Ab hac domo ad conuentus aream redeuntibus occurunt sub dupli dormitorio XXVI cōstructæ quatuor honestissimæ cellæ, in tribus clari viri, qui ad fratres diuertunt, hospitio recipiuntur: in quarta Syndicus (iuxta Martini IV. concessionem) qui eleemosynas procuret, recipiat, distribuat & singulis mensibus dati & accepti reddat rationem, una cum seruo suo habitat. Sequitur deinde amplissima tonstrina, in qua fratres religioso de more tontentur. Duæ quoque subiiciuntur cellæ quas incolunt qui conuentus instrumentis, & accepti expensisque tabulis & rei domesticæ inuigilant. Hinc ad dexteram prouipientibus duo parent itinera, quibus vel sub dio vel sub tegumento, ut placuerit, ad maiores scholas pergitur, reliquo ad eandem partem horto vitibus è pergulis suspensi, variisque herbariis, satis ameno, amplio autem longitudine pedum centum nonaginta nouem, latitudine centum quadraginta duos, sunt autem scholæ eius formæ, ut in tota Parisiensi vniuersitate, omnium iudicio, nullæ sint ampliores, eleganciores, clarioresque,

Iacob. 5. 14.

Aula Iustitiae. Ab hac domo ad conuentus aream redeuntibus occurunt sub dupli dormitorio XXVI cōstructæ quatuor honestissimæ cellæ, in tribus clari viri, qui ad fratres diuertunt, hospitio recipiuntur: in quarta Syndicus (iuxta Martini IV. concessionem) qui eleemosynas procuret, recipiat, distribuat & singulis mensibus dati & accepti reddat rationem, una cum seruo suo habitat. Sequitur deinde amplissima tonstrina, in qua fratres religioso de more tontentur. Duæ quoque subiiciuntur cellæ quas incolunt qui conuentus instrumentis, & accepti expensisque tabulis & rei domesticæ inuigilant. Hinc ad dexteram prouipientibus duo parent itinera, quibus vel sub dio vel sub tegumento, ut placuerit, ad maiores scholas pergitur, reliquo ad eandem partem horto vitibus è pergulis suspensi, variisque herbariis, satis ameno, amplio autem longitudine pedum centum nonaginta nouem, latitudine centum quadraginta duos, sunt autem scholæ eius formæ, ut in tota Parisiensi vniuersitate, omnium iudicio, nullæ sint ampliores, eleganciores, clarioresque,

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

rioresque, quippe quæ sine vllis interiora domus suffulcentibus, aliquasque offundentibus tenebras columnis 76. pedes habeant longitudinis, latitudinis vero 46. Undecim autem maximis fenestris collustrantur vndique. Io bis amplissimus erectus est suggestus, ex quo doctores pro lectionibus dicunt: & alius inferior, ex quo suo ordine Baccalaurei, plurimis ordinatim distributis sedilibus pro discipulis & auditoribus. Conueniunt autem horis matutinis ad lectiones duas de Theologia, quæ præsertim in speculationibus & questionibus versatur: & pomeridianis, ad totidem, in quibus de sacris scripturis differitur. Prioribus ut plurimum Baccalaurei, posterioribus semper Doctores eiusdem ordinis præficiuntur studentes. Patres quotidie à quarta vespertina in quintam in eisdem scholis de præfatis suis lectionibus disputant, quolibet illorum suo ordine respondentे, aliis aduersus eum disputantibus. Funt quoque semel qualibet hebdomada publicæ de thesibus affixis disputationes, uno propugnante, ceteris pro ordine differentibus, quodam semper Baccalaureo præfide, ceteris Doctoribus & Magistris, cum opus est, dicentibus ac dijudicantibus.

XXVII. Redeuntibus à scholis ad templum occurrit ad dexteram aula (refectorium com- *refectorium* muniter appellamus) quæ amplitudine, elegantiaque vix in tota ciuitate parem habet, est enim longitudinis 208. latitudinis vera 60. insuper firmissima selectorum lapidum structura & altissimis columnis forinsecus vndique munita, & circumsepta. Ascensus in eam patet per septem gradus, altissimamque portam: collustratur autem omni ex parte 30. duplicibus, latèque patentibus fenestris, in quibus omnium fermè Principum Christianorum gentilicia insignia visuntur. Murorum interior pars lignis vndique vestitur & scannis ornatur: his adiacent quatuordecim prælongæ mensæ, in quibus cibi tempore recumbunt sacerdotes: medium autem occupant duodecim fratribus iuuenibus dicatæ. Sunt etiam illic opportunitatis locis distributa promptuaria, viñaria, panaria, piscaria & carnaria: ex quibus fratres laici tanta promptitudine cibos recumbentibus administrant, ut intra breuis horæ spatiū quadringenti, & eo amplius fratres absolutis benedictionibus, prandio vel cœna, iam surgant ad gratiarum actiones.

XXVIII. Pars superior, ac media totius ædificij 180. ligneis grabatis fratrum iuuenum dicata *Adolescentis* est: quibus alia 42. propter aduentantium copiosiorem numerum, anno 1584. adiuncta fuere, adeo ut eorum numerus ad 222. excreuerit. Illa in duodecim ordines, tresque hierarchias concinnè distributa sunt: & ut ordine omnia fiant, eisdem iuuenibus prædictus P. Vicarius ex una parte, Confessarius ex altera, distinctæ ibidem cellas habent, ex quibus quidquid fit, aut dicitur in tanta multitudine facile percipiunt, diurnis ac nocturnis horis omni occasione adsunt, & omnia, iuxta præscriptas à patribus constitutiones, prudenter moderantur. Ex hac superiori parte paucis gradibus descendentibus, præsto sunt hinc amplissimum calefactorium, inde elegans aula, in qua singulis feriarum noctibus, duæ fratrum iuuenum partes diuinum officium per solunt; tertia suo ordine templi chorum petente. Festis autem diebus omnes simul tenentur templo adesse. Post descensum plurium aliorum graduum, ordine suo per classes distinctæ sunt eorundem iuuenum fratrum quatuor oppido elegantes scholæ: *Eorundem* *schola*. in quarum prima ars Grammatices, in secunda Rethorices, in tertia logices, in quarta vna cum libris Magistri sententiarum, Physica Aristotelis à selectis ex ordine Baccalaureis ter quoquo die prælegitur. A prandio ad tertiam horam aut lectionum repetitiones fiant, aut suo tempore publicæ de arte, quam quisque profitetur, disputationes instituuntur. Aduentantium ad hæc studia frequens numerus fratrum efficit, ut quinta classis in aula superiori aptaretur, in qua imbecilliores Grammaticæ præceptis diligenter imbuuerentur. Peracto ad hæc studia prosequenda constituto tempore, suas prouincias, conuentusque nativos repetunt, quo ad usque sacro sacerdotio intentur, & post aliquot annos, per licentiam patrum suorum ad Theologica studia redeant.

XXIX. Ut autem omnia ordine fierent, nec multitudine confusionem pateret à Reuerendissimis P. Ioanne Pistorio Parmensi & Calvo totius sodalitij Generalibus Ministris, *Quæ prouincia* *etiam illarū studiū* *disposuit missari* fane sancitum est, simulque à Francisco primo Rege Francorum authenticis litteris datis in castello fontis Bellæ aquæ vigesima septima Decembbris' 1543. supremoque senatus Parisiensis ratum habitum, ut tres præcipuz Regni Franciæ prouinciaz ad obseruantiam

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 27.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

uantiam Regularem reformatæ, quibusque solis conuentus administratio credita est, maiorem numerum patrum studentium illuc mitterent. Prouincia Franciæ 40. Prouincia Turonie 20. Prouincia Burgundie (quæ nunc D. Bonaventuræ dicitur) virginis: quælibet autem aliarum Gallie Prouinciarum, ut Franciæ Parisiensis, Turonie Picardiensis, Aquitanie antiquioris & sancti Ludouici VIII. Prouincia Aquitanie reformatæ 5. Prouincia Britanniæ totidem. Extranei à Regno 25. Prouincia sancti Andreæ, quæ à Franciæ Prouincia disuncta est, ex Reuerendissimi Patis Gonzagæ constitutione mittere potest ad præfatum studium 4. dumtaxat. Numerus itaque patrum Theologiarum incumbentium ex iure potest esse centum quinquaginta absque doctribus, Baccalaureis, cantoribus, aliisque conuentus officiariis, qui ut plurimum numerum superant quinquaginta. Gratia vero & facilitate eorum qui præsunt, quælibet prouincia præfixum sibi numerum longe frequentius excedit, quam imminuat.

*Quomodo
inveniuntur.*

Porro ex patribus studentibus trium præcipuarum prouinciarum, videlicet Franciæ, XXX Turonie & D. Bonaventuræ duo quotannis seliguntur, qui à R. P. Generali acceptis litteris, ad lecturas publicas Magistri sententiarum, & post aliquot annos tota spectante vniuersitate publicas disputationes, ac responsiones Tentatiæ, Sorbonæ maioris & minoris ordinariæ, quotlibetorum, & vesperiarum habitas, Doctoris laurea in aula R. D. Episcopi Parisiensis in signum honoris & reuerentiaz donentur. Vnus, ad quem spectat Philosophiarum cursum integrum fratribus iuuenib[us] prælegere, iure ordinario & antiquo: alter ordinario quidem, sed novo, id est diplomatis à Paulo III. concessi anno Domini 1549. ad hoc munus prouehitur: indeque efficitur, ut in quolibet candidaturum Theologorum ordine (licentiam communiter appellamus) id est quolibet biennio 4. saltem Franciscani, his gradibus & honoribus augeantur. nam aliquor alij, sed ex eisdem solum tribus Prouinciis, aut Domini Decani, aliorumque doctorum benevolentia, aut Principum & Pontificum fauore ad eandem dignitatem promouentur interdum. Quoniam autem præfatus conuentus Parisiensis non ita pridem ad prouinciam Franciæ omnino pertinebat, effectum est, ut eadem sola tot ex studentibus suis iure antiquo ordinario prouochat, quot aliz duz: ius autem nouum seu diplomaticum cum eisdem æqualiter diuidat.

*Quod modo
olim regeba-
tur monaste-
rium.*

Porro quæ qualisue fuerit ante reformationem à R. P. Generale Ægidio Delphino XXX de Ameria factam, tanti collegij ac conuentus politica administratio, non est satis perspectum, atque exploratum. Hæc solummodo comperta, & certa habentur, oīmirum, quod ille erat ex numero conuentuum Prouincia Franciæ, ac Custodij Parisiensis, proinde subiectus vibrationi Provincialis illius, & administratus à Guardiano, qui ex eadem sola Prouincia seligebatur. Nam pater Petrus à Cornibus Doct[er] primus omnium ex prouincia D. Bonaventuræ, huic conuentui præfectus fuit circa annum Domini 1529. quantum ex antiquioribus eiusdem prouincia patribus, & chartis conuentus colligi potuit. Primus vero ex Prouincia Turonie fuit frater Iacobus Dastry conuentus Blesiensis, qui tunc vniuersæ Gallie reformatissimus habebatur. In huius quoque rei fidem, tot Guardiani, atque iuris antiqui ordinarij Baccalaurei ex vniua, & supradictæ Franciæ Prouincia assumuntur, & promouentur, quot ex aliis duabus. Insuper oportet Baccalaureum Biblicum, ex quacumque prouincia fuerit non nisi Provincialis Franciæ litteris, & authoritate ad hunc gradum & ordinem promoueri. Deinde quoties capitulum Provincialis illius cogitur, ad illud ex conuento Parisiensi discretus pater ablegatur, qui & hanc primam conuentus Parisiensis conditionem agnoscat, & quæ huic necessaria sunt, procurer. Deinde satis liquet ex libro fundamenti trium ordinum 4. saltem Capitula tortus ordinis generalia ibidem coacta fuisse. Primum anno Domini 1264. eiusdem ordinis Rectore vniuersali sancto Bonaventura, Urbanus IV. summo Pontifice Romano adhuc superstite. Secundum anno Domini 1266. aut 67. sub codem R. P. Generali iam in Cathedra B. Petri sedente Clemente IV. Tertium anno Domini 1292. tortus sodalitij nostri summo moderatorate patre Raymundo Gaufrido Prouincie quæ nunc Massiliæ, & sancti Ludouici nuncupatur. Quartum anno Domini 1329. Pontificatus D. Ioannis 22. anno 13. in quo pater Gerardus Odo prouincie Aquitanie electus fuit in totius ordinis patrem & Ministrum Generalem. Alio ibidem comitia celebrata, quæ alias commodius suis locis referemus. Illud celebre & ultimum fuit capitulum anno 1579. quo electus est in Ministrum Generalem

*Comitia ge-
neralia ibidem
celebrata.*

ANNO CHRISTI 1234.	GREGORII IX. ANNO 8.	FREDERICI II. IMPER. AN. 25.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 17.
principius historiaz eiusdem monasterij author Reuerendiss. P. Fr. Franciscus Gonzaga, Marchionum Gonzagæ, Imperij Principum filius, sed Compluentis in Hispania monasterij alumnus, ad quod ille tanquam ad sacrum animæ asylum aufugit ex curia Regis Philippi secundi, in quo inter pueros Regios Regiæ & pie educabatur.			
XI.	Cum vero ad annum 1502. Conuentualium more illic, ut in aliis Galliæ Congregationibus viueretur, adueniens cum Apostolica, simulque Ludouici huius nominis et. acque supremi Senatus Parisiensis Regia auditoritate R. P. Aegidius Delphinus sacræ Theologiz Magister ac totius nostri Ordinis Generalis Minister maiorem partem conuentuum trium Galliæ Provinciarum, videlicet Franciæ, Turoniz, ac sancti Bonaventuræ atque inter hos omnium maxime conuentum Parisiensem ad obseruantiam regularem feliciter reduxit. Ut autem huic conuentui pro viribus prospicerent ubique in posterum consuetarent. Parres prouinciæ Franciæ illius administrationis ac iuris partem concesserunt aliarum duarum prouinciarum Turoniz atque sancti Bonaventuræ Patribus. Peracta vero reformatione, constituit idem Reuerendissimus, quod nec Minister Franciæ, nec aliquis Commissarius, qui mittetur ad istam prouinciam, habeat aliquam auditoriatem super fratres huius conuentus, nisi in quantu Commissarius cum Guardiano voluerit. Similiter hunc conuentum nullo modo subiacere capitulo prouinciali, nec decretis eius. Instituit autem primum à dicta reformatione Guardianum Magistrum Iacobum Dautry Prouinciæ Turoniz conuentus Bleensis, reliquaque à se reformatis tribus Prouinciis conuentum regendum. Ordinavit rursus, quod post terminum trium annorum præsidente Reuerendissimo patre Generale Ministro, si adsit, vel eius Commissario, fiat noui Guardiani electio: ad cuius electionem solum iij patres studentes, qui integrum annum sui cursus præfato in conuento expleuerint, vocem actiuam (de sacerdotibus loquor, nam iuuenes voce omnino carent) habent. Non possunt autem eligi nisi patres conuentuum reformatorum Prouinciæ Franciæ, Turoniz, & sancti Bonaventuræ: confirmatio autem eius spectat ad Generalem Ministrum. Quæ omnia alia que plurima, quæ prolixitatis vitandæ gratia prætermitto, propria syngrapha ordinisque sigillo pro more confirmauit: & præcipuorum Ordinis patrum paulo post ad Comitia generalia Romæ coætorum sententiis (uti fertur) corroborata esse voluit. Ceterum constituto, & confirmato ex vna Prouinciarum Guardiano, ne vnu tanti collegij negotiis obrutatur, in partem curæ ac solicitudinis aduocantur ex duabus aliis Prouinciis duo grauissimi patres, quorum vnu sacerdotum vicarius constitutur, alter fratribus iuuenibus præsertim inuigilat. Res arduæ ac difficiles à toto discretorio, cui aut Commissarius aut Guardianus præsedit, diuidicantur. Illud autem constat eodem Commissario, aut Guardiano, Doctribus, & Baccalaureis actu legentibus, duobus Vicariis, patre seniore, & antiquiore studente quarumlibet aliarum Regni Franciæ prouinciarum, videlicet Franciæ Parisiensis, Turoniæ Picciensis, Britannie, utriusque Aquitaniæ, & Massiliæ sive Sancti Ludouici, coram quibus rationes totius rei œconomicæ singulis quibusque mensibus à Syndico, & ceteris ministris redduntur.	Quando reformatio incorrupta.	Qui, qual- iter utri ei- bunatur prælati.
XII.	Floruerunt in hoc conuento viri per orbem celeberrimi, iisque in tanto numero, ut longissimum & lectori tediosum terant catalogum. Præcipue fuit Alexander Hærensis, Ioannes de Rupella, D. Bonaventura, Richardus de Media-villa, Gulielmus Varro, Scotus, Nicolaus Lyranus, Franciscus Mayronis, actus Sorbonici primus inventor. Petrus Auroli, Gulielmus Ocham, Antonius Andreas, Alvarus Pelagius, Petrus de Candia postea renunciatus in summo Pontificatu Alexander V. Plures huius generis, qui videre voluerit, legat Illustriss. Gonzagam in eodem conuento, ex quo nos illustriora eiusdem loci exscripsimus. Quanta vero utilitas, quantum decus ac ornamentum toti reipublicæ Christianæ ex hoc fratruru minorum conuento proueniat manifestant in primis lectiones atsiduz, quibus semper duo, nonnunquam tres, aut quatuor (prout per tempus & rationem Præfectus Ordinis expedire videretur) in maximo & præcellentissimo hoc collegio præficiuntur. Ceteri ad vnum omnes mox ut hunc gradum consequuntur, vel Theologicum cursum absoluunt, suas Prouincias ædificare repetunt, ut quod ex eius vniuersitatis vberimis fontibus hauserunt, suis popularibus propinent. Hinc in vniuersa Gallia vix ciuitatem vnam, aut aliquod insigne oppidum inuenies, in quo Franciscanus Theologus Parisiensis Aduentus & quadrage-	Quam ibi miseru nota floruerunt.	simus

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 26.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 28.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sinz sacris diebus, imo & præcipuis anni festivitatibus, incredibili animorum lucro non concionetur. Vix etiam vnum conuentum, ex quo non prodeant 6.10. aut 12. Euangelicæ doctrinæ præcones.

Quales sumptus tanta moles, & fratum requirat numerus, non est qui certo computare possit, tum ex fluxu & refluxu, ex accessu & recessu frequenti; sed incerto fratum. Id solum constans & certum, Deum nunquam eis defuisse, atque in eos summam lucere Gallorum & ciuium Parisenium pietatem, sed & Christianissimorum Regum in cœnobium illud affectum, ut largissimas eis porrigit eleemosynas, & iuxta Franciscanam paupertatem necessaria sufficienter administrent. Vere stupendum est diuinæ prouidentiæ miraculum, cuiusque singulare opus esse fatentur omnes quod tam frequens collegium fratum (quibus ex Regula nihil omnino possidere fas est) nullis redditibus subnoxium, sartum testum seruari, consecuari, & semper flore possit.

Canonizatur S. Dominicus. Hoc anno, fama miraculorum sanctissimi Patris nostri Dominici, religiosissimi Ptz. xxv. dicatorum instituti conditoris excitatus Pontifex præmissa debita miraculorum inquisitione cum catalogo sanctorum adscriptis in ciuitate Spoleto, de quo gravissimas literas dedit ad vniuersos Ecclesiastum prælatos 3. Idus Iulij. Deinde datis litteris 11. Kalen. Decembris ad Archiepiscopos per Italiam constitutos horracur, ut visitationem, & correctionem assument fratrum de Penitentia in suis dicecessibus, quos ut ne molestent, nec molestari permittant, affectuosus commendat. Sanctæ Claræ & monialibus S. Damiani de Assisio eodem die dato diplomate concessit, ut à quoquam conuenienti per litteras Apostolicas non possint, si de indulgentia huiusmodi & ordine expressam non facerent mentionem. Hoc anno terminatum, vel certe dono exemptionis honestatum per Iacobum Episcopum Veronensem Monasterium Damitanarum S. Mariz de Campo-Martio Veronense, ut constat ex eiusdem priuilegio quod literis Pontificis datum insertum in regesto anni sequentis.

ARGUMENTVM.

Canonizatur S. Elizabetha. Canonizatur S. Elizabetha, cuius etiam potiora narrantur miracula, virtutes item ipse Pontifex recenset, missa eleganti epistola encomiastica ad Beatricem Castellam Reginam. Idem consecrat Ecclesias S. Francisci Assisiatum, quarum descriptio subneicitur. Laborat Ioannes Parens Minister Generalis in reducendis Romanis ad Pontificis obedientiam, quod dum spernunt, à Deo puniuntur. Predicatur sedulo à Predicatoribus & Minoribus crux contra Saracenos, neque id sine fructu & miraculo, sed corripiuntur, qui hinc dempta occasione prælatorum suorum obedientiam excusiebant. Mittuntur & commendantur Minores Regi Tuneti. Extrahuntur monasteria, & conceduntur priuilegia.

Canonizatur S. Elizabetha. RANSIMA sunt hoc anno ab Episcopo Hildesheimensi & Abbatibus Cisterciensibus miracula, quæ vel antea examinauerat Archiepiscopus Moguntinus, vel ipsi denuo inquisierant, facta per meritam & intercessionem S. Elizabethæ Lan-

Ad. 1234. n. 1. graviꝝ, ut supra prælibauimus. Centum viginti nouem testibus & iuramento probata Marian. c. 8. adnotasse graues hos Inquistores scribit Marianus, ex quibus cœcis visum, surdis au-

Boof. dec. 4. ditum, claudis gressum, infirmis salutem, naufragis portum, captiuis redemptionem,

1.7. in fin. Marian. lib. demoniacis libertatē, & quod magis est mortuis (quos quinq; enumerat Bonfinius; octo 2. c. 8. chron. Belg. ad huc 20. Theod. I Scheydel) vitâ impetrasse cōpertum est. Quæ probatissimis documentis cōfirmata, Pótif.

8. c. 1. Greg. tradita eum excitarunt, ut communicato cum Patribus Purpuratis consilio post di-

Hartm. 6. ligentissimā tantæ rei discussionem, præsentibus Hierosolymz & Antiochiz Patriarchis,

mudi zrate. multil

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII X. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 26.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 28.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

multisque Episcopis, Perusiz in cœnobio fratrum Predicatorum, sexto Kalen. Junias in ipso Pentecostes die / verius quam in festo Nativitatis S. Ioannis Baptiz, ut habet Marianus, nam & litteras Canonizationis, quas statim offeremus, dedit Pontifex Kalendis Junij post Iustificationem solemnni more, apparatuque magnifico inter ceremonias sacrorum mysteriorum beatissimam Elizabeth in diuarum resulit numerum anno postquam deceperat quinto. In eodem templo Pontifex edificata in aram, Diuœ honori dedicauit, dedieatam ornauit, ornatam Pontificio more dorauit. Patres quoque illius conuentus (ut author est Theodoricus Turingus eiusdem instituti vir Elizabethæ coœvus) festum diem B. Elizabeth valde solemniter regolunt, & deuote, officium tam nocturnum quam diurnum sub melodia officij patris sui sancti Dominici, celebriter peragentes.

II. Ibidem primo die sequentis mensis Pontifex graues dedit literas ad vniuersos Ecclesiarum prælatos, quibus factam hanc canonizationem denunciat, & diem festum S. Elizabethæ coli præcipit 13. Kalendas Decembris. Literarum hic subiicimus exemplar.

G R E G O R I V S E P I S C O P V S , S E R V V S
S E R V O R V M D E I .

*Archiepiscopū, Episcopū, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconū, Presbyteris, Decanis,
& aliis Ecclesiarum Prelatis, ad quos litera ista peruenerint.*

[Gloriosus in maiestate sua Patris æterni Filius Redemptor noster Dominus Iesus Christus, de cœlorum summitate prospiciens conditionis humanæ gloriam, multo concursu misericordia, cui primi parentis culpa dedit initium, deformatam, ineffabili dispositione prouidit, ut & virtutem suam sedentibus in umbra mortis exponeret, & in exilio positos ad libertatis patriam reuocaret. Igitur quia nulli potius, quam ubi suæ facturæ redemptio competebat (eo quod artifici sit, & decens, & debitum, ut quocumque casu depereat quod pulchrius finxit se dignoscitur, in statum pristinum suæ virtutis studio restauretur) in exile vasculum, si tamen sit exiguum, quod recepit hospitem super omnia spatiolum, scilicet in aulam virginis refertam omni plenitudine sanctitatis, de regali throno se conferens, opus inde cunctis visibile protulit, per quod propulso tenebrarum principe de sui redemptione plasmatis triumphavit, terra relinquentis instituta fidelibus, per quæ ipsius ad partiam redderetur transitus expeditus. Huiusmodi quidem pietatis seriem Beata Elizabeth ex regali orta progenie, & Thuringiæ Landgravia grata, solerti meditatione considerans, & iam dicta eligens instituta continuis obseruare studiis, ut dignam perceptione se redderet perpetuæ claritatis, quasi ab ortu vitæ usque ad occasum, virtutum vacando cultui nunquam desit in charitatis amplexibus delectari. Nam in confessione veræ fidei, vitæque dedita sanctitati cœlestis Reginæ diligendo filium, per quem dulcedinem consequi posset cœlestium nuptiarum, ita dilexit & proximum, quod amatum sibi constituens illorum familiarem habere præsentiam, quam eorum inimica corruptio cunctis suggerit effici peregrinam, se in multis sibi reddidit inopem, solicitani fore pauperibus multipliciter affluentem. Quorum ab ætate tenera tutrix esse desiderans, & a matre, eo quod sciret perennis vitæ præmium dilectorum Deo acquiri meritis egenorum, adeo conditionem ipsorum gratam sibi constituit, quam naturaliter facultatis elatio vilipendit, quod etiam licet sibi deliciis, quas offerebat status excellentia conjugalis, deductis pluries in contemptum, corpus delicatum & tenerum reddebat assidue parsimoniaz studio maceratum tanto sibi inerti quantitate proficiens, quanto quod sponte geritur, maioris gratiaz præmio munatur. Quid ultra? Quæque iura sanguinis in supernæ desiderium transferens voluptratis, & imperfectionum quid estimans, si iam viti destituta præsidio, sic residuum vitæ decurreret, quod se ad iugum obediens (cuius sub lege posita maritali, absque ipsius præiudicio amplexatrix exciterat) non arceret, religionis habitum induit, sub quo Dominicæ passionis in se celebrare mysterium, usque in diem ultimam non omisit. O felix mulier. O matrona mirabilis. O dulcis Elizabetha, dicta Dei saturitas, fæqua pro refectione pauperum, panem meruit Angelorum. O inclita vidua virtutum secunda sobole, quæ studens ex gratia consequi quod à natura non poterat indulgeri, diris animæ hostibus per scutum fidei, loricam iustitiaz, gladium spiritus, salutis galcam, & habuit regia.

Narratio E.
Elizabethæ
præconia.

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII X. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 16.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 18.
-----------------------	------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Ram, pessanterantur debellatis sic amabilem immortali sponso se prebuit, sic Reginæ virginum se dilectione continet colligavit, suum deprimito dominium, in ancillis humilis famulatum: sic sanctis Elizabeth antiquis processibus conformè se reddidit, dum in mandatis & iustificationibus Domini sine querela simpliciter ambulauit, Dei gratiam secreto mentis per effectum concipiens, & eandem per effectum pariens, & nutriendis assidue per profectum, quod solum omniam in se sperantium, & exaltatio quorum liber in huc utilitas & innocentia vallisibus positorum, in promissæ suis præmia retributions exurgens; ipsam mortis nexibus expedicam prouexit ad solium luce inaccessibili luminosum. De eius & inexplicabili claritate procedit, quod illius spiritus, & in superni fulgoris abysso rutilat, & in huius profundo caliginis, multis coruscet miraculis gloriofis. quorum virtute catholica, fidei, spei, & charitatis augmenta prouenient, perfidis via veritatis exponunt, & hereticis confusionis multæ materia cumulatur: dum stuporis turbine obvoluti, quod dicitur sanctæ meritis, quæ dum carnis clausa carcere tenebatur, pauper spiritu, mite mente, propria vel potius aliena peccata deplorans, iusticiam sitiens, misericordie dedita, munda corde, vere pacifica, attita persecutionibus, & opprobriis extitit lacescit, vita mortuis, lumen cœcis, auditus surdis, verbum mutis, & gressus claudis, cœlesti dextera conferuntur: partes Teutoniz spatiofas, quas mortis dogmate gestiebant inficere, in doctrinæ cœlestis amplexibus cernunt multipliciter exultare. De huiusmodi quidem & aliis eiusdem sanctæ miraculis, quæ mentis inspecta oculis vberiorem lætitiam proferunt quasi diffusus distincta viderentur, facta nobis per testes idoneos tanta plenitudino fidei, sicut debetur, & competit colenda per omnia veritati. Nos quorum depositum officium his continuè defudare studiis, per quæ augeatur gloria Redemptoris, dictam sanctam, quam sibi ad intuitum placuit suæ maiestatis assumere; de Fratrum nostrorum consilio & assensu ac venerabilium fratrum nostrorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prelatorum omnium, qui tunc apud sedem Apostolicam existebant, Sanctorum catalogo duimus ascribendam. Vniuersitati vestra per Apostolica scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus 13. Calen. Decembris, die videlicet, quo eadem mortis absoluta vinculis, victuta perenniter, ad fontem supernæ prodiit voluptatis, felum eiusdem prout miranda ipsius meritorum magnitudo exigit, celebretis, & faciatis solemniter celebrari, ut id nobis de thesauris cœlestibus eius pia intercessione proueniat, quod ipsa præstante CHRISTO percepisse dignoscitur & possidere perpetuo gloriatur. Ceterum, ut vniuersitati fidelium inuisibilis aula consequendi delicias ex concessa nobis potestate desuper propitiante Domino sit facultas; quinimmo & ut nomen exalteret Altissimi, si sponsa suæ venerabilem sepulcrum fidelium procuremus accessibus honorari, omnibus vere poenitentiis, & confessis, qui se illuc annis singulis devotionis aromata, & sinceritatis insignia deferentes in memorato festo, & usque ad Octavas ipsius contulerint, de Omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confici, unum annum & quadraginta dies, de iniuncta sibi poenitentia misericorditer relaxamus. Datum Perusij Calen. Junij Anno nono.]

His honorificè præmissis, ac fama rei per Alemaniam celeberrime diuulgata Siffridus III. Moguntinus Antistes anno sequenti cum ingenti populum gaudio, levandi sepulchro sanctissimis ossibus diem constituit, citatis insimul aliarum Ecclesiarum præfeci. Quo die incredibile diu est, quanta Marpurgum multitudo conuenit utriusque sexus ordinum & statuum diuersorum. Ex diuersis (inquit Theodoricus) nationibus, populis, & linguis talis ac tanta ibi fuit multitudo collecta, qualis in Alemaniz partibus uno in loco vix unquam potuit, vel in futurum poterit congregari. Eam ad duodecies centena millia peruenisse ait Trithemius. Oblationum vero tam abundans & affluens copia erat, quæ non facile valuit estimari. Præsentibus igitur Imperatore Frederico, auream coronam sanctis reliquiis dicante, Henrico quoque Lantgraui, illustri Thuringorum Principe, vna cum fratre suo Conrado, & matre domina Sophia, Hermanno item filio B. Elizabethi, & Sophia eius filia cum honorificentissimo inferiorum Principum cœtu, Moguntino, Colonensi, Treuerensi, ac Bremensi Archiepiscopis, necnon aliis plurimis templorum cœnobiorumque præsidibus, effosso tumulo, sanctissima levantur ossa. Neque vero contulò; ceterorum cadaverum more, horrendi fætoris exhalatio; sed tamquam reclusa pretiosissimorum aromatum theca, gratissimus odor egressus, omnium, qui adebat, & uares imbuit, & animos ingeti gaudio perfudit. Imposita mox capsa pliaber, ligillis

transcur-
pus mira-
tula.

indivisa-
bus seculis.

Transferen-
sur solemnis-
fime eius ossa
Theod. c. i.

Kranzius I.
7. Metropol.

c. 48.

Trithem. in
Chroa. Hir-
sauz.

Adj. ad Lä-
ber. Schaf.

anno 1236.

Hist. Læg.

c. 47.

ANNO CHRISTI	GRADUO IX.	FREDERICI I.	RELIGIONIS M.
1255.	ANNO 9.	IMPER. AN. 26.	NORM. AN. 18.

sigillis Episcoporum obsignataz; per medium populi, inenarrabili desiderio prestolantis, magnificentissima potopa ossa circumferuntur. Postridic patefacta iussu. Autisticum capsa, compriuntur (visu mirabile) benignissimz miseratricis ossa præter naturam, non parva olei exsudasse, guttationeque sub oculis omni ex parte cicatricæ: quo perlitis quorumvis infirmorum artibus, optara pro voto sanitas tam velociter, quam feliciter conferbatur. Quare ad sanctum ciuietatum eum tantum fieri peregrinationem provinciarum omnium per circuitum; ait ex Alberico Chronicon magnum Belgicum, quanta fere ad sanctum Iacobum Compostellæ.

- IV. Hæc autem quæ sequuntur miracula author virtutis sanctæ heroidis apud Surium constanti veritate ad se percutuisse testatur, quæ ipsis eius verbis expressum; Bonifacius ad compendium reduxit: In primis memoriz proditum est, Henrico Cisterciensi monacho, dies noctesque grauissimis doloribus vexato; ita ut ciuium clamoribusque fratres omnes ad compassionem conuiceret, noctu scemnam candida veste apparerent suassisse, votum Diuæ nuncupare: Elizabethæ. Si consequi sanitatem desideraret; omittenti insecurâ nocte, itidem apparuisse idem quæ dixisse. Illum, quando Abbas Priorque cœnobio absens, consuleo seniore, votum dubitasse; arque sequenti nocte corparente iterum prædicta scemna, signumque crucis edente, contuluisse protinus. Reuersis deinde patribus rem, quæ acciderat, miraculo quidem fuisse: voti vero nuncupationem non admodum probatam, quad dicent, soleat sapere monachos. Cacodæmonum illusione ad malum sub specie boni permoueri; maximè cum nulli monachorū sua sponte votare sic integrata: proinde melius ac securius videti si peccatorum confessione facta animam Deo, corpus cœnobio concederet. Quarto delinc scemnam candem cællatori visam dixisse, quando implere, quod suscepisset, votum intermitteret, in prisca nam esse recusorum infirmitatem; arque, ut antea talis per exigendum, quoad in uniuersum soluere debitu induceret. Quas minas effectu ini: ro è vestigio sequente, monachum, facta sibi potestate, ad iter accindū excepto ita co: u: illusse, ut perso: u: grauiter votu: nihil tale unquam postea sit expertus.

- V. Constat etiam publice cuidam è Moguntino territorio poculum petenti, cum à portiente diceretur: Autem ut dia phlegm. imbibat: protinus immisum esse cacodæmonem. Illam, intuimenter & temeriter, utero, exalatasse, hanc inigerantem sibi per fauces transmissum rationem, miserisque ad inconditæ gelibus, visentes partim per terrefacere, partim ad lacrymas permouere: atque ita per biennium, vexatione durante, demum sarcophago Diuæ Elizabethæ præfertam, cum paululumq. ibidem patis ac vnde sacra insumpseret, confessumque recepta mente exactoque nequam spiritu, cunctis qui aderant, stupentibus ad sanitatem rediisse. Notum etiam apprimè est, Théodorejo Traiectensis diœcesis incolæ, contraquam ac prorsus inutilem, ad humanos vijs, manum habenti, qui bis Diuam Elizabethæ inuiserat, minimò tamen voti corporis effectus, cum tertio plena fide iter esset ingressus, occuruisse virum ætate senili, reuerendo vultu, facundia propta, ac quo tenderet, interrogasse. Cumque ille Marpurgum ad celeberrimam Diuæ Elizabethæ tubam, respondisset, data mox benedictione, subiecisse, ut consequenda salutis certus pergeret, manumque souez sepulchrali penitus inferret, arque deinceps Diuun quoque Nicolauum honore prosequeretur, præterea imprudentes nominasse eos, qui perquisitis sanctorum reliquiis, votisque pro more Christiano solutis, placido discenderent: cum persecutans in precibus ardor, fidesque Deo & sanctis maximè placeret, atque his dictis euauisse illum ciuscemo- di verbis auditis, immisla tuimz manu, perquam coleriter curatum fuisse.

- VI. Celebre quoque admodum est, Hermannum ex Coloniensi territorio, clausum carcere, A morio ei- deruoque constrictum, post invocatam integram fide Elizabethæ, noctu eadem conspexi- lus liberatur. se, consolantemque non signi ingenti letitia audiuisse: in patibulo deinde appensum permissuque iudicis, cum satis ad mortem pensilis fuisse, depositum, presentibus patre ac patruo, mirabiliter reuixisse. Insigniter etiamnum liquet, Bucardum Moguntinæ die- Submersum cesis scholarem, profuentibus aquæ vorticibus, dum incautius pescatur, absorptum via refusa mortuumque; post invocatam per eos qui aderant, supplici voto Diuæ Elizabethæ operi, vita reddicatum esse. Itidem Berelinum, eiusdem territorij puerum quadratum, post indubiz mortis signa diuiciis annotata, imploratis per matrem meritis sanctorissimæ Eli- zabethæ, viuum sanuinqæ surrexisse. Quin & alterum pari ætate puerum, miserabili in pueru eventu prolapsum: facta ad Diuam Elizabethæ devotione per eum, qui cum fortuitu superuenierat, mortuumque difficulter admodum extraxerat, protinusque rediuium in

ANNO CHRISTI.
1235.

GREGORII IX.
ANNO 9.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 26.

RELIGIOSIS MI-
NORVM AN. 28.

*Spposcaus
mirabiliter
aqua, mira-
biliter etiam
renovatur ad
vitam.*

pedes constituisse. Famatum pazzetere non mediocriter est Fredericum è Moguntino ter-
ritorio derandi periclitissimum; cum in amnem se lavandi gratia recesseret, & pauperi cui-
dam olim casso, tunc meritis diuiz Elizabeth videndi, vadas per contemptum insperge-
ret; qui exasperatus coepit vicissim precari, ne unquam viuue, cur innarabat, flumen
egredieretur, vidice Elizabeth, à qua lumen ipse adeptus esset: confessim obstupescen-
tibus fieriis & viibus subiectis, ad ima lapidis instar rufo, exstructioque haud dubie
pro mortuus; post votum diuiz Elizabeth per propinquos invocatum, ex templo pristin-
iūm viuendi munus recepisse.

*¶ parabolae
liberis inas-
perguntur.*

*Manu dolen-
tem sanat.*

*Cecus natu-
rālēm reci-
piit.*

Claram ictum est Iordanem è Moguntina dicēculi innocentiam vna cum fare quodam VII.
deprehensum; mortique pariter adiudicatum, rogasse praesentes pro sc̄ Deum ac diuum
Elizabeth precarentur: ne aliter quam meruisset, supplicium liberet. Nec mora, è duo-
bus in pīribulq; suspensis, strangulato noxio, insontem misericordius accepisse vocem,
confidescit Sanctissima Elizabeth; cuius esset quam priuum patrocino liberandos: sta-
timque capro fūniculo illesum decidisse, exclamansque: Tōtale pietissima Elizabethi
liberasti. Quibusdam autem delapsum appendi de integro debere dicentibus, respondisse
iudicem, hōtē se denuo suspendi permittere, quietem Deus liberasset. Ferunt etiam Volk-
maro, cœnobite sanctitatis exāmīz in territorio Moguntino; qui, concreta molari lapido
manu altera, intentissimis diu noctuque doloribus angebat; post invocationem diuiz Eli-
zabeth subsidium, sub nocturnis tenebris sancte apparuisse, tactuque placido adeo
celerem tuuisse opem, ut cum mane consuetibus restitutam in pristinum decus roaudum
ostendisset, cunctos verterit in stuporem. Palam quoque est, puerum ex eodem territo-
rio, clausis genis ira natum, ut à glabro superciliorum vertice deducta pellicula totos
ocolorum aperte orbes; iam quinquaginta sacerdi diuiz Elizabeth busto presentatum;
postea quam mater imploratis supplici detractione sancte illius meritis, sumptam è sepul-
chro terram destinata luminum arcæ alleuiisset; cum ingenti omnium qui aderant adni-
tatione, dirupta membrana, visum recepisse.

*¶ cura &
curatio re-
gularis.*

*Contra agum
et mala.*

¶ cura mor-
bius cura-
tiva.

*Cecus mor-
bus cura-
tiva.*

*Iustitia ca-
laude, &
musa.*

Nec minoris est miraculi res gesta, quæ sequitur. Beatrix, Moguntini territorij puel- VIII.
la, post varias infirmitates, quibus diu misereque vexata fuīt, ad postremum, ante qua-
dam struma, post vero gibbo enormous excrementibus, duplice pressa pondere, prono
in terram capite, iunctisque ad genua manibus, reptare cœpit, omniumque oculos mi-
serabili spectaculo sauciare. Hanc cum mater ad cumbam diuiz Elizabeth corbi imposi-
tam deportasset, nec vilam per decem dies opem fuisset experita; impatienter admonitum
tulisse fertur, dixisseque: Quid tu, ô domina Elizabeth, omnibus pietatis tuae benefi-
cia confers, & me solam miserissimo infortunij genere deiectam sine solatio derelinquis?
Cumque sic questa, qua venerat, rediret, minitans se ab eius invocatione, quoscumque
posset, auersuram; & iam milliare ampliusque consecisset: pulcherrima quoddam ma-
trona noctu quiescenti pueræ appetens, post contactum blandissima lenitate iugulum
dorsumque, mandat ut surgat, ambuletque. Quæ mox plenissime sanata reddita;
cum postridie, quid per quietem vidisset, matri enarrasset, effecit ut ambæ denio ad
sepulchrum liberatricis suæ redirent, gratias immortales eidem agentes: ac sic Deo col-
laudato, ac dimisso ibidem corbe, pro testimonio tantæ rei, domum quam laetissimè re-
tinerentur. Tradunt præterea, Gertrudem ex eodem territorio, ob crux virtutique con-
tractum, incurvato corpore miseram, in somnis admonitam ad diuum Nicolaum ve-
proficiuceretur, eò deportatam, vnius quidem cruris incommodo liberatam fuisse: ake-
rius vero incolumentem, non nisi contacto sepulchro diuiz Elizabeth recepisse, cùm
prius ad amentiam usque fuisset excruciatæ doloribus. Aliam quoque Gertrudem eius
dicēcisis, cum per annum & amplius, molestissimam fuisset experita cæcitatem, ac ali-
nis semper manibus deducta: ad invocationem diuiz Elizabeth, clarissimè illuminatam
fuisse constat.

*¶ cura mor-
bius cura-
tiva.*

Perquam celebre etiamnum est, Henrico ex Moguntina similiter dicēcisti: cæco pe- IX.
nitus, posteaquam diuiz sepulchrum Elizabeth iniussisset, ita misericordia lucis im-
pensum fuisse beneficium: ut post eidem hæmorrhoidæ ac vitæ desperatione laboranti,
cum puluerem memorati busli aquæ permistum insumpsisset, desideratum prouenit au-
xilium. Mecheildi quoque Trevirenſis territorij pueræ, quæ cæca, surda, muta, & clau-
da erat; suscepit à parentibus ipsius ad diuum Elizabeth voto, opem saluberrimam;
omnipotesta sanitate consecuta, impensam esse, tam veraciter, quam constanter literis
mandatum

ANNO CHRISTI	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. AN. 26.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 28.
1235.			

mandatum est. Sed & Heluuigi, ex eodem territorio feminæ, oculis iam per annum captæ: cum inuocatis diuæ meritæ Elizabeth, ad eius se tumulum duci procurasset, lucem quidem vnius oculi impreseptiarum esse restitutam competit; alterius vero, non nisi domum reversæ, cum ei sancta per noctem adficiisset, monens, ut aræ adhibita, venu-
*Alia etiam
causa.*

tulum sibi panniculo byssino, super quem corpus Christi ponit solitum est, fieri postula-
ret. hocque facto, plenissimam geminatæ locis gratiam proutius collata est.

X. Quid denique Theodorico, Moguntinæ dicæcessis inðolæ contigerit, silentio præterire *Claudiu-*
non oportet. Is utroque cruce debilissimus, nuncupato ad diuam Elizabethi voto, cum *cius.*
eius se tumbz, partim reptando, partim aliorum auxiliis viam confiendo repræsentasset; nec per decursum integri mensis quicquam opis allèguebus fuisset: qua venerat, solita do-
mum tarditate reuertitur. Cum in itinere adhuc constato, iuxtaque alium ægrotorum
noctu quiescenti, visum est perfundi se plurima aqua, totumque madescere. Quapropter
sonno experitus, in adiacentem stomachati cœpit, qui trens ab eo, se vndis esse per-
fusum. Qui tem, ut erat, coniiciens, negat se quicquam liquoris lecto intulisse: subiun-
gitque, credere se perfusionem eiusmodi salutarem ipsi & esse & fore: tantummodo sur-
geret, gressumque inoliteretur. Mira & gloria res. Qui cubitum debilissimus ierat, sa-
nissimus è lecto surtorit: ita ut impotens humero scipiones, quibus inter rebrandum vti
solebar, ad sepulchrum diuæ matronæ, tam viuaciter, quam feliciter tulerit: actisque pro
adepto munere gratias, latu domu remeauit. Hucusque Iacobus Montanus apud Surium.

XI. Andreas aurem sanctæ feminæ patet paulo post canonizatam filiam vitæ finem posuit, *Bonifac. cit.
in fine 1.*
nam statim ab Elizabethæ obitu ingenti tristitia correptus est, quod filia præstantiam, ut
par erat non coluerit, quod item illius humilitatem & misericordiam tolerarit. Vix ab ea de-
functa annos quatuor superesse potuit, nam corporis languor cum tantus inuasit, ut pau-
latim deficiente virtute hoc anno naturæ celerit, sepultus honoratissimo funere in cœ-
nobio quod Egres appellant. Huius vero Andrez progenies Bela IV. videns in cunctis *MS. cod. La-*
terrarium partibus se ipsum, Margaritz suæ tam fulgidæ splendoribus illustrari, mox con-*uanien*
cepit & incepit erga Fratrum Minorum Ordinem, per singula regni sui loca totius pietatis & *; Bela Regis*
familiaritatis viscera frequentius & cumolatius aperire. Namque ut primum suc-*Hungariae cr-*
cessit in regno, ordinavit & præcepit magna & ardua fratribus Minorum fidelitati committi, *sa. Minore*
ac etiam per eorum confilia finaliter terminari. Ipse autem per totum vitæ suæ, quasi con-*affectione*
tinuum cursum, Fratribus Minoribus verus obediens confrater fuit; inter quorum bra-
chia, proximante mortis hora, requiescens, non oblitante multorum contradictione &
allegatione varia, apud Strigoniū in Ecclesia fratrum Minorum nomini S. sororis suæ
Elizabeth consecrata, se præcepit finaliter sepeliri.

XII. Colomannus item B. Elizabeth frater à sorore, velut ab vnguentaria taberna suauissi-*Colomannus*
mum virtutum odorem trahens, nupta sibi Salomea Cracoviæ Ducis filia, Princeps Rus-*alterius fra-*
& Rex Gallieæ potentissimus à principibus eiusdem regni electus aliam vitæ rationem *tru S. Eliæ-*
inivit, quam plerique solent, de quo hæc etiam codex MS. Louaniensis habet. Hos Rex *bethæ pietæ.*
gloriz Dominus virtutum, casti seminator consilij, in totaliter illibatae castitatis bene-
dictionibus præuenire taliter dignatus est, quod prima nocte sui castissimi coniugij con-
uenientes, pari voto, parique consensu, gloriose Virginis Filio Regi Virginum obtule-
runt suæ purissimæ castitatis lilia; promittentes firmiter ea perpetuo immarcessibiliter in-
violatae conservare: quod veraciter complendo; per duodecim annorum spatium & am-
plius simul manentes agnum sine macula sponsum virginum progressu mundissimo sunt
secuti. Colomanno in prælio cum Tartaris cœlo, Salomea, monasteriis fratribus Minoris-
bus, item sororibus sanctæ Clæræ extuctis, mundi vanitatis pertusa, sanctæ Clæræ insti-
tuto se addixit, facta monialis, multis exemplis sanctæ vitæ atque miraculis illustrata, de
qua nos alias dabisimus plura.

XIII. Elizabetha vero vndeque celeberrima, & in aris templisque ad Christianorum cultum *Quomodo se*
exposita, tribus coronis decorata depingitur, cuius causam refert Molanus his verbis: Pin-*Pinxitur S.*
gitur cum tribus coronis ut significetur vitam sanctissimæ transfigisse in statu virginali, *Elizabetha.*
maritali, & viduali; quomodo hanc picturam explicat Iudocus Clichrouzeus integro ser-*Molanus de*
mone, quem vnicum edidit de Natali huius sanctæ viduz.] Aliquando in disco pi-*imagin. j.*
scis præfert ad memoriam miraculose extractorum è fonte piscium ad infirmorum *c. 40.*
appetitum, quod miraculum supra narramus. Iuxta eam pauper nudus adpingitur,
expanso lino rosas monstrans, inde est, quod è coquina acclamantibus ministris cibaria
Anno 1235.
n. 12.

ANNO CHRISTI
1235.GREGORII IX.
ANNO 9.FREDERICI II.
IMPER. AN. 26.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 28.

*Quinque de
ra suspe-
runt.
Vine.lib.51.
c.116
Pisan. con-
fess. 8.
Ant. tit. 19.
c.111.
Rodolph.
fol.138.*

extrahenti pauperibus ante fines palatij languescientibus distribuenda, Rex patres obvia-
ter filiolæ infantulæ quadrimæ inquiretque diligenter quid portaret in gremio sic re-
plete, atque illa responderet. Rosas, atque ita veræ pulcherrimæque apparerent patri-
periculum facienti. Huic simile accidit etiam Elizabethæ Lusitanæ. Scripserunt eius
gesta Vincentius Beluacen. Pisanus, Antoninus, Rodulphus, qui scribit Gerardum quen-
dam Monachum S. Quiorini vitam eius edidisse. Exstat in bibliotheca Minorum Loua-
niensi membraneus liber MS. authore fratre Minore Anonymo, qui se viduisse testatur,
quæ de ea scripsit, & ab aliis certa fide accepisse. Sepe hunc citamus authorem in his quæ
alij omiserunt. Jacobus Montanus Spirensis ceteris exactius Diuæ vitam reculit, cuius vi-
tam exscriptis Sutius & Sedulius, ex quibus præcipua nos transcripsimus. D. Bonaventura
de ea sermonem habet, Pelbartus à Temesuwart res, Clichouatus vnum & alij nonnulli.
Tandem insigni eam decorauit elogio Vincentius & Hartmannus citati. Hæc, inquit, que
victorum fuit extirpatrix, virtutum plantatrix, scala morum, exemplum patientiz, spe-
culum innocentiz.]

*Scribet Pan-
tifex ad Re-
ginae Castel-
le ne laudi-
bus Elizab.
Maria. l.11.
ecum Hi-
span. c.9.*

Nullus præclarus eam laudavit ipso Pontifice, qui data ad Beatrixem, Philippi quon- XIV.
dam Germanie Imperatoris filiam, & Ferdinandi tertij Castellæ, & Legionis Regis vxo-
rem, quam Pontifex ob pietatem & in sanctam sedem affectum sincere diligerat, enco-
miaistica & erudita epistola, paucis à canonizatione diebus ponderosa & pio stylo con-
scripta, impensè Diuam commendat. Eam damus ex regesto Varicano num. 110.

G R E G O R I V S , &c.

Beatrixi Illustri Regine Castelle, Toleti, & Legianis.

Ecclesi.10. [Iesus filius Sirach diebus istis obrulit nobis vas admirabile, opus excelsum, quod forna-
cem charitatis in ardoris operibus custodiuit. Vas, inquam, electum, Domino consecra-
tum, sanctam scilicet Elizabeth, quæ interpretatur saturitas Dei mei, quæ in pauperibus
& infirmis consuevit Dominum sepius saturare. Tribus sane panibus, quos mutuo in no-
ste tribulationis suæ ab amico antiquo recepit, veritatis scilicet, charitatis & fortitudinis
Dominum legitur refecisse, ut veritatis illustrata fulgoribus purificatis effectibus, & mem-
bris corporeis roboratis Dominum intellectu cognosceret, diligeret, per effectum & per
profectum boni operis satiaret. Ne igitur langueret per ignorantiam veritatis, voluntas
per inopiam affectionis deficeret, caro suæ conditionis infirma effectum boni operis im-
pediret, illuminatus extitit intellectus, purificatus affectus, & effectu boni operis spiritu
fortitudinis robustus. Ne autem istorum parcum usum quis prophana facilitate negli-
geret, Dominum dixisse didicimus: *Qui appenditis argentum vestrum non in panibus, &*
subsistis in fructuosum sine satietate laborem, quia quidam argentum eloquentia suæ in spiri-
tu mendacijs, non in spiritu veritatis appendunt, sicut adulacionum artifices, fabri lau-
dis, figuli falsitatis, & alij non in spiritu charitatis, sed vanitatis, & inanis gloriae cupi-
di, quæ nunquam suos satiat amatores, linguam instruunt in urbanitate verborum, la-
borum, morum, & operum dissonantiam fabricantes. Tria quoque ferula in mensa
Dominica coram cæli & terræ dominatore Elizabeth amatrix æterne felicitatis appo-
suit, dum prohibita tenuit, præcepta seruavit, & exaudiuit consilia Redemptoris, quæ
necessaria sibi humanæ naturæ subtrahens, vigiliis, ieuniis, & orationibus debita lin-
gulis iure distribuens, creaturam creatori, sensualitatem rationi, & carnem spiritui ser-
uite coegerit. De hac quidem scriptum est: *Vas admirabile opus excelsum,* vas admirabile, vas
misericordia auro sapientia & lapidibus preciosis, hoc est, operibus incorruptis ornatum, in quo tot effudit Dominus charismata munera supernorum, ut mundaret, &
tergeret vasa iræ in interitum apta, & ostenderet diuitias, & copias gratiarum in vale mi-
sericordia, quod Dominus in gloriam præparavit. O vas admirabile in virtute humilitatis,
abiectione corporis, affectu compassionis, cunctis sæculis admirandum. In humi-
litatis quippe virtute, quæ cum esset de stirpe Regia excellenti principatu dignita-
te præcessa, facta pauperum & egenorum ancilla exitianiuit se formam scrivilem acci-
piens, & usque ad mortem infirmis, peregrinis & pauperibus obedivit. In abiectione
corporis, quia quæ decorari consueverat regalibus ornamentis, murellis aureis,
argento, monilibus, margaritis & lapidibus preciosis, spoliata repente mundana
ambitionis

ANNO CHRISTI 1255.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 28.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

ambitionis exuuiis, habitum pauperis & asperæ veltis assumpsit, ut vilibus iniuncta pan-
dis Iesu Christi Domini nostri incunabulis vagientis, cum eo fieret opprobrium homi-
num & abiectione plebis, & experimens in praesepio vagitus infantis iam cuius celestis effe-
cta, cum Angelis docerat: *Gloria in excelsis.* In affectu quoque compassionis, quia non
solum manus Regia ~~terram~~ aurea plena hiacynthis pietatis propria sordes tergebat infir-
morum, & pauperum, verum etiam lauabat, & alligabat osculans cunctis horrida vulne-
ra leprosorum. Manus si ~~sororilis~~, quia facilis ad opera Redemptoris: *Aurea*, quia scho-
lam charitatis ingrediens, proficiebat in studio pietatis; *plena hiacynthis*, qui colorato ha-
bent ærum, quia pro amore celestis patris copiosæ pauperum compatiabantur. inopis:
O vas admirabile! vas electum! vas misericordiae, in quo tyrannis principibus & magna-
tibus mundi vinum veræ compunctionis propinasti. Inter quos sororium tuum fratrem
Contradum, quondam Langtauium, ætate tenerum, mundo charum, mortalibus gratio-
sum inebriasti præcipue poculo vase huius, ita ut calcantis dignitatum fascibus, reiecta
syndone nudus profugeret de manibus impiorum crucifigentium Iesum Christum ad
asylum crucis cuius simulacrum impressum pectori, mysterium cordi, ut per mythe fasci-
culum posset crucifixi consortium promoveri. Inebriasti quoque poculo vase huius Ag-
netem, ancillam Christi, virginem, natam regis Bohemie sororem tuam, in cuius ætate
tenera rebus asperis expetimur celestis conuersationis insignia, ita ut Imperialis culminis
oblata fastigia fugiens, sicut reptilia venenata, & nuda vexillum triumphale crucis arri-
piens, iam procedat obuiatum sponso suo accensis lampadibus choro sacrarum virginum Matt. 25.
comitata. Opus excelsi: Patris & Filij & Spiritus sancti fuit opus, operatus & operans;
operatum ab auctore naturæ; operans domo gratis exquisita ut omnes voluntates ipsius.
Opus nouum, quod fecit Dominus super terram, quia sancta Elizabeth circumdedit vi- Ierem. 31.
rum Domum Iesum Christum gremio cordis sui, quem affectu concepit, affectu pepe-
rit, profectu nutriuit: ad damna quippe præsentia & futura vitanda processus pueratio
operis novi huius, quæ cautelam præsentibus & futuris indicit. Nunciatione huius ope-
ris ius nostrum conseruarunt illæsum, datum depollitur, utilitas publica procuratur,
nuntiatio proponitur novi operis, ne officiatur lumenib[us] domus nostræ, quæ cognitio-
nis & dilectionis radiis illustratur, ut uno cognoscere, altero Dominum nostrum diligente
valeamus. Sed aduersarius noster Diabolus duos videtur erexisse parietes ut lucem
nobis æterni lumbris obscuraret, ignorantiam cœxitatis in mente, cum dixit eritis sicut dy-
scientes bonum & malum, quia cum homo elatus contra Deum tumultu ignorante cœxi-
tate percosus, lumen veritatis amisit: alium parietem, concupiscentiam in carno constru-
xit, cum dixit: *caro præcepit Deum ne comederesis de ligno scientia boni, & mali;* & mulier vi- Genet. 3.
dens quod pomum visa esset pulchram & ad vescendum suæ, talis & comedis illud, dedis-
que vito suo. Vnde iuxta verbum Domini necessitatem moriendi & penitentes mortali-
tatis incurrit. In primo obscurauit intellectum, in secundo vero deformauit affectum,
ne cognosci possit potentia Creatoris, nec beneficia Redemptoris amari, verum nuncia-
tio huius operis mentem illuminat, & concupiscentiam refranat, si sequi volumus lu-
men Christi, cuius sancta Elizabeth illuminata radiis domicilium humilitatis incoluit, &
abstinentia gula & emulæ deserviuit, ut diruto pariete ignorantie tumore elationis ere-
sto, tenebrarum obduco nubilo claritas ipsi lucis inaccessibilis appareret, & destrueta
macetie concupiscentie sensuialis reformato affectu amorem diuini nomidis inueniret,
fornacem etiam in ardoris operibus custodiuit, quando Dominum & proximum arden-
ter amavit, & habitans cum igne deuorante, ac ardoribus sempiternis, avaritia matre litti-
giorum extinxerat, manus suas à innumeris iniquis excussit. Ideo in excelsis habitat, &
monumenta saxonum sublimitas eius est cœlestium spirituum felicitatibus aggregata, ar-
doris opera, quibus fornacem charitatis iugiter accendebat conditionis, reparationis, &
retributionis esse considerans studio piz intentionis inuenit: quod Deus creauerat ipsam
ad imaginem & similitudinem suam ut eam faceret bonorum suorum participatione
participem, & quæ oculum: non vidit, nec auris audierat, neque in cor hominis ascenderant, æter- 1. Cœlum.
na gaudia præpararet. Ignem igitur dilectionis internæ non solum hac consideratione
triplici custodiuit, sed etiam charitatis lampades semper operibus pietatis accendit, quas Cantic. 3.
nec aquarum impetus, nec ventorum flatus, neq[ue] tortens spinarum tribulationum & an-
guistarum extinxit. Ideoque iam celesti thalamo collocata à Virgine matre Dei, in mu-
licibus benedicta ineffabilis gloriæ diademate coronatum quæ Ecclesiam triumphantem

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI. NORVM ANN. 18.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Iustificans militarem fulgorē miraculorum illustrat. Coecionim vident, surdi audior, muti loquuntur, claudi ambulare, mortui resurgunt & alij variis detenti languoribus recipiunt per ipsius Beatae merita sanitates. Charissima igitur in Christo filia, sancte Elizabeth conuersionis exemplum propter duo posuimus coram te, quasi preciosissimum Margaritum, primum ut in hoc speculo sine macula frequenter aspicias, ne quid in angelis conscientiaz tuaz lateat, quod oculos diuinaz maiestatis offendat. Secundo ut nihil deesse valcat ad ornatum, quod ad decorum sponsaz celestis exigitur, ut cum inuitata fueris ad cubiculum Assueri, scilicet Regis aeterni, appareas ornata virtutibus & pietatis operibus decorata. Dux Perusij. Idus Iunij anno nono.

Quod do. Conradus soror Elizabeth Pontifex ait in Epistola, intelligendum est venit ex historia Lantgrauiorum. Præmisso irreuerenti facinore eiusdem Conradi in Sulfridum Archiepiscopum Moguntinum incendio ciuitatis Friszahl, & captivitate Episcopi Wormatiensis pluriumque Ecclesiasticorum, subiungit Anonymus Ephesfordensis. Postea dictus Princeps (Conradus scilicet Ludouici Lanegravij Elizabeth coniugis frater) reuoluens illud crudele factum in corde suo, cooperante Spiritu S. penitentia datus, ciuitatem Friszahlum intravit, & conuocatis ciuibus in foro publice se prostrauit, & humiliiter veniam petiuit: & ciues in multis bonis libertauit, & decimam quam de terra Hassiae habuit, canonice ibidem proprietatis titulo in emendam tribuit. Demum religioso habitu induitus ordinis Teutonici frater effectus est: & donauit iusto donationis titulo curiam Gristede hospitalis sancte Elizabeth Ecclesiaz, dedicata ab eadem, & fundata in honorem Dei genitricis Marie. Anno Domini 1233. Conradus Lantgrauius iterariens versus Romain, cum transiret Sueviam, intravit curiam Imperatoris Friderici: & honorifice est ab eo receptus cum suis militibus & armigeris. Et postquam ibi multis pluribus diebus, ultra progrediens & Romanum veniens a Papa Gregorio reverenter accepit, & a peccatis suis sibi confessis ab ipso est personaliter absolvitus. Et cum ibi esset, eleemosynas largas dedit, & omni die 24. pauperibus cibum propriis manibus distriauit. De vita S. Elizabeth vxoris fratris sui, & miraculis post vitam factis, frequenter cum Papa collationes habuit, & pro canonizatione eiusdem laborauit: & reveritus ad Alemaniam, in ordine suo diuinis cultibus die noctuque in hærendo profecit: & factus est Teutonicz rex & magister.

Quod vero in eadem epistola vocet Pontifex Agnetem Bohemam, Elizabeth sororem difficulterem habet commentarium. Neque enim sorores germanas esse possunt aut bema cōsan-
guinea fuerint, cum Elizabetha Andreæ Hungari, & Gerorudis Suez, Hungariæ Regum, Agnes Elizabetha, vero Primissai Bohemi, & Constantia Arragonie (ut quibusdam placet) filia in Regis referantur genealogiis. Id solum restat ut consanguinitatis gradu alio à primo, coiu-
gen. 12. 13. & 10. Etz, eo sensu vocentur sorores, quo Abram Sarac vxorem suam, vocavit sororem, & Lot fratrem, cum & illa nepis, & hic fuerit nepos. Quare omnino iudicauerim Con-
stantiam Primissai uxorem, & Agnetis matrem germanam sororem fuisse Elizabetha, Hungaram enim fuisse scribit Dubrauius, licet Thomas Jordanus in adnotacionibus ad eundem, notet nullam fieri vspianam apud Hungaros huius Constantia mentionem, nisi dicatur eam fuisse Arragoniam Emerici Regis Hungari viduam. Sed Zurita p. 1. hæc Alphonso II. & Sancia Arragonis Regibus progenita, postea nupsit Friderico lib. 2. c. 56. Bonifac. dec. 11. ut fuisse scribit Zurita in annalibus Arragonie, & ipse aductor moneret, quam ta-
g. lib. 7. ad men cum Constantia Sicula annosa confundit Bonifacius & Henrico Imperatori nupcam tradit; sed neque est qui generationem huius Constantia Bohemi Regis vxoris attingat, vel percipiat. Id communius Hungaram fuisse Belz Regis filiam facit Dubrauius, sed Be-
la 3. Geycz secundi filius, in cuius dumtaxat tempus hæc cadere possunt, solos super-
stites reliquit Emericum & Andream. Huius autem Andreæ filiam fuisse Constantiam ego iudicarim, licet enim nomine hoc nuncupatam non inuenierim in serie Principum Hungariz, tamen auctor mihi est Paulus Aenaylius præter Elizabetham alias habuisse filias Andream. Huius ergo Constantia filia Agnes recte, neque improprie vocatur à Po-
nifice sacra Scripturæ phrasí, illi familiari, soror Elizabethæ.

Mariano c. 8. Hoc anno teste Mariano, Pontifex Assisium venit è Viterbio Perusium abiens, ubi
M. c. 3. cum expletam teatamque videret utramque Ecclesiam, medium scilicet & supremam,
Consecratum à Pontifice quæ super infirmam, in qua sancti Francisci corpus reconditum est, magnifice consurgunt,

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS Mi- NORVM ANN. 28.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

nica in Albis. Sane consummatam fabricam veriusque Ecclesie mibi probat egregia imago Christi crucifixi; quam superponi curauit frater Helias trahilis seu transuersa trabi euerganez teropl superioris, & quam Giunta Pisanius affabre pinxit anno millesimo ducentesimo trigesimo sexto, subiecta etiam ad viuum ipsius Heliae viua imagine additis sequentibus litteris.

*Frater Helias fecit fieri.
Iesu Christe pie
Misericordie precans Heliae
Giunta Pisanius me pinxit anno Domini M. C. C. XXXVI.
Indictione nona.*

Dederat est hæc imago anno proxime clauso 1623, dum pro solemnibus culusdam viri Principis exequis turculus funerarius superbo fastu ad templi tigna ascenderet, oportenterque transuersam illam trabem, cui superposita crux, intercedid. Illa plane confirmavit descriptionem habitus & capitij, quam ex sancti Francisci sociis & discipulis supra posuimus. Porro vniuersum templorum opus nihil habet commune cum regulis. An. 1208.
architecturæ Vitruvii architecti, quem ex hac arte plurimum commendant, sed struc- D. 6.
ta tota Teutonica est, licet architecti nomen non subsit. A principio eius curam egit He- Descriptio
lias, & ab anno 1236. quo iterum Generalatum obtinuit, unde & turres Campanariz, bormi sum.
ab eo post reliquum opus constructæ, & campanis instructæ, quarum unam ad con- plorans.
uocandum populum factam ipse. *Predicationis* appellavit campanam, quod semper reti-
nuit nomen; alteram dixit campanam primæ, præter quas alias duas campanas fecit sic-
ti, quæ aliquot ab hiis annis disruptæ sunt. In priori & maiori incisa hæc verba.

*A. D. M. C. C. XXXIX. Fr. Helias fecit fieri.
Bartholomeus Pisanius me fecit eum Loteringio
filio eius. Ora pro nobis Beate Francisci. Ave
Maria gratia plena.
Alleluia.*

Cæteras insignes ædificij partes non importune hic describemus, quas perlegere vel à longe & in umbra prospicere, gratum fore lectori non dubitamus. De prima & subterranea Ecclesia, in qua tecum sanguinem pignus, Francisci corpus depositum iam diximus quæ licuit. Secunda & media Ecclesia, in qua communiter Fratres peragunt diuina, miræ & insolitez est architecturæ. Omnibus eandem ingredientibus occultam quandam afflat pietatem, cuius pavimentum variis coloratis, & vermiculatis lapidibus intertextum est. At testudo seu fornix, instar cupæ vel dolij, cum certis quibusdam figuris exquisita arte absolute est: dicunt eas factas à Giotto Florentino maiori ex parte, quem constat sui temporis omnium pictorum fuisse nobilissimum, in illis exprimitur vita Christi Iesu, quæ variis depictæ coloribus, ornatio admiriendæ sunt, & excolendæ. In testudine sunt quatuor trianguli eleganti ordine compositi: In superiori parte ad chorum est B. Franciscus velue princeps in sella reclinatoria, induitus ueste egregia, cuius capiti affixa sunt hæc verba, GLORIOSVS FRANCISCVS. Ibi quoque extar vexillum cum septem stellis, & Angelis circum astanticibus, atque buccinis clangentibus eo spectaculo quo triumphus famæ piangi solet, egregie perpolito, & politissima arte perfecto. In altero triangulo dextrorum est porticus ambulatoria, in prospectu cum columnis, & in medio est figura ueste subnigra indura, cum alijs & diadematæ quadrato, quæ figura, manu dextera tenet iugum, & leua supponit digitum labello instar silentij, ad pedes in signum eximiaz humilitatis est Frater quidam, qui accipit iugum & propriis imponit humeris, super caput figuræ est hæc nota, SANCTA OBEDIENTIA. Hinc pender ad caput Crucifixus, sed solum appetit corpus & plaga lateralis, à qua erupit magnus fluuius sanguinis. Dextrorum est Prudentia biceps cum his notis, SANCTA PRV- DENTIA. habet diadema cum sex inscriptis faciebus. est media figura, sub qua est Angelus duktor eius, & duæ alij figuræ, & respicientes iunctis manibus pte se ferunt magnam

ANNO CHRISTI
1235.

GREGORII IX.
ANNO 9.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 26.

RELIGIONIS MA-
NORVM ANNO 18.

magnam religionem. Ex altero latere est contumilis figura cum subiectis verbis S: A:N:
E: T: A: H: V: M: U: L: I: T: A: S: tenet accensam faculam. Ad pedes est Angelus, & semipho-
no & semicanis. In altero triangulo est arx cum turribus hinc inde, & in medio turris
veluti Gortum terminus, & in apice est fenestra & caput mulieris cum superscriptione
S: A: N: C: A: S: C: I: T: A: S: Astant duo Angeli, quorum alter exhibet regnum, al-
ter vero palmam. Ad pedes Gerrij sunt duæ figuræ, quælibet tenet manum extensam
extra muros, & aspergit aquam super caput donudatæ figuræ. Alter Angelus lauat di-
ctam figuram instar balnearioris: super has duas figuræ, quæ tenent vestem Angelo, le-
guntur hæc verba, S: A: N: C: A: M: V: N: D: I: T: I: A: ex altera parte, S: A: N: C: A:
F: O: R: T: I: T: V: D: O: A: A latore est Angelus lauans, & homo armis cinctus cum parvula
in brachio, & multis aliis figuris; A M: O: R: E: T: P: O: E: N: I: T: E: N: T: I: A: Sub amore
est homo transfiguratus cum his notulis M: V: N: D: I: T: I: A: quæ propellitur ab altera fi-
gura cum his litteris M: O: R: S: In altero triangulo est figura velata, præter manus &
dimidiam partem brachij: manus autem sunt extensæ, & accipiunt munera, quæ duo
Angeli offerebunt. Angelus à latere dextro, & offert vestem, & marsopium: altera offert
prætorium: subter vero quædam subiacet mulier subiecta, & nudatis intra vepres po-
dibus, quæ quamvis ex facie, ex vultu, ex oculis, & ex fronte suspicari possumus, repre-
sentat dominam prosperitatem quam in sponsam suam B: Franciscus accipit. Christus vero à
latere manum interius intingit, atque eius dextram contingit, cum hac inscriptione, S: A: N:
C: A: P: A: V: B: E: R: T: A: S:

In choro Capelle: maioris est quædam egregia pletura, quam dicunt quidam fuisse XIX.
manus & ingenii monumentum Præcij Capanne, à nemine (quod ego sciam) adhuc sa-
tis intellecta. Communis rumen omnium est senectus ab eodem Giotto fuisse expro-
fam, quamvis præ se ferat nescio quid majoris eleganciæ, & dignitatis. Sub hac fornice
modo est altare maius, ubi est tabernaculum pro custodia sanctissimæ Eucharistie ele-
ganter elaboratum, atque opera venerabilis Fr: Matthæi Assisiensis constructum. Altare
vero circumquaque ferreis quibusdam insertis craticibus, & a sulis intortis vallatum est:
sub ara in abdito & secessu conditum est venerabile ille corpus B: Patris, ubi alias fu-
rinum, sive locus erat, in quo fures & improbi homines publice suspendebantur, vulgo
dictus Collis inferni. Nec abs te dignum puto, quia sicut Christus in Caluarie monte
conditus est, ut nobis suo exemplo significaret nulla esse ossa, nullos homines, nullos de-
spicere demoniacos adeò damnatos & desperatos, in quos si intret Christus, non viuisceret:
sic B: Franciscus (Domino concedente) voluit & viuens & moriens in cunctis esse Chri-
stiformis. Ante fontes sacrarij sunt multæ, & hæc quidem insignes & egregiæ pleturæ, &
ut ferunt, manu Antonij Cauallini expressæ, qui de deputus est nomen Cauallini, quia opti-
ma arte fingebat caballos. Ante cancellios illius Capelle in angulo est sepulchrum cura-
crate ferrea, ubi dicunt condita esse quatuor corpora sociorum B: Francisci.

Sepulchra
frorum.

Sunt in hac Ecclesia multa sacella, & quidem pulchra & egregia; Primum est sacellum XX.
Sandæ Catharinæ Cardinalis Egidij Carrillij Albernosij Hispani Archiepiscopi Toletani tituli priuaten Sandæ Sabinz, deinde Sancti Clementis, viri celeberrimi, qui lacra-
tum Ecclesie dominium, & à tyrannis fermetotum usurpatum singulari virtute recuper-
auit, ac resarcivit. Multa huius magnanimiti Cardinalis in hanc ædem beneficia; ad an-
num 1367. quo mortuus est, recensebimus. Neque id mirum, si quantumvis magna la-
cam basilicam concesserit, in qua meruit reconditum videre preciosum thesaurum cor-
poris Sancti Francisci; quod eum venerabundus contemplatur, & impressa Christi
vulnera notare, exclamasse dicitur; vel salutem Franciscum ad confirmandam Christi re-
ligionem satit fuisse. Quæ monasterio legauerit, præfixo illo tempore numerabimus ex
ipso eius testamento, quod ad vitam subiecit Antonius Docampus, atque
alia dabimus ex Ioanne Ginesio Sepulueda, qui graui stylo Cardinalis res gestas descrip-
tit. In dicto sacello iacuere per aliquod tempus Illustrissimi viri ossa, inde in hominum
humeris translata Toletum, ut suo tempore diceatur. Sequitur deinde aliud sacellum D.
Antonij, in quo est sepulchrum D. Blasii Fernandi Marchionis Anconitanæ Marchiz,
Bononiz Redoris, necnon Ducis Spoletanæ, in quo etiam contumulatus pater Garfas,
qui propinquui erant prædicti Cardinalis consanguinei. Sepulchro incisa hæc carmina
impolita.

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 28.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

*Magnanimus miles, prudens, pius, egregiusque,
Cultor iustitie, rigidi severior honesti
Blasius Fernandi, pacis compertor amata,
Hispanus natus, mortua venustate praeclarus;
Anconitana Marchio Marchia tempore multo,
Rector Bononiae: Dux Spoletanus habetur.
Lucius iste senator, bellique maximus auctor.
Produs hic Burgo Laci, mortator ibidem,
Et genitor Garziæ, acerba morte peremptus.
Hicque iacent ambo genitor genitusque dicti;
Quos Deus Elysium proponas sedibus altis.*

In capite Ecclesie è regione sepulchri Diui Francisci tumulara est regina Cypri, quæ reliquie sacro Conventui ducenta millia aureorum, & pudicissimum vas Porphyriticum absque base sive pediculo, quo modo loco pilæ utuntur ad aquam lustralem, qua homines pie asperguntur. Portam huius Ecclesie minister Generalis Franciscus Samson porticus quadam egregia exornauit testo inclusa ob repentinis imbris, ut hæ litteræ declarant, *Fr. Franciscus Samson Generalis Minorum fieri fecit 1487.* circum circa sunt 12. turres teretes: & in unaquaque illarum est inferior testudo petra granis rubor in memoriam 12. Apostolorum ignis Spiritus sancti ardorem praetendens. Tribuna vero est albi lapidis in honore B. Virginis.

Sed quantum spectat ad superiorem Ecclesiam est usque adeo eleganter constructa, ut ^{De arca Ecclesia.} nihil pulchrius videri posset illo seculo, nec structura huius Ordinis inuenitur in toto orbe, suas habet portas congrua dimensione venustas, medium cæteris ampliorem, in testo stellæ affixa aureæ, & color impressus æreus veram cæli faciem simulatur. Sunt in choro sedilia ex materia nobili, arte quam vocant Tariscam, sculpturis & imaginibus insignia, quem seruunt Magistri Samsonis opera constructum, cuius expressa imago conspicitur artificio vero Dominici Sansuerinatis Vmbri. In cuius ingressu supra ianuam est ibi oculus virtutis, unde transmittitur lumen in morem Cyclopis latè patens in modum trianguli, in quo est imago vera (ut dicunt) Beati Francisci opere Mosaico intertexto, opus (ni fallor) Cimaboni. Hinc utramque Ecclesiam est spatium octipedale, ne populus ambulans super pavimentum superioris Ecclesie impedimento sit cæteris in Ecclesia inferiori. Innicitur autem pavimentum superioris Ecclesie lignis abiegnis. Sunt quoque in eadem Ecclesia quædam picturæ egregia manu Cimaboni & Giotti elaboratae, Organa fieri curauit Magister Petrus Antonius Nucerinus Generalis post annum 1574. quo electus est. Sed quod plurimam accessionem dignitatis habet est turris Campanaria, ita quidem emineos ut arx potius videatur quam turris.

Præter trianam hanc Ecclesiæ conuentus, seu fratum domicilium profundas habet radices, & altissima fundamenta propter torrentem inundantem. Sextus 4. Pont domum collabentem & ruinam minantem fortissimo muro, quasi rostro quodam vallauit anno 1480. & hodie quoque nomen ipsius retinet. Alteram partem Conuentus construi fecit F. Helias, ut aperte declarare figuræ quædam & inscriptiones Cisternæ prioris impluuij. Innocent. I. V. Papa fecit construi alteram partem, reliquam Cardinalis Egidius, quem supra memorauimus. Admiranda plane & magnifica est undeque strucutra, tantæque molis & maiestatis ut inspectores confessim in eam trahat considerationem, quanta arte, quibus sumptibus, quoto tempore opus fuerit ad tantam extruendam machinam in ruinoso collis præcipito. Floruerunt semper in hac æde vici sanctissimi & doctissimi, neque hoc nostro seculo desunt, qui tam religione, quam litteris tantam ædem exornent. Plures ipse vidi & colui anno 1618. quo sacra hanc domum inuisi, in quæ preciosum illud granum emortuum fructum afferre decoris & virtutis.

Præter sacrum illud corpus Francisci in eo templo seruantur & visuntur alii preciosæ reliquie. Primo quidem multa in subterranea æde requiescent corpora sociorum Sancti Rectoris, & in altari præcipuo templi secundi est costa Sancti Ioannis Baptiste, quam ibidem collocauit Innocentius Papa, iacet ibidem B. Jacoba de Septem soliis cum duobus filiis, ex altera parte prope suggestum. In Sacario est de ligno Crucis, quod fuit approbatum à Sixto I. V. ibidem est capsula plena reliquie, sunt etiam duo dorsi, unus B. Petri,

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 18.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

B. Petri, & alter B. Pauli, reliquias Sanctorum Innocentium, de Virga Aaron, de baculo S. Joseph: Crux una lapidibus preciosis ornata, quam dedit Nicolaus IV. Papa. Tabernaculum cum cuspidi clavi Christi, quem tulit Manuppellus Ursinus generalis Capitanus Sedis Apostolicæ à Terra sancta, una cum velo B. Virginis in quo fuit inuolutum corpus Christi in praesepio: est pars tunicae B. Virginis: Sanctus Bonaventura tulit partem vestis Christi, cilicium Sancti Francisci, partem quoque deculit Sixtus IV. & partem vestis, in qua mortuus est B. Franciscus Romam asportauit. ibi est tabernaculum cum sanguine lateris Sancti Francisci, est cornu eburneum magni Solchani, Ægyptiorum Imperatoris, & duæ virgæ, quibus auditoribus silentium indicebat. est pars tunicae Sancti Ludouici Regis, & alterius Ludouici qui fuit Episcopus. est caput B. Rufini socii B. Francisci. est pars tunicae B. Claræ, & de capillis eius. est tabernaculum cum chorda quam B. Franciscus viuens deferebat ad nudas carnes. Dens S. Blasij, & digitus. in altero tabernaculo sunt capilli Sanctæ Catharinæ, septem capita Virginum sociarum S. Ursulæ. duæ imagines depictæ S. Lucæ. Crux cristalli, quam dedit Sixtus IV. & alia multæ reliquias, quarum exacta non habetur notitia.

Dum adesset Minister Generalis vir pius & sanctus Ioannes Patens consecrationi XXV.

Marian. c. 8. veriusque Ecclesiæ (à qua totius narrationis rerum Assisiatis cœnobij ductum exordium)
Ant tit. 24. & Pontificem comitaretur Perusium, inde mittitur legatus in urbem ad emolliendos &
c. 9. flectendos animos Romanorum. Hoc namque tempore Romæ seditio popularis exorta
Caecion. in grauiter Pontificios affligebat. Aliquot enim ciues authore Hannibaldo Senatore, è fa-
Greg. 9. mili Hannibalda ab Ecclesia rebellarunt, clericis & Tuscis populis Romanæ Sedis ve-
Minister ge- stigalibus grauissima onera, & tributa indicentes. Nihil omisit Ioannes Minister, per quod
neralis labo- reducendos ad iustum & æquum atque ad Pontificis obedientiam putarant. Orabat, insta-
ras in sedan- bat, prædicabat, modo Pontificis merita, modo clementiæ & iniuiatarum faciem in eo ve-
du Romanu- niam proponebat, modo criminis pondus & rebellionis scelus ponderabat, modo divini
sed frusta. numinis iram, & futuram vltionem prædicebat. Per quæ dum nihil in duro & tumultuoso
populo proficeret, ascendens in locum altum quodam mane in spiritu feruore numero-
sa coram multitudine prænunciauit magnam ibi cladem citè superuenturam; quod ipso
facto apparuit. Tyberis enim supra modum exundans, multa Romanis damna attulit,
& tanta fame, & peste laboratum est ut vix decimus quisque superfuerit. Territus tot ca-
lamatibus populus, iram hanc Dei esse credens, nobilissimos cives Petrum Frangipani-
num Cancellarium & Pandulfum de Subura ad Pontificem Perusium legatos mittit, ora-
tum ut ad urbem rediens, tot miseriis opem ferret. Pontifex mira clementia vsus ad ur-
bem rediens, populo quidem pepercit, Hannibaldum vero Magistratu abire iussit, fru-
menta vndique comparata, esuriensi plebi distribuit.

Abiens supradictus Minister cum socio ad Basilicam Sancti Pauli visitandam ingref- Marian. cit. sus Ecclesiam sanctæ Mariz, quæ dicebatur in turri, extructam prope Apostoli Basili- Chio antiq. cam, requieuit parumper in domo editui. Præ foribus bubalinus quidam custos multa insana, alia blasphemia euomebat. Correptus à viro pio dixit satis recte se loquunt, ne- pibet osm que blasphemiam villam protulisse, addiditque. Deum bonum apud se esse, & melio- rem illo quem fratres colebant. Maiori cura detegendo homini institit Ioannes, & tan- deinde sagaci examine comperit à diabolo obsessum, cuius potestati se tradidit aliquando, tædio affectus colligendi sui gregis hinc inde dispersi. Ductum per manum statuit ad ostium templi Sancti Pauli, ipse vero cum socio, qua potuerunt teneritudine, orauerunt ut Dominus per merita sui Apostoli miserum à tanta liberaret seruitute. Paulo post redeuntes inuenierunt clamantem & veluti immotinatem mortem horrentem, dicentem que fratibus; ut quid immisericordes pro me orastis? Deo enim meo me priuasti, qui è regione positus totus iracundus mihi mortem minitatur propter reuelatam vobis eius in me potestatem. Videntes fratres se partim exauditos in electione dæmonis ad orationem redierunt, donec complete miserum redemerunt à mali domini potestate. Vocati secum per aliquot dies egerunt curam, sacris munierunt contritum sacramentis, & per aliquot menses commissi sceleris penitentem, tandem admiserunt in conuersorum, numerum, inter quos pie & devote vixit, atamen ne ei pena reseruaretur in posterum, con- cessa fuit malo illi antiquo hospiti. portas diuexandi hominem per biennium, quo ex- pleto placide deinceps viuens sancto fine vitam terminauit.

Superiori anno Pontifex vbique prædicari iussit sanctam Crucem aduersus Saracenos XXVII pro

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI I. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS M. NORVM ANN. 48.
pro defendendis locis sanctis Palestiniæ & ciuitate sacra Ierosolymorum: imminebat enim tunc terminus induciarum à Frederico Imperatore & Soldano pauperum, timuebatque Gregorius ne violentiori imperio Christianorum adoriretur orbem, refectisque viribus: conto pacis tempore sanctam denuo oppeteret ciuitatem. Tenorem bulle ad Anglos missa hic ex Parisi insero, ut ex instructione hac, vel desiderio Póificio clarius innotescat quid in huiusmodi functionibus incumbebat Minoribus, quibus magna pars huius oneris cederet per quam frequenter, ut ex plurimorum Pontifici gestis licebit conspicere, quos etiam per Franciam eandem Crucem simul cum fratribus Prédicatoribus publicasse afferit Pro. Iosephus Lucensis illorum etiam temporum author, cuius chthonica MSS. accepi ex Biblioteca Aniciana in vrbe constructa cura & solicitudine Domini Constantini Caetani Benedictini Abbatis S. Baronti. Et negotium crucis prosperatum ait Matthæus Westinghasteriensis in manibus Minorum & Prédicatorum.	Predicatio cruci prae- parata per Pra- dicatores & Mi- nori.	Parisi anno 1234. &c. 1235	Pro. Lucen. lib. 2. c. 36.

*Gregorius Episcopus, servus servorum Dei: universis Domini nostri Iesu Christi fidelibus
per Regnum Anglie constitutis, ad quos iusta ista peruenierint,
salutem & Apostolicam benedictionem.*

[Rachel suum videns in veritate fidei cognitione principium accrescentium in salutem, & filiorum dexteræ pia mater sancta Romana Ecclesia, cuius magna est quasi mare de sue prolis intercessione contritio, vocem lamentationis, fluctus, & luctus emisit haec tenus, & emittit, quam audiri cupimus in excelso, ut per diem & noctem fidelium oculi doloris lacrymam deducentes, non taceant, & donec misereatur Dominus, non quiescant. Lamentatur autem, quia domus celestis panis, mons Sion, unde lex exiit, ciuitas Regis magni, de qua dicta & scripta multa gloria, terra quam Dei Filius fuso pro nobis suo sanguine consecrauit, regni robur perdidit & fortitudinem. Flet, quia quondam libertas cecinit, ibi pressuræ gentis immundissimæ scandalorum spurcitæ, abominabiles tumultus, & schismata suscitauit, ac innouans exordia præeriorum misit ad desiderabilia manum suam, & sacrorum ordinum pias leges, & ipsius naturæ iura telegans à templo Domini, diuersis ibidem spurciis & detestabilibus ac ignominiosis vitiis introductis, turpiter in suo stercore computrescit. Et ideo Hierusalem in suis derisa sabbathis, obsorduit quasi polluta menstruis suos inter inimicos. Nam licet dudum charissimo in Christo filio Frederico Romanorum Imperatori semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Regi illustri, ciuitas eadem præter templum Domini, fuerit restituta: tamen quia Deus omnipotens tunc magnificentius agere cum populo suo Christiano non adiecit, Imperator prædictus creugas init cum Soldano, quem terminus adeo est vicinus, quod tempus medium preparationi vix sufficere creditur, nisi ad queque necessaria per promptitudinem, spem & feruorem fidei festinetur. Ad eius ergo succursum nullum tedeat peregrinari, & pro pax certare cum spe victoræ, pro corona pugnare, mori pro vita, pro illo sustinere dura & tristitia, qui confusione contempta, sputo conspersus, cæsus alapis, flagellis afflictus, coronatus spinis coram Pilato sisti tanquam multorum criminum reus, pertulit. Crucifixus ad ultimum, & potatus felle, lancea perforatus, emittens cum clamore valido spiritum, pro conditionis humanæ viribus reparandis, cursum presentis vice saturatus iniuriis consummauit. Hic est, ut repetamus altius, qui de paterno solio gloriar, cælis mirabiliter inclinatis, ad nostræ mortalitatis ima descendens, non dignatus est Deus & homo creator fieri creatura, suscipere dominus formam serui: ut qui non poteramus per nostram iustitiam sperare veniam, consecuti per hæc gratiam inauditam, heredes Dei, coheredes vero Christi, diuinitatis consortium, felicitatis æternæ participium sortirentur. Et licet per gratiam adoptati, quotidie causas ingratitudinis cumulemus, ipse tamen abundat in diutinis bonitatis, dum propter diuersitatem voluntatu, virium facultatem delinquentibus, diuera pro tempore satisfaciendi genera contulit, varia medendi languentibus remedia suscitavit, dum terram in qua nasci, mori & resurgere voluit, tam diu ad exercitationem fideliū ab infidelibus detineri permittit, cum non sit abbreviata manus Domini, nec virtus eius in aliquo diminuta, quin etiam, sicut fecit cuncta de nihilo, liberare valeat in nomento. Sed illas compassionis & dilectionis gratias exquirit ab homine, quibus ad om-

Mat. 16.
Mar. 10. 24.
Luc. 14.
Idem c. 17.
Mar. 15.
Ioh. 19.

ANNO CHRISTI
1235.GREGORII IX.
ANNO 9.FREDERICI II.
IMPER. ANNO 26.RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 28.

P. 111. illis consummationis finem legisque plenitudinem ostendēdam ipse prior homini perditō & damnato voluit miseratus adesse, qui nullatenus permisisset manus impias contra pios vsque adeo torborati, nisi & suam vindicari de nostra confusione prouidisset iniutiam, & fetuari nostrā de sua victoria disciplinat. Sub hac occasione delicati plurimi satisfacere pro modo criminum non valentes, nec volentes velut in profundo malorum penitus desperassent, nisi occurrisset eis hęc tabula, ut per hoc compedium suis peccatis pro Christo animabus consummati, breviter multorum temporum spacia compleuissent. Multi etiam inuenire locum, vbi steterunt pedes Domini, cupientes prius ad brachium sine cursu, vel prius ad coronam sine gladio peruererunt, illo suum remunerante militem, qui solam considerat in oblatione voluntatem. Ut autem propter premissa fideles efficaciter & potenter expurgentur, nos de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apoltolorum authoritate consili, ex illa quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque soluendi contulit potestatem, omnibus qui laborem istum in propriis personis subierint, & in expensis, plenam suorum peccaminū, de quibus veraciter fuerint corde cōtriti, & ore confessi, veniā indulgemus, & in retributione iustorū salutis x̄teriaz pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dūtaxat expensis, iuxta facultatem & quātitatem suam viros idoneos destinauerint, & illis similiter, licet in alienis expensis, in propriis tamē personis accesserint, plenam suorum cōcedimus veniam peccatorū. Huius quoque remissionis volumus & cōcedimus esse participes, iuxta quantitatēm subsidij & deuotionis affectum, omnes qui ad subuentiōnem ipsius terræ de bonis suis congrue ministrabunt. Personas quoque ipsorum & bona, ex quo Crucem suscep- runt, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, necnon & eadem sub Archiepisco- porum, Episcoporum & omnium Prælatorum Ecclesiæ Dei defensione consistant. Sta- tuentes, ut donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integra maneat, & secura consistant. Porro Ecclesiarum Prælati, qui in exhibenda iustitia crucisignalis & eorum familiis negligentes extiterint, sciant se grauiter puniendos. Quod si quisquam contraire præsumplerit, per Ecclesiarum Prælatos appellatione postposita, censura Ec- cleſiastica compescatur. Si qui vero proficiscentium illuc ad præstandas usurpas iuramen- to tenentur asticti, credidores eorum per Ecclesiarum Prælatos, ut remittant eis præsti- tum iuramentum, & ab usurparum exactione desistant eadem præcipimus distictione compelli. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit usurparum, eum ad restitutionem earum simili cogi animaduersione mandamus. Iudex vero ad re- mittendas ipsis usurpas, per sacerdotem compelli præcipimus potestatem. Et donec illis remiserint, ab vniuersitis Christi fidelibus, tam in inercionibus, quam in aliis per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. Iis vero, qui lu- dæis debita soluere nequeunt in præsenti, sic Principes sacerdotes utile dilatione pro- videant, quod post iter arreptum, usquequo de ipsorum obitu vel reditu certissime co- gnoscatur, usurpatum non incurvant incommoda, compulsis Iudexis prouentus pigno- rum, quos interim perceperunt, in sortem, expensis necessariis deductis computate. Cum huiusmodi beneficium non multum videatur habere dispendij, quia solutionem sic prorogat, quod debita non absorbet. Ut autem Terræ sanctæ subsidium diuisum in pluri- mos facilius impendatur, obsecramus omnes & singulos per Patrem & Filium & Spiritu- rum sanctum, unum solum verum x̄ternum Deum, postulantes vice Christi, pro Christo, ab Archiepiscopis & Episcopis, Abbatibus & Prioribus, & tam cathedrali- um, quam aliarum conuentualium Ecclesiarum capitulis, & clericis vniuersis, nec- non ciuitatibus, villis, & oppidis competentem numerum bellatorum cum expen- sis necessariis, secundum proprias facultates, in succursum Terræ sanctæ alacriter destina- re. Et si ad hoc unum quodlibet non sufficiat, plura coniungantur in unum: quia pro certo speramus quod personæ non deerunt si expensæ non defuerint. Postulantes hoc ipsum à Regibus & Principibus, Comitibus & Baronibus aliisque magnatibus, qui forsitan per se- ipsos personaliter non accesserint ad obsequiū Crucifixi: à ciuitatibus vero marinis, nauale subsidium postulamus. Clericis vero ad hoc negotium necessariis prouidimus indulgen- dum, ut omni contradictione cessante, beneficiorum suorum prouentus propter hoc va- leant ad triennium pignori obligare. Ita tamen, quod illi quibus committendos duxer- int, vel etiam obligandos, infra præscriptum tempus cum ea integratæ pronentus percipi- ent.

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 28.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

piant antedictos, cum qua ipsi eos perceperunt, sic in Ecclesiis in quibus ipsos obtinenter, personaliter residerent. Quia vero subsidium Terræ sanctæ mulrum impediri, vel retardari contingeret, si ante susceptionem Crucis quemlibet examineare oportere, an esset idoneus & sufficiens ad huius votum personaliter prosequendum: cōcedimus, ut (regularibus personis exceptis) suscipiant quicunque voluerint signum Crucis. Ita quod si virgines necessitas aut evidens utilitas postulauerit, votum ipsum de mandato Apostolico possit commutari, aut redimi, aut differri. Vniuersis autem Ecclesiis Prælatis districte præcipimus, ut singuli per loca sua, illos qui signum Crucis deposuerunt, resuovere, ac tam ipsos quam alios cruce signatos, & quos adhuc signati contigerit, ad reddendum Domino vota sua diligenter moneant & inducant. Ceterum, quia cursarij & piratae nimis impediunt subsidium Terræ sanctæ, capiendo & spoliando transcurrentes ad illam, & ab illa reuertentes, nos eos & principales adiutores & fautores excommunicationis vinculo innodamus, sub intermissione anathematis inhibentes ne quis cum eis scienter commu dicet in aliquo venditionis vel emptionis contra eū, iniungentes rectoribus ciuitatum & locorum suorum, ut eos ab hac iniquitate reuocent & compescant. Alioquin, quia nolle perturbare peruersos, nihil aliud est quam souere, nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare, nos in personas & terras eorum seueritatē Ecclesiæ curauimus exercere, cū tales non inibit, quam Sarraceni aduersentur nomini Christiano. Innouamus præterea excommunicationis sententiā in Later. Conc. promulgatam aduersus eos, qui Sarracenis arma, ferrum, & lignamina deferunt galeiarum, quique in pyratis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis, vel quibuslibet aliis, aliquot eis impendunt cōfliuum, vel auxilium in Terræ sanctæ dispendium, eosque rerum suarū priuatione mulctari, & capientium seruos, si capti fuerint, fore censemus: præcipiētes, ut per omnes urbes matinas diebus Dominicis & festiis huiusmodi sententiā publice innouetur. Et talibus grēmiū non speriatur Ecclesiæ, nisi tqtum quod de commercio tam dānabili perceperint, in subsidium Terræ sanctæ transmittant, ut zquo iudicio, in quo deliquerint, puniantur. Quod si forte soluendo satisfacientes non fuerint, sicut alias reatus talium castigare, quod in pœna ipsorum aliis interdicatur audacia similiū præsumendi. Quia vero ad hoc negotiū exequendum est pēr maximē necessarium, ut Principes & populi Christiani ad inuicē pacem obseruent, iuxta quod statutum est in Concilio generali, volumus & mandamus, ut saltem per quadriennium in toto orbe Christiano pax generaliter obseruetur, ita quod per Ecclesiis Prælatos discordantes reducantur ad plenam pacem aut firmam treugam in uiolabiliter obseruandam. Et qui acquiecent forte contempserint, per excommunicationem in personas, & interdictum in terras arctissime compellantur, nisi rāta fuerit initiatorum malitia, quod non debeant pace gaudere. Quod si forte censuram Ecclesiasticā vilipenderint, poterunt non immrito formidare, ne per auctoritatem Ecclesiæ contra eos tāquam perturbatores negotiij Crucifixi, secularis potentia inducatur. Accingantur igitur omnes filii adoptionis diuinæ ad obsequium Iesu Christi, dissensiones & lites in pacis & dilectionis fœderis commutantes, credendo firmiter quod si vere confessi fuerint & compunēti, felici commercio laboribus suis, qui citè transcurrunt, eternam requiem mercabuntur. Datum Spoleti 1. Non. Septembris. Pontificatus nostri anno 8.]

Monet vero Paris quod hoc anno assignati sunt Prædicatores à Domino Papa in hoc opus Crucis & animarum aberrantium lucifactionem per orbem vniuersum, fratres de de ordine Prædic. ac Minor. cum magistris in Theologia perfectis, ut pote magistro Ioan. de S. Albano oriundo, aliquando Decano S. Quintini, postea thesaurario Ecclesiæ Sarisperiensis, & aliis viris discretis, ac sanctis, qui in opus Euangelij profecti prædicauerunt vbiq̄e Domino cooperante & sermonem confirmatè sequentibus signis Habuerunt autem ex mandato Apostolico prouinciatum Archidiaconos & Decanos, qui in locis singulis parochianos viros & mulieres conuenire fecerunt, ita ut nullus remaneret, sub pœna anathematis quia eorum prædicationibus interesset. Quo factum est ut Barones multos Sanct. eis. 1. teste Marino Sanuto, plurimos milites & populares, nec non clericos cruce signarint. 3. P. 11. C. 14.

Rescriit autem idem Parisius patulum cuiusdam ex Minoritis miraculudo, quo testatum voluit Deus, quām probatum habuit hoc opus sanctæ crucis prædicandæ. Contigit inquit, hoc an. 3. Idus Iunij in villa de Clare, vbi magister Rogerius de Lewes, frater quidam de ordine Minorum, pro negotio crucis Euangeliū in Dominica prædicauit, ut mulier quędam omni membrorum officio iam per triennium destituta, pœnam metuens excom-

Præd. & Mi-
nori. strenue
prædicans
cruce.

Miraculo pro-
batur praxis.
ratio Crucis.

ANNO CHRISTI
1135.GREGORII IX.
ANNO 9.FREDERICI II.
IMPER. ANNO 26.RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 28.

municationis, pauculum quod habuit argenti, cuidam viro sibi vicino contulit, qui eam in humeris suis ad locum veheret predicationis. Vbi cum gemens iaceret & lugens quoque vir Dei predicationem absoluisset, motus compassione super gemitibus mulieris, quam lugentem iacere cōspexit, accessit ad eam, atque causam ad quid illuc venisset, inquisivit. Quæ cum diceret, quod metu excommunicationis ad locum sermonis fuisset delata, precepit ut iret in domum suam nesciens quod membris omnibus esset dissoluta. Sed cum astantes vicini eius testarentur, quod omnium erat vsu membrorum iam elapsio triennio priuata, interrogabat, si crederet quod Deus potens erat ut sibi, si vellet, redderet sanitatem? Cui illa: Credo, domine. Tunc vir Dei mulierem inter brachia complectens, leuavit eam fiducialiter, & ait. Sanet te Deus omnipotens, in quem credis. Et cum mulier ad vocationem iubentis se erigeret confidens in Domino, cœperunt ossa eius & nerui cum compagibus dum surgeret crepare, ut visum sit astantibus, quod omnia ossa eius in frusta fuisse comminuta. & sic mulier sanitati pristinæ restituta abiit in domum suam exultans, & magnificans Dominum, qui talen seruis suis conculit potestatem.

Licer vero hanc ex virtute & sanctitate laudet Parisius, alios tamen non leviter taxat XXX ex Prædicatoribus & Minoribus, quod ampla per Pontificem autoritate concessa abusi sunt in tumorem & fastum, delegati facti Pontificis, sui etiam iuris effecti Sedi Apostolicæ immediati, ita quod solum Cardinales Legatos agnoscebant superiores. In tanta libertate & dignitate in multis disciplinæ regularis vigor attenuabatur, & vel inuitis adhærebat puluis gloriæ mundanæ, contagio item conuersationis sæcularis, à qua eos retrahere non

Ingeni mali Poterant prælati eorum ordinarij regulares, qui quid in suis subditis requirendum & corrugendum sit melius agnoscunt. Tenere hoc ipsum deplorat illius temporis vir *candidus & doctus*, Thomas Cantipratanus ordinis Prædicatorum, qui exemptiones huiusmodi regularium ab obedientia suorum Prælatorum ut adhærent viris Principibus pro cruce prædicanda, pro conuertendis infidelibus, pro missionibus, vel aliis huiusmodi quibus cuinque ab ipsis religiosis procuratos, nouum vocat genus apostasie. Et ne nostro, inquit, tempore exortum malum intactum penitus prætermittam, nouum genus apostasie antiquus ille deceptor diabolus adinuedit. Non solum de antiquis, imo heu de perfidissimis ordinibus fratrum Prædicatorum atque Minorum increuerunt quidam, qui nec statum suum, nec ordinem reputantes, impudentissime se iungunt maiorum consortis Prælatorum: ut per predicationem crucis, aut alio aliquo officio mediante, à prælatorum suorum obedientia penitus eximantur. Heu quam fera, heu quam pessima, & ab omni professione religionis aliena exemptio talis est. Et ideo iusta Dei vindicta visum est, quod qualiscumque necessitas incumbit ecclesiæ, & & dispensata per tales, vix finem bonum & debitum sortiantur. Quin potius prælati boni, superiores Ecclesiæ in moderamine constituti, maioribus committent ordinum Prædicatorum atque Minorum i tanquam eis qui diligenter vultum sui pecoris inspexerint, ut tales de suis ouilibus assignarent, qui conscientia timorata & viribus expediti non suæ quererent, aut suorum, sed pura, & pure quæ Christi, volo, teste Christo, sponsor esse pro talibus, ut si per eos debita negotia non prosperentur Ecclesiæ, mendax & periutus inueniat in die tremenda ante faciem iudicantis.

Pauperes Quo tamen in precio tunc habiti sunt humiles & obedientes eorundem ordinum fratres, qui secundum regulares constitutiones vitam agebant pauperum à fastu alienam, ex eodem Cantipratano, lepido obiter exponimus argumento. Vallis-Ducis, inquit, in Brabantia monasterium est quod nobilis Dux Brabantæ Henricus, huius nominis secundus Margareta filia sub rigore Cisterciensis ordinis, præparauit. Huius primam Abbatissam vidimus nobilissimam Aleidem, quæ naturali ingenio, virtute & gratia clara fuit: ad visitandum autem monasterium Villatiensis Abbas Guillelmus, postea Clareuallensis, secundum ordinem accessit. Tento capitulo, à quibusdam accusata est Abbatissa, quod fratribus Prædicatoribus & Minoribus vinum daret & pisces, tunicas ad pausandum lotas, & mundas concederet, & loturam pedibus eorum præpararet, & hæc omnia non faceret monachis sui ordinis, cum venirent. Illa ergo quæsita & obtenta licentia respondendi, dixit: ut accusant, ita est. Sed quid hæc rationis habeant auditis. Fratribus quidem Prædicatoribus & Minoribus vinum, & pisces, quandoque cum possum confero; quia unde emat, habere non possunt: vestris autem monachis id ipsum non facio, quia egredientibus, ut confido & scio, datur pecunia unde possunt emere & habere: Fratribus pedites egredientibus & in cœno lubricatis concedo vestes mundas & tunicas, ut nocte possint quiescere: monachi

Minores præ alii boficio excepti.

Indide c. 10.

D. 8.

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 28.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

autem nostri equites vadunt, & in manticis suis tunicas & vestes portant, quas cum voluerint, poterunt immutare. Loturam pedibus fratrum facio procurari, quia sudoribus fordanit & luto: monachis autem idem non facio, quia equis alioribus insidentes ab immunditiis talibus possunt conseruari. Hæc ut audiuimus venerabilis Abbas cum monachis suis in risum serenissimum resoluuntur, in muliere mentem nobilem & sapientiam commendantes.

xxxii. Habuisse sub hoc tempore Minores fratres & domicilia in Africa admonere visum ex epistola honoraria Pontificia ad Regem Tunici alias Tuneti ad Seagnum, sive sinum Carthaginem in intimo illius recessu conditi; qua fr. Ioannem Ministri Ordinis Minorum in Barbaria cum socio ei correspondebat, eumque iubet audiri, eique credi in negotio quodam graui, quod inter ipsum Pontificem & Regem agebatur. Forma litterarum ex Vaticano numeris 53. hæc est.

G R E G O R I V S , &c.

Regi Tunici.

[Nobilitatis tuæ literis debita benignitate receptis & eorum diligenter inspecho tenete, ea quæ dilectus filius nobilis vir Oddo Adelardi vir prouidus & discretus ubique fidelis, ac in commissis à te prudentiæ tuæ negotiis studiosus, & Simon Mele ciues Ianuenses in nostra præsentia reculerunt, diligenter audiuius tuæ deuotionis affectione & placitum reputantes. Verum cum super his, quæ fuere proposita tractatus solemnior exigitur, dilectum filium fratrem Ioannem Ministrum ordinis Minorum de Barbaria & . . . fratrem eiusdem ordinis, quos benigne recipias & pertractes, ad tuam præsentiam duximus destinando. Dilecto quidem fratri Ioanni super his quæ tibi ex parte nostra deculerit fidei plenitudinem largiatis. Dat. Perusij Idib. Maij anno nono.

xxxiii. Circa hæc tempora extructum Minorum cœnobium ad fanum Fortunæ, quæ agri Piceni vrbs est in littore Adriatico inter Pisaurum & Senogalliam, non longe à Metauro amne sita, atque à pulcherrimo Fortunæ templo in ea olim eretto, sic dicta. Aliquantulum igitur ab hac ciuitate, iuxta prefatum fluvium Metaure, atque Adriaticum littus, fratres nostri conuentulum sub titulo S. Mariz in Ponte primævis Seraphicæ religionis nostræ temporibus, fauente sibi Fanensi senatu ædificatae. Sed cum is locus eorum saluti ob aëris intemperiem mirum in modum obesset, ad alium ciuitati vicinorem, multoque elegantiorem, pitorum etiam ciuium communibus eleemosynis fabricatum, post aliquæ annos se transtulerunt. Graffantibus vero intestinis bellis atque dissidiis in ipsa ciuitate, dum ciuium pars huic factioni, altera verò alteri deseruit, & hæc illam pellit, atque versa vice ab illa ista pellicitur, cum fratres diuersis calamitatibus agitarentur, plurimisque militum iniuriis expositi essent, curavit pia Communitas, ut sancti Saluatoris parochia intra muros erecta, atque ad patres Anconitani montis Camaldulenses attrinens, seruato integrum sibi pastorali iure, in conuentum, sub pictulo sanctæ Mariz Nouæ, promoueretur, illis que traderetur.

xxxiv. Conuentum Sancti Francisci Militelli in Sicilia custodiaz Drepani Patrum Conuenientium hoc anno extructum refert Rodulphus; necnon locum Galeradi custodiaz Medium Lanen. eorundem Patrum eodem anno licet suspicari originem habuisse ex litteris Gregorij IX. Datis Perusij 2. Non. Octob. Pontificatus an. 8. quibus Archiepiscopum Mediolanensem horrabatur, ut si quis ibi velleret concedere locum fratribus Minoribus, vbi comode possent offerre vitulos labiorum suorum, non impediret. In custodia etiam Senensis alium habent locum de Colle constructum huius Pontificis tempore, & pia liberalitate ab oppidanorum vniuersitate fratribus donatur. Commisit Summus Pontifex Priori Seminarum ordinis Prædicatorum, ut nomine suo primarium iaceret lapidem, per Datum Perusij 5. Non. Mart. quo vero anno sui Pontif. non plane constat. Floruit ibidem præter alios magister Ioannes Tancredus de Colle, electus Romæ anno 1568. in Generalem Patrum Conuentualium.

xxxv. Scripsit etiam Pontifex hoc anno sexto, Kal. Februario, consulibus mercatoribus Senensis circa administrationem bonorum relictorum monasterio Damianitarum à Vt. facte monasticali Donato fundatore, quæ ipsæ noluerunt admittere, & circa quæ alias Pontifex scripsit Varia præf. libri.

ANNO CHRISTI 1235.	GREGORII IX. ANNO 9.	FREDERICI I I. IMPER. ANNO 26.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 28.
-----------------------	-------------------------	-----------------------------------	----------------------------------

consulibus Pizzicaroli etiudem ciuitatis, ut fideliter erogarentur in visu pauperum monialium. Damianitis monasterij S. Mariæ de Virginibus Fuentinæ dicetis confirmauit exemptionem ab eiusdem urbis Episcopo concessam 2. Kalen. Aprilis. Monilibus monasterij Sancti Apollinaris urbis Mediolanensis extra portam Romanam iuxta fossarum exeructi confirmar donationem factam Ecclesiæ prænominati sancti per Henricum Settarium Archiepiscopum Mediolan. (Franciscorum fauorem, qui eis Basiliacum S. S. Naboris & Felicis concessit, atque in ea apud eosdem sepeliri voluit) & beneficiorum ibidem ectorum possessiones, dum per clericorum mortem vacauerint 3. Kalendas Aprilis, super quo eodem die scribit ad Archiepiscopum eiusdem ciuitatis Guilielmum de Rizolio: eisdemque amplius concedit priuilegium inferens suis licetis diuid concessum ab eodem Archiepiscopo Guillelmo & capitulo canoniconum 3. Non. Maij. Confirmauit etiam 11. Kal. Iunij priuilegium exemptionis datum à Bonifacio Tuderino Episcopo monilibus Sancti Laurentij de Collazzona; nec non Ecclesiæ Sancti Ioannis de monte, vicinæ monasterio sito extra ipsum castrum concessionem eisdem factam per dictum Episcopum & Capitulum suum reseruato sibi iure capellarum. Quæ concessio facta est fratri Forti Rainaldi Ormanelli, nomine Ecclesiæ Romanæ concessionem recipienti, præsentibus fratre Simone (quem Simonem illum Comitissæ de Collazzone filium, de quo sepius loqui sumus, & nos inferius sermonem inservemus, iudicarim) & fratre Raynero ordinis Minorum, magistro Palmerio & aliis. Eadem etiam monasterio amplius dedit priuilegium 10. Kalen. Augusti. Donationes quarundam vil-latum multarumque possessionum factas hospitali Sancti Francisci Pragen. intuitu & ad preces sororis Agnetis per Primislaum Marchionem Morauiz eius fratrem & Constantiam Reginam eius matrem, validas esse voluit 15. Kalend. Iunij. Priuilegium dedit monilibus omnium sanctorum in villa Arni, atque aliud exemptionis, nec non templum omnium sanctorum concessum eisdem per Vitalem Archiepiscopum Pisanium Sardinie Primatem ratum habuit 10. Kalend. Augusti. Eadem priuilegiis gratia eodem die affecit moniales Sancti Laurentij inter vineas Vrbeueranas, iam ante exemptione donatas à Raynero Episcopo urbis veteris. Monasterium Pragense arque hospitale Sancti Francisci (quod 15. Kalen. Augusti prædicto monasterio annexuit) cum omnibus pertinen-tiis in ius & proprietatem B. Petri, & sub Apostolicæ Sedis gratia suscepit, mukisque honestauit priuilogii 8. Kalend. Augusti. Priuilegiis affecit sub mense Augusti monasterium Sancte Mariæ in campo Martio Veronense, confirmans etiam priuilegium datum à Iacobo Episcopo Veronæ; necnon monasterium S. Mariæ & S. Georgij Esculanum inferens gratias factas à Marcellino Episcopo Esculano eisdem monilibus.

Dedit ad Episcopum Bosnensem, & Ordinis Prædicatorum ac Minorum præfatos Strigonienses, literas datas 7. Iunij, quibus inhibet ne in commissa eisdem ab Episcopo Cardinali Prænestino tunc Apostolicæ Sedis Legato denunciationes sententiarū suarum, quam in Andream Regem Hungariz duxerat promulgandas absque speciali suo mandato procederent; ex quo deduxerim & Andreā canonizationi suz filiæ Elizabethæ superuixisse, & Minores sub eodem Rege iam Strigonijs zdes accepisse. Concessit vniuersis Minoribus ne possent conueniri per villas litteras non facientes de his mentionem. Datę 7. Kal. Mart. incipiunt, Cum per eis. Concessit eisdem 5. Kalend. Martij literis incipientibus, Quie-pi vestra. ne commissiones villas causarum tenerentur accipere, quæ de hoc indulto non facerent mentionem. Confirmauit etiam quinto Idus Martij litteras à se concessas anno secundo Pontificis incipientes: Nos attendentes, quibus indulxit Minoribus habere oratoria, cum altari viatico celebrate, atque alia id generis, reseruato tamen parochis iure parochiali. Aliud dedit diploma 13. Kalend. Iunij incipiens: Quo vos in Christo ad vniuersos Abbes & conuentus ordinis Cisterciensis, ne amplius recipere aude-rent quempiam ex fratribus Minoribus nisi prius petita & obtenta licentia eisdem ordiniis Ministrorum. Alias tandem litteras incipientes, Cum quis recipit Prophetam dedit 8. Kalend. Iulij ad vniuersos Ecclesiastum Prælatos, ut charitable recipiant Minores, quos eisdem commendat.

ANNO CHRISTI 1236.	GREGORII IX. ANNO IO.	FREDERICI II. IMPER. AN. 27.	RELIGIONIS MINORUM AN. 29.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	----------------------------

ARGVMENTVM.

Denuo creatur Helias Minister Generalis, sed non sine tumultu. Predicatores & Minores profugant hereticos Patarenos & Bugares. Florent Rogerius de Marchia & Ambrosius de Massa viri sancti multis miraculis; multi item mirabiliter ad religionem vocantur. Plerisque in locis nouas sedes acquirunt Minores; sed laudatur Ubelinus Minorita Pape Poenitentiarius constitutus Crucis Commissarius in Gallia.

- I. **H**ec anno conuocauit ad synodum genoalem Primicerius Joannes Parens praecipuos ordinis Patres. Frater Helias sui genij & factionis viros quoescunque admovuit celebrandorum conditorum; quibus ut interessent pro sua in eum benevolentia, rogauit. Illi, quibus licuit, ex omni parte confluxerunt, sui articuli causam aucturi. Conclavem ingressi senioribus in profecto Pentecostes, quod incidit in 17. Maij, superuenere fautores fratris Heliae irrumpentes in confessum, & tumultuaria voce Heliam Generalem acclamantes, quem sui ordinis caput S. Franciscus constituit, cui moriens religionem gubernandam commisit, cuius propterea abrogationem iniustam, & restitutionem necessariam contendebant. Neque pluribus ambagibus vli hominem attripiunt, & Generalis loco constituerunt. Videns illorum temeritatem Joannes Parens temerè fleuit, dolens vehementer adeo potenter & cito in Ordine inualuisse dominandi appetitum, & discissam in partes Religionem, ut in tantam prorumpendum fuerit insaniam. Atque ut facilius tempestas cessaret, prodit in aula medium, vbi habitum exuens seminudus coram omnibus veniam male administrati regimini petiit, deinde cum lachrymis & summa humilitate Generali renunciauit, cui se omnino dicebat imparem & indignum. His dictis nihil volens circa reassumendum, aut protrahendum officium audire, continuo exiuit. Ita rem totam narrant Marian. Bern. à Bessa, & Chron. antiqua, licet Marcus ante irruptionem in conclave dicat Ioannem Parentem officio sponte cessisse, sed prioribus tamquam veriusioriibus & fidelioribus potius credendum iudicarim. Facilius Heliae sectatores ceteros Ordinis Patres in suas traxerunt partes, ad quas oportuit vel vi vel prece tandem accedere; Helia tamen apparenter cunctis, quae siebant resistente. Hinc magna ora est inter ceteros fratres dissensio, quibusdam pugnantibus pro Ioanne Parente, pluribus Heliam acclamantibus. Non procul aberat Pontifex, quem utraque secta destinatis nunciis de peractis monendum curauit; sed prius peruererunt Heliani, qui Ioannem Parentem sponte officium abdicasse, atque in eius locum Heliam ultra tenitentem electum communibus suffragiis dixerunt. Addiderunt pro cautela, verum esse quosdam desiderare, ut restituatur in pristinum gradum praedictus Parens, eos vero paucos, & nouitarum amatores; ac Heliam omnes grauioris solidiorisque regiminis zelatores summis votis percupere, atque tunc vel maxime, quando compencerunt per Pontificis correptionem, & priuationem officij, ante aliquot annos humiliorem & perfectiorem euasisse. Credens his Gregorius, nec non recordatus contritionis & penitentiaz, quam ostendit Helias deturbatus a se de eundem Pontificem, propter quam postea doluit eum ab officio remouisse, gavisus est oblatam sibi fuisse occasionem hominem restituendi ad dignitatem, quam penitebat ut diximus, præcipuisse. Quare remissis placide nunciis confirmauit Heliam in officio, consolatusque est eos, qui Ioannis Parentis partes agebant.
- II. Nihil minus Parens cogitabat, quam depositum onus reassumere, quare manens in sua humilitate, & in bono perseverans proposito transiuit in Corsicam Ligustici maris insulam à Sardinia sexaginta stadiis distantem. Antea non penetrasse illuc nostram religionem norant Chron. antiqua & Marianus, sed Gonzaga à S. Francisco illuc missum hunc ipsum Parentem scribit. Fortassis dum in prima transfretatione nihil profecit, nunc denuo regreditur fructum incultarum sitiens animalium. Multos ibidem hereticos conuertisse, viatoratos & concubinarios sacerdotes ad castitatem & pudicitiam reduxisse, gentem efferram ad rationis tramitem revocasse eadem afferunt Chronica & Marianus. Sed & anno sequenti Pontifex Gregorius audita dissolutione cleri, misso diplomate, quod haberet in eius regesto, ordinavit ut reuocaretur ad Ecclesiasticam disciplinam. In vicinam insulam

Celebrans
conuersio
generalis.
Marian. c. 9.
Bern. à Bessa
Chron. ant.
MSS.

Tumultuosa
creatur He
lia Minister.

Marc. lib. 1.
c. 4.

Anno 1236.
o. 11.

Ioan. Parens
transit in
Corsicam.

Chron. antiq.
Marian. c. 9.
Gonzag. in
pream. pro.
Corsica

Bern. à Bessa
Regit. ep.

ANNO CHRISTI 1136.	GREGORII X. ANNO IO.	FREDERICI II. IMPER. AN. 27.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 29.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Sic ergo. in
præm. proa.
Sardinia.
Helias mär-
tu per ordend
vijfjoures.*
Sardinia ita dictam à Sardo Herculis filio sub hoc tempore è Corsica transfretasse aliquos ex huius Parentis, licet Gonzaga dicat credi ab accolis illuc nauigasse, superflite S. Francisco. Sed prius habuit Minoritas eorumque domicilia Corsica quam Sardinia: ego fateor nihil certi me adhuc compreisse; neque enim illa sunt Sardorum monumenta, quæ consularum. Solus autem comitiis Helias zelum præferens reformati sodalitij misit per viuieras prouincias visitatores, quibus præcepit ut mores restituenter, rigorose visitarent, corrigerentque abusus, tam in capite, quam in membris. Licebat tunc Ministro generali quoscumque ex inferioribus, seu Provincialibus Ministris sua absoluta auctoritate ab officio dimouere, alium quemcumque subrogare, & similiter eisdem Ministris ac Custodibus fas erat eadem ut dominandi potestate circa Guardianos.

*Paris anno
1136.
Præd. & Mi-
norites preffis-
sant hæreti-
cos Paterinos.*
*Predicante
crucem.*
Sub hoc anno scribit Mathæus Paris inualuisse hæreticam prauitatem illorum qui IIII vulgariter dicebantur Paterini & Bugares in partibus Transalpinis, adeo quod fidei puritatem in finibus Franciæ & Flandriæ ausi sint perturbando violare. Sed diligenti ministerio & indefessa prædicatione Minorum & Prædicatorum, Theologorumque, præcipue Fratris Roberti de Ordine Prædicatorum (qui cognomento Bugre dicebatur, quia ab illo conuersus, habitum suscepit Prædicatoris) qui malleus hæreticorum dicebatur, confusa est eorum supersticio, & error deprehensus. Quamplures autem ex utroque sexu ad fidem coverti refurantes, fecit incendio conflagrari, ita quod infra duos vel tres menses circiter quinquaginta fecit incendi, vel viuos sepeliri. Idem etiam eodem anno scribit factam prædicationem solemnam tam in Anglia quam Francia à fratribus Prædicatoribus & Minoribus, & aliis famosis clericis, Theologis, & religiosis, per authenticum Domini Papæ, cruce se signaturis plenam concedentibus peccatorum indulgentiam, de quibus confessi verè fuerint poenitentes. Qui ciuitates, castella, & pagos peragrantes, & in temporalibus multa remedia promittentes, scilicet de usuris contra Iudeos ne amplius exigerent, & protectionem Domini Papæ in redditibus & rebus impinguoratis, pro viaricis suis omnibus cruce signatis, infinitum populum ad votum peregrinationis accinxerunt.

*Anno 1150.
27.
B. Rogerius
de Marchia.*
*Rodul. fol.
118.*
Obiit sub hoc ipso tempore Fr. Rogerius sive Rugerius de Marchia, quem supra monimus confusisse Marianum cum Rigerio Mutiano. Diuersos autem esse vel ex cognomento locorum planum est, nam Mutia inter Isubres in Lombardia Transpadana ingens est, & Mutianum oppidum rivo vicinum, non obscurum; Marchia Piceni regio est à Mutia longe distans; Rigerius sub Innocentio IV. diem clausit exercendum, Rogerius vix terminum posuit sub Gregorio, atque ita separatum de utroque scribit Petrus Rodulphus. De Rogerio agunt Philippus Ferrarius in catalogo sanctorum Italiz, & in Topographia Martyrologij, Ioannes Baptista Possevinus inter sanctos Ecclesiæ Tudertinæ, Ioannes Molanus in additionibus ad Martyrologium Vuardi, sed omnibus abundantius Bernardus de Bessa S. Bonaventuræ socius, ex quo hæc præcipua delibamus. Sub ipso institutore Francisco Ordinem ingressus est, quo magistro tam perfectè spiritum induit paupertatis, ut nihil prorsus admitteret præter habitum & femoralia. Spiritu propheticò multa clare prædictis, præclaras quasque assecutus virtutes, propter quas statim ab obitu non dubitavit Pontifex eum vere sanctum proclamare, & concedere ut in ciuitate Tudertina, ubi requiescit, eius festum celebraretur. Non indixit eius cultum ritu solemni, neque publico dato, vt ego iudicauerim, diplomate, cuius nullum reperi in Pontificio regesto vestigium, quod in causa fuit, vt paulatim negligeretur, donec nostris prope temporibus Angelus Cæsus Tudertinus Episcopus illum renouavit, non cœpit, vt habeat Ferrarius; iam enim celebrabatur eius memoria sub dicti Bernatdi tempore, & sane non nisi ex antiquis tabulis Ioannes Molanus ita addidit ad Martyrologium Vuardi. [Tuderti Tusciæ sancti Rogerij confessoris Ordinis Minorum; cuius memoria ibidem celebratur consensu Gregorij noni.] Discrepant circa diem mortis Ferrarius & Molanus, ille sub quinto Martij, hic sub quinto reponit Ianuarij.

*Plura opere-
tur mirabi-
lia.*
Miracula hæc fecisse refert Bessa. Mulier quædam paralyti dissoluta sub eius morte ad tumulum perlata breui oratione miserijcordiam à Deo per merita sui servi Rogerij deprecata in conspectu Fratris Conserui, sancti viri socij, aliorumque plurimorum virorum repente eusatis incolmis. Eodem die mulier altera Sancia nomine retortis pedibus clauda, aliisque membris deformata, vigilias ad tumulum sancti viri prostrahens perfectam consecuta est salutem. Testatus est Fr. Simcon Narniensis præstito iuramento se, aliisque præsentibus puerum à nativitate claudum sanguinem repente ad eundem tumulum exiliisse.

ANNO CHRISTI 1236.	GREGORII IX. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 27.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 29.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Valentinus puer binistri oculi visum, Maria de castro Megij phrenetica passione in varias mutantas figuram, vestes discerpens, aliquando latrans ut canis, alias ut bos mugiens, integri evasit iudicij. Sabina de Forgniola vxor Petri Bonfilij annos duos grauissima infirmitate laborans, acque in infaniam collapsa pristinæ restituta est integrata. Terracellus Tudertinus offensam habens oculorum albuginem, nihilque videns, ad tumulum sancti viri constituta per eius merita desideratum cœli lumen aspexit. Cum hoc Rogerio in eodem Tuderteri templo requiescit B. Petrus de Galliculo, de quo non plene constat, quando diem suum obierit.

Non longe autem ab obitu Rogerij decepsit B. Ambrosius de Massa, dum utrumque sub codem tempore reponit Marianus: vir fuit virtute probitate, & lectissimis moribus conspi- <sup>B. Ambro-
sus de Mas-
sa.</sup> cuus, ab infancia viam simplicitatis ingrediens, à vitiis quibus generatim scatet mundus, ^{Maria. c. 9.} animum suum conseruare satagebat, qui in primo pubertatis flore, literarum studiis diligenter incumbens, adolescentiæ initia Domino consecravit. In ciuitate itaque Messana habitum B. Francisci humiliiter suscepit, atque omnes facultates suas pauperibus erogauit, ^{Rodul. fol.} sic in fame, & siti, in frigore, & nuditate, asperam vitam duxit: nudatusque pedibus incedens hue illuc prædicando verbum Dei, obtulit se Domino sacrificium medullarum. In oratione frequens, statum conscientiæ suæ plerunque fletibus irritabat: pane & aqua contentus, concupiscentiæ carnalis incendia superabat: Fratribus & secularibus humanitatis cuiusque obsequiū studiosus ministrabat: in illatis sibi molestiis patiens, si forte verbo vel facto alicui itulisset iniuriā, mox chorda cœtuici appela veniam suppliciter petebat. In his B. Ambrosius persistueravit ad annos quindecim, donec præsentiens mortis suæ tempus ad urbem veterem se contulit, vbi fratris Tobiae fido socio diem & horam sui transitus inter Nonam & Vesperas prædixit. Nocte autem, quæ transitus diem præcessit sub hora matutina exhilarato vultu, angelico delectatus asperu, prænunciauit cuiusdam amici sui mortem, seque mox sequuturum.

Ante ac post mortem miraculis clariuit, nam in eadem ciuitate puellam à carbunculo molesto nimis liberavit facto crucis signo, cuius perpetua impressa carni remansit effigies. <sup>Viximus cle-
ruius ob-
tulit miracu-
lum.</sup> Ibidem altera coram eo constituta quatuor annis à demone vexata, & in furia acta, ita ut à quatuor hominibus non posset detineri, ad eius imperium perfectè est liberata. Post mortem vero tot mirabilia per eum operatus est Dominus, vt Senatus Populusque Urbeuetanus apud Pontificem egerint de vita sancto canonizando. Dedit ille literas sequentes ad Episcopos Urbeuetanū, Suanensem, & Priori S. Ioannis de Platea Urbeuetanū Ordinis S. Augustini; quas ex Vaticano regesto sub an. 14.n.41. transcripsimus, quæ per omnia ferme exdē sunt cum iis, quas B. Beneuenuti miraculis examinādis dedisse diximus superius. <sup>Exhibet PE-
tites exami-
nari.</sup> Anno 1231. ^{n. 19.}

G R E G O R I V S, &c.

Urbeuetan. & Swanen. Episcopus, & Priori S. Ioannis de Platea
Urbeuetan. Ordinis S. Augustini.

Dei sapientia, qui Ecclesiam suam ineffabilibus renouat sacramentis, ut virtutis suæ potentiā mirabiliter manifestet, & salutis nostræ causam misericorditer operetur, fideles suos quos coronat in cœlis frequenter etiam honorat in terris, ad eorum memoriam signa faciens & prodigia, per quæ prauitas confunditur heretica, & fides catholica confirmatur. Nos ergo quas postulamus, Patris æterni filio gratiarum referimus actiones, quod in diebus nostris ad honorem & gloriam sui nominis, & ut deuotionis affectu multiplicet eius sanguine pretioso redemptis, innouat signa, & mirabilia potenter immutat, faciens illos coruscare miraculis, qui fidem catholicam, corde, ore, & opere tenuerunt. Sicut enim dicit fil. consilium & populus Urbeuetan. nobis suis litteris insinuat, virtutum Dominus tantam piz memorie fratris Ambrosio de Ord. fratum Minorum contulit gratiam, quod tot & tantis coruscat miraculis, ut dignum sit eius inter alios sanctos invocari suffragia precibus humilibus & deuotis. Quare à nobis suppliciter petierunt, ut super his, quæ per ipsum diuina pietas operatur, testimonia recipi faceremus: verum quia in tam sancto negotio, non est nisi maturitate & gravitate prævia procedendum, discretioni vestre, de qua in Domino fiduciam plenam gerimus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ascitis

ANNO CHRISTI 1236.	GREGORII IX. ANNO ID.	FREDERICI II. IMPER. AN. 27.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 19.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

forniam quam vobis sub bulla nostra mittimus , diligentissime inquirentes , depositiones testium receptorum in duobus vel tribus religiosis locis sub sigillis vestris seruari facientur inclusas usque ad nostrae beneplacitum voluntatis . Datum Lateran . 6 . Id . Junij anno 14 .

Ad finem literatum prescribitur modus examinandi testes sub hac formula verbo-
rum tuorum visitata : Testes legitimos quos super vita , conuersatione , ac miraculis reco-
lendae memorie fratris Ambrosij debet recipere , prius ab eis praestito iuramento , dili-
genter examinare cureris , & de omnibus , quae dixerint , interrogaris eosdem quomo-
do sciunt , quo tempore , quo mense , quo die , quibus presentibus , quo loco , ad cuius in-
uocacionem , & quicquid verbis interpositis , & de uocinibus illorum circa quos mira-
cula facta dicuntur , &c .

*Examinatio
malorum
miraculorum.*

Omnem illi praelati operam posuerunt in perquirenda miraculorum veritate , compe- VIII.
reruntque ad eius invocationem & tumulum contractos quatuordecim solidatos , à mor-
bo caduco quatuor , à demone duos , ab hernia quatuor , à vario ulceri sex , à fistula unum ,
à carbunculo alterum , à diversis infirmitatibus quatuor , à morbo , perniciiali unum , item à
cardialgia unum , à exercitare & surditate plures , à sanguinis fluxu unum , à defecentia sex
annorum alterum , à malo partu fetus , per quatuor menses in utero mortui , devoutam mu-
licem , puerum ab ulcere perniciose , & corrosione ossis mirabiliter sanauit sed & ultra huc
septem mortuos ad vitam resuscitavit . Hec miracula cum inuiles quazdam Urbeuerana de-
sideret , statim percussa est à Domino exercitata oculorum . Sed cum ex corde poenitentia
erratique veniam deposita post aliquot dies visum ad tumulum eiusdem sancti viri re-
cipit . Agebat de homine connumerando inter sauctos Pontifices Gregorius , quod & se-
cisset , nili morte præueniretur . Huius Ambrosij magister Fr. Moticus unus ex duodecim
B. Moticus .
A. noui acq .
n. 18 .
B. Somerinus .
*Item Odo
Rigaldi .*
*Aly etiam
uni predicti .*
*Dubia pro-
priis mirabili-
tis operibus .*
H. -

S. Francisci discipulis , de quo nos alias egimus in eodem conuentu Urbeuerano requie-
scit , miraculis clatus , nec non vir altus beatus Beugrinus nominis , qui mirabilium etiam
gloria coruleauit .

*Clavis Alen-
si .*

Satis per hoc tempus diffundebatur ubique fratris Alexandri Halensis doctrina & re- IX.
ligio , quem plurimi viri præstantes imitati sunt , è quibus hic celebiores , Odo Rigaldi
Marianus cit .
Chron. anni .
Item Odo
Rigaldi .
Aly etiam
uni predicti .
Dubia pro-
priis mirabili-
tis operibus .

clarus genere , moribus præclarior , postea inuictus assumptus ad Archiepiscopatum Rho-
tomagensem , ita boni pastoris munus exercuit , ut forma præsulū diceretur , neque prædica-
tionis officiū in quo egrave præexcellebat aliquando diminuteret ; Fr. Gulielmus Almoych ,
Fr. Gualterus Cetō Anglicus , Fr. Robert. Chephath , Fr. Adam Parisiensis , quoru tres ultimi
quatuor libros sententiarum cōmentati sunt . Fuit ex his unus qui in tyrocinio valde exili-
tabat in Trinitatis mysterio , neque percipere aut credere valebat quomodo cum unitate es-
sentiaz cohætere posset Trinitas personarum , quantumque huc sibi explicauerit Alēs .
Obnixius tribulatione suam Doinino commendabat , à quo tandem se exauditum per
angeli ministerium accepit . Deinde placido correptus somno vidit ipsum illud dubium exi-
gitari inter Doctores Academias Parisiensis , & tandem illud docte peruisce Alensem , sa-
etiam vero sibi vocem ut eidem adhæretet determinationi . Sopita haec difficultate statim
exorta est alia circa Verbi incarnationem , quam etiam Christus sultulit apparet crucifi-
xus & è lateris vulnera sanguinem abunde diffundens .

Chron. anni .

B. et B. illa-
Doctor præ-
clarus mira-
biliter ad or-
dinem uoca-
tum .

Mirabilibus item visionibus alij ad religionem tunc temporis vocati , quorum aliquas hic X.
referimus ex antiquis nostris authoribus . In eodem conuentu Parisiensi Minorem induit
clericus quidam lubricus & immundus , sed in moderanda philosophia cathedra præclatus .
Hac illa vocationis series : Post laxat sibi hunc h. ben. ad mortem agrotavit , nihil mi-
nus cogitans , quam de peccatis confitendis , nullum putans tam effreni peccandi con-
suetudini misericordie locum relinetum . Hortari sunt nihilominus familiares & domesti-
ci ut Christianos ritus salutari que sacramenta non negligeret , & superinduxerunt post
alios eti pullos confessarios , Minoritam . Hunc etiam preuit cum aliis . Retraxit se vir re-
ligiosus in vicinum cubiculum & pro desperato peccatore Christum crucifixum cum la-
chrismis oravit . Statim visum est infirmo ex profundo & sulphureo puto ascendisse dra-
conem terreni num vihi inti oce se deuocaret . Exclamauit vox magna ut sibi succurre-
retur , sublatisque in celum oculis , vidit Christum crucifixum & ad pedes eius Minoritam
per sua latore deprecantem , sed illud accipientem responsum . Non exaudieris . ne-
que huius miserebor , nisi obduratum animum inuercundus flectat peccator , atque ea
in quibus sepius & graueiter me offendit , confiteatur . Audiens ille hoc solum peti statim
aduocari fecit fratrem religiosum , & peti aliquot de perfecte mundanda conscientia

ANNO CHRISTI 1236.	GREGORII IX. ANNO 10.	FREDERICI II. IMPER. AN. 17.	RELIGIORIS MI- NORVM AN. 29.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

serio cum cogit. Cum peccatis visus est infirmitatem depositisse, nam illico terminata confessione coepit conualescere, & postea factus est eiusdem cum confessario sodalitij.

X I. Alibi alius sacerdos carnis opera sequutus, variis infirmitatibus, interioribusque impulsibus ad poenitentiam vocatus semper procastinabat vice melioris propositum, donec nocte quadam apparuit Christus crucifixus, ostendens ei quinas acceperas in cruce cicatrices, sanguine manantes, & dicens: Hoc ego pro te pertuli, & in meo sc. tuo corpore recentia, ut recetis me passionis memoria inueterati mali, & duri postoris peccatores ad penitentiam adducam. Hoc audito contremuit miser emolito corde, & die sequenti humilius Franciscanum amplexus est institutum. Alter sacerdos B. Virg. Mariz adductus, meruit *Nec nō aliud
sacerdotis.* per sancta, quz ei quotidie offerebas obsequia, ab eadem visitari, & premonitione castrum, in quo habitabat, igne ē cælo deuorandum ob blasphemias in Christum & in eandem eius genitricem prolatas, nec non ob immundum & neglectum à sacerdotibus cultum sacrorum. Ille vero sibi consuleos interrogauit, quo se salvaret loco? Cui responsum; in Ordine pauperum & humilium fratrum Minorum; quod absque mora fecit, sua distribuens pauperibus, & sancte deinceps viuens in religione.

X II. In Caturcorum siue Catutrigz vrbe in Gallia Belgica, magister quidam in Theologia emissum votum de subeunda vita Minorum reddere per diuturnum tempus neglexit, donec repente sensit super se manum Dei amissum visu oculorum. Manuductus ad altare virginis templi vicini, ibi immissa ei cogitatio proinde hoc malum immisum ob neglectum Deo promissum de vita genere posteriori assumendo, quare votum revalidavit, & statim reddendum promisit, modo amissum lumen restitueretur. Obtinuit per sacra Virginis benignitatem quod concupiuit, non tamen illico complevit promissum. Quare secundo & tertio similiter exercitatus, tandem diuinæ cessit vltioni, & Minoritis se adnumeravit. Cum autem nimis corpori indulgeret, calceatus, in culcitrī dormiens, frequens in valedudinario, meliori inhians cibo, assiduus in culina, comedibilis curans, & ad ignem sedens, apparuit ei S. Franciscus, dicens male & incomptè ab eo habitum portari; quod dum alij ei explicarent suauia, & molliora quzque abiecit, viuens deinceps in magna austernitate.

X III. Monachus Cisterciensis cuiusdam monasterij dicētis Tholosanz factus est etiam Minorita apparente sibi amico monacho pridie defuncto, & referente quo in loco erat apud Deum Minores, quam etiam ei charum horum institutum. facta enim sibi copia videndi tria illa animarum recepracula, in inferno dixit se vidisse perpaucos, in purgatorio aliquot, in cælo plurimos Minoritas. Quibus addens plura, ratum excitavit huius vitæ desiderium in monacho, ut obtenta superiorum licentia euaserit Franciscanus. In Burgundia regione nobilis quidam eques exardescens in amorem cuiusdam deuotæ pueræ, absente patre in facello domi orantem coram imagine B. Virginis voluit opprimere. Illa suam pudicitiam Deo commendante, & viriliter defendente, vir datus in reprobum sensum coram altari caput libenter offerentem protuenda castitate, decollavit. In proximam dum fugeret Ecclesiam sacratissima virgo suz famulæ miserta, caput in suum locum restituit, sanamque reddidit, reliquo tamen circulo auro in collo ad vulneris memoriam. Accepit etiam mandatum ut latentem inviseret homicidam, & ad poenitentiam condonato scelere pertraheret. Ita fecit, ille autem non diu hæsit in deliberando poenitendi modo, sed statim ad Minores conuolauit.

X IV. Parisiensis alter multis locupleratus beneficiis Ecclesiasticis ab avunculo Episcopo cuiusdam Gallicanæ Ecclesiæ, voluit postridie ab avunculi obitu scire, quam in regione abierit. Consuluit de hac re quosdam magos, qui horribilibus stridentē in poenis ob male distributos Episcopales redditus, & locupleratos è Christi patrimonio cōsanguineos cōspexit; dicētque audiuit. Propter te nepos partim his crucior in flammis, oro te ut tibi caueas, ne etiam huc descendas: recipe te dum licet in sacrum poenitentiaz asylum, & salua animam tuam. Non cecinit surdo miser, nam paucis elapsis diebus renunciatis beneficiis Ecclesiasticis, distributisque in pauperes facultatibus habitum suscepit Franciscanum.

X V. His exemplis potissimum à Bernardo supradicto, Bonaventuræ socio relatæ aliud ad. Cantiprat. i. 1 de apib. c. 7. n. 3. jungimus ex Thoma Cantipratano sermone huius temporis authore de monacho Benedicto & tino facto Minorita. Erant, inquit, in quodam monasterio nigri Ordinis tres monachi in omni lascivia dissoluti: cumque una dierum seorsum in thalamo ad epulas consedisset, vnu, buccella panis inuersa subito strangulatur. Cuius morte, nec verecundiam saltum

ANNO CHRISTI.	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1236.	ANNO 10.	IMPER. AN. 27.	NORVM AN. 19.

*Baudibimus
nrae visione
franci-
scani.*

*Paricularem
exerto habi-
tum religio-
sum.*

saltim passi duo residui, derelicto loco eminus, iuxta prandium perfecorunt, & sic in clau-
stro sociis evocatum mortem muciauerunt. Nec diu postea, dum dicti duo socij, non ter-
gitando, quid adhuc sit, ad balneandum, in fluuium iuxta cenobium, sudari vestibus, de-
scendisse, vno ad profundiora digressus, submersi, extra hunc est & sepultus. Reliquis
post huc tertius, cum vespere dormitum pergeant discalceasset se, monachus, qui fuerat sub-
mersus, nudus ei apparuit, dicens: Ecce quanta pena damnatus sum, tu autem quid fa-
cias nunc facetas recogita. Ego quidem immundus & lubricus, digne punitus excrucior:
sed illud malum ad verecundiam damnationis mez accumulat, quia sine habitu nudus
a demonib[us] irritideor. Tu autem da mihi aliquid, in quo signum mez damnationis ostendam.
Hoc autem audiens turbatur monachus, & cito detrahens togam tib[us] tremorem,
rogante dede, & sic defunctus repente disparuit. Mirares, vix dies illuxerat, cum tantus
fotor claustrum ambitum occupauit: ut se omnes extingui horrore fotoris p[er] angustia
conclamarent. Narrante autem monacho quid sibi vespere contigisset, quæc[us]a est vndi-
que dicta togæ, quæ tandem iuventa est sanctior omni cadauere, & soper fuliginem domi-
grata. Qua humo celerius operta, in admirationem conuersi monachi, plorauerunt. Di-
onus vero socius defuncti ad Ordinem fratrum Minorum repente transiuit.] Ita catus
author, & addit ipsum fratrem Minoram tantæ rei certum testem feliciter illo tempore,
quo hæc grandiora scribebat, videlicet ante annum 1270. vixisse.

*Civis. Vra-
nissimum.
Rodul. fol.
1231.
Gonzag. in
prou.
S. Ludou.
eon. 11.
Comun. Bel-
laris.*

Vratislauiz, vulgo Breflato, quæ ad Odecam seu Viadrum fluvium urbs est Episcopa- XVI.
lis & Silifiz caput, circa hunc annum extuxit Henricus secundus dux Minoribus
cenobium sub titulo sancti Iacobi. Occupavit in bello suscep[er]to contra Tartaros dictus
Henricus anno 1240. cuius corpus Anna coniux honorifice in eadem æde conditum coravit.
In civitate etiam Rellania diocesis Aquensis in prouincia iuxta Alpes inter Cisterciem
& Aptam Iuliam prope Cissaristam, extuctum est aliud domicilium à quibusdam sociis
S. Francisci, ut fama fert; idque circa vel ante hunc annum ut testantur quædam tabu-
laria scripta anno 1237. die 4. Novembris & sub anno 1248. In quibus quædam eleemo-
syne legantur fratribus Minoribus conuentus. Sunt in multis angulis ædis insignia
cuiusdam Ducis Britanniz, fortassis ob restauratam, aut ampliaratam. Sunt item ibidem
inlytorum Comitum Rellaniæ, Baronum de Cissarista, Baronis de Falcone, & alio-
rum nobilium herorum sepulchra, quæ penitus fuere combusta, ita iubente quodam Do-
mino de sancta cruce immanissimo heretico insignique prædone. Capti sunt hoc ul-
timo seculo ab hereticis fratres, flagella & varia ludibria experti, tandem in vincula
coniecti, sed tandem liberati sunt fauore illustrissimarum filiarum Dominiæ Aripolensi-
um, Comitissæ videlicet de Grignano, & sororis suæ Dominæ de Cissarista.

*Rodul. fol.
1239.
Comun. Viter-
bien.*

Minoribus Viterbij ab anno 1230. (corrupte habet Rodulphus 1430.) sine stabili æde XVII.
commorantibus hoc anno Pontifex proprio ære emit Ecclesiam Presbyterorum S. An-
geli cum ambitu dicto castrum S. Angeli sito intra muros ciuitatis, ut in eis Ecclesiam &
officinas necessarias ad suam habitationem libere, & absque alicuius contradictione con-
struerent. Id aperte constat ex ipsius eius literis quas hic subiicitus.

G R E G O R I V S, &c.

*Ministro & fratribus Minoribus Viterbiæ
commorantibus.*

[Religio vestra, quæ per opera sanctitatis se Deo mundam & immaculatam exhibet
& Catholicos ad cœli patriam verbo & exemplo perducens in domo Domini cande-
labri more lucet, eo fortius humanis est extollenda fauoribus quo magis ipsius Ordo
terrena despiciens in oculis redemptoris omnium est acceptus. hinc est quod nos ei-
dem ordini quem tanto maiori fauore prosequimur, quanto inter ceteros ordines ex-
celsior virtutum meritis reputatur. Locum Castræ S. Angeli infra muros ciuitatis, quem
Viterbij emimus, ut ibi Ecclesiam & officinas ad habitationem vestram necessarias con-
struere, & libere absque cuiuslibet contradictione habitare possitis auctoritate Aposto-
lica duxi concedendum. Nulli ergo nostræ concess. &c. Si quis autem, &c. Datum Inte-
ramnæ 5. Idus Decembri anno decimo.]

ANNO CHRISTI 1236.	GREGORII IX. ANNO IO.	FREDERICI II. IMPERIA. AN. 27.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 29.
-----------------------	--------------------------	-----------------------------------	---------------------------------

XIX. Hunc locum illustravit sua amplitudine magister Marcus Viterbiensis, qui fuit Ordinis Generalis & Cardinalis: ibi quoque conditus est B. Soldanerius, quasi alter sol in orbe micans, & tempore Ioannis XXII. Pontif. Max. floruit Magister Franciscus Pœnitentiarius suimus. Ante fores Ecclesie cernitur suggestus ex lapidibus quadratis, in quo dicunt B. Bernardinum habuisse concionem ad populum. Ibidem etiam Ordinem condecorauit S. Rosa Viterbiensis, cuius memoria reposita est in Martyrologio Romano ob insignem eius sanctitatem.

Iuxta oppidum montis Fernandi, vulgo Mointefearnain diœcesis Medensis in co-
mitatu Medie Occidentalis in Hibernia per hoc tempus vel paulo post mortem Sancti
Francisci, ut habet secunda & exacta historia MS. provincie Hibernie, constructum est
monasterium Minorum, quod tamen in annum 1270. protraxit prima & brevior eius-
dem provincie descriptio.

Quidquid sit circa determinatum fundationis annum, de quo nullum certum ha-
betur monumentum, locus solitarius est, & recollendæ menti peropportunus. La-
cubus & paludibus, non tamen insalubribus, vnde circumseptus, ab omni homi-
num incolatu serotus, vna tantum via est accessibilis. Fundatus dicitur à Domino
Dealmare Gulielmo Fitz Herberd; modo autem eius patroni reputantur domini Nu-
gentij, familiæ olim Baronis de Deluin, nunc autem Comitis Vestmediensis sive
Oceidentalis Medie, & alij ex eorum contribulibus, redactæ enim illius regionis pos-
sessiones in horum potestatem, & magna frequentaque sunt illorum in fratres bene-
ficia, quæ licet in grati animi monumentum recensere placeret, tamen ne in ipso-
rum benefactorum cedat damnum ea sciri ab hereticis, tacentur nunc, alias opportu-
nus referenda.

Sæpius in hoc monasterio comprehensi fratres, sæpius ex eo electi, ea tamen est
loci pietas, & opportunitas ad virtutis exercitia, ut nunquam illum destituere volue-
rint religiosi. Unicum est inter tot deiecta monasteria in tota provincia, refugiū
fratrum infirmorum, debilium, & seniorum, qui vnde eo confluentes viuunt ibi
quasi absque timore in suo habitu regulari, in simplicitate & sinceritate Deo seruien-
tes; neque si capiantur ab irruentibus hereticis, & trudantur in carcere, adeo cu-
rant, quantum possunt ab illa virtutis schola & sancta solitudine in apertum deduci.
Tantæ patientiæ & perseverantiæ pios Catholicos mitifice ædificant, & paulatim mi-
tores sunt heretici, nec tantundem curant humile & pacificum hominum genus pau-
pere & solitario loco deturbare. Anno 1590. comprehensi per hereticos omnes incolæ
& Dublinium ducti, vbi per annum & aliquot menses inter vincula & carceris molestias,
quidam exhalarunt animam.

Anno 1601. die primo Octobris iterum capiuntur ibidem à Francisco Shean heretico
Anglo & eius cohorte Minister Provincialis, ædis præfectus, & ceteri fratres simul cum
Reuerendissimo Domino Fratre Richardo Bradæo Episcopo Kilmoresi, & Bernardo
Moriarto Decano, qui in conuentu pacifice ducebant dies suos; deuastato & incenso
conuentu. Quem iterum breuiter & humiliiter reparatum incenderunt post ann. 1604. mi-
lites Francisci Russi heretici.

Has & alias calamitates incolarum huius monasterij opportunitus referemus suis qua-
que annis, sub quibus eas amplius enarrabimus, dabimusque coniectorum in vincula &
martyrum nomina. Translatus est hic locus à Patribus Conuentualibus ad obseruantæ
regularis professores anno 1460.

XX. Ante hunc annum extrectus est pro sororibus Darmianitis conuentus S. Francisci
in Oſidano oppido pernibili, & natura loci munito; non longe nimis à ripa Trallo-
nia, sive Cupramontana sito in regione Piceni. Ita constat ex priuilegio concessò à
Tancredo Priore monasterij S. Mariæ castri Oſidani totoque conuentu Ordinis S. Be-
nedicti hoc anno pridie Nonas Novembris, quod cuidam suo diplomati inseruit Innocen-
tius IV. anno 3. Pontific. 10. Kalend. Decembris, vt sub illo anno licebit videre in
regeſto. Tandem ad annum 1515. translatis monialibus ad posteriores ades, hæ cesserunt in
fratrum Minorum obseruantum habitationem itacutante Thoina Auxiensi Ministra
provincie Marchie.

XXI. Plurimum usus est hoc tempore in Gallia Pontifex ope cuiusdam scatis Vvillelini
Exclusus postea
Minoritæ.
Gonz. in
pro. Mar-
ch. con &
Laudator
Vvilelinus
Almeria
sui

ANNO CHRISTI 1237.	GREGORII IX. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 28.	RELIGIONIS MI. NORVM AN. 30.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

sui pœnitentiarij Minoritæ, ut ex dicendit per sequentes annos constabit. Eum (cuius prudentiam laudat) hoc ipso anno constituit pacis auctorem inter Regem Gallicum & Ecclesiam Beluacensem, valde inter se dissidentes propter Iæsa iura; & libertates Ecclesiasticas. Pro pace vero suauius superinducenda & concordia incunda per octo menses suspendit interdictum promulgatum per Archiepiscopum Rhemen. & Suffraganeos in provinca Rhemeni; eo tamen pacto ut nisi sub termino præfixo Regij ministri illata damna resarcirent, iterum renouaretur. Priuilegia item ampla concessit sanctissimalibus Damianiis Cremonensis, Hispellatis (quarum Abbatissa erat sancta Barbina neptis sanctæ Claræ, de qua nos superius) sanctæ Mariæ inter Angulos Spoletanos, & sanctæ Mariæ Fulginatis. Vniuersis etiam fidelibus ingressum interdixit in monasteria huius ordinis. Literæ incipiunt, *Esi om̄ium daturæ Interamnæ 10. Kalend. Decembri. Inhibuit fratribus Prædicatoribus ne reci- piant Minores nisi ex Ministrorum licentia; Decreti initium, Quò vos in Christo. Datum Viterbij 4. Non. Iunij. Anno superiori iuslerat ut Ordines Cisterciensis, Minorum, & Prædicatorum suos cuique instituto redderet; hoc anno præceptum & pœnas ita pro evitandis scandalis & rumoribus temperauit, ut iam professi in ordinibus memoratis non obstante supradicto mandato, libere remanerent, de cetero vero nullos recipieren. incipiunt literæ, Lices quibusdam, datæ Reate Nonis Auguſti. Statuit item ut Minores nullum ante professionem ad susceptionem sui ordinis obligarent, nec infra probationis spatium quemquam factō vel verbo ad profitendum, seu ad renunciandum de necessitate ſeculo, de facto inducere præsumerent, nec constitutum in probatione nouitium aliquatenus impedire, quo minus infra illum annum ad aliam religionem, quam mallet, transiret. Incipiunt: Ne- folium in favorem conuerſi. Datæ Reate 3. Idus Iulij. Hanc constitutionem iterum promulgavit Alexander IV. anno primo sui Pontific. pro Prædicatoribus & Minoribus, & habetur in corpore iuriis in 6. tit. de regul. & transl. ad relig.*

A R G V M E N T U M.

Commendantur affectuosius à Pontifice S. Francisci stigmata, sed acrius reprehenduntur Episcopus Olomucensis, & vir quidam regularis, qui eisdem contradicunt, in quorum confirmationem grauiora referuntur miracula. Commendatur B. Egidius à frequenti & diurno raptu, grauibusque reffponsis. Apparentes in Lombardia hoc tempore eremite Augustini, affumentes habitum Minorum vel ei consimilem, eum subentur deponere, prescripto sibi alio distincto. Fratres Minores aduocantur Poloniam, ubi ades accipiunt, aliisque pluribus in locis, nec non moniales Damianitæ.

DVM per hoc tempus Minores institutoris sui Sancti Francisci excellentiam, & singularem factorum stigmatum prærogatiuam dignis celebrarent encomiis, & fidelibus è nostris persuaderent, non defuerunt qui vel zelo ducerentur contra- rior, vel tantæ viri sancti glorie inuidenter, eiusque laudibus & discipulorum fidei detrahentes, contraria publicè prædicarent, & sanctum Patriarcham cum Stigmatibus depingi vltro prohiberent. Mouerunt hæc Pontificem, ut testimonium perhiberet veritati, & scriberet ad vniuersos fideles, ut persuasum sibi vellent, rarus hoc & inauditum in Francisci corpore vulnerum prodigium, scirentque ex his stigmatibus causam se habuisse peculiare in eundem sanctum Consilorem cœlitibus adnumerandi.
*Quidam rō-
prædicatorum fi-
gmatibus S.
Francisci.*
*Firmam.
tract. 2. par.
2. fol. 9.*
*Specu. tract.
2. fol. 10.*
*Monum.
tract. 1. fol.
32.*
Nicolai III. quibus maiorem eis addit fidei, variato tamen die, quo scriptæ sunt, secundū

ANNO CHRISTI 1237.	GREGORII IX. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 28.	RELIGIONIS M- TORVM AN. 03.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	--------------------------------

varia quæ data sunt exemplaria. In regesto Vaticano sub num. 14. data dicitur 2. Aprilis ad vniuersos per Teuthoniam constitutos.

GREGORIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI.

Uniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturi, salutem & Apostolicam benedictionem.

[Confessor Domini gloriosus Beatus Franciscus qualis vita mentis processerit ad patriam, perpetuæ claritatis explicare litteris arbitramur fore superfluum, cum id fere peruerterit ad fideliū notitiam singulorum. Verumtamen grande ac singulare miraculum, quo ipsum sanctorum splendor & gloria Dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit, vniuersitatē vestre tenore præsentium non indigne duximus exprimendum, videlicet quod idem sanctus cum adhuc spatiū presentis vitæ percurseret, & postquam illud feliciter consummavit, manibus, latere, ac pedibus specie stigmatum diuinitus extitit insignitus. Quo ad nostram & fratrum nostrorum deducto notitiam, & cum ceteris eisdem miraculis per testes fide dignissimos probato solemniter, ex ipso speciale causam habuimus, quod Confessorem eundem de dictorum fratum & omnium prælatorum consilio, qui tunc apud sedem Apostolicam existabant, sanctorum catalogo duximus adscribendum. Igitur cum id ab vniuersis fidelibus credi firmiter cupimus, devotionem vestram rogamus & hortamur in Domino Iesu Christo in remissionem vobis peccaminum iniungendo, quatenus ab assertione contrarij autes de cetero penitus auertentes, Confessorem eundem apud Deum pia vobis reddatis veneratione proprium, ut eius meritis & precibus & in præsenti & Domino prosperitatis gaudium, & in futuro felicitatis æternæ percepisse solatium exultemus. Datum Viterbiæ Non. Aprilis Pontificis nostri anno undecimo.]

II. Causam præ ceteris scribendarum harum literarum ministrarunt in Moravia Episcopus Oloincensis, qui datis patentibus literis ad vniuersos fideles suadebat superstitionem & falsum esse dicere Sanctum Franciscum Christi stigmata in suo corpore habuisse; & quidam Euehardus Ordinis Prædicatorij qui in Opania eiusdem Moraviae civitate, publice dixit ad populum, pro reprobis, quæstuaris, & excommunicandis habendos Minoritas, qui prædicabant suum institutorem stigmatizatum. Contra verumque grauiſſinas dedit literas Pontifex asperrite eos incipiens, & doctè contrarias eorum obiectiunculas resellens. Vtramque epistolam habent libri citati, & vetus nostrum regestum MS. primam vero Vaticanum sub num. 19. datam 2. Idus Aprilis, alij scribunt 2. Kalendas Aprilis licet numerus secundi diei apud Criticos non sit in usu in computo Kalendarum aut Iduum. Episcopus autem Oloincij tunc erat Fridericus XVI. illius Histor. Olo. Ecclesiæ pontifex, ut habet historia Oloincensium Episcoporum ad calcem historiæ mucen. Bohemiæ Dubrauij, creatus post Robertum Anglicum anno 1232. & mortuus anno 1241. de quo nihil memorabile legi monet historia: author Augustinus Oloincensis Præpositus; sed hac saltim ratione sanctis contradicendo, corunque gloriæ detrahendo se reddit memorabilem.

GREGORIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam: Venerabili Fratri Episcopo Oloincensi
salutem & Apostolicam benedictionem.*

[Visque ad terminos orbis terræ præsumptionis tuæ signa protendens, patentes litteras exhibendas vniuersis Christi fidelibus: cuidam ad sobrietatem spernitu sapere, ac damnabilitet dedito blasphemis manu lubrica concessuti: quas inter aliqua pictati conformia, & quedam obnoxia prauitati cōtinere percepimus, quod (cum solus patris æterni filius fuerit pro humana salute crucifixus, & ipsius dunitaxat vulnera deuotione supplici

ANNO CHRISTI 1237.	GREGORI IX. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. AN. 28.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 10.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

adorare beat̄ religio Christiana) nec B. Frāciscus, nec sanctorū aliquis cum stigmatibus sit in Ecclesia Dei depingendus : & quod peccat contrarium alterens, nec illi tanquam inimico fidei credulitas adhiberi vlla debet ; super quo non modicum admirantes quæ sit cause suasionis huius non indigne prouidimus perscrutari, vt si forte bona sit (quod impossibile creditur) commendabilis habeatur, quod si non, in obliuione in : & tu induetus spiritu penitentia ad suggestendum salutare contrarium promptus & facilis habeas. Etenim super his ex eo sumplisti forsitan argumentum quod sit indecens in subditis ut planta sibi prætendat insignia capitis. Ad hæc quidem prouidentes propositum seu compendiose prolatum esse dummodo suppleret, nisi de speciali gratia cuique bene merito insignia huiusmodi sunt concessa, & si non multa quæ possumus, tamen breuiter quædam præsidium perspicue rationis habentia, respondemus videlicet quod Dei sapientia, quæ de lino terra similem sibi formans hominem, similis sibi facti per incarnationis mysterium, vt ipsum à morte redimeret, non contemplit, dilectum fibi beatum Franciscum suorum specie stigmatum decorauit. Quæ temeritas, quod peccarum si tam singulare priuilegium ad indulgentis gloriam picturæ testificatione pateat oculis deuotorum: Nonne, vt silcamus de aliis, princeps Apostolorum eximus, licet positione dissimili, quandoque pingitur crucifixus? Sed dicas increpidus alia, dum partum reformat ratio, quia cum præteriti nequiverit quod de cruce futurum veritas indicauit, neque impropter suspensus in cruce dicitur, neque incongrue tali damnatus supplicio figuratur. Sed de Francisci cruce vel stigmatibus quod veritatis iudicium? quod probabile argumentum de cruce? siquidem nota seculis vita ipsius respondeat, quod postquam religionis assumptionis habitum vacando virtutibus carnis, continentium subiicit cruciatum. De stigmatibus vero plures fide dignissimi, quos miraculi tanti consciens diuina placuit reddere pictati, testimoniorum veritati perhibeant : & ad ipsum hoc fidelis mater Ecclesia suffragetur, quæ ex huiusmodi miraculo cum multis aliis debita solennitate probato, causam specialem habuit quod eundem sanctum beatorum catalogo reverenter adscriptis. Quid ad ista quasi mundo publica, & tibi per consequens non ignota, nisi quod voluntatis arbitriu[m] prætenders vel præserens consilio, rationi, nos vel Deum potius gratis offendis, ac vnde que dilectorum fratrum Minorum Ordinem, & deuotos eidem nimis imprudente perturbas? Ad cor igitur, qui os in cælum ponere præsumpsisti, vt de reliquo raseatur sine mora reuertere, ad iram superni Iudicis mitiganda in studia suscipe penitentis prompta diligentia, si forte sit possibile, prouisurus vt scandalum, quod quantum in te fuit, vniuersitati fidelium per predicas intulisti literas, deleatur, & dictorum fratum collegia sint in Theotonianis partibus in reverentia consueta: quod vt tanto facilius auctore Deo prouenire valeat, quanto pium fore dignoscitur, vt in futuro vulneris, quæ salutis sunt, etiam operetur fraternitati tuae in virtute obedientiae per Apostolica scripta præcipiendo mandamus. quatenus cordi tuo pro solemini voto constituens, quod aliquis aliquid de cetero ex quo prouocari superna maiestas, vel sedes Apostolica iuste conturbari valeat, non attentans, prædictum priuilegium quo celitudinis diuinæ dignatio sui Confeilorem nominis reddit gloriolum, damnabiliter infligere aut impingere calumnias non præsumas : sed celebre in eisdem partibus ad honorem conditoris, dum sicut & in aliis habecatur, quantum in te fuerit, humili deuotione procures, firmiter crediturus, quod idem sanctus cum adhuc nostræ mortalitatis habitum bajularet, predictis stigmatibus exticte insignitus, & licet illa visa pluribus, ipse tanquam coquettus laudes hominum, vacansque contemplandæ dulcedini cælestium organorum, celare semper studuerit : ea tamen migrans ad paradisi patriam concurrentium obtulit publicavit. Datum Viterbiæ 2. Kalen. Aprilis Pontificis nostri anno undecimo.]

Alia hæc epistola spectat ad Patrem Dominicanum, qua iubet primùm à suis superioribus à prædicationibus suspensi, deinde ad semetipsum in curiam remittit. III.

G R E G O R I V S E P I S C O P V S, &c.

Prioribus & Provincialibus Ordinis Fratrum Prædicatorum.

[Non minus dolentes accepimus, quam mirantes, quod quidam Frater vestri ordinis,
Eusechardus

ANNO CHRISTI 1157.	GREGORII IX. ANNO II.	FREDERICI II. IMPERIA. AN. 28.	RELATIONIS MI- NORVM AN. 30.
-----------------------	--------------------------	-----------------------------------	---------------------------------

Euehardus nomine, *unamemor* quod sermo prædicantium salis gratiæ seniper habere debet condimentum: cum peruenisset Opaniam Moraviae ciuitatem de prædicante transiens in blasphemum: in communi dicere non expauit quod in laude Beati Francisci per quosdani ex discipulis suis pie proposita, deberent haberi pro reprobis, quod in eius corpore Christi stigmata non sussent. Quid ultra? nec Christo, qui sanctum cundem manibus, pedibus ac latere hulusinodi stigmatum privilegio decorauit; nec nobis, qui ex tanto miraculo cum ceteris probato solemniter, causam specialiæ habuimus, quod ipsum in scriptis catalogo beatorum deferendo: dicti fratris elatio in tantam prorupit insaniam, quod discipulos memoratos eoram populo quaestuarios, & falsos prædicatores appellans impudenter assuerit, quod in ipsis, & consimiles auctoritate nostra excommunicationis posset sententiam promulgare. Verum cum non solum iam dictæ nequitæ protulerit verba; sed & ipsis alia peruersa proximorum pacem suaque salute postpositis, cumularit: discretioni vestra per Apostolica scripta in virtute obediencie districte præcipiendo mandamus: quatenus si præmissis veritas suffragatur: fratrem eundem apud quemcumque fuerit suspensus a prædicationis officio ad nostram miratæ præsentianæ pro meritis recepturus. Darum 2. Kalen. Aprilis Pontificis nostri anno undecimo.]

IV. Aliarum se vidisse in sacrario Assisi bullam eiusdem Pontificis incipientem, *seraphim velabam iuxta prophetam*, datum hoc anno scribit Marcus Taruisinus prouinciar Romañus mihius, ac sacra Theologæ magister in opere quodam MS. quod recollecta Ordinis inscriptus, in quo per varias materias & capitula omnia priuilegia & gratias nostro Ordini concessas, quæ potuit detegere, apte distinxit. In hoc diplomate ait Pontificem iubere sub anathemate, ut nullus his detrahatur stigmatibus, & hottatur ut oignes corundem veritati fidelem & firmum præbeant assensum. Deinde visitantibus 17. Septembribus montem Aluentæ vel Ecclesiæ huius Ordinis, magnas concessisse indulgentias.

V. Magna sane & mirabilia præter ea, quæ superius retulimus, Deus operatus est in confirmationem credulitatis horum factorum vulnerum, è quibus hic vnum aut alterum referemus. Cuiusdam religiosi instituti vir Italus non adeo patienter screbar sanctum Patriarcham ita vulneratum depingi. Dum ergo in conuentum S. Romanu custodiz Vienæ veniret, & videret in triclinio seu refectorio ita depictum, noctu dum fratres dormirent, corrosit scalpello notas cicatricum. Quod dum sciel ac iterum fecisset, die sequenti pulchriora & lucidiora vulnera apparebant. Tandem obstinato animo tertio eisdem stigmatibus delendis summo inhians co- uatu, cradenique laceris cicatricem, videt ex eadem affuenter emanare sanguinem, quo petteritus ecclid in terram, magnos emittens clavores. Accutre- runt fratres & in terra inuenientur iacentem veluti exanimem, defluenterque copiose per parietem sanguinem. Autem eleuatum, & in se redeuntem causam miri huius euentus sciscitati sunt; quem duni ille ad Dei & sancti viri gloriam propalare non dubitauit, mirificè creuerunt in sancti Patriarche cultu & amore vniuersi Patres illius loci, sed & qui consque dubitabundus fluuerabat in credendo, imo potius firminus in contrariam abibat opinionem, deinceps certo credidit sa- cra habuisse vultera Franciscum, & in paucitudinem erroris pedes abiit visitatum mon- tem Aluentæ, vbi inflicte haec cicatrices, deinde venit Aſſilium ubique fratibus nar- rans, quæ ei in hac re euenerant, ostendens etiam hincolum sanguine illo literali ru- bicundam.

VI. In Hispaniæ Castellano regno ex præstrutis insidiis irruerunt in pium quendam vi- rum, qui hora Completoij Ecclesiam petebat Minorum, duo nebulones iudicantes alium eile quem ad mortem spectabat: ex odio inueterato. Plagis impotitis; & infictis vulneribus in terra iacentem reliquerunt, infixo gatpu: pugione. Ultimos ferine exhalantem spiritus medici, & chyrtugi resocillarunt, non tam autem sunt pugionem extrahere, ne omnem hianti vulnera sanguinem evacuant. Nocte media circumstantibus uxore, consanguineis, & quibusdam ex Minoritis, quibus valde erat adiutus, repente curantur vulnera, voces articulatas emittit, qui ante eis exihebat

An. 1158. n.
11. & seqq.

Marian. cap.
10.

Legen.

Greg. 9.

Conradicēs

stigmatibus

mirabiliter

flectuntur.

Indidem.

Attabat vul-

nerum san-

tur moribū.

dus.

ANNO CHRISTI 1237.	GREGORII IX. ANNO II.	FREDERICII IMPER. AN. 18.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 30.
-----------------------	--------------------------	------------------------------	---------------------------------

spiritum, & magna vi detruditur ex gutture ferrum. Obstupentibus qui aderant, surgens alacriter, nolite admirari, inquit, opus excelsi, scruisque eius Francisci, qui vulneribus meis sua admouit, & sacra manu pugionem extraxit. Ita merebatur meus erga eum affectus, cui me summa deuotione commisi, culus etiam filios præter omnes valde dilexit.

Surius in vita Legen. MS. eiusdem t. 50. & 51. Aegidius frater regis vero Pontificis. Diuulgabatur vndeque hoc tempore fama sanctitatis & crebris extasis beati viri fratris Aegidij S. Francisci discipuli. Voluit experiri Pontifex, quæ de eo dicebantur, quare ad se vocatum Viterbium ubi per aliquot huius anni dies. commoratus est, amicorum recipit, commiscens de rebus diuinis sermonem. Non dixit multa, quando ea contemplaturus absque sensuum phantasmatibus raptus vir sanctus per quatuor integras horas, obstupescente Pontifice, & secum dicente: quam vere sanctus haberis frater Aegidi, & quam perfectè Francisci affectus es spiritum; ut celestibus consumensis, à quibus solus carnis paries te seiungit, tuæ vita celestis ratio meretur. Redeuntem in se & humi prostratum ad pedes, dum Pontifex secundo & tertio de Deo allocutus, liceret obuiam, neque præmedicato sermone, factus est in extasi, ita ut illo die nihil in homine præter crebros & longos raptus potuerit experiri. Similiter evenit, quando eum inuisit quibusdam coenitatus Cardinalibus in conuentu montis Perusini, neque quidquam ei loqui potuerunt, quare ut liberius nomine frueretur Papa eum die sequenti inuitauit ad prandium, exceptique valde hilariter. Aderant tum quidam qui hortarentur Pontificem, ut eum iuberet cantare. Iussit id Pontifex Aegidius vero sciscitus est, quid sua sanctitas vellet canari. Sepiusque id repetens cucurrit ad aliud palatij angulum, stetisque illic pede altero alteri imposito, usque ad preces vespertinas. Tunc vero sensit Pontifex eum plane extra se raptum, ut qui nullo sensu videretur. Cum autem ad coenam accubuisse Pontifex, ait ad eos, qui illic aderant: Ecce nos hominem istum perdidimus. Seat enim plane immotus, atamen probemus iterum obedientiam, quid in eo possit efficere, versusque ad Aegidium: Præcipio, inquit, tibi frater Aegidi in virtute obedientiae, ut ad te reuertaris. idque factum est. cecidit autem ad pedes Pontificis, & humiliter fatebatur culpam suam, miscebarque peramanter cum Pontifice sermones valde pios & bonos. Sed dum inter cetera dixisset, Pater sancte magnum sustines laborem in gubernanda vniuersa Ecclesia sancta Dei; respondit Pontifex: non sine mea molestia & interiori dolore onus hoc ego exterior, sed quæso te frater mihi, ut mihi tuo adsis subsidio, & laborantem tuis alleues precibus. Libenter (inquit Aegidius dura iam velle recedere) ego submittam collum meum iugo mandatorum Domini mei, & statim raptus immobilis eo loco stetit usque ad tertiam noctis partem. In crastino dum iterum apud Pontificem manducaret, ex magna de eo concepta opinione & experimento spiritus propheticus, interrogavit eum Antistes de suo fine. Quid, inquit, frater Aegidi erit de me? quo ero loco vel statu? Dum vero ille nihil responderet; dic, inquit ille, si non qualis futurus sim, saltum qualis esse debeam? Excusauit se in tanto magisterio Aegidius, sed imperio vietus, dixit: duos, Pater sancte, oculos debes habere, dextrum & sinistrum; dextrum ut superiora completeris, sinistrum ut inferiora disponas; hisque alios pios prudentesque subiunxit sermones, quibus Pontifex excitabatur ad tantum viri reuidentiam.

Leg. MS. c. 29. Egregium responsum ad quædam Cardinales. Mala Minorum in inferno. Rogatus alias à duobus dominis Cardinalibus cum inuisentibus, ut pro eis oraret, respondit: quid opus, Domini, ut ego miser pro vobis ore, qui longe maiorem me habetis fidem & spem? Qua hac ratione? inquiunt illi. Quibus Aegidiis illâ, quod vos in tot divitiis, honoribus, delitiis & pompis huius saeculi speratis salvare; ego vero misellus in tot calamitatibus & miseriis timeo, & vix audeo sperare salutem. Quo responso interius compuncti viri Principes magis institerunt ut pro eisdem oraret. Grauiter etiam respondit cuidam ex fratribus hilariter accurrenti, & dicens bonum se portare nuncium, nimurum quendam ex fratribus raptum in spiritu & deductum ad claustra inferni attente circumspicile, neque ullum ibi vidisse ex Minoribus. Aegidius suspirans ait: facile credo, tili, neminem ibi vidisse ex Minoribus, non enim fortassis descendit ad inferiora penetralia illius ergastuli, vbi cruciantur acerbissime illi miselli, qui sub habitu Minorum vitam Minorum non vivunt.

ANNO CHRISTI GREGOR. IX. FREDERICI II. RELIGIONIS MINORUM.
1137. ANNO II. IMPER. ANN. 28. NORVM ANNO 30.

runt spretis salutatibus sancte regulæ documentis. In veritate enim tibi dico, quod sicut boni & perfecti Minores qui Apostolicam lexitati sunt vitam, communem sortem Sanctorum transcendunt in gloria vita etiam mali fratres miserè & acerbè in inferno cruciantur inferno.

- I X. Cum fratres monasterij Perulini in monte vellent fodere puteum, nec conculcirent de loco, Ægidius accedens, & baculo terram percussus; Hic, inquit, fodiat. Quod dum frater efficeret statim optimam aquam inuenierunt, que in hunc usque diem scaturire non desinunt: quare à viro Sancto puto S. Ægidij vocatur. Illud autem invenitabile de puto hoc, quod ducentos post annos volentes fratres potius ad delicias, quam ad necessitatem altius puto effodere, ut profundior et frigidior aquam, omnino exsiccatus est puto, donec ex consilio pii & prudentis cuiusdam sensis resisterent, quam extraxerunt terram, repleueruntque puto ad pristinum modum, per quod factum est ut denuo aqua abundantiter, sicut prius, scaturiret, habereturque in maiori veneracione & epotaretur magna fiducia potuندæ salutis ab infirmis, ut frequenter evenit. Reprehendit semel quandam ex fratribus quia reprehensibilis erat, quod dum indignanter ficeret, apparuit ei Angelus noctu dicens: Ne indigneris frater te ab Ægidio reprehendi; beatus eris qui illi credideris, & monentem non contempseris. Quod dum exparfatus secum cogitaret, statim abiit ad Ægidium summo mane, & breviter ad eius pedes prouolutus, commotionis & iræ veniam exposcit.
- X. Vndebat tunc in Conventu Parisiensi quidam frater Gulielmus nomine, nobilis ortus prosapia, sed non adeo disciplina monastica addictus, quinquo verbis & gestibus fratribus videbatur dissolutus. Hic cum ad castrum quoddam transiret, sororem iuulitum, videlicet quoddam pueros natantes, viam vero à flumine rapi, & rotantibus aquis involui ut secundum iam submerso occurreret, sicut erat habitu procinctus insicile in flumum ex proximi charitate non praemeditatus latenter vorticis periculum. Quare ex pondere madefacte vestis & imperita natandi, priusquam perueniret ad iuuenculum ipse etiam suffocatus est, Iesu nomen inclamans. Hac ipsa hora accedebant Perusii fratres ad prandium, & Ægidius manus lauabat, qui eleuatis paruimper oculis subrisit & dixit circumstantibus: Bene est Fratri Gulielmo Parisensi, & adhuc melius se habebit. Non intellexerunt hec fratres, donec acceptis è Lutetia litteris perceperunt mortem Gulielmi, interrogaruntque Ægidium, quare in aqua submerso viro dissolue discipline bene esse prænunciarunt. Respondit ob seruorum charitatis actum, quo se aperto tradidit discrimini ut proximo periclitanti subueniret, conterenti & inuocanti nomen diuinum condonata esse peccata, & post breuem in purgatorio passionem ad celos euolasse. Ægidij huius sanctitatis perfectionem magnopere scire desiderabas quidam ex fratribus; in somnis ostensus est ei dormiens & ad caput habens librum hec sola verba aureo charactere continentem: *Hic est quis misericordia pro populo, & universa sancta civitate. Simul etiam immobile ei magna virtus sancti reverentia, & sanctitatis opinio. Plura de mirabili hoc viro nos suis aliis annis expectant.*

- XI. Ad temperandum Friderici furorem aduersus Mediolanenses, & pacificandos tumultus Lombardie misit hoc anno Pontifex à latere legatos Raynaldum Episcopum Ostiensem, postea circarum Pontificem dictum Alexandrum 4. & Thomam Capuanum tit. S. Sabinæ presbyterum Cardinales, cum plenaria potestate ad causas controversiarum dirimendas. Excepérunt tunc querelas Minorum, quod in illis partibus Lombardia apparuerit religio Eremitarum fratris Ioannis Boni Ordinis S. Augustini, qui modo succincti tunicas cum corrigiis baculos gestantes in manibus, modo vero dimisiles baculis incedunt, pecuniam pro elemosynis aliisque subsidii depositentes, & adeò variantes Ordinis sui substantiam, ut eisdem Minoribus uniformes in derogationem multiplicem Ordinis ipsorum crederentur, eisdem propter hoc minorem apud fideles sententibus in suis opportunitatibus charitatem. Noluerunt Cardinales, precipue Raynaldus, qui Minorum erat Protector, ut ex vestium similitudine dannum facerent, aut detrimentum subirent, quare monendum iudicauit summum Pontificem eisdem etham Minoribus additissimum. Hic verò rescriptis ad legatos, ut præsumptioni huiusmodi, aut nouitati obuincirent, statuendo ut identitas vestium tolleretur, ne confusione pareret, aut ex ea scandala graviora consurgerent, & Eremitæ illi Augustiniani, aut nigrum aut album sibi ha-

Leg. MS.
C. 17.
Mirabiliter
aqua venient
aperit.

Leg. MS.
C. 19.
Plus malis
secundum ad
mittenda.

Predicis dif-
ficiens fratres
saluatoris.

Apparet in
Lombardia
Eremitæ Ioh.
nus Boni

luteum &
crimpati in
habitu à Ma-
noribus.

ANNO CHRISTI · GREGOR. IX. · FREDERICI II. · RELICIONIS M.
1237. · ANNO II. · IMPER. ANN. 18. · NORVM ANNO 301

bicum eligerent; largas & protentas manicas, quasi ad instar cucullarum, & desuper ferrato per amplas cingulas patenter omnibus apparentes, ita quod osmanes cincti desoritis eas vestibus nequaquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmarum grandium, ac expressè in elemosynarum petitione culus esset ordinis declarantes, adeo suarom veltium longitudinem temperarent, quod à quibusque ipsorum calcamenta libere viderentur; ut sic habitus confusione semota & sublata materia scandali, ab utriusque Ordinis fratribus liberius & gratius Domino virtutum possit deserui. Proposita Eremitis per legatos hac Pontificis ordinatione nigrum sibi elegiunt habitum, quem modò gestant, licet circa cetera diurna fuerit inter eos discordia; & frequens remissa, ut largius retulimus ex bullis Apostolicis in tractatu Apologetico, quem edidimus de præterio monachatu Augustiniano S. Francisci. Atque hinc intelligenda venit illa clausula narrationis Gulielmi Cardinalis S. Eustachij horum Eremitarum Protectoris, inserita in Bullam Innocentij IV. *Ad amicos nas, re-*

*Marc. de latim à Istano Marquez videlicet, de mandato & auctoritate doctorum Cardinalem, qui orig. 1. Pr-
mit. Aug. c. 13. §. 17.* *tunc in partibus Lombardie legationis fungebantur officio, nigrum quem gestauit (scilicet Ordinis Eremitarum profectores ad quos diploma dirigitur) adhuc habitum degenerum.*

Quare firma & stabilis origo huius habitus ab hoc anno, vel sequenti siemenda est, cum ex regesto Pontificio huius anni epistola 88. data Viterbijs. 10. Kalend. Iunij constet hoc anno missos hos legatos, & anno 14. Pontificatus in bulla, *Dadon apparet indignatum Ponificem, quod huc forma habitus à se praescripta & per Cardinales intitulata non obseruaretur ab Eremitis, iussisse sub graubus penitentia ut eà solā recercentur. Plura de his diximus in prædicto tractatu, & alias occurrent dicenda.*

Michou.lib. 9. c. 37. Croner.lib. 8. Scheydel.c. de Cracovia. Minores introducuntur in Polaniam. Decius de vetust. Polon. Paris ad hunc annum. Subentur in Anglia celebri festa SS. Franc. & Dominici. Histor. MS. pro. Alagon. Gonz. in eadem pro. cœn. 7. Conuen. Datorum. *Authores sunt Matthias de Michouia & Martinus Cronerus de rebus Polonicis, XII. de quo etiam Hartmannus Scheydel tractatu de Sardinia inter authores Polonos hoc anno Boleslaum Pudicum Polonia Regem in annis puericis constitutum pertuasione genitricis sua Czimislavve inductum, ex Pragensi ciuitate in Cracoviam Minoros vocasse, pro Monasterioque & Ecclesia locum amplum donando, tam Ecclesiam quam Monasterium costis lateribus ædificasse & consummatum. Scribit etiam Iodocus Ludovicus Decius libro de vetustatibus Polonorum, eundem Boleslaum Pudicum multis virtutibus adornatum, obiisse anno salutis 1279. die 7. Decembris, atque apud eandem ad eum S. Francisci à se conditam tumulatum. Eodem etiam anno ut refert Parisius, Londini in Concilio conuocato per Ottomem Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardinale, legatum à latere in Anglia, in Ecclesia S. Pauli in castro octauatum S. Martini de mandato Pontificis statutum fuit ut celebrarentur in illo regno festivitatem Diuorum Francisci & Dominici ab ipso canonizatorum.*

Absolutum est hoc anno domicilium, & extracta Ecclesia Minorum sub Sancti Francisci in initio liberalitate Jacobi Regis Aragonum in villa Darocensi postea sub Rege Petro anno 1370. ciuitatis nomine & priuilegiis condecorata dieccesis Cesaraugusta, modo per orbem nominatissima ab illis milibus linceamibus seu corporalibus, in quibus sex formulæ hostiarum consecratarum conuenient sunt in speciem carnem seu sanguinem, per quantior integrâ sâcula recentem & miram. Ante annum 1225. vixisse ibi Minoritas probat authenticum chyrophaphum prædicti Regis Jacobi eo anno datum Bilbilis 10. Iulij, quo certam salis mensuram præsentis loci incolis per singulos annos statuit pendendam. Extracta est ad eam prope fluum Gilache in loco ainceno, amplisque horris, & pleno gaudet irriguo. Reformatus est, & deuoiutus conuenitus ad Patres Observantes anno 1509. dum adhuc gubernaretur prouincia Aragonensis per Vicarios Provinciales, sed redditus pro eisdem Patribus Conuentualibus conuenitus Tuolij, ut constat ex instrumento in eodem Tuolisi loco seruato, & stipulato per fratres Joannem Ianigum, & Antonium Nauarrum ex parte Observantium, & fratres Franciscum Tabar, & Ioannem Arguinianum ex altera Patrum Conuentuali.

*Conu. Prae-
missa. Gon. in
pian. Franc. cœn. 7.* *Per hoc tempus in medio urbis Pruuinenis, Senonensis diocesis, comitatus Brie in XIV. Gallia, eretus est conuentus Minorum satis amplius, cuius Ecclesia prægrandis sanctæ Margarite sacra, anno Domini 1395. à quadam Maldensi Episcopo consecrata, multis faculis, imaginibus, variisque & deuotis picturis pulchre exornatur. Claustro insuper*

ANNO CHRISTI 1237.	GRÉGORII IX. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 28.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 30.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

super cum capitulari aula, dormitorū, architriclinio, curia quadrata, fonte abundante iugiter manante, hortis omnis generis arboribus constitutis absoluuntur. In Lo-
Cron. Lexi-
sis.
xensi vrbe ad fluvium Ligerum in Gallia conuentus ante annos octo ædificati à S. Idōia p[ro]p[ter]a.
Ludouico Galliæ Rege, Ecclesia hoc anno per R. Iabellon Turonensem Archi-
episcopum consecrata est in honorem Dei ac S. Ioannis Evangeliste, nec non & B.
Mariæ Magdalene. Auxit Monasterium illustris vir Franciscus de Rouij eques Tor-
quatus.

XIV. Misericordia hoc anno à S. Clara ad preces Regiae virginis Agnetis Bohemiae sororis aliquot in Bohemiam, & aliae in Alemaniam, quæ per Tridentum vbi Monasterium pro eis erectorum est, venerunt Vlmam, vbi aliquæ ex ipsis remanentes cœperunt ædificare pauperculum quoddam Monasterium, sive habitaculum in quodam loco dicto *vff dem gries*, vbi modo est hospitale S. Elizabethæ satis opulentum. Prima Abbatissa vocabatur Hedwigis. Erat tunc temporis quidam matus & deuotus fra-
Chron. Sa-
xon. MS.
Misericordia à
S. Clara so-
roris in Ale-
mania.
Monast. mo-
nialium Vi-
matis.
ter Ordinis Minorum Albertus nomine, cuius ducatu & directione sorores illæ in omni sanctitate viuentes valde prosecerunt, ædificantes habitaculum in dicto loco, vbi tunc erat quoddam Curia nomine *Mischkoff vff dem gries* quam quidam nobilis Vdalricus de Fryberg, liberè dictis sororibus obtulit. Cum autem sorores illæ deuotæ ibidem aliquot annos habitassem, ob nimiam inquietudinem & importuni-
tatem locum mutare decreuerunt extra oppidum Vlmam. Quod audiens quidam deuota matrona, Comitissa de Dillingen, ex consensu & favore Comitem de Dil-
lingen, aream in Seßlingen dictis sororibus obtulit & dotavit, monasteriumque ibi-
dem fundauit, pro septuaginta duabus sororibus Ordinis S. Claræ, ipsa S. Clara ad-
huc viuente, vnde & Monasterium illud Seßlingen, ortus Beatae Marie Virginis no-
minatum, in superiori Alemania primum fuit, in quo sorores illæ deuotæ & sanctæ intrauerunt primum anno 1238. in die purificationis B. Virginis; cui Alexander Pa-
pa IV. eadem privilegia communicauit, quæ sorores Sanctæ Claræ in S. Damiano habuerunt, ut literæ eiusdem testantur. Quodam etiam sorores deuotæ ex ordina-
tione S. Claræ, dum adhuc in humanis ageret, ex Colonia, ibidem ordine S. Claræ plantato ad Vlmam redierunt ferentes secum tria capita sanctorum virginum ex
societate Sanctæ Ursule, quæ hodie in Seßlingen manent. Sicque Monasterium il-
lud in superiori Alemania, quasi mater aliorum Monasteriorum Ordinis S. Claræ fuit. Vt pote Anger in Monaco, S. Cecilia in Pfullingen, & Sanctæ Marie Magdalene in Nyruberg, Sanctæ Agnetis in Herbipoli, & aliarum quinplurimarum quæ à dicto Monasterio Seßlingen ortum, & progressum sumperserunt. Reformatus est hic Conuen-
tus anno 1484.

XV. Pro eisdem sororibus hoc ipso anno in medio monte S. Catharine cognominato, ad septimum lapidem à supra dicta vrbe Pruuini Theobaldus vir Princeps huius no-
minis quartus, cœnobium extruxit; cuius filius Theobaldus quintus liberalitati pa-
ternæ nedum adstipulatus est, sed & multo plura adiecit: incrementum anhelans,
maxime diuini cultus, in prænominato Monasterio, quod adeo toto vice cursu i.
dilexit, ut in eo post mortem corpus suum sepeliri voluerit. Dictum Monasterium anno Domini 1560. incendio deplorabili, ita exinanum etiam usque ad fundamen-
ta, & omni supellestili adeo nudatum fuit, ut coactæ fuerint sorores aliquandiū ca-
strum in loco totius yrbis eminentiori situm, magistratu ciuii permittente inhabita-
re. Veruntamen, non post multos dies, viribus utique resumptis, prudens soror Barbara Colomna, tunc Monasterij Abbatissa manum admovit, Deo opena
ferente, ut restauratrix fieret sumptibus non modicis, sed multo pluibus laboribus,
tantarum prælati monasterij ruinatum. Quibus (ut lieuerat) reparatis, pro-
tinus reuersæ sunt sorores, vbi vix septem annos quieuerunt, quin viderent vix re-
paratum Monasterium, furentibus per Galliarum regnum hereticis, penitus in ci-
neres redactum, quod compulit pauperculas pristinum pro refugio petere cast-
rum. Sed continuo sagacitate, & economia admirabili sororis Margarete de Billy
(ex nobili familia de Prunay) tunc Abbatissæ præsumatum Monasterium, non tam restitu-
ratum, quam renouatum cernitur.

XVI. Ante hunc annum extrectum suisdem Ordinis Sanctionalibus Monas-
terium Monast. Ale-
santrum.

ANNO CHRISTI 1237.	GREGOR. IX. ANNO II.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 28.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 30.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

sterium in ciuitate Alexandriæ à Palea cognominatae diocesis Mediolanensis ad Taurum: Botriamque fluvios ex Apennino labentes in tractu Montisferrati in Lombardia Cispadana constat ex priuilegio exemptionis à iurisdictione Episcopali dato hoc anno à VVillielmo de Rizzolio Mediolanensi Archiepiscopo, quod alij ampliori à se concessio inseruit Innocentius IV. anno 3. sui Pontificatus quod perlegere licet in eius regesto ad huius tomī appendicem. Simile exemptionis priuilegium concessit Bernardus Episcopus Cæsaraugustanus Sandimonialibus Monasterij Sanctæ Catharinæ Cæsaraugustani, cuius fundationem deditus supra. Episcopalem concessionem insertam habet priuilegium Innocentij prænumerati ad annum 4. sui Pontificatus.

Anno 1234.
n. 7.

Hoc anno datis Interamne ad omnes Abbatissas & sorores Ordinis Sancti Damiani literis incipientibus, *Lices velut ignis* s. Idus Februarij, iussit Pontifex ne vilius frater aut sacerdos, præter infirmos, debiles & puellas, quæ regularem non poterant atatis teneritudine prohibente seruare rigorem, infra septa monasteriorum earundem de cetero carnes ederet, nec etiam extra carnes alicui sorores ministrarent. Agneti Bohemicæ indulxit, ut cum monialibus Sancti Francisci Pragensis dispensare posset in quibusdam Ordinis rigoribus, ita exigente illius regionis temperie. *Causas*. Datum Viterbij s. Idus Aprilis. Dedit etiam ampla priuilegia eisdem monialibus, necnon hospitali S. Francisci, quod prope construi curvavit Regia virgo Agnes. Item huic ex singulari gratia per has literas concessit, ut quinques coram in choro sacrum posset audire.

G R E G O R I V S , &c.

*Abbatissæ Monasterij Sancti Francisci Pragen. Ordinis
Sancti Damiani.*

[Cum sæculi vanitate relictæ fragilitatem humanam in stabilitatem perpetuam commutâris, & ex Regina facta voluntariè Dei Omnipotentis ancilla perfectionis viam in sancta religione, cui te deuouisti, perpetuo sis ingressa, omne gaudium tuum & solamen reputans in diuinis obsequiis, maxime cum in altari offertur sanctissimum corpus Christi, tuis supplicationibus inclinati deuotioni tuae auctoritate præsentium indulgenus, ut quinques in anno in choro Monasterij audire possis Missarum solemnia, & inspicere presbyterum celebrantem. Datum Viterbij 2. Non. Aprilis anno vndeclimo.]

Inbet Ponti-
sex capi gy-
roungos & fe-
tios Minores.
Cæsar. lib.
6. hist. inc-
mo. c. 20.

Grauissimas item has, quæ sequuntur in Minorum commendationem dedit ad XIX. vniuersos Ecclesiârum Prælatos litteras, in quibus præter cetera hortamenta precipit, quatenus quæstuarios & gyrouagos quosdam qui se fratres Minores simulant, tanquam falsarios caperent & punient. Horum autem plerosque suo tempore suis scribit Cæsarius, barbatos in habitu & tonsura religionis, & ex eis multis neci traditos propter maleficia quæ perpetrabant, quantumvis pietatem simularent. Et licet, inquit, quidam ex huiusmodi viatoribus viri sunt sancti, & sine felle, propter malos tamen despiciuntur. Hinc est quod anno præterito Dominus Engelbertus Coloniensis Archiepiscopus in Synodo sua præcepit, ne aliquis illorum in sua diœcesi hospicio recipetur.

ANNO CHRISTI
1238.GREGOR. IX.
ANNO II.FREDERICI II.
IMPER. ANN. 29.RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 31.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Venerabilibus fratribus & Archiepiscopis & Episcopis ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Plebanis, Archipresbyteris & aliis Ecclesiarum Prelatis ad quos litera ista peruenient: salutem & Apostolicam benedictionem.

[Quoniam abundauit iniquitas, & refriguit charitas plurimorum, sacrum Ordinem dilectorum filiorum fratrum Minorum Dominus suscitauit, qui non quæ sua, sed quæ sunt Christi, quærentes tam contra profugandas hæreses, quam contra pestes ^{Philipp. 1. v.} alias mortiferas extirpandas se dedicauerunt euangelizationi verbi Dei in abiectione voluntarie paupertatis: Nos igitur sanctum eorum propositum & necessarium ministerium fauore beneuolo prosequentes, vniuersitatè vestræ affectuosè duximus commendandos charitatem vestram rogantes & exhortantes in Domino ac per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus dilectos filios fratres Ordinis memorati, pro reuerentia diuina & nostra ad officium prædicandi, ad quod sunt ex professione sui Ordinis deputati, benigne recipere procuretis ac populos vobis commissos, ut ex ore ipsorum verbi Dei semen devote suscipiant admonentes: etiam in suis necessitatibus liberaliter assistatis: nec impediatis quo minus illi, qui ad prædicationem eorum accesserint, tunc eorum Sacerdotibus valeant confiteri: quatenus ad prædicta suscipienda vestris exhortationibus præparati: tanquam bona & fructifera terra pro viciorum tribulis incipient segreges germinare virtutum: & dicti fratres per cooperationem vestram suscepit ministerij cursum feliciter consummando, optatum reportent sui laboris fructum & finem, salutem videlicet animarum. Quia vero Læpe via sub specie virtutum occultè subintrant & angelus Sathanæ in angelum lucis se plerumque similate transformat: præsentium auctoritate vobis mandamus, quatenus si qui de prædictorum fratrum Ordine se dicentes, in vestris partibus prædicauerint, ad quæstum pecuniarum se conuertendo per quod religionem ipsorum qui paupertatem professi sunt, contingere infamari: vos tanquam falsarios capiatis & condemnatis eosdem. Nulli ergo, &c. Datum Viterbiji II. Kal. Iunij Pontificatus nostri anno undecimo.

A R C U M E N T U M.

Crudeliter sauit in Pontificem & sequaces Fridericus Imperator, cuius crudelitatem experti sunt Minores. Belæ Hungaria Regi pugnaturu contra Assanum Bulgarorum Dominum, conseruntur in adiutorium Prædicatores & Minores ad rvaria ministeria. Jacobus Rex Aragonie regnum Valentia expugnat, Mauris expulsi. Instituuntur Inquisidores Minores & Prædicatores in regno Navarræ, quo officio iam fungebantur inter Tolosates. Grauerit & serio agitur per Doctores Parisienses de beneficiorum pluralitate. Germina sua virutis ostendit Agnes Bohemica, quam Pontifex laudat. Veriusque sexus multiplicantur domicilia.

I. **F**RIDERICVS neque initio fœdere pacator, neque Pontificis indulgentia vel connuentia melior effectus, vel clam, vel palam ex quacunque occasione Ecclesiæ iura violabat, viris sacræ molestias plurimas inserebat. Gregorius frequenti misso nuncio ad saniorem mentem furentem revocare conatus nihil omisit, quod pijs patris aut æqui esset rectoris. Nihil tamen profecit, imo in se suosque infantilem exercitauit, ita ut pro scelere sufficeret Gregorianæ partis haberi. Crudelitatem inauditam in prelatos exercuit, quorum multos Archiepiscopos, Episcoposque partim occidit, plures carceri addixit, nonnullos exilio mulctauit, in quibus fuerunt è Sicilia <sup>Mira Fratres
rei in Pon-
tificis fœur-
ma</sup> Fazzel. de
rebus Sicul. lib. 8.
^{Matton. c.}

ANNO CHRISTI GREGORII IX. FREDERICI II. RELIGIONIS MI-
1238. ANNO 12. IMPER. ANNO 29. NORVM ANNO 31.

Episcopi Cepaledensis & Catanensis, cuius fuerat alumnus. Cum his expulsi plurimi Minores, allij malis exsaturati, alij vltimo supplicio affecti & combusti, infestum enim ei hoc hominum genus, quos vbique tam in Palæstina, quam in Germania, & Italia à Gregorij partibus comperit inconcussè stetisse. In exilium acti ad Pontificem Ministrumque Generalem accesserunt, à quibus benignè excepti, à religiosa Christianaque constantia commendati, in diuersas ædes dimituntur. Ex his duo, Siculi genere,

*Egregium
Ægidij di-
stum.
Leg. MS. E.
gidij.* cum Perusium venirent, conquererenturque apud Beatum Ægidium sc à terra sua per immanem impiumque Fredericum ciectos, loquelz formulam taxauit vir sanctus dicens: eos iniuste de Frederico queri, neque enim à sua terra Minores potuit eiciere, qui terram nullam suam habent in terra. Veri, inquit, fratres Minores extra sæculum facti, vbi viuant in sæculo non curant, neque locum vllum suum possunt appellare. Vbique fratri Minoris patria est, qui propriam nullam haberet in mundo. Peccatis itaque fratres in magnum peccatorem Fredericum mentiendo; plus vobis contruit, quam abstulit, meriti causam addidit, patriam non subtraxit,

*Bela Regis
pietas.* Diuersum erga Pontificem Belæ Regis Hungaræ, Sanctæ Elizabethæ fratris, stu- II.

*Bonifacius
dec. 2. lib. 8.
Chron. an-
tiqu. ord. MS.* diuin, cui nihil tam sacrum, quam Pontifici per omnia parere, eius ius illesum ser- uare, potestatem augere. Quare Cutenem Cumanorum Regem, à Tartarorum su- tate cum vniuersa sua gente fugientem, ad gratum admisit hospitium, adductus cer- ta spe & pollicitatione regis tot hominum millia in accessionem orthodoxæ fidei af- ferendi. Neque frustra fecit diuin religiosos subministravit magistros, præcipue ex Prædicatorum & Minorum familiis, qui publicis concionibus gentem efforam ad nostram hortati sunt fidem. Ultra hæc sponte se obtulit pius Rex ad arma suscipien- dum contra Allatum, Dominum Bulgarorum, hominem hereticum & schismati- cum, qui vna cum Ioanne Vatacio imperium Orientis diuexabat. Laudat Pontifex Principis zelum & promouet, adhibendo subsidia per crucis signatos, aliaque mini- steria Prouincialis Hungari Prædicatorum, & Strigoniensis Minorum, quæ clarius Producuntur. & ex literis datis ad ipsum Regem & Patres constabunt. Habentur in regesto Vati- cano num. 211. & 213. epistola 212. data est ad Episcopum Perusinum Pontificis legatum in eundem tenorem.

G R E G O R I V S.

Illustri Regi Hungaria.

[Literas, quas nobis celitudo regia destinauit, gratariter recepimus, & quæ con- III.
tinebantur in eis, tam diligenter intelleximus, quam libenter dignas agentes gratias 1. Cor. 1. v.
Domino Deo nostro, in gratia Dei, quæ data est tibi in Christo Iesu, quod illo salu-
Prou. 11. v. briter inspirante, qui habens corda regum in manu sua, ea vbi voluerit, inclinabit; clau-
mem. progenitorum tuorum exempla secutus, quanto eis potentia es & dignitate subi-
Cant. Mag. minor, tanto te illi humiliori deuotione subternens, qui exaltat humiles in salutem,
ipsum reuerentius veneraris, & sponsam eius Ecclesiam venerabilius reuerteris, prout
affetu exhibes & affectu. Fortitudine namque spiritus roboratus ad assuendum ne-
gotium contra gentem apostatricem, populum blasphemantem, hereticos videlicet
& schismaticos terræ Allani, ipsiusque Allatum Dei & Ecclesiæ iniunicum, illudque
cum auxilio Dei & Ecclesiæ personaliter prosequendum, te prompta magnanimitate,
& magnanimi promptitudine voluntarius obtulisti, ut sicut Uei & Ecclesiæ obse-
quiis totaliter te atcribas. Propter quod licet adhuc in minori constituti officio, ac
demum ad apicem suum pontificatus assuincti, personam tuam speciali prærogatiua
dilectionis & gratiæ amplectentes ad profectum tuum & exaltationem coronæ
regiae intenderimus diligenter, nec tamen quodam modo reputantes nos ad id tuis
meritis, debitores tanto, non solum in his, quæ in eisdem literis expressisti, quan-
tum cum Deo possumus fauorabiliter exaudire te volumus, sed etiam ad omnia,
quæ tuum respiciunt communum, & honorem propensius aspiramus, quanto li-
bentius diuinis, & nostris beneplacitis obsecundas. Sed & illum de te fiduciam
gerimus, & sic puritatis tuae zelum discretionis spiritu te credimus moderati:
quod nihil tibi à nobis concedi velis, per quod Romania Ecclesia inaer tua

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	REXIONIS MA- NORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	-------------------------------

notam alicuius detractionis incurrat, vel trahi possit ab aliis in exemplum. Cum enim induetus forsitan consilio aliquorum, à nobis petieris tibi legationis officium in terram Assani supradicti committi, & concederemus potestatem limitandi dioeceses, instituendi Episcopos, & distinguendi parochias, necnon & certam, quia Zemps nominatur, in qua studiorum desolata excrevit populi multitudine, qui nondum subfuerat cuiquam Episcopo, alicui Episcopatu applicandi, quia serenitati vestre in vicibus Iesu Christi dilectar, ac per hoc negare tibi aliquatenus non valemus, quod secundum Deum cuiquam esse mus principum concessuri, eti non id quod ad literam peritur, idem tamen sibi de fratum nostrorum consilio concedimus in effectu, ut videlicet possis assumere quaecumque malueris de Archiepiscopis vel Episcopis regni tui, qui nostra fratres auctoritate praefixa de tuo consilio exequentes cui Venerabilis frater noster Episcopus Perusin. Apostolicz Sedis legatus, de speciali mandato nostro, quod ei dirigimus, eandem exequendi tribuet potestatem. Et quis personam, qdam intendis assumere, ignoramus, illam nobis Regia mansuetudo significet, ut ei super hoc nostras litteras destinximus. Ad hoc, ut ad assumpti expeditionem negotij ex aliquorum subsidii, licet non indiges per Dei gratiam, fortius animosis vniuersis cruce signatis eiusdem regni commutandi vota sua per manus dil. fil. Prioris prouincialis fratum Prædicatorum, &c., Ministri fratum Minorum prouincie Strigonien, quibus super hoc scripta nostra distigimus, liberam concedimus facultatem. Ipsi quoque Priori & Ministro per litteras nostras iniungimus, ut per se ac fratres suos contra prædictos haereticos & schismaticos prædicens verbum crucis, illam eis, qui contra eosdem signatis crucis assumperint, indulgentiam concedentes, quam habent laborantes in subsidio Terræ sanctæ, tibique concedant aliquos ex fratribus, quos in huiusmodi obsequio Iesu Christi prouideris eligendos. Ceterum quia indignum esset, ut dum militas Regi Regum, aliquod regni tui dispendium patiaris, in omnes, qui postquam te accinxeris ad præfatum negotium exequendum, quamdiu in persecutione ipsius fueris, regnum ipsum inuaserint, vel contra te diabolo conspirauerint instigante, excommunicationis sententiam promulgamus, quam per Archiepiscopos & Episcopos Vngariz, ac fratres Prædicatores & Minores per totam Vngariam & regna, & loca vicina mandamus ex tunc solemniter publicari. Ut igitur inoffenso pede curratur ad prælium Domini præliandum, nulloque possit assumptum negotium aduerso obice præpediri, vniuersos dicti regni, qui ad collaborandum tecum in eodem negocio assumperint signum crucis ac alios ab vniuersis excommunicationum sententiis latis à Ven. st. nostro ... Episcopo Perusin. Apostolicz Sedis legato per Priorem ac Ministrum prædictos, iuxta formam Ecclesiæ mandamus absolvi. Dat. Anagni s. Idus Aug. an. 12.]

G R E G O R I V S, &c.

Priori prouinciali Fratrum Prædicotorum de Vngaria & Ministro
Fratrum Minorum prouincie Strigonien.

I V. [Sicut literæ charissimi in Christo filij nostri Bela illustris Regis Vngariz nobis exhibet continebant, idem Rex prudenter attendens, quod nihil est amori diuino, & animarum saluti penitus præferendum, æternæ remunerationis intuitu ac devotionis obtenu, quam ad nos & Romanam gerit Ecclesiam, ad commonitionem nostram se voluntarius obrulit ad assumentum negotium contra haereticos & schismaticos terræ Assani, ipsumque Assanum, arduum vbiue ac implicitum, illudque cum auxilio Dei & Ecclesiæ personaliter prosequendum. Licet autem dictus Rex promptam gerat in hoc velut rex Christianissimus & princeps Catholicus voluntatem, ut tamen in tam arduo negocio manus Ecclesiæ ubi adsit, mandamus quatenus vniuersis cruce signatis regni Vngariz commutandi vota in huiusmodi subsidium facultate concessa, per vos & fratres vestros prædicetis contra prædictos Assanum & alios per totam Vngariam, & alia loca, vbi expedire videris verbum crucis, illam iis, qui contra eos signum crucis assumperint, indulgentiam largientes, quam habent laborantes in subsidio Terræ sanctæ, aliquos ex eisdem fratribus, qui intersint regali exercitu ad proponendum populis verbum Dei, audiendas.

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

confessiones, &c. penitentias iniungendas ac sacramenta Ecclesiastica, cum opus fuerit, exhibenda praefato Regi nihilominus concessuri. Et ut inoffenso pede; &c. ut supra in epistola precedenti usque iuxta formam Ecclesie absoluatis. Ceterum quia idem Rex de salute animarum suarum proinde cogitans, illam desiderat omnibus amissere, praestitum auctoritate conceditus ut postquam se accederint ad predictum negotium exequendum audita confessione ipsius, ei salutarem penitentiam influngenates, eidem in remissionem peccatorum suorum huiusmodi negocium imponentes, relaxatori nihilominus iuramenta, si qua forsitan ibi animarum suarum dispendium eundem Regem contigerit praestitisse, super aliis vero iuramentis & constitutis, quia quae sunt constitutiones, & super quibus iuramenta sunt praestata, scire nequimus veritatem, illa nobis regia magnitudo transmittit, ut supra illis auctore Dominio congruum consilium apponatur. Datuerunt ut supra.

Ioan. Maria. lib. 12. c. 19. M. Flo- rentia. c. 10. Aragonius Rex posuit regno Valen- tia.

Non impatitulus alterius Regis in Hispania Iacobi Aragonij, qui obfudione & fre- V. quenti eruzione Zaonum Regem Maurum Valentiae, in eas redigie angustias, ut se dediderit ex pacto, & ius legibus, ut urbem Valentiam, ecclesias, &c. oppida circa Sacraconem, omnia Aragonio Mauri traducerent; ciues Culletam & que Dianum Aragonis fidem tuti abire permitterentur. Illis fas esset nemine excutiente sacerdos, aurum, gemmas, vestem pretiosam, ac omnino quidquid effeive possent, esportare. Inter Reges induciz in octo annos essent, exque optima fide seruarentur. Admissis stabili- tateisque his conditionibus rebus perficiendis dedendazque urbi quinque dies desigantur. Antequam id tempus elaberetur Mauri agmine factio urbe egressi, numero quinq- uaginta millia promiscui sexus & statis, regio exercitu in armis circumfuso praedicti causa, ex abcuntibus nullus impone violatus, cum deditios tueti ad suam digni- tatem fidemque Rex pertinere iudicaret. Pridie eius diei, qui mense Septembris Mi- chaëlis Archangeli memoria sacer est, hoc ipso anno civitas obtenta (ut aperte sati- sional. Va- lentia. c. 16. Ioan. Ma- riana citat. Bzou. adhuc annum. 10. Diag. cit. & ricus, quibus ministeriis duo astiterunt Regi Patres Minoritz. Rex autem Mauritius Zeitus Abuzeitus, quem solio pepulit, & incuria regno spoliauit Zanclus Dianij di- nastia, iam ab anno 1235. vel sequenti Christianus factus (vii facturum ei sub morte vaticinati sunt duo illi Franciscani martyres, quos supra occidisse diximus, quorum virum Ioannem Perusinum, alterum ex nobili oppido Saxy-ferrati, Bartoli celebri- Jurisconsulti, natiuitate famoso ortum, vetusta quædam fragmenta Chronicorum M.S.S. nobis indicarunt) & in baptismo Vincentij Beluisij nomine indito, arcana ta- men, ne res prodita inuidiam apud suam gentem odio religionis conflare, nam regni recuperandi spem nondum abiecerat; amplis redditibus nobilique palatio donatus a Iacobo Aragonio in ipsa ciuitate Valentina. Minores summe dilexit, quibus ad suos cænobio edificando tertio post mense præscripsit, ut anno sequenti dicetur.

Regnum Nauarræum hoc tempore multo inficiebatur hæretico, & latenter hac pe- VI. stte serpente paulatim abiit in contemptum potestas Pontificis, conculcabaturque im- munitas Ecclesie, quæ primæ sunt hæresum sequelæ. Quibus auditis Pontifex In- quisidores instituit Ministrum Ordinis fratrum Minorum in Nauarra, & Magistrum Petrum de Leodegaria Ordin. Prædicatorum, Pamploniarum commoranti, qui sevère animaduerterent in subdolos operarios, & tantorum criminum authores. Commissio- nis his Patribus datæ, seu tunc primo sub Theobaldo Rege institutæ Inquisitionis aduersus hæreticos hoc in regno mentionem habet Franciscus Diagus in historia A-ragonensis prouinciaz Prædicatorum, & diploma ipsum institutionis nos damus ex Va- ticanico regesto numero 55. quo omnium primo, saltim in Hispania, iudicarim crea- tos Inquisidores viros regulares, & datam hanc auctoritatem independenter ab Eccl- siastarum prælatis.

Instituuntur Inquisidores in regno Na- uarra.

Diag. lib. 1. c. 3.

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELIGIONIS MINORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	----------------------------

G R E G O R I V S. &c.

*Ministro Ordinis fratrum Minorum in Navarra, & Magistro
Pietro de Leodegaria de Ordin. fratrum Predicorum
Pampilonie commoranti.*

[Rumor, qui de Regni Nauarre partibus auribus nostris nuper infonuit, amaritudinis absinthio nos potavit, quia sicut ad nos fama, immo infamia referente, peruenit, inimico homine in Regno ipso semen iniquum messi Dominicæ seminante, segetes zizania pullulant, & vulpes moliuntur vineam Domini demoliri. Nam hæretici labis morbus paulatim serpens ut cancer, fere totum prædictum Regnum asseritur grauiter infecisse, nec iam hæretici latenter, ut vulpes, demoliri vineam Domini sui contenti sunt, sed quasi equi parati ad prælium, manifestè præsumunt insurget contra eam, ex qua venenata radice videtur procul dubio processisse, quod in eodem regno conculcatur libertas Ecclesiastica, & claves Ecclesiaz contempnuntur. Cum igitur ex injuncto nobis officio de Regno Dei colligere scandala teneamus, & quantum in nobis est huiusmodi bestias oppugnare. Nos ponentes in manu vestra gladium verbi Dei, quem iuxta Prophetæ sententiam non debetis à sanguine prohibere, sed tanquam Phinees Catholicæ fidei zelo succensi, de pestilentibus ipsis & credentibus ac receptatoribus, & defensoribus corundem solicite inquirentes contra illos, quos per inquisitionem super præmissis constituerit esse reos, tam iuxta sanctiones Canonicas, quam statuta nostra, quæ ad confundendam hæreticorum prauitatem edidimus, procedatis, conuocato contra eos ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Datum Laterani. 8. Kalend. Maij anno 12. Ex partibus Tolosanis irrepsit hoc virus, sed & ibi etiam Inquisitores erant vériusque huius ordinis alumni, ut ex subiectis ex eodem pñnu. 61. transcripsit, liquebit.

*Matt. 13. 26.
Cantic. 1. 15.*

*Hier. 48. 10.
Exod. 13. 11.*

G R E G O R I V S. &c.

*Villelmo Arnaldi Predicorum, & Serapino de S. Tiberio
Minorum Ord. Fratribus Inquisitoribus hæreticorum in
ciuitate & diaœsi Tolosan.*

VII. [Raymundus Rogerij, dictus Minor, ciuis Tolosanus, nobis exposuit quod cum ipse olim constitutus in patria potestate, non suam, sed patris sui, cuius indignationem timebat, voluntatem sequens, quibusdam communicasset hæreticis, non tamen in hæretica prauitate, nec vñquam crediderit in eadem, tandemque Ven. fr. noster N. Episcopus Portuen. tunc in partibus illis Apostolicæ Sedis legatus, illos, quos inuenit de prædicta prauitate suspectos, Cruce signari mandauit, sed pro eo quod hæreticis communicauerat, ut superius est expressum, de mandato dicti legati suscepit cum multis aliis signum Crucis. Cumque præter modum ardore fidei vehementer accensus, inquisitoribus hæreticorum à Sede Apostolica deputatis, in pœnitentiali foro, quæ cuncta hæretici contigerant, reuelasset, & tanquam Catholicus dixisset culpas, & aliorum, in his non defens consanguineis vel amicis, iidem Inquisitores omnem ab eo sinistræ suspicionis materiam amouerunt, ipsum Catholicum nuntiarunt. ut in litteris eorum & Ven. fr. nostri . . . Episcopi, nec non Abbatis S. Saturnini Ministri fratrum Minorum & . . . Prioris fratrum Predicorum Tolosan. super hoc confessis plenius continetur. Vnde cum sicut afferit, non ita deliquerit, quod Ierosolymitanæ peregrinationis teneatur subire laborem, ut super hoc prouidere sibi de benignitate Apostolica curarem, suppliciter orauit: Quia vero nobis non constitit de præmissis de discretione vestra plenam in Domino fiduciam obtinentes, deuotioni vestre mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis vñueris, agatis super hoc auctoritate nostra cum ipso, prout secundum Deum, iniuncta sibi alia pœnitentia conferenti saluti animæ suæ, noueritis expedire, absoluendo ipsum ab excommunicationis sententiis & pœnis, si quas incurrit, pro eo quod haecdeus non transiuit. Datum Lateran. 8. Kalend. Maij anno 12.]

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Magna habet Parisiensis disputatio de pluralitate beneficiorum, conuocatis ad eandem per Gulielmum Episcopum Parisiensem doctis quibusque viris, atque inter hos Ioanne de Rupella eruditus Franciscano. Quam vero alienum sit illud, quod hodie habetur in usu ab illorum determinatione, & quam mira circa haec tunc euenerint, ut plenius sciatur, liber audire testem oculatum Thomam Cantipratianum. Volo, inquit, ut quicumque haec legerit, sciat me anno ab Incarnatione Domini 1238. fuisse Parisiensis, ubi venerabilis Guillermus Parisiensis Episcopus, qui in Theologia iam rexerat, conuocationem fecit omnium magistrorum in capitulo fratrum Prædicatorum. Proposita ergo quæstione de pluralitate beneficiorum, solerti & valde longa disputatione probatum est, duo beneficia, dummodo unum valeret quindecim libras Parisienses, teneri cum salute animæ non posse. Hoc determinauit prædictus Episcopus: hoc frater Hugo Ordinis Prædicatorum, postmodum Romanus Cusus Cardinalis: hoc frater Guerricus, & frater Gausfridus eiusdem Ordinis: frater Joannes de Rupella Ordinis fratrum Minorum: & aliquam plures Magistri Theologiz determinauerunt in scholis propriis successive. Fuerat autem habita disputatione longa valde, & multo solemnior ante annos tres: in qua etiam omnes Magistri Theologiz, exceptis duobus, determinasse probantur idem per omnia, quod & supra: quorum unus fuit Magister Philippus Cancellarius Parisiensis, & alter Magister Arnoldus, postmodum Ambianensis Episcopus. Quid autem de isto Philippo contigerit, audiamus. Agonizantem in morte, dictus Guillermus Parisiensis Episcopus paterna solicitudine visitauit, rogauitque eum, ut singulari opinioni cederet de pluralitate beneficiorum, & omnia beneficia sua, excepto uno, in manus Ecclesiæ resignaret; & hoc, conditione media, ut si conualesceret, ei supplere veller de suo proprio quod dimisisset. Renuit ille, experiri se velle dicens: utrum esset damnable beneficia pluraternere. Mortuus est ergo sic. Post paucos autem dies, cum dictus Parisiensis Episcopus, finitis matutinis, orare veller, vidit inter se & lumen quasi umbram hominis, terram nimis. Eleuata ergo manu consignat se, & si ex parte Dei sit, præcipit, ut loquatur. Cui respondit apprens: Alienus adeo sum, sed tamen mirabilis factura eius. Et præsul: Tu quis es? inquit. Cui ille respondit: Ego sum Cancellarius, ille dudum miserrimus. Rursus Episcopus elato altius gemitu, & quomodo, inquit, tibi est sic dolenti? Malè, ait, immo quam pessimè, quia damnatus sum æterna morte. Et Episcopus ait: Heu, ait, charissime, quæ causa tuz damnationis? Tres sunt, inquit, causæ, quare morte perpeti sum damnatus. Vna est quod recrecentes fructus annuos contra pauperes timide reseruaui. Secunda est, quod contra sententiam plurimorum, de pluralitate beneficiorum, quasi licite tenendorum, opinionem propriam defensavi, & in hoc me periculo mortalis culpa commisi. Tertia est, & illa gravissima omnium, quod abominabili carnis vitio, in scandalum multorum, multo tempore labraui, & ad Episcopum mox subiunxit. Estne, inquit, finitus mundus? Et Episcopus. Miror, ait, te literatissimum quondam virum hoc querere, cum me adhuc viuum cernas, & omnes nos viuentes adhuc mori necesse sit, antequam mundus instante iudicio finiatur. Et ille. Non miteris, inquit: quia nec scientia, nec opus, nec ratio est apud inferos viuenti. Et haec dicens, umbra ab oculis mirantis evanuit. Ipse autem Episcopus (non tamen sub persona sua, quasi haec vidisset) in prædicacione sua clericis omnibus recitauit.] Deinde subiungit Cantipratianus confirmationem ex rebus tuis, quæ sibi euenerint, vel ipse vidit. Simili modo, inquit, cum quidam clericus maximæ literaturæ, pro me, agonizans in morte, mandaret, & consilium quereret, quasi in proximo migraturus, reduxi ei ad memoriam disputationem illam solemnem, & determinationem de pluralitate beneficiorum Parisiensis factam, cui ille interfuerat doctor magnus, consuluisse illi cum magna instantia lachrymarum ut unam præbendarum dimitteret, quia duas contra animam suam tenuerat, quarum una ad oinnem vitæ copiam omni clero sufficere potuisset. Tunc ille facie conuersa dissimulans, hoc tantum respondit: Orate Dominum ut inspireret, nec diu postea cum recessisset, & tenuissimo spiritu vix hærente, hoc idem quod consoluerat ei quidam consobrinus suus iuuenulus cum maximis lachrymis inclamaret: cum voce non posset manu innuens, expiravit. Post eius obitum, cù quidam ex nostris, stupefactus nimis, cogitaret, cur tantus homo, & tantus clericus, si mortale deccatum esset, plura beneficia retinere,

Vide Meye-
rum in Au-
gal. Flandr.

Idem refert
Alb. Magi-
lib. de sacra-
men. & Rau-
linus in do-
ctrinali
mortis tract
g.c.7.

Eccle. 9.

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

in tali statu mortuus extitisset. Mox quasi semiuigilanti defunctus apparens, dixit: hęc duplicitas præbendarum sola causa est, pro qua infelix ego in perpetuum damnatus sum.] Præterea ego inquit Cantipratanus in quadam ciuitate Episcopali annis vndecim aboleui, ubi sexaginta duo canonici sub præbendis pinguissimis ducentarum fere libram Patiensium in matrici Ecclesia seruiebant, quorum plures erant beneficiorum plurium detentores. Vide ergo qualem vindictam Dei In ipsis vidi turpissimos detentores. Mihi testis, & iudex sit sancta Trinitas, vñus Deus, quod paucos eorum vidi communi hominum morte defungi, sed subito omnes & reprobè mori: ita quod quidam eorum, audito quod vñus sociorum in nocte sanus, mane mortuus inuenitus esset, complosis manibus dixit. Et quid vultis? Secundum usum & consuetudinem Ecclesiarum mortuus est, ut videris. Vidi ego ipse in Ecclesia eadem infra paucos annos quatuor Archidiaconos sic defungi. Vide lector, mirare miraculum. Primus eorum de equo phaleato & grandi cecidit, fractisque ceruicibus expirauit. Secundus manè in cathedra sedens mortuus est repertus. Tertius in choro stās, cum ad Missam elevatio corporis Christi fieret cecidit resupinus, & subtracta loquela cum sensu, quasi brutum animal, die tercia sine sacramentis Ecclesiasticis est defunctus. Quartus confessionem peccatorum, & sacramenta recusans, mortuus est, & extra cœmiterium sepultus.

IX. Plures de hoc periculo dubio egerunt; præmitto, quos enumerat prædictus Cantipratanus; super hac ait quæstione, cum beatæ memoriz Jacobus de Vitriaco, tunc quidem Achonensis Episcopus, postea vero Rom. Cur. Cardinalis, magistrum quondam Theologie probatissimum Robertum de Chortton. Romanis apicis Cardinalem, morientem ante primam Damiatæ ciuitatis obſidionem interrogaret, respondit: Dico iam migraturus à vita, quod mortale & damnabile est, dum tamen vnum competens sit, beneficia plura retinere. Hoc idem magister Petrus Cantor sanctæ Mariæ Parisiensis, & dixit, & scripsit. Hoc idem magister Guiardus Cameracensis Episcopus verbo huiusmodi confirmauit. Nolle, inquit, pro toto Arabiæ auro una tantum non & duo beneficia retinere, & certus tamen esse quod de mane vnum illorum idoneo homini conferretur, & hoc propter incertæ vitæ discrimen. Præter recentiores eandem discusserunt quæstionem Gulielmus prædictus Parisiensis, cuius opera extant, Dionyſius Cartusianus & S. Thomas institutis de hac re tractatibus. Historiam præmemoraram referunt plurimi Fascicul. temp. Pontacus. Genebrardus, Meyerus, & Albertus Magnus libro de sacramentis. Nouimus tamen & videmus contrarium fieri, & multos esse, qui plura habent beneficia quam annos, nec deesse Doctores, qui huiusmodi cumulis beneficiorum aduehant authoritatem. Illi viderint, quam recte id agant, & beneficiarij quam tutæ conscientia sibi arridenti applaudant opinioni; quæ tandem nonnisi opinio est, tot illustrioribus viris ex aduerso sentientibus. Vel id ipsum pericolosum sat is est, in periculo non esse securum; & formidabile nimis in incertum fluctuare inter dissidentes opiniones circa rem, quæ non minoris constat, quam æterna vita vel mortis.

Prout à se suisque fecit huiusmodi pericula religiosa Princeps Agnes Bohemicus, quæ non solum regias abegit diuitias, patris, fratrisque regum beneficia, verum & quæ licet suo monasterio potuit seruare, hospitale scilicet sancti Francisci Pragen. quod ipsa construxit, & suo monasterio vniuit, accipiens aliquas eleemosynas ex illius redditibus; & si quæ alia erant ad monasterium, vel hospitale pertinentia, libere renunciavit ipsa & ceteræ moniales, exemplo & suasu ductæ discipularum sanctæ Claræ, An. 1237.0. quas illæ peruenisse diximus anno superiori, petentes insuper cum lacrimis, ut eis daretur priuilegium, & cautio ne possint cogi ad vias possessiones recipiendas de cetero. Quatum petitionibus piis valde, magna animi teneritudine subscriptis Pontifex in hac forma extracta ex Vatic. num. 49.

G R E G O R I V S, &c.

Abbatissæ & Conuentui inclusarum ancillarum Christi monasterij
S. Franc. Ordin. S. Damiani Pragen.

Pia credulitate tenentes quod in vobis quarum mentibus nihil extra Deum sufficit
BBb ; patris

ANNO CHRISTI
1238.GREGORII IX.
ANNO 12.FREDERICI II.
IMPER. AN. 29.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 31.

patrii æterni spiritus eloquatur; petitiones vestras quasi ab ipso formatas sola cœlestia sapientes & benigne suscipimus, & fauorabiliter exaudimus, præteritum cum sicut euidentibus patet indicio, vos Reginæ Virginum locum in loco pauperum, etiam quando cœli Regem genuit, non habentis, contemplantes penuriam, vberatis perpetuus fidelibus productiuam, indecens reputetis seruas & ancillas foueti deliciis, cum pannis vilibus inuolutus in præsepio stererit vnigenitus omnium conditoris. Hinc est quod hospitalis S. Francisci Pragen. dicit. cum iuribus & pertinentiis suis olim vobis & per vos monasterio vestro ab Apostolica Sede concessi, vestra libera resignatione recepta, vobis qui contemptis viuibilibus ad inuivibilem delicias properantes vitare studeris obstatum de temporalium spinis, inoffensam faciem Dei querentium consurgere consuetum, devicti precibus vestris & lachrymis præsentium auctoritate concedimus ut inuitè cogi ad recipiendum de cætero possessiones aliquas non possitis. Nulli ergo nostre concessionis &c. Si quis autem &c. Datum Lateran. 17. Kal. Maij. anno 12.]

*Admittitur
sub protestatione.
Apostoli Hof-
pistole. S. Frd.
Pragae.*

*Bzou. hoc
anno. 5.*

Conformiter ad hoc scripsit Pontifex ad Magistrum & Fratres dicti hospitalis, in XI. dicens eis se liberam sanctimonialium resignationem acceptasse, & sub protectione sedis Apostolice admisisse. Incipiunt litteræ: *Charissima in Christo filia datæ Latet. 5. Kalend. Maij.* Deinde aliam dedit epistolam ad Prouincialem Poloniz, & Priorem Pragensem Ordini. Prædicatorum, vt per quinquennium bis dictum visitarent hospitale, corrigerent item & reformatum minus recta; & constitutiones editas pro eodem hospitali per fratrem Ioannem Ministrum Prouincialem fratum Minorum corrigerent vel mutarent, si opus esset. Initium literarum: *Vota devotorum* dat. 10. Kalend. Maij. Circa has litteras est quod miret adeo apertas & claras causam ministrasse erroris Patri Abrahamo Bzouio, vt pro hospitali dicat monasterium, & pro fratribus hospitalis, Virgines institutum sancti Francisci Pragæ professas hos commissarios reformasse. Sane quæ adeo sancte viuebant, vt nec licita sibi reseruarent, & laudabili æmulatione ad novos quotidie virtutis aspirabant progressus, non tanta indigebant reformatione, vt ad mores collapsos restituendos alterius instituti viri essent vocandi, præcipue cum intra paucos ab ipsa fundatione annos, non ita altè dormiuit vigilans & sanctissima Abbatis Agnes, vt deperierit regularis forma disciplinæ. Neque tamen aliam clavem pro hoc suo asserto ex regesto epistolam, quam hanc, numero quinquagesimam primam.

*Perit, sed non
abirent Agnes
nouam sibi
regulari con-
firmari.*

Eisdem sanctimonialibus Pontifex rigorem regulæ propter frigidam dispositionem XII. patriæ Bohemicæ in quibusdam temperavit, dato diplome: *Pia meditatione* 3. Non. Maij. Quandam etiam ieunij obseruantiam eisdem stabiliuit: *Ex parte charissime* 15. Kalend. Ianuarij. Deinde rescribit Agneti petenti sibi confirmari quandam regulæ formam à se compactam ex formula prima, quam sanctus Franciscus in initio conversionis rudem, & qualem tunc primò conuersas decebat, dedit Clari & sociis Assisiatis, & ex regula quam ipse Gregorius omnibus Damianiis scripsit. Miti & benigna exhortatione suadet ne huic petitioni insistat, optimis additis rationibus, quare votis non satisfaciat. Demuni alias submittit litteras, in quibus ad sanctum vitæ genus, & excellas virtutes virginem inuitat.

G R E G O R I V S, &c.

*Agnesi ancille Christi, & gloriose Virginis in mulieribus
benedictæ.*

[Angelis gaudiorum, & conuersis ad Dominum super eo deuotionis augmentum aduenisse credimus, quod regalem apparatum abiiciens assumpti paupertatis habitum, vt vestigia Regis æterni sequentibus promissa percipere valeas præmia supernorum. Verum vt in hac parte auctore Domino dirigi tua possit intentio, & compleri, est tibi solicite vigilandum, vt quantumcumq; cor tuum inspirante Domino ad virtutum obseruantiam inflammetur, ad cultum obedientiæ prompta semper, & facilis pro illius gloria, qui usque ad mortem Crucis est Patri factus obediens, habearis. Cum igitur nos licet immeriti vniuersitati fidelium patres sumus à Domino constituti, hoc gerentes corde præcipuum quod propitiante Deo per nostræ servitutis officium salus trouenire valeat animarum

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELICIONIS MI- NORVM AN 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	--------------------------------

plete : præsertim super iis in quibus hoc solum agitur , quod gratum conditori omnium habeatur. Sanè filia benedictionis & gratiæ cum nobis adhuc in minori constitutis officio dil. in Christo filia Clara Abbatissa monasterij S. Damiani de Assilio , & quadam alia deuotæ Domino mulieres postposita vanitate saceruli elegissent eidem sub Religio- nis obseruantia famulari , ipsis B. Franciscus , quibus tanquam modo genitis , non cibum solidum , sed qui videbat competere , potum lactis formulam vix tradidit. Quam pridem nobis in quadam schedula per dil. fil. Priorem Hospitalis sancti Francisci Pragen. virum vbique discretum & prouidum destinasti , humili supplicatione deposcens , ut præ- sentatam nobis per eundem sub sigillo tuo formam consectam ex prædicta formula , & quibusdam capitulis , quæ in Ordinis B. Damiani regula continentur , confirmari auto- ritate Apostolica curaremus. Nos quidem ad rationis consilium recurrentes ex diuersis cauis expedire non vidimus , quod id ad complementi gratiam duceremus. Primo quia prædictam regulam studio compositam vigilanti & acceperatam à prædicto sancto , nec- non per fel. rec. Hon. Pap. prædecessorem nostrum postmodum confirmatam dictæ Clara & sorores , concessio ipsius ab eodem , intercedentibus nobis , exemptionis priuile- gio , solemniter sunt professa. Secundo , quia ipsæ formula prædicta postposita , eandem regulam à professionis tempore usque nunc laudabiliter obseruarunt. Tertio quia cum sit ita statutum , ut vbique ab omnibus eandem proficitibus uniformiter obseretur , ex præsumptione contrarij graue posse , ac importabile scandalum exoriri. Præsertim quia cæteræ sorores præfati ordinis dum integratatem regulæ sic violaram attendent , turbatis mentibus in ipsis obseruantia , quod auerat Dominus , titubarent. Rogamus itaque devotionem tuam & obedientiam in Domino Iesu Christo , in remissionem tuo- rum peccatorum iniungentes , quarenus præmissa solerti meditatione considerans , & prudenter aduertens , quod quicquid tibi suggeratur ab aliquo forte zelum , sed si cun- dum scientiam non habente , id in tuis affectibus debeat habeti potissimum , quod Deo placitum , & acceptum nobis , salutare tibi , & proximis esse valeat , anuente clemen- tia redemptoris , prædictam Regulam omni occasione postposita diligenter obserues , & à tuis sororibus obseruari procures , ineffabili spe tibi proposita , quod per hoc animæ tuæ de misericordia diuina proueniat , ut mereatur gemmis adornari , quibus cælestis aulæ solium noscitur insugiri ; nec super hoc tibi obsistat trepidatio , ex eo consurgens , qd od tanquam eorum ignara , quæ de concessione regulæ memoratae prædicimus , te ad supra dictæ regulæ obseruantiam obligasti , nam nullo modo teneris ad illam , cum per Sedem Apostolicam approbata non fuerit , & à sapientia Clara , eiusque sororibus , ac aliis non seruerur. Quid ulterius ? quia non videtur votum infringere , qui communat ipsum in me- lius ; te , ac sorores tuas ab obseruantia prædictæ formulæ de indulx nobis à Donino po- testatis plenitudine absoluentes , volumus , & mandamus quarenus eandem regulam tibi sub bulla nostra transmissam reverentia filiali suscipias . in monasterio tuo perpetuis futu- ris temporibus cum illis articulis obseruandam , super quibus ea charitate deuicti , quæ cæli Regem ad compatiendum languoribus humanae fragilitatis induxit , duximus di- spensandum , prout in litteris Apostolicis directis tibi per memoratum Priorem super peti- tionibus ex parte tuæ sinceritatis oblatis , quantum in domino fieri cum salute animæ tuæ poruit favorabiliter expeditum , perspicies contineri : firmam de nobis habitura fi- duciam , quod si à te aliquando , vel sororibus iam dicti monasterij de ipsis regulæ in ali- quibus temperando rigore , aut super alios requisihi fuerimus , super hoc tuis , & ipsarum votis secundum Deum paternis affectibus annuemus. Datum Lateran. quinto Idus Maij Anno 12.]

Eidem.

[De conditoris omnium ineffabili gratia , & virtute procedit quod contemplationis suæ spiritus sic in alta cælorum erigitur , ut ab ipso , & abyssi profunditas penetretur , prout innuitur ex Dei magnalium varietate mirabili , quam pridem in tuæ sinceritatis literis expressisti. Ex ipsa enim collegimus exultantes , quod tu in Aquilonis partibus constituta , relictis terræ finibus , qui sunt cupiditas , vanitas , & voluptas , in se stulta- tum oculos defixos habentes , cum regina Austri audire processeris veri sapientiam Sa- Luc. 11. 19 lomodis , circa cuius pedes tanquam in schola virtutum peruvigil & sedula perseverans ,

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS M.
1238.	ANNO 12.	IMPER. AN. 29.	NORVM AN. 31.

Psalmus 118. ibi sic ad plenum bonitatem , disciplinam , & scientiam didicisti , ut sux volupteatis torrente potata ex hoc in illud eructes,nunc de thesauro tui pectoris seruorem desiderij no-

Matthew 13,52. ui proferens , nunc circa executionem veteris incommutabilem voluntatem exponens.

Super hoc quidem nato gloriose Virginis,cui sua disponente clementia obtulisti candorem munditiae Virginalis,quas possumus gratias exhibentes ex intimo cordis affectu tibi benedictionis filia suademus,vt in his quz sola Dei virtus in te operata dignoscitur,nihil homini, sed totum adscribere studeas creatori,à quo mirabiliter angelorum & hominum ministeria dispensante cuncta bona principium & perfectionis suscipiant complementum,coronam perennis glorie obtentu devotionis,& fidei consequentibus subditis, per quos idem quasi per instrumentum sux beneplacitum exequitur voluntatis,scut in mo-

Laudator S. Francisco. dernorum speculo Beato Francisco gloriantes in Domino contemplamur, qui nutu Regis æterni,de spina subito translatus in florem postpositis mundi fallaciis ad cultum continuè transiens puritatis commissæ sibi desuper gerendo fideliter legationis officium patris æterni filio grande lucrum attulit animarum, institutis per ipsum , specie stigmatum redemptoris,sicut pluribus dignis fide pacuit,insignitum,per orbis latitudinem tribus ordinibus,in quibus per dies singulos cunctipotens redditur multipliciter glorus. Intus enim quasi tribus propaginibus in vite contentis;quas coram se per somnium pincerna

Quod. 40. 11. Pharaonis inspexit,fratrum Ord. Minorum,sororum inclusarum, & pénitentium collegia designantur,quz sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis dedicata cultui,dum flores opinionis laudabilis & vuas conuersationis honestæ proferunt, ac vinum sacra compunctionis effunditur multis de fidelium vniuersitate producitur ut in sanctitate ac iustitia Domino seruientes comprehendant felicitatis æternæ brauium,cibi ab æterno filiatum in Christo charissima sicut de pietate diuina confidimus preparatum. Quis enim fidelium pro constanti non teneat quod cum tu considerans paupertatis habitum,in quo pro salute humani generis haberi voluit conditor singulorum in ancillam pauperem & humilem Regiam transstuleris,olim multis deliciis & honoribus abundantem,percipies perennis thesaui monilia,quz vacando virtutum amplexibus,virgo & martyr Agnes beatissima creditur consecuta? Quis Deum timentium plenis non dicat labiis,quod te vacantem virginali munditiae in sponsam sibi elegerit excellentia Redemptoris? Rogamus itaque devotionem tuam , & hortamur in Domino Iesu Christo , quatenus solicita super his laudis frequentare canticum , quz gaudentibus Angelis de se prouidisse dignoscitur præsidens curæ supernorum , ad hoc sine intermissione intentionis tuæ summam dirigere studeas, ut quz pluribus in salutis exemplum constituta cerneris sanctarum concursu comitata virginum, in æterna tandem collocari patria merearis;nobis super hoc illam percepturis immensitatem lætitiaz , quz solet patri de virtuoso filio , & stabilis honoris consequente gloriam prouenire.Datum Lateran. 7. Idus Maij anno 12.]

Monasterij S. Damiani Assisiatis mihi suppetit memorabile monumentum authenticum , exscriptum ex originario autographo , quod penes nobilem virum D. Cillenum à Benignotoli Decanum Ecclesiz maioris Assisiatis , & ædis Portiunculæ statutumque provinciaz S. Francisci conservatore diligenter asseruatur;quo Clara cum vniuersis discipulis hoc ipso anno constituunt Procuratorem suum Dominum Oportulum Bernardi S. Francisci consanguineum , ut quandam terre portionem monasterio relictam aliener. Sigillum albæ ceræ adhuc illæsum pendet ex sex cordulis sericis crocei coloris , in quo est sculpta imago sanctissimæ Virginis gestantis humani generis salvatorem,cum huiusmodi literis per gyrum.  *S. Abbatissa S. Damiani.* Obiter hic notauerim præter hoc monasterij sigillum , aliud habuisse proprium ad peculiares suas litteras testificandas sanctam Virginem Claram,cui inscripta hæc verba : *Pamientiam agite, iudicium est prope,* quod hodie seruatur apud Patres Conuentuales Coloniz Agrippinæ , vti scribit Erhardus Vvinheim in suo sacratio Agrippinæ. Ecclesia 22. cœnobitica. Prædicti autem instrumenti formulam hic subiicitus , ex qua nomina vniuersatum illius ædis sororum constabunt..

In Dei nomine , Amen.

[Domina Clara Abbatissa monasterij S. Damiani Assisiatis,præsentibus,volentibus, Xth & consentientibus dominabus,sive sororibus infra scriptis, nomine suo & dicti monasterij

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

fecit, constituit, & ordinavit Dominum Oportulum Bernardi, suum & ipsius Monasterij Procuratorem, siue &conomum ad vendendum, siue alienandum Ecclesiaz siue Capitulo S. Rufini Assisian. quandam clausuram positam in vico Campillionis, & terram litam iuxta ipsam, latera clausuraz 1. texum. 2. & 3. viz. latera terraz prima via à secundo, filij Maragonis à tertio, filij Balduni à quarto, ad promittendum & obligandum se nomine iam dicti monasterij ad defensionem dictaraz clausuraz & terraz ad inducendum Ecclesiam seu capitulum dictum, vel eius nūcium in tenutam seu possessionem clausuraz & terraz prædictaraz, & ad omnia facienda, & gerenda, quæ occasione ipsius venditionis idem procurator vel &conomus viderit faciendum. quidquid autem de præmissis fecerit ratum & firmum habere promisit. Nomina dominarum siue sororum sunt hæc Agnes, Philippa, Iacoba, Illuminata, Cicilia, Egidia, Agnes, Anastasia, Agnes, Christiana, Jacobina, Baluina, Mansueta, Amata, Benuenuta, Bonaventura, Benuenuta, Benrecepta, Consolata, Andrea, Aurea, Leonarda, Agatha, Felicita, Angelicia, Felicita, Massariola, Maria, Gregoria, Maria, Johanna, Benedicta, Johanna, Bennata, Johanna, Lucia, Helya, Matthia, Clara, Stella, Lea, Beatrix, Bartholomea, Praxedea, Herminia, Daniella, Clatella, Pacifica, Verteria, Paratitia. Ut autem scriptura præsens faciat præsentibus & futuris, & posteris plenam fidem dicta. Domina Clara, & eius sorores fecerunt eam consignari sigillo capitulo monasterij memorati, sub anno Domini 1238. Indictione 17. tempore Gregorij Papz noni & Frederici Imperatoris, die octaua intrante mense Junij.]

XVI. Premebant Pontificem res Orientis, quibus subueniendis multum conscribebat militem & Prædicatorum Minorumque indefesso ministerio multos cruce signabat, principibusque huic expeditioni se parantibus pecuniarum adsuit subsidio. Octavo Idus Februarij scribit Archiepiscopo Rhemensi, & fratri Villielmo Minoritæ suo Pœnitentia, ut H. Comiti Barri ducis centum milites ducenti in subsidium terræ sanctæ, vel Imperij Constantinopolitani decimam pecuniaz, quæ de redemptione votorum crucesignatorum Rhemensis prouincie ad eorum manus peruererat, eidem Comiti in persecutio- nem sui itineris persolvant. Septimo Kalendas Martij eidem fratri Villielmo scribit ut nobili viro G. de Argentonio Pictauensis Diœcesis similiter militibus in eandem expedi- tionem ducentis subueniat. Sexto Kalendas Iulij præscribit eidem & Decano Parisensi, quæ legata relicta in subsidium terræ sanctæ debeant exigere. Nonis Nouembris iuber eundem ut Episcopo Niuerniensi cum honorabili bellatorum numero in terram sanctam transfretaturo redemptiones votorum crucesignatorum in duabus diœcesis regni Franciæ faciat assignari postquam iter hoc atripuerit. Sexto Kal. Decembris statuit ut nobili viro H. Domino Belli-oci in succursu Imperij Romanij prosectorio dari faciat redemptiones votorum, quas per Abbatem villz, ac fratrem Petrum de Philistum Minoritam in terra eiusdem Domini colligi mandauit. Quarto Nonas Decembris Senonensi & Rhexomogeni Archiepiscopis, & prædicto fratri Villielmo præscribit modum relaxandi vota sciam, debilium, & infirmorum in regno Franciæ. Multam & fidelem præfuit hic Villielmus in hac sancta expeditione operam in regno Galliæ, necnon aliis Villielmus de Oleropio dictus Ord. Prædicatorum, similiterque fecerunt in aliis regnis variisque instituti professores.

XVII. Obtinuerunt hoc anno Minores domicilium in Majorica civitate, Balearium Metro- poli, op̄tima, quibusque rebus ad vitam humanam necessariis instructa. Fundum acce- Gonzag. in- perundis Jacobo Rege Aragonio in ipsa muri cuptura, vel loco, quo ciuitatem expugna- prou. Mafo- uit, p[ro]die Kalendas Ianuarij anno 1230. capitis Rege Retabohilie, & filio vndecim an- ric. in pro- & con. 1. Cœurs. . Mairum. nos dact, vbi tum regia liberalitate, tum ciuium munificentia ampliata satis extruxere coenobium. Sedem postea mutarunt ob loci insalubritatem conferente eis locum intra ciuitatis incenia Sanctio Rege, Jacobi ex filio nepote. Curavit se dignum inibi edificari monasterium Sanctius et magis nimis propensione in Minores tum ob consanguineos factos eiusdem instituti, cum ob perspectas fratrum virtutes & bono cultam exemplo ciuitarem. Amplissimum & elegantissimum domicilium, quadruplici claustro, dupli- refectorio, insigni bibliotheca libris optimis instructa, capacissimo dormitorio, multa sa- cra supellebitile, amoenissimus hortis, abundantissimus gaudet aquarum irriguis. Ecclesia augustissima & pulcherrima opere concamerato constructa viginti quatuor sacellis sibi inuicem oppositis insigatur. Tigna sacra & elegantis e[st]is cum prius lignica essent tanto opere indigna, restudinem fecit lapideam R. Sina Balearium Episcopus, qui simul cum aliis

ANNO CHRISTI
1238.GREGORII IX.
ANNO 12.FREDERICI II.
IMPER. AN. 29.RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 31.

aliis sex eoruundem Balearium Episcopis Franciscanis iuxta basim summi altaris sepulchri est. Ceteram Ecclesie partem Belgico more construxerunt duo fratres cognomine Afinelli, qui celebris & admirandz curuat z turris Bononiensis opifices fuere: vnde & in præcipuo huius loci clauistro lapideo sepulchro zre concto condi meruerunt. In facello puritati Virginis glorioz sacro iacet in eadem Ecclesia honorifico tumulatus mausoleo Raymundus Lullius Tertij Ord. Franciscani alumnus, quem magna in veneratione habent Baleares & pro beato, ac insigni martyre Christi colendum cupiunt, eiusque doctrinam reconditam nimis, neque optimis etiam ingenii obuiam per omnia probatam volunt, quam ut contra detrahentes vel impugnantes propugnent à decennio & ultra in vrbe habent communis vrbis & Insulæ nomine huius causæ vindicem doctum quempiam Minoritam. Sub mortis tempore amplior de eo sermo recurreret: Datus est hic locus Patribus Observantibus anno 1494. deinde iterum restitutus Patribus Conuentualibus, tandem anno 1567. rediit ad Observantes ita volente & agente apud Pium V. Rege Hispaniam Philippo secundo.

Conun. Daurensis. Goezag. in proa. Aquit. Recens. Conuen. s. Eodem anno cenobium alterum extinxit in ciuitate Daurensi in Aquitania ioclyrus XVIII heros Dambresius, ex maxima in Deum pietate, atque in Franciscanam religionem benevolentia, in quo corpus suum erecto celebri mausoleo è summi altaris regione recondendum curarat. Hæretici non semel locum profanarunt, expilarunt, & incenderunt, occiso tandem crudelissime zdis Præfetto Gulielmo Reriacho, cuius illustre martyrium dabimus ad annum 1565. quo passus est constanter. Tunc eriam fabricata ex pietate R. Domini Abbatis S. Nicolai, & aliarum personarum Ecclesia monasterij S. Francisci Salernitani vrbis in Campania antiquæ, olim nobili schola, & nunc S. Marthæ Apostoli corpore celeberrimæ, ad mille passus à mari Thyrrenio amoenissimo in loco sitæ. Locum ampliavit Margarita illius regni Regina, cuius corpus iacet in Ecclesia, & eius nomen exprimitur in fascia quadato marmorea. Locus fratum est pauperrimus, situ tamen pulcherrimus, & aëris temperie saluberrimus, vbi semper pubescunt herbz, & arbores nullo tempore comas perdunt, gemmea florent varietate. In monte situs est locus, haud nimis in altum porreitus tremulis oliuarum umbraculis opacus, in loco, qui Bonzdei dicitur. Floruit in hoc Conuentu Reverendus Massa, vir insignis, nam in eius sepulchro leguntur hæc carmina.

*Hic iacet in capsa dictus cognomine Massa
Astra tenent mentem, meritis nunc grata ferentem.*

Gonzag. in Prou. S. Iaco. Monast. t. Monast. Adorat. Salamanca. In ciuitate Salmantina, insigni Academia per orbem famosissima in qua pet aliquot annos sacram Theologiam & didici & professus sum infra & prope vrbis inuenia inter S. Romanum, sanctum Thomam, & S. Christophorum: ex ciuium liberalitate exzificata est pro Monialibus Damianitis domus sub inuocatione S. Marthæ Salamantæ, cuius prima Abbatissa erat soror Vraca, quæ cum ceteris sororibus more Institutricis & sororum Aliiuitum abhorrebat possessiones quascumque vel redditus, vt constat ex privilegio exemptionis data ab Episcopo M. & Capitulo Salmantino, quod suis literis inseruit Innocentius 4. sub anno 3. Pontificatus. Defuncta sancta Clara, & inter sanctos relata ab Alexandro IV. ab ea suscepit nomen monasterium, & Damianitz vocatæ Clarißæ. Magnam semper obtinuit pietatis & regularis disciplinz famam, quod aliis vrbibus fuit simulationi, vt inde sibi sancti instituti magistras & fundatrices asciscerent. Obierunt feliciter & sanctè hoc in loco sorores Maria Suares, de qua latè Minorū chronica, Agnes & Marina à Turribus & alijs plures, de quibus alias latius. Sæpius ipse præsens expertus sum huius sacri collegij sanctorum frequentiter ad sacras suscipiendas confessiones evocatus, & ad interiora penetralia aliquoties admissus, vt languentibus aut morientibus mea qualicunque ope sororibus adesset. Capacissimum & commodum habent sorores habitaculum, neque quidquam profanum aut indignum Clarißis vidi in interioribus officinis. A prima tamen institutione & paupertatis degenerarunt professione, ad ceterorum namque Urbanistarum morem possessiones admiserunt, neque tamen habent ad excessum, nescio forsitan ad indigentiam. Plura acceperunt tam à Pontificibus quam à Regibus Castellæ priuilegia, quorum aliqua suis dabimus locis.

Mare. 3. p. 11b. c. 45.

Monast. Mat. Mantua. Eodem anno extra Mantuam Lombardiz Transpadane vrbem celeberrimam, in loco X. X.

ANNO CHRISTI 1238.	GREGORII IX. ANNO 12.	FREDERICI II. IMPER. AN. 29.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 31.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

quodam de terra Tebiano dicto, super dorsum prope Meraretum posita; construxit monasterium pro eisdem Damiaonitis frater Zamboninus de Rubro Mantuanus cuius de vita penitentum seu tertij Ordinis S. Francisci, in quo primum fecit poni lapidem Episcopum Mantuanus Jacobus de Castello Arcuato Placentinus, dato etiam exemptionis à iure Episcopali privilegio ad requisitionem dicti Zambonini, presentibus multis testibus & fratribus Ioanne & Iacopo de Axandris Mantuanis Minoritis, quz omnia constant ex dicto privilegio inserto bullæ Innocentij IV. anno 1. sui Pontificatus. An hic idem fuit sit, cum illo quem modo retinente ad trecentos passus à Mantua extra portam Ceresenam in loco, qui Miliarino dicitur, non autem affirmare, cum facile quis decipi possit circa locorum nomina, quz frequenter mutantur, nouis saeculis novis sibi succedentibus nomen claturis. Vixerunt hz sorores Mantuanæ per plures annos religiosissime, sed laxatis tandem habenis disciplinæ regularis, ut hominum fuit fragilitas, datæ sunt reformatæ Patribus Observantibus an. 1234. vocatis religiosioris virtutis magistris è Mediolanensi monasterio S. Ursulæ ex commissione Gulielmi de Cassali Generalis. Primum fuisse electum B. Agnetam S. Clara sororem scribit R. P. Hippolitus Donec mundus in historia Mantuana, neque id mihi omnino incredibile, cum ad multas vrbes, huius religionis plantandæ gratia missa sit à sorore, & Gonzaga afferat Venetum fundasse monasterium sub anno 1234. vti superius admonuimus, non adeo distat veraque civitas vt Venetiis regrediebas, hic non potuerit Agnes per aliquod tempus infistere. Plures in hoc monasterio fulsere virtute & pietate virgines, inter quas celebrior Clara Mantuana, signis & prodigiis insignis.

In Marsicana Diœcesi non illa regni Neapolitani quam in Lucania seu Basilicata sub Archiepiscopo Beneventano reponit Philippus Ferrarius in Topographia Martyrologij quz sacerdos Salernitanus subest Archiepiscopatu (quem dum hz scriberem, anno 1624. mense Decembri, conculit Philippus I V. in Illustrissimum Dominum, singularem meum Mæcenatem Gabrielem à Trejo Cardinalem, ultra hz magna quzque merentem) sed in illa, quz idem habet nomen in Latio à Marsorum metropoli apud Fucinum lacum, inter Albam Marsoru & Soram, Cliterno, seu Celano & Transaguis proxima, Matthæus Abbas & conuentus monasterij Farfen. olim celebris & sumptuosa pulchro in colle ad dextram Farfari amnis in Umbria, dederunt pro construendo huius instituti Virginibus Ecclesiam S. Sylvestri de Peretro, sibi pleno iure subiectam cum omnibus iuribus & pertinentiis suis; & nobilis vir Andreas de Pontibus quondam patronus eiusdem Ecclesiaz ius patronatus ipsius, & omnia quz ratione iuris eiusdem vel alio modo sibi competebant in illa eiusdem Virginibus prouida liberalitate remisit, submittens se ac hæredes suos certa poena interposita iurisdictioni spirituali Raynaldi Episcopi Ostiensis & Velletensis earundem Damianitarum Proætoris, & successorum eius si contra prædicta ipse vel hæredes eius præsumerent attentare. Donationem hanc fecit coram fratre Raynaldo Minorita, dicti Cardinalis capellano, vocatis pluribus testibus, ut constat ex instrumento publico inserto bullæ Innocentij I V. Pontific. an. 1. Prima autem Abbatissa fuit Ymilla dicti Andreæ soror.

II Abbas item & conuentus monasterij de Farneto Aretinæ diœcesis Ord. S. Benedicti dedit sanctimonialibus sancti Cosmæ in vrbe, de quarum fundatione egimus superius, Ecclesiam sancti Cornelij prope insulam, quz vocatur castrum S. Petri in loco, qui dicitur Macerenum Portuenis diœcesis cum Ecclesiis sibi subiectis & omnibus iuribus & pertinentiis suis, pro permutatione monasterij S. Crispoliti de Bettone Assisiensis diœcesis cum omnibus etiam iuribus & pertinentiis, quod erat membrum monasterij S. Cosmæ, dum olim esset Patrum Benedicitorum, sed in temporalibus diminutum & in spiritualibus reformatum. Pro parte monialium erat procurator & Syndicus magister Ioannes de sancto Germano capellanus Pontificis, eius auctoritate & litteris constitutus, & pro monachorum parte frater Vbertus, ut latius patet in Pontificio diplomate ad annum 12. Pontificis.

III. Patiebantur à nonnullis hoc tempore multas iniurias Minores in diœcesi Braccatensi in Lusitania in suis personis ac rebus, & eleemosynis quz conferebantur eisdem pietatis intuitu, de quibus cum apud Pontificem conquererentur, dedit literas 8. Idus Augusti ad Episcopum, Decanum, & Magistrum scholarum Auriensem in regno Galeciæ, ut omni studio curarent ne amplius eos permitterent molestari. Dedit etiam 10. Kal.

Gonzag. in
prou. S. Ant.
monast. 1.

Gonzag. in
prou. S. Ant.
monast. 1.
Donec. 1. 4.

Ferrari. in
Topogr.
Monast. Mo-
rial. Marf.
S. Sylvestri.

Monast. S.
Cosmæ in
vrbe com-
muniq; quaf-
dam possesso-
nes.

Prædictio
Pontificia.

ANNO CHRISTI 1239.	GREGORII X. ANNO 13.	FREDERICI II. IMPER. AN. 30.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 32.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Ab. 1110.
b. 17. Aprilis nouum: subur litteris Honorij. III. incipientibus: *Cum secundum consilium quas supra exscriptum, in quibus prohibebatur ne ante expletum annum probationis recipere tur quispiam ad professionem, nec professus à religione discederet, hecque in aliam admitteretur religionem. Iubebat insuper ne ullus extra ordinem portaret habitum fratrum Minorum. Demum 4. Non. Martij vniuersis fratribus Minoribus & Predicatoribus in Ultramarinis partibus constitutis pro conversione Paganorum, & aliorum casdem concessit indulgentias, quae in Terræ sanctæ succursum proficiscientibus in generali Concilio sunt concessæ.*

A R G V M E N T V M.

Persequitur Helias regularis discipline zelatores; è quibus occubavit B. Cesar Spirensis, deponitur proinde ab officio Generalatus Helias, cui substituitur Albertus Pisanius, quo item brevi defuncto, succedit Haymo Anglicus vir optimus, transire, inserita Helia ad Fredericum. Dividetur prouincia Germania, in qua clerus secularis regularibus preceps Predicatoribus & Minoribus illa innisius estare. Moritur Iacoba Romana de Semprefiliis; fit Minorita Adolphus Comes Alsacie, & creatur Archiepiscopus Mediolanensis Leo Valnaforus Minorita; exercta plura huius instituti canobia.

Marij. c. 11.
Marc. p. 1.
Lc. c. 1.
Chr. antiq.
Angel. Cl-
Assumptio
Zelanti suum
S. Francisci. **S**R A T E R Helias ad suas artes reuersus humilitatis & paupertatis viam exosus, aliò ducebat fratres per suasionibus, humanæ sapientiae verbis palliis inculcans S. Fratris spiritus cœlesti dono participibus. Omnino itaque contrariam primazum introducere. in tri- bulat. Ord. in sodalitis qui huiusmodi adhærent prælati, & qui adulatoriè probent quidquid etiam gor. vite regulari. fauor Potentum cum Ecclesiasticorum, tum secularium Principum ob miram in rebus agendis & tractandis peritiam ob multam huius sæculi prudentiam, & placitam omnibus egregiam curialitatem. Sed nihil horum veriti discipuli & socij pij institutoris, doctrinam sancti Patris contemni, viuendi normam ab eo statutam postponi nouis dissolutorum hominum adiuentis, & vitam Euangelicam reprobari, vñanimi consensu ceperunt his malis contraire. Prius egerunt pacatius cum fratribus Heliam sequentibus & piis iisque efficacibus rationibus persuadere tentarunt non Helia sed Francisci doctrinam præponendam, illam à Christo datam, in Euangeliō commendatam, ab Ecclesia confirmatam, securè admittendam; Helianam vero ab homine non adeo sancto, neque perfecto nouiter excitatam, Euangelicæ legi non omnino conformem, à nullo Pontifice approbatam, errandi periculi non penitus expertem. Tutiore itaque via incedendum dicebant; neque transiliendos terminos quos posuerunt verbo, & exemplo monstrarunt patres eorum.

His salutaribus hortamentis quosdam omnino auerterunt ab Helia sequela, alios tremorati sunt ne inconsultè & exco gressu ducerentur in præcepis; at tandem præualuit authoritas contraria iubentis, & exemplum rectoris aliter facientis, quorum verumque subditos non tam inuitat quam cogit; quare non amplius sibi dissimulandum iudicarunt illi virtutis athletæ, sed in medium prodeundum atque in facie Helia resistendum. Conuenerunt in vnum plurimi viri optimi ad vbera sancti institutoris enutriti, ducemque suum constituerunt Cæsarium Spirensem Theutonicum, virum integerimum, doctum, sanctum, Euangelicæ paupertatis, & regulatis obseruantibz intrepidum defensorem, de quo superius sermonem instituimus. Aggreduntur omnes Heliam, & modeste accepta loquendi venia, quam sibi displiceat mutatum vitæ genus in religione reverenter exponunt, idque secum decreuisse, vt pro viribus conseruaretur sancti Patris Francisci memoria, & quibuscumque aliorum adiuentis eius præponeretur doctrina. Rogatum itaque

ANNO CHRISTI · GREGORII IX. · FREDERICI II. · RELIGIONIS Mi-
1239. ANNO 13. IMPER. ANNO 30. NORVM ANNO 32.

itaque & præmonitum voluerunt ne laboraret amplius in seducendis fratribus à se-
mitis sui institutoris, neque enim se id permisuros si possent, audenter subdidderunt.

III. Finxit se pacifico hac audire Helias, neque quidquam asperè respondit tamis viris
tum ob eorum reverentiam, quam sancti Magistri discipulatus, ipsorumque discipu-
lorum apud quoscumque erant prædictæ virtutis homines bona opinio conciliabat; tum
ad evitandos tumultus, faciliusque supplantandos homines incautos (prudentia hoc
& sagacitatis genus est, dissimulare dum non possit, ut tandem possit, quæ velis) qua-
re molibus verbis implinguatos, & fictis quibusdam sponsionibus pacatos dimisit. Acces-
sit interim ad Pontificem, apud quem facta illa apud Coronium pietatem & pietate bo-
nara sibi acquisivit opinionem, quam non aliter se consuetaturum iudicabat, quam si ad-
uersariorum fraudulenter detraharet sanctitati. Proposuit itaque sub boni & æqui specie;
id familiare esse in omnibus sodalitis, sed maximè simplicium ut indistincte & ignoranter ^{Quæritur de}
multa agantur sub pietatis intuitu, quæ nisi mature tollantur, aut corriganter quantumvis ^{ordine apud}
videantur ab initio ludicra & levia, facile interitum paritura. Sunt (addidit) inter nos
aliqui, qui propter discipulatum & societatem Sancti Patris nostri Francisci, haben-
tur apud domesticos & exterios in magna estimatione; sed hi suo se regentes sen-
su, laxantes obedientię fratum, velut oves absque pastore, & homines absque du-
ctore, hinc inde discurrent, loquentes quæ placent, & sequentes eam virtutem ratio-
nem, quæ tandem in religionis tendet iacturam, adi opportuno per vestram san-
ctitatem occurritur remedio. Quare mea partis esse sub conscientia reatu iudicauit
hac V. Sanctitati denunciare quæ libentus tacuisse, quam dixisse, si charitatiis
exhortationibus aut placidis remedii ea possem curare; & dum non mihi ita licet, non
viderem certum religioni imminere danum, atque qualcumque res nostras vestro se-
cure repositas pectorē praescirem.

IV. Facile facte dicenti fidem adhibuit Pontifex ob summum in Religionem afflictum, ^{Credit si fin-}
cuīs decorum obscurandum, aut attenuandum iri timebat per huiusmodi (ut He-
lias dicebat) exlegum & circumcurrentium licentiam. Dedit itaque amplam po-
testatem Generali ut in eos animaduerteret, & severius si oporteret, ius diceret, at-
que quoscumque in ordinem redigeret. Nihil ultra desiderauit Helias, quare Pe-
tusio rediens Assisiū, statim in Cæsarinos (ita à capite fratre Cæsario nuncupaban-
tur) inquisivit, quosdam dedit in exilium, alios durius increpauit; duodecim variis affli-
ctos pœnis hinc inde per varia loca & prouincias dispersit; fratrem Simonem de Col-
lazzono virum sanctum, de quo nos largius anno sequenti, conuiciis & iniuriis replevit,
sed & in eum manus inicislet, nisi nobilium parentum, & consanguinorum indi-
gnationem timuillet, atamen quibusdam adstrictum legibus intra cuiusdam cœnobio-
li terminum sub graibus pœnis latitare præcepit, plurimos tandem coniecit in car-
cerem, sed præ omnibus durius Cæsarium affixit, vinculis & compedibus alligatum.
Bernardus à Quinta Valle primus Francisci discipulus apprehensum audiens Cæsarium,
fugit à facie inimici & persequentis in montem Sephrim, ubi confecto sibi tuguriolo ex
arborum ramis, vixit per biennium ex licentia sibi data in morte ab institutore viuēdi ubi
placeret, mirabiliter cibum ministrante fabro quodam lignatio; neque ante hunc annun-
rediit ad fratres ubi resciuit Heliam ab officio remotum. Consolatus est autem consoda-
les in reditu, rogans eos, ut patienter ferrent tribulationes, quibus Dei serui proban-
tur, & prædicans maiores his afflictiones superuenturas religioni, neque finem ad-
futurum malorum; donec inundauerint & vniuersum comprehendenter sodalitum.
Tunc vero quando humanum omne desuerit auxilium, diuinum adfuturum dixit, &
oblaturum homines egregia virtutis & sanctitatis, qui penitus collapsam restituant disciplinam.

V. Per integros annos binos detinebatur in carcere Fr. Cæsarius, laxatis tamen
vinculis & compedibus, donec inuenire hoc anno forte & ex incuria, carceris custos
frater laicus tenetarius & crudelis, Cæsarinorum inhumanus aduersarius, reliquit
ostium apertum, & algescente hycme exiuit Cæsarius deambulatus parumper ad Solē.
Rediens carcerarius vidensque præuentem & ab ostio longiusculè progredientem, iudi-
cauit fugam intentasse, quare arrepto obvio fuste cucurrit furibundus timens Heliam, si hic
elaberetur, indignatione, & insani virū innocētem percussit in capite, lethale vulnus casu
& ultra quā fortasse vellet, infigens. Cadens in terrā vir sanctus indignationē nullā ostēdit,

ANNO CHRISTI GREGOR. IX. FREDERICI II. RELICIONIS MI-
1139.. ANNO 3. IMPER. ANN. 30. NORVM ANNO 32.

*sed mansuetus & patienter perquisitori veniam dedit, exoransque pro persecutoribus iis-
dem Christi verbis: Pater noster illi quia noscunt quid facimus: atque illa pro se addens: in
meum tempore. Denique concursum fratrum meorum sanctam paulo post efflavit animam. Misera-
bile est horrendum spectaculum ut in exordiis nouoz & humilis fodalitatis spectat vi-
ta, & non literatur, ut ab eiusdem professionis socio feriretur ad mortem, & velut
alio Abel iustus manibus sui fratris occumberet. Ex horrore fraternz cedis & offendio-
ne legentium indicauerim Marcum Vlissiponensem fratricidium tacuisse, & dixisse Ca-
esarium ex carcere seruatis occupuisse. Sed ea veritatis histrio lex est, ut tam bona,
quam mala, tam laudes quam opprobria referantur, dummodo ad narrationem condu-
cane. Silere multa licet, aliter narrare, quam evenerint, non licet. Ita vero pterceptum
Cesarii scribunt verita quazque nostra monumenta, & praeceteris B. Angelus Clare-
nus, qui scriptis in suo opere de septem tribulationibus Ordinem ait se Bernardum, Mal-
tem, & plures alios Cesarij in tribulatione socios familiariter allocutum. Non est cur
ita huc admittitur, aut negemus: à fraterno cede mundus incepit; Iacobi filij fratrem
vendidamus, Christum ipsum homo vnanimis, qui simul cum illo dulces capiebat cibos,
& in domo Dei ambulabat cum consenu, in hostium tradidit potestatem, Stephanum
suz professionis viri lapidibus obruendum curarunt, & Romana tribus, orbis caput, prius
fraterno sanguine sedata, quam extorta. Res magna non ita per singula ordinate incipiunt,
vt perturbato ordine felicis incrementi spem latam frequenter non intercidant,
& vario euenu, prosperitatis & aduersitatis nihil vndeque felix, nihil omnino sta-
bile in rebus humanis non aperte demonstrent. Semper in omnibus Religionibus
turbaz aliquaz fuerunt, quia nulla tam copiose felicitatis exitit, quaz non aliqua ex
parte sui status varietatem non senserit, & diuersa hominum studia non sit ex-
perita.*

Rodul. fol. 177. Dubitat Redulphus an composito factum sit ita ab illo insano custode, an oc- VI.
casionem percutiendi sumiserit ex simulato timore fugae arripiendz, quem alias mor-
tali odio prosequebatur; & occasionem prætenderit vulneris, qui desiderium prætu-
lit mortis. Vtunque factum non ita displicuit Heliz, vt fratricidam grauius punierit,
neque persequutionem remiserit in Cesarij sequaces, quorum plures habitu spoliauit,

Psal. 114. v. & extra Ordinem fecit. Deus autem, in cuius conspectu pretiosæ sunt mortes Sancto-
rum iustorum, & vlcscitur sanguinem sanctorum suorum, qui effusus est, ipsa hora
interemptionis. Cesarij fecit vt in mentis excelsu videret Pontifex Gregorius animam
splendidissimam multo angelorum numero stiparam in celum efferri; cuiusnam autem
esset? cum interrogaret, respondit ei ab Angelo fratri eius Cesarij Spirensis mar-
tyrio affecti a suis ob propugnatim sanctioris intituti rationem. Remque omnem ex

ordine narrauit, & qualiter alij plures affligantur iniuste ob eandem causam; quorum
omnium, & mortis huius, inquit, dabis rationem in die obitus tui, quia ob fidem le-
uiter prælitam Heliz; & auctoritatem eidein concellam ita male audiunt & afficiuntur
hi professores Euangelici. Explora visione vocatis fratribus, quoruim aliquos semper
apud se detinebat in curia, manifestauit quod vidit, & poltridic per cursoriem accepit rei
factam cum vilâ per omnia cohæsile. Videns itaque se delulüm ab Heliâ & sequacibus,
amplius non se credidit eis, nec ad familiaritatem admisit, sed pios & bonos tribulatio-
nem passos souit, ad meliora emulanda charismata excitauit, dolens valde ex sua licentia
persecutionem passos. Vel hinc perspicere possunt supremi Rectores quam periculo-
sum sit quibusque credere, neque vitium nullum esse, à quo magis debeant sibi cauere,
quām à facilitate credendi, quo tamen valde pauci sunt, qui non valde laborent. *Est*

*vistum (inquit ad Eugenium Bernardus) ciuius si te immunem sentis, inter omnes quos nos ex
hū, qui cathedras ascenderunt, sedebis, me iudice, solitarius, quia veraster, singulariterque levissi
te supræse, iuxta Prophetam. Facilitas credulitatis hac est, ciuius collidissime vulpecula magnorum
neminem compcri fatio cauisceret. Inde eis ipsis pro nihilo ne multa, inde innocentium fre-
quentis addictio, inde præiudicia in absentes.*

Volens tamen Pontifex reindum, licet sero, præteritis adhibere, & præca- VII.
uere futura indixit Synodum generali Romæ, ad quam suis litteris conuocauit mi-
nistros omnes Provinciales. Congregati sunt vniuersi in profecto Pentecostes ad 15.
mensis Maii, sed conclave ingressis superuenit Pontifex, sermocinatusque est in
medio sedens magno cum fervore, & zelo restituenda sanctæ simplicitatis &

*Concubus
contra He-
lianos.*

*Bernard. lib. 1. de confid.
cap. viii.
Thren. 3. v.
18.*

*radicatur sy-
stematis gene-*

ANNO CHRISTI 1239.	GREGOR. IX. ANNO 13.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 30.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 32.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

sinceritatis per quas humile hoc sodalitum plus semper prosecutum, quātū per humānam sēculi prudentiam longo comperit experimento. Deinde turbaram motorem Hellam hac etiam secunda vice ab officio removit, ceterosque fratres iussit ad successoris electionē se prōsente procedere. Factum ita, atque electus est cōmuni omniū suffragio fr. Albertus de Pisa Etruscus, quām libenter ob eius exploratam virtutem à Pontifice confirmatus. Fuit hic successor Agnelli Pisani sui conterranei in ministeriatu Anglico, Cesarei Spirensis in Theutonico, Ioannis Patentis in Hispano. Circa tempus & modum electionis errat Rodulphus, nam anno 1236. & absente Angliae ministrum electum scribit, sed hunc annum communiter assignant antiquiores, & adfuisse pro sui officij ratione in cornitiis conspirantid etiam addentes, quod in hac generali synodo primam Missam camauerit. Multa tamen ei tribuit in Anglia gesta, quae non tam huic, quam Agnello Pisano ex veteribus nostris monumentis superius tribuimus. Vir, fuit vere probus, magni zeli & virtutis, ad res magnas obcundas à natura factus, sed intra paucos menses consummatus in breui explevit tempora multa, diem victimati claudens eodem anno sub festo Nativitatis Virginis Matris. Elus mortem non solum planxit universa religio, sed & ipse Pontifex, qui hominem valde dilexit, & dolenter piam hanc cecinuit nēniam.

*Plange turba panpercula, ad Patrem clama pauperum:
Hoc lugubre suspirium Pater Francisci fasce,
Et prode Christo stigmata laseris pedum, manuum;
Ut nobis reddas orphanis sancti Petri Vicarium.*

- VIII. Misit lugubre hoc carmen per provincias præcipiens ut quotidie cum aliis orationibus in choro recitaretur donec Dominus substitueret rectorem. Atque ex illo tempore abiit in consuetudinem ut carmen hoc lugubre quibusdam additis precibus dicatur semper à fratribus extinto Generali, donec nouus subrogetur. Iussit etiam ut omnes conuenirent ad festum omnium Sanctorum, in quo regulante ipso Pontifice suffragia, electus est Haymo de Feuersham, siue de Feuereschino seu de Feuershino ut habet Rudolphus & Henricus V Villottus, à loco natalitio sic cognominatus, natione Anglus, patria Cantianus. Hic postquam in Anglia pollorem doctrinam, & liberales artes vtcumque percurrit, communi iis temporibus Anglorum exemplo, Parisios ad maiora studia se contulit, inter exterros ingenij sui periculum facturus. Vbi emenso Philosophiae curriculo, Theologiam etiam diligenter audiuit, & in veteroque studio non penitēdos progressus fecit. Tandem sodalitio huic nomen dedit, in quo breui tantus eus acutus sacratum literarum interpres, ut Magistrali cathedrali cum eximia doctrinæ sua testificatione, non paruo tempore occuparit. Literarum peritix pictatis studium adiunxit, & præclara virtutum merita propter quæ speculum honestatū meruit audire. Bononit docuit, deinde Patavij, hinc missus Apocrisarius ad Germanum Constantinopolitanum Archiepiscopum ut supra retulimus. Dignitate hac supremi ministerij ei collatā non est exaltatum cor eius, neque elati sunt oculi, sed humiliter de se sentiebat, non tam suis imperans officij potestate, quam prælucens virtutum exemplo. Nam qui paulo ante in scholis multos docuerat scientiam quæ inflat, iam in monasteriis docere incepit charitatem, quæ adficit, regularem disciplinam atque humilem obedientiam, quæ carnem mortificat, spiritum vivificat, atque animum latificat. Tantumque deinceps apud omnes famam consequutus est, ut doctrina, prudentia, & singulari in rebus gerendis dexteritate cum præcipuis illius statutis hominibus non inmerito conferretur.

- IX. Vixit hunc prudentem, humilem, suēctum magnumque Theologum, atque in illa facultate Doctoratu Laureatum fuisse scribit Peregrinus à Bononia eius socius, & quamvis senem anniūm iuvenilem induisse ad visitandū Provincias, quas secrete omnes sub triennio circuivit, optima quæque præcipiens, mala condemnans, & singula, præcipue circa officium diuinum, religiose disponens. Ante dissoluta cornitia Pontifex ex consilio & assensu Generalis & Provincialium Ordinis Præuincias distinxinavit, corundem etiam Prælatorum ita petente Generali limitauit auctoritatem propter nimiam licentiam & excellum fratris Heliz in exauthorandis ad libitum viris optimis, & de religione bene meritis, quorum ea culpa Quæ statuta in comitatu.

ANNO CHRISTI 1239.	GREGORII IX. ANNO 13.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 30.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 31.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Ieuis; sed illi magna, quod suis partibus non adhaeserint; quod familiare malum est in superioribus, qui amicorum non vident defectus, inimicorum non discernunt virtutes. Decretum item, ne custodes instituere vel deponere possent Guardianos absque prouincialium & gratiarum virorum iudicio; & ne fratres laici pallium instituerentur prelati, nisi in eis partibus in quibus decellerent Sacerdotes. Horum laicorum, qui ob multitudinem, & proper autoritatem reverentiamque illorum, qui S. Francisci erant socij, nimium sibi assuebaverunt in religione, statum & potestatem generalem hunc prudenter & placide diminuisse scribit praeoccupatus eius socius Peregrinus à Bononia, & prater hac alia multa praetclare gestus, quorum posteriora dabimus annis sequentibus.

Helias vero officio & dignitate priuatus, atque pro meritis à Pontifice correptus, X.

*Helia trans-
fir ad Frede-
ricum.
Paris. an.
1239.*

non amplius piectarem simulauit, videns non adeo facile iam haec fraude posse Pontificem (neque enim mala artes semper proficiunt) in furorem & indignationem versus concepit dolorem, & peperit iniuriam. Excommunicati etenim & diris devoci Frederici partes sequentur est, quem multa euomuisse in Pontificem eiusque operâ usum Fredericum contra Gregorium scribit Mathæus Parisiensis, sed actius quam verius; neque id in hoc authore mirandum, cui nihil familiarius aut gratis, quam vel suo vel alieno nomine in Pontifices & Ecclesiam multa comminisci, aliorum referre calumnias, arque mendicantibus præcipue Prædictoribus & Minoribus fœde detrahere. Nostris authoribus & illius temporis scriptoribus Bernardo à Bessa, Peregrino Bononiensi, & ferme aequali Angelo Clarenco citatis, neque Helias amicis potius credendum, qui hominis errores nequaquam dissimularuot. Hi ad Imperatorem transfugisse narrant, sed neque cum etiam in propatulo Pontificum hostem egisse; quomodo etenim postea Genueze auderet coram Innocentio in capitulo Generali comparere, expectans & sibi tanquam de Ecclesia bene mefito pollicens mortuo Generali Haymone, eum gradum, à quo lapsus est? Sed & Clarenus ne quicquam Helianorum amicus, scribit eum cum à Gregorio excommunicarentur ob sequelam Frederici, scriptis ad Pontificem excusationis & satisfaktionis litteras, in quibus nihil tam à se alienum profitebatur, quam vel latum vnguem ab obedientia Pontificis recedebat; atque illud suum explicabat propositum, laborare in reducendo Imperatore, & pace concilianda inter Imperatorios & Pontificios. Has autem litteras ait non verile ad Gregorij manus, vel ex culpa vel negligentia Alberti Pisani Ministeris generalis, cui eas misit Pontifici tradendas, & in cuius manticula seu sacculo tunica alluto inuentæ sunt in eiusdem Alberti obitu. Quod diuino tribuit iudicio Clarenus, ut eius non audiret Pontifex excusationem, cui falsam submisit innocentum accusationem. Sed neque opus, neque propositum Deus prosperauit, etenim nec Pontificem reduxit, nec pacem induxit, neque quicquam circa hac potuit efficere, quia neutquam in hoc missus proprio arbitrio, & forte ambiende gloriæ causâ se ingressit, & Fredericus in reprobum sensum datus, nihilominus quam paci studebat.

*Dicitur ad-
huc Eliam se-
quebantur.*

Verum est quod post capitulum Genuense, repulsum ab Innocentio, priuilegiis & sociis spoliatum palam Imperatorium factum, & stipendiarium, ac proinde denuo excommunicatum excucullatumque, ut suo loco dicemus; quod non paruum fuit nouitiae religionis opprobrium ac turbatio, quod socius S. Francisci, ipsius adhuc viuentis secundo Vicarius, atque Ordinis post mortem bis præfectus non modo curia Romanæ & prælatis, sed etiam inter exterios, quaqua versum ordo disiulus erat, notissimus, in eam inciderit amentiam, ut excommunicato & Ecclesiæ hosti adhaeserit. Atque inde maius adhuc malum, ut plures eum sequerentur ex ampio priuilegio aliquot ante annis dum prima cum vice exauthorizaret, à Gregorio concessio, quo conferebatur, ut ubi veller, viuaret, quos placeret, assumeret socios, quotque deligeret, euocaret ex fratribus. Erant alii, qui iniuste è sede deturbatum contendebant, & hunc, non Haymonem secundum reclamabant, semper eandem realiumentes cantilenam, Heliam relictum à S. Francisco Ordinis præfectum, neque sufficille causam suæ depositionis. Horum murmur & conatus duravit usque ad prædictum capitulum Genuense, neque tamen audebant palam quidpiam in hac re pertentare.

*Dividitur
Germania
provincias.
Chron. sa-
xon. ad huc
annum.*

Inter constitutas, quas diximus, in proximo capitulo sub Haymone, religio XII. nis prouincias, illa quæ Germania dicebatur, distincta est in Argentinensem, Cöloniensem, & Saxoniam. Bipartita itaque Rheni prouincia in Argentinam & Coloniensem.

ANNO CHRISTI 1239.	GREGOR. IX. ANNO 13.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 30.	RELIGIONIS M. NORVM ANNO 32.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	---------------------------------

nientem; Argentinas, que & superioris Germaniae dicitur, sic separata amplissimas regiones obtinuit, Bauarium, Palatinatum, Sueviam, Alsadam, Marchionatum Badensem, dicionem Virtenbergensem, Heluetiam, Franconiam, Tyrolim, per quas ordo fuit felicissime diffusus, & in dies incrementa traxit. Primum autem habuit ministerium fratrem Terdericum, virum admirandus persecutiovis & sanctitatis, quo in humeris esse desidente; & Auguste sepulso, provinciae frana suscepit circa annum 1144. fr. Conradus de Odili porta vir magni zeli & rigidus disciplinæ regularis amator. Mire discrepat ab his Gonzaga, sed vel ex ipsa temporis suppuratione, in qua ille valde lapsus est, constabat verutis & accurate scriptis his nostris monumentis seu Chronicis MS. inhe- renderunt.

Gonz. in
pro. Sa-
xon. S. Cris-
tis.

XIII. Excitatas per hoc tempus turbas & persecutiones in fratres per Sigifridum 3. Archi- episcopum Moguntinensem dicta referunt Chronica, cuius benevolentiam in Prædicatorum & Mistores extinxerunt murmur & querela parochorum, dicentium; in magnum sui lucri detrimentum hos admissos in populo. Sed & in Colonia eisdem ob hanc ipsam causam, clericis gentilem & innatam, molestias intulit clerici, quas aliquantulum sapienti ratione repressisse Conradum virum nobilissimum ex Abbe Villariensi & Cisterciensi Cardinalem Portuensem, in Germania Legatum, in synodo Colonensi præsidente, ita scribir Cantipratanus. In illa synodo quidam parochialis conquestus est dicens: [Ecce fratres Ord. Prædicatorum, qui in damnum nostrum Coloniam intraverunt, scelere mitunt in me sem alienam: subditorum nostrorum confessiones audiunt; & per hoc in fauorem homines sibi attrahunt.] Cui mox Conradus Legatus respondit. [Quis est numerus hominum in parochia tibi subditorum?] Et He, nouem milia, inquit. Tunc consignans se crux Legatus, dixit: Quis es tu miserrime, qui tot milibus solus sufficis debitam gubernationis curam impendere? Nescis hominum perditissime, quia in illo debes tremendo iudicio ante tribunal Christi de his omnibus respondere? Et tu, si tales habes vicarios querularis, qui onus tuum gratis relevant, sub cuius pondere nescius conquassaris? Quia igitur ex hac querela indignum te cura omnino iudicasti, ideo priuo te omni beneficio pastorali. Hoc facto publicauit auctoritatem, qua à Sede Apostolica fratribus Ord. Prædicatorum specialibus priuilegiis prædicare populis, & confessiones audire, per sanctiss. Patres D. Innocentium III. D. Honорium III. D. Gregorium IX. commissum sit & iniunctum.] Tam de Minoribus quam de Prædicatoribus hoc refert Brouius: crediderim querelam Brou. an.
1239. n. 14. suis communem, licet Cantipratanus, ex quo historiam exscriptis, de solis agat Prædicatoribus, nam anno 1239 iam erant querimoniae de virisque instituti viris, quippe sub S. Engelberto eiusdem ciuitatis Archiepiscopo & martyre occiso anno 1225, iam similes spargebantur calumnias, à quibus utramque religionem suo tempore in urbem receptant defendit, narrat catalogus Archiepiscoporum Colonensium apud Galparem Brusch. de illius temporis historicus Caesarius monachus in Engelberti vita in hunc modum recet. Episc. Ger. Caesar. in vi- ta S. Engelb. Cum venissent Coloniam fratres de novo Ordine Prædicatorum, necnon & fratres, qui dicuntur Minores, & graues quidam eis essent ex clero, eisque coram Archiepiscopo Engelberto diuersa obiicerent, illos accusando, respondit: [Quamdiu res in bono statu est, stare sinit.] Cumque instaret tam primores, quam plebani, & dicerent, [Timemus ne isti sint illi, de quibus Spiritus sanctus per os B. Hildegardis prophetauit, per quos Clerus affigetur, & ciuitas periclitabitur, verbum notabile respondit: Si diuinitus prophetatum est, necesse est ut impleatur quo verbo compescuit omnes.]

XIV. Hoc anno feliciter sua vita terminum posuisse B. Jacobam de Septem soliis matronam nobilissimam Romanam S. Francisco perdilectam & charam referunt monumenta quædam antiqua MS. mihi Assilio transmissa. Hoc à morte S. Patris Francisci rebus domesticis R. Ro- mæ compositis Assilio redit, vbi perpetuas exercuit vigilias, & sanctas habuit excubias ad beati viri sepulchrum. De ea plura superioribus diximus annis, & tumulum accepille cum duobus filiis Romanis Senatoribus in Ecclesia secunda prope suggestum. Eode inq. anno scribit Gonzaga translata ossa B. P. Iacobi Teruisini multis Prælaturis in Germania fundi; virtutibus & miraculis clarissimi, à cœnobio nouæ ciuitatis Magdeburgi ad monasterium veteris Magdeburgi (duplex enim huius nominis urbs vetus & noua) & honorifico ibidem loco suisse recondita. Tunc etiā Adolfsus de Scouenberg Comes Holstiaz, Minorum complexus est institutum in Hâburg in sabbatho, die S. Hippolyti, relinquens post se puerulos Chiton Stra- den. hoc an-

ANNO CHRISTI.	GREGOR. IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MICH.
1239.	ANNO 13.	IMPER. ANN. 30.	NORVM ANNO 32.

Platus lib. i.
c. 31.
Adolphus
comes fit
Minorita.

B. Leo Minor-
ista creatus
Archiepisc.
Mediolanen.

Panu. in
Chron. Ec.
cles.
Corius par.
1. fol. 231.

Ioannem, Gerardum & Ludicrum, quibus tutorega dedit Abbat Duxem Daciam generum suorum ex Mechelde filia, que postea duxit Ducem Suetum. Ad illam usque et cetera iam iuguram Comitarum prædictum rex sic rebus felicior gestis honoribus maximis apud Imperatorem Fridericum perfunditus, quibus spretis propter Christum, evadens sequi sub vili leucophiza veste in paupertate & humilitate decrevit.

Electus item eodem anno in Archiepiscopum Mediolanensem post mortem Gu- XV.
lielmi Rozolij fr. Leo de Perego, à loco nasci, Valuatoris à familia, corrupte in catalogo Archiepiscoporum Mediolanensis; Leo Peregrinus, Ordinis Minorum minister, quem à Cœlestino IV. creatum assertis dictis catalogis. sed hoc anno verius scribunt Honuphrius Panuinus & Bernardinus Corius, hanc dignitatem obtinuisse. Neque ad eandem ab alio assumptum vult Corius, qui discordans longo tempore electoribus, cleroque Mediolanensi, huic querentibus nomine nominandi autoritatem iure compromissario tributam refert, atque ea maje vñus se in Archiepiscopum nominasse. Ita etiam unus aut alter ex his etiæ scriptorum auctore, sibi quotamen est cur dubitem, cum quod alii discrepant auctores, cum quod non facile in credi possit de probo quoconque aut religioso viro, tam iustificande ambus Pontificiam insulam, ut dissidentibus capitularibus circa graues viros eligendos, omnibus se voluerit preferre, neque si prætulisset ita impune fecisset, acc. se nominantem ita placide ceteri vellent audire. Ego sincere nec sine fundamento puerum, hoc donatum honore à Gregorio, cumque curasse, ut in tanta discordia transferetur dignitas in Leonem, cuius merita apud sanctam Sedem & obsequia erga apsum Pontificem hoc præmium exposcebant. In epistola etenim Frederici ad Regem Angliae Henricum III. aliosque Principes transmissa, qua Gregorium post fulminatam excommunicationem in eundem Fredericum incusat, seque excusat, quam Paris transcriptus; præ ceteris conqueritur de hoc Leone dicens: Praefectos Mediolanensis, immo verius Papalis exercitus, flatuens (scilicet Gregorius) loco sui Gregorium de Monte longo legatum, & fratrem Leonem ministrum Ordinis fratrum Minorum, qui non solum accincti gladiis & loricis induit, falsas militum imagines ostendebant, verum etiam prædicationi insulentes Mediolanenses & alios quicunque nostram & nostrorum personam offendenter, à peccatis omnibus absolviebant. Hodie quidem prædicti legatus & frater, contra nos & Imperium se scribunt Rectores & Domines. Qui adeo viriliter partes Pontificias contra proscriptum & excommunicatum Imperatorem Mediolanensis semper infestum defendebat, increbatur ut ab eodem Pontifice in electorum discordia Mediolani donaretur prefectura. Ea potius est, ut habet Panuinus, annis 18. mortuus ut scribit Corius anno millesimo ducentesimo quinquagessimo septimo die decimo quarto Octobris, homo semper magnanimus, & ultra quam monachalis aut Pontificalis expectebat status ad arma paratus, inhians etiam in communio Mediolani statu temporali regnum dominio. Eum Beatum, & non mediocris sanitatis virum vocat Rodulphus, quem Lignani Comitatus Mediolani ait facere miraculis gloriosum.

Rodul. fol.
119.

Diagut. lib.
7. Annal.
Valent. c. 19.
Con. Valen-
tianum.

Hab. pro. Valent. MS.
Chron. 12.
19.
Mar. 12.
12.
Bern. à Bel-
ti scriptores commemorant eum Gonzaga; sed hominem non fuit mentio in donationis sa.
Gonz. in instrumento, idque ex una fortassis è duabus causis: vel quia Rex Iacobus tanquam pro. Valent. vrbis Dominus, ad quem spectabat fundi dominium: in eo ædificandi duxit dedit con. 1. licentiam. Azeitus autem quod suum erat ex donatione Iacobi palatium, & hortos fratribus dedit, concedente unoquoque quod ad se pertinebat, vel quia anno præterito Joan. Ma- manib. 12. derch. Hisp. 12. sub bellorum strage quidquid erat spectabile, ut diplomate dignum destrutum erat; quippe inter portam Xarecanam & Boatellanam supra dictam Iacobi locabantur castra, quia

ANNO CHRISTI. CXXCVII. IX. FRÆDERICI II. : RELICCIOS & MI-
1239. ANNO XI. IMPER. AN. 30. NORVM AN. 32. C.

quia comnodior ille locus quod murus ea parte propinqua in angulis formatae Christianis oppugnandi comnoditatem præbebat. Vi vestib[us] loci possessionem accop[er]ebat h[ab]itu Minutus, qui Regi Iacobo bello & pace aderant qui brevi utriusque regis beneficentia cœnobium adiungarunt, quod nunc amplificata ciminate, valloque dilatato muris vobis circumscrribitur, ad aquetumque est cura & sollicitudine senatus Valentini. Dubitare quosdam
 an hic martyrum subierint Sancti Patres Petrus & Ioannes martyres Tivolenses, an
 vero in foro olim de Ficu, nunc a sancta Ecclesia cognominato, supra notaul, sed frequen-
 tia insignia. Tamen in primo claustro ea ex parte, qua ad capitularem aulam tenditur, in
 memoria huius martyrij posita fuisse refertur in historia quadam MS. illius province,
 & propter passionem suorum confodialium potius eo in loco quam alibi suum struxisse
 domicilium. Minores suspicari licet; atque per fortibus monasteriis lucis sequentibus im-
 politis carminibus hic ipse perpetui martyrij locus designatur.

*Quæ fueras olim Minororum Principis aula
 Dum haec urbs illius sub ditione fuit.
 tam romanes felix; fragrantiæ madefacta duorum
 Pro Christo suo sanguine sacra domus.
 Postea Franciscus, rueras ne calamine templum
 Codinasti, inquit; labitur ecce dominus...
 Surrexit tremefactus eques pia numine templo
 Franciso reparat sumptibus ille suu.
 Nunc tandem celo, dimisque faventibus, buiu
 Conditum excelsa porticus ampla doru.*

XVII. Quod de Codinatio siue Codinatio in carminibus insinuat illud est, quod minante monasterij Ecclesiæ ruinam B. P. Franciscus apparuerit nobilis euidam Valentino Berengario Codinatio, Petri V. Aragoniz Regis Magistro ratione in mendici somma, inter connumerandam Regiam pecuniam, semel atque iterum eleemosynam pro Christi amore petens. Cuiuslib[us] pauperem cum existimat, ut infestus eam a fastu habiturus secederet, quodque ille locus experende eleemosynæ non esset accommodatus, respondit. Cumque tertio eadem referens pauperum Patriarcha ad eum reuersus esset, obiurgationem pro eleemosyna retulit, parvumque absuit, quin vi loco cūceretur. Sed ut primum brachia in modum crucis extendit sacraque stigmata splendore perlata, illi conspicienda obtulit, praefatus Berengarius ad eius pedes prouolutus furoris atque inclemencie ostentat venientia exorauit. Cui Seraphius pater: Vade, inquit, reparo domum meam, quæ labitur. Statimque ab eius oculis evanuit. Quo euentu Berengarius omnino testitus, relictis omnibus, ad huius loci fratres se contulit, illisque capitulariter congregatis rem totam aperuit, atque quid sibi necessitatis occurseret, quibusve indigerent, ut reciret suppliavit. Certior itaque de imminentे templi ruina factus, ipsum eucligio ex propriis facultatibus reficendum reparandumque curauit, atque moriens anno Domini 1175. in cuius meditullio sepeliri voluit. Cuius denique euentus memoria ne aliquando periret, Ioannes Aquilonius sacre diui Iacobi militis Commendatarius, eiusque legitimus heres & successor, praefatus Berengarij sepulchro lapidem anno Domini 1578. tritâ iam prætereuntium pedibus vertutâ laminâ æneâ, in qua incisa erat miraculosa hæc apparitio, superponendum curauit, eique huiusmodi historiam hoc ordine curauit insculpi.

D. O. M.

*Sub hoc marmore iacet Berengarius Codinat. equestris Ordinis Terraconensis Regis præfectus rationibus, Dominus pagorum Albalat, Benimaret & Mislata, cui in suis edibus agensi via que vulgo appellatur de Caragoça diuus apparuit Franciscus splen-
 dida luce fulgens, suavique odore fragrans, plagiisque ad instar Christi insignitus, offici-
 citer monens ut Franciscanorum conuentum ruinam minantem breui referret, quod
 statim liberaliter maximâ pecuniâ effecit. Cui Dominus Ioannes Aquilonius Regis pro-
 curator, siue baillus generalis, eius pronepos, legitimusque heres sepulchrum istud ve-
 rustate demolitum denuo instaurauit.*

ANNO CHRISTI.	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1239.	ANNO 13.	IMPER. AN. 30.	NORVM AN. 32.

Rerum Galicianarum et Portugalensium Historia

Adhuc Valentiz regens est memoria huius apparitionis, nam in platea Cesaraugusta XVIII na, vulgo de Zaragoza, primum ad dextram occurrunt dicti Berengarij aedes Veneris e foro S. Catharinaz, & domus apparitionis vocantur; ipsaque aula, ubi apparet, aucta S. Fancieei benupatur. Dominiorum autem amplius exterritum est ex testamento Domini Ferdinandi Perez, praedicti Regis Azeiti filio, condito anno 1262. afferat testamento- riis fratre Albalite Episcopo Valentino, Gondisaldo Perez Archidioecesis; Ministerio de Toruz, & D. Pedro Sanchez de Calazuid quod ad annum 1616. vetustum nimis desoli- litum est, erecto alio longe ampliori ex venditis auctoritate Pauli V. batis quibusdam ipsius conveatus, dum esset Patrum Conventualium à quibus transit ad Observantes anno 1500. sed post sexenium iterum reddit ad Patres Conventuales, deinde anno 1567. ex Pij V. mandato redditus est Observantibus. Ad primi claustrum Iezuari, Ecclesiam pe- tentibus prememorati Regis Azeiti, qui pie aliquot annis post baptismum vivet, & Chri- stianè mortuus est, occurrit mausoleum affectu elaboratum, & facellum paruum co ipso in loco, in quo praefatos Minoritas ab eodem Rege trucidatos fere traditio vulgaris, Extrat & aliud facellum in ipsa Ecclesia ab inclita Cardona sum Aragoniz Ammiran- tium prosapia constructum, in quo venerabilis & pij patris Petri Aragonij Minoritz, Iacobi secundi Aragonum Regis & Constantiz Reginz B. Ludouici Episcopi sororis, filij vita sanctimonia & morum candore clarissimi, ossa honorifice conduntur se- pulchro.

Conuen. St. Genesii In vrbe Stampensi regionis Belciae in Francia, Senonensisque dioecesis circa hoc tem- XIX.

pen. Godz. in pus vel ante, ecclesia Minorum conuentum constat ex quibusdam sepulchrotum epit- pro. Franc. phiius preferentibus annum Christi 1240. Authores habuit Blancham Reginain, & Lu- couil. 18. douicum filium, qui Ecclesiam pulchris facillis ornatam consecravit Ioanni Baptista. Demolita est vniuersa aedes ab hereticis, à quibus passus est illustre martyrium ven. P. Ludouicus de Plana huius monasterij alumnus, claro natus sanguine. Compositis se- ditionibus & bellorum tumultibus ciues Stampenses laudabiliter cum diligentia ad stratum

Con. Abbatii villa. preces domum solo ferè adiquatam primum reddiderunt splendori. Hoc anno in- choatum in vrbe Abbatii villa diecesis Ambianensis, iuxta Lancearum pontem con- uentum Minorum, Summa celebri fluvio maiori ex parte circundatum, constat ex co- runderum monumentis in dicta aedis archiuo servatis. Paulatim crevit plurimum benefa- ctorum eleemosynis, quorum potiores seruntur illustres domini de Gaux, idque confir- mant eiusdem familie insignia non solum praesoribus Ecclesiaz, sed vbiq[ue] locorum to- tius conuentus affixa. Magna etiam fuit in eundem conuentum beneficentia. D. Guel- mi Bambergi, Ordinis Regij equitis; cuius corpus in sarcophago locello in medio capituli iacet sub nigra tumba marmorea. Inter doctos viros qui ex hoc loco prodierunt, ille notis- simus est, Iohannes Mabille Theologæ Doctor peritissimus, quain multis annis publice professus est Parisiis, deinde Franciæ provinciam integro moderatus est triennio, bibliothecamque Parisensem optimis libris instruxit. Decessit in celebrissimo monasterio fan- ctionalium Longi Campi, ubi sepulturam accepit. Toruniz etiam in Prussia hoc anno concessa Minoribus à Pomponie Magistrorum Cruciforum area ad suum monaste- rium exadficandum.

Kodul. fol. 191. Scripsit hoc anno Pontis sex 13. Kalend. Martij ad Abbatissam & conuentum Damiani- XX.

Varia priu- legia. tarum S. Pauli de Spoleto ne possessiones villas sui monasterij vendere, donare, locare, permutare, in emphyteusum concedere, titulo pignoris obligare, vel distractare seu modo quolibet alienare absque licentia sedis Apostolicae presumerent. Regulam transmisit Idibus Martij ad Abbatillam monasterij S. Elizabeth de Vlma Constantiensis diecesis,

An. 1417. 11. quod superiori anno diximus fundatum. Sanctunionibus Monasterij S. Angeli Esculanii concessit sub Non. Junij ut à quoquam conueniri non possent per Apostolicas litteras, nisi de illarum ordine exprellam facilius mentionem. Sexto Kalen. Novembribus confr- inauit priuilegium immunitatis & libertatis concessum Abbatillæ & monasterio Sancti Francisci de Oliida Firmanæ diecesis per Priorem & conuentum S. Mariæ castri Oli- dani, celebri monasterio Farfensi subiectum, habente in jurisdictionem spiritualem & temporaliem in eodem castro. Statuit insuper ut Abbatii seu Priori predicatorum mona- steriorum aut conuentibus eorundem in nullo alio teneantur respondere, quam in censu duarum librarum ceræ, neque ab alio visitarentur, quam à visitatore monasterio- rum Ord. S. Damiani, neque licet alicui sine speciali mandato sedis Apostolicae senten-

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

tiam excommunicationis vel interdicti in easdem promulgare. Quinto Idus Decembris constituit, ut in eodem monasterio numerus sanctimonialium non praeteriret vicesimum, ne propter multitudinem effrenatam accedentiis religionis status perturbaretur, dum temporalium rerum facultas non supppereret opportuna. Scriptis etiam s. Kalend. Augusti Ministro Saxoniz, vt Henrico Landgravi Turingiz & uxori eius Gertrudae, filia Ducis Austriz noviter matrimonio coniunctis, (licet sint, qui anno sequenti has nuptias dicant celebrasse,) & cupientibus se diuinæ gratiæ per opera dignæ paenitentie coaptare, religiosum aliquem sui Ordinis sacerdotem concederet. Verum est eundem Henricum, Histor. Lit. grau. c. 10. cream ab electoribus Imperatorem Romanorum, habuisse confessarium fratrem El- gerum de Honstein, Priorem Isacensem Ord. Prædicatorum, quem secum duxit Francofurdiam, tanquam sanctum directorem, qui ibidem diem obitum extremum, mor- tuum tamen reduxit Henricus in Ysenach ad suum conuentum. Renovauit etiam sub tertium Idus Junij priuilegium à se concessum anno septimo Pontificatus Minoribus euntibus ad terras Saracenorum, vt possent eos baptizare, clicali insignire chartæ, Anno 1245. & apostolas reconciliare. Diploma huius concessionis nos dedimus superius. n. 7.

ARGMEN TVM.

Generalis conuocat Synodus ad Montempessulanum. Abbas Stadensis Albertus vir celebris, fit Minorita, necnon Ioannes Brennus Imperator Constantinopolitanus. Moritur B. Simon de Collazono miracula clara. Eremitæ Augustiniani negligentes exequi Pontificis mandatum circa habitum exteriorem; coguntur aliam admittere. Quedam referuntur miracula S. Antonij Parauini, & S. Francisci. Prædica- tores & Minores strenue laborant in cruce prædicanda pro subsidio Imperij Constan- tinopolitani. Multas accipiunt aedes in diversis provinciis.

Ebus in urbe compositis inita Pontificis gratia, & capta benevolentia perrexit nouus Generalis Minister in Galliam, vbi ob difficultates alias occurretes circa regimen illarum partium seniores Ordinis Patres conuocant sub mense Maij, ad confilium incundum circa constituenda, in monasterio Montispessulanii. Plures editæ sunt ibi constitutiones pro peculiaribus prouinciis, & circa futura capitula generalia celebranda. Multa salubriter statuit, & præcepit bonus hic Rector, quibus stabiliendis & exequendis multum profuit præcipientis virtus & sapientia, necnon exemplum in omnibus præuentis. Hæ illæ potissimum ferendarum legum conditiones ut prudenter Rector præcipiat, deinde patiatur ipse legem, quam tuleroit. Felix hinc virtutis regimen evasit, atque ipsa felicia iudicantur auspicia ex optimis magnisque viris sub eodem ad Religionem accedentibus. Hoc ipso namque anno Albertus Abbas Stadensis, Bremensis diœcesis, ad Bern. à Bes- lis sub Hay- mone. Marian. c. 11. Synodus ad Montempes- lanum. hanc dignitatem allumputus per mortem Christophori Abbatis anno 1232. vir grauis & doctus, ex sua historia, quam sapissime historici quique docti nominant, vnde no- tilissimus, se ad Minores fratres reddidit 13. Kalendas Septembris feria 2. Cui Thidericus, monachus de Rarstede, succedit. Vniuersam historiam sui transitus à Benedictino ad Franciscanum institutum, ex ipso libet transcribere. Abbas siquidem Albertus, inquit ipse, sapienter in tegula Beati Benedicti, quam professus fuerat, animaduerit hunc articulum, vbi dicitur, quod qui eam seruare tenetur, & non seruauerit, sciat se adeo damnari, quem irridet. Romanam adicerat sedem anno Gregorij Papæ XI. videlicet anno Domini 1240. Papæ supplicans ut locum suum in Cistertiensi Ordinem commutaret, ut sic fratres ibidem conmoranter sub observatione sanctæ regulæ possent diem extremum, & aduentum diaboli Iudicis, sine grauiissimo anxiarum suarum pericula expectare. Papa petitionem ipsius exaudiens, talem ei dedit litteram.

ANNO CHRISTI
1240.GREGORII IX.
ANNO 14.FREDERICI II.
IMPERA. AN. 31.RELICIONIS MI-
NORVM AN. 33.

GREGORIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEL
*Venerabili fratri Bremensi Archiepiscopo, et dilectis filiis Decano et Ioanni de Bensak
 Canonicis Bremensis, salutem et Apostolicam benedictionem.*

[Dedicatione devotorum, in quibus fructus æternæ vite contineri dignoscitur, eo præmptioribus, ad effectum per nos sunt deducenda studiis, quo super talibus exequendis nobis inesse debet diligentia specialis. Hinc est, quod cum monasterium sanctæ Marie in Stadio Ord. S. Benedicti Bremensis diocesis, sicut accepimus, sit peccatis exigentibus ita dispositum, quod evidenter ibidem non absque diuini nominis offensa salus negligitur animarum, ad preces Abbatis eiusdem monasterij super hoc salubriter prouidere volentes, distinctioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsum, si salubriter in suo non possis Ordine reformari, de Cisterciensi Ordine consilium habendo per oculis reformatre curetis, illos ex iisdem Monachis, qui forte meliorationis huiusmodi gratiam consequi recusantes, noluerint habitum Cisterciensem assumere, in aliis locis sui Ordinis collocando, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellari postposita compescatis. Quod si non omnes his exequendis interesse poteritis, tu frater Archiepiscope, cum altero eorum nihilominus exequaris. Datuin Viterbiji II. Nonas Maij Pontificatus nostri anno vndeclimo.]

Huic negocio Archiepiscopus à prima fronte intersuit, & Abbas ad curiam de ipsius III. voluntate & conscientia processit, cui etiam ad eiusdem rei executionem fidum consilium & firmum auxilium repromisit. Die itaque Marie Magdalene Abbatem & totum conuentum super capellam suam in Stadio conuocauit, cum collega suo in hoc facto Gernando, Decano maioris Ecclesie in Brema, eisque Papalem litteram declarauit, hoc adiiciens, quod se studerent in suo Ordine reformatre, alioquin veller circa ipsos mandatum Apostolicum adimplere. Duo de Minoribus fratribus, videlicet Eilbertus de Danneberg, & frater Henricus de Haluerstad, & Ioannes monachus de Ratstede, qui etiam se postea ad Minores fratres reddidit, huic intererant actioni. Abbas executionis finem ab illa die plusquam per biennium expectauit, & saepius monens Archiepiscopum, saepissime Decanum, vidensque quod nihil proficeret, sed magnus tumultus fieret & periculum animalium, ab admonitione destitit, & propositum suum polle fieri desperauit. Hoc siquidem negotium sic est sine termino terminatuin. Abbas autem intelligens, se sine effectu laborasse, ad Minores fratres prædicto tempore, scilicet anno gratiae M. CC. XL. intravit.

Scripsit Albertus Chronicus in ordinem Minorum. Vyron lib. 2. ligni vita. p. 62.
 Est hic quod obiter adnotauerim contra Arnoldum Vyron, dum scribit Albertum hunc IV. suam scriptulæ historiam dum adhuc viueret sub instituto Benedictino. Sed in contrarium assertiōem ipsum adduco testem Albertum, etenim in ipsis illis Chronicis in quibus concinnandis vlti a sexdecim insumpsit annos, scribit ita statim in exordio. [Sumentes igitur a mundi principio exordium, succincta narratione usque ad nostra tempora procedemus, quibus sumus contemporanei, quanto expeditius poterimus, ostendentes. Temporavero nostra sunt haec millesimus ducentesimus quadragesimus annus gratiae iam effluxit. In sede Petri Gregorius IX. iam tredecim annos sedid, &c.] & ad annum 1332. commentator addens de anno bissextili, ita interserit: [Vnde factum est ut dies, qui in primo anno creationis mundi brenuissimus erat illo tempore, quo nunc habemus 8. Idus Februarii. Dies autem Nativitatis Christi eo nascente erat in prolongatione per 39. annos. Hodie autem, id est M. CC. LVI. anno gratiae 1111. dies pleni à mundi principio intrauerunt, &c.] quo fit ut aperte constet quod nondum Benedictinus esset, sed suscepit iam Minorum vita Chronicon suum inchoauerit & perfecerit. Et enim si anno 1240. mense Augusti transiuerit ad Minores, eodemque vel sequenti opus incepit, & anno 1256. adhuc non perfecit, clarius est illatio, quam quæ possit negari. Jam superius monui alium hunc esse ab Alberto Pisano Herusco, quos tamē Henricus Vvilot & Antonius Poileuinus consundunt.

Imperator isan Bren- nus fit Minor. vrs.
 Clarius & nobilior alius accessit discipulus Ioannes Brennus Comes Viennensis, mox V. Rex Hierosolymorum, denique Constantinopolitanus Imperator post datum Martham filiam suam ex Berengaria sorore Regis Castellarum Balduino secundo in matrimonium, summa pompa & maiestate coronatus. Post rectum aliquot annis Imperium transmisit inque generū in Gallias hoc anno, ut quidā scriptores volunt, vel anno 1237. secundum

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

alios diem terminauit ultimum, factus prius Minorita Imperatorium in humilem hunc mutasse statum præter Marianum, Marcum Vlissipponensem, chronica antiqua, alios quo nos homines, qui ita scribunt, testes adhibeo extenos ilornandem in chronicis MS. in tom. c. 1. & 2. Bibliotheca Vaticana, Hieronymum Platam, & Abramum Brouium. Translationis par. 1. platus lib. 1. autem seu tunc migrationis historiam do ex citato MS. Varicano. Ioanni predicto vehementer desideranti cognoscere finem suum, & tempore non paucō pro hoc supplicanti altissimo, tandem dormienti nocte quādam altissimi vir venerabilis albis indutus in manib⁹ suis tenens habitum fratrum Minorum cum chorda & soleis, & ait illi: Ioannes de fine tuo sollicitus desideras scire modum: noueris hoc esse voluntatis diuinæ te in hoc habitu moriturum. Perhorrescens Regalis ac Imperialis fastigii finem tam despœtū exterritus, gemebunde clamauit. Concurribus tum cubiculariis rem patescere nolue. Sequenti nocte apparuerunt ei duo albati, & tertia trē eadem repenteantes iuxta tres honorabiles eius status Comitis, Regis & Imperatoris. Excitatus autem vœari iubet fratrem Angelum confessorem suum, qui lachrymarii ait habui & ego tuus simulēr visioni, causam scio vocationis. Post paucos autem dies tertiana correptus habitum sumpliit, & vitare in Ordine feliciter consummavit, & infirmus ac debilitate gravatus dicebat: O dulcissime Iesu Christe vrinam ego, qui deliciose in potopha habitu seculari vixi vestibus pretiosis indutus sic possem sicut & studeo in hoc humili habitu cum sacco ad collum eleemosynas petendo ostiagim tuarum sancte paupertatis & humiliatis sequi vestigia. Circa tempus quo in ordine vixit non concordantem authores.

V.I. Mortuam item hoc anno beatum fratrem Simonem de Collazzono virum sanctum & nobilem, de quo nos sepius præfari sumus, restantur verusta monumeta Amissio transmissa. Summa cum prudentia & humilitate provincias Marchiar. & S. Francisci gubernauit. Matrem, Comitissam Collazzoni Otthonis Imperatoris coniugi valde charam, sorores & neptes ad instaurandum Damianitarum reduxit, patrem insuper fratres & consanguineos alios Minoritis addixit. Multis in vita & post mortem miraculis eius sanctitatem Dominus parfecit: que ut indagarentur & serius examinarentur scriptit Innocentius IV. anno nono sui Pontific. ad Episcopos Spoletanum & Eugubinum & Abbatem de Ferentillo. Prima littera eiusdem sunt tenoris cum his, quas Gregorius IX. dedit pro inquisitione miraculorum B. Beneuenuti. Secundas & tertias hic datus ex ipso processu alteruato Spoleti apud Patres Conuentuales, in quorum æde iacent eius reliquiae. Procelius transiunctum authenticum mihi transmisi curauit Reuerendissimus Pater Felix Francischi-nus à Cassia eorundem Patrum Vicarius Generalis.

INNOCENTIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI.

Venerabilibus fratribus Spoletan. & Eugubin. Episcopis, & dilecto filio Abbatu monasterij de Ferentillo Spoletan. Diaecesis: salutem & Apostolicam benedictionem.

[Testes legitimos, quos super vita & conuersatione ac miraculis recolendæ memorie fratris Simonis Ordinis Minorum fratum deberis recipere, prius ab eis prædicto iuramento, diligenter examinare cureris, & de omnibus, quæ dixerint interrogetis eosdem, quomodo sciunt, quo tempore, quo mense, quo die, & quibus presentibus, quo loco, ad cuius invocationem, & quibus verbis interpositis, & de nominibus illorum, circa quos miracula facta dicuntur, & si eos ante cognoscetis & quod diebus ante eos viderunt infirmos, & quanto tempore fuerunt infirmi, & quanto tempore visi sunt sani, & quo loco sunt oriundi, & interrogentur de omnibus circumstantiis diligenter, & circa singula capitula facite ut expedit, omnes quæstiones prædictæ, & sic series testimoniij & verba testimoniū fideliter redigantur in scriptis. Datum Perusij 10. Kal. Maij Pontificatus nostri anno nono.]

Eisdem.

V.II. [Litteras nostras vobis direxisse dicimus continentes ut miracula quæ Omnip. Dominus per merita beati Simonis Ord. fratum Minorum ostendere dignatus est, diligenter inquire ac ea sub vestris sigillis ad nostram destinare presentiam curaretis. Quia vero in diversis civitatibus & locis aliis dicuntur huiusmodi miracula reperiri, & propter guerras & alia impedimenta legitima vos ad inquirendū de ipsis cōcrite ad tot loca seu ciuitates personaliter

ANNO CHRISTI
1240.

GREGORII IX.
ANNO 14.

FREDERICI II.
IMPER. AN. 31.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 33.

personaliter sicut auctoritas, non potestis, ne forte propter hoc huiusmodi negotium remaneat imperfectum, presentium vobis auctoritate mandamus, quatenus inquisitionem miraculorum secundum formam per supra dictas litteras vobis traditam, extra civitatem Spoletoam in locis in quibus de ipsis debeat fieri plena fides, Episcopis vel Abbatibus Cisterciens. Ordinis, seu Prioribus Ord. Predicatorum illarum partium libere committatis. Quod si non omnes ius consequendis poteritis interesse duo vestrum ea nihilominus excuantur. Datum Perusij 6. Idus Iulij Pontificatus nostri anno decimo.]

*Blas. min-
ora
Pisan. con-
for. 8.*

Authoritate hac facti Pontificia predicti Doctini diligenti adhibito examine sequentia VIII. competerunt miracula, quæ ex ipso processu, quem etiam vidit, Pisanus produxit ad compendium. Puerum Spoleti submersum in aqua molendini ad vitam restituit in civitate Firmatæ alium in profundum pectum lapsum à morte liberavit, similiter alterum ab eodem eruit periculo. Contractos diuersimode curauit undecim; herniacos quinque, cæcos viginti duos, mutos undecim, surdos sexdecim, claudos octo: à mammillarum infirmitate mulieres tres, à tumor corporis & membrorum undecim: à regio morbo nouem, à dæmonio quaruor: à calculo duos, à podagra quinque: à gasteris & reuerti malo tres: à strumis duos. Mente captos tres sanis reddidit iudicij, occultas infirmitates à quinque repulit, curuos erexit tres, aridos membris duos sanauit, lethargum patientibus sex, necnon alijs totidem somni sua laborantibus rependit remedio. Splen doloritem unum, testibus alterum, umbilico & ventre tres perfecte reddidit iugulati: Nausea horribili pectunc appetitum restituit. Leprorum unum, alterum spasmus vicam ferme exhalantem curauit. Equum languorem robustum fecit, pastorem & oves languidas sanauit. Constant hac omnia ex probatis & iuratis testibus in ipso processu: qui dum videbentur in Curia obiit Innocentius & remissa est solicitude Spoletanorum de virtu sancto canonizando.

*Institut. Ere-
mitæ Augus-
tiniani pre-
scriptum fu-
sciper habi-
sum.
Anno 1237.
n. 11.*

Dum Patres Eremitæ Augustiniani, ac alii religiosi eisdem Eremitis conformes habitu in Marchia Anconitana formam habitus Minorum nō obstante prohibitione Pontificia, quam supra tenimus adhuc gestarent, in eorundem fratrum Minorum infamia & scandalum plurimorum, ut ipse loquitur Pontifex, hoc anno scriptis ad variuersos Episcopos per dictam Marchiam constitutos ut dictos Eremitas & religiosos ad observantiam constitutionis Apostolicae, & legatorum Pontificiorum de ferendis habitibus nigris, cortigia & baculis eo modo quo supra dictum est, cœsuri compellerent Apostolicis. Incipiunt litteræ: *Dudum apparet in partibus Lombardie date Lateran. 9. Kal. Aprilis.* Dum autem Episcopi Pontificis exequentur mandatum, Eremitæ interposuerunt appellationem ad eundem Pontificem, cuius occasione oriserunt Episcopi contra illos procedere, quod ut Gregorius rescrivit Episcopos per suas litteras incipientes: *Apparente dudum datas 15. Kal. Aug. carpit grauiter, iubens ut non obstante dicta appellatione ad executionem sui mandati procederent.* Interim comparuit coram Pontifice Fr. Andreas Generalis Prior numeri partis Eremitarum Marchie, cum quibusdam fratribus suis & se adiunxi ad prosecutionem appellationis iam dictæ cum instantia postulauit. Pontifex autem appellationem suam reputans eundem Andream super hoc noluit audire. Ceterum dicti Prior & fratres pro se & Eremitis predictis humiliter supplicarunt Pontifici ut eis cucullas portare discinctas concederet, mandatum de cucullis nigris ferendis misericorditer relaxans, eo quod talis usus cucullarum ad distinctionem inter Eremitas Augustinianos & Minores satis sufficere videretur; quorum supplicationi in hac parte duxit Pontifex annuendum. Quare scriptis tertio ad Episcopos predictos, ut prefatos Eremitas iuxta eorundem supplicationem ad gestandas cucullas discinctas omnino compellerent, non obstante primo statuto de ferendis corrigiis super cucullis ab eodem edito. Literarum sicut & primarum initium: *Dudum apparet. Date 15. Kalend. Septembbris.* Et ne procratibando eluderetur mandatum Apostolicum, binas scriptis litteras ad Episcopum Firmatum & Abbatem Clareuall. de Cliento Ord. Cistercien. Camerinen. diœcesis, ut praesigerent predictis Eremitis terminum competentem, videlicet proximum festum Nativitatis Domini, ad getrandum cucullas discinctas. Data sunt litteræ 12. & 10. Kal. Septembbris, quas cum ceteris hanc rem concernentibus integras dedimus in Apologetico de monachatu prætensiō Augustiniano S. Francisci.

*S. Antonius
submersum
resuscitat
fucrum.*

Libet hic quædam Sancti Antonij miracula circa hæc tempora facta enarrare, quæ dum certis nō constat anni sub hoc anno ponimus, quæ diuclis euenerunt temporibus.

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII X. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 51.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

In vrbe nativua Vlissipponensi puerulus quidam Paribus nomine sancti viri consanguineus ad ostia Tagi fluminis cum aliis adolescentulis cymba inuersa submersus, secundo post die inuentus, & ad mattis lachrymabundæ preces in diem tertium absque funere sibi relictus, post effusas preces, & emissum ab eadem genitrice votum de consecrando filio ordini & instituto, sub quo vir sanctus militauerat, repente tertia submersionis die viuus & sanus exsurrexit, & adolescentior factus iuxta mattis promissum evasit Minorita. Aliud huic per omnia simile miraculum repetunt Marianus & Anonymus meus author vita S. Patris apud me MS. de illius nepote submerso in eodem fluminé, & propter simile votum à sancti viri sorore factum ad vitam reuocato. Nescierim an distincta sint hæc prodigia, an idem ex errore repetitum.

XI. Nobilis quidam Patauinus cum nullam suscepisset ex coniuge prolem, accessit ad sancti Antonij intercessionem. Exauditus est pro voto; sed septenoris factus puerulus dum ad osium vel meum magnæ congregationis aquarum cum aliis nouem colluderet, irruptione facta repentina aquis obrutus est cum septem ex sociis, & in præceps abrepti. Pater dominum rediens, filius, quem vnicē dilexit, ubi esset? interrogavit; responsum foris cum aliis ludentem, mox redditum. Diuturnæ moræ impatiens pater, accessiri iubet; prætensa tamen alia excusatio, sed apprehenso mendacio iurauit genitor se nequaquam præsumum donec filium videret. Tandem detecta rei veritate vnicē filij infelicem deplorans exitum votum vovit Domino, & sancto Antonio, se nec babitur nec comedetur antequam vir sanctus, qui oranti filiuī concessit, etiam plangentibz ablatum restitueret. Mirabile sane, paulo post lati ingrediuntur decem pueruli, S. Antonij ubi apparentis & auxiliantis virtutem acclamantes. Similiter alter in lacu quodam submersus, sed patre vouente, & beatum Antonium inuocante filium rediuiuum accepit.

XII. Quidam oblatus Damianitarum Patauij statim vigintiquinque adnorum, à nativitate surdus, & mutus linguz non solum impedirebatur, sed & breuissimæ, aridæ, & rugosæ monitus in somnis, ut sancto Antonio se commendaret, fecit, conualuit, audiuit, & loquitus est, quæ ab homine non didicerat, obstupentibus circumstantibus, & ex ore eius audientibus sancti Antonij magnalia, ob quæ spes ab eo repetita, & receptam ab Antonio gratiam, non amplius Petrum, quo vocabatur nomine, sed Antonium appellarent. Prope Paduam quidam volens secretas quasdam res scire per dæmones, Magiam incantationum ignarus exercuit. Illud sibi lucri aduexit, ut Deo permittente, intruerent in eum Diaboli, oculos effoderent, & linguam abscinderent. Prudentior suo factus periculo facti penituit, & ad sancti viri sepulchrum ex corde oravit per dies aliquot, ut condonata culpa remitteretur & poena. Inter Missarum solemnia tandem exauditus est, restitutis oculis & lingua. Dolebat quorundam monachorum Abbas seruum, quem à fidelitate commendabat à viginti annis surdum & mutum euasisse, vovitque proinde si sanus fieret, se cum perpetuæ custodiæ facelli & sepulchri viri sancti addicturum. Missus ad sepulchrum statim conualuit, vbique perpetuas exercuit ex cubias.

XIII. Miles quidam graviter vulneratus in brachio eius usum amisit; sed voto emiso ad S. Antonium, statim pristinæ restitutus est sanitati. Volens autem brachio miserabiliter sanato vlcisci se de inimicis, robur omne amisit non valens illud mouere, quod ob vltoris ingratitudinem exaruit priori redeunte infirmitate. Abeuntem quedam leprosum ad sancti sepulchrum miles irrisit, dicens: quo tanto tuo labore pergis miser? putasne te mundandum ad Antonij sepulchrum? adeo rem hanc ludicram iudico quod illam admitem libenter conditionem, ut tua abluta, transeat in me lepra vniuersa. Non deposit propter hæc spem leprosus, sed confidenti orans animo ad sancti Patris tumulum mundatus est apparente sibi ipso viro sancto, & dicente, Surge velociter quia sanus factus es, & deser militi qui mea deridebat miracula, tuæ instrumenta miseriz, quia multa & fœda lepra putrescit. Ita rediens comperit factum velut dixerat sanctus, sed & secundus corde compunctus veniam sui errati petens, ad eandem malorum medendorum officinam ab immissa plaga conualuit.

XIV. Deridere volentes quidam hæretici sancti Antonij miracula duxerunt ad eius sepulchrum, vnum ex suis consodalibus superinducta ad oculos binda sanguine tintæ, finguentes effossos ei oculos per iniustam iudicis sententiam, & rogantes circumstante populo, illuminari.

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

lum, ut pro eisdem recipiendis deprecaretur. Corruerunt omnes in genua, & paulo post factus exclamat cæcus iam restitutos sibi oculos meritis S. Antonij. Accurrunt socij miraculum ex hoc signo deductuti talia credenda cætera, quæ dicebantur fieri prodigia, sed defecerunt scrutantes scrutinies suas in peccatis, nam detracto linteamine affixos eduxerunt oculos miselli cum vehementi eiusdem passione. In expectato territi spectaculo, tremefacti, & corde compuncti fraudem publicè confessi procumbentes coram se pulchro lachrymis veniam sui sceleris supplicarunt, quam ex Dei misericordia accepserunt, restitutis cæco oculis corporis, & ambulantibus in tenebris hærescos potioribus oculis fidei.

Anno 1240. Conspirarunt quidam Parauini in præterituri per eundem vicum in quo terenderunt insidias, Presbyteri necem. Antequam accederet, adfuit sanctus Antonius hæsitque inter infidiantes. Quem illi non cognoscentes iusserunt ut recederet prosequereturq; iter suū.

Nolentem voluerunt offendere, sed dum manifestaret quis esset, & qua de causa eis apparuerit, prauam deponentes voluntatem obuiam processerunt presbytero, quem amplexi pacem & amicitiam cum eo constantem inierunt. Tridentinus quidam eques è familia Carignanorum diues & potens, sancto Francisco addictissimus in lacu vicino cum amicis recreationis ergo velificans casu ei excidit annulus ingentis valoris in vadum. Accitis piscautoribus & omni adhibita arte recuperare non potuit, quem summopere perdidisse dolebat. Die sequenti visum abiit Minorum Praefatum, familiarem amicum, cui dolorem explicauit. Illud recepit consilij, ut sancto Antonio aliquod praestaret obsequium vel suum ei commendaret dolorem, quem absque dubio, & certo certius credebat Guardianus remedium adhibitum. Interim cum suis fratribus sancto Patri preces effundendas se curaturum promisit, & solemniter missæ sacrificio eius invocandum auxilium. Placuit equiti consilium, voluitque missæ interesse, qua finita abiit in forum inde retributionem fratribus missurus. Emi iussit mediocri molis pisces ut fratres pranderent, quem dum exenterant inueniunt annulum concupitum.

Marian. c. 6. Celebre est apud Marianum, Anonymum authorem virz MS. & Marcum Vlissippo XVI.

Anonym. nensem miraculum illud, quo dicitur vir sanctus ad vitam revocasse cuiusdam reginæ Legionensis, ex Lusitanis prognatæ filiam vndecim annos agentem. Quam dum mater

Regi Legion. Rege & Principibus inuitis in palatio per triduum retineret extinctam, allegarerque S.

filiæ triduum. Antonio se conterraneam esse, neque ei negandam misericordiam, quæ passim exhibebatur extraneis; subito referunt, iuuenulam in pedes sanam erat, matrem leniter incre-

mari refugiata, sed quæ gradu. passe, quod è candidissimo Virginum choro cælesti ad eius importunas preces remittetur in terras, sed per quindecim dumtaxat dies id genitrici concedi solatij ad potentissimam S. Antonij intercessionem. Ego putauerim deceptum primum narratorem, vel in

ipsa relatione, vel in regno specificando. Etenim præterquam quod in Annalibus Legionibus aut Hispanis adeo celebris prodigi nulla sit mentio, cum familiare sit res nota-

biles principum, præcipue tanto miraculo, claras non præterite, id ponderosum & efficax est contra hanc narrationem argumentum, quod ultima Regina Legionensis Lusitana

Vasco. genere, fuerit Theresia Sancti primi Lusitani filia, nupta contra fas Alphonso decimo Le-

Sancio I. gionenium Regi suo consobrino; quod tamen matrimonium, quippe absque Pontificis

Garibaldi. dispensatione, male & inique contractum, tandem direptum est anno 1200. & Regina in

cap. 37. patriam se recepit duas enixa filias Sanciam & Dulcem, sive alio nomine Aldonsam, &

Ioan. Maria. filium vnicum Ferdinandum morte immatura anno 1214. sublatum. Cum ergo illa debet

lib. 1. c. 10. esse Regina Legionis triginta & uno annis ante mortem S. Antonij (separata quippe est à

Nomis in Sancio I. consobrino Rege ex decreto Concilij Episcoporum Salmanticæ indiæ praefidente Gu-

lielmo Cardinale S. Angeli an. 1200. & S. Antonius obiit an. 1231.) quomodo adhuc Re-

gina potuit Antonium mortuum inuocare? & quæ statim à separatione thori in patria

sanciam vitam egit in Parthenone Lorvani secundas derrelata nuptias, qua ratione fi-

liam vndeclita haberet annorum quam domi retineret Rege proceribusque inuitis & An-

tonio defuncto commendaret?

Verum est infantem Sanciam innuptam decepsisse post sancti Antonij mortem, nam XVII superuixit Alphonso patri obeunti anno 1230. quo tempore Theresia rediit ex Portu-

gallia, ut filias ex supremis tabulis testamenti paterni hæredes Regni Legionensis scri-

pas te & consilio iuaret contra Ferdinandum fratrem, sed ex Berengaria genitum,

Regem Castellæ. Verum Reginarum parentis atque noueræ, Berengariz, & Theresiæ

maruio

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

mutuo colloquio dirempta controvèrsia est Valentiaz (quod oppidum est Calzcorum) iure suo cedentibus Regiis sororibus fratri , triginta aureorum milia annua pacta , vnde vitam illæ principalem lusstantarent. Fœdere factò Rex Legione , vbi subliterat, Valentiam iuit : sorores eius salutandi causa Beneuentum , quod diei vnius itinere distat à Legione. His in finibus mortuam prædictam Sanciam fortassis vir sanctus modo supra narrato , vitam reuerti fecit in istam , statuto illo diecum numero , cum quo constat præcipua pars narrationis , licet claudicet ratione circumstantiarum non tam fallarum forte , quam ambiguarum ex notis numerorum vitiatis à scriptoribus , undecim pro maiori exrantibus numero . Potuit etiam Rex frater accessisse ad exequias sororis , atque illo procuribusque funus accelerantibus matrem iam perfectæ virtutis mulierem (cuius nimis rur sanitas multis postea constitit argumentis , & corpus visum est in sepulchrali marmore integrum & pene viuidum anno 1614. ad prædictum Loruani Parthenonem .) ex magna in S. Antonium fiducia voluisse filiam trino illo dierum numero domi retinere . Vel dicendum circumstantiam hanc Regis renitentis , ampliationis gratia ab inscio narratore additam ; neque proinde miraculum extra domum Regiam humiliori loco editum post quindecim dies per reiteratam virginis mortem evanescens , apud durioris fidei homines ferme incredibile , apud ceteros admirabile , publicis regnorum assertum haberi monumentis . In huiusmodi rebus auara frequenter & lenta hominum fides , neque quæ inter multos sunt à multis sciuntur , sed neque si referantur ab omnibus creduntur . Egregie Augustinus . Miracula ubicumque fiunt , ibi sciuntur vix à sola ipsa tristate , vel quocumque commanentium loco : nam plerumque etiam ibi paucissimi sciunt , ignorantibus ceteris , maxime si magna sit ciuitas , & quando alibi , alisque narrantur , non tam ea commendat auctoritas , ut sine difficultate , vel dubitatione credantur , quamvis Christiana fidelibus , à fidelibus indicentur .

XVII. Ex hac indagatione ætatis & progeniei , certius & clarius aliud redditur miraculum eiusdem sancti Patris de restituta salute iam desperata Aldonsiaz , Thereliaz Reginaz Portugalliaz filiæ , quod communiter absque signato tempore aut genealogia refertur confusè . Ea porro Aldonsia alio nomine Dulcis , filia secunda est prædictæ Thereliz , non Portugalliaz , sed Legionis olim Reginaz ; neque enim Lusitania villam habuit huius nominis præter primi Henrici Comitis uxorem , Alphoni sexti Castellæ filiam noctam , Reginam propterea appellatain , quia more illius temporis omnes Regum filii , veluti admonet Duardus Nonius , Reginæ vocabantur . Miraculum porro illud fuit quod languente ad mortem , & desperata vel derelicta à medicis Aldonsia filia recupererit constanti fiducia & seruenti prece Therelia mater ad S. Antonium , eo maiorem fortassis concipiens filiæ sanandæ spem , quo maius & admirabilius beneficium accepereat in altera filia Sancia resuscitata . Dum super moribundam mater & famulæ incessanter plorarent , leniter obdormivit Aldonsia videntque sibi astantem sancti Antonium interrogantem an illum cognosceret ? Illa negante , quis esset , & aduentus causam indicauit , atque ultra obtulit ut unum è duobus vellet eligere , vel liberatam ex carnis ergastulo in celum deduci , aut in plures annos superuivere . Eligenti insipienter secundum , concessum fuit ex tempore , quo repentina beneficio visa est sibi funiculum seu chordam viri sancti apprehendisse protinusque exclamauit : Mater accede teneo enim à cingulo beatum Antonium , qui me prorsus sanam effecit . Ad quas voces exhilaratæ omnes feminæ circumsedentes magnas egerunt Deo & seruo eius Antonio gratiarum actiones . Miraculum hoc præ ceteris scriptoribus scribit Marcus Vlippionensis Alanquerij sive Ierabrigæ perpetratum .

XVIII. Vnum vel alterum etiam sacri Parentis Francisci huius temporis subrexo miraculum . In fabrica nouæ Ecclesiaz Pisanz , sacranda sancti Francisci memoriaz , plures ex deuotione absque stipendio laborabant ; inter hos mulier prægnans incessanter in tunc operibus efferendis operabatur , vnde contigit effundendi fœtus extempore periculum . Languenti adsuit sanctus Franciscus certaini immittens spem maturandæ prolis , & feliciter edendæ , suoque nomine insigniendæ . Decurso tempore incolunis peperit mulier , sed in baptismo socrus Henricum voluit propter avum paternum huius nominis appollari . Restitit quæ potuit genitrix contendens ut Francisci imponeretur nomen , nec tamen valuit soctum superare , dicentem illud ferme inauditum , neque in cognatione

Aug. lib. 12.

de ciuit. c. 8.

filiam alteram moribus dam sanas.

Nonius in

General Re-

gum Lut.

sub Henrici-

co Comite.

Marcus lib.

Anton. c. 40.

Marcan. cit.

Marian. I. c.

cap. 7

S. Franciscus

pericula tem-

sibi deuersam

adueniat.

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII X. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	---------------------------------

tione fuisse, qui vocarentur hoc nomine. Concordantibus tandem de Henrici appellatio-
ne infantulus elanguit, ut penè exanimis videretur; tribuit hoc mater celesti indigna-
tioni ob Henrici nomen admissum; quare mutato consilio vocatus est Franciscus, & sta-
tim conualuit, factus maturæ etatis Minorita, maturæ quoque virtutis.

Maria. cit. *Dura puni-
tur an eundis
consumelio-
sus.* Fuit ex Eremitis Gulielmitis in Castro sancti Geminiani in Etruria, cui nihil magis XIX.
molestum, quam laudes audire Francisci, aut quippiam in eius adhiberi commendatio-
nem. Pia quædam mulier horum nescia obtulit ei sancti Patris effigiem, qua conspecta
in plurima contumeliosa verba prorupit. Taxatus à religiosa femina superaddidit hor-
ribilia, quorum audiendorum impatiens mulier, indignabunda recessit exclamans &
inuocans Dei vindictam. Non longè absuit dum post paucissimos dies ita ei os fecere,
& lingua putrescere coepit, ut nec cornu aut eminus ipsa eius genitrix ei adstare, nec
prope quippiam cibum ministrare potuerit. Obstinati animi vir nequam ultionem non
agnoscens depascente morbo misere tandem interierit, tunc scientibus & parentibus iustum
Dei iudicium publicè prædicantibus.

*Paris ad huc
annum.
Prædicatori &
Min. laborat
Atritus in ne-
gocio crux.* Strenue hoc anno laborarunt Prædicatores & Minores in opere Cruciaz tam in An- XX.
glia quam in Gallia, & aliis partibus sedulo colligentes redemptiones votorum cruci-
fijatorum, & collectas fideliter dispersantes ad præscriptum Pontificis. Duodecimo
Kalendas Decembris scripsit Provincialibus Prædicatorum & Minorum in Francia ut
Ioanni de Valzenenis pro negotiis Constantinopolitani Imperij veliter procurando
fideliter laboranti & multa de suis bonis expendenti in ducentis Marcis argenti de le-
gatis & redemptionibus corundem votorum succurrente. Deinde 4. Novas Martij
eiusdem anni sui Pontificatus, sed Christi 1241. dedit litteras ad fratrem Vwillielmum
Minoram Pœnitentiarum suum, de quo sepius diximus supra, ut pro liberatione nobilis
viri A. Comitis Montisfortis, qui in subditi Terræ sanctæ profectus à Sarracenis captus
in vinculis tenebatur, exhiberet quinque millia Marcarum argenti, si pro minori non
posset redimi quantitate. Alij utriusque instituti sectatores sedulo ubique verbum crucis
prædicabant, resque promovebant Sedis Apostolicæ contra Fredericum.

*Conven.
Firmamus.
Beatus Ada-
mus.* Hoc anno in ciuitate Firmana, quæ olim totius Piceni caput, tribus m. p. à mari XXI.
distat, dum idoneum commorandi locum non haberent Minores, illius urbis Epis-
copus capellam sancti Leonis eidem lege diæceseos subiectam, cum domibus, pla-
cea, hortis circumiacentibus pro corundem incolatu concessit intercedente Cardina-
le Episcopo Ostiensi Ord. Protectore, & ex consensu Abbatis monasterij sancti Sabini
Firmani, ad quem ipsius capella instituto pertinebat, necnon patronorum eiusdem
capella, ad quos suas dedit litteras suasorias Pontifex. Donationem hanc confirma-
uit cum præscriptis conditionibus, & defectus quo secumque suppleuit Gregorius suis
litteris incipientibus: *Cum à nobis petito datus 16. Kalen. Iulij. Monasterium nunc est pa-
trum Conuentualium, in quo conditæ sunt reliquæ Beati Adami, qui fuit conciona-
tor illustris, de quo narratur cum semel prædicaret & suo gemitu hirundines impedi-
mento essent, præcepit eis in nomine Christi, ut abscederent, statimque auolarunt.
Semel ambulanti per deuia, occurrit lupus diuinatus, qui more canis domestici, viam
ei præmuniuit. Eodem in loco ortus est, & educatus Beatus Ioannes Lauernicola, de
quo nos multa dabimus suo tempore. Accesserunt huic monasterio quædam bona
possidenda ex suppressione cuiusdam monasterij monialium, nam cum Ghirardus
Episcopus Firmamus Ecclesiam sancti Liberatoris monasterio monialium, de Virgi-
nibus dicto, pia liberalitate donauerit, illæ vero postea infamæ nota laborarent, nulla-
que superesset spes de earum reformatione, Sixtus 4. Guardiano & fratribus prædicti
Firmani conuentus monasterium ipsum, & eius bona, ut possent de eis iusto modo di-
spensare, libere concessit.*

*Ampliatur
conuentus
Parisiensis.
Anno 1254
num. 16.* Ad exhortationem eiusdem Pontificis Simon Abbas & conuentus monasterij sancti XXII
Germani de Pratis Parisiensis fratribus Minoribus angusto loco commorantibus, qual-
dam terras infra & extra muros ciuitatis Parisiensis vendiderunt, ut supra diximus, con-
scientibus ipsarum possessoribus, qui à prædicto monasterio eas sub annuo censu
tenebant, paratis etiam piis quibusdam benefactoribus easdem emere ad opus &
vsum corundem fratrum Minorum. Venditionem & emptionem confirmauit hoc
anno

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1240.	ANNO 14.	IMPER. AN. 31.	NORVM AN. 33.

anno Pontifex insertis Abbatis eiusdem monasterij S. Germani litteris suo diplomati, dato 6. Idus Decembris. In eodem regno Galliz, circa hunc annum Sparre, quod Aquitanix oppidum est, domicilium erectum est pro Minoribus à pientissimo Senebro- no equite aurato, atque ab ipso Sparrensum domino, sed nullum eius modo superstes monumentum, redacto toto monasterio in cineres anno 1578. per seruissimos Romani nominis inimicos.

In urbe Traiecto, quz apud Mosam fluvium est prope à Tungris, in finibus Brabantia, alia à Traiecto inferiori, quod Ultraiectum dicitur vicinum Baravis ad Rheni veteris alveum, circa hunc annum fundarum monasterium Minorum quod Iecora fluvius interluit, scribit Gonzaga, sed gesta Episcoporum Leodiensium ex Chronicis magnis Belgico circa annum 1234. id factum ferunt, fortassis tunc inchoatum, & circa hunc annum absolutum. Monasterij vetustatem euincunt sarcophagi & monumenta defunctorum, qui illic sepulti ante annos quinquaginta. Hæreticorum furore pæne totum dirutum fuit expulsi fratribus anno 1570. Sed anno sequenti reuocati in festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli ciuitate expugnata à serenissimo Principe Parmensi, & monasterium Dei favore, honorandoque amicorum (ut solent, quz ceciderunt) melius surrexit. Templum è patre seculi lapide exædificatum elegante fornice & conuexitate conspicuum. In quo ad dextram facellum Diuæ Virginis consecratum, imaginem habet paulo amplius longam pedes quatuor Deiparæ mattis filiolum brachio sinistro gestantis supra altare collocatam, ante memoriam hominum miraculis celeberrimam. De illa integrum scriptum librū recolendz & piz memorie vir Henricus Sedulius noster inscriptum, *Diva Virgo Mosa-Traiectensis* ad exemplum optimi sui amici Iusti Lypsi, qui similes conscripsit libellos de *Diva Virgine Hallensi*, & *Africollis*. Solemnissimæ supplicationis, quz ad eam imaginem fit, in secundis seriis Paschatis, Resurrectionis Dominicæ damus ex eodem pio authore descriptionem, quam & si longiusculam legere non videbit, sed valde placebit. Ipsa, inquit, die Paschalis festivitatis vespere cum finiuntur, Fratres cum frequentissimo populo, prælatam crucem antiquo ritu Christianorum sequentes, procedunt ad imaginem Diuæ Virginis: cantant illud latum & priuscum Catholicorum Paschale canticum, cœlitus acceptum: *Regina celi Latare*. atque ex facello, eius honori & memorie consecrato, quod ad dextram templi est, efferunt, ad Ecclesiaz medium, ubi sublimis statuitur honoranda. Nulla imposita mora, incredibili pietate frequentationes incipiunt, preces & vota ciuium & aduenarum: sed maxime noctu ut pij quique vitent oculos aliorum, ab occasu solis usque ad auroram dici sequentis. Nec facile dictu, quanta hominum multitudo ex agris, ex vicis, & vicinis urbibus conueniat. Numerati aliquando, cum id præsidarij excubidores in mandatis haberent, aduenisse supra sex millia virorum præter mulieres & pueros. Curatores saecelli, Diuæ Virginis imaginum, quz magna religione exiguntur, supra septendecim millia potentibus distribuerunt, Anno salutis millesimo sexcentesimo septimo iam, tum à S. D. N. Paulo Papa Quinto datis denuntiatisque plenariis indulgentiis. Iucundum spectaculum piis, videre pueros, adolescentes, virgines, matronas, viros corpora nuda testos dumtaxat laneis auniculis siue lineis, nudis etiam pedibus D. Virginis imaginem adire, circumire, adorare; ita circum eam, & sub ea flexis poplitibus sapienter repere. Ex veroque sexu passim sternuntur oculis & lachrymis paumenta rigantes, veniam irarum cœlestium deprecantur; & vota ad Deum interueniente Virgine Matre prout sua quemque mala cogunt, vertunt. Plurimi supplicationi viam antiquitus destinatam, non modo scelus, sed multoties præcunt, faculas ardentes gestantes. Multi à capite usque ad genua, ferreis armis nuda corpora testi, etiam in genibus repentes, totum illud, & quidem non breue iter processionalis conficiunt, & ferreas subinde graui pondere catenas pedibus illigatas trahentes. Dominicas Resurrectionis secunda feria processioni decreta, finita concione ad horam nonam, toto Senatu atque Magistratu, cum urbis primoribus conuentientibus ad monasterium, summum sacrum in Diuæ Virginis honorem celebratur, cum ciues omnes & adueniæ, Deiparæ Matri obuiam ruunt. Sub finem sacrificij, chordis S. Francisci primoribus quibusque & nobilibus, diuque Francisco deuotis distributis; atque singulis eam publicè super vestes ab humeris ad aducta latera

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

gestantibus, in formam tesseræ : procedit peractis mysteriis instituta supplicatio, velut acies castrorum ordinata. Quemadmodum in castris expeditissimorum militum varia sunt cohortes & legiones, varia signa atque vexilla, diversæ generis armaturæ, sed tamquam viri militant Principi : ita in ista religiosissima processione varia deuotio, sed diversa schemata, vbique multa gratia, quia grata diuersitas, sed una veraque pietas: quia Christo faciunt, quod eius Matri. Ceterum quia Christi militibus fas non est procedere sine signis militiarum Christianarum: crucem Frater aliquis præfert, quam magna mox sequitur manus virorum, foeminarum, puerorum. Nec vulgi more, sed ritu singulare Crucem sequuntur, quia crucem etiam tollunt. Omnes solis laneis aut linceis amicti, nudis pedibus varia lumina gestantes, habitu publice pœnitentium; summo silentio, calidas preces & lachrymas fundentes, totum supplicationis circuitum conficiunt. Anno octauo supra millesimum sexcentesimum, mille coque amplius hoc schemate processisse numerati sunt; inter quos non pauci viri, qui galeis ferreis, ne noscerentur, caput incluserant. Sed & matres complures secum vix dum apta gressibus cara pignora trahebant: nonnullæ infantulos & lactantes eodem pœnitentium schemate ad vbera circumferebant. Anus quoque grandæua, quotannis hoc ritu solita procedere, cum ingrauecente morbo & etate non posset; ut fidem suam liberaret, eadem amiculorum forma grabatulo circumlata est. Sub hoc vexillo ponè sequuntur, qui in sodalito flagellantum, sub cura & direktione sunt collegij societatis Iesu. Hi sacris operi, testa facie, pedibus nudis (quo ritu in cœna Domini processionem suam celebrant) magna pietate & pulchro exemplo supplicationem cohonestant, viri, adolescentes, pueri. Altera crux sequitur labari forma, quo labor, vna & merces præmiumque laboris indicatur, & numeratur. Sequuntur è vestigio omnes nostri fratres, in sacramenta Christi iurati, cantantes Domino, magnis vocibus benedicentes Diuꝝ Virginis, *benedicta inter mulieres*. Mox sequuntur primarij cives; deinde Sacelli Diuꝝ Virginis curatores, tædigeri omnes ante sacram Diuꝝ Virginis imaginem, de qua nunc agimus; quam lectissimæ probatissimæque Virgines, qua it supplicatio, humeris sublatam religiosissimè ferunt. Imaginem Diuꝝ Virginis cohors sequitur armatorum, qui suscepptis votis, sacramenta hæc Deiparae Matri in singulos sive certos annos dixerunt. Recenti anno octauo supra millesimum sexcentesimum octoginta sex, penè omnes falcas gestantes, corpora nuda (testis tatummodo, quæ natura dictat velanda) ferreis armis induit à capite usque ad pedes. Capita ferreis galeis muniebantur; peccus & brachia ferreis thoracibus & brachialibus; crura & tibæ, ipsi quoque pedes panoplia militari, qualis solet esse equitum armatorum in acie pugnantium, tales ferè omnes; plerique dextro quoque pede catenam magni trahunt ponderis, quo procedant laboriosius. Subligacula linea, quæ naturam tegebant, fluentem largiter ostendebant sanguinem ex mortuarmorum. Nec facile quis credet, quam multis sanguineis guttis via, qua processio tendebat, spargeretur. Alij herbas, frondes, flores oculis & odori iucundos, Christo iacebant, & eius Matri isti (quod habebant pretiosissimum) sanguine suo viam purpurabant, quo peccata eluerent, & flammæ ignesque gehennæ soparent. Hos lectissimos milites, velut cohortem Praetoriam, Magistratus urbis sequitur: Praetores, quorum alter Præsulis Leodiensis, alter Ducis Brabantæ: tum Consules & Senatores, & qui Urbi ab officiis, tædigeri omnes ante venerabile sacramentum, quod maxima profundissimaque reverentia sub serico cælo gestatur. Claudunt agmen processionis, ciuitatis Gubernator, tota nobilitas, magna denique multitudo omnium sexus veriusque æratum & conditionum, ciuium & aduenarum. Et vero consummata supplicatio non statim finem imponit deuotioni: toto sequente octo diu noctuque frequentationes, visitationes, circuitus, qua præiuit processio, à plurimis iterantur.

Luc. i. 41.

Conven.
Vvater-
fordia.
Camden.
in descript.
Hibern. in
prou. Mo-
mod.

Ad hunc annum extructum etiam Minoritis monasterium in Hibernia in ciuitate Vvaterfordæ, quæ mihi natale solum fuit, indigenis & Britannis Portblairge, Anglis Vvaterford, Ptolomæo Manapia, appellata, à Norvegicis piratis constructa, ut placet Camdeno, sive ut alij volunt à Sitaraco Ostrmanno circiter annum 155. celebris in Momoniz prouincia ab adlabente fluvio Surio, à portus oppor-

XXIV.

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS Ma- NORVM AN. 33.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

opportunitate, ab opulentia, à populi frequentia, ab ædificiorum stru&ura; sed inde de celebrior, quod pietatem Christianam & Catholicam religionem Romanam constantissime retinuerit; atque hinc sanè mihi charior & estimabilius, quam quod ortum tribuerit. In tot tribulationibus & persecutionum pressuris firma semper mansit in vera religione, ut ex hac parte & fide in Deum potius, quam ex illa, quam suis Regibus perpetuam seruavit repulsi fortissime inimicis; illud suum mereatur elogium, *Vrbis intactæ mansens*, inde etiam laudatissima, ut res sacras adeo impense colat, piis peregrinis & propter fidem patientibus aperiatis viscera charitatis & iuxta illud Terraliani: *Solicitor fides quando turbatur*, adeo invigilat paritati fidei, & filiis in eadem immaculatae creandis, ut gloriose passim hoc audiat nomine *Parma Romæ*. In hac porro ciuitate, cui vel cancellum hoc laudimus, & de qua plura huius generis aperte liber, sed non licet, inter frequentes & speciosas quas possedit sacras ædes, illa nostra fuit spectabilis cum ex ædificij amplitudine, cum ex fratum numero & dignitate. Sitæ est ad Orientalem plagam ciuitatis prope, sed intra muros iuxta navale, & fundatorem habuisse tradunt illustrem Dominum Hugonem Porcellum, quod aperiens confirmat fragmentum vetusti codicis M.S. eiusdem conuentus, in quo ita scriptum, [Ad cornu dextrum altaris maioris est sepultura Domini Hugonis Porcelli militis, qui fuit fundator huius conuentus.] Templum habet duplex, præcipuum quod ab introitu ianuæ è regione rotum visitur, illo minus, sed satis magnum, quod ad dextram ingredientis sacellum dicitur B. Virg. Mariz.

Tertull. in
Apolog. ad-
uersi gentes.
c.35.

XXV In hoc monasterio iacere iudicauerim Beatū Ioannem à Vwaterfordia, quem Pisanus ^{Pisan. conf.} antiquus author cognominat corrupte à Vafordia, de custodia Cassellensi, sub qua erat conuentus hic Vwaterfordensis, quem etiam ait magnis coruscasse miraculis, ita quod ad eius sepulchrum curarentur infirmi, varij fugarentur morbi, & quod maius est mortui resuscitarentur. Fuit etiam in eodem loco eodem teste alias Nicolaus à Vwatersfordia vir sanctus, qui fratribus sui obitus diem prænunciauerat. Recondito & sacro in loco in eadem Ecclesia conditus est vir pius frater Ioannes Luker ^{relicta} religiosus in illa vrbe memorie, cuius corpus post plures annos exhumatum per vnum ex consodalibus, pium presbyterum secularem, & pientissimam matronam, translatum est noctu ab Ecclesia sancte Mariz in sui instituti ædem, sicut fieri sub morte rogauit; cui translationi adolescentulus dum casu intercesserit, audiui inuentum integrum cadaver illæsæque vestes & sandalias. Ibidem etiam requiescit frater Donatus Dalæus, robustior ætate plura incommoda propter fidem Catholicam perpessus & ante mortem institutum professus Minorum, miræ integratæ, singularis prudentiæ, & laudabilis innocentie post se relinquens in vniuerso regno opinionem. Mortuus est anno millesimo sexcentesimo decimoquarto, sub quo de illo plura poterunt referri. Ex hoc etiam conuentu crediderim prodisse Gulielmum Vwaterfordensem, quem Henricus Vwillot vocat Vvoderfordensem non Vvodfordensem, ut vult Ioannes Pitseus, ^{Vvillor de} qui etiam Anglum facit, illinc ut putem deceptus quod in Anglia multa & præclaræ script. Fræc. Pitt de terri-
ra scripsiterit, præcipue contra errores Vvicleffit. Duos habeo eius tractatus M. SS. pto. Anglie eruditos. Primus ita incipit: *Venerabilis in Christo Patri ac Domino illustris Domino Thome Cantuariensi Archiepiscopo, sotius Anglie Primi*, & sedis Apostolica Legato, humilis fæci servitor fr. Vvilielmus Vvoderfordensis deuotissimum humilitatis & subiectiæ famulatum. Reserende mandatis vestru obtemperando, causas condemnationis articulorum per vos super damnatorum, ac etiam responsiones ad argumenta per aduersarium pro articulis facta, vestra Dominationi in hæ scripta transmuto. In quo opere strenuè ostendit æquæ & iusta de causa tot articulos Vvicleffii fuisse damnatos in Concilio Londinensi.

script. Fræc.
Pitt de terri-
ra pto. Anglie
ad an. 1327.

In alio etiam Concilio Basiliensi anno 1433. dedicauit Cardinali Iuliano secundum meum opusculum de Religione inscriptum, cui præscriptum: *Incipit opus de Religione Magistri Vvilielmi de Vvaderfordi sacra Theologie Professoris Ordinis Minorum*. Preparamus nostrotum scriptorum catalogum, in quo copiosior de hoc virq fiet sermo.

XXVI In sacello maiori ex parte Epistolæ requiescunt corpora Illustrissimorum Dominorum D. Richardi Poeri Baronis de Corraghmore, strenui Catholicæ fidei propugnatoris, & D. Catharini de Barry coniugis, filii magni Barry, Vicecomitis de Burrenania. Ex parte vero Evangelij in sepulchro fundatoris conditus recenter Illustrissimus Dominus Nicolaus Valelius, eques auratus, inter primarios iudices regni in

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1240.	ANNO 14.	IMPER. AN. 31.	NORVM AN. 33.

communi placitorum tribunali Antecessor. In magna vero Capella secundæ Ecclesiæ seu Sacelli Beati Virginis habentur sepulchra ornato lapide Illustrissimorum Domini nostri Baronum de Dunile & de Kilmordan facelli fundatorum. In medio eiusdem facelli ad dextram ingredientis seu ad cornu Epistolæ exurgit arcuato opere in muro Vaddingorum sepulchrum, in quo conditum memini illustrissimum Dominum Thomam Vaddingum patrum optimum, cuius memoriam in benedictione est, eritque inter nostrates perpetua ob summam in pauperes libertatem, ob paratum & aperteum piis quibusque & Ecclesiasticis hospitium, ob Christianè peracta potiora Reipublicæ munia. Inferius prope iacent Vvillelmus patruus alter, & Vvalterus pius meus genitor, cui præter ortum, est quod amplius debeam sedulam in Christiana disciplina curam, & summam circa probe educandum vigilantiam. Divisit eum in morte à chara coniuge & nostra genitrix Anastasia Lombarda sua lues pestis, ob quam hanc non licuit viro conjungi, tumulataque est in monasterio S. Catharinæ extra ciuitatem. Totius templi es fuit amplitudo, ut suppressa iam religione transuersis trabibus in medio Ecclesiæ pertuerit superexstui Xenodochium cum sexaginta cellulis pauperum, triginta viorum, & totidem mulierum, in quem usum conuersa est sacra zædes postquam Henricus Octauus Angliæ Rex iussit exultare regulares è suis monasteriis, atque hæc in profana ministeria conuersti. Uno & altero diplomate (quorum penes me exemplaria) accepto etiam pretio concessit vniuersum fratrum domicilium Domino Henrico Valelio & successoribus cum auctoritate instituendi ibidem dictum Xenodochium, in quo essent unus Magister, fratres Hospitalis, & pauperes; dicereturque hospitale: S. Spiritus fratres interim in domibus conductitiis secreto latitant Catholicis præsentes ad omne opus bonum, non erubescentes Euangelium neque ministerium Christi, quantumvis sapienter perquirantur ad mortem. Bis irruit in eorum occultum domicilium ad Australem ciuitatis partem prope urbis ianuam, quæ sancti Ioannis dicitur, ex speciali mandato Provinciæ Mononiæ Præsidentis milles quidam Anglus, ciuitatis vicegovernator, sed præmoniti futuri periculi fratres manus eius euaserunt. Celebratum est in hoc conuentu capitulum provinciale anno 1469. in quo electus fuit in Ministrum Provincialem fr. Gulielmus Reihi sacra Theologæ Magister; nec non aliud secretum anno 1615. in quo creatus est in idem ministerium fr. Donatus Monæus vir doctus & intrepidus anno elapsò defunctus.

An. 1240. n. Ab aliquot iam annis laborantibus Minoribus in ciuitate Legionensi in Hispania, ^{XXVII} vti iam diximus, absque fixa tamen sede, tandem hoc anno (licet corrupte habeatur apud Gonzagam annus 1340. pro 1240.) horum extra & prope urbis muros ex acquisitis hinc inde eleemosynis ad monasterij ædificium emerunt à filiis & heredibus ^{40.} Gonzaga. ^{io.} cuiusdam Bonadj de Spinaza, quod manifeste indicat bulla Innocentij 4. data Lugduni 30. mensis Iunij anno 3. sui Pontificatus, quæ in eodem monasterio asseruatur, qua ^{40.} Gonzaga. ^{io.} Contra Le- dierum 40. Indulgentiam largitur iis, qui sua liberalitate atque munificentia opus promouerent. Quo factum est, vt brevi tempore sacra hæc zædes S. Franc. dicata omnibus suis numeris fuerit absoluta sub Ferdinando Sancto Castellæ & Legionis Rege, cuius successores postea ruinosam redicifarunt, vt illorum insignia pluribus Ecclesiæ locis affixa commemorante, & amplis donarunt priuilegiis. Ameno sed humili loco situm est hoc monasterium in aperto campo, quem sancti Claudi cognominant ab opposito monasterio vetustissimo Benedictinorum. Hic primum Theologæ cathedram concendi, ante complectum annum translatus Salmanticam, multam expertus brevi illo tempore in pio, nequicquam tenaci aut duro, populo erga nostros benevolentiam.

An. 1240. n. In ciuitate Roderici vulgo Hispanico Ciudad Rodrigo regni Castellæ in Hispania, de ^{XXVIII} 19. Monast. Mo- qua alias egimus ante huic annum ædificatum in suburbio pro sanctimonialibus Da- mal Ciuita- mianitis monasterium sub titulo sancti Spiritus mihi constat ex priuilegio exemptionis. Gonza. in nis eidem concessio à Michaële eiusdem urbis Episcopo, æta 1178. quæ huic anno cor- prou. S. Mi- respondet, & inserto diplomate Innoc. IV. dato anno primo sui Pontif. Fundatum chael. mon. 1 monasterium per quasdam S. Claræ discipulas asserit Gonzaga, neque id mihi incre- bilius pre- dibile, cum ex multis monumentis mihi constet plures ex his in Hispaniam diuersis temporibus transmissas. Fauit satis his sanctis fundatricibus D. Leonardus eiusdem etiam

ANNO CHRISTI 1240.	GREGORII IX. ANNO 14.	FREDERICI II. IMPER. AN. 31.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 33.
eriam verbis Episcopus electus anno 1245. cuius in eisdem beneficiantia constat ex vetustis tabulis Ecclesie matricis datis anno 1250. Ex variis etiis in testamentis antiquis illius urbis habetur moris fuisse apud huius monasterij sorores instar religiosorum, ad mortuorum funera cum cruce processionaliter exire, ita cogente fortassis rerum inopia, quod postea prohibitum est per Patres Provincie D. Iacobi, postquam eorum curae sunt commissae. In medio Ecclesie choro admirandæ sanctitatis religiosa soror Hadabona, cui & lapidea imago ibidem erecta est, sepulta quiescit. Hec tan copere, dum viueret, in omni virtute, præcipue vero in charitate, atque oratione profecit ut statim post mortem miraculis clarere ineruerit. Quamobrem & monialibus & secularibus commendatis sima est, & cum isti, cum quoque illæ hausta ex eius sepulcro terra ad pellendam febrem quadridianam utilem, atque pro voto utuntur. In sacello maiori ad latus Euangelij exigit sepulchrum macereum insculpta effigie sanctorum monialium. Abbatialia habentis insignia, & in regione in muro incisum petrum hoc epitaphium. <i>Aqui iacet la muy magnifica senora Donna Beatrix del Aquila abbadessa que fue en esta casa cincuenta annos y fallecio el anno de MXXXXV. annos. Latine ita. Hic iacet magnifica admodum domina Donna Beatrix del Aquila, que fuit Abbatissa huius adiunctorum quinquaginta, obiit anno 1535. Plures numerantur eiusdem monasterij religiosæ virgines pietate, regulari obseruantia, & ultra muliebres vires aspera penitentia spectabilis, de quibus suis temporibus recurret memoria.</i>			
XXIX. Hoc ipso anno Episcopus G. Iuriasensis in regno Aragonie ex consensu sui capituli concessit religiosæ feminæ Salsannæ & sororibus eius Damiani plenam facultatem monasterium construendi in agro, qui erat Dona Marie Lop super molendina dicti Episcopi extra muros de Calatayud in honorem S. Agnetis, ut habetur in eius litteris insertis diplomati Pontificio Innocentij IV. sub anno primo Pontificatus. Aliæ item literæ Iacobi primi Regis Aragonum commendatitiae ad Bilbensem senatum datæ 12. Novembris anno 1249. indicant illud omnibus numeris tunc absolutorum. Sub aliis vero ædibus congregatas aliquas sorores ante extructum hoc monasterium docet diploma Gregorij IX. ad eisdem datum anno 11. sui Pontificatus. Perstiterunt hoc in loco ad 123. an. donec ingruente bello inter Petrum crudelem Castellæ Legionisque Regem & Petrum alterum Aragonium dirutum est ex parte monasterii à Calstellano exercitu ædificatis suis propugnaculis à conuento Prædicatorum usque ad hunc, fugientibus prius sanctimonialibus ad conducticias ædes intra villæ circuitum, in quibus ad aliquale tempus vixerunt. Obtinuit tandem anno 1363. Donna Vraca de Luna, Abbatissa facultatem ab Illustriss. D. Guidone Episcopo Portuensi legato Apostolico in Hispania ut per duos menses cum duabus ex sociis ad Regiam curiam abire pro impetrando situ & Regum ope ad nouum extruendum domicilium. Liberalem senserunt Regem eiusq; coniugem Leonoram, quorum sumptibus inchoatum monasterium intra villæ muros prædiis & redditibus ditatum sub sancti Nicolai nomine ob vicinum facillum, ad perfectum deduxerunt anno 1366. Gonzag. in non millesimo trecentesimo trigesimo sexto, ut habet Gonzaga, nam & bellum prælibatum gestum est anno 1362. & sequenti supplex accessit ad Regem Abbatissa. Diruto postea facillum ad situm ampliandum noua extructa est Ecclesia S. Laurentio sacra. Benedictus 13. dictus, duas huius loci accolas habuit sorores, quas inuisitum cum Bilbilem petuerat, Ecclesiam à præfato Rege ædificaram in earum gratiam ampliandam, que in meliorem formam transferencead curavit. Observarunt regulam seu institutionem dictam S. Damiani de Assisi sub regula S. Benedicti usque ad Urbani IV. Pontificatum, & vixerunt sub Episcoporum iurisdictione donec Innocentius IV. an. 1249. eas subiecit Prælatis Minorum. Multis priuilegiis & gratiis eas affecit hic Pontifex & successores, nec non Reges Aragonie. Plures hoc in monasterio sanctæ vixerunt sorores, plurimæ item generis claritate nobilissimæ hic generose de mundo triumpharunt.			
XXX Monasterium undique perfectè elaboratum, & excultum, copiosum habet aquarum irriguum per ædis medium præterabantem. Ecclesia pulchris ornata sepulchris, illud præcipuum, quod in medio situm est facelli maioris insculptis equitis & matronæ effigiebus, hoc adiecto epitaphio.			
<i>Hac in alabastro speciosa mole Ioannis Roiz Calcens corpus et ossa iacent, Cuius in arcanis Fernando cognita Regi Fama, fides, probitas, lingua, manusque fuit.</i>			

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. AN. 32.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 34.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Cui sua chara manus sepulchro admota Ioanna
Leonora Requies, nobilis hera domus.
Quorum anime in celis velut una in sede quiescunt,
Sic & in hoc sumulo corpora iuncta manent.*

In chori pariete eretta alia sepulchra deaurata in quorum ex testamento stipulato, anno 1300. constat requiescere D. Ximerum Petez de Arenoso olim Regis Aragonij in Valentino regno Proregeum, seu locum tenentem, in altero eiusdem coniugem, ex nomine tamen ignorantem. Sub Catholicis Regibus Ferdinando & Isabella reformatus est conuentus & traditus regimini Patrum Observantium.

*Privilégia
Pontificis.*
Quædam concessit fratribus & sororibus Pontifex hoc anno priuilegia. Dedit Ministeri Provincialibus potestatem instituendi Prædicatores in capitulis, non obstante præcepto regulæ quo ordinature eos examinari à Ministro Generali. Litteræ incipiunt, *Prohibente regula vestra. Datæ 2. Idus Decembris.* Eodem die concessit facultatem Ministeri, Generali & Provincialibus absoluendi fratres subditos, seu ad religionem conuersos ab excommunicatione ob iniectas manus violentas incursa, prævia satisfactione, initium litterarum, *In iure canonico.* Idibus Decembris prohibuit ne exterritus habitum religionis, vel ei consimilem deferat, si secus fiat per diœcessanos iuber, ut compellantur ad eius depositionem. *Quia confusio habitus, &c.*

A R G V M E N T V M.

*Floruerunt plures viri sancti, quorum gesta exponuntur. Erecti quidam conuentus, confessæ indulæa quadam Apostolica. Mortuus Gregorius Nonus, succedit Calestinus pa-
rum superstes; protrahitur inter-Pontificium in annum tertium.*

*Marian.lib.
2.c.13.*
Beatus Ber-
nardus à
Quinta Val-
le superstes.
*Eius cum S.
Franc. fami-
iliaritas.*
*Specul. Virz.
S. Franc.
Marian. cit.*
*Ropius in
Deum.*
*Dilectum me-
morabile.*
*Anton. 1 p.
124 c 7 § 1.*
*S. Maria Virz.
S. Franc.
Rodriq. sc. l.*

Boc anno adhuc superstitem floruisse beatum Bernardum à Quinta Valle Majori. Marianus testatur, quin & eo ipso animam Deo reddidisse venumque coniicimus, quamquam in hoc certi nihil statuere liceat ex antiquis monumentis, aut tabulis: veteres historiam scripsere, non annales, temporis rationem parcus subeuntes; integrum proinde non erit in suos annos cæsim referre vitas Sanctorum, vt quid, quo tempore gestum sit, indubitate sciatur, sufficit, aut vita, aut mortis annum adnotare. Cur vero in hunc præ reliquis mortem sancti viri coiiciamus fundatum præbent vetera Chronica, Antoninus, & Rodulphus, qui eum quindecim sere annis mente, & facie in cælum eleuata affirmant incessisse; Quod intellexerim de reliquo vita spatio, quo beato Patri Francisco superuixit, angelicam magis quam humanam vitam ducens, in eundo ergo annorum rationem à 26. huius saeculi, qui morte beati Patri fuit celebris, hic erit decimusquintus; nihil certius repetio. Beatus Bernardus vestigiis sui Patri per veram humilitatem, obedientiam, & paupertatem insistens, ad illud perfectionis culmen ascendit, vt & ipsi sancto Francisco adhuc viatori esset admirationi, nullus exemplo. Hinc & beatus Pater absentis vitam & perfectionem fratribus serio, & magnis laudibus commendabat; cum eodem præsente libentius de rebus diuinis collationem protrahebat, atque de Deo differentem cum spiritus dulcedine audiebat, qua in re singulari dotatum gratia expertus est; vt & ipse qui aliis prælucebat, à discipulo operari illuminari, inuenienti sunt totis noctibus in diuinis colloquiis, atque extra se rapti seorsim à fratribus simul in silua aliquories habuisse.

Bernardus porro vir fuit magnæ, & excelsæ contemplationis, semel dum sacra my-
steria celebrarentur, in Deum interius absorptus, immotis exterius oculis, immoto-
que corpore ad ea quæ siebant insensibilis fixo intuitu permanebat ab hora matutina,
in vespertinam usque, mox ad se rediens, & totus in stuporem actus, ad suos regressus
in hac verba ter exclamat; O fratres! o fratres! o fratres! nullus est tantæ nobilitatis
& excellentiae in hoc traxi, cui saccus simo plenus leue non foret pondus, palatio auro
pleno, eu laboris eidem promissa merce.

Huius thesauri illeetus desiderio, ita sursum totus agebatur intentione, vt integris III.
quindecim annis facie, & mente terrenis abstractus in cælum continuo suspiceret, &
cuam olim venditis omnibus est mercatus. certa fiducia sibi destinatum ostendat magis,

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. AN. 32.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 34
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	--------------------------------

ac magis, coque potiri totus in Deum conuersus quotidie incipiebat; ei iam nulla terrena sapiebant supernarum illuminationum dulcore, quos tam frequentes experiebatur, ut tunc illo tempore nunquam in mensa famem expluerit; quamquam & hoc virtutis, & disciplinæ speciale ei fieret exercitium: eam enim vic sui exosus, & voluptatis contemptor apposuit custodiam sensu, ut non tam superfluis, quam necessariis abstineret; quidquid tamen apponebatur iuxta verbum Domini leuiter gustabat afferens, in iis quæ gustum afficiunt, sibi abstinentiam, quæ potissimum in pugna aduersus delectationem, & appetitum versatur, qui prælibatis condimentis velut irritati, experimento vires accessione capessunt, quibus sedandis nouum virtutis opus enascitur. Fortius ergo & integrius iudicauit prægustatis abstinenre, quare intacta præterire.

IV. Nunc viginti, nunc triginta diebus facta super eum manu Domini per montes, & solitudinem raptus indecessum ferebatur solus, altissimis intentus contemplationibus, ut rectè eundem hyrundini B. P. Egidius compararit: ille namque Egidium, qui semper diuinis intentus remanebat in cella reclusus, hominum fugiens consortium, appellabat ioco semihyundinem (quam appellationem male in Bernardum referrit Rodulphus authore Egidio iactata) Egidius vero simili sanctorum exultatione iocum recorquens; respondebat: Frater Bernardus non omnibus concessum est hoc donum, ut hyrundinis instar volitando pascatur id subinde coram aliis afferens Bernardi à Quinta Valle donum esse, ut se volando per montes pascere velut hyrundo.

V. Orationis studio & altissimæ contemplationi accessit diuinitus concessa intelligentia Scripturarum & mysteriorum: hinc ad eum passim summorum virorum & in Theologia magistrorum, difficilimis quæstionibus soluendis siebat recursus, quibus in omni sacra Scripturæ passu ea dabant responsa, ut singulis probe notum esset Dei virtutem, & sapientiam intellectum dare parvulis, eisque reuelare quæ à sapientibus & prudentibus huius saeculi abscondit, in vitro enim Dei licet humanæ sapientiæ, & literatum excepte, factus est, qui eum vocavit Christus, os, & sapientia ut nihil arduum aut inelec- Psal. 140. tio ei difficile videbatur tamque promptè ad occurrentia dubia respondebat, ut Deus specul. vita ipse velut ex oraculo diuinitus per os eius ea solvere, & responsa dare estimaretur. S. Franc.

VI. Huius doni virtus in eo maxime reluxit, quod vere parvulus, totum propriæ opinionis evanescuit sensum, tamque in eo rectus, & simplex oculus fuit, ut cum nulla temerarij iudicij precipitantia vñquam inquinaret: quidquid porrò videbat, audiebat, sapiebat, totum in Dei laudem, propriæ redargutionis stimulum, vel humilitatis profectum, referebat. Vnde de eo talis visio beato fratri Leonii facta est apud Marianum; [In Marian. lib. tert. alios, inquit, supererant f. Ruffinus, & frater Leo speciales socij B. Francisci, quibus in loco Portiunculæ infirmis existentibus, fr. Leo qui grauius infirmabatur, videt in somnis multitudinem fratrum processionaliter incidentium, inter quos erat unus, cuius ab oculis radij quasi solares procedebant, ita ut in eius faciem prospicere non poterat, præ nimia claritate; & quærens ab uno illorum fratrum quo irent cum tanta solemnitate? Vadimus, inquit, ad excipiendam animam cuiusdam fratri infirmi in Portiuncula, & breuiter morituri; & ait rursus fr. Leo: & quis est ille à cuius oculis radij procedunt tanta claritate? & ille: nunquid non cognoscis eum? ipse est enim frater Bernardus de Quinta Valle; & quare, ait rursus frater Leo, oculi eius tanta claritate nitescunt? & ille: quia semper videndo alios de se humilius, de aliis quod esse poterat, melius iudicabat. Vnde dum videbat truanos, & male inductos pauperes, dicebat, melius seruant altissimam paupertatem quam tu fr. Bernardus iudicabat autem de illis, ac si voluntariam seruarept paupertatem. Cum autem diuites videbat pretiosis, ac deauratis, vel curiosis vestimentis induitos, cum cordis compunctione dicebat; forsitan sub illis vestibus portant cilicia, vel ferreos circulos, sustinent carnis martyrium in occulto, & sic vitant variam gloriam melius, quam tu frater Bernardus, cum tuis exterioribus vilibus indumentis. Et per hunc modum semper bene de omnibus aliis iudicans, de se humiliiter sentiens, omnem mundiciam in oculis conservabat, & bona quæ in creaturis cernebat, referebat totaliter in suum Creatorem.] Hactenus Marianus: eadem autem visio quæ in somnis fratri Leonii, ostensa est in vigilia fratri Ruffino ut ibidem refertur: ipsam obscurè satis subindicat Rodulphus.

VII. Magna fuit in eo patientia, ut superius attigimus, & huic affinis quedam. sincera charitas:

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. AN. 32.	RELIGIONIS M. NORVM AN. 34.
<i>Charitas fratrum.</i>			
charitas : non modo enim ad iniurias fuit insensibilis, sed offensa maiorem in eo accendebat charitatem velut erumpentem flammatum leuiter respersa aqua vehementer reddit ; lacescenti, velut à fortiori victus, humili vir cedebat, & beneficij loco dicens opprobria & contumeliam, contumeliosos instar correptorum & pædagogorum, maiore propeatione complexus, habuit. Sub mortem enim confessus est se in duobus tantum nomen & meritum fratris Minoris expleuisse, videlicet, quod fratrem post iniuriam sincere & magis dilexerit, ac patientiam habuerit in tentationibus quæ continuo ipsi remanserunt; Deo concedente, ad exercitium, & profectum : <i>mallea</i> nempe <i>tribulationes in forno</i> , & <i>ficus aurum in forna probantur</i> . ita plane Bernardus per omnia probatus, nihil in eo adulterinum, exasum, aut corrosum permanxit, sed omnia longanimitate & patientia solidata, nam præter visibiles persecutores, cum inuisibilibus etiam longe pluribus est collocatus : Beato enim Francisco adhuc superstiti, & superfluiorū statu sollicito, reuelatum fuit, Bernardum à pluribus, & subtilioribus, seu malignioribus oppetendum dæmoniis, qui tanto primogeniti sui periculo anxius in lachrymas, & preces effusus diuīnum postmodum accepit responsū : ne timeas, inquit Francisco, quia omnes hæc tentationes illi ad exercitium, & coronam datur sunt, de quibus cum gaudio reportabit victoriam: nam ipse unus est de commensalibus regni Dei. Voluit etiam Dominus per se experiri fidem servi sui, subtracta consuetæ dulcedinis ab bona, qua à terrenis expeditus, animoque ad Deum suspensus quotidie pascebatur : duauit eiusmodi experimentum per octo dies, illo nihilominus in eodem serum celestium perseverante studio, dumque seruentius solito quotidiana stipetū supplex exposceret, mīcis, quæ ex magni Regis mensa decidunt, totus inhiens, subtractam tandem diuinæ dulcedinis alimoniam cum fône accepit : apparuit nempe in ære manus lyram repens, & semel versus terram ducta per chordas, tam excessivum in animo iubilum excitauit, ut si denuo versus cœlum reduceretur tractus præ excellu, & tenuitudine exultationis vir beatus sua opinione, animam exhalaret.			
<i>Speculum vñz Franc.</i>			
Marianus.			
Subridens etiam infidem reficitur.			
Moribus & vñz infirmitatis.			
Marianus.			
Eius in infirmitate vigilius.			
Pisanus.			
Speculum.			
<i>Verba eius ad fratres sub mortem.</i>			
Tandem virtutum plenus Dei seruus in ultimam incidit infirmitatem, quæ labo- VIII. ribus & peregrinationi finem imposuit : ea spiritus libertate, & pace vicinam & præmis. foribus pulsantem expectabat mortem (iuxta vaticinium quod de eo habuit B. Francis- cus) ut ne infirmitati quidem subiaceret infirmus, sed vel in lecto sedens, aut vix inclina- tus exitu securus, & vigil in oratione positus expectaret, à qua, sicut alter Martinus, inde- fessum spiritum nunquam laxabat. quod si intercurrente somno & humorum impellen- te motu eleuatæ intentionis quies interrumpebatur, aut a liorū phantasmarū tactu mēs alio, vel minimum à suo creatore digrediebatur, statim in se reversus concusso capite se- ipsū reprehendebat, dicēs, cur sic cogitau: quinim & fratres qui teleūdo capiti aquam rosaceam instillabante naribus prohibuit, ne hoc officij quod moribundæ mox carni exhibe- batur properantem, & recta ad suum conditorem tendentem spiritum, vel modicum diuertere posset, seu ad exteriora distractum remorari: quin & sui corporis integrum dis- positionem in manus cuiusdam fratris medici assistentis renunciauit, ut ne vel in necessa- riis sui iuris esse videretur : nolo, inquit, mihi inesse curam mei corporis, seu cibi, aut po- tus, sed tibi committo, si dederis, accipiām, si minus, acquiescam.			
Ingrauescente autem morbo conuenerunt fratres multis ex locis ut eius interessent IX. Fratres ad transitui, eum enim loco patris omnes post mortem B. patris Francisci, colebant & prouerbiū eum venerabantur. inter eos adfuit extaticus ille sanctus Egidius, qui cum eo simul ab initio iugum Domini vnamis duxit : videns autem fratrem Bernardum dixit exultabundus: fr. Bernarde sursum corda: cui ille subridens sursum corda habemus ad Dominum, & san- cti hospitis curam gerens, aduocato fratre quodam, secreto eidē iniunxit, ut B.P. Egidio locum aptum contemplationi seorsim exquiteret: mox perceptis rite Sacramentis, voca- tisque fratribus commetidauit charitatem, sive status obseruantiam. [Fratres, inquit, charissimi nolo vobis multa verba dicere, sed considerare debetis quod statum quem sub mortem. ego habui, & vos habetis, & quem ego nunc habeo, vos habituri estis: inuenio autem in anima mea quod pro mille mundis æqualibus isti nolle non seruisse Domino Ie- su Christo (& mox in terram prouolutus) de omnibus offendis quas feci Salvatori meo Domino Ielu Christo, & vobis me accuso, & dico grauissimam culpam meam: quoniam non fui verus frater Minor nisi in tentationibus, in quibus semper me tenuit Dominus & in			

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. AN. 32.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 34.
& in uno alio solo extirisse fratrem Minorem me reperio , videlicet , quod plus dilexi fratrem post offendam , quam ante. Rogo itaque vos fratres charissimi ut pro me devote oratis , sed magis hoc oro , vt vos inuicem diligatis quemadmodum exemplum dedi vobis.] Post h[ec] reclinatus in lectulo incepit secund[us] illius stolæ gloriam iam mortalis Mortis eius. pragustare ; immutata nempe facies eius insolitum candorem , & Ixtitiam induit , atque in ea ipsa exultatione , & Ixtitia felix illa anima cum victoria , quam antea Dominus promiserat , ad gaudia transiuit Angelorum decima Iulij , ut habet Marianus , & ex praemissa nostra coniectura huius anni 1241. post mortem videntis speciem præ se ferens multo apparuit , cum omnium admiratione pulchrior , caro , totumque corpus candidum , molle & tractabile fuit ; maioris post mortem delectationis & admirationis spectantibus Post mortem pulchrior ap- aspectus eius fuit : eius corpus Assisi juxta sanctum Patrem reconditum est à fratribus : cuius exitus seu mortis historiam attexuit Fr. Leo tum præsens ut notat Ma- rianus . Speculū vi- te S. Franc.			

X. Claruit hoc tempore in Tuscia Fr. Clemens Tuscus, vir eximiae sanctitatis, qui plurimas hostis maligni visibiles pugnas, & infestationes patienter tolerauit: missus est in Hispaniam simul cum Ioanne Patente, aliisque fratribus, qui illuc ad ordinis propagationem destinari sunt anno 1219. ubi multa sanctitatis, & virtutis exempla praebuit: continuus ei fuit ^hcum hoste congressus degenti in loco solitario, cui nomen est Garderiz, vexare non destitit variis, & terribilibus diversorum serpentum, atque animalium assumptis formis. Semel de nocte in oratione positus, dum genuflexionibus crebro infisteret, ad singulas in maxilla cedebat; cum autem extensa manu improbum prehendere conaretur, ille confestim dilapsus, extensam prehensoris manum percutiens, seu insufflans, (cuius flatus carbones incendit) turgescentes quinque vesicas exustionis vestigia impressit, quibus multis diebus inutilis ad laborem reddita est. Alia nocte post diuturnum in oratione conflictum ad quietem se recepit sanctus vir, & dum fessa membra non procul ab igne colligeret mox dormitatem hostis excitauit ducto per volam ardente citione, adulto sequenti die apparuit. Hic tandem post redditum ex Hispania, in sacro monte Aluernz quieuit in pace.

XI. Floruit etiam & Fr. Rolandinus de Florentia contemplationi deditus, qui dum in monte Ilcinese custodiz Clusinæ prolixius in Ecclesia oraret, apparuit ei super altare immisus quidam radius solari non inferior splendore quem puer quidam ineffabilis decoris, & pulchritudinis infedere visus est, coronam auream in manu ostentans, paremque in capite gestans fratrem Rolandinum ex nomine vocauit: Fr. Rolandine, inquit, persevera, hæc tibi reposita est corona, his dictis disparuit. ad hæc attonitus vir humilis non altum sapere, sed visionem humiliter ad patrem spiritualem uferre quam primum studuit vetens ne angelus Sathanæ in Angelum lucis translatus, ei ruinam & precipitum, à seculo humilitatis gradu, in vanitatis scopulos per illusionem intentaret. cum omni autem timore, & solicitudine suam deinceps salutem operatus eodem in loco ad promissam coronam felix, & in omni sanctitate perseverans, transiuit. Rodulphum non sequor, qui hæc Florentiz contigisse narrat: deferendum magis Crescentio coxuo; & Lib. i. f. 118. Ministro Generali qui locum scire melius potuit, & debuit.

XII. Eiusdem etiam prouinciae Tusciz plures alij claruerunt, vt Fr. Paulus de Prato p̄nitentis & austerae viræ, ac magnus sui instituti obseruator, & pauperatis zelator. item Fr. Michaël de Florentia vir deuotus, & notæ sanctitatis in conuentu sanctæ Crucis eiusdem ciuitatis floruit: eius corpus requiescit in loco S. Galli, institutor fuit beatæ Humilianæ tertij Ordinis S. P. Francisci Michaëlis iam defuncti gloriam cuidam personæ sanctæ Deus revelauit.

XIII. Nec his inferior Fr. Andreas Provinciz Penensis , de Andria custodiz Atriensis maximz deuotionis , & contemplationis fuit : vnde quadam nocte cum in meditatione scorsim exardesceret , paci eius , & profectui inuidens hostis ipsum emissal voce increpauit ; miser , inquit , Andrea ut quid te affligis , qui praescitus xternz damnationi & destinatus ; nihilque ista ad negatam salutem tibi conferre possunt . Quibus ille non sine turbatione suspensus , feruentius nihilominus lachrymis , & orationi institit ut postmodu m eruerit missa celitus voce de sua salute non modo certiorari ; sed etiam de mortis die , qui fuit quinta feria primæ hebdomadz ieiunij quadragesimalis : vnde deinceps maiori cura B. Fr. Andreas de Andria . Maria . Crescent . Ei resulata dies mortis .

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. AN. 32.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 34.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

transitum suum expectans orationibus, & ieiuniis instituit, praefata autem die sensibus integris, corpore & animo sanus fratres conuocauit rogans transeunti ad vitam assistente, quibus ad hoc stupentibus seriem factae reuelationis indicauit: emissaque totius virtute exhortologesi perceptisque sacramentis obdormiuit in pace.

B. Reynaldus cum aliis
Beato. Marian. cit. Crescentius
cit. Pisanius 1.1. fru 8. Rodulph. 1.1.
fol. 128. Cœcum illi-
minas. Sacerdos eius
miraculosa. Inventus in-
corrupcio. Mirificum o-
der defuncti. Sras in se-
pulchro. B. F. Angelus
de monte Leone. Fr. Jacobus
Guarini de sanctis. Ma-
rian. Pisani. Alij duo san-
cti. Autores citati. Fr. Bernat.
de Bessa. B. Fr. Gudiel-
sus de Cordela. Fr. Clescent.
Marianus. Pisanius. Illuminat
cœcum. Contractus extunditur. B. Bernardus
de Massa. Idem. A dolore ve-
sica liberata. Fr. Leonar-
dus de Ful-
gineo.

Habuit & prouincia Romana tum fratrem Raynaldum de Reate, qui die quadam cum eandem obiret ciuitatem, socius sancti fratri Berardi (seu Bernardi ut Marianus scribit) sibi Guardiani, obvium habuere cœcum, qui fratres cominus aduenientes cognoscens genuflexus salutavit supplex orans, vt signo Crucis oculos signarent: fr. vero Bernardus cœci fidem, & socij compertus sanctitatem, præcepit Raynaldo ut optatis infirmi condescenderet, qui humiliiter obedientie cedens edito, vt perebatur, crucis signo etiam miraculum coniunxit, cœcum perfecte illuminans, quo peracto, virti sancti mundi plausum declinantes fugerunt, eos insecurus alter dum assequi nequiebat vestigia pedum deosculans clamabat: isti sunt viri sancti & amici Dei, qui cum cœcus essent vi- sum integre restituerunt. Idem mox virtute cursu in summa perfectione expleto, in monte Compatrio infirmatus decessit, sub mortem autem in facie eius, & habitu pullularum corpore iam sudore perfuso minulculi flores ad instar pruinæ, quos fratres qui plures transitum eius operientes ex diuersis locis conuenerant, non sine admiratione videntes, extergebant. Sed mox succrescentes in mortem usque perseverarunt. hoc portentum subobscure Rodulphus expressit, post triennium aperto eius sepulchro corpus integrum, ac si recens humatum inventum est; cancellatis in crucem brachiis, aperte autem sepul- turæ fuit occasio; in eodem tempore loco vocatus est à Domino alius quidam frater, cuius perfectionem & sanctitatem Deus extenso miraculo noluit latere: in eius quippe morte tam suavis odor, tamque abundanter emerit, ut non modo intra domum omnes partes compleuerit, sed etiam ad remoto distantes stupenda diffusa fuerit fragrantia. cum eundem autem sepulchro B. fratri Raynaldi inferre vellent, inuenito, ut dictum est, eo incorrupto cum amouere vellent, ut simul alteri fieret locus idoneus, non potuerunt, hoc cum admiratione animaduertentes, decreuerunt defunctū superponere & cum ad sepulchrum cum funere redirent, corpus B. Raynaldi ad orientalem sepulchri partem descendens in pedes erexitur, sic manens immobile quondam oratio Dominica recitari potuit, & sancto hospiti suo locum idoneum intra eiusdem sepulchri angustias concessit, viso miraculo conuenientes cum fratribus populi lachrymas cum canticis mi- scuerunt laudantes omnipotentiam conditoris in sanctis suis.

In eodem loco iacet Fr. Angelus de monte Leone paupertatis & humilitatis usque ad XV. contemptum sui indefessus seclator, Theologus lector, cuius morti fratum multitudo superueniens miraculose astitit cum uno sacris vestibus solemniter induito. Item quidam Fr. Parmensis ibidem sepultus iacet, cuius autem sanctitatis & meriti fuerit apud Deum testimonium reddit quod palmam, quam Dominica palmarum ex manu sacerdotis recepit plantans sequenti die creuisse fuerit inuenta. Item Viterbij iacet S. Fr. Soldanarius quasi soldans nitorem: hic moribus fulsis, & doctrina.

Fr. Gulielmus de Cordela circa eadem tempora prædicatione & sanctitate habebatur XVI. insignis, hic dum prædicaret in platea ciuitatis Toscanellæ prouinciarum Romanarum Custos Viterbiensis, ad eum cœcus quidam accessit postulans signo crucis signari oculos, quem cum signasset vi- sum accepit spectante populo, & in Deo laudes exclamauit. accessit mox ibidem quidam sex annis contractus, qui facto super eum crucis signo est sa- natus, Deumque laudans ad propria remeauit, qui toto illo tempore non potuit incede- re; præsens tum fuit Fr. Gentilis de Rupta qui prædicta retulit. multis aliis miraculis idem claruit, ac tandem ibidem requiescens traditus est sepulturæ.

Fr. Bernardus de Massa matitima prouincia Tuscia magna floruit sanctitate & mi- raculis ea tempestate: nam quidam iuuenis de Massa infirmitate vesicæ grauatus, & tu- mescens, ac morti iam vicinus; ad eius sepulchrum multo sanguine emisso est libera- tus. Alius crura ex eadem contractus infirmitate ad sancti viri suffragia recurrentis post quattuor diem exitit integre liberatus. Ab eadem infirmitate mulier quædam dicta Be- neuenuta eius meritis sospes evanescit.

In loco Piperni iacet sanctus frater Leonardus de Fulgineo, qui claudio ex utero matris pecto, cui nomen Iordanus, signum crucis ad parentum impetrans votum ipsi viden- tibus

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 85.	FREDERICI II. IMPER. AN. 32.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 34.
tibus sanitatem conculit: <i>Ægidium</i> patria Montefortinum per annos octo signo crucis facto illuminauit.			Auctores ciuitatis. Rodulp. fol.
IX. Fr. Gismundus vir sanctitate famosus claruit in prouincia Apuliz conditus in silva Melphiz antiquo, quem fratres incoluerunt loco; inde translatus est divina revelatione in monasterium Ripæ. Fratres enim cum ad commodiorem locum transirent, nihil innovarentur circa sepulchrum B. viri: cuidam proinde mulieri apparet in praceptis dedit quatenus monacho nomine Tristanno mandaret corpus suum ex sylva in qua derelictum est, effterens sepeliret decenti loco in Ecclesia sancti Stephani. Cum illa, primum & secundo negligentius praceptum dissimulasset, tertia vice eidem cum pluribus aliis fratribus appartenens negligentiam verberibus castigauit, tunc periculo suo edocet visionem fratri Tristano (vel iuxta Pisatum Restano) exposuit, qua mox per eundem fratribus communicata, veniam postulauit Beati viri funus, ut voluit transfecendi, noluerunt id primum fratres, ne presumptio suspicio emergeret, quasi lucrum aut famam ex praetensa venerarentur sanctitate. Sed dum communis mox consensu sepulchrum iidem in fratum Ecclesia ante altare effoderent hæc vox cœlius dilapsa est: non vult Fr. Gismundus sepeliiri vbi foueam preparantis, sed in Ecclesia S. Stephani. Tandem in sancti viri sententiam venientes translatus est in eandem Ecclesiam; quidam autem eius quondam socius prædeuotione dentem unum ac os digiti clanculo subtractum reseruauit: sed mox sanctus id præfatus mulieri revelauit. conquestus corpus suum integrum non esse: hæc intelligens præfatus frater quæ abstulit pracepto Guardiani restituit.	119. Clarendon & coram signo opus sanctorum B. Gismundus Crescen. cit. Rodulp. fol. 120. Medas reg. soror funeris funeris.		
XX. Clariuit in eademi prouincia Fr. Petrus de Thranio ibidem sepultus, & multis post mortem clarus miraculis: nam puerum præ dolore huic centem, & morti propinquum, ad eius delarum tumulum; ad sanitatem integre restituit. Bartholomæum, de quercu alta lapsum, & concusum toto corpore; ad eius sepulchrum delatum statim sanauit. Filium cuiusdam magistri, toto latere mortuam facto voto illico liberauit. Puerum cui natanci sanguisuga surrepit, ac per os sanguinem fine mensura emittementem, cum morti esset propinquus; voto facto, sanguisuga per secessum emissâ sanauit. Quendam diaconum ad eius sepulchrum grabato deuetum, ad sanitatem perduxit; hic mox incredulus & timens reciduam, balneum ingressus prisūnam infirmitatem incurrit. iterato ad sepulchrum sancti reportatus, perfectam obtinuit sanitatem.	B. Petrus de Thranio. Rodulp. fol. 121.		
XXI. Sanctus item Fr. Gratianus doctrina, & in vita miraculis claruit in prouincia Marchiz, hic fuit de partibus Romandiolz oriundus vir miræ simplicitatis, magnæque fidei. Cum in castro Trabe-Bonantis verbum Dei populo veller prædicare, ceperunt ita ingruere tonitrua, fulgura, & turbine intercepta pluvia, ut populus meru in fugam dissipatus, secederet. Sed Fr. Gratianus aduocans fugientes, fiducialiter dixit: Nolite fugere fratres; quia tempus congruum, verbo suo illico Dominus prouidebit. Orante autem ipso videntibus omnibus, & mirantibus: in partes duas omnis se pluvia diuisit, & quantum est iactus lapidis retrocedens, non tergit assistentes: totam concessionem sedentium illustrante sole. qui aderant divinis virtutis id attribuerunt. Luscam mulierem de castro Amarni, cum filio vitro que orbato lumine, signo crucis illuminauit, iuuenem quendam phreneticum, qui pannos, & obvia quæque insolentius lacerabat, facto signo crucis, sanauit. Quidam de ripa Trabonis ex magno, & indiscreto pondere rupturam passus, & mox inflato gibbo contractus eodem signo à rupreuta seu hernia sanauit, extensa que vola gibbum complanans, cum pristinæ restituit sanitati. Quidam nomine Leopardus ex dolore, & infirmitate capitus pedes ad virum Dei se curauit transuehi, qui ab eo signaculum viuæ crucis recipiens, pedesque suos lavans ex eadæ aqua, qua pridem B. Gratianus pedes exterbit, ita conualuit, ut deinceps tali dolori nunquam succubuerit. Alius de castro Castagneti dece annos contractus, lectoque affixus, ad eundem deportatus, statim porrecta vir Dei manu subleuatum erexit, propriisque incedens pedibus sanus & integer domum reversus est. Quidam etiam de castro Ficardi puer, visu orbatus, facto super eum crucis signo, multis adstantibus & miraculi noctis & magnitudinem simul stupētibus, lumen protinus recepit. alium similiter puerum vitroque lumine destitutum integræ restituit sanitati. Mulierem que contra praceptum labocauit, atque in peccati pœnam brachio à Deo porcussam ad sepulchrū eius inuocato præsidio sanauit. Aliam veraque contractam manus ad sepulchrū orantem liberauit. multis etiā aliis viuis, & mortuis claruit miraculis. iacet sepultus Auxim. prouinciae Marchiz in fratum Ecclesia, hunc Gratianum male constituit Rodulphus socium B.P. Ægidij no-	B. Gratianus. Auctores ciuitatis. Rodulp. fol. 122. Imbrex co- hibet. Cato illu- minat. Sanas hernias & gibbum. Claudius curat. Contractum erigit. Visum con- ceps. Brachii eri- dum restituens.		

ANNO CHRISTI	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1241.	ANNO 15.	IMPER. AN. 32.	NORVM AN. 34.

minis similitudine lapsus, alias namque is fuit, de quo celebris est memoria in ipsius Aegidij actibus, cumque apud S. Marinum prouinciaz Marchiz decessisse, non Auxini, docet Pisanius; cui descendum magis putamus, ut pote antiquiori fuit autem vir sanctus & miraculis celebris: eius recurret mentio in vita & actis B. P. Aegidii.

B. Petrus de Monte Vlmi seu Vlnone ex familia XII.
Moto. Plm.
Auctores citati.
Rodulph. fol. 136.
Characte- fatus.
Agonisanti- tauri.
B. Dominici- sis.
Auctores citati.
Rodulph. fol. 99.
Fidelis fatus.
Contractus migit.

Per hanc etiam tempora floruit B. Fr. Petrus de Monte Vlmi seu Vlnone ex familia XII. Ducaina, qui conuentu Pennaz Marini custodiz motis Feltrij in pace requieuit miraculis post mortem clarus. Quidam de monte Rubiano cruce uno, tibia, brachioque contractus ad sepulchrum eius ductus sanatur, in hac primum verba exclamans, sancte Franciso conforta hunc sanctum Petrum ut liberet me. Mulier etiam oppidi de Firmino concreta sepulchro sancti viri superposita & orans illico erecta est sana. Alia cuius filia in extremis laborabat, in Ecclesiam accurrentis in qua sancti viri depositum iacebat funus, antequam sepulturæ tradiceretur, acceptam manum eius vultui iam agonizantis filiæ applicauit, protinus in pristinum robur decussa infirmitate conualuit, omnium concurrentium admittitione, & applausu.

Beatus Dominicus quidam gloriosus iacet in loco S. Marini prouinciaz Marchiz in ca- XIII.
thedrali Ecclesia miraculis celebris; de quibus præcipue ista feruntur. Beringarius Archi- presbyter de Montefeltrio crux unum habens graui fistula ulceratum nulla poterat medi- corum arte, vel studio liberari, à medicis itaque derelictus Fr. Dominico se deuouit, & ad tu- nulum eius delatus, liberatus est. Boncompagnus de S. Marino viginti annos incurua- tus meritis B. Dominici est eretus. Puer quidam de S. Marini partibus altero pede con- tractus, quem in terra complanare nequibar, meritis & precibus B. Dominici est curatus. iacet apud S. Marinum.

Beatus Fr. Paulus de Marchia vita sanctus, post mortem multis claruit miraculis: Nam XXIV.
puellam septem annorum nomine Rosam cuiusdam Ioannis filiam, quæ dñmoniaca cre- debatur, pro eo quod à tribus spiritibus nigerrimis, prout dicebat, affligebatur, & sic de eos
videret, per loca diversa fugiebat. Et cum ad Ecclesias plures duceretur, dicebat, quod
nullo modo nisi per sanctum fratrem Paulum liberaretur, ducta ad monasterium sancti
Saluatoris, ubi quædam erant reliquæ ipsius fratri Pauli, dum super eam ponceretur con-
tinuo pristinam obtinuit sanitatem Dominica octava monialis prædicti monasterij sancti
Saluatoris, cum dolores intolerabiles in manibus patescerent, & pedibus, præfatis reli- quis ad membra prædicta applicatis, plenam conlectuta est sanitatem. Domina Blanca-
flore cum lapidis seu calculi multo tempore, & aliarum ægritudinum doloribus gravis- sumè torqueretur, ad sepulchrum eius ducta, integrum recepit illico sanitatem. Flora Al-
berti Barili filia de monte Melonis lumine oculorum multo tempore priuata; ibidem lù-
men perditum recepit. Berta de Camerino amissa loquela, ad se pulchrū sancti fratris Pauli
veniens, subito loqui cœpit & Deum laudare. Quidam habens manus & pedes paralyticis dis- solutos, ad omne officium inutiles ductus ad tumulum per merita ipsius est curatus. Ioan- nes quidam de Monte Vlmeo destitutus pedibus, ad corpus sancti fratris Pauli nondum
sepultum deportatus; mox ad propria solidatus est reueritus. Quidam Bonus filius Ioan- nis, de miraculorum veritate iuratus & examinatus assertus, quod cum cruce sinistro ab in- fantia contractus fuisset, morbo item epileptico male affectus, ad sepulchrum sancti viti
ductus & aliquantum orans distento cruce erectus ab utraque infirmitate ibidem conua- luerit. Rodulphus hunc sanctum constituit Spoletinum cuius vita, & prædicatione apud
S. Seuerinum B. P. Bentivolius mundum deseruit, institutum secutus Minorum, prædicti
sui Patris imitator præcius. Macerati ex eodem auctore fertur obiisse, idco, ut credo, à
Marchia dicatur Pisano, appellatione prouinciaz.

B. Martinus Fulginas. Non minoris famæ, aut metiti, per id temporis, habebatur Fr. Martinus Fulginas, ei XXV.
Auctores citati.
Rodulph. fol. 113.
Sanas infi- nam mente.
Paralyticus curas alio- que informi fatus.
B. Martini Fulginis.
Auctores citati.
Rodulph. fol. 113.
Sanas infi- nam mente.
Paralyticus curas alio- que informi fatus.

mulier quædam mente capta, nomine Marseda, oblata fuit quam aquæ benedictæ asper- gione lustratam sanavit. Aliam item Vrbinate paralyticam, seu ut multis etiam videba- tur maligno spiritu possestam porrectis viuis, ab eo primum benedictis, quam primum eas gustasset liberauit. Puer nomine Theobaldus laborans ex fistula tam in cruce, quam in corpore, ad beati viri sepulchrum orans, sanatur. Alius item puer nomine Guiduccius dysenteria, & febre per hebdomadas septem male affectus ad sepulchrum eius delatus so- spitati redditus est. Mulier quædam Bona spes dicta, multis hedomadibus sanguinis per secessum continuo fluxu attenuata, meritis & precibus sancti Martini se commendans sta- tim conualuit. Alia item, cui nomen fuit Talia, multo tempore visu destituta ad eiusdem ducta

ANNO CHRISTI	GREGORII IX. ANNO 15.	FAEDERICI I.L. IMPER. AN. 32.	RALICIORIS MI. NORVM AN. 34.
--------------	--------------------------	----------------------------------	---------------------------------

ducta sepulchrū factō voto, continuo viſum recepit & sic duxit ad propria teuerſa eſt. Alia mulier ex vno latere paralytica, & alterius oculi orbata lumine ad sepulchrū B. Martini orans recessit, ab utraque infirmitate libera; Sepultus eſt Fulginei vbi multis aliis ſuſit miraculis.

XXVI. In prouincia Sclauoniz ſive Dalmatiz clāruit Fr. Otto. virtute & miraculis. Hic quendam nomine Potru habentem apostemam in gutture apparens invocatus liberavit. Ioannes Priorem Ecclesię ſanctę Marię habentem brachium deſecrātum, & manū ſequaciam ad sanitatem perduxit. Puellam nobilem de Pola habentem crūs contractū, nec valeret ambulare, liberavit. Alioctū pedes retortum complaqapit. Martinum ab umbilico, ſeſ cingulo, & infra paralyticum, & contractum ſospitati dedit. Pueri os retortum uſque ad ſuorem, ad locum & formam debitam reduxit. Marię oculorum lumine priuata viſum reſtituit, puerum cœcum illuminauit. Mulieri cuidam myx loquela praeficitur, & plutes alios à diuersis infirmitatibus clementer eripuit. iacet in conuentu Poli.

XXVII. Sanctus item Fr. Matthæus de Narnio magnæ virutis, & fama extitit, nec minus iuſtris miraculis. Fratrem quendam instituti Minoritati nomine Concordium, tribus annis paralysi diſolutum, totisque membris inutilem sanavit. Alium nomine Hugolinū patria Narniensem ab eadem infirmitate, quam decepitio paffus eſt, liberavit, idem beneficium contulit cuidam mulieri etiam paralyticę. Aliā cui guttur inflata ſcinantia periculoſe intumuit, rupto apoftemate reſtituit sanitati. Marchoaldus monſtruose os ad aures uſque retortus ab ea deformitate ſaluuſ equalit iuocato viři ſancti uſfragio; aliū ſimiliter ab eiusmodi infirmitate curauit. Mulier per ſolarium ſuę domus lapſa fraſto ex caſu-crute, emiſſo voto ſtatim illaſa ſurrexit ad conuerta ministeria. Aliam à maligno ſpiritu vexatam liberavit. pluribus aliis in vita & morte exhibitis mirabilibus Deus ſerui ſui manifeſtavit sanctitatem. Alij etiam plures hoc tempore vita, & prodigiis celebres ſucre, quibus breuitatis gratia ſuperſedemus.

XXVIII. Huc ſpectat quæcumque obliuioni & incendio seu temporum, bellorumque ac perſectionis caſibus ſubretracta eſt memoria conuentus Athloenſis in prouincia Hibernia: nam hoc anno consecratam fuſſe Eccleſiam referunt Annales Eccleſie Cluanensis (alias iuxta vulgare idioma Chianimicnois) per Primatē Hiberniæ Ardmachanum Epifcopū natione Alemannum. Quis porro fuerit ille, non indicant: ſed colligimus ex eius temporis autore Alberto Stadiensi qui ad annū Domini 1228 ita refert ſub finem. [Albertus, inquit, Liouueniſis Epifcopus obiit & Bremensis Eccleſia iure ſuo potita magiſtrum Albertum Breſiensem Scholaſticum in Epifcopū elegit, qui poſtea factus eſt Primas in Hibernia.] Hunc crediderim ordine trigesimum ſecundum à Bruschio in catalogo Epifcoporum Breſiuum notatū. interfuſit Concilio Lugdunensi ſub Innocentio IV. quod poſt annos quatuor celebratum eſt. in eo poſt Patriarchias Constantinopolitanum, Antiochenum, Aquileienſem & Archiepifcopos Bithuricensem, & Cantuarieſem septimus ſubſcriptis cuidam bullz Pontificiæ (quæ trāſumptum litterarum Regis Hungariæ cōfirmabat) ante Remensem, Lugdunensem, Burdegalensem aliósque trīginta tres Primatios, Galliæ Hispaniæ & Italij prælatos. ſubſcriptio talis eſt: *Albertus Armacanus*. eni bulla habetur inter geſla Dei per Francos poſt Oliuerij Coloniensis Scholaſticī epiftolā ſuper captione Damiaſ. Athluain cæli & ſoli temporie, aliorumque quæ ſive ad viſum, ſive ad delicias conuiruntur, ſi induſtria non deſit, eſt percommode, celebre flumen Siñum gremio excipiens, traieſto *Descriptio apud Athluain.* ponte Conanciam cum Media copular, & diuīſis intercurrente fluuio hinc inde ripis in vnum coaleſcit oppidum. Ex ea parte quæ Medianum ſpectat conuentus iacet ad orā fluminis, ſatis olim auguſtus, ſi ex ruinis molē coniiciamus. De fundatore nō flat, & que quidam dubitarū, cum eum honorem & meritum Illuſtri Dilonorū familiæ, & traditio & poſſeſſio & fundus, & ipſius Eccleſiæ monumenta expreſſe referunt. in capella maiori Eccleſiæ ad mediū ſpectatur chori ſepulchrū illius familiæ ſatis auguſtū, in quo totius ſtirpis parēs, ut creditur, iacet, alia vero hinc inde duo, vnu ad Euāgelij, aliud ad Epiftolæ cornu diſtribuuntur, quæ ad candē familiam ſpectant, ſicut & ea pars oppidi iure hæreditario eiusdem patrimonio aggregatum ſemper fuit. nec tempora rectè alioquin ſupputant qui fundationem in Dominum Carolum Conaciæ dynastam ſeu regulum referunt; nam & is antiquior fuit, nec rerum eius diligentes antiquarij & obſeruatores, inter pia opera aut monumenta relitta quidpiam tale comperiunt. addo longe quam Franciſcani in Hiberniam veniſſe potuerint, ſuccelfores Caroli omni iure & dominio, ſi quod ante ipſis in Media conuenienter competit.

ANNO CHRISTI.	GREGORII IX.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MELIORVM AN. 34.
1241.	ANNO 15.	IMPER. AN. 32.	

competit excusos fuisse. quomodo ergo in Media cum fundarent conuentum præfatum sicutam in proprio fundo? Quid si ereditio conuentus ad vlos trasferre liceret in Conaciæ, ego potius ad familiam Fallonam iudicarem deuoluēdam, ad quā altera oppidi pars quæ ad Conaciæ iacet, fertur olim spectasse, antequam eo Coloniam Angli deduxerunt. Sed omnem eius rei vacillationem seu incertitudinem suppressim testimoniū quod subiungam ex Archibullo regis Londini in torri afferuatis nuper transsumptum. [Quidam, inquit, equitum auratorum caput familiæ Dilborum mortuus est in Hibernia, & eius corpus translatum est ad monasterium S. Francisci Athluani cuius ipse olim fundator extiterat, &c.] Conuentus Athluani est in diocesi Cluaninensi præfata, tribus miliaribus à cathedrali distans sede. id autem credendum anterioribus annis inhabitatum fuisse à fratribus antequam ad eum statum peruenierit, ut consummata Ecclesia consecraretur, sed quia nihil certius consecratione ipsa liquet, quæ hoc anno contigit, ab ea incipiendum datus, & simul desistendum cum nihil de familia, & habitatoribus illius conuentus ad nos peruenierit. multis annis non inhabitatur, tum quia locus periculo, & incuris hæreticorum Anglorum apertus, & via regia tritus à Conaciæ in Medium, tum quia Anglorum prædio semper tenuerat, & ut plurimum officialibus regiis sit frequens. oppidani tamen, & circumiacentes in fide haetenus constantes permanerunt.

Dives fratres habentes Tiburtum. Ante hunc annum Tibure receptos esse fratres, & conuentum habuisse constat; quan- XXX.
do id primum contigit, incertum ad anteriores quidem annos referendum monent Gregorij literæ ad Consules illius ciuitatis I I. Kalen. Februario huius anni datæ Later. quibus suradet, & præcipit Gregorius præfatis consulibus, ut de commodiori loco fratribus prouideant; atentis pristinæ habitationis ruinis, vetustate, fluminis alluentis intemperie, & strepitu, prætereuntis etiam viæ regiæ tumultibus, quieti claustralique functioni parum amicis. Incipiunt literæ, *Inter alia que nobis incumbunt, &c.* Ceterum, qua parte ciuitatis tum ea fratum habitatio constitit, nec Tiburtinæ antiquates, nec ordinis, nec speciatim prouinciarum Romanarum produnt monumenta, nec certius obvia conjectura vestigium occurrit. coniicimus eamen spectato urbis seu, & inconvenientius, quæ literis Greg. obtenduntur adiacentis & fluminis, & viæ regiæ, in ea regione, quæ Romam prospexit, sitam fuisse, qua parte Rumen angusta rupe à via diuisum, alueoque dehiscens, vehementi per cilium exoneratur præcipitio. an forte is locus sit, qui ad Ieuam ingressus portam, ut vocant, Collis, seu obscurum, occurrit, monialium olim clausuræ destinatus, an aliud intra portam inuestigare non potui, inter mortua omni huius rei fama & monumento, quibus indagandis necessaria non defuit solicitude.

Ecclesiast. S. Mariae Magdalena Gregorius annus concessit fratibus Tiburti ann. Arch. nostrum. Scriptit & Pontifex ad eosdem consules & Senatores Tiburtinos 10. Kalen. Aprilis subindicans simul alias se iam dedisse ad Episcopum Tiburtinum, quibus Ecclesiæ sanctæ Matris Maioris eiusdem ciuitatis in præfatos fratres trasferri mandabat; consulibus proinde, ac aliis præcipit, ut nec huic ipsi obstatulum ponant, sed fauorem ad rei executione idoneum impendant. Datæ sunt Laterani. incipiunt: *Prompta debet ad id vestra reperiendi deuotio, &c.* hæc concessio meliorem exitum habuit sequentibus annis sub Alexandro quarto.

Indulta Apostolica fratres non teneri ad execusiones causarum suarum. Non defuerunt tum temporis Prælati qui fratum quietem, & simplicem conuersationem ad strepitum fori auocaret, causarum litigia, & executiones sententiarum. quibus vexationibus Pontifex occurrit scriptis literis Lateran. 5. Kal. Maij, quibus præcipitur fratres non teneri ad commissiones causarum recipiendas. datas refert Marianus 17. Aprilis 3. Kal. Maij: huius variationis iam aliquoties subindicata causa est, quod varia eiusdem promaiori fide hinc inde transmittenda siebant exemplaria quæ uno die expedire non poterant, incipiunt præfati; *Qui possit vanitate, &c.* Alij etiam prælati ab eis obedientias exigebant manuales quod eis inhibuit Pontifex literis incipientibus. *Inducimur pie conversationis exemplo.* datis 9. Kal. Martij. Nec secus pauperum inclusarum dominarum interturbata quies opotunum remedium exposcebat. Quapropter iisdem ipsis diebus 6. Kal. Maij oportune prouisum est, ne per literas etiam Apostolicas possint conueniri. incipiunt; *Personis que mundo reliet, &c.* datæ sunt Lateran. Decreuit item mulieres portantes habitum sanctæ Claræ de ipso ordine non existentes ad eundem deponendum per censoriam Ecclesiasticam per dicteanos posse compelli. Incipiunt literæ: *Ad audienciam nostram, datæ 9. Kalen. Martij.* Hæc aduersum eas, quæ extrinsecus inferebantur, molestias, sancita sunt. fuerunt & alij timoratæ conscientiaz stimuli, quibus erat occurrentum, vel enim multorum salus negligenda foret, & deserendæ plurimæ

Reg. epist. 41. *Personis que mundo reliet, &c.* datæ sunt Lateran. Decreuit item mulieres portantes habitum sanctæ Claræ de ipso ordine non existentes ad eundem deponendum per censoriam Ecclesiasticam per dicteanos posse compelli. Incipiunt literæ: *Ad audienciam nostram, datæ 9. Kalen. Martij.* Hæc aduersum eas, quæ extrinsecus inferebantur, molestias, sancita sunt. fuerunt & alij timoratæ conscientiaz stimuli, quibus erat occurrentum, vel enim multorum salus negligenda foret, & deserendæ plurimæ

ANNO CHRISTI 1241.	GREGORII IX. ANNO 15.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 32.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 34.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	----------------------------------

plurimæ occasiones rei bene gerendæ, vel cum rebellibus Ecclesiæ, & à fidelium separatis confortio contra iura communicandum erat, ac permanendum in eorum territoriis spe melioris fructus: quorum vel cum temporis plurimi erant viri principes, qui Frederici Imperatoris excommunicati castæ & partes contra Ecclesiam sequebantur. Indulsit Facultas remanendi in terra excommunicatorum. Gregorius in excommunicatorum terris degere, vt etiam ab eisdem, tam concessa possint recipere, quæ transiunt necessaria depositare, incipiunt; Pobus extremam patientem pro Christi nomine paupertatem. Regestum ep. 85. Dat. est Lateran. 12. Kalend. Iulij Pontific. ad. 15. Indulsit pariter ut assidentis officio cum aliis quamvis non ordinaretur iuxta consuetudinem Ecclesiæ Romanæ prout regula prescribit, obligationi satisfaccerent, confirmavit insuper Breuiarium nuper correctum, & reformatum iuxta consuetudinem, & normam eiusdem Ecclesiæ: incipiunt; Marian. Circa diuinæ officiam. Pio vestro collegio, 7. Idus Iunij, Dat. Lateran. Dat. etiam literis 8. Idus Iunij Later. concessit Ministro Generali & Provincialibus, his respectue in suis provinciis de consilio discretorum fratrum, de casibus alioquin reseruatis absoluere tam ingredientes ordinem, quam receptos, & professos, & cum iisdem super irregularitate dispensare, incipiunt: Regestum ep. 81. Lices ad hoc, &c.

Kalendis Iulij concessit licentiam ingrediendi monasteria inclusatum monialium ordinis Sancti Damiani (quas Sanctæ Clæræ vocamus) sequentibus dumtaxat casibus. vt causa fabricæ, vel restaurandæ, vel erigendæ; ad extinguendum seu remouendum incendium; causa defensionis à larronibus, ministracionis necessariæ sacramentorum infirmis, sepulturæ defunctorum, iuxta formam à regula prescriptam. incipiunt literæ; Causæ quibus ingredi licet monasteria S. Clæræ. vestris pli supplicationibus, &c. Dat. Lateran. Pontific. 15. Kalend. Iulij: 2. Iulij præfert Marianus.

Tandem multis pro Ecclesia laboribus superatis, dum vndeque pericula irreperent, & suborta malorum tempestate nauis Petri sine requie fluctibus quassaretur Frederico Imperatore terra marique, hostili, ac persecutoris animo instantे, sanctus Pontifex tot malis subtractus, ad meliorem vitam felix euolauit. Sedit annis quatuordecim quinque mensibus, aliquot diebus minus, mortuus est 11. Kalend. Septemb. 1241. eius Pontificatus de- trahit Ciaconius annum, & Platina mensem.

Fuit Gregorius magnæ religionis, libertatis Ecclesiasticæ constans adseror. incidit in turbulentissima tempora; multa à Frederico II. passus qui patrimonium Ecclesiæ ubique occupare contendit, subditorumq; animos ad rebellionem & defectionem tum armis, cum munieribus solicitare. Romanos aliquot in Pontificem concitauit, & parum absuit Defactio Romanorum impedita. quin urbem cum Pontifice acceperit in potestate; sed placatis religione seditionis animis Romani mœnibus iam imminentem armis fortissime submouerunt. nauigantes ex Gallia duos Pontificios Legatos cum multis prælatis, qui ad generale Concilium conuocati festinabant, opéra Pisaniorum, superatis nauali prælio Genuensis, carceri mancipauit, omnesque in urbem vias obsecrante ad indictum concilium fieret prælatorum liber concursus. in eum & Pisanos execrationis sententiam Pontifex promulgavit. nec contempta religio impune cessit; Pisani ab eo die in peiora lapsis, donec tandem in ultimam fortunaram, & libertatis sortem redacti, vix iam antiqui splendoris ruinas, aut subductam obliuioni memoriam florentissima olim respublica commemorate potest, nec fecilior Frederici fors extitit, cuius peccatis regnum Suevitum cum tota stirpe concilium decidit. hæc inobedientia & infidelitatis merces est.

Fuit etiam Gregorius divini, & humani iuris peritissimus. Decretalium libros compiliavit opera potissimum sanctissimi, nec minus docti viri fratri Raymundi de Pennaforti sacri ordinis prædicatorum, usus. Eius in ordinem Minorum immortalia sunt merita, quem simul cum sacra divi Patris Dominici familia summè dilexit, & propagauit. Beatos Patres Franciscum & Antonium Patavinum simul cum sancta Elizabetha viduaterij ordinis in catalogum sanctorum retulit; aliaque nonnulla concessit, fecit, dixit quæ grati animi, & veritatis sincero studio superiorius passim, prout narratio tulit, exposuitus. Aream Lateranensem complanauit, dirutis quibusdam ciuium Romanorum ædibus, & turribus, quæ prospectum impediabant Patriarchij, huius ampliauit palatium. pauperibus alendis non procul inde construxit hospitale. Basilicam Vaticanam opere munio exornauit plurima instruendis moribus, & disciplinæ Ecclesiasticæ oportuna fanciuit. recuperandæ Terræ sanctæ institit, cuius conatum Frederici Imperatoris præposta consilia reddiderunt incassum. Hinc inter verumque omnis dissidij sons & origo. Sub mor-

ANNO CHRISTI 1242.	SEDE VACANTE	FREDERICI II. IMPER. ANNO 33.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 35.
-----------------------	--------------	----------------------------------	----------------------------------

tem Gregorij tanta fuit ecclipsis Solis, quanta alias nunquam hominum memoria. Se-
pultus est ad S. Petrum iuxta lepulchrum principis Apostolorum.

Gregorius I X. Kalendas Octobris, successorem Gaufridum Castileonem accepit quis ^{XXXIV.}
^{Successor Gregorius Cal-}
^{gorio. Aucto-}
^{familia, doctrina, experientia, integritate summa commendatus, eius electione magna}
^{affulit spes restaurandæ pacis, & reducendi Frederici ut meliora, & ex consilio saperet;}
^{quem in obsidio Fuentiaz hærentem destinata legatione multis pollicitationibus in-}
^{terpellavit: sed antequam quidpiam concludi potuit, iam Pontifex ~~z~~ato, & viribus tan-}
^{to oneri, & temporum impar casibus obiuit, Pontificatus sui die 17. vel 18. vir fuit om-}
^{nium honorum, ac præcipue ordinis nostri studiosissimus, sepelitur apud S. Petrum 8. Idus}
^{Octobris.}

Mortuo Cœlestino succisa est omnis concordia via Frederico præstiduum in Ecclesiam ^{XXV.}
<sup>Vincentius Spec. natura-
lis lib. 18.
Paric.</sup>
^{Claudius Malij.} odium nihil remittente & intermissa Pontificis electione annis penè duobus, vel ob dis-
fidium, ut fertur, Cardinalium, vel quia in vinculis detinuit Imperator super iure
electionis protestati, vel quia ut alii videtur, qui cum in Ecclesiæ potestate valuerunt, in-
congruum censuerunt ad electionem procedere, donec Cardinales incarcerari restitu-
renerunt libertati. Hic ergo præsentis anni finem cœptum est, alium subinde sede Va-
cante ingressu.

ARGUMENTVM.

*Convocata Bononiæ Ordinis comitia, presentatur expositio quatuor Magistrorum in
Regulam: quidam pro fide occubuerunt; quidam sanctitate; & miraculis cle-
bres habiti.*

Rodol. f. 17. **I** O e anno Bononiæ habita sunt Ordinis comitia generalia sub Ministro generali ^L
II Haymone Anglo; ex cuius capituli sententia promulgatæ sunt quædam constitu-
tiones circa ritum, & ceremonias altaris quarum ipse fuit author, incipiunt: *Indutus pla-*
neta Sacerdos, &c. quas ordinariu[m] Missalis Romani mutuavit. Statutum est ut modera-
tio in quæstu seruetur, ne reliquo eriam pauperes defraudari contingat necessaria sub-
uentione. ordinatum ex sententia constitutionis bonæ memorie Gregorij noni; quæ in-
cipit: *Ecce olim, &c. ne monachi Cistercienses ad institutum nostrum recipere-*ntur. Le-
^{In eo ordine} *taque publicè in conuento decretalis qua præceptum est ut professi Cistercienses apud*
nostros, & in ordine Cisterciensium vicissim professi in statu iam suo quisque persevera-
re, licet contrarium sit alias statutum. Notatu digna est, quam refert Rodulphus, Dei
^{se vocatus.} *in quendam Franciscanum vindicatio.* Hic primæ vocationis spiritu humano pertulit,
seu animi & consilij instabilitate seductus, ordinem Cisterciensium est ingressus nequa-
quam vocatus: dum ad professionis vota, ut moris est, iam probatus aspiraret, statim Deo
disponente, oculorum lumine manit orbatus, qui cœlestis luminis, & vocationis ductum
sequi neglexit. Ne casui, aut naturæ, ex subitanea quapiam infirmitate adscriberetur mi-
raculum remansit pupilla non modo integra, sed nullo obducta vitio, ut cœcitatem cau-
santi, monachi nullatenus fidem adhiberent dolum subesse putantes, quem experimento
submouere placuit. iussus sine ductore incedere, cœcus ubique cœpitabat, atque in ob-
uiam foueam seu de industria rum effossam, seu data manu, in eam pridem egesta humo
excauatam, directus præceps incidit. Hoc videntes monachi suspicionem exuerunt, &
^{Premissive.} *quæcumque vocationem, ut erat, contemptæ vocationis, priorisque instituti palam interpretati, suaserunt*
Hislor. MS. f. *relicturn assumere, in eoque deinceps ex Dei voluntate perseverare. quorum consiliis con-*
prouincie *firmatus ad suos regressus visum statim recepit.*
Hiberniz. Frater Alexander Alensis, frat. Ioannes de Rupella, Fr. Robertus de Pastia, fr. Richar- ^{II.}
Mariac. 1.5. *Marie. p. l.* dus seu ut M S. habet Rigandus habita cum fratre Gaufrido de Bria Custode Parisiensi
1. c. 1. & alij. *Declaratio* *collatione, ediderunt declarationem super regula Franciscana, quæ vulgo sub appellatio-*
quatuor ma- *ne quatuor Magistrorum circumfertur inter reliquas eius formulæ tam Pontificum, quam*
gijorum *Doctorum declarationes, eam transmisserunt ad comitia generalia Bononiæ celebrata, ut*
regulam.

ANNO CHRISTI 1242.	SEDE VACANTE.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 33.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 35.
-----------------------	---------------	----------------------------------	----------------------------------

versus iudico, ex ipsa authorum epistola ad Ministrum, & Capitulum generale directa, quæ præfationis loco apponitur: nam Genueuse quod sub Innocentio I V. habitum est anno sequenti, accephalum extitit, donec defuncto Haymoni substitutus est Crescentius nisi dixeris epistolam ad eum, quicunque futurus esset, Generalem scriptam, atque ideo nullum speciale nomen in ea exprimi, quod præter sylulum, & consuetam reuerentiam cootingeret, si ad particularem dirigeretur, neque hoc recedit ab eorum opinione qui ex mandato capituli Bononiensis editam ferunt, quibus non consentio, cum ipsa præfatio Antoninus
ut. 24 c. 9.
author. in.
monach.
disce.
Expositione
glossariorum &
Generalium.

*Reuerendo in Christo patri fratri N. Ordinii Minorum fratram generali Ministro
ceterisque diffinitoribus in capitulo congregatis fr. Gaufridus Custos
Parisiensis, fr. Alexander de Ales, fr. Ioannes de Rupella,
fr. Robertus de Bastia & fr. Richardus reue-
rentiam debitam, & denotam.*

[Iudicio examinationis, & discretionis vestrae referimus ea quæ Domino docente, circa intellectum regulæ, iuxta paupertatis nostræ modulum percepimus secundum iniunctam nobis obedientiam in provinciali capitulo; iuxta hoc quod in precedenti capitulo diffinitorum fuerat ordinatum. Nouam autem expositionem vel glosaturam circa regulam non astruimus, sicut à quibusdam intentionis puræ damnatoribus & zelum suum in animatum periculum suarum, & fractum scandalum peruentibus prædicatur: immo simpliciter, & pure intellectum ipsius regulæ, qui omnes nos ligat, & cuius ignorantia nullum excusat, non ex nostro sensu, sed ex ipsa litera ut potius extrahentes, secundum iniunctam nobis obedientiam, iudicio vestro dirigitur judicandum: vestra sententia plusquam nostro sensu in his, & in aliis innitentes, interpretationem si alicubi necessaria fuerit, Sedi Apostolicæ resuantes. Ex mandato capituli, non alterius quam Montis Pessulanii anno 1240. cui interfuit Haymo. scripta est hæc declaratio, ob emergentes difficultates ex Gregorij declaratione, vti docet Marian.]

- III. Non ita pridem ante capitulo 29. Maij, in die Ascensionis Domini in castro Auinio-
netti gliosum martyrium consummarunt ordinis nostri hereticæ prævictatis inquisitor
in partibus Tolosanis fr. Stephanus de Narbona cum socio dicto Raymundo Carbonetij. Fuit Stephanus vir magnæ prudentiæ, sanctæque conuersationis, primum Diui Pattis Be-
nedicti regulam professus, & electus Abbas. Deinde regulam Minorum secutus, rebus
fidei, inquirendisque hereticis à Gregorio IX. præfectus est: eius simili functione
college tres patres ordinis Prædicatorum passi sunt Pt. Bernardus de Rupe forti:
Gullielmus Arnaldus de Monte Pessulanii, & Pt. Garzias de Aura. Item Prior Auinio-
netti monachus de Clusa Archidiaconus Lazacensis. Raymundus Canonicus, & scrip-
tor Tolosanus. Richardus seu, vel alij, Petrus Arnaldi Norarius, & à secretis inquisitorum,
Bernardus clericus Archidiaconi, duoque alij clericu viatores. Hi omnes pro fide oc-
cubuerunt cantantes cum iubilo, & exultatione *Te Deum laudamus*. intersecti sunt ab ha-
reticis in aula Comitis Tolosatis prodente ipsos oppidi præfecto. Quos statim Deus Opt. Max. pluribus miraculis magnificauit. Nocte vero qua passi sunt, quadam mulier eius
Dicitur, sed in alio castro, in partu laborans exclamauit: Ecce video cœlum aperteum, &
scalas inde ad terram dimitti, & multum sanguinem in terra ista effundi. Cumque con-
templaretur scalarum claritatem, & per eas ascendentium ruborem admiraretur, p. artum
edidit, doloris oblita. Eandem cœli aperturam viderunt pastores in eadem regione vigi-
lantes. Item Iacobus Aragonum Rex cum eadem nocte excubaret in fronte aduersus
Saracenos intuitus est lucem immensam è cœlo demitti, & commilitonibus ait: Scitote
quod hac nocte Deus magnum aliquid operatur. Et in coenobio prædicatorum Barchi-
nonensi, multi fratres ea ipsa nocte, cœlum aperiti, & exinde lucem descendere totum
aërem perlustrantem, viderunt. Filia Marischalchi de Miro pissa, antedictis martyrii Miraculosa.
bus se deuouens, illicoque sospes redditæ est. porro maxima ægritudine distinxebatur. rū m. crisi-
sione facta.
- Gullielmus de Musello febribus captus, ad martyrum sepulchrum veniens, protinus sa-
natus est. Armandus Ruffus ab hereticis fascinatus, auditio interitu Caroli Archidiacono-
ni, à quo sepe causa fidei vexatus fuerat, eadem die pluribus audientibus dixit; Auinionet-
tum

ANNO CHRISTI
1242.

SEDE VACANTE.

FREDERICI I.
IMPER. ANNO 33.RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 35.

tum vadam, & video si hic scriptor loquax, & ineptissimus vir potuerit mori. Qui veniens, & videns sanctum Archidiaconum in suo sanguine volutatum pede percussus cum dicens: Iace rustice loquax. Nunc loqueris si potes. Moxque vlcere insanabili in eadem *vitis in bls. phamus.* tibia est percussus. Paululum ante passionem eorum cuidam fratri in cœnobio Burdegallensi visum est, quod sub pedibus Christi cruci affixi, tres fratres à multis armatis occisi videbantur pœti. Cumque hoc nimium miratur, particuidam, visionem narravit. In monasterio Pruliani contigit sororem quandam nomine Blanchiam in maxilla grauius infirmari in tantum, ut nec cibum sumere, nec loqui valeret, tactu vestimentorum Gullielmi mox pristinæ hospitati restituta est. Raymundus Carbonarius (de quo supra mentionem fecimus) vidit in somnis coronam auream gemmis ornatam inicantem super domum, in qua passi sunt de celo demitti cum immenso lumine, ante aliquot dies passionis ipsorum. Qui admirans dicebat: Heu quam miseri sunt homines isti terreni, qui videntes nos pro fide, qua altamus sic coronari, non conuertuntur ad Catholicam fidem. Quod cum euigilasset, Priori Pruliani & aliis sociis pluribus, seriem visionis narravit. Quod cum Gullielmus supra nominatus audisset, ait: Scitote nos in brevi pro fide Christi morituros. Cuidam fratri Burdegallensi oranti visus est Christus in cruce pendens, sanguinem copiose ex latere emittens, & à beata Virgine auro calice recipi, deinde fratres tres ex eo conspergi à prælibata Virgine. Non longe autem post, eosdem fratres, quos imaginatio visione sanguine respersos viderat pro fide Christi audiuit ab hæc tis imperfectos. Pridie quam fratres ab impiis necarentur, Columbum patrem venerantur. mulier quædam deuota adiut dicens: Hoc mane cum fratres sacra facerent, paululum in templo obdormiens visum est mihi, quod Crucifixus, qui est in medio templi deponebat brachium dextrum, & sanguinem stillabat, quod cum ego stupens respicerem, Christus vocans me ait: Vade, dic Præsidenti cœnobij, quod reliquias in tali loco ponat. In crastinum igitur cum fratum corpora afferrentur, placuit urbis Antistiti, Præsidenti que fratum, & ceteris quod in loco à muliere ostensio, qui etiam erat dignior (qui locus est in templo fratum) & ad Crucifixi dexteram, sepelirentur. Stephanus autem cum socio sepultus est apud Minores Tolosæ.

Locus sepultrura.

B. Helena
Paduanæ.
Mariana lib.
D.C. II.
Pisan. con-
for. octau.
Rodulph. li.
I f. 158.
Scardeonius
continguit.

Portinarius.

Rodulphus.

fol. 105. p. 2.
col. 1.

Magnis virtutis indicis, ac sanctitatis progressu vixit beata Helena, dicta à loco, Padua, regulam Sanctæ Clæræ professa in monasterio Arcellæ B. V. Mariæ dicato, extra mœnia ciuitatis eiusdem, Septentrionem versus ad quingétos passus distante. Variant autem authores circa tempus vitæ & mortis. Scardeonius historiz Patauinæ lib. 2. class. 6. ingressam monasterium anno duodecimo suæ ætatis, mortuam refert 24. & anno Domini 1231. addens monasterium præfatum iacto primum fundamento à B. Francisco initium habuisse anno 1215. sed verius ostensum est superius anno eius sarculi 20. prima monasterii iacta esse lementa non decimoquinto, ut ille, nec 25. ut supputat Portinarius (qui in reliquis concordat) lib. 9. felicitatis Paduanæ c. 39. neque enim hoc aut illo anno posuisse Paduæ B. Franciscus qui primum eius monasterij lapidem posuisse ab uniuersis dicitur: ab utroque horum discordat Rodulphus non minus uno anno mortis: porto annum 1230. assignat. Marianus noster longius ad annum 1241. eius vitam protractit, quem præferendum aliis proposui, tum quod Scardeonius & Portinarius licet domestici sibi minus constantes videntur, dubiumque mihi sit, si necessariam inuestigandi temporis adhibuerit diligentiam; tum quod hoc iis quæ supra de huius conuentus fundatione disscriimus magis conueniat: nam si in eo primum conuentu nomen Christo dedit (quod apud authores sine differentia statutum reperio) conuentus autem prima fundatio in al. annum 1220. referatur. demus etiam eo tum anno habitum religionis assumpsisse, mortem necesse est statuas in annum ingressus sui decimum, vel iuxta aliam sententiam vndeclinum, quod non quadrat cum eo quod vigesimo quarto ætatis obierit anno 1251. & duodecimo se tradiderit monasterio, sic enim tribus annis minus vixisse reputatur, quod si ætatis 24 annos (de quibus magis apud authores præfatos constat) amplius conseruitus cum anno, quem fundationis conuentus adserunt, longe maior erit temporum discordia. Pisanus sedecim languoris eius supputat annos. qui Paduæ rem præsens, ut ipse testatur, & tempori vicinior examinavit, alios autem in religione sana primum vixit, hinc animatum induco matuororis ætatis defundat esse, sed quod magis vixit forte Marianum non leue argumentum, legitur inter revelationes eiusdem Beatae vna de Gregorij IX post mortem eius in cœlis gloria, qui anno superiore obiuit.

ANNO CHRISTI 1242.	SEDE VACANTE.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 33.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 35.
-----------------------	---------------	----------------------------------	----------------------------------

Beata Helena secundum carnem ex nobili Henselminorum familia originem duxit, *Eius familia
cuius pater (ut fertur) miles fuit strenuus ; à teneris annis mundi exosa vanitates habi-
tum religionis assumpsit. Hęc autem cum esset integerrimꝫ virtꝫ, & purissimꝫ castitatis, Scardeo,
& Spiritu sancto repleta, assidue ieiuniis & orationibus & contemplationibus dedita, &
in meditanda Christi passione die noctuque intenta, corpus suum supra modum affligens,
relictans multum spiritui (ut par est) obtemperare cogebat. Atqui tandem diutino &
grauissimo morbo correpta, omnia patientissimè tolerans, variis interim & lucundis se-
se visionibus oblectans, diuinicus mente & animo consolatur. Ferunt enim diu ante *Infirmitas
eius*
mortem per somnum fuisse præmonitam, quod diutinam & per molestem zzgitudinem
in corpore suo esset passura, & per eam tandem ab huius mundi ergastulo, ad beatorum
migratura consortium. Accepis ergo deuotissime omnibus Ecclesiz Sacramentis, con-
festim mura, & cœca prolsus redditur. Atque ira demum, paulatim omnes eius artus
tanteus stupor inuasit ut nullo modo se mouere posset. Mirabile dictu. Vixit menses tres *Tribus mon-
sibus manus
iuniorum.*
absque cibo corporali, & cum veller ex obedientia quam superiori debebat aliquando
cibum sumere, ille statim per partes totus effluebat. Verum cum sic cruciatetur corpore,
auditu tamen, & sensu intelligendi valde pollebat. Habuit per id tempus admirabiles
visiones, quas longum fore & per difficile numerare. Verum mihi in omnibus his nihil
tam admirabile fuisse viderut, quam quod cum esset & loquendi & scribendi officio pe-
nitus destituta, per nutus carmen & signa (mira res) visiones suas, & quæcumque volgbat *Excellentes
signis manu-
fictis foris-
tas.*
fororibus ad id instruktis, inuenio quodam nouo atque admirabili nouerat patefacere, &
describenda proponere. Signis enim quibusdam cuncta literarum nomina exprimebat, *bas.*
innuebatque interdum literas sibi nominari si quid difficiliter videtur quod non facile
per nutus à quoquam percipi posset. Per multa itaque & difficillima admiratione perlegi.
In hunc usque diem corpus eius tanta est cum integritate seruatum, ut ipsum sine admi- *Corpus eius
manus inser-
rupit.*
ratione non inspicias. Auctore namque Deo (quantum reor) in testimonium sanctita-
tis, diminutum in eo nihil præter nasi extreum inuenies, quippe desiccata est caro, om-
nia passim tegit pellis, ad lineam corpus iacet in crucis modum, Christiano ritu composi-
ta brachia, oculi dormientis in modum clausi, sed non ita clausi, ut habere nihil albedinis
ac luminis videantur. Aspectus deuotus, facies iuuenilis, & macilenta, dentes niuei ac so-
lidi, tonsi capilli & vngues renascuntur, membra integra, iunctur membrorum quasi *Tonsi capilli
& vngues re-
nascuntur.*
nuper diem obiisset, mobiles ac firmæ, ut sine lassione, si vrgeat occasio, moueantur. Illud *Imminentes
clades præfi-
gnas.*
quoque accidit sp̄ce, atque tunc maxime cum ciuitati villa clades immineat, quod sepe
quasi futura prædicet, multo cum strepitu moueat, hoc namque prodigo non raro est di-
uinitus præmonita Padua, ut caueat sibi ne belli aut pestis, aut rerum novarum ingens
immineat clades. obiit pridie Nonas Nouembbris. Sepulta primum est beata Helena in *Rodolph.*
veteri monasterio Arcelle, quod expensis ciuitatis ad commodiorem formam adifi- *f. 119.*
ciorum amplitudine reductum est anno Domini 1275. nunc autem intra mœnia urbis *Eius mœr.*
Paduanæ hospitium accepit, in Ecclesia Sanctæ Mariæ Armenorum, quæ vulgo hospitis *Scardeonius*
appellatione beatæ Helenæ dicitur: Anno namque 1509. ex mandato Senatus Veneti
complanatur urbis Paduanæ suburbium, deiecit etiis edificiis simul cum præfato monasterio,
moniales hinc inde dispersæ, donec tandem ex dono monachorum congregacionis Ole-
vitanæ anno 1520. eam Ecclesiam acceperint, quæ sita est in burgo, ut vocant, omnium
Sanctorum, eo Beatæ reliquias transportarunt, à fundamentis erecto monasterio vel po-
tius instaurato, in quo primum alias moniales vixisse subindicat Scardeonius. claruit sig-
nis, & miraculis, quorum illud commemorat Pisanus quod Marchio de Lupis Parmentis *Pisanus.*
Dominus Bonifacius in extremis laborans nuncupato per consortem votu, beatæ Helenæ *Portinat.*
meritis integre convaluit.*

Visa plurima per somnum passa est B. Helena & cum aliquid ei appareret, se crucis
signo repetitis, vicibus muniebat, quæ res traxit in admirationem moniales: quæ sita quid
hoc esset, dixit se videte spiritum, dubium tamen illi fore, nunquid ex Deo sit, ideo se
tantopere munire crucis signo; dixitque per idem tempus se videre templum, in quo erat
diuina Majestas. In vigilia Sancti Michaëlis vidit viam lacteam, & viros quinque, nimis
rum Angelos per illam properare, cum nocte quadam cogitaret quid esset Deus, appa-
ruerunt tres Angeli colloquentes, primus dicebat pondus, secundus & pondus, tertius & *Visiones B.
superpondus: Primus mensura, secundus & mensura, tertius & super mensuram. Primus Helena.*
reperebat finis, secundus & finis, tertius & fine; Primus gloria, secundus & gloria,
tertius

ANNO CHRISTI
1142.

SEDE VACANTE.

FREDERICI II.
IMPER. ANNO 33.RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 35.

tertius & super gloriam: Primus, Principatus, secundus, Principatus, tertius, & super Principiarum: Dum contemplaretur merita B. Francisci, audiuit vocem, potens fuit Franciscus in terra, potentissimus in celo est. In die commemorationis defunctorum, dum diuina persolueret, vidit animas in Purgatorio exultare, & Deo gratias agere. Sunt m̄lta alia praetexta, quæ narrantur de B. Helena Paduana, quæ habentur in legenda eius Paduæ quam se legisse testantur Pisanus & Scardeonius; eas reuelationes ut plurimum transcripsit Marianus, nos omittimus breuitatis causa, & ne in rebus abstrusis nimium curiosus obseruire videretur monstratus est ei ordo, & situs curiæ cœlestis & Beatorum gloria. Item Purgatorij variaz p̄enæ, & loca quæ tria esse affirmat. Hæc omnia sororibus ipsa significabat modo iam expresso quæ dum essem ibi, inquit Pisanus, vidi. Verum cum petisem à sororibus, quomodo illa sine lingua potuit reuelare; respondetunt sorores, quod haecen ob silentium obseruandum, non lingua, sed nutribus & signis omnia exprimebat quæ loqui volebat, quod maximum disciplinæ monasticæ & contemplationis argumentum est. Quin imo id præcepit in prima regula Gregorius IX. ex sancta, & laudabili monachorum consuetudine. Fuit etiam alia eiusdem monasterij soror nomine Lucia, quæ aliquor diebus B. Helenæ præuenientem mortem, non autem à morte die eidem Helenæ circa festum S. P. Francisci ostensa est inter beatas animas in gloria latari, cum de statu eius solicita esset, fuit soror Lucia magno abstinencie & orationis.

*B. Luchesius
viri ordinis
confessor.*

*Fr. Proleme
de Palermo
scriptor vita.*

*Maria. lib. 1.
c. 11.
Rodul. lib. 1.
f. 140.*

Claruerunt etiam hoc tempore terræ regulæ S. Patris nostri Francisci viri magnæ sanctitatis, inter quos præ reliquis fama & miraculis notissimus fuit beatus Luchesius de Podiobonantis, qui ad eum perfectionis gradum aspirauit, ut rectè inter Domini discipulos connumerari possit. ita enim se suaque omnia infirmorum, pauperum, peregrinorum, & cuiusvis indigentis necessitatibus impendit, ut omnia ad pedes Domini, & egenorum promptus affectu, & opere proiecerit. Præ reliquis quantum status permittit Patrem suum Franciscum simulatus, tanta in proximum charitate effusus est, ut nihil subtraxerit pauperibus Christi, nisi quod facultati defuit; mensuram autem facultatis excedens charitas, cum illud non superesset per veram compassionem, & viuum affectionem in eos transformabat virum Dei, ut illorum penuriam magis quam propriam, aut familiæ, aut vxoris deploraret. Hinc omnis verecundiz, & pusillanimitatis deposito rubore, cum aliunde non supppereret inter cognatos, & notos, quandoque etiam per oppida, & ciuitates pauperum necessitatibus stipem supplex exposcebat. Agnoscens etiam æstiuo tempore ad maris oras, solis, & aeris intemperie infirmari plurimos, & laborare ex defectu medicamentorum, asellum eiusmodi confectionibus onerans circuibat infirmorum tuguria, & singulis pro necessitate distribuebat congrua infirmitate medicamina, tanta charitate ut sola eius præsentia ægros relevaret: ad villas, ciuitates, & oppida transferebat infirmos, nunc verbis alias alliciens, alias porrecta manu sustentans, alias asello, alias humeris vstabat, & aliquando plures simul. Semel autem gravioriter affectionem, & attenuatum humeris gestabat, alias simul hinc inde duos conualescentes vnum à dextris, alium à sinistris extensis manibus sustentat conductens ad commodiorem locum. Obuiam habuit iuuenem vanum & lubricæ virtutem. Factum impropereauit: quodnam hoc pondus tuum fr. Luches? nonne sentis diabolum tibi insidere; ad tantam insolentiam vir sanctus illachrymatus respondit: ô miser, & miserabilis, inquit, mihi diabolus nequaquam insidet, sed Christus in suis pauperibus qui dixit: *Amen dico vobis, quamdiu uni ex fratribus meis minimus, mihi fecisti.* Sancti sui verba secuta est Dei virtus, & virtus: blasphemus porro statim obmutuit, qui manum Altissimi recognoscens in lachrymas & penitentiam susus, quibus potuit signis operi virti Dei supplex implorat. His ille inflexus & iniuriaz immemor ut erat (quoniam sub pondere inclinatus in genua non licuit fletere) Domino salutem eius facta orationem commendat, vix ea absoluta, alter soluta lingua in gratiarum actionem erumpens gratias, inquit, Domino & tibi frater Luches!, cuius meritis lingua in Deum blasphema, & in pauperes suos contumeliosa, debitam vltionem evasit: cui vir Beatus: vade fili in pace, esto rui custos, ne peius tibi contingat, nec deinceps offendas Deum factis, aut verbis.

Mat. 14.

*blasphemus
corripit &
liberatur.*

*Confessio
in se facta*

Alio item die pergens ad maritima solus, onerato asello iis, quæ infirmorum necessitatibus conquiuit, eum à longè venientem, non procul à ciuitate Massana, agnoverunt qui dām insolentes iuuenes numero sex, & consilio inter se cōmunicato; probemus, inquit, istum fraterculū Luchesium, qui factis, & opinione sanctus prædicatur, si spiritu Dei habet, auferamus

ANNO CHRISTI 1242.	SEDE VACANTE.	FREDERICI II. IMPER. AN. 33.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 35.
-----------------------	---------------	---------------------------------	---------------------------------

austerius quæ habet, illusum, & verberatum relinquentes: siquidem hoe modeste & patienter ferat, argumentum erit nomen, & opera concordare: sin minus pro impostore, & hypocrita despiciendus, & puniendus: ut qui sub vano sanctitatis praetextu gloriam, & quæ sua sunt mercatur. Hæc illis à longe meditantibus Deus qui à dextris seruorum suorum est ne commouerentur, omnia præsens revelauit, confusus ergo in adiutorio Altissimi nihil horum veritus conuersationibus hilaris occurrit. Benè veneratus, inquit, filij, scio machinamenta vestra, & consilia, quod quantum in vobis est, spoliare me tunica, vexare contumeliis, priuare asello, aliisque quæ ad usum infirmorum defero, contentatis. Sed in veritate dico vobis, quod Deus protector meus est, cuius amore nihil possideo in hoc mundo, sed quacumque offeruntur, aut proprio labore conquiro patrum nonum est pauperum Christi quorum usibus reseruatur, inuentiones vestræ mihi nocere Domino protegente non possunt, nec in potestate vestra est eas aduersum me explere. Hæc audientes in stuporem, & reverentiam virti Dei acti in quo manifeste Deum inhabitare agnouerunt, ad pedes eius veniam postulantes humiliter procidunt, ciusque precibus se conuendantes, cum deinceps magna reverentia sincere coluerunt.

I X. Quidam pauperculus ex castro Podij-Bonantis beato Luchesio admodum familiaris, & beneficiis deuinctus (cuius nempe liberalitate familia eius sustentabatur) publicis exactionibus obnoxius, cum soluendo non esset, carceri mancipatur Fiorentia, nocte autem inter ærumnas, & vincula paupercula familiæ vxoris, & filiorum cura magis sollicitabat anxiū, ne subtracta quotidiani laboris merce quæ familiam alebat, fame misere deperiret, me miserum, inquit, & afflictum nimis, ecce in carceribus periclitor, fr. autem Luchesius baculus pauperum, & solamen omnium affictorum, vita fortasse functus est, & familiola nrea, cuius viscera nutritiebat, heu nunc fame moritur. O Beate Luchesii vita ^{Incarcerata} libera. functus es, firmissime credo, te in cœlis viuere inter beatos: rogo igitur te, vt mei miser, ad sis mihi, & filii meis quos tibi in visceribus charitatis conuendo. Mirabile dictu idem fuit orationis, & afflictionis exitus: præsens Dei virtus per merita sancti sui, qui etiamcum inter viuos superstes peregrinatus est, clauso carceris ostio, solutis vinculis, pauperulum cum sarcinulis aliaque supellestile liberum constituit domi suæ vigesimo Florentia millario; excitata autem uxore, & familiæ quæ tum profunde doriniebat aliquot horis miraculi admiratione pendebant, si somnum, aut illusio, vel res ipsa ita se haberet, non secus ac olim Petrus Ierosolymus putabat se visum videre, eductus per Angelum de carcere quo eum mancipauit Herodes.

X. Quantumvis interdiu beatus Luchesius in ministerio Christi discipulorum cum Martha interpellatus hærebat, non intermisit tamen orationis exercitium: noctu ad pedes Domini cum Maria spiritum pascens fructum contemplationis actioni coniungebat, quin etiam B. P. Francicum serio æmulatus nunquam ab oratione animum reuocabat siue stans, siue sedens, siue laborans, siue ambulans: cuius fructum crebra visitatione, & dulcedine interiori est expertus, semel dum toto die insudaret operi, curam habens ædificandi monasterij nostrorum stratum in dicto Podij-Bonantis loco extra opidum, sub cōplo: io Ecclesiā ingressus, se dedit orationi, atque in Deum raptus immobilis permāsit: sacrista autē rei ignarus eo vocato admonuit tempus aduenisse quo claudenda erat ianua, sed nihil respondentem seruo Dei, alter accedit eumque excusit, sed velut trucum immobile sentiens, expavit, veritus ne mors, aut aliud quodpiam accidens contingere, recessit, & post aliquod tempus superuenit exploraturus quid erat: inuenit autem virum Dei sursum erecto corpore in aere eleuatum supra terram totumque in Deum absorptum pendere.

X I. In eodem loco dum solus de nocte ad orationem pergeret ad Ecclesiam, obuium habuit quendam fratrem quem in orationibus excubantem ditemen per illusionem excitato fragore, & terræ motu tremefactum Ecclesia exturbauit, cui vir sanctus: quid frater properas? cur preciosissimum Christi corpus deseris? cur orationem intermititis quæ nos Deo coniungit? Cui respondit frater metum causatus, atque Ecclesiā inox casu terræ motu querulus exponit, mox vit Dei subridens, hostisque antiqui astutus tanquam veteranus iam miles agnoscens tyronem confirmauit: Charissime frater, inquit, ne plena hodie de tewatoria gloriatur, aut insultet hostis, redi mecum, experiens illusionem (ne timeas) qua studie, & quieti orationis intensus hostis de gradu suo mente diligere contendit, & à diuinis ^{Trepidantem} ^{in oratione confirmat.} ad terrena auocare, rediuit simul cum viro Dei prædictus frater ad Ecclesiā, & in oratione perseverans hostis euicit fallacias & beatū Luchesium in extasi positū videre meruit.

ANNO CHRISTI SEDE VACANTE. FRÆDERICI II. RELIGIONIS MI-
1242. IMPERA. AN. 33. NORVM AN. 35.

Neque hoc semel contigit, sed frequentius à fratribus visus est ab exterioribus, ad immensam contemplationis abyssum absorptus, nihil eorum quæ foris patiebatur, sentire. Vnde semel à quadam fratre amico suo vocatus nihil respondit: rogatus mox cur amico suo non responderis; frater charissime, inquit, ego tum alibi eram. Alio item tempore circa festa Paschalia dum in Ecclesia oraret, fratresque in choro cantarent hymnum trium puerorum, scipsum stimulauit considerans quomodo omnes creaturæ erant obnoxiae diuinis laudibus, tandem in Deum raptus totusque immobilis extra sensus remansit per tempus.

Iohannes. Fuit etiam beatus Luchesius magna abstinentia crebrisque iciunii carnem in spiritus obsequium edomit, præter Ecclesiæ iciunia iinitatus beatum suum institutorem Franciscum, ieiunabat ab Ascensione usque ad Pentecosten, item Quadragesimam in honorem Michaëlis Archangeli, aliam à festo omnium sanctorum, usque ad Nativitatem Domini feria 3, & 6. in memoriam dominicæ passionis in solo pane & aqua præter ea quæ in tertia regula à beato Franciso instituta sunt, omniem suspectam conuertationem protinus fugiebat, ita familiariter nihilominus curare egit, potissimum filiorum, quos duos ex uxore sua Bona genuit, ut Deum timere sollicitus doceret, verbo, & exemplo, amore filiorum paterno, ita ex naturæ, & genitoris annexo munere indulxit, ut vigilassemper & cautus suspectum haberet sollicitus ne amoris diuino aliquousque derogaret.

Oratio Bona uxor exaudita. Hisce progressibus beatus Luchesius ad perfectum virtutis gradum peruenit, per XII. multos autem vita huius labores, vigilias, iciunia, persecutions, ac infirmitates corporales probatus, donec iam tempus aduenit quo ad reposum gloriam, & requiem, cum auocare placuit altissimo, in extremis ergo laborans corpore, mente autem & sensibus integer, dum iam tempus resolutionis instare videtur: accessit Bona eius uxor rogans ut scipsum præstolaretur, quæ laborum, & peregrinationis fuit consors, fieret etiam & consolationum, annuit vir sanctus iustis precibus: illa autem eo ipso die in lectum febribus correpta incidit quæ brevi tempore vere Bonam, & meritorum plenam transmisserunt ad requiem perceptis rite sacramentis, suique comparis manu signata, sepulta est in plebe castri Podij-Bonilij, miraculis claruit, eius reliquæ inde sublae sunt occupato per Florentinos castro quod suspectum habebant; solum remansit in fratum monasterio brachium quod ibi aliquatuatur.

Bona morti. Superstes vir Dei, mortisque suæ, quam iam ex reuelatione nouit, præscius, accersiri XIII. quam primum curauit fratrem Aldobrandinum ordinis Minorum confessarium suum, qui illico superueniens: charissime, inquit, fr. Luchesi præpara animam tuam in occultum sponsi, ecce in proximo est, crede mihi, redemptio tua, ut veniat tibi salus, & laborum merces, ac corona, ad quem vir beatus subridens, atque eluata paululum facie; Pater, inquit, amantissime Aldobrandine, si animæ meæ in hanc usque horam distulilem præparationem, non utique etiamnum diuididerem, apertum cognoscens diuinæ bonitatis, & misericordie gremium: non tamen ob mortis pericula adeo accederem securus, & iudicem meum expectarem, manibus deinde, oculisque in cœlum intentis, subiunxit; Gratias ago altissimæ Trinitati, Patri, & Filio, & Spiritui Santo, B. Marie semper Virgini, beato P. meo Francisco, & omnibus sanctis, quia non meritis meis, sed passionis eiusdem Domini nostri Iesu Christi paratum, liberum, expeditum à laqueis diaboli me fore sentio. Hora igitur mortis instantे percepit sacramenta, ac mox orans, & psallens cum fratribus aliisque qui ad transitum eius conuenerant, suaviter obdormiuit in Domino 28. Aprilis. nullibi inuenio notatum annum, ideo cum assignare non licet.

Mortuus. Cœpit plurimis post mortem coruscare miraculis, cum corpus eius ad Ecclesiam fratrum Minorum extra caltrum cum frequencia torius populi, & cleri transferretur momento ingruens pluvia, ita campos circainundauit, ut nec ad corpus viri Dei accedere, nec ad eos qui cūtus gratia conuenientes eum sequabantur, attingere quasi sensu ducta, scu verius ob merita sancti sui Dei virtute repulsa, accederet. Post biduum transitus eius abscllo pollicis extremo sanguis ubertim cucurrit, quod in mortuis humoribus tigentibus non contingit. Germanus ueritus fratri Aldobrandini præfati, vmbilicum habens monstruose turgescensem, manu Beati ei applicata confessum sanatus, eiusdem caltri miglet quædam deputa uxor Bonifigii corpus eius adhuc inservit, vslauit.

Eius post mortem miracula.

ANNO CHRISTI¹ SEDE VACANTE. FREDERICI II. RELIGIONIS MI-
1242 IMPER. AN. 33. NORVM AN. 35.

visitavit, domum revera infans in cunis non procul ab igne relictum inter medias flammam reperit, mortuumque existimans clamare sanctum Luchesium, resumptum autem infantem sanum, integrum, illorum, existens ad carnem fasciis intulente manibus, ac ore blandientem attonita, & letabunda amplexa est. Sed idem infans decimum suæ etatis annuin attingens torus humore salvo intonuit pro quo mater sancti iam virtutem expectat votum emisi B. Luchesio cuius meritis fanatici pristinæ restituitur. hæc iuratus parens testatus est. Alius quidam infantulus nepos prioris ex fratre suffocatus in lecto à matre profundius obdormiente nuncupato ad Beatum voto resuscitatur.

Pontis aëris loco quodam diocesis Pisariz infantulus incaute incedens cecidit in putoem, accurrit tota vicinia cum afflictis parentibus, qui nihil aliud quam B. Luchesium ingeminabant, quorum fiducia non cessit in casum; adfuit enim Beatus vir & deuotum puerulum qui eum mente iam aquis absorptus inuocauit, de profundo visibiliter extulit in aquæ superficie velut in sicco securus repperit, rogatus autem quid hoc esset, respondit B. Luchesium inuocatum in eam usque horam adfuisse, & porrecta manu aquis extulisse. Alius infantulus Papiani, vicino Podiobonanti loco ad mortem ita laborans ut syndon quo inuolueretur defunctus consueretur, tristis mater ad meritam B. Luchesij recurrens, cinislo voto sanum filium recepit.

XV. Quod sequitur in uno continet duo miracula eaque maxima: Rakanati urbe provincie Marchiar Anconitanæ, ob domus Lauretanæ in territorio situm, nota satis, & ex omnibus parte frequentata, belluina in mutuas cædes ciuium eo viguit ferocitas, ut non tam morte, quam iniustis mortis genere fuerit terrenda. Iata ergo lex ut homicida in reflecto ligatus & viuus terra inferretur, eademque sepulchri angustia mortuos obtegeret, quos tota ciuitas viuos non est in pace complexa. non longe postea duo fratres suborta de peculio lite, in verba, & rixas arserant quas alterius fratricidium terminauit, alter alterum in maxilla pugno cæcidit, cæsus autem prompta in vindictam manu, adacta per illa sica cædem interfecit. Comprehensus, legique subiectus accepit latram de homicidio sententiam, itaque fratri reflecto viuus, pedes, manusque ligatus sepulturam cum ipso unam accepit in cemeterio fratum Minorum dictorum: auia materna fuit de castro Podij Bonilij seu Bonantis. Mane sequenti pueri quidam in eodem dicto cemeterio fratum Ecclesia dictæ colludentes: & terrain sub eorum pedibus tremescensem, nunc eleuari, nunc deprimi concernentes, clamoribus fratres qui psallebant in Ecclesia compellauerunt. Qui & ipsi illud idem quod pueri contuentes, & terram desuper a mouere satagentes confusa vocis tenorem veint ab inferis ascendentem clapium tumulo, pariter audierunt. Cum vero magis ac magis leuiter fodientes, eorum corporibus propinquallent, audissentque liquido, misericordiæ nobiscum agite quoniam viuimus, ligatos quidem inuicem inuenerant: sed unum viuum, viuificatum alterum ab inuicem absoluente, superstites ambos è fouca eduxerunt. Vagatur passionis admirationis fama per urbem. Concurrunt vndeque viri & mulieres inter quos & mater eorum nomine Iohanna venit. Propter magistratus & officiales, comparet & ipse urbis Dominus, præsens adest cum clero Episcopus qui diuersi modi factum tam mirabile à diuersis inquirendo vestigans, hoc tandem dignum inter multa delegit. Qui enim fuerat sica percussus unus ex duobus fratribus, reverende, inquit, pater & domine; cum me sauciatum letali vulnere sensi, fratri meo qui mihi mortem intulerat ex corde dimittens meipsum Deo & beato Luchesio, cuius amorem & devotionem ab incunabulis matre docente retinui, tota mente moriens commendawi. Qui vero eundem vulnerauerat alter frater, ego, subiunxit, dum fratri in eo tumulandus cum ea viuus funiculis astringebat: toto corde contritus & de fratricidio penitens beato Luchesio votum emisi. quod si de tam crudeli morte suis meritis me feruaret superfluum Minorum fratum religionem allumerem. Quæ vero præsens erat amborum genitrix: & ego, subinculit, felix nimium parentis istorum, quos ab inuite corum etate sub cura, & patrocino ex peculiari devotione sancti mei Luchesij ad hanc usque horam fortunata perduxi. Auditio amborum flebili nimium mihi casu, alterius animam, alterius vero corpoream vitam multis lachrymis Deo, & eidem B. Luchesio, tota contriti cordis intentione commissi. Stupenibus ad hæc cunctis qui aderant & præ devotione illachrymantibus qui mortuus fuerat & reuixit, ad propria cum matre reuertitur. Qui vero à

lex de ho-
micio loia

Vnum viu-
ficius alterum
à morte pre-
seruit.

ANNO CHRISTI SEDE VACANTE. FRÆDERICI IV. RELIGIONIS MILITIAE IMPER. AN. 33. NORVM AN. 35.

marie presentem fucat propria omnia respuens prout Deo volebat, & B. Luchesiu, XVI.

factum Minorum religione ingreditur.

<sup>Iluminari
lusi, & re-
se.</sup> Filius Francisci ex castro Podij Lepius prefato oculum dextrum prostrata seu apostolice obdictione habens nihil ea cernebat, assumptus autem viis sancti manu, dum adhuc in feretro iacebat, & leviter ea oculum fricans illico cornu visus.

<sup>Liberari
vincula.</sup> Ioannes Guidonis de castro Linaris in acutum palmitem caput incautius impedit qui oculos eius perfringit, plurimis autem diebus gravissimo dolore in tenebris degens nihil omnino videbat emisso ad B. Luchesium voto illico sanatur. Alius natura cœcus de castro Florentino ad sepulchrum sancti orans visum recepit. Mulier de castro Linari Mona Germana dicta quibusque mensibus visu omnino destituta sc. B. Luchesij precibus devouit, qui mox eiderat magno splendore apparet oculos signavit, & sanitatem brevi promissa affuturam, quæ sequenti die promissionem conseruata est, dum Germana ad sepulchrum B. Luchesij duceretur, apertis enim in via oculis visum recepit.

Bonus da Polcia dictus de Podio Bonilij dum crudeliter in Tuscia Guelphorum, XVII. & Gibellinorum inestina odia, captius ductus est ad castrum S. Germiniani in manus cuiuspiam Tyranni incidentis qui cum ligauit ip modum crucis ligno, adhibitis, ne evadere posset, custodibus, cum se autem B. Luchesio devotus commendaret, circa medium noctem euigilans soluis statim vinculis liber effugit.

Dominus Bindii Volaterranus ad idem castrum captius adducitur, se Deo & Luchesio rito ecclae coramisit, mortuis aliis fame solus multis diebus miraculosè absque cibo, & potu supertessus, solutis vinculis, apertis carcenis & castri portis de nocte, ab inuisibili quadam virtute, cuius securus, & in gratiarum actionem sublata, in quibus tenebatur, vincula ad Beati sepulchrum devote suspedit.

Viri tot ex eodem castro Podij Bonilij carcenis Florentiae deteni communi ad sanctiua concepto voto se meritis eius commendarant, noctu apparuit solutis vinculis, aperto carcere, & ciuitatis porta liberos emisit. Alius eiusdem castri ligatus ad palum in monasterio de turre Senensi voto emisso, fuit miraculosè per sanctum liberatus.

<sup>Liberari
vincula.</sup> Fr. Bartholomeus ordinis Minorum de Ponte Milio lapsus in Arnum extra Pisas sanctum inuidavit Luchesium & siccis vestibus de flumine eductus est.

Angelus de Ostia, cum ex Apulia in Epyrum solueret maximâ suborta tempestare XVIII. malus effringitur, clavis reuulsus est, & nauis hinc inde fluitabat prout ventus & vnde impellebant, ille autem omnes prouocauit ad B. Luchesij inuocationem qui tis magno splendore circumfusus apparet, tranquillum, & nauigabile reddidit mare.

Fr. Bartholomæus de Toloneis Senensis ordinis Minorum qui & ipsius Sanctuam scriptis, reuersus ex capitulo ordinis generali quod Mastilæ celebratum est (forte 1319. aliud inuenitur posterius celebratum) cum aliis decem, & octo fratribus, & multis qui ex peregrinatione Compostellana redibant in Italiam visitaturi linina Apostolorum, conciderant bauem in Gallia, cumque prope iam legerent oram Sauonæ repentina tempestas repulit eos in altum, tracto malo, disiectis velis, laxatis rudentibus, mortem certantes presentia quicque pro sua deuotione diuos tutelares inuocabat: inter alios nauigabat quidam peregrinus de Papiano: omnes adhortatus est ad inuocationem B. Luchesij, qui in se coniisos nunquam frustratur auxilio opportuno: cinque omnes nuncupato communni consensu voto Luchesium inuocarent non diu persistentibus in oratione dictus peregrinus exclamat B. Luchelium aduenire, hortatus ut cum genibus flexis cum reverentia exciperent: illico cella tempestas, sublidunt mare, & omnes saluâ nauis portum Sauonæ mox subierunt. singuli autem incensa circa vnius libræ ponderis, cum reliquis simul ordinata processione ad Ecclesiam fratrum Minorum dictæ ciuitatis progreli Deo, ac beato Luchesio, cuius meritis naufragium cuaserunt, gratiarum actionem retulerunt oblatis ad altare dictis cereis.

<sup>Alio min-
tula.</sup> Multa etiam alia præter hæc signa edidit: vetulæ sexagenariae mammae impinguavit XIX. præter naturæ cursum ad lactandum in eunis nepotem, cuius mater obiit, duas alias à partus periculo liberavit, tortum in equuleo, tormentis absque omni dolore subtraxit. alios septem à variis infirmitatibus curauit, quorum unus sacrilegus in sanctum, & contra Sacerdotis præceptum Beati diem festum violauit; non sine diuina ultiōne; dum enim ligna scinderet proprium etiam pedem incautus abscidit: quem integrum

ANNO CHRISTI SEDE VACANTE. FREDERICI II. RELIGIONIS MI-
1242. IMPERA. AN. 33. NORVM AN. 35.

penitenti emissō voto Sanctus restituit. Eius reliquias in arca marmorea sub dicti Conuentus altari iacent: caput ipsius in dūlū Gregorij decimi quotannis processionāliter desertur ad dictum castrum Podij Bonilij, cuius sanctitatem miraculo primum experiti Pontifex illuc transiens voluit, proiecto in ignem capite quod inde sine adiutorio statim exiliuit.

X X. Millario secundo à dicto castro Podij Bonantis vitam solitariā egit quidam fr. Petrus B. Petrus s. ordinis. tertij ordinis. Fuit magnas disciplinas, & paupertatis cultor; eo ibidem mortuo omnes dicti castri campanas transiunt viri Dei celebrarunt; diuinitus enim emotae sonuerunt vniuersitas, quo miraculo totus excitatus populus ad montem praestatum accurrit: de sepulchra agitur; sed pro suo quisque studio locum eligit, in plebe castri sepeliendum alij discerunt, alij in Abbatia, alij in parochia de Plano, alij vero in conuentu fratrum Minorum. Verum miraculo lis dirimitur; examen porro papilionum corpus viri beati ad omnium admirationem circumvolans, binis deinde ac binis ad plebem castri pergentibus, iter monstrauit, quod vnanimi consensu totus clerus, ac populus elato funere prosequitur: ad eandem Ecclesiam plebs, in qua sepulchrum viri sancto fabricatum est, sefum eius in die Trinitatis ibidem antiquitus colebat.

X X I. Multi etiam alij sucre eius tertiae regulæ professores vitam, sanctitate, ac miraculis conspicui; diversis quidem temporibus floruerunt, quos nominetenus hic subindicare tantum lubet ex eodem authore. B. Richardus Episcopus Fossi Vmbrionis. B. Gualterus Verg. sancti tertiae regulae. Episcopus Trevisij. B. Jacobus de Laude sacerdos. B. Alexander magister sacrae Theologiae. B. Landenus de Monte Feltrio. B. Ioannes de Rauenna. Beatus quidam dictus Carolus. B. Bonamicus de Volaterris. B. Andreas de Tuderto cuius corpus ostenditur Florentiae in fratrum conuentu, alius etiam in sancte Crucis conuento iacet in eadem ciuitate, cuius nomen retinet Pisanus.

X X I I. Hoc anno mortua est B. soror Viridiana B. Viridiana Marian. tertiae regulæ die prima Februarij in castro Florentino (vnde orta est) comitatus & Episcopatus Florenciae. Hec ab infancia sua cœpit Deum timere, & disciplinas incumbere, nunquam visa est aetatis illius cœpundiis indulgence, consortium exosa aliarum solitudinis cupida mundum ab infancia despexit, intus ad carnem cilicio, & circulo ferreo accincta, iciunius, ac operibus piis se totam dedit, quorum studium ab infancia cum illa crevit: adscita in familiam à quodam suo parente totique domui præpolitæ, quidquid subtrahere potuit pio furto in pauperes distribuebat, seu verius Christo, Domino superiori obsecuta, quæ seruo erant superflua, in egenorum subuentiōnem ministrabat. contigit autem ingruente fame qua passim homines desperabant, ut dictus eius parentis archam domi fabis plenam maiori lucro inhians seruaret, quā sancta Viridiana in pauperes distribuit, ille cum candide iam alij venderet initio pretio vacuam inuenit, & in Dei famulam debacchatus rationem exigit subtracti lucri; hæc autem ad consuetum orationis subSIDIUM configiens, tota nocte precibus institit donec archa diuinitus repleta fuerit: aduocato autem hero; ecce, inquit, fabæ per Christum restitutæ sunt, qui easdem per manus pauperum suorum abstulit. deinceps crescente sanctitatis suæ famâ, hominum fauorem declinare cupiens peregrinationem suscepit Compostellam, aliam Romam ad lumina Apostolorum. mox in patriam post annos aliquot regrediā adificata in Ecclesia Sancti Antonij cellula, velum & tunicam conuersationis religiose de manu plebari allumens seipsum deinceps tota vitâ inclusit portæ exterioris murata; relicta tamen fenestella ad usus necessarios & coimunicationem quam intrinsecus ipsa obducto pellulo claudens rarius aperiebat. inclusa est anno 1208. inconsueto igitur solitaria vita exercitio perseverans tandem post aliquot annos à B. P. Francisco Recepta ad statum sacerdotis a B. Fran. dum ibidem locum habitationi fratrum reciperet, & alios ad statum penitentia ex prescripto tertiae regulæ admitteret, hæc velut adhuc rudior in via Domini, ab eodem plenus instructa & illuminata, allumpli tertij ordinis habitum, cum alias nullâ certâ regula ductum spiritus sequebatur in statu anachoretico. Claruit multis miraculis in vita & morte: mutavit aquam in vinum, quam infirmi gustantes sunt sanati. Puerum fracto cruce, & manu applicatis ad fenestellam eius incubris læsis sanavit. Visum restituit coecis; serpentes eius sellam frequentabant, quæ ad exercitium virtutis & patientiae famulam domini male tractabant excussis & vibratis in eam caudis, ut viribus aliquando ex contusione destituta per dies in lectulo iaceret: hanc ipsa à Domino persecutionem contendit vitam amulata S. Antonij Abbatis qui plura à dæmonibus in

Deforiat et
paup. eius in
præfusione.

Lorū sepul-
chri min-
trans papili-
ones.

Charissim. in
pauperes.

Precibus sup-
pler. in-
tra quod he-
re abstulerit.

Statum sacer-
dotis a B.
Fran.

Clavis mira-
cula.

ANNO CHRISTI 1243.	INNOCENTII IV. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. AN. 34.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 36.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Ad mortem
campana fi-
nibus incep-
tibus.*
*Varia min-
tula.*

varia ferorum specie et passus. Horam mortis praesciuit: mortua est genibus flexis, erecto corpore, cancellaris brachii: in eius transitu campanaz inuisibiliter prope mortis est in magna solennitate, velut felicitati applaudentes, sonuerunt: cumque omnes nouitatem casus investigarent puer ab ubere matris suspensus, miraculose loquuntur, causam editie mortua est, inquit, sancta Dei Viridiana. decem & septem diebus iacuit insepulta: pro sa- tisfactione undequaque Florentia, Senis, Pisis, Volaterris, concurrentis populi, odorem sua uisum spirans, quo tempore plurimi ab infirmitatibus precibus eius coevaluerunt, inter eos mundata est leprola, praeferuatus sine lesione in medio flammerum lapsus infans, spiritus immundos corporibus expulit, in quo speciali virtute eius merita se pro- debant, sicut & sanandis vulneratis: his excitus miles quidam Romanus magni nomi- nis in prelio traiectus sagitta femur cui vncinus, seu hastus adacto ferro per annos nullo potuit medicamento, aut chyrurgorum arte extrahi. accedens autem, emulo vero ad sepulchrum B. Viridianæ, cum aliquot iam passibus adoraturus appropinquau- ret, excussum diuinâ virtute ferrum, in oppositum parietem magna vi tostis omnium admiratione & letitiâ. Inter alia autem dona, que in gratiarum actionem obnubilat, cu- rauit depingi sanctam in ea forma, quâ nunc in Ecclesia cernitur habitu tertj ordinis, & chordâ praecinctam, sepulta est erecto facello & altari te loci, vbi viuens peniten- tiarum egit.

*Conventus
Consergus.
Relatio
prou. alia-
que MS.
Marisbur.
Matt. Paris.*

Non prætereunda hoc anno que super sunt conuentus Consergus prouincia Hiber- XXIII. niz memoria, cuius antiquitatem ex tempore mortis clarissimi viri Hugonis Laci comitis Vltoniz vtcumque venatur. hic autem anno 1243. mortuus & sepultus est in eodem con- ventu, ut tradunt Marisburiensis, Chronicon Hiberniz ad calcem Camdeni. relatio du- plex transmissa ex Hibernia, aliud etiam MS. constat proinde conuentum ante dictum annum fabricatum suile, quando autem, incertum est. omnia porro eius monumenta perierunt. Alij ferunt conuentum ex ædificatum à Domino Magengusa antiquæ nobili- tatis & prosapia dynasta; alijs (quod certius existimauerim) fundatorem statuunt Onellum Buidhe & familiam Nellianam quorum ea possessio extitit, & in dicto conuento sepelie- bantur. Huius dynasta Nellus Hugonis Felmidiæ induxit reformationem Obseruantia in eum conuentum ecclesiis patribus Conuentualibus. Obiit ibidem sepultus anno 1523. Idus Aprilis. expulsi sunt inde fratres sub Regina Elizabetha. quinque autem per Anglum præfectum capti & incarceratedi sunt: excusâ tandem sacra supellestile dimissi, cum amplioris lucri spes omnis exciderit: vocabantur fr. Robertus Mac-Congaill, fr. Eugenius Mac an Taire, fr. Donatus Molarius, fr. Carolus ò Hauuill, fr. Patritius Mac Taighe. Iacet in Comitatu Antrin & diœcesi Conoriensi prouincia Armacana, ea Vltoniz parte, quæ vulgo Cland Aodha Buidhe appellatur, antequam tota prouincia reformationem ac- ceperit, fuit ex præcipuis familia Obseruantia. alio nomine à loco dicitur Craigfeargus, id est, scopulus Fergusi. Portus est maritimus, commercio idoneus, & Anglorum colonia nunc dierum conuentus in profanam curiam violata per pro-regem Hibernæ religio- ne transiit, ne quidquam trina murorum ruina (cuius causa alia latuit præter diuinam commonitionem)miraculo territum.

A R G V M E N T U M.

*Affurnitur ad Pontificatum Innocentius Quartus; frustra mentionem pacis Friderico
ingerit. Institutum Franciscanum assumpsi S. Bonaventura, eiusque in illo progres-
sus. Deus variè Regule transgressores ules. B. Agnetis Bohemia consultis respon-
du Pontifex. Indulxit plura Ordini, tam fratrum quam sanctimonialium.*

¶ Ostqvam viginti duobus mensibus Apostolica suo pastore viduata Frederi- L. ci Imperatoris insultibus patuit, nec alioquin ad electionem procedere, visum est Patribus, donec iij qui in vinculis ab Imperatore tenebantur Melphi dimitterentur. Tan- dem Balduni Imperatoris Constantinopolitani interueniunt, & precibus, restituunt libertatem qui cum reliquis conuenientes Anagniæ decein omnes numero elegerunt
communi

ANNO CHRISTI INNOCENTU IV. FREDERICI II. RELIGIONIS MI-
1243. ANNO I. IMPER. ANN. 34. NORVM ANNO 36.

communi suffragio Sinibaldum Fliscum ex Lauaniæ comitibus familia Flisca nobili, & antiqua, Liguræ, Genuensem. 8. autem Kalen. Iulij salutatur Innocentius IV, vir suit di-
uini, & humani iuris consultissimus. invisa præter omnium spem ea fuit electio Impera-
tori, ob notam viri integratem animique magnitudinem & constantiam: vnde cum ad
gratulationis ergo accurrentes latâ huius viri electione quidam nunciare se putabant re-
spondisse fertur: se optimum amicum Cardinalem Sinibaldum amisisse, acerrimum ho-
stem Innocentium Pontificem natum: cuius opinio fidem rei ipsius evenuit sortita est, ut
acta Lugdunensis Concilij testantur.

Ciaccon.
Platina, Ma-
rian. Mal-
son. & relic-
qui.

II. Deficiente ut dictum est, hisce temporibus fratre Helia tanta quondam Ordinis lucer-
na, alia suborta est maior, & velut exarente iam truncu succreuit palmes, ut oraculi cer-
tudo comprobetur, quo Christus Beato Patri nostro promisit nunquam defuturos in
sua religione viros, qui doctrinæ, vitzque exemplo aliis in Ecclesia, tempore quantumlibet caliginoso prælucerent, etiæ natu non essent, fore ut nascantur. Defectum ergo Helie
suppleuit, seu cum sœnore omni ex parte reposuit, officio, dignitate, moribus, scientia
longe maior eius loco Ordini & Ecclesiæ vniuersitatibus datus egregius iuuenis fr. Bonavent.
Fidantius à Balneoregio, qui hoc ipso anno 1243. ingressus (vel ut alij volunt superiori
natus circa vlginti duos annos) nomen Franciscanæ religioni dedit, suscepto conuersatio-
nis eius habitu, in Alma prouincia Romana, quod ante mortem Haymonis Generalis
contigisse fides authorum est, qui vel sub ipso, vel ab ipso ad ordinem coaptatum ferunt
rationem temporis inuestigare quis poterit hoc modo: mortuus est anno 1274. atatis au-
tem 53. assumptus est ad officium Generalatus anno ingressus religionis 13. præfuit autem
ordini annis 18. usque ad mortem. hæc in toto complevit 31. annos quibus in religione vi-
xit: his adde viginti duos annos habebis completum vitæ tempus, annorum quinquaginta
trium. Deinde subductis annis 31. vita regularis ex anno 1274. quo obiit remanet 1243.
quo monachatum induit qui est annus præsens. Rodulphus ingressum refert anno 1243
vigesimo primo. Vetus nobis & certior ea supputatio probatur, quæ ex eo quod mi-
nus dubium est, & in quo magis conueniunt authores elicunt, quanquam non negarem
Rodulpho completo 21. & inchoato tantum secundo religionem fortè amplexam esse.
Quod subindicat Marianus asserens circa 22. religionem induisse, concordat officij le-
genda. quidquid est non incongrue, aut contra receptum stylum progressus vitæ eius
hic commemoratur, siue hoc ipso, siue superiori anno Seculum deseruit. Eius vitam lucu-
lento stylo præter alias scripsit Petrus Galatinus Protonotarius Apostolicus, quem ex-
simi hic reddere placet ut occasio, & stylus feret.

B. Bonavent.
1243.

III. Fuit Bonaventura corporis habitu procero, beneque constituto, usque adeo ut nun-
quam, aut certè raro ex aduersa infirmitate valetudine laboraret: cuius rei argumento
sunt tot ac tanti labores pro Ordine Franciscano, proque Ecclesia Dei suscepit, ac libro-
rum, opusculariū, & commentariorum lucubrationes innuineret. Vultu autem graui &
aspectu Angelico, ut homines raperet ad admirationem sui: facie lachrymis aliquando ir-
riguâ, cum solerer (quemadmodum de se ipse restatur) diuini amoris ardore flagrans, iu-
cunditatisque dulcedine perfusus, in Christi vulneribus fixus meditationi inhærente. cāq;
denique corporis formâ, vel potius dignitate, eaque animi indole summâ, ut nemo il-
lum non veneraretur, nemo item, qui se ab eo moneri non pateretur, vel libertissime.

Eius natura
& constitutio
corporis.

IV. Pene infans in morbum grauem incidit: eamq; ob rein, cum mater mortem eius valde
metueret, propterea quod maxime videret, neque medicorū solertia, neque medicamen-
torum vi, neque naturæ adiumento illum conualescere, nihil potius habuit eximiâ
pietate mulier, quam ut opein Dei imploraret, à quo uno sperabat filium tam grauiter
ægrotantem, à Physicisque desperatum ac relictum, posse à grauissima illa, periculosissi-
maque ægotatione liberari. Erat eo tempore in Italia, & ubique ferme terrarum cele-
brata fama sanctitatis B. Francisci: ad quæ ea cum consurgisset, piis illius precibus, ac
meritis se intuñè comendauit: voulitque si saluus è vitæ periculo evasisset, illum reli-
gioni Franciscanæ dicaturam. Tunc mæstria, ac mæterientia matrem is omni charitatis
officio valde primum consolatus, maxime oratione adiuuit, cum Deum sancte precan-
do, à diuina misericordia impetravit, quod de filij salute tantopere expetierat. Id fane
mirabile admodum visum est omnibus, & medicis potissimum, qui morbum pueri infâ-
nabilem planè iudicarunt.

Liberatio
precibus Fra-
ncisi.

V. Itaque Bonaventura alterum, & vigesimum annum agens, memor & voti, quod in mate-

ANNO CHRISTI 1243.	INNOCEN. IV. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 34.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 36.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Psalm. 71. nuncuparat, & diuini præcepti, quod à Davide in hæc verba scriptum est: *Vosene & red-dite Domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius affectu manere.* S. Francisci habitum, insti-tutaque regulæ Seraphicæ incredibili animi ardore suscepit, & commemorabili pietatis exemplo, imitatione dignissimo: Id vero beneficium cum tanti ficeret, quanti à se maximū fieri munus diuinum debere existimat, id aperte ostendit & professus est iis verbis: *Pro me languente, ad B. Franciscum emissò à matre, cum adhuc essem parvulus, ab ipsis sum mortis feocibus erutus, & in robore vita incolamus restitutus. Quod cum viuâ memoria teneam, verâ nunc confessione profiteor, ne tantum beneficium reticens sceleris arguar, ut ingratuu, qua-re ad eius preces ita effudit: Accipe, Pater beate, quæcumque meritisque tuis ac beneficiis im-pares gratiarum actiones; & cum suscepseris vota, culpas nostras sic orando excusa, ut à malis praesentibus eruas, & ad bona sempiterna perducas.* Adscriptus igitur in Ordine sancti Francisci, omnia consilia, cogitationes, factaque ad Seraphici Patris vitam referebat: quam mo-ribus ita expressit, vt eius virtutum hæres esse videretur. Cuius enim res pic, religiose, admirabiliter, diuineque gestas ad posteritatem litterarum monumentis consignaturus erat, maluit sancta simulatione factoru illas imitari prius, quam scriptorū copiâ enarrare.

Progressus *prius in reli-gione.* È porto vite innocentia, è morum castitate, coque sinceri animi splendore is quidem VI. cateris præluxit, vt Alexander Alensis cui clarissimo Theologæ Magistro, operam dedit, dicere soleret: *Non videri Adam in Bonaventura peccasse.* Non vero se sellit illum opinio, *Alienis de S.* Bonaventura- *quam de eo eximiam conceperat.* Humilitatem vero, quæ omniū virtutum seminarium re. est, & quam à se magister cœlestis Christus Dominus, potissimum disci voluit: *Discit, in-Matth. 11.* quia, à me, quia misericordia humilis sum corde, misifice ipse coluit, exemplaque eius plurima de-dit, ac documenta scriptum autem de ea reliquit multis locis, ac libris, coque præsertim, quem *Pharetram inscripsit.* In omni quidem fere opusculo, se humilem ostendit ac profi-tetur. Plena sunt humilitatis verba, quæ ex intinis animi sensibus aliquando in libro con-fessionali ita profert: *Ceterum simplex, simplicibus simplici scribens simplusiter, particulas pra-e-sentis opusculi, secundum quod occurserunt memorie magis, quam secundum naturalem adjun-29. cem coherentiam ordinavi, omni quæ possum humilitate ac deuotione supplicans, quatenus*

Sic mihi corrector, refecando superflua lector;

Veraque digneris, quæ desunt in genere veris,

Omne in defellum partim studio breuitas,

Scribenias tribus, partim usus ruditatu.

Alio præterea in opusculo, quod de *Puritate conscientie* à se editum Gersô interduin præ-clare communeminit, cernere etiam licet, præsertim capite ultimo, quam demille, quam de se humiliter sentiat. Et quoniam huius virtutis, quæ excelsa est, atque usque eo alta, vt cur-lum etiam penetrat, stadium non solum ipse cucurrit, sed alios in eodē versari inaximo-pere desiderauit cum locum aliquem in diuinis literis nactus est, ubi celum illius vir-tutis gradus demonstrare queat, nullū sane præterinmittit, Chrilli Domini humilitatem, & iterum virginis Mariæ matris, ubique fere in aliquot opusculis docet, ac prædicat. Eiusdem autem virtutis exempla profecto quainplurima is præbuit, ac reliquit, cum esset in sanctis illis vita eiusdem, & Christi Iesus, & beatissimæ Virginis meditationibus assidue ver-satus. Nec vero is, cuius animus ad humilitatis officia eruditus, nunquam turgescebat, neque tunebat, ne doctrinarum quidem, quibus abundabat, copiâ ab operibus cella-uit, quæ vilia contemptaque vulgo putantur. Vascula detersit, & lauit, tricliniis, cubiculis que domus verrendis, aliisque istiusmodi ministeriis exequendis, quæ ceteri fastidiosius præstare videbantur, operam nauauit. Ab iis porro vix abduci poterat, nisi superiorum, quibus obediendum erat, iussu. Indignum enim hoc valde illi arbitrabantur, vt tantus vir-que in sanctitate prælucenterem, scientiam affluentem, ac multis Spiritus sancti donis orna-tum cernebant: opus in rebus humilibus atque abiectissimis occuparet. Quinquo quod maxime mirandum est, tantâ præstidit humilitate, vt cum diu aliquando adhuc iunior se indignum putarit sanctissimo Christi corpore, dignus ideo fuerit, qui id Angelo ini-nistrante suscepit.

**Egyp. ser-
q. II.** Præcipuan autem curam ægrotantium habere perpetuo voluit, usque hilariter mini-strabat, atque eo libentius, quo grauior morbus, & contagiosior esset. Quam sane rem commemoro non ab ea dissimilem, quam Nazianzen. à Basilio scribit factam: qui homi-nū lepræ laborantium, vulnera & curauit, & oscularus est. Curandis vero ægrotis fratri-bus, ita affidius Bonaventura fuit, vt magnam dici partem consumeret: nec propterea tunc

ANNO CHRISTI INNOCEN. IV. FREDERICI II. RELIGIONIS MI-
LII. ANNO I. IMPER. ANNO 34 NORVM ANNO 36.

tamen ab interpretandi munere, aliisque exercitationibus litterariis desistebat.

Atqui cā erga cunctos exarsit caritate, ut, si quicm tristem, & conturbatum interdum videt, non conquietceret, donec eum hilarem, letitareque redderet, in morore iacentem consolando excitaret; & à bono proposito de linantem, ad viam reuocaret recte progrediendi. Vix dici potest, quam suauibus, quam comodis usus sit moribus, ut pro con*summatione* Innocentius V. Pontificis aliquando assueranter fixerit: Quotquot in eum incidit, sent illo tum suavitate captos, eius dictis ac monitis suis audientes. Sed res planior fiet, cum locus inciderit narrandi de Gracis, quorum sibi benevolentiam in Concilio Lundensi Oecumenico II. valde conciliauit.

VIII At in lēge Domini die, nocteque meditatus, admirabili laetitiae marum ubertate, sicut in Psalm. 1. se in contemplationibus vita Christi Redemptoris pie effudit. Opusculum eo nomine contextum, cuius usum, rationeque ad singulas hebdomadē series quam sandissimē, ac rapidissimē accommodavit. Curarum huius saeculi tempora tamen fugit assiduitate orationis, quibus ita fixus habet, ut mentis cogitationibus cœlestibus se à corporis sensibus aliquādo obducere. Christum Dominum patientem non solum meditando, sed etiam scribendo ob oculos sibi proposuit. Eamque ob causam usque adeo diligenter scriptis, ut legentium animos vehementer moueat, admirabiliter inflammet ad diuinam pietatem, cognoscereque rerum cœlestium. Scite igitur de eo grauissimus author dixit: Non insania, sed inflammativa verba S. Bonaventura protulit. Verum enim uero, cum ad eam partem accedam quæ ad exūiam, arque exquisitam eius doctrinam, & eruditioem, aut certe scribendi rationem, vim dignitatemque attinet, non prætermittam illas eius generis partes.

Sed profectò ad sanctorum contemplationum, meditationumque studiūm fuisse eum quara diligentissimum, nemo est, quin facile intelligat, qui ex magistro ac duce illarum exercitationibus vicius. Earum enim usu optime petius præclare docuit, viam, materialia, formam, finem, ac distinctionem: & vero de singulis precepta valde utilia dedit, atque exempla, quibus non modo ad contemplandum, arque ad medicandum, sed etiam ad cogitandum, & orandum piorum hominum mentes, animique informarentur. Contemplationem autem à meditatione, oratione, & cogitatione recte distinxit, ut is qui in eam unaquaque perpetuas, magnasque progressiones haberet. Ac præterea contemplationis actionisque vicissitudines ostendit, quæ in singulos etiam dicas sint ineditanda, quæ in singulas quoque diei horas, vel potius in singula momenta, & quæ cum meditatione conueniant, quæ item in perenni iugique meditatione versentur; ita dilucide multis opusculis explicauit, ut egregium sanctorum meditationum & contemplationum preceptorem, præclarumque interpretem facile quis possit agnoscere.

Orandi modum à Christo Domino institutum, ac prescriptum docuit: *sine intermissione* 1. Thes. 1. 17 orare quid sit, sibi numero exposuit: orationis gradus, partes, fructus, utilitates, tempusque enarravit. Pro quibus preces adhiberi oporteat explanauit: etiam quotidie, præsertim pro sancta Ecclesia Romana, cuius se exūiam cultorem semper præbuit. Sed opuscula complura, quæ de exercitationibus spiritualibus edidit, plane declarant, ac significant studium, & usum, quo is in omni religiosarum precationum genere se se dū noctuque exercuit, mente non soluta ac spiritu, sed etiam voce. Namque ob rem Officium de passione Domini, & item de cruce composuit. Beatissimam porro Dei genitricem Mariam Virginem sibi patronam cœlestem delegit, & exūiam pietato coluit: idque opuscula cōfecit, quibus ad eius laudes ipse & se, & alios optime & salutariter instruxit. Librum eum, quod *Mariale* appellatur, & *Speculum beatt Virginis*, *Psalteriumque eiusdem* scripti. Salutationem præterea Angelicam, atque antiphonam, *Salve Regina*, mritis diuinisque laudibus explicauit: & coronam beatae Mariae Virginis pio officio contextuaret in Dei matris veneratione, cultuque eiuscetera perpetuus cleri populique Christiani cursus. Atque ita quidem in omnes pictatis devotionisque partes se ardenter, orandi studio excitauit, ut cum ob scribendi genus, tuū ob pie agendi & precandi ardorem sit optino iure meritoque appellatus, *Seraphicus*, & *deus domini Bonaventura*. Nam is cura nihil antiquius haberet quam ut in studiis religionis progressiones haberet, ad ea perpetuo progressus, in denotionis gratia, inquit, sanctus Antoninus, *continuum sumebat gratia incrementum*. Siquidem omnes XI. nisi, quæcumque subtiliter cogitaret, aut ad scribendum pararet, ne doctrinis repeceret

*studium ro-
tipliarium.*

ANNO CHRISTI 1243.	INNOCENTII IV. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 34.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 36.
-----------------------	---------------------------	----------------------------------	----------------------------------

oratio, vertebar in formam modumque piz prectionis.

Fuit porro doctrina sancti Bonaventurz, diuinarum contemplationum ratione admi- IX.
rabilis; disciplinarum eruditone præstans, omni ex cognitione constans, cum Ecclesiæ
patrumque decretis congruens, eademque vera ac solida, referta mysteriis & plena pie-
tatis ac deuotionis, parta non solum summis studiis, sed accepta diuinitus: nimirum; quia
Psal. 71. 5. Mai. 66. 2.
is, qui illuminat mirabiliter à montibus aternis, in illius mente, tanquam in speculum,
sunt lucis radios effudit. Sapientia spiritus super humilem & tremensem verba cius re-
quiescit.

opus inde-
stria. Nihil potius ei fuit labore, & diligentia, nihil detestabilius inertiam, desidiam & negli- X.
gentiam; nihil tandem alienius inertissimo otio, quo homines afflentes, turpiter in eo he-
bescunt, ac languescunt. Itaque cum primum Seraphicæ religioni ex voto se adiunxit,
præter munieris functiones, quas multas ad Ordinis præscriptas regulas præstare eum
oportebat, in eo etiam sibi laborandum putavit, ut sanctorum Patrum monumenta stu-
diose legeret, unde doctrinæ disciplinæque præcepta caperet. Librum igitur, quem Pha-
retram dixit in ipso religionis ingressu ex operibus contexit Sanctorum Doctorum, Gre-
gorij Papæ, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, Cypriani, Chrysostomi, Isidori, Anselmi,
Bernardi, Cassiodori, aliorumque multorum. Tanto certe studio exarsit ad diuinas literas,
ut Bibliorum sacrorum exemplaria duo manu suâ scripsit: quorum unum Balneoregij
in Ecclesia fratrum Minorum extare dicitur, alterum in bibliotheca Borromeiana. Nec
mirum esse potest si vetus & nouum Testamentum memoria tenuit; cum non modo
vtrumque studiosissime legerit, usque conseruit, sed semel, atque iterum exscripsit,
ut diligentissime potuit. Thucydidis historiam Demosthenes tam seruenumero descrip-
sit, ut succum eloquentiaz Atticæ retineret: itidem de factos sanctis Bibliis hic noster fecit
ut eorum distinctionibus, sententiisque vim ac potestatem sibi pararet, quam lucubrationi-
bus suis ostendit magna cum industria religiose laude. Eo ipso tempore, tum sacris stu-
diis, quorum ardore flagrantissimus erat, tum charitatis qua fratres Ordinis sui existie-
in Christo Domino diligebat; zelo incredibili incensus opuscula aliqua composuit, quæ
corum Conuentui in eleemosynam contulit ut in summa inopia inde etiam honestè pie-
que victum quæritarent. Quare cum nullum desidiz, otioque locum unquam reliquerit,
non desuit neque officiis, quæ ex normæ ac regulæ Franciscanæ præscripto & multa
& magna præstiterit; neque meditationum exercitationibus, quarum usu ceteris præluxit;
neque sacræ Ecclesiasticæque eruditionis progressionibus quibus mirabilem in modum
delectatus est.

Annus ferè septimus erat, quo ritè professus in Ordinis Franciscani religionem se X L
Dco dicarat: quo septennij spatio ad eum Philosophia, Theologia, ac literarum gra-
dum ascendit, ut magnam omnibus admirabilitatem excitarit sui sursumque præcellentis
industriæ, atque virtutis. Sed initium sapientie est timor Domini: quo illum diuine imbui-
tum non modo mirum sane videri deberet, sed planè credibile, atque adeo verum
est, omni præstantissimæ eruditionis accessione & ornatu auctum esse; cuius præser-
tim is & in perpetuo quadam solidæ sancteque humilitatis cursu institerit, & in
præclaris pietatis officiis, atque usu diuinarum contemplationum se continenter exer-
cuerit. Quæ profecto res, bene iuvante Deo, plurimum roboris, viriumque in primis
habent, tum ad progressionem, tum ad sumnam studiorum, quæ potissimum in sacra
doctrina ponuntur. Eamque ob rem rectè ac scitè, sancteque dixit S. Augustinus in
hanc sententiam: [Qui vult attingere profundum scripturarum, humilitate & Dei ti-
more vestitus esse debet.]

Lætiam Pariforum ad Alexandrum Alensem venit. Erat is Alexander Alen- X IL
sis, homo Anglus, Iurisconsultus sapientissimus, Theologæque scientia clarissi-
mus: qui mirabiliter, ut Annales loquuntur, Beati Seraphici Francisci religionem
amplexus usque adeo sua doctrina, pietate ac studio singulati eam illustrauit, ut
illo primum tempore in conuento Franciscano Parisiis, publicæ scholæ fuerint aper-
ta, ad quas omnium Ordinum, omniumque magnorum hominum concursus fa-
ctus sit maximus. In iis (ut testatur Ioannes Gerson, Stephanus Bruliferus, & qui
author est Fundamenti trium Ordinum) Doctor vere Angelicus Thomas Aquinas:
Tam præclaro autem Theologæ Doctore se usum esse aliquando scribit, ac protectori
Qua

ANNO CHRISTI 1243.	INNOCEN. IV. ANNO I.	FREDERICI IL IMPER. ANN. 34.	RELICTONIS MR. NORVM ANNO 36.
-----------------------	-------------------------	---------------------------------	----------------------------------

Qua testificatione manifestum perspicue esse potest ex praetantissimi magistri schola, tanquam ex bonarum artium officina, vnde summi viri prodierunt, se produisse: ut inde quasi agnoscar quod eti præ humilitate, ac præ sancto pudore ipse tacitum reliquit, recte tamen consequens est, cum tanti preceptoris suile discipulum, haudquam plane dissimilem. Est enim illud tritum sermone proverbiū: *Opsumi magistri, opsimus discipulus.* Si igitur magistri præstantia multum præclaras eas Bonauenturæ progressiones adiuuit: certe etiam non parum illum excitaſſe videtur, quem valde dilexit eiusdem magistri, aut certe eiusdem Parisealis Academie discipulus, Beatus Thomas Aquinas. Ij ambo Parisis charitatis vinculo, vite moribus, doctrinæ, pietatisque studiis itidem coniunctissimi, vt Athenis olim fuerunt illi duo, Bafilius & Nazianzen. quorū aliquam si cuncta recte perpenduntur, imaginem tunc referre videbantur.

XIII. Author est Rodulphus præter alia quæ passa est hoc anno religio Franciscana in causa schismatis Imperij cum Ecclesia, duos fratres Minores à Frederico Imperatore suspendio necatos quod literas Pontificias quopiam defere sint inuenti.

Non defuerunt his temporibus plura etiam diuinæ vltionis in reprobos, eosque qui sui status obseruantur minus inuigilant, quos ad terrorem & stimulum negligentium subiucere placet. Author est frater Thomas de Celano in antiqua legenda apud Marianum suile quendam fratrem in prouincia Tuscæ bonæ alloquin conuersationis, sibiique austерum, cuius prosectori insensus hostis sub falsa pictatis imagine hominem caute hæc via seduxit: existens porto Guardianus dum sollicitus & plus æquo domesticis curis intenderet, visum est tandem paupertatis professa angustias aliquantulum extenderet commodo plurium adolescentum nobilis prolapix, qui de sæculo ad religionem confugiebant: destructa ergo prioris conuentus humili fabrica, alterius loci amplitudinem, & commoda sestatu, alium denuo ædificauit, porticus in aulas protendit, & mundanæ vanitatis aliquam magnificientiam specie necessitatis intulit, non modo amplitudini, sed etiam curiositatē studens. Quanta autem Dei & status quem assumpsit, necnon Beati Patris Francisci offensa, sequens visio monstrabit: In somnis ipsi apparet sanctus Pater Franciscus vultu leuero ad vltionem & minas inclinante, cum vocauit; vi sequeretur protinus mandat; pergit ad ruinæ destructi conuentus, admonitus à sequente ibi amplius fratres non habitare, inuitatur ad nouum, respondit subiratus Franciscus se non agnoscere nouum pro sui Ordinis conuentu, pergit ad locum resectori, ibique vocatis fratribus velut ad castigandas culpas prout moris est, sed sit qui carnis aut inobedientiæ infirmitatibus subiacebant, mitius & in compassionis visceribus curabantur, eos vero qui in paupertatem impingebant, rigorosissime vicicebatur. admiratus ille Guardianus afflitos interrogauit, cur ea peccata quæ grauiora videbantur parcus contra paupertatem commissa atrociter vindicabat. Respondit: Frater, inquit, Ordo meus rigide & severe punit impudicos, & carnales, prælati autem id etiam curæ habent ut subditi promptè sibi obedient, in his ergo mea opera superuacanea est: verum sanctissima paupertas maioribus & minoribus nunc est obnoxia. Hic ergo manum apponere mihi necesse est; Tu proinde, conuersus ad fratrem, maledicte qui hospitium statui & simplicitati nostræ congruum destruxisti, & mundo studere volens, palatum ædificare tentasti, iudicium Dei, & incuri nequaquam effugies: cui ille tremefactus, ait: Pater, scis quam mihi sim austerus, & quam alienus à compunctionis mundi: replicat sanctus: maior, inquit, inde damnatio tua, qui tibi auferteris cum sis, animam tuam damnare, meamque regulam aliorum cœla temerare non dubitasti: his dictis visio disparuit: prædictus autem frater afflictus deinceps male & desperate dies suos finiuit.

XIV. Alius quidam frater vir deuotus in visione domum totam inspexit dæmonibus repletam altercantibus cum Beato Patre circa animam cuiusdam fratri defuncti, qui tum in domo infirmorum iacebat infirmus: allegabant peccata in paupertatem commissa dicentes, noster est, quibus superueniens Beatus Pater, sivester est, inquit, meus est habitus quem auferre vobis non licet: proinde extra caput miserum dimisit penitentem cruciandum, euigilans qui hæc vidit ad infirmorum domum festinus ac-

Marian. lib.
2.14.
Exempla di-
uina confi-
gationis in re-
probis.

Violante
paupertatu
prætextum.
Visio.

Visio in eum
qui intragref-
fus est pa-
upertatem.

Allud exem-
plum.
Marian. ibi-
dem.

cum

ANNO CHRISTI
1243.INNOCEN. IV.
ANNO I.FREDERICI II.
IMPER. ANNO 34.RELIGIONIS Mi-
NORVM ANNO 36.

Dilectus fratres fratrem in lecto mortuum iam offendit extracto prout in somnis vidit caputum. Siquid est quod idem subiungit : quidam enim frater ad alterius defuncti fratri cädauer in Ecclesia custodiebat vigilias : in oratione raptus vidit defunctorum dñeūm dñeūm ad pœnam, quem ut dñeūes rapiebant superueniens Beatus Franciscus iis euocatis caputum damnato præcidit, cum habitu inquiens, meo ad inferna non descendere : alter statim ad se rediens vidit prout visio ferebat, extractum caderueri capucium.

*Allud exim
plam.* In Anglia frater quidam sancte conuersationis, qui extasim spissimè patiebatur se X V.

mel à prandio dum fratres gratiarum actionem in choro referent præsente Minister amarissime sibi raptus est extra sensus, præcepit Minister ut omnes subsisterent finem operituri. Tandem rediens ad se prætatus frater vocatur à Minister, cui per obedientiam iniunxit si quid vidit ad aliorum ædificationem quantoctius sine tergiuersatione ediceret. Raptus, inquit, ad præsentiam iudicis sibi comparuerunt quatuor fratres Ordinis nostri hodie carne soluti. Primus autem onustus libris incessit, secundus habitum délicatum, & mollem ex precioso panno consectum gestabat, tertius non exiguum hostinum, mulierum, puerorum familiam ducebat, quartus despectus, humiliis, pauciosus, lacer fuit ; Christus quemque ex merito iudicaturus amandato Beato Francisco fecit interrogari cuius Ordinis fuere : respondit primus se fratrem Minorem esse. interrogatus quid sibi velit peculium librorum : respondit eos se possedisse causa studij : interrogat sanctus, opere complesti quod libri docent ? is respondit quod non, tum eldera ut proprietario & transgressor maledixit, cuimque ad pœnas ex sententia iudicis destinauit. Secundus productus & interrogatus sumiliter cuius Ordinis fuerit : respondit Minorum. Mentiris, inquit sanctus, quia Minores vilibus vtuntur vestimentis, non mollibus, & hic sumiliter maledictus rapitur ad pœnas. Tertius interrogatus de suo statu, respondit ut alij, Franciscanum se esse, ut quid tibi familia, inquit Beatus : hanc, inquit, in curiis aduocando luctatus sum, & hic maledictioni & pœnis subiectus est. regula tua, inquit sanctus Pater, præcepit : *non litigent, neque contendant verba.* Quartus interrogatus quis esset, respondit se maximum peccatorem esse, dignum omni pœna, expectare tamen misericordiam : Interrogatus tandem an frater Minor respondebat per Dei gratiam se esse, amplexum inuitat Beatus Pater ad gloriam dicens, Euge serue bone & fidelis intra in gaudium Domini tui. Hæc, inquit, sunt quæ vidi. Addunt alij Quintum qui Geometricis instrumentis & circinis onustus totus intentus struendis sumptuosis ædificiis incedebat, qui etiam damnationis sententiam accepit. Hæc summe adnotanda sunt fratibus, nam hisce viis prætextu studiorum, prædicationis, scribendorum librorum, causarum piarum, souendarum viduarum & pupillorum, erigenda structuræ mollices, infertus, & curiositas, rigor disciplinæ sensim & palam eneruantur, quies monastica interrumpitur, & mundus sub colore pietatis paulatim irrepens ædificij spiritualis primum normam confundit, deinde molestam ipsam totam destruit : nunquam hollis ingerit nudum hamum quæ oblitera deforis esca offert, & latens pilatur. quis tam eßrons vñquam fuit, qui ex proprio proprietate adstruet : pietas tamen in medium pietatis sufficit, infinitæ allegantur cause, interdum vera, interdum inuentæ. id cuique curat ne pietate seducatur : ne humana sit, que minus querat quæ Dei, & quantumcumque fornicatus Dei causas ostentet, interius tamen appetitum, non rationi obseruitur. Lapsus est certus si disciplina scopus, & nervus laxetur, nec pietas iuvat quæ statum destruit, non confirmat, seducit animas non reducit. conculsum ergo sit in religione nihil æquæ suspicio patere quam pietatem mundanam quæ sub honi operis velamine laqueum intentat : cum nec studium commodi, aut peculij in rebus etiam minimis obdormit sibi umbra nonnunquam spiritualis si uetus delitescens, ut sequens exemplum docebit. Quidam frater aliquin deuotus, & perfectionis tenax, dum conuentum ex mandato prælati mutaret, regulam seu instituti sui scriptam formulam, quam præ inanibus semper frequenti lectione terebat oblitus plus aquo affictus est. Eundem apparens sanctus Pater Franciscus de pusillanimitate vehementer reprehendit, quod rei temporalis studium usque adeo cordi inhereret, ut eius amissio tantam molestiam, & turbationem inuecheret. alter se humiliter excusans respondit, non libelli dispendium qualecumque doluisse, sed spiritualis consolationis quam ex eius tre-

*Fugiendo
pietas sufficit
ita.*

Studium co-
modum mi-
nimum deli-
rebit.

Et sequens exemplum docebit. Quidam frater aliquin deuotus, & perfectionis tenax, dum conuentum ex mandato prælati mutaret, regulam seu instituti sui scriptam formulam, quam præ inanibus semper frequenti lectione terebat oblitus plus aquo affictus est. Eundem apparens sanctus Pater Franciscus de pusillanimitate vehementer

reprehendit, quod rei temporalis studium usque adeo cordi inhereret, ut eius amissio tantam molestiam, & turbationem inuecheret. alter se humiliter excusans respondit, non libelli dispendium qualecumque doluisse, sed spiritualis consolationis quam ex eius tre-

quen

ANNO CHRISTI 1243.	INNOCENTII IV. ANNO I.	FREDERICI II IMPER. ANNO 34.	RELIGIONIS MR. NORVM ANN. 36.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	----------------------------------

quenti lectioне carpebar, subtractionem; allegat insuper mutua super hoc coliatione habita, officium prædicationis fratribus ex regula incumbe, quod sine libris exerceri nequit. Respondit sanctus nullum fratrem possedisse libros quin in horas mortis facti pœnituerit, intelligendus inquit Marianus de iis qui sibi libros appropriant, nam, ut interpretatus est frater Leo, intentio tam regulæ, quam sancti Patris fuit ut libri in comuni haberentur.

XVI. Ne præparatoribus suum iniuste subtrahamus documentum, quod apud eundem auctorem legi, subiungo. Quidam in Anglia frater magni nominis præparator populo gratius, curiosus tamen, Philosophiam aliasque sacerdotiales scientias Theologicas inferebat & velut mulieribus alienigenis non tonso ut præcipitur, crine, aut rasis vnguis verbum Domini commiscebat: oranti de nocte Christus apparuit librum apertum gestans, in cuius medio videbantur literæ aureæ venustissimæ, in marginibus lumen quod intolerabilem exhalabat fætorem, extrinsecus etiam admodum facie turpatus apparebat; cum inter alia interrogaret Christum quid liber ille turpis ex parte, ex parte pulcher figurabat. Respondit: litteræ, inquit, auctor sunt verba Theologicæ veritatis, fætor, & lumen sunt Philosophica, facies turpior significat curiosam superfluitatem qua mea verba multipliciter deturpatis. Hæc audiens præparator deinceps stylum mutauit sacra Scriptura & sanctorum doctrinis & verbis usus. Semel etiam apparens sanctus Pater Franciscus eisdem socio suo eundem de curiositate reprehendit: voluit Regula Fratricana c. 9. Sanctus Pater magis vacandum esse orationi, spiritui & operibus prædicari via, & virtutes, pœnam & gloriam cum breuitate sermonis per casta & pura eloquia, quia verbum abbreviatum diligit Dominus, cuius documentum in hoc præscriptis præparatoribus Concilium Tridentinum. Noluit certe comicam scenam pulpito inferre, aut puerilem iactantiam, commune huius temporis vitium, qua multi apparere magis quam proficere aliis cupiunt. Verbumque Dei non ex vero sensu, aut patrum fundata interpretatione magna audacia & irreuerentia tractant in obvium quodvis rapiunt, torquent, ad iocos interdum & nœnias ut nemini mirum sit si fructus non sequatur aliis, quam is quem ipsi potissimum histriorum more captant, vacuus & applausus; & peccata defectu præparatorum in Dei populo multiplicentur.

XVII. Transcamus ad Prælatos & seniores quibus sua etiam damnatio remanet si vitia subditorum ac iuniorum defectum non reprimant ut sequens exemplum probat. Quidam tentatione vietus ad pristinum relapsus gradum ab incepto religionis itinere iam mente & animo deflectit, nihil aliud meditans quam ad seculum regressum; sed Dei misericordia & eiusmodi ostento retentus, consilium & vitam in melius mutauit: de nocte dum quieti se daret apparuit Sanctus Pater Franciscus in somnis famulante plurimo infernotum spirituum satellitio, dæmonibus autem præforibus reliktis solus intravit conuentum Sanctorum Mariz do Angelis dictum, & vocato fratre Leone, aliisque sociorum superstribus subiratus interrogauit, ut fratres, inquit, meam regulam obseruantur respondent; aliqui tepidè, aliqui minus bene; & vos, inquit, cur super hoc obdormitis? non dicitis veritatem? pigros non stimulatis ad meliorem frugem? Surgite cito, inquit, circuite domum, regulæ transgressores producite dæmonibus illudendos; sed & vos minime effugietis, inquit, qui tantam fratum ruinam dissimulatis. Illis respondentibus se prævaricatores nequaquam posse discernere: ite, inquit, signum transgressoris in fronte circumferunt, circuierunt ergo frater Leo cum reliquis singulos ex proprio charaktere cognoscentes dæmonibus offerebant qui grauissimis tormentis subiiciebantur, inter alios rapta etiam & tentatus quem nec preces nec villa exemit pœnis supplicatio, totus autem territus & in hisce angustiis constitutus euigilauit, deinceps in virum sanctum eusit suz vocationi ac bonis operibus diligenter insitens.

XVIII. In hunc annum incident, auctore Gonzaga, primordia conuentus Sylvaneiensis. Conu. Sylvaneiensis. Anno namque quo sub Gregorio Nonno summo Pontifice sanctorum albo ascriptus est militia Minorum Dux inclitus Beatus Franciscus, videlicet 1228. in suburbis ciuitatis Sylvaneiensis infra limites parochiarum Apostolorum Principis Petri concessa est ¹⁷ pieratis intuitu fratribus Minoribus capella diu proto-martyri Stephano dicata in qua iuxta votum, annis quindecim cum Dei gloria proximique ædificatione non

ANNO CHRISTI 1243.	INNOCENTII IV. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 34.	RELIGIONIS MILITIAE NOKVM ANN. 36.
-----------------------	---------------------------	----------------------------------	---------------------------------------

minima diuina perfecerunt. Transactis vero dictis 15. annis tempore quo florebat Ven. P. F. Gaudfredus de Bria, alius prouinciae Francie Minister, nec non regulus Sancti Francisci interpres probatissimus, de dictis parceret, & loco translati sunt infra metas eius adis, quae est sancte Genouefae sacra: ubi priuio coquac pincipio benefactor Illustrissim. Neuello de Chanceruacho, milite Ordini. Regij strenuissimo conuentus, quo adhuc gaudent fratres Minotes est creatus. Cuius Ecclesia (vna collatum Doctoris Seraphici Bonau. insignis) famulatuvi diuino dedicata est beatissimo Iacobo maiore Christi Apostolo titulari, naui prius constructa affectu sincero beatorum memoris Simonis Bonneti, diuina clementia tuac praedicta ciuitatis Antistitis, nunc e regione supradicti altaris sepulti.

Error refutatur. Circa temporis obseruationem dubium occurrit quomodo hoc anno cathedralm Silvanectensem tenere potuerit Simon Bonneti, si rectus ordo in dictionis seu catalogo Sylvanectensem Episcoporum seruatur quem Demochares adnotauit ex Iacobo Bridou Doctore Sorbonio, & ex verisque Ioannes Chemu transcriptis. Porro Bonnetus sexagesimus octauus ordine ponitur, & 14. à Petro de Cressonart qui refertur inter viuos anno 1142 nec est verisimile tribus annis quatuordecim Episcopos vnam mutasse sedem, aut subvicem mortuis successisse. Hoc ergo dubium ex illius Ecclesiaz tabulis discutiendum a medio relinquo cum aliud non occurrat.

Platinus. Innocentius Pontifex difficilem, plenamque curis ingressus est prouinciam. cum diffidabat pax Italiz, Imperatoris Friderici perniciosi conatus, studium retinendi Imperij Constantinopolitani in Latinorum manibus, quod pene iam ad indigenas, & schismaticos dilapsum est, solicitude recuperandæ Ierosolymæ, & Sepulchri Dominici, quod profacuum est quouis turpitudinis genere, à Grossoni gente Arabica, impellente Soldano Babylonia; sed invicti animi vir, in his omnibus egregie, & indefessus versatus est, nec alia sollicitudinis officia contempsit.

Regestum epist. 111. 1. Scriptis sequentes literas ad fratr. Robertum de Colliuill. Ordinis nostri quatenus id quod supererat collectæ pecuniz in Terræ sanctæ subsidium curaret numerari ad auxilium mandatis collectam electam fr. Minor. Per tuas litteras intimasti quod cum Fr. G. fel. rec. G. PP. predecessoris nomine in istri pœnitentiarius ut redemptio vtorum Crucis signatorum Constantien. ciuitatis & subsidii Imperij Constantinopolitani. dicere colligi faceres, tibi duxit committendu: tu mandati super hoc tibi facti diligenter eutor, parte collectæ pecuniz praefato Pœnitentiario transmissa in partibus transmarinæ, partem reliquam, videlicet quadringentas libras, & amplius in tutis locis depositu in nomine Terræ sanctæ. Cum igitur in partibus Romanis, peccatis exigentibus, adeo diminuta sit potentia Latinoru, inuaescientibus hostibus contra eos, quod diu occurratur illis, & succurratur istis celestiter de statu Constantinopol. Imperij poterit non immerito formidari; volentes eidem Imperio quod temporibus predecessorum nostrorum multis exitit laboribus acquisitum, quantum cum Domino possumus, subventionis dexteræ aperire; prædicti tibi auctoritate firmiter præcipiendo mandamus quatenus quadringentas libras Turon. dilectis filiis Officiali & Priori S. Nicolai Ebroicen. quibus super hoc dingerimus scripta nostra, sine difficultate qualibet assignari procures, Nicolao Diauosalici mercatori Roman. qui dictæ pecuniz quantitatem procuratibus dilectissimi in Christo fili nostri Imperatoris Constantini. illustris existentibus in Rom. Cur. mutuauit vel eius procuratori assignandas. Reliquum vero pecuniz memoratz ad opus Ecclesiaz memoratz Romanæ fideliter studeas conservare; tu adatum nostrum taliter impleturus qui devotionem tuam exinde merito commendamus. Dat. Anag. 15. Kalend. Octobr. ann. 1. Ded. 1 & alias ad officialem Ebroensem quo facultas ei fit censuris, si necessum esset, vrgere pecuniz custodes, ad solutionem eius Fr. Guilielmus, qui dicitur Pœnitentiarius Pontificis Gregorii, fuit ille nostri Ordinis ad quem frequentes epistolas idem Pontifex, atque in variis causis direxit in Franciam, ut ex superscriptis appetat.

Indulsa A. postolica. Concessit non posse fratres obligari ad cognoscendas causas, vel sententias executas, incipiunt; Quietis vestra, &c. Dat. Anagni 7. Idus Octobris Anno 1. Item Ministris Generali, & Provincialibus concessit auctoritatem absoluendi subditos ab excōmunicacione alias reseruata, & cum ilidem super incuria irregularitate dispensandi Incipit epistolæ tempore. In: Lices ad hoc fratrum vestris ordinis. &c. Dat. Lateran. 2. Kalend. Novembrie Pontif. ann. 1.

ANNO CHRISTI 1143.	INNOCENTII IV. ANNO I.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 34.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 36.
<i>sibus, &c. Dat. Lateran. 12. Kalend. Decembris. Item quod celebrare possint tempore interdicti diuina, seruata iuris solennitate, Dat. eodem die & loco, incipiunt; Deactionis ve- stre, &c. Itetur ut non possint conueniri. Incipiunt: Cum iam per eius gratiam, &c. Dat. Late- ran. 11. Kalend. Decembris. Item quod nullus habitum ordinis deferat aut ei consumilens misi fuerit illius Ordinis membrum deferre possit, cum mandato ad Archiepiscopos, aliosque Ecclesie Prelatos quatenus à fratribus ad hoc requisiti, deferentes ad eius depo- sitionem censuris compellant. Incipit; Quia confusio habitus, &c. Dat. Lateran. 3. Kalen. De- cembris. Item quod Prelati excommunicationis censura notatos ob iniectam violentam mannam sive sint venientes à seculo nouitij, seu professi absoluere possint. Incipit; In iure Roder. ball. Canonico reperitur, &c. Dat. Later. 8. Kalen. Ianuarij.</i>			Ibidem. Ibidem.

Leguntur & alia inducta quibus secundz regulz institutum prosequutus est. 7. Idus Aug. confirmavit diploma Gregorij IX. quo Ecclesia S. Leucij cum annexis possessio-
nibus in sanctimoniales nostras Clarissas S. Mariæ de Monte eiusdem loci translata est. In-
cipiunt litteræ: *Assist petentiam, &c.* Dat. Anag. 7. Idus Augusti Pontif. An. 1. Item Clarissis <sup>Inducta Clari-
ssarum.</sup> monasterij S. Francisci de Arñales (Gonsagz Sabulosi, Samorenis dicensis in regno Ca- ^{Regelum} epist. 19.1.)
stellæ in Hispania, prouinciaz S. Iacobi, concessis (præter alia quædam quæ ex litesis con-
stant) vsum vini, & pulmenti, excepta feria sexta, quam ieiunare in pane, & aqua teneban-
tur, nisi in eum incidet nativitatis Domini festum aut B. Virginis, aut aliquod ipsius
monasterij solenne. concedit confessori super transgressionibus potestatem absoluendi
iniuncta pænitentia exceptis iis pœnis, quæ ad Abbatissam consuetudine vel statuto infi-
gendas devoluuntur. Incipiunt: *Divina afflentiam pietatis, &c.* Dat. Anag. 16. Kalend. Sept. Epist. 19.1.
Pontif. an. 1. Item monasterio Clarissarum S. Antonij Barchinone (quod nunc S. Claræ
nuncupatur & militat sub instituto S. Benedicti) confirmavit concessionem Beringarij il-
lius ciuitatis Episcopi factam de Capituli consensu super donatione loci (qui D. Antonio
Abbati sacer extitit) & renunciatione omnis iuris, quod ad se, & successores quoquomo-
do spectabat, taurum reseruato ceræ vnius libræ censu in beneficij attestacionem, & me-
moriam. Incipiunt: *Cum à nobis petitur, &c.* Dat. Anag. 11. Non. Aug. Pontif. an. 1. Item Cla-
rissis monasterij S. Sylvestri de Peretto Marsican. dicens (hæc est in prouincia Salernitana)
confirmavit donationem illius loci factam ab Abate, & conuentu Farfensi, cum decem
solidorum reservatione titulo census annui. Incipiunt: *Personas illas Apostolica Sedes, &c.* Epist. 110.1.
Dat. Lateran. Non. Nouemb. anno 1. Item confirmavit iisdem donationem, & concessio-
nem nobilis viri Andreæ de Pontibus super iure Patronatus ipius in Ecclesiam prædictam
S. Sylvestri competente, aliisque annexis. Incipit: *Cum à nobis petitur, &c.* Later. 18. Kalend. Epist. 150.1.
Januar. Item Abbatissæ, & sororibus monasterij S. Francisci Pragenis ob iustas causas di-
spensauit in rigore ieiunij & abstinentiæ concedens ob regionis constitutionem vsum vi-
ni, ouorum, pulmenti, laeticiniorum, certis diebus exceptis; aliaque quædam concessit quæ
in constitutione legi possunt. Incipiunt: *Più votis omnium, &c.* Dat. Lateran. Idib. Nouem-
bris. Iisdem concessit ut à nullo conueniri possint per literas Apostolicas. Incipiunt: *Vacan-
tibus amori celestium, &c.* Dat. Lateran. 7. Kalen. Decembris anno 1. Hoc priuilegium exten-
dit ad vniuersum ordinem eorundem monialium 1. Nonas Decembris anno 1. Incipiunt
literæ ut supra.

¹ Scripsit sanctimoniali Beate Agneti filiæ Regis Bohemicæ, professæ institutum S. Da- ^{Scrupulus B.}
miani, seu, quod nunc idem est, sanctæ Claræ. mouit illa primum, timoratæ conscientiæ ^{Agnete Bo-}
solicitudine, scrupulum super ea formula vitæ regularis, quæ tum inter sanctimoniales
Clarissas vsu currebat ex præscriptione Gregorij Pontificis cum adhuc in Minoribus præ- ^{hemia.}
cesset Ordinis Protector. Duo potissimum tenuere perplexam, alterum erat præceptum
obedientiæ in ipso eius principio expressum, quod ad singula ipsius formulæ ordinata, &
statuta videbatur sub mortalibz noxibz piaculo obligare. Alterum, quod ipsi formulæ literis
Apostolicis inserta hæc verba inueniantur, adinsecentur *Regulam B. Benedicti vobis tradi-
mus obseruandam, &c.* ac proinde moniales videri ad eius regulæ teneri obseruantiam, du-
rumque esse ad duas ac discrepantes viuendi normas astringi. Stimulum adauxit quod re
ipsa regulam S. Benedicti non obseruarint. Rogavit ergo ut duæ illæ clausulæ expunge-
rentur: huic proinde anxierati tollendæ sequentes literas dedit Pontifex Lateran. Idibus
Nouembribz.

ANNO CHRISTI
1243.

INNOCENTII IV.
ANNO I.

FREDERICI II
IMPER. ANNO 34.

RELIGIONIS MR
NORVM ANN. 36.

INNOCENTII, &c.

*Reverendissime in Christo filie Agneti sorori monasterij S. Francisci
Pragen. Ord. S. Damiani.*

*Eps. Ps. ad
filia regis Bo-
hemia Agne-
tiss.* [In diuinum timore nominis, & amore sollicita sepe tremula redderis, ne à te, vel mona-
sterij tui sororibus, aliquid contingat fieri, quod diuinę displiceat voluntati. Hinc est, quod
cum vniuersis Ordinis tui sororibus, sicut accepimus in virtute obedientiæ à Sede Apo-
stolica sic iniūctum, ut traditam eis regularis vitæ formulam inviolabiliter obseruare stu-
deat, & ipsa in monasterio tuo laudabiliter obseruetur, tu super eo quod in procēsio ipsius
formulæ Apostolicis literis insertæ dicitur, *Regulam B. Benedicti vobis tradimam obseruandam*
vna cum sororibus tuis in timore poneris, & anxietate grauatis. præsertim cum mortale
*credas committi peccatum, si contra præceptum huiusmodi aliquando veniatur, & im-
pertinet, ac impossibile reputetur quod in ordine tuo duz regulæ debeant obseruari. Qua-*
*re supplicatione humili petiueristi, vt duo verba p̄missa quæ de virtute obedientiæ, & re-
gula B. Benedicti dicuntur, amoueri de ipsa formula, & quædam de nouo, ac illa etiam fa-
cerentius in ipsa conscribi quæ dicto monasterio à p̄z mem. Gregorio Papa prædecessore
nostro specialiter sunt indulta. Nos quidem ad rationis consilium recurrentes, ex diuersis
causis expedire non vidimus, quod id facere deberemus. Primo quia prædictæ formulam
studio compositam vigilanti, & per Sedem Apostolicam confirmaram, dilecta in Christo
filia Abbatissæ, & sorores monasterij S. Damiani de Assisio, ac omnes aliz tui Ordinis so-
lemniter sunt professæ. Secundo quia ipsæ illam à professionis suæ tempore, vsque nunc
laudabiliter seruauerint. Tertio quia cum sit ipsa statutum, ut vbique ab omnibus eandem
profitenribus vniiformiter obseruetur ex præsumptione contrarij, graue posset, ac importa-
bile scandalum exociri, præsertim quia cæteræ sorores præfati Ordinis dum regulæ seriem
sic violatae, vel alteratam attenderent, turbatis mentibus in ipsius obseruatio, quod auer-
tat Dominus, citubarent. Tuæ itaque deuotionis plenitudinæ affectione paterna rogamus
in remissionem tibi peccatorum iniungentes quatenus de Salvatoris nostri dulcedine, ac
benignitate confidens cui nihil gratus mente humili, nihil acceptius voluntate potest of-
ferri, præfata formulam pro libro vitæ habeas, & ipsam reverenter, ac diligenter obserues,
eamque à tuis sororibus obseruati procures, cum illius tamén temperamento rigoris, de
quo idem prædecessor noster, & nos super quibusdam ipsius formulæ articulis ex Apo-
stolicæ prouiditius plenitudine potestatis. nec te, ac sorores easdem illud exterrat, quod de
virtute obedientiæ, ac obseruandæ B. Benedicti regula in eadem formula continetur, cum
pro eo quod sororum vniueritas, suos ab illicitis restringat affectus, & religiosæ vitæ studio
fortius astringatur, præceptum obedientiæ in illa positum fuerit, & adiectum *de B. Benedi-
cti regula* ut per ipsam quasi præcipuum de regulis approbatis, vestra religio authētica red-
deretur. Nulla tamen propter hoc necessitate vobis inducta, ut ipsam teneamini obserua-
re: sicut ex eo clare probatur, quod memoratus prædecessor noster præsente, & audiente
Ven. F. N. Ostien. Episcopo declarauit, quod regula ipsa sorores sui Ordinis non ligat ad
aliud, nisi ad obedientiam, abdicationem proprij, ac perpetuam castitatem, quæ sub alia
cuiuslibet religionis existunt, & in quibus consistit meritum consequendi perpetuæ felici-
tatis effectum. Tu itaque columba pacifica, tu filia virtuosa quiescas, & da finem men-
tis tua fluctibus, ut ne similia postulandi de cætero, resumas affectum cum tibi, ac eisdem
sororibus ad merendum præmia perennis vitæ suscipiat quod solam sepe dictam formu-
lam, cum Apostolicæ dispensationis remedii, ad Dei gloriam mundis cordibus obserue-
tis: prouisuræ vobis per humilis confessionis auxilium, si quando aliud ex fragilitatis hu-
manæ defectu ab aliqua vestrum agitur, quam in eadem formula, vel factis circa vos Apo-
stolicæ Sedis prouisionibus habeatur. Dat, ut supra.]*

Illud aduertendum circa illam clausulam qua Pontifex asserit Claram & moniales S.
Damiani professam esse formulam à Gregorio traditam, & obseruasse vsque in hunc an-
num id omnino verum esse, sed ultra hanc obseruauit eam quam S. P. Franciscus præscrip-
tit, quæ datam à Gregorio normam, haudquam encruat, sed perficit, vtque posterius, &
de ipsius consensu coque dum Cardinalis ageret assistente scripta fuerit. vnde cum mox
in cathedram Petri constitutus sanctæ Clæræ officeret possessiones tantæ compatiens pau-
perati,

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 35.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 37.
-----------------------	---------------------------	----------------------------------	----------------------------------

pertati, illa magno, ac constanti animo eas refutauit, in arctissima semper viuens paupertate, ut in praefata sua formula Pr. Franciscus prescripsit: vnde in officio eius canitur; *oblatas per Gregorium refutas possidere, &c.* quod & hisce verbis Alexander V. in Bulla canonizationis testatur; [Amatrix vero præcipua, & colona sedula paupertatis, sic illam suo affixit animo, sic eam in suis desideriis alligavit; quod semper in ipsius dilectione firmior, & ardentior in amplexu, adstricta & delectabili eius copula, pro nulla vnuquam necessitate discessit neque aliquibus potuit induci suasisbus ad consentiendum, quod suum monasterium proprias possessiones haberet: quamquam felicis recordationis Gregorius Papa prædecessor noster, de multa indigentia ipsius monasterij pie cogitans, libenter illi voluerit, pro sororum eius sustentatione possessiones sufficienes, & congruas deputare.] Sed de hoc in anterioribus annis. Alia vero dictæ epistolæ clausula resoluta plurimas ambiguities que emergere possunt ex epistolis Gregorij, quatenus Ordo S. Damiani dicitur sub regula S. Benedicti institutus, id nempe titulo & inuocatione intelligendum venit non obseruantia regulæ, aut illius status rigorosa professione, sicut religiones militares verbi gratia S. Steph. sub regula S. Benedicti militant, licet nullum eius particulare statutum obseruet. Præceptum obedientiæ, inquit, in illa potissimum positum fuit, & adiectum de B. Benedicti regula, ut per ipsam quasi præcipuum de regulis approbaris vestra religio authentica redderetur, nulla tamen propterea necessitate vobis indicta ut ipsam teneamini obseruare, &c. de hac regula quam Cardinalis Hugolinus tradidit aliisque variis infra erit sermo.

ARGUMENTVM.

Mortuus Haymo Generalis Minister, correxit rubricas Breuiarij & Missalijs, que corrotio in ordinarium S. Rom. Ecclesiarum transiit. Suborce in religione nouulla turba circa instituti veram obseruantiam. Innocentius confugit Genuum & inde in Gallias. Convocat Paeres Ordinis Genuam, eligitur Fr. Crescenctius Generalis Minister. Fr. Helias profugit ad Imperatorem, sed condemnatur ex sententia Pontificis. Fr. Rodulphus olim Alsatie Comes promouetur ad sacros ordines. eius exemplo institutum capescit Comes Scamburgensis. Fr. Laurentius Suevus ad Sedem Upjahren eligitur. Conuentus erat, indulcta Apostolica recensetur.

¶ Oc anno Anagniæ vita decepsit fr. Haymo Generalis Minister quam præfectoriam minus annis quinque gessit, electus porro anno Domini 1239. idque in festo omnium sanctorum, hoc anno in viuis esse debet antequam Cardinis Comitia generalia convocant. Pontifex Ianuatus, peracta auctoritate sunt ante mensem Novembri circa Octobris initium. Haymo vir fuit magna prudentia & sanctitatis, qui plures pro Ecclesia labores exanthlauit; eius bustum hoc Epitaphio ornatur.

*Hic iacet Anglorum decus, & decor Aymo Minorum
Vivendo frater, borgo regendo Fraser.
Eximius Lector, Generalis in Ordine rector*

*Mon. Haymo
in Generalis
Ministri.*

*Maria. lib. 1.
c. 11.
Marc. lib. 1.
c. 35.*

Primus versus contradictione & corrupte legitur apud Rodulphum & Willot, cum restituit Pitceus adiectione epitheti sic

Hic iacet Anglorum sumnum decus Aymo virorum

Marianum sequor ex ea. sincere transcribens ut iacet virtiosum quidem metro carmen, non sensu transmutatione vocularum & abiecta coniunctione rectè sic currit.

Hic iacet Anglorum decus Aymo Minorum.

Reducendus Pitceus qui mortem Haymonis in annum 1260. constituit, non recte contradictionem Breuiarij Romani ex prescripto Alexandri I V. eidem demandauit Innocentio præcipiente id factum scriptis Rodulphus, Henricus Willot, Posselinus & alij, antea tamen sub Gregorio nono, eiusque auctoritate Haymoni id curæ fuisse putarem, ex in-

Gg 3 dulso

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 35.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 37.
-----------------------	---------------------------	----------------------------------	----------------------------------

*Per Haymonem
corredu bres-
marium &
Misale apud
p[er] Ecclesiast.*
 dulo quod superius expressum est anno vltimo Pontificis Gregorij. Ceterum Haymonis illa correlio eo authoritatis peruenit ut non modo recepta sit per vniuersum Ordinem (vt præter alia monumenta docet epistola Ioannis Parmentis in Capitulo Merensi dabo anno 1249. quam ibidem dabimus) sed etiam in ordinatum S. Rom. Ecc. ritum transiit præcipiente Nicola[us] III. Pontifice: testem huius offero Rodulphum Decanum Tongensem cuius h[ec] verba sunt. [Sciendum tamen quod Nicolaus Papa III. natione Romanus de genere Ursinorum, qui cœpit anno Domini 1277. & palatium apud S. Petrum construxit, fecit in Ecclesiis urbis amoueri Antiphonarios, Gradualia, Missalia, & alijs libros officij antiquos quinquaginta, & mandauit vt de cetero Ecclesiis yrbis yterentur libris & breuiariis fratum Minorum quorum regulam etiam copirmauit. Vnde hodie in Roma omnes libri sunt noui & Franciscani, &c.] Eadem Iacobus Pamelius in prefatione ad Micrologum de Ecclesiasticis obseruationibus: & quantumlibet ille studio antiquitat[er] ut sibi videatur, retinenda, factum non approbet, consuetudo recepta, & auctoritate Pontificis introducta preferenda est, quam praxis & ysis doinceps confirmavit. Nec tum primum nec ultimum Ecclesia ritum prout occasio, aut tempus ferebat innovauit, aut in aliis quibus trahauit: nam id licuisse Tridentipum definit, & expediisse hominum mores, & instabilis rerum cursus docet, cum aliquando in contemptum, & abusum trahitur, quod alias venerationem & cultum præ se ferobat, quod variis exemplis demonstrari possiveatur huius argumenti tractatum longiorem in proprium tempus remittimus. Id nunc subindicare sufficit decipi Rodulphum in eo quod nouitatis officium Franciscanorum redarguit, demas quod emendatum ab ipsis fuit: porro Sanctus Rom. Ecclesia conformati in diuino officio regula præcepit, nec immrito interpretari sunt esse officium proprium S. Rom. Ecc. quod in Capella Papæ, & Collegio Cardinalium fuit in vsu, sicut vere in iis Ecclesia Romana subsistit, non in aliis congregationibus quantumlibet Romæ degant. Hoc officium assumserunt Franciscani debitoque ordine, ac ritu ex præcepto Pontificis dispositurunt, non aliquid nouu[m] inuexerunt.

Sanctus Antoninus viginti annos adiecit præfecturæ Haymonis, vicio, ut credo, imprefforis. Simili menda Gregorium decimum pronono substituit Henricus Willot, dum in Haymonis ad Grecos olim inciderit legationem. Varij sui ingenij monumenta taliique frater Haymo, de quibus agendum erit suo loco.

Generalis Ministri mors liberum contentionibus, & litibus forum concessit, nam præterquam quod frater Helias cum alleclis rei bene gerendæ non descendat occasionem in manus datam putarit vel recuperandæ dignitatis, à qua ut prætendebat iniuste, & per calumniam depositus fuit, vel certe si quod ei ius specierenus ad imposturam superfuit,

*fratrum & velut extinto zimulo illud liberius retinendi; qui & sancti P. Francisci notam intentiō-
nem socius, & agentis in terris secundo vicarius, regiminis, statuque longato ab inge-
nubilis eius experientiam, ac dænum operam, quā in reducendo Frederico posuit veligie tu-
Ecclasiæ merita vendicabat: præter h[ec], inquam, fratris Heliz machinamenta, & fa-
ctionem quæ magna fuit, & potens: Alia ex opposito superfuit, quam alij fratrum zelotar-
rum, & spiritualium no[n]iæ appellant, alij à sancto viro fr. Cæsario, quem persecutus est
Helias, Cæsarianos. Hi varia authorum iudicia experti sunt. Peregrinus de Bononia apud
Marianum phantasticos, & contentiosos appellat. Angelus de Clarenco, Marianus, Mar-
cus & alij æquiores sunt; homines sanctos, zelatores, & deuotos fuisse scribunt, inter
quos plures extitere socij B. P. Francisci, aliquorumque qui tum supererant, ut Aegidij, Leo-
nis, Ruffini communicatis consiliis regebantur, de quorum consensu septuaginta duos
fratres viros scientia, & sanctitate primarios pro informatione summi Pontificis, Prote-
ctoris, totius Romanæ Curæ delegerunt. Ego media inter præmissos authores vizioce-
serim, ut nec in omnibus à contentione excusandos, nec in aliis damnandos cœsuerim.*

*Quis porro nescit extirpandæ paupertatis, & disciplinæ monasticæ apertam esse pridem
ab Helia portam, quam ingressi plures eam ruinam, & confusionem inuexere sanctuario,
quam multorum annorum vigilancia, ac rigor restaurare non potuit. quin etiam eius
exempla liberius à quibusdam captata, in dies in ranta sensus humani pronitate noua sic-
bant, magisque frequentata, connuentibus interdum prælatis, interdum dissimulantibus
quod emendare non poterant, interdum negligentibus, parcis que sibi muneris functionem
exequentibus, interdum seductis quadam pietatis specie, vel tandem rei ignaris, ma-
iori intermixta accessione noxii in agro religionis suæ natura succrescebant.*

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MU- NORVM AN. 37.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Sed ex alia parte deploranda magis erat temporum iniuria, quam accusandi iniquitatis ^{Excessus} Praeclarus. Prælati, quibus mala displacebant, quæ emendare non licuit: is porro rerum in Italia status fuit. Superabundauit iniquitas, nulla Ecclesiæ aut bonis esse potuit pax, concurrentibus gladio & gladio, spirituali, & temporali potestate; religio passim contempta per profanos; malorum vltioni sola patientia, atque in Deum concepta fiducia restabat; quæ nonnullos excessus tolerandos magis studio pacis, quæ rerum iniquitate exulare videbatur, quam discutiendos, & ad forum reuocandos suadebant. Omnes etiam norunt in progressibus suis vehementiorem esse nonnumquam zelum quam prudentiam, & hanc tardis passibus, & compositis viæ longo spatio esse qui posse præcurrentem amoris flamam, quæ obvia corripit non discernendo materiam, personas, tempus, aliaque quæ expediunt, potuit ergo esse negligentia in Prælatis quoad aliqua, in zelosis vero quoad alia imprudentia; in toto omnes condemnare non licet ut ipso sanctos & iustos, nec excusat eum quia homines mortales. Corpus tamen religionis in medio sistens, hac membrorum inqualitatibus, ac diuerso studio diuexatum inter extrema securum iter tenebar, ut nec præ- ^{Corpus reli-} gionis solidi. tensus perfectionis intuitu aliorum contemptum præ se ferret, aut sacrosanctum pacis ac charitatis violaret seditione nexum, aut litigiis inturbaret silentium; nec etiam irreperente dissolutione labem soueret, aut probaret excessus.

Interim Innocentius Pontifex Anagnia in urbem rediens, continuo de pace cum ^{Traffam} Frederico tractauit, quæ cura & Balduinum Imperatorem, & Comitem Tolosatem facta ^{Pacu inimici} gauit, Frederico interim, eiusque nuntiis conditiones, & pacta in dies variantibus; nec parsimonia Ecclesiæ cedere, nec prælatos Amalphiano carcere detentos libertati redde- ^{Eius}; nec quidpiam tractandæ pacis sine scrupulo admittere volentibus, ut qui oculis capti ubique impingebant, & à quibus nullum erat periculum suspecta habebant. quatuor continui menses tractaribus eiusmodi sine fructu insumpti. Constituitur colloquio tandem Pontificis, & Imperatoris ex huius electione ciuitas, ut quidam volunt Castellana, locus idoneus. Blondus & Platina denunciato periculo congressum declinasse Inno- ^{Eius} centium assertum; falsum hoc esse probant litteræ quædam ipsius datæ in ciuitate Castel- ^{Blondus & Platina} lana hoc anno quas ad calcem indicabimus in circularibus Imperatoris quas ad sui dedit excursionem iuuenio Narniam deletam fuisse, quo Pontifex accederet; Imperator vero Interamnem, ut è vicino de concordia, & facilius coram agerent si occasio ferret, quinque tantum milliaribus distanties. Substitutus Pontifex in ciuitate Castellana nolens ulcerius (detestis ut credo insidiis) progredi. Cardinalis autem Portensis processit Narniam, inde ad Pontificem comitantibus Legatis Imperatoris reuersus; quibus responsum est non esse integrum Pontifici transire in Campaniam. Omnis ergo pacis conatus incassum ruit Frederico moliente in caput Pontificis. nec Concilium denique interceptis ab hoste viis Romam conuocari, nec ipse Pontifex ibi euto consistere potuit: clam igitur accessitam Januensem classem apud Centumcellas ut volunt Blondus & Platina, non Ostiz (ut ^{Blondus & Platina} Bzouius) concendorit, & prospera usus nauigatione peruenit Genuam. Sciens autem Ordinis Generalem Rectorem iam desisse, & subortas hinc inde animorum discordias, circa regule obseruantiam, somenium suggestente inimico, magis inualescere; nec alioquin ^{& alijs.} sine capite distorta ad compaginem membra reduci posse; ut omnia ad normam ordinarer conuocauit Ordinis Patres Genuam ad comitia seu capitulum Generale, ne ipso & curia in Galliis quo properabar degente, res in pessum discordia traheret, nec adesse qui succurreret, defuncto Generali, absente Curia.

Conveniunt ergo Patres ex condito Genuam: aduolauit & Fr. Helias vocatus à Pon- ^{Mariæ I.} tifice (ut minus verum esse constet quod de eodem Paris sub anno 1219. narrat) velut se- ^{C. 15} quester pacis inter Fredericum, & Pontificem, omnia ex parte Frederici impense pollu- ^{Marc. 8. p.} cetur, ut nec inutilem operam suam fuisse probaret Pontifici, quamdiu Frederico ad- ^{c. 16} hæsit. Heliam ad Capitulum sequuta sunt plurima suæ factionis capita, quæ non modica turbationis semina reliquis iniecerunt. suspectum habentibus iam notum hominis talen- [.] tum, & sequacium conatus, quibus nihil frequentius in ore versabatur, quam socium sancti Patris Francisci, & qui ipso adhuc viuente texit, maximè omnium ad gubernacu- ^{Sequacius} la Ordinis idoneum esse, experientia, & usu; cui sancti Patris totus in condenda regula ^{Helia.} animus, & intentio patuit.

Celebratur interim octauum post martem sancti Patris Francisci capitulum, quo in ^{Octauum ge-} generalem Ordinis Rectorem assumptus est Fr. Crescentius de leli, seu Aelius Minister ^{nnde capi-} tulum.

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII V. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 37.
-----------------------	--------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Brev. An-
tum. & Ro-
dulpb.*
*Auctor Me-
morialis.
Rodulp. I. s.
f. 170.*

Prouincialis prouinciaz Marchiaz, homo literis, & senectute bona venerabilis, declinante iam etate religionem assumpit, antea in seculo multis annis veriusque Iuris & Medicinaz peritus, extitit. Electio incidit in festum sancti Patris nostri Francisci hoc anno, non sequenti ut haber Antoninus, & Rodulphus, qui etiam eam constituit factam Assisi in eo forte deceptus quod ipse aliud Capitulum anno sequenti designet Assisi celebratum sub Crescetio cuius alij nulquam meminere neque quidpiam memoratu dignum in eo factum, ipse profert. Erroris etiam causam dedit author *Memorialia*, ut vocant, *Ordinis*, qui in Capitulo Genuensi superstitem scribit Haymonem, & acta Romz, & Bononiz præteritis comitiis commiscens illuc transfert, quem imitatus est idem Rodulphus ex parte agens de Generalibus, speciatim Haymone, quem amplexum fuisse Innocentium tradit excluso simul Fr. Helia. Hæc tamen reprobatio Heliz præsente Capitulo, & loco evenisse compertum est, mortuo Haymone.

*Reputation F.
Heliae.*

Fr. Helias porrò, eiusque pars in iudicium coram Innocentio vocatus, detectis dolis, VII. reprobari meruit, omni gratia, & priuilegio exiit, & solemini in comitiis declaratio-ne Pontificia declaratur priuatus frater: vnde tota prætentæ authoritatis siue ex Gregorij iudicto, siue ex alio quoque capite, machina summo fragili fundamento excidit, assem-clis proinde, aliisque fratribus disticto mandatum, ne eidem ut prælato obsequantur, ipsi-que inhibitum, ne extra causam amplius diuagetur, sed aggregatum reliquo corpori membrum sub suo capite famuletur.

*Apologia F.
Heliae.*

Ad hasce angustias præter spem inflatus pridem animos redactus, impotens sui exarit in rabiem, ad Imperatorem profugit, professi instituti priorumque beneficiorum prorsus immemor, sic apostata ab Ordine, Ecclesiaz rebellis, S. Francisci socius eot signatum, tantæquo sanctitatis, humilitatis, obedientiaz ocularis testis, & qui aliquandiu vita rigore, primis illis religionis columnis plurium opinione nec inferior, nec infiuctuose convixit, cui gregem suum denuo regendum comitauit B. P. Franciscus, qui totius religionis sus-fragiis bis præfecturam eius generalem assumpit. Tantam ruinam traxit vnius ambitio-nis pondus, quod olim Origenem & Tertullianum primarios doctores velut abruptos Ecclesiaz exturbavit, in eum Ianocentius Pontifex excommunicationis sententiam pro-mulgavit, & cõtumacem habitu religionis, omniisque priuilegio clericali priuatum fecit, ut completeretur de eo sancti Patris prædictio quam superius expressum, cuius precibus ac lachrymis totque sanctorum fratrum suffragiis velut ouis aberrans Ecclesiaz postliminio restitutus, prioris vita excessus sub morte amarissime luxit, ac communionem meruit: præuentus tamen morte ad habitum non est restitutus, aut instituto, quod deseruit, in-sertus, ut infra narrandum suo loco recurrit anno 1253.

*Cofista & mi-
racula S. Pa-
tri Franci-
ci colligun-
tur.*
*Legenda mi-
ficiorum de-
dicata ab
Epistola Leo-
nii. Ruffini
Angelii.
Rodulph.
P. 170.*

In eo Capitulo mandauit tam Generalis, quam omnes Patres datis per Ordinem voi- VIII. uersum literis, ut quidquid de vita, sanctitate, & miraculis S.P. Francisci occurreret, scri-ptis traditum ad ipsum Generalem transmitteretur. hoc speciatim tribus B. Patris sociis iniunctum est: nempe S. Fr. Leoni qui à confessione & secretis fuit S. Patris. Item sancto Fratribus Angelo de Reate & Ruffino qui inter primos eius duodecim socios sunt adsciti. Hi gnauiter operi incumbentes legendam quam trium sociorum vocant, dictarunt, in qua id præcipue suppletur quod ab aliis est omissum; opus perfecerunt in loco Græcij Provin-ciaz Romanaz 3. Idus Aug. 1246. perfectum vero scriptis sequentibus litteris ad Generalem direxerunt, quæ litteræ deinceps præfationis loco insertæ, præficiuntur operi.

*Reuerendo in Christo Patri Fratri Cresentio, Dei gratia Generali Ministro, Fr. Leo, Fr.
Rufinus, & Fr. Angelus, olim socij, licet indigni Beatissimi Patri
FRANCISCI reuerentiam in Domino debitam & deuotam.*

[Cum de mandato proximi præteriti Capituli generalis, & vestro, teneantur Fratres 1X. signa, & prodiga Beatissimi Patris Francisci, quæ scire, vel reperire possunt, vestre pater-nitat diriger; Vism est nobis, qui secus(licet indigni) fuimus diutius conuersati, pauca de multis gestis ipsius, quæ per nos vidimus, vel per alios scire potuimus, & specialiter per Fratrem Philippum Visitatorem pauperum Dominarum, Fratrem Illuminatum & Fratrem Massizum de Marignano, & Fr. Ioannem socium venerabilis Fr. Egidij, qui ab eodem fratre Egidio, & S. mem. Fr. Bernardo plura de eiusmodi habuit, sanctitati vestre, veritate

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI III IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 37.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

veritate prævia, intimare, non contenti solum narrare miracula, quæ sanctitatem non faciunt, sed ostendunt. Vnde propterea plerumque affiguntur locis insignibus, nam sunt miracula introitus ad fidem, ut ait B. August. at sanctæ conversationis eius insignia, & p̄ij beneplaciti voluntatem ostendere cupientes, ad laudem & gloriam summi Dei, & iam dicti Patris Sanctissimi, ac ad ædificationem volentium cius vestigia imitari. Quæ tamen per modum legendæ narramus, cum dudum de vita sua, & miraculis, quæ per eum Dominus operatus est, sint confessæ legendæ. Sed velut de magno & ameno prato quosdam flores arbitrio nostro pulchriores excerpimus, continuam historiam non sequentes, sed multa seriatim relinquentes, quibus hic pauca, quæ dicamus, & inter ea dunctaxat nihil supra, poteritis facere inseri, si vestra discrecio videbit esse iustum credimus, quod si venerabilibus viris dictas consecere legendas, hæc nota fuissent, ea minime præteriissent, quin saltim ipsa pro parte suo decorassent eloquio, & posteris ad memoriam reliquistent. Semper integre valeat vestra sancta pateritas in Domino, Amen. Data Gratiæ 3. Idus Augusti, anno 1246.]

Negotiorum etiam datur fratri Thomæ Celano (qui ex mandato olim fel. rec. Gregorij IX. edidit legendam quam in choro Fratres cantabant) ut tam sua (fuit enim S. Patri in Marian. l. 1. vita coniunctus socius eiusque sanctitatem expertus) quam quæ ab aliis transmittebantur, commiscens, stylo ad normam reduceret qui opus edidit legendam antiquam hodie dictam. incipit, *Placitis sancte universitatis vestrae*, &c. eam mox in compendium contraxit ^{c. 11.} *Thomæduus legendas cō-*
Fr. Bernardus de Bessa ^{Fr. Bernardus de Bessa} *appel.* ^{Thomæ} *Ceparanus.*
Fr. Bernardus de Bessa prouincia Aquitanæ S. Bonaventuræ socius, cuius initium est: *Quasi Sol oriens.* Celano substituit Rodulphus Thomam Ceparanum similitudine ^{14 c. 9.} *Rodulph.* tractatum de vitiis sanctorum Ordinis per modum dialogi compilavit, quem superius citatum reperies.

I. Cuius propensionis, genij, aut regimbris fuerit electus Crescentius ambigua scriptorum est fides: annis, & scientia venerabilem omnes docent; addit Fr. Peregrinus de Bolonia testimonium integratæ, zeli, & disciplinæ, quem verbotenus exceptit Antoninus, & author Memorialis. Longe ab hoc recesserunt alii, vt Rodulphus; [ex quorundam opinione prædecessoris, inquit, sui Fr. Helii sectatus est, affectus, & mores: ubique enim videtur debatur mira quedam in eo, & insatiabilis habendi cupiditas, murandi loca solitaria, & ædificandi sumptuosa, procurandi legata pia, & ultimas volūtates, & sepulturas, & acquirendi scientias seculares: crevitque in tantum temporalium rerum desiderium & effrenis libido possidendi, ut non erubesceret Fratres in partibus Italij pro suis votis implēdis palam pecuniam procurare, & recipere, & litigia in curiis exercitare; quæ vniuersitatem Religioni magnum periculum, & irreparabilem lapsum minabantur. Dolebant viri, qui in Religione tunc temporis scientia & sanctitate florebant, damnantes hunc viuendi modum; sed frustra nitebantur: tandem habito maruto consilio, convocatisque sociis quibusdam Beati Francisci, qui tunc viuebant, dolentes quod tam notoria transgressio irrepelleret, summum adire Pontificem constituunt, habito assensu LXXII. Patrum. Quo auditu Fr. Crescentius Generalis vna cum Fratre Bonadic eius socio, & Iuris perito, præcurrunt ad Pontificem narrantes falsa pro veris, affirmantesque in familia quosdam inobedientes existere, qui totum Ordinem turbant, & fractis obedientiæ loris superiorum mandatis non obediunt. Quibus auditis mandauit Pontifex eiusmodi Fratres corrindos esse, ut scandalorum occasions penitus extirparentur.

A Rodulpho non recedit Marcus totam facti inuidiam reiiciens in Fratrem Heliam, eiusque sequaces, qui persequi non destiterunt Regulæ, & veritatis studiosos, sanctosque zelatores. præiuic Fr. Angelus Clarenus. Nimium utique mihi declinare videntur ad extrema Fr. Peregrinus de Bolonia & Fr. Angelus Clarenus, ut qui contraria factionis partes sustinent, & horuerunt sub Generali Gondisaluo dum maximè dissensiones, & quæstiones circa Regulæ obseruantiam & Fratrum defectus ante, & post Concilium Viennense agitantur. Angelus studio obseruantiz ad separationem tendit, qui & sequaces habuit; Peregrinus vero, communitatem Ordinis, atque prælatos amplectens frusta ambitionem & libertatem perfectionis velo ostendi adstruit. Varia ergo studia in stylum irrepsere, & tam hic quam ille ita suas partes fouere videbantur, ut contrariam omnia deprimant; non negligunt tamem solidum narrationis corpus exponere, ut naturam

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 37.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

Marijan.
Petrus
Zelatorum.

naturam ab arte, & sincerum à peregrina impressione facile quisquam acutus deprehendat, ab his discordia inter authores emerit. Marianus incedit medius referens non defuisse qui solicitudinem Crescentij culpatent, non defuisse etiam, qui Ordinis paci expedire iudicarunt præuenire turbarum occasiones. quibus hac via recens electus obuiam iuit. Zelatores Regalz communicato cum sociis Beati Parris Francisci confilio se- ptuaginta duos fratres, ut dictum est, informando Pontifici, & protektorri destinatur: hoc auditum in Capitulo extiocta Fratris Heliz factione nouarum turbarum solicitudinem, & tactum ingessit maioris schismatis, ex Capitularium sententia & maxime iudicio Fratris Bonadie socij Generalis (hominis in saeculo magna experientia & in tribunaliū strepitū exercitati, ut qui iudex ante conuersationem exitit) præoccupandus erat Pontifex ; qui ut cupidus fuit vniōnis in Ordine, facile, & sine fraude, quod expositum fuit, credidit, mandauitque seditionis authores castigandos ac præuenienda esse pericula, quod promptè executus Fr. Crescentius, prefatos qui Genuam recta ad Pontificem contendeant scriptis ad Custodes, & Guardianos litteris mandat comprehendendi omnes, quos actiter reprehēsos in exilium ad longinquas prouincias alegauit. Inter eos fuere Fr. Simeon de Assisio, Fr. Matthæus & Fr. Iacobus de monte Rubiano, Fr. Lucidus dictus antiquior, & Fr. Manfredus viri scientia, & sanctitate præclarū, qui humiliiter, & sine repugnancia, quod iniunctum est, impleuerunt. Indoluerūt multi quod viri sancti tam atrociter sui status probatum zelum luarent, & succrescentem in dies transgressionem notoriam fieri, liberiusque per hoc nemine repugnante vagari. Alij è contra pacem & visionem præferebant religionis.

Hoc anno Fr. Adolphus (scripti ex Stadiensi) Comes olim Holsatiz, Sedem adiit Apo. XII stolicam pro dispensatione, quia ordines ardentissimo desiderio affectabat, & rediens dispensationem largam cum tali litera reportauit.

*Vniuersis praesentes litteras inspecturis, Frater Reinardus & Fr. Gerardus,
Domini Papæ penitentiarij, Salutem in Domino.*

*Dispensatus
cum Adol-
pho ut or-
dines sa-
pientia.*

[Noueritis, quod nos audita confessione fratri Adolphi, Ordinis Minorum Fratrum, præsentium portitoris eidem super omnibus articulis pro quibus duxerat ad Sedem Apostolicam adeundum, & de similibus sive minoribus si quos in obliuionem deduxit, de speciali mandato venerabilis patris nostri Orthonis, S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis, cui Dominus Papa plenariam super hoc concesserat potestatem, beneficium absolutionis impendimus, & ut ad omnes sacros ordines promoveri valeat, dispenseauimus cum eodem, iniuncta sibi penitentia salutari. Datum Later. 10. Kal. Maij Pontificatus Domini Innocentij Papæ IV. anno primo. Hæc Abbas Stadeensis ex eodem

*Stadeensis
Crantzii
lib. metrop.
c. 21. p. 137.
Rodulph.
sol. c. 14.*

Crantzii ex Crantio Rodulphus, & Abrahamus Bzouius qui repetendarum venit. porro Fratres Raynardum & Gerardum penitentiarios inscripti Ordinis Prædicatorum Rodulph. cum nihil tale scriperit Crantzii; nec præsumptio Bzouio hic quidquam confert qui cuculum ex officio coniicit, non quia penitentiarij ideo sequitur ordini Prædicatorum continuo addicendos: nam & Franciscanos etiam Pontificibus à confessione suis ex fine decretalium adstruimus. quæ Raynardum suum & Gerardum Franciscano etiam in Franciscanis. stirto restituunt; & id quidem ex Bzouio & literis Urbani IV. ad Imperatorem const.

*Crantzii
Rodulph.
sol. c. 14.
Raynerius &
Gerardus pa-
nitentiarij
adseruntur
adseruntur
Franciscanis.*

Michaëlem Palleologum anno 1264. num. 2. verba Pontificis sunt; *Licet itaque ab olim dilectos filios Simonem de Aluernia, & Petrum de Moras, Petrum de Crista, & Bonifacium de Yporia fratres Ordinis Minorum Apocrisiarios nostros super huiusmodi negotio sufficienter instructos ad tuam magnitudinem duxerimus destinandos, propter quod ipsi satis ad ea quæ scripti sufficere videbantur, tuis tamen gratis, & placidis illeci oblationibus, & ex concepto de complemento negotij spei certitudine confortati, excitati quoque tuæ puritatis affectu, quem ad nos & prædictum negocium regere ipsius tenor epistola ac memorati Crottonensis Episcopi expressio attestantur, tuæ saluberrimæ petitionis instantia debita cum Fratribus nostris attentione pensata & petitioni satisfaciendum fore decreuimus & petenti: & ecce Apocrisiarios nostros videlicet prædictum Episcopum nec non dilectos filios Gerardum de Prato, & Rayneriū de Senis Fratres Ordinis Minorum, pauperes utique Christi seruos, religione conspicuos, prouidos & discretos, ac nobis & fratribus*

ANNO CHRISTI 1244	INNOCENTII V. ANNO 1.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MINORUM AN. 37.
----------------------	--------------------------	---------------------------------	----------------------------

fratribus nostris gratos multipliciter & acceptatos, ad Imperialem excellentiam de ipsorum fratum nolitorum consilio destinamus, ut idem Gerardus & Raynerius, his quæ præmissa continebat epistola, & quæ idem Episcopus ex parte tuæ Celticudinis nobis retulit, ex ore tuo plenius intellectis, simul cum prædicto Episcopo, animum tuum in huiusmodi tam sancto proposito corroborare & confirmarent, teque ad melius salutaribus eorum modis incessanter inducant, ac mostra, & corundem Fratrum nostrorum vota tibi plenius exprimentis, vna tecum, & cum prædictis Apostolariis nostris, si præsentes in tua Curia fuerint, alioquin per seipso diligenter & feruenter intendant, ad preparanda illa quæ ad finalem dicti consummationem negotij fuerint opportuna. Hæc Pontifex: nec scio quo auctore præfatos Gerardum & Raynardum seu Raynerium Episcopus inscripsit numero primo eiusdem anni, cum contrarium plane insinuet Pontifex, Fratres tantum appellans Ordinis Minorum à pauperate laudatos. Fuit Raynerius prouincie Romanæ Minister vir sanctus, de quo alias suo loco erit sermo. Interim ad fratrem Adolphum quod instituti est reuertamur.

II. Fr. Adolphus subdiaconus rediens à Ioanne Episcopo, ordinis Prædicatorum magistro, in diaconum, & à Ioanne Lubicensi Episcopo, in aduentu Domini 13. Kater. Januarij est in Presbyterum ordinatus, qui etiam in Dominica, *Omnium terra* primam Missam in Zuen-tina, loco valde solitario, & fratum Minorum eremitorio, & in Namborch ubi Comes fuerat, in Quadragesima apud Minores fratres die S. Gregorii celebrauit.

Vixit in Religione annos quatuordecim, sicut est in oppido Ril sub lapide quadro in choro Fratum, de quo hoc magnæ humilitatis exemplar Rodulphus: Cum semel Adolphus lac mendicaret in hydriam, ut haberent operari, & fratres, qui ædificabant monasterium in oppido Küll, quo inter laborandum per æstum reficerentur, per medium platem à qua declinare iter non poterat, ibi hydriam baiulans lacte plenam, & cum obvios habuisset filios sublimes in equis Comitum, more secularium, passus est humani aliquid in animo, ut rubore coepit perfundi: sed ille se excutens confortatur, & robur metis aduocans, cum adhuc in conspectu essent filii, hydriam levatam super caput evectit, seque totum à vertice lacte perfudit, dixitque sibi: Infelix erubisti Christi pauperiem, baiulata lac in manibus, nunc vel in capite ostende quid portaueris. Quis non iure miretur tantam in tanto viro humilitatem, patientiam, fortitudinem? non debuit vidisse Abbatem Stadiensem Rodulphus dicens Adolphum peruenisse ad annum 1261. Ille enim ingressum eius statuit in annum 1239. à quo temporis rationem si ineamus, decimusquartus Religiosus incidit in annum quinquagesimum tertium. Huc non spectat quod idem auctore loco præfato subiungit exemplum liberalitatis Adolphi; & crediderim vicio Ammanensis irreplisse; alter enim, de quo ista scribuntur, longe diuersus est; Episcopus non Frater Minor, de quo etiam Crantz.

IV. Schamburgensem Comes idem vice exemplū sequutus est ædificato prius Minorum Chilensi conuentu, in eiusdem Ordinis Schamburgensi monasterio, de proprietate uxoris, quæ pietati & ipsa studiis, consensu fit Franciscanus hoc eodem anno.

V. Author est Marianus hoc anno fuisse reconciliatos Ecclesie Pisanos sequetus est Fratre Mansueto de Castellano Aretino prouincie Tuscæ, & familia Minoritanæ qui à secretis confessionibus Pontifici fuit, eiusque paenitentiarius. gratitudinis ergo Senatus Populusque Pisani Conuentum iuxta castrum Pisii ædificat aduocatis Fratribus Franciscanis qui illum incolerent. Fr. Laurentius octauus Vpsalensis Archiepiscopus circa hunc annum vel non longe post ad eam Sedem assumptus est. hic fuit inter primos qui Religionem Franciscanam amplexus est in Suecia. de quo ita historia Metropolitæ. Vpsalensis Ecclesiæ in regnis Sueciæ & Gotiæ collecta à Ioanne Magno Gotho Sedis Apostolicæ Legato eius Ecclesiæ Archiepiscopo. [Laurentius octauus Vpsalensis Archiepiscopus, tum ob insignis sanctimoniz professionem, tum ob eximiā in sacris literis eruditionem, omnium in se dilectionem & favorem conuertit, quando enim illi cœlestis patris familias nuncij, qui S. Francisci regulam proficebantur, primum in Sueciæ aduenissent, mox ipse renunciata omni huius mundi pompa, suscepitque huiusmodi viuendi instituto, Euangelicæ perfectionis ardentissimus obseruator, & prædicator erat, siueque exemplo plurimos inclitos viros, & nobili genere illustres, inmundanam, transitoriamque felicitatem Christiana humilitate coninuata, & ordinem S. Francisci proficeri perdocuit.

Quo

Auctores
citati.

Humilia
tum.

Error Re-
duphi.

comes Scâ-
burgensiæ si-
Francisanus.
Chilensis
Sarouæ
MS.
L. k. e. 15.
R. x. u. l. a.
P. i. s. a. n. s.
q. u. e. p. i.
s. t. r. a.
M. a. n. s. u. e.
F. L. a. u. r. i. u.
A. r. c. h. e. p.
i. c. o. p. u. s. t. E. d. o.
J. o. n. G. o. t. h. u.
i. n. M. e. t.
p. o. l. i. V. p.
a. l. c. u. s. i.

ANNO CHRISTI	INNOCENTII IV.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1244.	ANNO 2.	IMPER. AN. 35.	NORVM AN. 37.

Quo facto non parum confortata est nobiscum Christiana religio quando talis , & tam eximius vir doctrina , eloquentia , & prudentia præclaratus , abiecta , & squalida ueste circumdatus , verbum Dei virtute magna prædicaret , paratus pro nomine Iesu ; non solum contumelias pati , sed extremas quaque persecutions sustinere . Itaque cum ea sanctitatis professione nudum Christum pro nobis crucifixum sequeretur , nihilque minus concupisceret , quam ab ipso mundo / quem magnanimitter coquemperat) honorari : ecce totius cleri , & populi suffragiis in Archiepiscopum electus est , ut implerentur verba illius summae veritatis , quæ dixit : Nemo accedit lucernam , & eam sub modio ponit . Confirmatus est per Sedem Apostolicam eo tempore , quo vacabat imperium post depositionem Frederici II. Imperatoris , quæ accedit tempore Innocentij IV. anno 1244.

Elegitur Archiepiscopus.
Varius anno 1245. annō primo Urbani Papæ IV. & pallio Archiepiscopali insignitus . Hic in Pontificalem cathedralm sublimatus , officium pastorale insuperabili euangelizandi constantia , usque ad finem vitæ continuauit , sanis consilii suis proceres , ac plebem regni in sancta religione , Christianisque moribus , & legibus conseruauit , & cum multa per interregnum (in quod Pontificatus eius incidit) ad turbationem tuere viderentur , attamen singulari prudentia eius effectum est , ut nocentes longe minus auderent in innocentes . Erat ei perpetua familiaritate coniunctus nobilis ille , & generosus præses Iuarus Blao , cuius humeris post fata Regis Erici Baldi tota respublica nitebatur . Is sapientissimi Pontificis monito cupide Birgeri ducis Ostrogothi filium Valdemarum Regem fieri procurauit , omniaque regni negotia tam prudenter ordinauit , ut vterque videlicet , Pontifex , qui sapienter consilia tribuit , & ipse Iuarus , qui ea prudenter executus est , sempernam nominis sui gloriam posteris destinariit . Præterea Birgerum ducem nouelli Regis Valdemari patrem , multa seuerius in nobilitatem regni (præsertim in eos qui iam pridem Forchungis adhæserant) moliente à scelerato proposito reuocauit , iussitque , ut conuerteret gladium suum in vaginam , nisi velit & ipse gladio quandoque perire , prefatus omnium innocentis sanguinis terram Suecorum superioribus annis absorbuuisse . Proinde magis curandum esse , quomodo Deus placari possit maledictæ terra , quæ tunc

Monet Bur- gerum ab an- mis discede- re.
cruore innoxio adeò ebria esset , ut supergrediētes incolas vix sustinere posset . Hæc paterna monitio tantum valuit , ut generosus dux cum nobilitate in gratiam reuersus , omnia quæ pacis essent , studiose exequeretur , Deum pœnitentia placaret , monasteria & templa erigeret , sacerdotia institueret , Dei ministros coleret , filios suos mox in diuina lege diligenter instrueret , & tandem in numero bene , beatèque viuentium & morientium locaretur . Quo fatis absympto non longe post Laurentius beato fine quieuit , sepultus Euecopiæ apud fratres suos Minores , cum quibus viuens quiescere non sinebatur . Anno Domini 1267. tertio Nonas Martij .

Conventus Taruissinus et clausus.
Gonz. prou. S. Ant. Monialium conu.
Descriptio Taruiss.
Hoc anno ædificatum est monasterium matri Domini de Cella dictum extra muros ciuitatis Taruissinæ provincia S. Antonij de cuius statu & mutatione hæc Gonzaga ; Ne emergentibus in dies nouis per Italiam bellis , Clarissæ moniales , quæ monasterium sanctæ Matri Domini de Cella , à tuguriolo quodam in modum cellæ ibidem prius erecto , in quo deuota quædam fœmina per aliquot annos asperoram duxerat vitam , sic dictum , atque extra ciuitatis Taruissinæ muros anno Dominicæ incarnationis 1244. ædificatum , inhabitabant , militum iniuriis paterent , ut ad aliud intra eiusdem urbis mœnia , in honorem S. Mariz de Iesu (de quo impreſſoriarum) sibi de novo construendum , se transferrent , ex Taruissini senatus decreto cautum est . Ne vero interim prefatae sorores à superueniente hoste oppriterentur , omnes simul Venetias ad sanctæ Mariz maioris conuentum translatae extitentes , ubi per aliquot annos commoratae sunt : donec videlicet à Iulio II. Pontif. max. Apostolici cuiusdam brevis tenore Taruissum remeare , absolutumque iam conuentum (de quo supra) ingredi compelluntur . In quo eatum so. sub habitu & regula beatæ virginis Clariæ frequentius commorantur . Iulij II. summi Pontificis breue , cuius supra meminimus , quodque ab his verbis auspicatur : *Dilecta in Christo filia salutem , &c.* in huius loci archivis perseuerat . Taruissum ciuitas est in ea regione Italiz , quam olim Euganiz seu Veneti incoluerunt , celebris nomenque toti prouinciaz dedit Marchia Taruissinæ , olim Totilz ortu , deinceps Longobardorum Marchionum sede felix . Sile fluvio proluvit ; post varios dominos Imperium capescit Reip. Venetæ ex pacis cum Vicecomite

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS ME- NORVM AN. 37.
Vicecomite Galatio, & Scaligeris an. 1288. olim idem, in eam Rempub. celebratur probat, & constantis fidei; ut bello potissimum sub Julio Pontifice, & Maximiliano Cæsare innotuit, quo aliis titubantibus hæc ciuitas in fido constanter permanuit, ne quidquam hoste extrema mimitante.			
<i>Ædificatur hoc anno conuentus Aquensis prouincie Genuæ in Lombardia Cispadana apud Ligures. Ciuitas ab aquis calidis & medicatis & primis eius fundatoribus nomen coniunxit, dictaque est Aquæ Statelorum, condita ab eius appellationis gente Alpina Statelis, dicta primum ex Corio Sylvestra, non longe à via Æmilia sita, nota satis Græcis & Latinis authoribus, fidem eius in Romanos capescitibus arma Liguribus commemorat Liuius. Eius in Franciscanos beneficium ad præsens recurrunt: conuentum ædificauit B. P. Francisco sacrum, cinctum ipsius ciuitatis vallo. Ecclesiam primum concessit Canonicorum sacrum Collegium, anno 1244. adiecit Senatus, populusque congruam habitationem publicis excitata expensis. conuentus duodecim religiosis frequentatur. Est autem hic locus Inquiline ob religionem & aduenis aquarum & balneorum salubritate commendatus.</i>			
<i>Mutina in eadem Italæ regione via Æmilia olim Romanorum colonia, atque De- cij Brutii occiso Cæsare asylus, nunc Ducum familiæque Atestinæ sedes, eodem tem- pore Franciscanos recepit ædificato conuentu penes ciuitatis portam, quæ vulgo dici- tur Baionaria. Dum tamen incommoda, & distantia loci plurimum premerent Albertus Mutinensis Præsul primum lapidem commodiori situ vbi nunc degunt Fratres po- suit; Rodulphus variat annum fundationis nescio an vitio impressoris, nam libro 1. fol. 104. designat 1243. diem 12. Martij sub Innocentio IV. sed hoc non potuit esse, electo Innocentio VIII. Kalen. Iulij eiusdem anni. Statuendus præsens annus 1244. Eum locum potissimum duo exornant, alter qui inde prodiit Fr. Thomas Fignianus Mutinen- sis Ordinis Generalis præfetus, Patriarcha Gradensis, & S. R. E. Cardinalis Tusculanus de quo suo loco, alter qui ibidem sepulturam accepit B. Gerardus prædicatione & mira- culis insignis.</i>			
<i>Rodulphus quidam nobilis Venetus dum beatus Gerardus prædicaret de laudibus, & prærogativa virtutum beati Francisci, turbatus est; unde indignabundus domum rediit, somnoque arreptus est, tum per quietem intellexit ex ostensa sibi visione ma- ximam sanctitatem beati Francisci, ob eamque causam ædificari iussit locum sancti Francisci Veneris in honorem eius, & omnibus suis bonis pauperibus erogatis, factus est Frater Minor. Vxor vero eius in monasterio sanctæ Clarae cellit cum ascensu viri, & ita uterque seruuit Domino in omni sanctitate & religione. Factiones & studia partium Mutinæ extinxit, exules curauit revocando quacunque de causa exclusos. vir fuit can- ce prudentiae & sanctitatis, ut eum Partenses ubi prætorem adserirent, rebusque com- ponendis interponerent. Socius fuit B. P. Francisci, Mutina oriundus ex familia Rango- norum genere & monumentis celebri, nam & Lanfrancum Rangonum, ea inter ciues authoritate valuit, ut cum Guidonio Episcopo Mutinensi & aliis ciuibus dominium ciui- tatis Opizanti primum Atestino tradidisse ferunt Annales Bononienses anno 1288. 16. Kalen. Februarij. ex eadem familia prodiit Hercules Rangonus Purpuratorum Partium ordini à Leone decimo insertus ob summas virtutes: Item Hugo Rangonus Praeful Re- gienstum: Nicolaus Rangonus ac Gerardus arte bellica florentes, nec degeneres eius- dem Nicolai filii Annibal & Guido, quorum hic Leonis decimi Clementis septimi Fran- cisci primum Galliarum Regis, ac reipublicæ Veneris auspiciis præfecturam militare ces- sit: sed vel uno B. Gerardo familia illustris fuit cuius frequentior est apud antiquos memoria, quam particularis miraculorum quæ plurima extitisse fertur, descriptio.</i>			
<i>Scribens Innocentius quartus Pontifex Maximus ad Ferdinandum dictum sanctum Castellæ Regem, atque ad eius filium Alphonsum eius nominis decimum anno Do- minicæ Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, Pontificatus vero sui anno 2. qui fuit nonus ante B. Virginis Claræ obitum illis Damianitarum sororum (quo nomine tunc Clarissæ appellabantur) conuentum Collaris, quod Segobianæ dice- cessis oppidum est, attinetque ad Alburquerquentium Ducem, sub titulo S. Mariæ Mag- dalenæ erectum (de quo in præsentiarum) quammaxime commendat. ex quibus literis conuentus vetustas vixcumque colligi datur, reliqua monumenta incendio absump- sunt. in eo obseruatæ regulæ ab Urbano IV. moderata.</i>			

ANNO CHRISTI 1244.	INNOCENTII IV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 37.
<i>Huius & Leo-</i> <i>dy muram</i> <i>frates loci.</i> <i>Mag. Chon-</i> <i>Belgicu.</i>			
	Hoyz Fratres Minores à Capella S. Iacobi, ad locum, ubi nunc morantur, transfe- runtur. Fratres etiam Minores Leodij reliquerunt Ecclesiam, quam sere per decem annos inhabitauerant, & ædificauerunt in loco, qui dicitur Richerifons, super riuum nominatum Mendacij: de qua Ecclesia multo tempore ante fuerat dictum à pueri, Sebastiano nomine, postea fato eremita, qui dum in domo patris sui sceleret ad ignem, se poferebat. Certe adhuc cantabuntur in isto loco multæ Missæ deuotè, plures hoc tempore vitæ sanctitate & miraculis floruerunt quos infra congruis distribuimus locis subinciemus duntaxat in præsenti Apostolica huius anni indulta.	XIX	
<i>Tudula</i> <i>Apostolica</i> <i>Regell.</i> <i>Ep. 461.</i>	Secundo Idus Februarij concessit indulgentiam quadraginta dierum visitantibus de- uote præmissa confessione, & communione Ecclesiam S. Elizabeth in Marpurch à Fe- ria quinta in Cœna Domini usque ad dominicam Resurrectionis inclusive. incipit con- fessio: <i>Quoniam Apostolus &c.</i> Datum Later. Item Abbatissæ & inclusis Clarissim monasterij sancti Spiritus ciuitatis Roderici urbis & diæcessis confirmavit indultum Michaëlis Episcopi & Capituli, quo ab omni iure Episcopali eximuntur reseruato in temporalibus libræ unius ceræ quotannis tributo, in spiritualibus consecratione Eccle- siaz, altarium, benedictione monialium. Incipit: <i>Cum à nobis petitis &c.</i> Datum Later. 15. Kal. Maij ann. 1.	XX.	
<i>Ep. 668.</i>	Item 4. Nonas Maij datæ sunt alia simulis per omnia tenoris Abbatissæ & moniali- bus Damianitis monasterij S. Aguetis Tirasonensis diæcessis, quibus inserta Episcopi, & Capituli super loco extruendi monasterij, eiusque exemptione à iure Episcopali conce- lio, reseruatis iis quæ in præcedenti expressa sunt, confirmatur.		
<i>Ep. 680.</i>	Confirmavit simili tenore concessionem factam ab Episcopo Alstensi Clarissim mo- nasterij Alstensi S. Garaffæ supplens quemcumque eius defectum, potissimum qui ex ne- gato capitularium consensu resultate poruit. Dat. Lateran. 1. Nonas Maij. Simile in- dultum concessit Abbatissæ, & inclusis monasterij sancti Francisci Mantuani. Dat. Lat. Nonis Maij: incipit, <i>Religionis vestre meretur honestas.</i> Decimo septimo Kalendas Iunij confirmavit similiter exemptione parem factam ab Episcopo Lunensi Abbatissæ & con- uentui inclusatum S. Mariæ de Hermo eiusdem diæcessis, initium: <i>Quoties à nobis petitis.</i> Datum Later. anno 1. Item 2. Kalendas Ianuarij concessit Abbatissæ & conuentui eius- dem ordinis monasterij S. Catherinæ ut cōueniri non possint per literas Apostolicas quæ expressam Ordinis & concessionis mentionem non faciant; initium <i>Religionis vestra favor.</i> Datum Lugduni anno 2. Pontif. die. Item 11. Kalen. Maij inhibuit Fratres Ordinis Præ- dicatorum recipi ad habitum nostrum & secus attentatum reddie nullum. Incipit: <i>Quo-</i> <i>dos in Christo.</i> Item 15. Kalen. Iulij prohibuit recipiendos ad professionem novitios an- te annum probationis expletum, aut ullum ponendum obstaculum quo minus inte- grum existit, intra idem tempus vel ad seculum redire, vel aliam religionem ingredi.		
<i>Ep. 141.</i> <i>Speculum.</i> <i>4. tract. fol.</i>	Regestans. Incipit: <i>Non solus ad favorem conuersi &c.</i> Dat. apud ciuitatem Castellanam anno primo. Arch. Ara- ezzi. Specul. Regest. ep.		
<i>741.</i> <i>Arch. Ara-</i> <i>celitanum.</i>	Vtiusque huius decretalis cum certa moderatione dedit confirmationem 8. Kalendas Iulij eodem loco. Incipit: <i>Meminimus vobis olim. &c.</i> Item concessit fratribus extra sua loca, & conuentus degentibus posse officio diuino reliquis conformari 12. Kal. Iulij. Dat. in ciuitate Castellana. Incipiunt; <i>Pro vestro Collegio.</i> Secundo id. Maij prohibuit apostarates quoquo modo ab ordine assumi ad dignitates, incipit <i>in ordinis vestri regula.</i> Dat. Reate.		
	Præfatae constitutiones argumento sunt Pontificem colloquio Imperatoris locum XXI. præstitutum, videlicet ciuitatem Castellanam adiuisse, ibidemque aliquot substituisse dic- bus, tantum ab est ut periculo territus congressum subterfugerit. Dum autem Genuz ipso præsente comitia Ordinis generalia haberentur prædicantibus inter infideles Sar- acenos & paganos sequentes literas dedit 4. Nonas Octobris in vigilia S. Patris nostri Frâc.		

INNOCENTIVS, &c.

Dilectus filius fratribus Ordin. Fratrum Minorum presbyteris in terras Sarace-
norum, paganorum, aliorumque infidelium profiscientibus, Salutem
& Apostolicam benedictionem.

ANNO CHRISTI 1144.	INNOCENCIIV. ANNO 2.	FREDERICI II. IMPER. AN. 35.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 37.
-----------------------	----------------------	---------------------------------	---------------------------------

liceat vobis Christianis ibidem morantibus confessione peccatorum suorum audita pœnitentiam salutarem iniungere: ac ipsis si aliquibus excommunicationis sententiis sint asticti, iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium exhibere. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotētis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Ianuæ 4. Nonas Octōbris Pontificatus nostri anno 2.

ARGUMENTVM.

Celebratur Lugduni Concilium generale, deponitur Fredericus; persecutionem excitat ubique in Franciscanos. Minorite missi ad Tartaros cum legatione; cuius successus refertur, alij etiam predicationis gratia illuc destinati, alij ad Bulgaros. Exponuntur à Pontifice regula. Guardianis Cashalaunensi, & Tornacensi conceditur facultas absolvendi diaconos, clerum & populum à censuri per Metropolitanum latu. Fundantur aliqui conuentus & conceduntur priuilegia apostolica.

Hoc anno celebratum Concilium Generale Lugduni circa festum sancti Ioannis Baptistæ in quo proposito themate ex illo psalmi, secundum multitudinem dolorum mcorum: quinque potissimum causas exposuit Innocentius cōuocandi Concilij. Prima fuit collapsa disciplina. Secunda insolentia Saracenorum qui capta Hierosolyma, polluto Domini sepulchro Orientalium Christianorum res omnes miscebant. Tertia periculum Imperij Constantinopolitani & schisma inueteratum Græcorum. Quarta rabies Tartarorum, quæ toti Europæ excisa pene Hungaria, Russia, Polonia, Bulgaria imminebat. Quinta causa persecutio Frederici Imperatoris in Ecclesiam, ciusque prælatos. Communi tamen decreto exauthoratus est Fredericus; crux prædicata contra infideles Ecclesiæque hostes. S. Ludouicus Rex Gallæ mouet ingenti apparatu & viribus in Palestinam contra Saracenos depositionem sui in Franciscanos leucre vltus est ubique Fredericus quoad eam ex Pontificis sententia promulgarent; partesque Ecclesiæ non dilisimulanter adstruerent. Præter alia grauamina exacta ad unum omnes ex regno Siciliæ, ac Neapolitano. Nec securior eorum fors quicumque in manus tyraanni Entelini inciderunt; sexaginta Franciscanos necauit: vniuersalis fuit persecutio quaquamclum se diffudit Imperium etiam in Germania de qua hoc Chronicon M. S. Saxoniz. [Fredericus II. per Lugdunense Concilium Imperio priuatus furenter est fratres in Germania persecutus: vnde aspernitè sane miseris iniecta sunt probra: multi ex locis suis in exilium electi, multi vinculis alligati, quidam etiam è medio sublati, quia Ecclesiæ authoritati obedientes, tagquam filii iustas piz marris partes contra rebellantium improbitatem viriliter defendendas suscepserant: cuji præter fratres Minorites, alij Religiosi ne mussitate quidem contra auercent. Tunc etiam temporis Sigridus Moguntinus Archiepiscopus graues intulit Fratribus molestias.

II. Sunt qui in eo Concilio Lugdunensi adfuisse scribunt Tartarorum legatos, fide tamen constare nequit, nec is tuus ad religionem animus fuit indomitus gentis, nec liber potuit esse accessus post illatas clades Pannoniarum & Poloniarum. Hoc ergo sub Gregorio decimo contigit, fratrum Minorum ductu, & solicitudine; quorum opera ad mollienda effera gentis illius corda vsus est hoc anno Innocentius. Superioribus porro annis bipartito agmine velut inundatio per declivium effusæ in Asiam, atque Europam descendenter. in Asiam duxit Barthomij Georgianam regionem, Armeniam superiorem ad Ironiam usque Turcorum Regiam peruagatus, omnia ferro, & incendio fœde peruastauit. Alia vero manus Batone duce maxima vastitate Hungariam, Poloniam, Russiam, Gazam, amplissimas regiones affect: nec suppetebat Christianis alia patris virtutis causis Pannonicis, aliisque confanibus, quam apponuerent (potissimum in

Conc. Lugd.
Compedit.
ior Paris.
Causa cōno-
cādi Cœlī.

Fredericus
II. exautho-
ratus.

Persequitur
Franciscian-
nos.
Compilatio
Chronico-
ter historias
Germanie

a. 12. 6.

Addit. ad
Sch. Snaubur.

Chronico

M. S.

Excisiones
Tartarorum

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Exercitus
Bachii.* schismate Imperij, & Pontificatus) ut de Europa actum pene timeretur si cursu vi-
tis, & cædis barbari continuarent. & quantumlibet recesserint, comportandi spolia,
quam respirandi causa, aut laboris & belli tædio factum plures interpretabantur, cum
nec in tanta colluione fuerit restauracioni locus, nec cædibus, & spoliis gens afflcta
quietcere vllatenus videretur. author est Bonfinius quinies centum millibus equitum
trouisse Bachum in Europam expulsis primum Cumanis. tenuit simul reliqua, cuius vo-
*Exercito Hü-
garia.* tis ira numinis nō defuit peccatis excita Christianorum: maiorem luctum nunquam ex-
perita est inferior Hungaria, ut vix reliquie eius velut naufragio collectæ superfluerint, tri-
bus annis continua tempestate discerptæ. Hoc quartum cogendi Concilij motuum de-
plorauit Innocentius, & quoniam humana omnia deficiebat prædicationis hamo ad
veritatem, & moderationem oberrantes adducere studuit. Varios ergo Prædicatores a-
*Missi ad Tar-
taros Fran-
ciscanos.* lios Franciscanos, alios Dominicanos velut oves in lupos emittit. Scriptis ergo cum salu-
tari admonitione literis Regi, populoque Tartarorum amandauit Fratrem Laurentium
de Portugall. cum aliis Franciscanis in eam messem 3. Nonas Martij.

INNOCENTIVS, &c.

Regi & populo Tartarorum viam agnoscere veritatis.

Regist. [Dei Patris immensa benignitas humani generis casum, quod primi hominis culpa III.
corruerat, ineffabili respiciens pietate, ac illum quam diabolica prostrarat inuidia sugge-
stione dolosa, volens ex charitate nimia misericorditer reparare, filium suum virginem
consubstantiale sibi de cæli excelso solio misit ad infimum mundi solum, qui præ-
electæ virginis utero sancti Spiritus operatu conceptus, & ibi veste carnis inducus huma-
nus, indeque postmodum clausa maternæ porta virginitatis egressus, cunctis visibilis se
ostendit, humana enim natura cum esset rationalis erat æterna veritate tanquam optimo
suo cibo pascenda, sed pena peccati mortalibus detenta vinculis ad hoc est diminutio-
nis redacta, ut per coniecturas rerum visibilium ad intelligenda inuisibilia niteretur, ci-
bi rationalis creaturæ ipsius conditori facultas non sine commutatione, diminutione na-
turæ, ut visibilia sestantes, ad se inuisibilem factus visibilis revocaret, salubribus homines
institutis informans viamque vitæ ipsius indice doctrina demum demonstrans, dignatus
est post saecula conuersationis exempla, & Euangelicæ instructionis eloquia sub dñe
crucis supplicio mortem pati, ut pœnali vitæ præsentis fine pœnam mortis perpetuæ
quam protoplasti posteritas ipsius incurrit transgressione finiret, & de amaro mor-
tis calice temporalis hauriret homo vitæ dulcedinem sempiternæ; mediatorem nam-
que inter nos & Deum & mortalitatem habere oportuit transeuntem, & beatitudinem permanentem, ut per id transit congrueret morituris, & ad id quod per-
manet ex mortuis nos transferret. Pro humani ergo redemptione generis se hostiam
exhibens, illud suæ salutis hoste prostrato de opprobrio seruitutis eripuit ad gloriam
*Christi Vicarii
in terris.* libertatis supernæ sibi patræ ostium referando, & demum resurgens à mortuis, ac
in cælum ascendens, vicarium sibi reliquit in terris, cui animarum curam, ut earum
saluti pro qua suam humiliauerat altitudinem, vigilanter intenderet, & invigilaret
attente amoris eius constantia, trinæ professionis argumento probata commisit, &
tradens sibi claves regni cælorum per quas ipse, sive per eum successores, pot-
estatem aperiendi omnibus, ac claudendi eiusdem regni iaquam obtinerent. Vnde
prædicti Vicarij disponente Domino nos licet inimeriti successores effecti super omnia
quæ nobis ex iniuncto incumberent officio, ad vestram aliorumque salutem nostræ in-
tentionis dirigimus aciem, ad hanc præcipue mentis nostræ destinamus affectum, circa
eam diligenter studio, & studiosa diligentia vigilantes, ut errantes in viam veritatis edu-
cere, eosque lucifacere Deo, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Verum quia huma-
næ conditionis renitente natura, uno, eodemque tempore diuersis locis præsentialiter ad-
esse nequimus, ne vllatenus negligere videamur absentes, ad eos viros prouidos, & dis-
*Commenda-
tor f. Lau-
rentii & so-
nij.* cretos transmittimus vice nostra ipsorum ministerio circa illos Apostolicæ seruitutis de-
bitum exoluentes; propter quod ad vos dilectum filium Fr. Laurentium de Portugall. &
socios eius latores præsentium, Ordinis Fr. Minorū, viros religione conspicuos, honestos
decoros, & sacra scripturarum scientia præditos, ut ipsum Dei filium Iesum Christum fa-
lutari

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

lutaribus eorum eruditioribus agnoscentes suum gloriosum nomen Christianz fidei obseruatione colatis, duximus destinandos. Ideoque vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus eosdem Fratres pro diuina, & nostra reverentia, imo potius nos ipsos benigne recipientes, & honeste tractantes, eisque super iis quæ vobis ex parte nostra dixerint fidem indubitatem adhibere velitis, & cum ipsis de prædictis tractatum fructuosum habentes, prouideatis eisdem in eundo, & redeundo de securo conductu, & aliis necessariis, ut ad præsentiam nostram cum voluerint, tute valeant remeare. Memoratos autem Fratres quos tanquam diu sub obseruantia regulari probatos, & plene in scripturis sacris instructos, inter alios prælegimus, quia utiliores vobis fore credimus, tanquam Salvatoris nostri humilitatem lectantes ad vos duximus transmittendos, et si putassemus quod fructuosiores, & gratiosiores vobis existerent, vel aliquos Ecclesiarum Prælatos ad vos aut potentes alios missemus. Dat. Lugd. 3. Nonas Martij anno 2.

IV. Fratrem item Ioannem de Plano Carpini socium olim B. P. Francisci, virum magis fidei & disciplinæ tractandæ inter Christianos & barbaros pacis legatum cum sociis destinavit & scriptis sequentibus fuit rebus agendis per quam idoneus primus custos Saxoniz, mox prouincialis Theutoniz Ordinem propagauit in Bohemia, Hungaria, Norvægia, Dacia, Lotharingia: missus deinde in Hispaniam anno 1115. nunc autem ad Tartaros hoc literarum exemplar ad pacem, & humilitatem eos est adhortatus.

INNOCENTIVS, &c.

Eisdem Regi, & populo Tartarorum.

[Cum non solum homines, verum etiam animalia irrationalia, nec non ipsa mundalia elementa machinæ quadam natura fidei, sint vniione coniuncta, exemplo superiorum spirituum, quorum agmina vniuersorum conditor perpetua pacifici Ordinis stabilitate distinxit, mirari non immerito cogimur vehementer, quod vos sicut audiimus, multas tam Christianorum, quam aliorum regiones ingressi, horribili eas desolatione vastastis, & adhuc continuato furore depopulatrices manus ad ulteriores extendere non cessantes soluto cognitionis vinculo naturalis, nec sexui, nec ætati patiendo in omnes indifferenter animaduersionis gladio deservitis. Nos igitur pacifici Regis exemplo cunctos in unitate pacis sub Dei timore cupientes, vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus ab impugnationibus huiusmodi, & maxime Christianorum persecutionibus penitus defstantes, super tot, & tantis offensis divinitatæ maiestatis iram, quam ipsatum exacerbatione vos non est dubium grauiter prouocasse, per condignæ satisfactionem pœnitentiaz complacetis, nec ex eo sumere debetis audaciam amplius scuendi, quod in alios potentiaz vestraz furente inuicione Omnipotens Deus diuersas ante faciem vestram substerni permisit haecenous nationes, qui nonnunquam superbos in hoc seculo corripere ad tempus ideo prætermittit, ut humiliati neglexerint per seiplos, eorum nequitiam & puuisse temporaliter non postponat, & nihilominus in factum grauius vlciscatur. Et ecce dilectum filium Fratrem Ioannem & socios eius latores præsentium viros religione conspicuos, honestate decoros, & sacrae scripturaræ scientia præditos, ad vos propter hoc duximus destinandos, quos diuina reverentia, imo potius nos in ipsos benigne recipiatis, & honestifice pertractetis, fidem iis super iis, quæ vobis ex parte nostra dixerint, adhibendo, & cum ipsis super prædictis, & specialiter de iis quæ ad pacem pertinent tractatum fructuosum labentes, nobis quid vos ad gemitum exterminium moyerit aliarum, & quid ulterius intendatis per eosdem Fratres plenariè intimetis, prouidendo ipsis in eundo, & redeundo de securo conductor, & aliis necessariis, ut ad præsentiam nostram tutè valeant remeare. Memoratos autem Fratres quos tanquam diu sub obseruaria regulari probatos, & plene scripturis sacris instructos inter alios prælegimus, quia utiliores vobis fore credidimus, tanquam Salvatoris nostri humilitatem lectantes, ad vos duximus transmittendos, & si putassemus quod fructuosiores & gratiosiores vobis existerent, vel aliquos Ecclesiarum Prælatos ad vos, aut potentes alios missemus. Dat. Lugd. 3. Nonas Martij Anno 2.

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Misso fratris
Predicatorum.* Fr. Anselinus seu ut alij Aschelinus cum quibus sociis Ordinis Predicatorum in ean-
dem prouinciam est ablegatus ad eos qui descendebant in Asiam. male quidam veram-
que legationem confundunt, seu vnam faciunt, sicut ex vniuersque progressu, & suc-
cessu constat: res & gesta Fratris Anselmi seu Aschelini descripsit Fr. Simon itineris so-
cius, & laborum particeps obseruauit & Fr. Ioannes quz ubi & suis contigerunt, simul
cum moribus Tartarorum, partim experientia, partim ex aliorum fide. Verumque fide-
liter transcriptis Vincentius Bellouacensis synchronos: ex eo Antoninus, & alijs ex qui-
bus eam quoad nostros attinet variato paululum stylo comprehendemus.

*Vincentius.
Antoninus.
Blondus.
Marianus.
Paulus A-
nil.
Genebrar-
dos & alijs.
Itinerarium
& successus
Franciscano-
rum.* Frater Ioannes cum sociis (inter quos fuere etiam quidam legati Alemanni Car-
dinalis serui, eorum obsequiis necessariis deputati) progressus in Bohemiam, ut inde
itineris, & aliorum tutius rationem iniret, exceptus est à Rege Bohemiæ alias sibi fami-
liari, & communicato consilio, suasis pius Princeps ut iter per Polaniam, & Russiam
legerent. transmisit ergo eos ad ducem Silesiz Boleslaum nepotem suum, prouisus
necessariis expensis & seruio conductu: Boleslaus alias etiam familiaris, & propensus
in Fratres exemplum patrui secutus, eos curauit per fines suos deduci ad Conradi
ducem Lautisciz, cuius tum hospes fuit Vuasilico Dux Russie, qui eosdom plebe
informauit de statu, & progressu Tartarorum, tum inde legatis, quos ad ipsos de-
stinauit, reuersis, nihil que terruit pauperes Christi, quam quod mubera offerret ty-
rannis, & principibus in tanta inopia deberent: eo tamen intellecto qui alias reliqua,
cum ipsam contemnunt necessitate, distractis iis, quz in tanti itineris subsidium si-
delium pieras est elargita. curarunt ergo eni varias pelles ad usum castrensem, & indu-
menta, in pretio habitas à barbaris. hoc audito dux Conradus cum uxore, Episcopo,
aliisque nobilibus plures liberaliter contribuerunt, quorum precibus dux Vuasilico eos
propriis expensis secum in Russiam conduxit, & aliquot dierum mora detentos refecit:
rogarunt interim synodus Episcoporum conuocari, egerunt de vnione cum Ecclesia

*Agens de
vnione cum
Ruthenis.* Romana præseutatis ad hoc suz Sanctitatis mandatis, instructione, & literis quibus Ru-
thenos ad Ecclesiam abdicato schismate inuitabat; sed in absentia Ducis Danielis, eiusde
Vuasiliconis fratri res coepra non potuit perfici, omniaq; in regressum rejecta sunt. Da-
niel tū agebat cū Bathi apud Tartaros. Dato itineris duce eos Vuasilico dimisit Kioniam

*Informati cō-
quiescent.* metropolim Russie, non sine imminente à Luchuanis qui itinera obsidebant periculo,
securi à Ruthenis, qui maxima pars excisi pene sunt per Tartaros. Damilone licet ad
mortem usque infirmati, ne quid detrimenti mora inferret iraba seu veste, per niue & si-
gente bruma aduecti sunt Kioniam, quam tunc millenarius seu chyliarcha quidam Tar-
tarus infedit. de itinere instruxit, equos mutandos suavit, assuendos autem Tartaricos,
qui obducto ubique campo pabulum niuibus sepultum vnguibus suffodere didicissent,
cum nec aliude neglecto apud Tartaros omnis eiusmodi prouincialis usu, possent susten-
tari. Relictis ergo pristinis equis, duobusq; ad custodiaw seruis donatus ex fratum pau-
peritate chyliarcha alios conductarios, & comites itineris dedit, inde duorum dierum iti-
nere peruenient Conomem villam Tartarorum secundo post Purificationem die octa-
uo & amplius à missione sua mense, inde datis à præfecto equis, & cōductu, delatis ad aliū
locum cui præfuit scellestus quidam Micheas, inuenitis tamen placatus eos deduci cu-
rauit ad primam Tartarorum stationem quam ingressi sunt feria sexta post diem cine-
rum in hospitium armati irruerunt Tartari vociferantes & quinam essent percunctati.
Responderunt à sanctitate Domini Papæ legatos venire, & truces postmodum cibo ob-
lato velut rabidos cicurarunt canes.

*Prima Cu-
stodia Tar-
tarorum.* Sequenti die occurruunt prædicti & maiores rationem itineris, quinam, & unde veniret vll.
sciscitati. Quibus ex argumento litterarum Pontificiarum summarie respoderunt se Do-
mini Papæ qui pater Christianorum nuncios esse ad Regem, principes populumque Tar-
tarorum mandata de mutuo fœdere ac pace concilianda deferre. Pontificem ipsius bene
esse, & agnitionem veritatis cupere ac peroptare ut fidem Christi, sine qua non est salus,
recipient, populo Christianorum aggregentur plurimum admirari super tantra strage ab
ipsis commissa Hungarorum, Morauorum, Polonorum, à quibus nec Iesu, nec la-
cessiti sunt; suadere ut Dei offendam vereantur, ac de præteritis agant pœnitenti-
am, de futuro abstineant ab eiusmodi incurribus, rogans insuper ut rescribant su-
per præmissis, animumque suum declarent. Quibus auditis Tartari responderunt
transendum esse ad Corinzam, non enim est ducis. Accedens ero munib; equos,

*Ratio itine-
ri manife-
statur Tar-
taris.*

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI I. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
& itineris duces ministrarunt p̄tra mīlo cursore, qui de aduentu, & legationis summa Du- ceq̄i admonerent. Hic excubat contra Occidentales, ne quid inde ex improviso in- grauit; expedita sexaginta armatorum milia ducit, recepti apud Conizā in castra, & rogati primum per ducis procuratores responderunt Pontificem munera nulla pro tunc mīlūsse itineris periculo, & incertitudine; se tamen de expensis viz subtracturos honorarium Duci offerendum. Ad colloquium admissi eadem, quæ supra, exposuerunt, admouiti prius de cardine villatenus calcarent quod religioni & reverentiz Tataris illud sit. Ob- tulerunt litteras Pontificias, defuit tamen idoneus interpres, qui eas transferret, quan- tumvis Kionia conductum haberent. Assignati igitur equi ductoribus tribus Tataris qui ad Ducem Bathi eos comitarentur. Hic secundus ab Imperatore habetur, & superiori- bus annis inuasit Hungariam. Secunda feria post primam Dominicam Quadragesimæ se itineri compiliarunt, ter, aut quater in die equos mutabant velocissimos, tota die pleno pursu properantes, & aliquoties etiam de nocte, vix tamen feria quarta maioris hebdo- made iter consecerunt. Pertransierunt totam Cumanorum patriam, terram planam, ^{Terra Cumana} quam quatuor magnoa fluminis longis interuallis secant, primum fines discernit Rusciz, & vocatur Nepr; eiusripam ex parte Rusciz insedit dictus Coniza, & alias eo pote- state maiore dicitus Monib; cum subiecto agmine ad campestria diffusus. Secundum appellatur Don, illud incolis Bathi gener. Terzum amplius est, vocatur Volga, ubi se- des est Bathi. Quarto nomen est Laes quod hinc inde à duobus Chiliarchis custoditur. Hi omnes pastorum mores, & vicem sectantur, hyeme ad mare & loca calidiora descen- dunt, zelazq̄e p̄cūm p̄mōggs, & ymbraq̄. Flumina illa piseibus abundant, exone- ravit in mare magnum quod Czecic brachium S. Georgij appellatur; littus autem ma- ris plumbis diebus obequitabant per glaciem periculi non expertes. Praecurrerant duo Tatari, qui de eorum aduentu p̄trauociarunt, peruenientes tandem à statione Bathi ^{peruenientur} tercio miliari, & p̄ una leuca diuina sunt p̄etransire. Fratres religione primum moti id negarunt, accensos in via rogos iussi sunt p̄etransire. Fratres religione primum moti id negarunt, verentes ne falso cultus quidpiam subesset, sed postmodum instructi nihil tale pertinari, solum veneni infectionis, aut doli per hoc recepta Tatarorum consuetudine remoueri suspicionem, annuerunt, declarantes euacuandæ suspicionis causa se consentire, cultum autem vel superstitionem nequaquam intendere. Coram admissi causas aduentus sui exposuerunt, proferunt litteras Pontificias & poscent idoneos interpretes, qui eas fide- liter transferrent; feria sexta Paracœus translatæ sunt fideliter litteræ Pontificis in Tar- taticam, Rutheniam, & Arabicam linguam, eas diligenter legit Bathi & singula adnota- uit. Hisq; reliquis quos transierunt speciem Regalis eminentiæ & magnificenzi p̄ se serebat. Tentoria eius ex tela confecta sunt ampla satis & magnifica, ea fuere Regis Hungariz, Belz, tribus ab hinc annis infer. alias regni gazas direpta. portis eius assiliebant custodes, distributis officiis aulicam seruabat Euchonomiam. eminentiori loco velut ^{Bathi aula.} clatophroso liniul cum uxore sedebat, reliqui deinceps humilioribus sedibus in medio conuident tam filij, quam fratres, reliqui deinceps huius à dextris viri, à sinistris fœminæ; Fratres à sinistris locati sunt, qui inter Tataros venientibus legatis honor abferuntur, quamuis in aula Imperatoris iussi sunt à dextris sedere. Sub vesperam di- missi, iupiq̄i, una milii scutella eaque semel, prima scilicet nocte donati, liberalitatem principis exhauserunt, cui plus donasse oportuit. Sequenti mox die quæ incidit in Sab- bachum laotum vocatis ad tentorium principis, obvius fit procurator eius, indicans de- cretum esse negotiū summam à beneplacito Imperatoris Coniz pendere, in Tatariam proinde transiendum esse, relictis interim ibi aliquibus sociis qui cum litteris principis reversuri essent ad Pontificem. Id ita conclusum; Fratres etiam Ioannes & Benedictus suis coniuxerunt cum totius itineris relatione, sed latores inde ad Montiam ducenit re- gressi ab eo in aduentu denuo Fratris Ioannis ex Tataria detenti sunt.			
Dominica Resurrectionis, salutatis sociis, nec sine anxietate, nescientes an in ^{Transfūt in} vitam, aut mortem p̄gerent oblatos equos concenderunt, ita quidem labore & ine- dia confetti ut vix scipios regere possit, aut equitare. Tota porro Quadragesima aliis que ieiuniorum diebus difficultissima, & maxima itinera excurrentes solo milio, & sale su- stentabantur, arque aqua, quaria nive & glacie liquefacta exprimebant. Quod supererat Conizæ octo continuus diebus sunt permensi, mox ingessi terram Kangitarum, eam ^{Terræ Kan-} ^{gitarum.}			

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

vsque ad ascensionem Dominicam triginta duobus diebus percurserunt. terra est hæc, exparsa aqua, à paucis proinde tum habitata, eius incolas sicut & Comanos occupatis eorum sedibus deleuerunt Tartari; nihil autem frequentius occurrebat quam excisa cadauera euulsa cranæ præteritæ stragis fœda & luctuosa monumenta. Hinc occurrit patria Bisentiorum, qui lingua Comania loquebantur, secta erant Saraceni. Hic passim inueniunt maximarum urbium ruinas, diruta castella, villas depopulatas, & desertas, huius Dominus appellabatur Altisoldanus cum tota stirpe & Tartaris est excisus. Terra maximis, & altissimis montibus exurgit: à Meridie prospicit Ierosolyma cum Palæstina, terraque Baldai, atque Saracenos, quorum finibus imminebant duo principes Tartari Germani Burin & Cadan nepotes Chingiscam primi Imperatoris Tartarorum; filii Thudax. Ab Aquilone vero terram habet nigrorum Kythaorum, & Oceanum, eam incolit Siban frater Bathi. Plurimum dierum spacio ab Ascensione Domini vsque ad 17. Junij hanc emensis terram nigrorum Kythaorum proxime legerunt; in ea Curiam excitauit Imperator, cuius præfectus conuocatis magnatibus ciuitatis, duobusque Regis filiis applausum more gentis hospitibus, & legatis assuetum, exhibuit. inde digressi ad ripam maris occurrit exiguus collis sedes Aëoli in cuius visceribus venti totaestate atroci murmure cōgrediuntur, sed mox hyeme ad excidium & terrorem prætereuncium angusto meatu qd summo vertice pater, erumpunt. secus dicti maris ripam pluribus diebus obequitarunt quod angusto extenditur alueo, pluribus scatens insulis. Declinantibus ad dexteram, antiquissima Tartarorum se Curia primum ostentat, quam defuncti Imperatoris vna viorum inhabitauit, & rexist: maiorum porro memoriz, & cultui statutum est inter Tartaros, ne defuncti principis extinguantur nomen, domus, aut familia, sed eius vxori committatur, ceu dote assignatis impensis, & vestigalibus. Non fuerunt admitti in Curiam, quia necdum Imperatorem Cuinz salutarant, extenso tamen non longe procul tentorio eos caute excipientes vna detentos die refecerunt præfetti. His salutatis in vigilia S. Petri, & Pauli patriam Naimanorum intrarunt. Incolæ erant pagani sectantes plurimatatem deorum, Tartaris moribus coniuncti, animo discrepantes, à quibus deleti sunt cum Kythariis. Terra inæqualis, pascuis idonea, & subiecta Aquiloni, & brumæ ardente caticula nonnunquam riget; vnde in ipso SS. Apostolorum die vbertim ningebat, hanc multis diebus, & magna festinatione excurserunt, quos mox vera & antiqua Tartarorum qui Mongalli dicuntur patria excepti, & vix tandem in festo S. Matris Magdalenz ad Curiam Tartarorum peruererunt, licet mutatis quinques in die quantum serebat velocitas equoruim qui pernicissimi sunt sine mora properarent, tota die sapientie ieiuni; hæc festinatio ex mandato Tartarorum fiebat quo interessent legati coronationi Imperatoris & comitiis, in quibus maxima gentis splendebat potentia, quam ad suos reuersi possent referre: appetitus porro famæ etiam in sordibus & inter barbaros viger, & suum quisque aliis non modo præfert, sed præferri ab aliis cupit.

Cum peruenissent ad Curiam Imperatoris Cuinz curauit iis seorsim ab aliis affigari hospitium honestius quidem quam vt aliis legatis præparati solebat, ad colloquium tamen non admisit, quia necdum electus imperio se ingessit; præmissa ramen ad ipsum fuit literarum interpretatio per Ducem Bathum scriptis etiam iis quæ de itineris causa Fratres pridem retulere præsenti. Post sextum diem Fratres ad matrem remisit vbi comitia inibant Duces. Viderunt tentorium ex alba purpura capacissimum, & circum extensem, vbiique tabulatum, excelsum, duabus portis apertum quatum vna soli patet Imperatori nec alij cuiquam. Alteram armati hinc inde obsidebant, & auersis dumtaxat habebat ingressus. Duces in tentorio conueniebant atque de rebus Imperij ad meridiem usq; discurrebant, à meridie autem incipiebat compositio lactis iumentini in maxima copia, & ingluwie: inter barbaros autem legis & fidei ignaros ea fuit Sedis Apostolicæ reverentia, vt eius nuncios intra tentorium auctos solos admiserint, quamvis simplices & pauperes à quibus lucrum expectabant nullum. Gerolaus autem Dux Rusciz, pluresque alij Rythaorum, & Solangorum; duo etiam filii Regis Georgiz, nuncij Califi de Baldac Soldani, alij etiam plusquam decem Soldani, & in vniuerso legatorum, vt ferebatur, qui munera, & censum deferebant, ultra quatuor millia, foris stabant, & extra tentorium & tabularum locatis ministrabant escæ & lac iumentinum quod ibi in deliciis habetur. Fratribus autem qui ciuismodi lautiis, stomacho insuetum nondus refusiente, libenter

Excepit in
Curia Tar-
tarorum.

Remisit ad
Imperatricem.

Mores Tar-
tarorum. &
ingluwie.

Nuncij Pon-
tificis ab
prælati.

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

cedebant, honoris gratia ceruicem propinabant, & gratiam se praestare existimantes, officiose vrgebant ne parcus biberent; intelligentes tamen id onerosum esse religiosis, cesse-re. Post aliquot hebdomadas ad aliam stationem, quarta inde leuca distantem in planicie intra montes sicam transitum est. dicta est Sirorda, id est, curia aurea, nec immerito (nisi præter vsum sit tentorium curiaz appellatione indigetare) columnæ vbique laminis aureis exaltatae splendebant, iuncturæ fixis aureis clavis omnes inibant. Hic sublimandus Mutata statio.
Curia aurea.

erat Cuius, & in throno primum adorandus in festo assumptionis Beatissimæ Virginis, nis-tanta grandinis copia interuenisset, quæ mox resoluta pluribus exitio fuit, absorptis tor-rentis instar repentina inundatione. In festo ergo die Sancti Apostoli Bartholomei con-tigit præmissis quibusdam preculis versus meridiem procedentibus sacrificulis, reliquis genuflexis præter religiosos Fratrem Ioannem & socios qui vim aut institutum formularunt, si-quidue incantationis seu falsi cultus ingerebat, ignorantes, eidem deferre noluerunt, si-cut nec Imperatorem in throno reliquorum exemplo adorare, cum eius non fuerint subditi.

Electus & sublimatus in thronum videbatur 40. annorum, aut ad summum 45. vir-mediocis staturæ, prudens, sagax, & tantæ moderationis, & grauitatis tenax, ut raro, aut Etiam, & di-
spacio Imperatorum.
nuquam riserit, aut circumspetæ maturitatis vultu principe dignum, vel ad minimum animi gratia deposuerit. Dicitur indixisse bellum omnibus Christianis, quantumvis Curia Tur-
cica.
Greci clerici qui Curiam eius incolebant spondebant fore Christianum, nec inane ex-pe-
tationis id signum fuerit quod ante tentorium collegium sacerdotum diuinis officiis ex Collegium
Sacerdotum
alibus.
Grecæ Ecclesiæ consuetudine vacantium datis expensis souebat. Hic acciti sunt ad Im-peratorem Fratres, scripta, & publice coram Imperatore & Ducibus nomina recitauit Gingai protonotarius; accessiti & alij nuncij, sed pauci intra tentorium recepti. Primi in-
ter reliquos Fratres statuebantur, post eos Dux Geroslaus. Hic invitatus à matre Impera-toris veneno interierit. Possider Russiz partem quæ Suldal appellatur. Inde ad alium lo-cum itum, ubi Imperator à matre sua separatus est; eidem denuò fistuntur Fr. Ioannes & socij, sed remissi sunt per eum ad matrem, ne testes adessent cum per eos dies bellum Oc-cidenti indicerent: regressi ergo denuo ad Imperatorem Fratres hæserunt in Curia pene per mensem, quorum inediā aurifaber Ruthenus interim subleuavit. Expensæ porro quæ ex parte Imperatoris assignabantur, vix per diem sufficiebant, nec aliunde deficiente foro prouideri quidpiam potuit. Vocati tandem ab Imperatore per protonotarium edi-xit ut scriptis agerent, suamque mentem ac negocia porrigerent. Id factum est, interrogati deinde an quispiam apud Pontificem fuerit chorateris seu Tartaricæ, Ruthenicæ, aut Arabicæ peritus. cum talium linguarum usu in Pontificiis esse negarent Fratres, expe-dire tamen dixerunt ut lingua Tartatica litteræ darentur, quas per Saracenos interpre-tatas transfert̄ ipsi Fratres in linguam Latinam. utramque tam epistolam, quam interpre-tationem deferrent ad Pontificem. In festo S. Martini Kadach totius Imperii procurator Kingay, & Bala cum notariis accesserunt ad Fratrum hospitium, eisq; literas Imperatoris scribunt ad Pontificem.

de verbo ad verbum diligenter interpretati sunt, clausulam per clausulam reddentes: Fratres autem in lingua Latina excipiebant & singulas clausulas iterum reddebant Saracenice seu Arabicè subentibus Tarratis ut experimentum fieret si interpretatio fideliter, & sine errore fieret. Vnde inter Fratres suisque qui Saracenorum linguam callebat ea-met si eam forte non legeret crediderim, alioquin non capio quomodo à Sarace-nis interpretatam epistolam Latine exciperent, cum illi Latinam linguam non cal-lebant.

Proposuit Tartarus suos etiam nuncios ad summum Pontificem una dirigere si id Fratres postularent; sed hi pluribus de causis id consultum esse non putarunt. Prima ne-tantis Christianorum visis, & auditis discordiis magis animarentur in Europam mouere, timebatur. Secunda explorādi causa mitti sub prætextu legationis. Verebātur tertio ne eis inuitis in itinere lapidarentur à turbis, superiorū temporum, ac malorum acerbatis me-noria; nam & duo servi legati Germanicæ quos ad eum Fratres cum litteris remitrebant labitu Tartatico, vix mortem euaserunt, nec progredi licuit, nisi mutata veste. Nec alio-jin operæ fecissent, cum specialia non deferrent mandata præter ea quæ litteris conti-ebantur. Hisce de causis non probabant Fratres eorundem missionem; licet id Tarta-s non ibiunarent; urgentibus tamen ut legatos ipsi ab Imperatore postularent responden-tur.

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII V. ANNO 3.	FREDERICI II., IMPER. AN. 56.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	--------------------------	----------------------------------	---------------------------------

derunt hoc sua non referre, sed Imperatoris, & mittendos iudicaret; ipsi saluum condu-
ctum præstarent, quantum liceret & cum Dei auxilio possent.

Dimissi fratres regrediuntur. Sic tandem sine legatis dimissi ad Imperatoris matrem, & ab illa donati singuli pura vna, & pellicea veste obducta pellibus vulpinis, tota hyeme regressi, & sapient in aperto campo & niuibus dormientes multa passi, vix tandem in festo Ascensionis Domini ad Bathi ducem peruenetunt, à quo conductum accipientes, cum aliud scribere nollet ad Pontificem, recedentes eo salutato, sabbato infra octauam Pentecostes peruenient ad Montij principem. Hic assumptis sociis, ac seruis Cornifam perrexerunt, qui eis comites assignauit duos Cumanos qui sexto die postquam Tatarorum nouissima custodia egressi sunt eos saluos duxerunt Kiouiam nono, vel decimo Iunij. Eis occurunt Kiouenses cum maxima exultatione tanquam à morte suscitatis congratulantes, nec secus per Russiam, Polonię, Boheimiam recepti. Vvasilico dux, & Daniel frater eius solenni apparatu exceptos, octo diebus detinuerunt quibus cum interim tractarunt quod ad abnuendum schisma & perfectam unionem spectarent, Rutheni autem confirmarunt quod alias in ea materia per legatum suum actum est, nouisque nuncios cum litteris ad Pontificem vna cum Fratre Ioanne & sociis destinarunt. Post duos annos *Legato Ruthenorum sc̄cū conductū.* 1247. regressus est fr. Ioannes & socij ad Pontificem. Quo primum anno Fr. Ascelinus cum sociis peruenit in exercitum Tatarorum in Perside, festo translationis S.P. Dominicī, ibique sub variis vexationibus, & laboribus annum unum magna constantia, & patientia habuit, mox dimissus rediit cum litteris & nunciis Barothnoij Duci, postquam tres annos septem menses toto itinere consumpsisset, exemplar litterarum exscriptus Vincentius capite 51. nihil aliud præter insolentiam & typum barbaricæ superbiz continent.

Erroris refutantur cuiusdam circ̄ea presentem historiam. Quidam modernus Ecclesiasticæ historiæ scriptor huic legationi plures errores com- XIII. miscit prætexens ex Vincentio, Antonino, Plato, & aliis (apud quos frequens est eius memoria) narrationem excerpisse, cum illi nihil minus scripserint: inter reliqua aliter Ascelinum sociis Fratre Ioanne de Plano, ac Benedicto Minoritis, postquam in Tatarorum conuersione non contempnendam operam posuisset in intima Persidis penetrasse, & legatione pro Christo fundum martyrio tandem simul cum iis duobus occubuisse. Cum verique horum salui ad Pontificem rediissent, & diuersis itineribus, ac regionibus fuerint dissipati. Nec ipsi eiusmodi legationis historiæ fructum conuersorum paganorum ullum commemorant quamvis singula pene occurrentia diligentissime adnotarint. Ideo verba

Hiero. Platus de bono stat. rel. l.l. cap. 10. Hieronymi Plati de fructu Franciscanorum inter Tataros non ad Fratrem Ioannem Planum, ac socios referenda sunt: legationis non missionis titulo ad eos transierunt, sed ad alios qui missi sunt superioribus litteris ut opus conuersonis, & prædicationis inter ipsos perseverantes, ac permanentes non intermitterent. sic Platus; [idem (supple Franciscani) etiam ad Tataros neque semel adierunt primum ab Innocentio 4. missi anno 1245. quo tempore cum magnus hominum numerus Euangelium admisisset; paulo post multo plures illuc operari destinati, monasteria multa instituta, denique res Christiana felicitate prorsus administrata]

Franciscani in Bulgaria missi. Neque ad Tataros duntaxat prædicandi Euangelij causa misit Innocentius Franci- XIV. scani in instituti professores, sed etiam reducendo Regi, & populo Bulgarorum qui ab antiquo quidem primo fidem à Sede Apostolica acceperunt; sed mox ad schisma & errores Græcorum defecere, quibus ut recte deinceps, & ex vera sententia ad gremium Ecclesiæ redeuntes, saperent, dedit Lugduno sequentes. Hortatus similiter ut ad Tataros, aliosque infideles liber & securus fieret transitus Franciscanis.

INNOCENTIVS, &c.

Illustri Colmano in Bulgaria imperanti Deum diligere
& timere.

Littera ad Regem Bulgaria. [Cum simus super Apostolicæ Sedis specula constituti vehementer dolere cogimus, & XV. turbari, cum à capite membra quædam videamus esse divisa, suæque divisionis dampnum tamquam mortificata non plangere, nec sentire. Nempe orthodoxorum neminem credimus,

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
<p>credimus, iam latere vnum in terris caput esse tantummodo, ex quo totum corpus contexitur militantis Ecclesiz, rerum id exigente natura, quz corpus si habuerit duo capita indicat monstruolum. Probat hoc idem ratio exemplaris zterni, iuxta quod militantem Ecclesiam sub veroque tempore disponendam per instructionem Euangelicam didicit legislator Paulo Apostolo referente; vide, facito omnia iuxta exemplar quod tibi in Heb. 4. monte monstratum est, vbi diuina dispositione hierarchiz per media, ultima ipsaque per primam mediatori omnium convertuntur, quod imitandum fore necessario peregrinati Ecclesiz scriptura sacra tam figuris, quam testimoniis assertit, atque probat. Vnus Adam ^{Vnus adam} deputatus ad custodiam Paradisi, vnam est sortitus vxore, vnum Dominum Iesum Christum in iustitia & veritatis saceritate creatum, eiusdemq; vnum in terris vicariu, & unicum eius sponsam Ecclesiam prefigurans. Doctore gentium attestante: sacramentum hoc Epb. 1. 31. inquit magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Lamech vero, quod humiliatum significat, dum vxorem vnam diuisit in duas, sanguinarius est effensus, & virum in vulnus suum occidit, ad instar cuius, qui Ecclesiam scindunt occidunt animas parvulorum. Deinde salutis arcam tantum vnam fuisse legimus, quz cuncta vastante diluvio super vnius Patriarchaz remigis parentatu paucas animas sub perfectionis numero reseruavit. Facti cuius mysterium pastor: Ecclesiz Petrus Apostolus tangens ait. In arca Noe 1. Pe. 1. 10. pauci, id est, octo animz saluz factz sunt per aquam, quod & nos nunc similis formz salvios facit baptisma. Ipsa etiam veritas gentium vocationem prædicens assertuit quod in ouili suo vnu tantum debeat esse pastor, fiet inquietus vnum osile, & vnu pastor. Ad hoc Ioa. 10. 16. ouile Paulus ipse diuina clementia reuocatus docet, & prædicat vnum caput esse tenendum fide pariter, & amore. Vnde schismaticos, & ab unitate corporis Ecclesie per inobedientiam recedentes notans, virandoisque insinuans ait. Nemo vos seducat volens in humili- Colos. 1. 18. rate, & religione quam non vidit angelorum ambulans fructu, inflatus sensu carnis sua, non tenens caput ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei. Nulli fidei venit in dubium, quin ipse Christus sit pastor Ecclesiz, atque caput non tantum militantis; sed etiam triumphantis, qui secundum carnis assumptionem naturam mortem pro suis ouibus subitur, & post resurrectionem ad Patris dexteram ascensurus, ut quo caput ibat, membra se ita sperarent, ne corpus peregrinantis Ecclesiz propter corporalem ipsum absentiam videretur acephalum remanere, sibi successorē substituit Vicarium specialem non quidem Iacobum aut Ioannem, qui columnz videbantur ^{Vicarie} esse, non Paulum legis scientia prædictum & doctrina ut non glorietur omnis caro in conspectu eius, sed Simonem quem & Petrum cognominavit. Hunc itaque suatum ouium Pastorem substituens vniuersalem in terris earundem pascendarum curam indistinctè commisit, eidem tertio dicens: Pasc oves meas, cui ex prærogativa speciali, ut nobis ipsum caput post se fore totius Ecclesiz demonstraret, promiserat dicens: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput, ut sicut in capite sensuum plenitudo consistit, à quo ad singula membra occultis meatibus pars aliqua tanquam à fonte riuulus derivatur, sic tres fidelium ordines in Ecclesia Noe, Daniel & Iob prælati videlicet, continentes, & coniugati quos Ezechiel vidisse legitur in visione saluandos, à Petro petra super quam non dominum saltus Libani, non porticum columnarum, nec domum filii Pharaonis: sed Ecclesiam suam edificauit Dominus, fidelibus videlicet de omni genere piscium in eius rete conclusis tanquam à primate primatum, qui de fonte Dominici pectoris fluente potuit, & suz salutis debent postulare remedia, & cum omni patientia, & doctrina non contentiose, vel superbe in aliquo resistentes à mentis suz tenebris dubietatis scrupulos remoueri. Nam etsi Paulus ex verbo Domini Petro cæterisque Apostolis vniuersaliter sic dicens. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, resenta sunt, cum Petro fuit ministerium dignitatis exercens, fuit etiam ex verbis eiusdem auctoritatis singulariter Petro propositis: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celis, & Petrus erat in celis solueris super terram, erit solutum & in celis; in Petro auctoritatis officium recognoscens, & ideo ad eum tanquam Primatem, & Euangeli Dominici fontem, venit Hierosolymam, & postmodum cum ipso & aliis secundum revelationem contulit Euangelium Galat. 1. 17. in vacuum curreret vel etiam cucurrit. Quz Petri auctoritas ex eiusdem Domini verbis expressius robatur, cum sibi soli dicitur ab eodem: duc in altum, & postea subinfer- Lue. 5. 4. r, laxate retia in capturam. Si ergo Petrus per excellentiam fidei, qua in uno Christo duas naturas</p>	<p>vnum Ecclesie caput.</p> <p>Vnus adam in figura.</p> <p>Colos. 1. 18.</p> <p>Vicarie Christi Petri.</p> <p>Ioa. 11. 15.</p> <p>Ioa. 1. 41.</p> <p>Pulchra similitudo.</p> <p>Ezechiel 14.</p> <p>Petrus 2</p> <p>petra.</p> <p>Matt. 16. 18.</p> <p>Ioan. 20. 13.</p> <p>Petrus erat in celis solueris.</p> <p>Galat. 1. 17.</p> <p>Lue. 5. 4.</p>		

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 38.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

March. 16. *naturas diuinitus recognoscens: cum dixit. Tu es Christus filius Dei vivi, claves regni cœlestis in terris solus accepit. Cum unum sit caput Ecclesiæ militantis restat, ut ad regimen generalis Ecclesiæ quam ipse cum Paulo & ceteris de gentibus congregauit, caput eiusdem, suumque Dominus per ea quæ præmissa sunt manifeste ostenderit successorem. Prævidens autem Dominus quod Ecclesia sua conculcaretur à Tyrannis, laniaretur ab hereticis & à schismaticis scinderetur, ait: Ego prote oreans Petre, ut non deficiat fides tua, & Omnis qui tu aliquando conuersus confirmas fratres tuos. Ex quo colligitur euidenter quod ad Sedem Petri referantur tri omnis sit quæstio referenda. Cui cum Dei gratia disponente non nostris meritis præsideamus, nequaquam sine dolore possimus intueri à tanti capitibus corpore membra quædam esse diuisa videlicet Græcorum, & Bulgarorum Ecclesiam, sciuncta nempe per inobedientiam à suo capite speciali corporis sensificationi nequaquam participant cum ab eius se subtraxerit voce. Igitur quia debitores sumus omnium salutem querere, seruos seruorum illius qui vernaculum vult perire, non immerito circa te & subditos tuos misericordia visceribus affluentibus Pauli gentium Doctoris affectum induimus, qui sciens creatorem omnium acceptionem non facere personarum confirmatus infirmis, & omnibus omnia factus, ut omnes Domino lucraretur. Rogamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, quod ad unitatem sanctos sanctos Rom. Ecclesiæ redire non differas, nec reputes otiosum quod à nobis in hac parte diebus istis inspiratione diuina de Fratruin nostrorum consilio sipientium illuminationem tuam, populi que tibi subiecti, non sine sacratum scripturarum est authoritate prouisum. Non enim vestra requirimus, sed animarum vestrum cum Iesu Christo lucra uitimus. Nihil de facultate vestra subtrahere querimus, vel minuere de honore, sed quantum cum Deo iuste possumus prouehere vos, & ampliare potius affectamus. Erit proinde dante Iesu Christo nostris affectibus incrementum, si tu, qui esse populi tui caput, & princeps diceris, per gratiam intellectus, quo à multitudine subiecta discerneris, proposita tibi per pacis nuncios audieris patienter ad unitatem Ecclesiæ Catholice reuertaris, ut efficiaris Christo primitiæ populi reuersuri. Etsi forte te excusare volueris dicens hæc nequaquam fieri posse sine Concilio generali. Respōdemus quod ad congregandum Concilium ad requisitionem tuam & Græciæ & Bulgariz Prelatorum offerimus nos benevolos, & paratos recipientes vos, vestrosque procuratores, & nuncios cum honore, & cordis laetitia, & restituemus corpori Ecclesiæ sua membra, proferentes stolam primam, occidemus vitulum saginatum, generale conuiuum faciemus unitatis Christi fidelibus, & annunciamus cum exultatione, & gaudio quod Ecclesia Catholica suo decore, ut à principio, est induta tanquam virtus abundans, cuius filii sunt, ut nouella olivæ in circuitu sua mensæ, sedentes expectando ut occurrat Salvatori suo Domino Iesu Christo. Quapropter tuam exhortationem industriæ, ut tibi per Deum omnipotentem, & per Iesum Christum eius filium, qui suo sanguine nos redemit, iniungimus, quatenus dilectos filios Fratres Ordinis fratrū Minorū latores presentiū, viros virtutis, quos diu sub observatione regulari probatos & in scripturis sacris instructos inter alios prælegimus, quia vtiliores tibi eos fore credimus, tanquam nostri Salvatoris humilitatē sequentes ad te duximus transmittendos pro diuina reuerentia, & nostra liberalitate, & benigne suscipere, & honeste tractare debeas, imo potius nos in ipsis, & diligenter audire, & credere firmiter quicunque ex parte nostra tibi dixerint proponenda. Nam si putassemus quod fructuosiores & gratioreis tibi existeret vel aliquos Ecclesiastum Prelatos ad te, vel potentes alios misssemus. Cum itaque super prædictis & specialiter de iis quæ ad pacem pertinent tractatum habeas fructuosum, prouidebis eisdem in eundo, & redeundo de securo conductu & aliis necessariis, ut ad Tartaros & alias gentes ulteriores tute valeant proficiendi. Datum Lugduni 12. Kal. Aprilis anno 2.*

Huius etiam Missionis ac literarum mentionem fecit Abrahamus Bzouius sub anno XV. precedentib[us] n. 2. [Hoc ipso anno, inquit, Innocentius Colonianno in Bulgaria imperanti ut schismaticos ad unitatem Ecclesiæ Romanæ, missis ad eos doctrina & pietate illustribus viris, reduceret iniunxit.] Allegat in margine epist. 10. quæ iam exscripta est: verum nec Lugduni vbi data est aut in Galliis 12. Kal. Apr. anni superioris potuit esse Pontifex, qui in vigilia Apost. Petri & Pauli tricemes Genuensium primū concendit apud Centum cellas nec annus secundus Pontificatus qui subscriptitur, usque ad octauū Kalendas Iulias anni præsentis expiravit, ingenue etiam personas expressisset qui in Missionem dati sunt, si forte per angustias & festinantiam suminarij quod illic cursum efformat licet.

Hoc

*Fratres Mi-
noris missi
prædicti.*

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCEN. IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 36.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 38.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

XVI. Hoc eodem anno dum ex superiori inter fratres contouersia circa regulæ intelligentiam, & obscuruationem, plures in dies emergerent difficultates, sua declaratione op̄portiunum duxit iis Pontifex occutere, quam in hanc formam 18. Kalen. Decemb. promulgavit Lugduni.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus, ac Custodibus, ceterisque fratribus Ordinis fratrum Minorum salutem & Apostolicam benedictionem.

[Ordinem vestrum illo prosequentes affectu quod ipsum inter alios laudabilibus continue proficere incrementis seruenter optemus: libet ea per quæ opportuni vigoris recipiat fulcimentum paterna solicitudine procuramus. Hinc est quod cum quædā dubia, & obscura quæ in velta regula continentur, animos vestros cuiusdam cōfusione implicatis inuoluante & nodosæ intricationis difficultate impediunt intellectum: & scil. rec. Gregorius Papa prædecessor noster aliqua ex eis exposuerit, & declarauerit semiplene: nos obscuritatem ab illis perfectæ interpretationis declaratione omnino atnouere volētes: & ambiguitatis scrupulum cura ipsa de vestris cordibus plenioris expositionis certitudine penitus amputare: dicimus quod per eandem regulam quoad obscurationem Euangelij quam iniungit non nisi ad ea dumtaxat Euangelij consilia tenemini: quæ in ipsa regula præceptorie, vel inhibitione sunt expressa. Licet autem ministri Provincialibus tam eorum vicariis quam aliis prouidis fratribus venientium ad ordinum receptionem pro suis prouinciis de consilio fratrum committere discretorum: non tamen expedit conuerti voluntates indifferenter admitti: sed illos tantum qui suffragantibus eis literatura & aliis laudabilibus circumstantis, possint vtiles esse ordini, sibique per vitæ meritum, & aliis proficer per exemplum. Sic vero ministri egredios ab ordine cum redierint ad ipsum recipient, & eiiciant in certis casibus secundum terminationem vestri Generalis Capituli iam receptos. Quanquam vero prædicta contineat regula quod clerici faciant diuinum officium proprium non tenentur. Et licet in eadem regula sit prohibitum ne fratres recipiant per se, vel per alios denarios, vel pecuniam vlo modo: possunt tamen si rem sibi necessariam aut vtilem velint emere, vel solutionem facere pro iam empta, vel nuncium eius à quo res venditur, vel aliquem aliuin volētibus sibi eleemosynam facere nisi eidem per se vel per proprios nuncios soluere maluerint præsentare: & taliter præsentatus à fratribus non est eorum nuncius, licet præsentetur ab ipsis: sed illius potius cuius auctoritate solutionem facit seu recipientis eandem: & ad ipsum (si soluto empta) rei precio de huiusmodi eleemosyna remaneat aliquid apud eum) possunt etiam fratres pro suis necessitatibus, vel comodis, licet labere recusum. Si vero pro aliis fratribus necessitatibus, aut comodis nominetur aliquis, vel præsentetur ab eis: potest ille commillam sibi eleemosynam sicut Dominus conferuare: vel apud spiritualem seu familiarē articulū fratrū nominatum, vel non nominatum ab ipsis deponere, per eum loco, & tempore, pro ipsorum necessitatibus, vel comodis sicut fratres expedire viderint dispensandam: sicut etiam ad personam vel loca alia transferenda. Ad quos etiam fratres pro huiusmodi necessitatibus seu comodis sana conscientia recurrere poterunt: maxime si negligentes fuerint vel necessitates, aut incomoda ignorauerint eorundem. Et taliter nominati, vel præsentati à fratribus, non sunt eorum nuncij, seu depositarij: sed illorum à quibus eis pecunia, vel denarij cōmittuntur: nec fratres per se vel per interpositas personas denarios vel pecuniam recipient nominando, aut præsentando sic aliquos, seu ad huiusmodi nominatos, vel præsentatos taliter recurrente: cum non sit intentionis eorum ut de ipsorum auctoritate huiusmodi denarij, vel pecunia conseructur: aut ab eis nomine depositi exigantur: licet nuncij, vel depositariis ipsis cōmittantur pro necessitate, vel comodo eorundem. Et cum in dicta regula subiungatur, quod pro necessitatibus infirmorū, & aliis fratribus induēdis per amicos spirituales ministri tantū, & custodes solicitati curam gerant: debent alij fratres curam huiusmodi quæ præfatis ministris, & custodibus ex regula præcipue incumbit, cum sibi ab illis cognita fuerit gerere diligenter. Dicimus insuper quod cum in ipsa continetur expreſſe quod fratres nihil sibi approprient, nec dormiū, nec locū, nec aliquam rem: nec in cōmuni neque in speciali debent proprietatem habere: sed locorum & domorum ac v̄tensiliū & librōrum & eorum mobilium quæ licet habere: Ordo vsum habeat: & fratres secundum quod Generalis vel prouinciales ministri disponendū duxerint.

*Declaratio
regula Fran-
ciscana.*

*Tenori fra-
tres ad obser-
uassonē con-
siliorū Euangeli,
que in
regula comi-
nentur sub
præcepto san-
ctum*

*Facultas ad-
missendi ad
ordinē noui-
tios committi*

*potesſi alii.
De offico di-
uino celebra-
do.*

*Quomodo se
habebant fra-
tres circa pe-
cunias & de-
narios.*

*De cura in-
firmorum, &
individua-
fratres.*

*Declaratio
z sui verum
quarumlibet
tantum cou-
seructio fra-
tribus facta
so domino
eram in ce-
mentu.*

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCEN. IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 36.	RELIGIOSIS MI- NORVM ANNO 38.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

eis vtrantur. Nec vendi debent loca, domus vel mobilia huiusmodi seu extra Ordinem communari aut alienari quoquo modo à quibuscumque personis ad usum fratrum donata, vendita, permutata, seu quocumq; iusto modo vel translata sunt vel fuerint nisi Apostolica Sedes vel Ecclesie Romanae Cardinalis qui pro tempore fuerit Ordinis gubernator, Generali seu provincialibus ministris autoritate super hoc præbuerit vel allenus: cum tam immobilium quam mobilium huiusmodi ius, proprietas & dominium (illis so-

*Dominium
preferum ad
Sedem Apo-
stolicam pte.
Rete.*

lulis exceptis in quibus expresse donatores seu translatores sibi proprietatem, & dominium reseruasse constiterit) nullo medio ad Ecclesiam ipsam spectent: cui domus & loca prædicta cum Ecclesiæ ceterisque suis pertinentiis (quæ omnia in ius & proprietatem beati Petri suscipimus) omnino tamen in spiritualibus quam temporalibus immediate subesse noscuntur. De viib; autem inobilibus, vel parum valentibus liceat fratribus pietatis, seu devotionis intuitu, vel pro alia honesta, & rationabilis causa (obtenta prius super hoc superiorum suorum licentia) extra Ordinem aliis clargiri. Illud quoque Regule prædictæ capitulum vbi dicitur si qui fratum instigante, humani generis inimico monasteriorum peccauerint pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recessatur ad soios ministros Provinciales, teneantur prædicti fratres ad eos: recurrere quam cibis poterunt sine mora: ad manifesta tantum & publica pertinet. Posse tamen idem ministri pro fratum laboribus & periculis discursibus evitandis si expedire viderint: custodibus & aliis discretis fratribus presbyteris super iis committere vices suas. Volumus autem ut ipsi Ministri constituant vel constitui faciant tot per provincias: quod ad hoc necessarios nouerint de maturioribus & discretioribus fratribus sacerdotibus qui super huiusmodi peccatis, cum occulta vel priuata fuerint, audiant penitentes, nisi ministri aut custodibus suis ad loca eorum declinantibus maluerint confiteri. Ad hæc pro eo quod in regula dicitur ut decadente Generali ministerio à provincialibus ministris & custodibus in capitulo Pentecostes fiat electio successoris, dicimus quod singularum provincialium custodes unum ex se constituant: quem cum suo provinciali ministro pro ipsis ad capitulum dirigant: voces suas committentes eidem. Et cum iuxta regulæ prædictæ tenorem, nulli fratum liceat populo prædicare nisi à ministro Generali fuerit examinatus, & approbatus, & sibi officium prædicationis ab ipso concessum: potest idem minister vices suas ministris provincialibus, & eorum vicariis committere in hac parte: ita tandem ut ipsi provinciales vel idem vicarii in ipsorum provincialium absentia una cum dilectoribus in provincialibus capitulis fratres suarum provincialium qui examinatione intendere credunt, examinent, approbent: eisque huiusmodi officium, prout secundum Deum viderint expedire, concedant. Si qui vero examinari non oget: pro eo quod in Theologica facultate, & prædicationis officio sunt instructi: si etatis maturitas, & alia quæ requiruntur in talibus, conueniant in eisdem, possunt de Generali vel suorum provincialium ministrorum licentia, seu mandato populo prædicare. Per id autem quod in eadem regula continetur: quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum praeter illos quibus à Sede Apostolica concessa fuerit licentia specialis; dicimus ingressum in monasteria tantummodo monialium inclusarum Ordinis S. Damiani prohibitum fore ipsis: ad quæ nemini licet ingredi nisi ei à Sede Apostolica facultas super hoc specialiter tribuatur. Et nominis monasterij claustrum, domos & officinas interiores volumus comprehendi. Ad aliarum vero carcerum monialium possunt sicut & alii religiosi fratres illi ad prædicandum vel petendum elemosynam aut pro aliis honestis, & rationabilibus causis accedere ac intrare, quibus id à superioribus suis pro sua fuerit maturitate, vel idoneitate concessum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis insingere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lugduni 18. Kal. Decemb. Pontificis nostri ann. 3.]

*In manife-
stu & pul-
cu peccatis fit
tantur recur-
sus ad mini-
stros.*

*Institutio
confidit cu-
pido ad Ca-
pitulum Ge-
nerale quatuor
et aliorum
suffragantur.*

*De institu-
tione prædi-
cationis.*

Et ingressu
monasterio
rum monas-
trium.

Concessit facultatem Guardiano Conuentus Cathalaun. absoluendi à censuris latissimis à Metropolitano Rhenensi contra Episcopum, Capitulum & clerum diocesanum, & dispensandi in irregularitate, si quam inde contrarerunt: lis porto inter Rhenensem & suffraganeos super iurisdictione pendebat, ille processit ad censuras velut in contumaciam: illi vero interposuerunt appellationem protestati de grauamine. lis tandem ex utriusque arbitrio terminata est in Curia: ad cautelam tamen data est prædicto Guardiano facultas absoluendi & dispensandi. Res in ipsis Pontificis literis clarius patet.

XVII.

*Facultas re-
concedandi
clericum dia-
conum da-
ta Guardia-
no Catha-
launensi.*

INNO

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 36.	RELIGIONIS Mi- NORVM ANNO 38.
-----------------------	---------------------------	----------------------------------	----------------------------------

INNOCENTIVS, &c.

Guardiano domus fratrum Minorum Cathalaunen.

[Venerabilibus fratribus nostris Rhemen. Archiepiscopo, ac Successionen. Tornacen. & Cathalaunen. Episcopis in nostra & fratum nostrorum presentia constitutis idem Archiepiscopus proposuit coram nobis quod cum ipse Rhemen. Provinciam, prout ad eius officium pertinet, visitaret, ipsique ac Venerabiles fr. nostri Camerac. Ambianen. Nouio- men. & Attrebaten. Episcopi, ac quidam alij Praelati, Capitula, & Conuentus eiusdem Provinciae ipsum ad visitationem dengarent admittere, pro eorum libito voluntatis, alias ei graues iniurias irrogando, idem Archiepiscopus in eos sententiam tulit & in ipsos ex certis causis priuino suspensionis, & interdicti, ac demum, crescente contumacia excōmunicationis sententias, autoritate metropolitā exigente iustitia, promulgauit. Quare petebat à nobis ut sententias ipsas habere firmatatis robur debitum ac satisficeri sibi de irrogatis iniuriis, & ipsos nihilominus pena plectri canonica facerēmus. E contrario vero ex parte eorum quorum procuratores aderant, fuit propositum, quod cum ab eodem Archiepiscopo, pro eo quod quendam contra ius, & consuetudinem Rhemen. Provinciae, in eorum, & Ecclesiarum corundem non modicum praēiudicium, & grauamē, nec non Clerici totius Provinciae attentabat, fuerit legitime ad Sedem Apostolicam appellatum, idem Archiepiscopus post appellationem eandem huiusmodi, & alias, hac occasione, sententias promulgauit. Quare petebant ut eas denunciaremus penitus non tenere, ac facerēmus ipsas nihilominus ante litis ingressum ad cautelam iuxta constitutionem à nobis additam relaxari. Quia verò demum tam idem Archiepisc. quam ipsi, supposuerunt spontanei super præmissis omnibus, ac aliis questionibus inter eos, & ipsum Archiepiscopum quacunque causa, vel occasione subortis nostro, & fratum nostrorum beneplacito, & mandato prout in his super hoc consectis plenius continetur. Nos de ipsorum fratum consilio personas eorum ab eiusmodi sententiis absolvi fecimus ad cautelam, cum eis super irregularitate si quam contraxerunt exinde dispersantes. Ceterū ut idem negotium valeat commodius terminari, tibi damus nostris literis in mandatis, ut Praelatos, Capitula, & Conuentus, & qualcumque personas Cathalaunen. ciuitatis, & diœc. in quos fuerunt ab ipso Archiepiscopo, vel eius mandato huiusmodi sententia generaliter, seu specialiter promulgatae, postquam ordinationi tuæ simili modo per eorum patentes literas se duxerint supponendos, ad cautelam absoluas, & dispenses cum ipsis vice nostra super irregularitate si quam exinde contraxerunt, nobis literas quas ab ipsis super his receperis fidelicem nuntium quantocius transmissurus. Non obstante indulgentia qua fratribus tui Ordinis à Sede Apostolica dicitur esse concessum ne de causis ab eadē Sede sibi commissis cognoscere teneantur inuiti. Datum apud Cluniacum 7. Kal. Decemb. an. 3.]

In eodem modo Guardiano Ord. Minorum Successionen. pro Praelatis, Capitulis, Conuentis. & quibuscumque personis Successionen. ciuitatis & diœc. in quos fuerunt ab ipso Archiepisc. vel eius mandato huiusmodi sententia generaliter seu specialiter promulgatae.

In eodem modo Guardiano domus Ordinis fr. atrum Minorum Tornacen. pro Prae- XVIII lis, Capitulis & Conuentibus & quibuscumq; personis Tornacen. ciuitatis & diœc.

Hoc anno obiit fr. Ioan. Spirensis Guardianus: Hic fuerat Moguntiae enutritus, ibidē. 8. Joannes Spirensis. que apud S. Petr. Canonicus. Egerat is semper Dei aspirante gratia vitam piam, devotam, atq; castam. Tandem Spiritus sancti zelo correptus ad perfectionem Euangelicam aspirans, contemptis omnibus honoribus, dignitatibus & deliciis sub Ordine Minorum Domino militare cœpit: in quo omnium virtutum & gratiarum donis ita est austus, ut & Deo, & hominibus esset dilectus. Hic puerū quendam in Bruxella, aqua suffocatum voto à parentibus emulso, eius tumulo in Spira visitādi, à mortuis suscitauit. Decē & octo contractos sanauit, duos cœcos illuminauit paralyticos duos curauit, &c. Lampas super sepulchrum eius pendens, decem & octo vicibus extincta sine hominum ministerio est accensa.

In eodē conuent. iacet fr. Colin. minister olim Argentinæ plurim miraculorū patrator. XIX. Eodem anno mortuus est fr. Alex. Alensis vita & scientia illustris, primus Franciscanus religionis in Parisiensi Academia Doctor, & primarius inter omnes qui Theologiam ex scholastico stylo ediderūt. Ex eo velut fonte reliqui suas impleuere lacunas. merito ergo Doctor Doctorū passim appellatus, quin & Fons vite, & Doctor irrefragabilis salutatus ea non solum ratione qua reliquis copia & antiquitate præciuit, sed scriptorum approbatione,

Alexander Alensis.

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCEN. IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. ANNO 36.	RELIGIONIS MI- NORVM ANNO 38.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Maria c. 17. & auctoritate qua posteros excelluit. Scriptis porro summam ex mandato summi Pontificis Innocentij I V. eam ex mandato Alexandri I V. facultas Parisiensis examinavit, lib. 1. c. 12. & appensis septuaginta duorum Magistrorum sigillis, signatis subscriptionibus, approbavit, ac tandem accessit ad plenum confirmationis eius robur ipsius Alexandri Pontificis promulgatum diploma. Sed vel in eo potissimum admirandus quod sanctitatis, & doctrinæ suæ sectatores ac discipulos reliquit DD. Thomam Aquinatem, ac Bonaventuram Fidanziuem à Balneo regio. quosdam tamen iuniores male habet quod communis DD. Bonaventura. Thomas A. magnorum virorum sententia fert D. Thomam Alensis discipulum fuisse. Nescio quid quatuor discipulis Alensis. Leander Alberto. Anton. Secundus. haec audierat. & hoc approbrij secum ferat, cum ipsi fateantur non infusam duntaxat à Deo, sed in scholis, & sub præceptoris disciplina scientiam ab aliis studiose discendo hauisse. qui physicam, naturalemque scientiam (teste Leandro Alberto) ex Petri Hibernici fontibus audierat Theologum, aut eandem cum S. Bonaventura scholam subiisset? prima illa sanctitatis, & mutuæ charitatis plena tempora, haudquaquam ad præsentis zui insolitam levitatem, & fastum sunt reducenda, sicut nec Sanctorum virtutem & integritatem ex nostra infirmitate metiri, aut conuicere licet cum nullum aliunde suppetat argumentum adstruendi, aut destruendi quod proponitur. Thomam Alensis auditorem constituunt author firmamenti trium Ord. Sedulius in not. ad caput 3. vice S. Patris nostri Francisci Rodulphus lib. 3. Vvillot in Athenis verb. Alexander. Marcus 2. p. lib. 1. c. 13. Gonzaga de scriptoribus religionis. Bellar. de scriptor. Possewinus in apparatu. Petrus Gallicus Protonotarius Apostolicus in vita S. Bonaventura cap. 8. Franciscus Franciscius in inicio Summarie Alensis, Ioannes Pizzeus de scriptoribus, Nicolaus Harpsfeldius in hist. Anglic. sec. 19. cap. ii. fr. Abrahamus Bzouius ad annum 1250. nu. ii. Idem constat ex monumentis Parisiensibus, nam suspensæ ad eius memoriam ab antiquo tabella hoc inter reliqua inscribitur distichon.

Sedulius. Rodulph. Vvillot. Gozag. Bellar. Petrus Ga- leicus. Franciscus Franciscius. Pirzeus. Harpsfeld. Bzouius. Monumen- ta Parisien- sia.

Quo duce premonitus in presla Divus Aquinas

Quotque & usque legi fortius armagerunt.

Hoc ipsum præfert eiusdem Doctoris imago quædā vetustate exæsa ad introitum capitulo Conu. Parisien. depicta, in qua D. Bonau. ac S. Thom. docentis Magistri verba excipiunt.

Ego Doctori Angelico nihil in hoc derogatum esse video, si iam senem iuuenis audiuit, quem in senectute reliquis assumptis imitandum, & sequendum. Hæc de eo Ioannis Gersonis verba subiungo in quadam sua epistola laudantis doctrinam S. Bonaventurae. [Vnde, inquit, & allegat (Bonaventura scilicet) ad confirmationem doctrinæ suæ Parisiensis articulos, quos per Gulielmum Parisiensem de consilio, & assensu magistrorum omnium dicit fuisse damnatos, & excommunicatos. Viuente tunc, & consentiente fratre Alexandro de Ales cuius doctrina quantæ sit vberbatis, dici satis nequit. De qua servatur respondere S. Thomas dum inquireretur ab eo, quis esset optimus modus studendi Theologiam. Respondebat exercere se in uno Doctore præcipue. dum ultra peteretur quis esset talis Doctor: Alexander de Ales. Testor (inquit Gerson) me ita legisse pridem in tractatu quodam de visione beata contra Ioannem 22. Testantur scripta eiusdem sancti Thomæ maxime Secunda Secundæ, quam intinam sibi fecerat, & familiarem illum quem laudabat Doctorem Alexandrum.]

Intelligit Gerson Summam virtutum scriptam ab Alensi familiarem potissimum fuisse S. Thomæ, ut quare verbotenus plene Secunda Secundæ huius insertam exceptit, nam quod Bellarminus de Scriptor. adnotauit obser. 3. ad opera D. Thomæ, quod magna pars 1. & 2. inueniantur iisdem verbis in primo, & 3. lib. Speculi moralis Vincentij, id omnino verum est, sed ea Vincentius ex Alensi transcripsit qui antiquior fuit. Potro compilator fuit Vincentius ut in prologo idem de se sic relatur c. 4. [Cum hoc opus incum (supple Speculum) simpliciter non sit, sed illorum ex quorum dictis ferè totum illud contexui, nam ex meo ingenio pauca, & quasi nulla addidi. ipsorum igitur est auctoritate, meum autem sola partium ordinatione] c. 7. & 8. se procedere ait, ubique per modum excerptoris non auctoris. & c. 3. plura excerptissimæ & abbreviatis testatur ob aliorum studiorum impedimenta, per amanuenses. mutauit ergo illa superius expressa ex Alensi, qui primus eadem scriptis quod hac ratione confirmo; nam ex prologo à cap. 15. usque ad 20. series operis in quatuor partes distribuit, quarum tertia est Speculum morale: scriptis ergo ante doctrinale, & naturale: hoc primum locum inter reliqua tenet. Scriptum autem

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCEN. IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. ANN. 36.	RELATIONIS MI- NORVM ANNO 38.
-----------------------	-------------------------	----------------------------------	----------------------------------

autem est anno Domini 1250. ut ipse author lib. 32. cap. 102. his verbis fatetur: [Ecce, inquit, tempora etatis sextae usque ad annum praesentem summatum perstringendo auxiliante Deo descriptum, qui est annus ab Incarnatione Domini 1250.] hoc Vincentius. *Annum quo
perfectum est
Speculum na-
turalia.*
Si ergo prima pars Speculi quinque post mortem Alensis annis perfecta est, quid dicendum de tercia parte in qua eadem quam scriptit Alensis, doctrina exprimitur? utique posteriorius editam esse omnes fatebuntur. Sed dices forte Vincentium transcripsisse ex S. Thomas: demus hoc: sed Alensis ex S. Thomas allumore non potuit, ut qui mortuus est antequam cathedralm concenderet Thomas, aut vias eiusmodi lucubrationes edidit: quod ipsum de Vincentio allerit veritas, obiit enim anno 1256. S. Thomas 1274. & Summarium in fine vita hic edidit, quam proinde imperfectam reliquit.

XXII. Fortasse quispiam negabit Speculum morale esse Vincentij. Sed quo id fundamento legatur prologus totius operis in quo Speculum morale præmittitur iuxta eadem distributionem, argumentum, seu materia, & stylum, quo exscriptum est, & proculdubio scrupulus quicunque deponetur. vel ergosum Speculum non est Vincentij, vel certe Speculum morale eum vindicat authorem, vnius porro eiusdemque ingenij partus est: nihilque in illa parte totius operis tractatur quod iam in prologo non est promissum, deinceps autem scilicet 1244. Quod si quis opinionem præferre vellet rationi, dicat Speculum morale alicuius esse posterioris, & Vincentio, & Thoma authoribus nihil salvare, nec huic accrescit quod alteri surripitur, quia Summa virtutum Alensis esse constat, utroque antiquioris, estque ipsius authoris hinc supplementum: p. 3. iuxta ea quæ promisit de virtutibus eadem 3. p. q. 16. quæst. 61. & 68. & nullibi nisi in Summa virtutum exhibentur, cuius author continuationem & ordinem eius ad 3. partem primis verbis sic exprimit: Habito ergo (inquit) de gratia gratum faciente, & gratis data consequenter dicendum est de virtute.

XXIII. Hac præter stylum, & consuetudinem exercitum cuiusdam iunioris importuna alteratio, qui velut crassum errorum à Scotistis fama vulgatum fingit, [Pio, inquit, sed irrito conatu ut minus à nostro Aquinate in Theologicis Minorite abirent] vim conjecturæ non capio. nonne magis est recedere ab ipso Magistro, quam à discipulo? recedere Scotistar ab ipso Alexandro nihil minus animum induxerunt; quam ob eius reverentiam adhærere Thomæ obstantibus ratione, & autoritate. Sed qui zelum contrariae doctrinæ Scotistar inesse dicere, in D. Thomæ schola non inereretur fidem. Quid etiam magnopere ambiendum, aut comminiscendum erat in hoc Scotistis, si luce clarius, & sine controvèrsia datur quod possumus est, D. Thomam Alensis sc̄tatem esse, quantumuis non fuerit auditor. Longe porro glorioius est maturum etate & scientia studiorum nascisci imitatorum, quam in scholis docere lucentem. Deinde non soli in ea sententia sunt Scotistar, aut Franciscani: sed alij viri grauissimi quorum iudicio, & industria nihil minus congruit, quam crassus error, vel allentatio. Ceterum his rationibus crassum hunc errorem impingit praedictus author: quod cum Thomas destinatus sit Parisios vix annum unum superuixerit Alexander, quod paulo post missus sit idem sanctus Coloniensis ut sub Alberto magno audiret philosophiam, & Theologiam, quasi inde inferret non suisse tum idoneum Theologum quam docebat Alexander; ac tandem tertio, non defuisse Parisios sui Ordinis insignes Doctores quos domini audiret: quomodo ergo potuit esse Alexandri discipulus? vetum haec momento carent: nam & Parisios studiorum gratia missum suile præclarum iuuentem non est ambigendum; nec ita in arte inde profectus, sed postquam in curiam acteritus oblatam Cassinensis monasterij administrationem renuit, & clam curia dilapsus ausugit primum Coloniensis ut author est Cantipratanus qui tunc vixit, & Thomam cognovit. Potuit ergo Alexandrum audiuisse quāndiu Parisios degit illo superstite. Nec refert si diu, si parum, modo in scholis dicendi studio Alexandrum conueniens audiuit, minus vrget quod secundo loco adducitur, nam scriptores vita S. Thomæ assertunt D. Thomam in liberalibus disciplinis & naturali philosophia primo instructum fuisse, quam nomen sodalitio Dominicano inscriperit: idoneus ergo fuit Theologus antequam Parisios venit. Quod etiam Patres Prædicatores tum domicicis non carerent Theologis in confesso nobis est: ea tamen Alensis fama, & authoritas fuit in alma universitate Parisiensi antequam monachatum indueret, ut omnes certatum ad eum confluuerint, nec quisquam sibi

*objectionis
fit sicut.*

*Thom. Cas.
Cantipratanus.*

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTU IV.	FREDERICI II.	RELIGIONIS. MI- NORVM ANNO 38.
-----------------------	---------------	---------------	-----------------------------------

indignum iudicauerit ab eo discere: illam opinionem non minuit affumpcum institutum, sed auxit, attrahente primum scientiam, nunc autem simul pietate & scientiam. Non videtur ergo hisce rationibus quidpiam opinionem dignam confici, quanto minus recepta grauium virorum sententia crassi erroris conuinci, quam non conuellunt inanes torticeturz nisi aliud ex tabulis & monumentis adhibeatur testimonium. nos interim funus Alexandri prosequamur.

Gonzag.
s.p.in Con-
uenienti Pa-
sil.
Epitaphiū.

Obiit Alexander 12. Kalendas Septembbris huius anni, & sepultus est in Ecclesia ex XXIV. aduerso Crucifixi erecto monumento, in quo insculptz ipsius effigie quidam hoc Epita-
phium subiunxit, quod faxo incisum erat:

Gloria Doctorum, decum, & flos philosophorum,
Auctor scriptorum, vir Alexander, variorum,
Norma modernorum, fons veri, lax aliorum,
Inchyus Anglorum Archileuita, sed borus.
Spretor cunctorum, frustrum collega Minorum
Fasulus egenorum, fit primus Doctor eorum.

In tabella quoque muto appensa adscripti sunt hi versus, quorum commemoratione omnibus ideo iucunda erit, quod illius ortum, vitam, magisterium, Religionis ingrellum, studia, beatum denique finem comprehendat: eos de facili lector ad legem carminis reuocabit, nos fidem historici colimus.

Quid tibi maiorum repetu monasteria per orbem,
Patrus Alexandri gesta viator, habet?
Hic placido Superum prognatus gente Britannus,
Prosinus à pecto flexis ad astragadum.
Non Gaza meminit, nec auorum rura licetur,
Pectore in eximio sola Minervia sedet.
Ergo fessa emensu, & vastos aquorum amnes,
Se totum ad studium Parisiense talis.
Quo vel Socratis, vel summos quoque Platones
Ingenio facile dexteritate preuis.
Inde solam, & caros, & qua super astra geruntur
Rismatus, didicit abdita fata Dei.
Sic tandem, & meritus, & digna laude probatu,
Doctrine, & verbi fit sator, atque pater.
Aß ubi theologi pugnax sententia venit,
Acciperet Minor signa magisterij:
(Nullus enim sacri Doctor signa ferentem,
Ex gregi Francisci videras orbis. adhuc.)
Magnus Alexander cui mens persancta fuisset,
Ac deuota domini, & religiosa Deo:
Ipse ego (mox inquit) certamina litu inique
Competeam, non eris cui fauus obfici amor.
It vir, & induitur palla vidente Minorum:
Quique magister erat, fit pius ecce Minor.
Nos quid obest (dixit) humilem gestare togellam,
Qui pariter gerimus nomen onusque patria:
Quid contra impedias sublimi in nomine mentem
Cordigeros fratres continuisse piam?
Discipulos Christi, quibus est lustrare populos,
Quis ferat ignares, iussa docere Dei?
Non turnes irrigua caelesti flumine virtus:
Nec se se extollit, cui Deus auctor adeat.
Mens humilis, purgata dolo, conserva Deorum
Nec fama augescit, nec iaces, sima colens.
Nec iam primum post hac Doctor fraterculus ibo
Veste sub bac minimus, parta trophya gerens.
Dixerat, hinc patris Francisci semper alumnus,

ANNO CHRISTI 1245.	INNOCENTII IV. ANNO 3.	FREDERICI II. IMPER. AN. 36.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 32.
-----------------------	---------------------------	---------------------------------	---------------------------------

*Laura Doctorum, qui tot, ut astra, nuncantur.
 Tum demum ex supera captum germinare talentum
 Nec torpes iners prouidus infituit.
 At schola sacrorum quia nul satis ordine noras;
 (Cuncta quidem incertis sparsa fabre locis)
 Hic prudens opifex multa celeberrimus arte,
 Campege & nervis consolidans opus.
 Primus in articulos divina volumina duxit:
 Artis & in morem retulit acta senum.
 Quo duce praeceptor in prælia diuinus Aquinas,
 Quotquos & usque legi fortius armagerunt.
 Nec quisquam aduenies, quamvis ares crescit in horas,
 Tam mente integra qui sensu orsa latret.
 Hauriet hinc potius velutus defonse liquorem:
 Et tanquam exemplar præferet usque virum.
 Hec brevibus dixi: que cetera multa supersunt,
 Non vacat ut noris, qui citius ire pergas.
 Clauditur hoc falso famam fortius abunde
 Doctor Alexander iunctus in axe Deo.
 Si quis honestus meritus, si qui virtute coluntur,
 Hunc animo præfer, hunc venerare patrem.
 Ne sorde & culpa pigrerè per osia deses
 Nancisci studio, que Minor iste refert.*

XXV. Hoc anno potior pars conuentus Compendiensis liberalitate S. Ludowici extructa est in dioecesi Suessionensi; reliqua vero pars temporum succellu, probatissimorum patrum, qui quondam ibi floruerunt, zelo & sagaci reeconomia perfecta manet. Cum literis præfati S. Ludowici in sacraria diligenter inclusis, custoditur Innocentij Papæ IV. breue, quo S. Francisci sacra proles ubique terrarum degens, possit (subnissâ voce tamen) in suis Ecclesiis, clavis ianuis, non pullatis campanis, exclusis etiam quibuslibet excommunicatis diuina officia celebrare tempore generalis interdicti. S. Ioanni Baptista titulari Ecclesia huius conuentus est consecrata, ab anno Domini 1343. à R. P. I. Mattheo Ordinis Minorum, divino nutu Orgenchenli Episcopo, permissione R. Guillelmu Suessionensis Episcopi.

XXVI. Eodem ipso anno (teste Gonzaga) initium habuit Ingolstadij ciuitate Bauariæ sequenti Academia admodum nobili, eius sodalicij collegium munificentia Ludowici & Annæ à sit. Polonia Bauariæ ducum. Hi namque Heroës, de R. Hildeprandi Aichstadiani Episcopi (cuius ex partibus erant) consensu, Minoriticum monasterium, non longe à præfata ciuitatis mœnibus, anno 1245. construi curarunt, tanti interim operis executoreni constituentes perdeuorum Vibrordum Rorbarchium Ingolstadiensem iudicem atque præfectum: qui intra breuissimi temporis spatium magnificè satis absolui fecit, satribusque tradidit. Subiaceuit tamen huiusmodi conuentus ad annum usque Domini 1466. Conuentualibus patribus: sed iis præstantissimi Principis atque Bauariæ Ducis Ludowici operâ, alio translati, ad fratres huius provinciæ Observantes declinavit. erectionm huius conuentus statuit M. S. Chronicon Saxonie in annum 1275. quem potius sequendum putem; ad Observantes autem ex eodem transiuit anno 1466.

XXVII. Eodemque anno iacta sunt prima fundamenta conuentus S. Mariz de Iesu Ceruariz oppidi Vicensis dioecesis in prouincia Cathaloniz. Fundum concessit Iacobus primus Aragonum Rex, fabrica autem priorum oppidanorum expensis surrexit, destructus postea bello circa annum 1460. mox præcepto regis Ioannis Aragoniz, aliud intra oppidi muros extructum habitaculum, mandatum regis exequentibus Ioannâ Reginâ, & Cancellario regni S. R. E. Cardinali à Cordona. anno 1567. authoritate Pij Quinti transiuit ad fratres Observantes. Resarcitum est denique 1516. industria fratris Bartholomæi à Perpiñano reg. Observantes verbi diuini discretissimi.

XXVIII. Non hoc primum anno resederunt fratres Pompeopoli seu Pamplonæ citerioris Hispaniæ ciuitate, ampla, atque inuita, quondam Regum Navarræ Curia: sed insalubritate, & incommodeis præsternat habitacionis oppressis, comodior oblatus est locus,

ANNO CHRISTI.	INNOCENTII. IV.	FREDERICI II.	RELIGIONIS MI-
1245.	ANNO 3.	IMPER. AN: 36.	NORVM AN. 38.

hortus scilicet Stephani quondam à Nauarti de Sparza fratum, cum aliis adiacentibus extra portam S. Laurentij eiusdem urbis, hoc vero anno oblationem eam confirmavit Pontifex ac simul fratribus illuc commigrandi fecit potestatem, scriptis Lug. literis septimo Idus Novembris anno 3. ad Ministrum Provinciale & Fratres. Incipiunt : *Patria regalis aleti gloria, &c.* Extructum ergo eo loci amplum monasterium sub invocatione S. Francisci quod iussu Imperatoris Caroli Quinti periculo, quod ciuitati à Ioanne Rege quondam deposito imminebat, cauens Comes Miradze Gubernator excidit fratribus intra moenia receptis. Quorum damno occurrens paus Imperator turrem intra muros cum contiguo arario concessit anno 1523. iisdem religiosis ut sub antiqua appellatione & titulo nouum Conuentum edificarent, qui talibus auspiciis ac populi deuotione breui exstructum, provinciaz Aragoniz & Patis Conuentualibus cessit, mox sub Pio Quinto inscriptum provinciaz Cantabriz ac Fratribus familiz Observantia. Hæc translatio quas turbas inuenit suo loco referemus anno sequenti.

Non defuerunt qui speciosa simulatione, seu missionis, seu predicande crutis, seu inquisitionis, seu maiorum prælatorum ut Cardinalium ac Sedis Apostolicæ Legatorum obsequiis, & familie se alferentes disciplinæ, & oculis prælatorum vitam subducerent, exemptionemque prætenderent, de quibus Thomæ Cantipratani huius ævi scriptoris exscriptissimus superius querelam. Hic ergo cum frequenter excusis prælatorum timore, licentius iniuncta obibant, quam professi status humilitatem deceret, & præsumptam quoquo iure exemptione conuerterent in laxioris vice profanam, & noxiam impunitatem neque idoneos, vita & moribus ut solet ad eiusmodi functiones aspirare, & magis fauore quam meritis exigentibus interdum obrudi quosdam contingerebantur; his incommodeis hoc anno Pontifex ex parte apposuit, quod plenius sequenti anno præscripsit, mandauit ergo.

Indulsa fia. Kalend. Octobris promulgato diploma ne nullus prælatus sine Apostolica Sedis licentia speciali assumere possit in socium quempiam nostri instituti professorem. Incipiunt litteræ : *Vobis per Apostolicæ &c.* Datum 8. Kalend. Octobris anno 3. Item dum quies

Regest. ep. 118. 1. Spec. cul. 1. tract. & tranquillitas Fratrum per curam monasteriorum S. Claræ interpellaretur aliquando ipmis inuitis virtute mandati legatorum, protectorum Ordinis seu Brevis Apostolici, prohibuit id deinceps fieri aut ullum simili curæ sine proprio consensu etiampi posse, qui alias ab eodem liber exitit. Incipit decretalis : *Paci & tranquillitati ve-*

Specu. tract. 1. fol. 117. *ftra &c.* Datum Lugduni 16. Kalend. August. anno 3. Ceterum hoc indultum effectum non habuit recurrentibus ad Sedem Apostolicam monasticis Clarissis que eousque litem deduxerunt, ut cura earum Generali & Provincialibus necessario suscipienda fuerit ex precepto Pontificis, quod sequentibus exprimitur.

INNOCENTIVS, &c.

Generali & uniuersis Provincialibus Ministeriis Ordinis fratrum Minorum.

Epi. 612. 3. [Paci & saluti dilectorum in Christo filiarum monialium inclusarum] Ordinis S. Damiani paterna sollicitudine prouidere volentes præcipiendo mandamus quatenus eis tam in capite quam in membris per vos ipsos vel alios Ordinis vestri Fratres prouidos & discretos auctoritate nostra quoties expedire videritis visitationis, correctionis, & reformationis officium impendatis, informetis disciplinis regularibus & prædicatione verbi Dei confortetis easdem. Confessiones audiatis ipsarum cuique Millarum solemnia, & alia diuina celebretis officia, & exhibeat Ecclesiastica Sacra menta, & cum necesse fuerit, vel propter ipsarum graues ægitudines seu obitus, aut propter visitationem seu altarium, vel monialium consecrationes, aut alias iustas & honestas causas allocatis vobis tot idoneis fratribus vestri Ordinis, quot ad hoc moveritis opportunos monasteria ingredianini earundem. Proutio quod frater Presbyter unum & Visitator qui pro tempore fuerint duos fratres idoneos pro excquendis quæ ad ipsarum spectant officium iuxta tenorem qui in eorum vita formula contineri noscitur secum ducant. Ad hæc ut ad praetacta monasteria in specialibus festis ipsorum & monialium obitu earundem ad celebrandum in eis diuinum officium ac prononcendum verbum Dei po-

ANNO CHRISTI INNOCENTIVS IV. HENRICI VII. RELIGIONIS MU-
1246. ANNO 4. IMPERA. AN. I. NORVM AN. 39.

pulo qui tunc aliisque temporibus ibidem conuenerit, nec non pro aliis honestis, & rationabilibus causis, ac ad portas, crates & locutoria monasteriorum ipsorum cum expedire videritis accedere & fratres vestri Ordinis destinare possitis autoritate vobis praesentium duximus concedendum. Datum Lugduni 17. Kal. Nouembbris anno 3.

Item 17. Kalend. Augusti mandauit Archiepiscopis, Episcopis aliisque prælatis ut deinceps pluribus in fratres abstinerent grauaminibus quæ in ipsis litteris exprimuntur: Incipit: *Nimis iniqua*. directa est etiam alia in vniuersum ad omnia regna ordinatis conservatoribus qui eam exequentur. Initium: *Nimis iniqua*. Item 13. Kalend. Septembris concessit autoritatem ministro Generali & Provincialibus instituendis syndicos seu procuratores qui oblatas eleemosynas in Religiosorum usum necessarium dispensarent, & institutos abrogandi: Incipit: *Quanto studio sumus &c.* Item 13. Kalend. Octobris præcepit Archiepiscopis ac prælatis ut benigne fratres exciperent, ministeria & functiones eorum apud populum sollicite promouerent. Incipit: *Quoniam abundavit iniquitas*. Eiusdem tenoris litteras dedit Gregorius IX. ut supra commemoratum est. Eodem anno 3. Kalend. Nouembbris concessit fratribus licentiam celebrandi in oratoriis & altari portatili. Incipit: *Nos ascendentes &c.*

- (X) Idibus Nouembbris confirmavit formulam viuendi quam Gregorius IX. in inferiori gradu degens præscriptis Clarissim eamque ad verbum suis inserit quam nos superius exhibuimus. Incipit: *Solem annuere Sedes Apostolica &c.* Abbatissæ & Conuentui Sancte Mariæ Magdalenz apud Nursiam diœcesis Spoletanæ presentibus & futuris plura concessit dato diplomate, cui tam ipse, quam omnes Cardinales subscriptis 17. Kalend. Iunij Pontif. anno 2. Indictione 1. Incarnat. 1245. per manum magistri Marini S. R. E. Vicecancellarij. Hæc omnia ex ipsa decretali liquent. Incipit: *Religiosam vitam eligentes &c.* Similis formæ priuilegium concessum Clarissim monasterij S. Antonij Barchinone 10. Kalend. Augusti. Item in monasterio S. Mariæ Salamanticensi 14. Kalend. Octobris anno 3. Pontif. Item monasterio B. Mariæ Magdalenz Alexandriz diœcesis Mediolanensis & eiusdem instituti 2. Nonas Octobris anno 3. Item monasterio inclusorum ciuitatis Roderiguez in Hispania Idibus Octobris & eodem anno. Item Conuentui & monasterio Offidano Firmamentis diœcesis 10. Kalend. Nouembbris anno 3. Pontif. 12. Kalend. Nouembbris anno 3. concessit licentiam admittendi intra Claustram ministros in certis casibus ministerij necessitatij. initium: *Vestris plus supplicationibus &c.* Item 14. Kalendas Octobris Conuentum & monasterium S. Mariæ seu S. Gratiae Pamplonensis diœcesis in protectione Sedis Apostolice suscepit, cique in omnibus tam spiritualibus, quam temporalibus, exceptis iis iuribus, quæ sibi reseruauit Episcopus, nempe consecrationis altarium, ministerandi Sacra menta, benedicendi moniales. Incipiunt litteræ: *Cum morire mundo &c.* concessit etiam visitantibus deuote ipsum monasterium indulgentias quadraginta dierum 16. Kal. Octobris. Monasterio item inclusorum S. Francisci de Offida concedit exemptionem omnem tam in spiritualibus, quam temporalibus (supplens consensum Abbatis Farsen.) quâ reliqua gaudent eius instituti monasteria 3. Idus Octobris anno 3. Incipiunt: *Si à Sede Apostolica &c.*

Regest. ep.
110.3.
Epist. 539.3.

Specula. trist.
Vide sub an.
1. ex reg. ep.
111.
Idem Specul.
habitu sub
Gregorio p.
cas & sequi-
tis.

Indulg. Cla-
riss regest.
epist. 190.3.

Reg. ep. 610.
1.

Ibid. 13.3.

131.3.
181.3.

144.3.

617.
Forc. En-
gratiae.

256.3.
Epist. 263.3.

334.

A R G V M E N T V M.

Electus Henricus Lantgravius Thuringie in Regem Romanorum; mandatur Fran-
ciscanus ut strenue partes eius soueant. Missi etiam plures in Africam consecrati
fratre Lupo viro sancto in Episcopum Marrochitanum. Moritur S. Humiliana, re-
gimen monialium S. Clare demandatur ministru. Fratri Simoni de Aluerna de-
mandatur negotium inquirendi in Roskylensem & Othonensem Episcopos. Cla-
rissi temperatur votum paupertatis. Edificantur aliqui conuentus, conceduntur
etiam quedam indulcta Apostolica.

- I. **E**ROSTO Frederico vrsit Innocentius Principes Electores Imperij ad electionem *Electio suc-*
Dalterius qui partes Ecclesie contra rebellem tucretur. Electus est Henricus Lant-
cessoru Fre-
gravius

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTIV IV. ANNO 4.	HENRIIC VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

grauius Thuringiz, qui post annum obiit, eidem successit Gulielmus Holandiz Comes, & nepos Ducis Brabantiz. mirum quam à se inuicem discrepant authores circa tempus. Nobis ea placet sentenda quæ hoc anno constituit electum Langrauim s. Augusti in die S. Osvaldi, Gulielmus vero inaugurate est anno Domini 1248. Kalendis Nouembbris Aquisgrani celebrata primum eius electione Coloniz. nouem annis regnauit, neuter eorum obstante Federico superstite ac filii diadema Imperij sumpliit; ideo à quibusdam in serie Imperatorum præterountur, vacationem Imperij usque ad Rodulphum protractentibus, & quamvis id in rigore subsistat, illius zui consuetudine, & lege: tamen quia elec-
tio celebrata est non videntur nobis expungendi quod temporum casu impedita sit inaugratio, quam legitima assumptio atque acceptatio iuris titulo summotoque impedimento concessisse videbatur. Hinc ergo exauthorati per Ecclesiam Frederici memoriam expugnantes eosdem in serie annorum, seruata temporis ratione substituimus.

Octavo Kalendas Octobris superioris anni Innocentius Pontifex viam obstruxit iis, II.

*Facultas in-
stituendi ac
defensandi
Inquisitores
& predica-
tores erat.*

INNOCENTIVS, &c.

Generali ac Provincialibus ministriis, ac ceteris fratribus Ordinis fratrum Minorum.

Reg. ep. 613. [Odore suavi Ordinis vestri continue recreati, eum non immerito favore speciali prosequimur: & ipsius exaltationem plenis desideriis affectamus: quietem ei, & alia diligenti procurare solertia intendentes: per quæ semper optatum authore Domino suscipere valeat incrementum. Hinc est quod nos vestris supplicationibus annuentes, ut tu fili Generalis minister, tuique successores fratres tui Ordinis, qui ad prædicandum crucem, vel inquirendum contra pravitatem hereticam, seu ad alia huiusmodi negotia sunt, vel fuerint ubique à Sede Apostolica deputati, remouere, seu reuocare, penitus transferre, ipsisque quod supercedeant iniungere, aliosque substituere cum expedire videritis, licite, & libere valeatis: & in eos si contrauenerint censuram Ecclesiasticam exercere: ac quilibet minister Provincialis eiusdem ordinis. Id ipsum in sua provincia circa fratres ipsius Ordinis, quibus in illa similia contigerit ab eadem Sede committi, facere possit: authoritate præsentium indulgenz. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni Idibus Januarij Pontificatus nostri anno 3.]

*Potestas ca-
racterandi fra-
tremorantes
in obsequiis
prælatorum.*

INNOCENTIVS, &c.

Dilecto filio ministro Generali Ordinis fratrum Minorum.

Specul. L. [Cum sicut à te accepimus intimante, nonnulli ex fratribus tui Ordinis, qui de superioris licentia, in aliorum obsequiis commorantur, exemptos se à tua iurisdictione cedentes, talia plerumque perpetrant: per quæ detrahitur Ordini, & scandalum inde generatur. Nos tuis supplicationibus inclinati præsentium tibi auctoritate concedimus, ut universos fratres, qui morantur in obsequiis aliorum, (illis dumtaxat exceptis, qui sunt vel fuerint ad legatorum Apostolicæ Sedis seruitia deputati.) libere valeas visitare, corrigeare, amouere, ac alios eis substituere, prout secundum Dcuin videris expedire, non obstantibus quibuscumque litteris, seu indulgentiis Sedis Apostolicæ, per quas id valeat impediiri. Contradictores vero per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, comprehendendo. Datum Lugduni 17. Kal. Septembbris Pontif. nostri anno 4.]

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
IV.	Scripsit etiam Pontifex ad omnes fratres per Theutoniam, ut electionem noui Regis Romanorum destituto Frederico II publice & priuatim suis concionibus, & consiliis fouverent.		<small>Electio Regis Romanorum maledicta de fuisse & pro morte.</small>

I N N O C E N T I V. S., &c.

Uniusquis fratribus de Ordine fratrum Minorum per Theutoniam consenserunt.

[Cum Ordinem vestrum, inter alios Apostolica Sedes speciali prosequatur affectu, ipsumque pluribus honorauerit privilegiis, & multiplici semper intendat communire fauore, tanto plenioram de vobis gerit fiduciam, quanto vos, inter religiosos ceteros, maiori erga se sperar deuotione seruere. Hinc est quod valetatem vestram monimus, & hortamur attente, quatenus postquam electio de Romanorum Regis in Imperatorem postmodum promouendo extiterit celebrata, Christi fideles per Theutoniam constitutos, quotiens opportunitatem habueritis, attentis exhortationibus iuxta datam vobis à Deo prudentiam, tam in occulto, quam in publico inducatis in remissionem ipsis peccaminum iniungentes, ut ei qui electus fuerit, fideliter, & efficaciter intendant, ac assistant viriliter, & constanter. Datum Lugduni 10. Kalendas Maii anno 3.]

V. Hoc etiam anno, quidam Franciscanus à Soldano ad Pontificem literas detulit, respondentes iis, quæ alias ad eundem à Pontifice datur sunt. Familiare enim tum erat Pontificibus, missis Franciscanis, suas ad infideles Principes dare, eosque ad fidem invitare, ut excusationem non haberent, qui vocem pastoris non audierunt. Gregorius IX. scripsit ad Soldanum Damasci, Innocentius ad Principes Tartarorum, & hoc anno ad Reges quosdam Africanos per eosdem Franciscanos script. Stadensis, Crantzius, & Bzouius arbitrantur, quod eundem ab amicitia, & foedere, quod cum Frederico init, auocare Innocentius hac arte studuit: sed nec ex litteris ad quas praefati respiciunt ea coniectura probatur, nec verisimilitudinem præ se fert: ad fidem se invitatum facetur Soldanus, prædicato Christo. Tunc ergo homini pagano, cuius conuersio tentabatur, importune discordia inferretur, aut mentio violandæ pacis; cum id, & Evangelicæ simplicitati, & charitati repugnaret, Regisque pacifici Christi instituto. Deinde hæc clausula ipsius epistolæ dubium auctor: & de hoc, inquit, quod dicitis vos desiderare tranquillitatem, & quietem, & habere materiam conuocandi populos ad pacem, similiiter nos desideramus, &c. Hæc, inquam, clausula non cohæret cum eo quod Soldanum ad bellum, seu pacis abolitionem Pontifex inuitaret. Nec obstat quod subiungit Soldanus, se non posse sine consensu Imperatoris tractatum cum Christianis habere: quinimo hoc ipsum confirmat Innocentium non suassile ab Imperatore discedere, sed pacem dumtaxat cum Christianis in Oriente, quos missis grollonis pridem vexauit capita Ierosolyma, deletisque fidelibus, quod superioribus annis contigit. Epistola missa est à Soldano Babylonie quo cum Fredericus decennio pacem in Oriente stabiluit, aduersantibus Christianis qui foedas initæ pacis conditiones verecundabantur, inter quas praefata esse potuit in ultionem Templariorum, aliorumque, qui conatus Frederici minus studebant, Ecclesiam & Gregorium Pontificem sequuti.

Argumentum epistolæ rectius in hæc verba proposuit Paris tum scribens: [Tempo-
ribus quoque sub iisdem, domino Papæ petenti pacem, vel saltem truces inter Chri-
stianos, & Saracenos à Soldano Babylonie, donec videlicet per regnum Francorum
sperata prosperitas respiraret, rescripsit idem Soldanus in hunc modum, &c.] placet
autem ipsius epistolæ subiucere exemplar in gratiam curiosi lectoris, & ut dignoscatur
quæ tum auctoritas, & fama fuerit Pontificis, etiam inter Saracenos, quantusque eorum
opinione inter Christianos ea ætate fiebat.

Littera Soldani missæ ad D. Papam.

[Præsentia Papæ nobilis, magni, spiritualis, affectuosi, sancti tertii decimi Apollolo. Math. Paris.
Scandinav. Crantzius.
Ium. 1001.

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------	---------------------------------

Lib. 8. me-
 trope.
 Bzouius ex
 illo.
 rum, vniuersalis loquela Christianorum manutententis, adoratoris Crucis, Iudicis populi Christiani, duktoris filiorum baptismatis, summi Pontificis Christianorum, confirmet eum Deus, & det sibi felicitatem. A Soldano potentissimo regnante super colla nationum, continentia duas virtutes gladij, & calami, possidente duo præcellentia scilicet doctrinam & iudicium, Rege duorum marium, dominatore Austri, & Septemtrionis, Rege regionis Ægypti, & Syriæ, & Mesopotamiae, & Mediae, & Idumææ, & Ephir, Rege Salech, Belfet, Ayob, filio Soldani Treimel Hebreuaffar Mehamed filij Soldani Regis Haælæ Bobore, filij Ayob cuius regnum Deus diligit. In nomine Dei misericordis, & miseroris præsentare sunt scripturæ Papæ nobilis, magni, spiritualis, affectuosi, Sancti, tertii decimi Apostolorum, vniuersalis loquela Christianorum manutententis, adoratoris Crucis, iudicis populi Christiani, summi Pontificis filiorum baptismatis, faciat eum Deus de affectantibus bonum, & facientibus illud, & volentibus pacem & perseverannib[us] in causis eius, & adiuuet eum Deus in iusque decentia sunt ad illos qui sunt sui cultus, sive ritus, & ad alios. Et respeximus dictas scripturas studiose, & intelleximus capitula quæ in eis inserta erant, & earum continentia nobis placuit, & delectatus est auditus noster in relatu eorum; & nuntius venit ad nos quem misit sanctus Papa, & ipsum præuenimus cum honore, & dilectione, cum deuotione, & reuerentia, ipsiusque conuocauimus ad conspectum nostrum, sibi inclinantes, intendimus aurem verbis eius, & fidem adhibuimus ei, nuntianti nobis de Christo, super quem sit salus, de quo Christo plus scimus quam vos sciatis, & magnificamus eum plus quam vos magnificetis, & de hoc quod dicitur desiderare tranquillitatem & quietem & habere materiam conuocandi populos ad pacem, similiter nos desideramus, nec volumus contraire, & hoc semper voluimus, & desiderauimus. Sed Papa, quem Deus confirmet, scit quod inter nos, & Imperatorem iam dudum fuit familiaritas, & dilectio mutua, & concordia perfecta à tempore Soldani patris nostri, quem Deus ponat in claritate, ut inter nos, & Imperatorem prædictum est sicut scitis. Vnde non licet nobis aliqua componere cum Christianis nisi prius habuerimus super his consilium, & assensum, & nos scriptum nuntio nostro, qui est in Curia Imperatoris, pro causis quas detulit nuntius Papæ, nuntiantes ei capitula, & proposita nuntij vestri, ipse nuntius noster veniet ad præsentiam nostram, & loquetur vobis, & renunciabit vobis & postquam renunciauerit faciemus iuxta tenorem responsi, nec discrepabimus ab eo quod videbitur utile vniuersis, ita quod possumus habere meritum à Deo. Hæc vobis nuntiamus, & bonum ampliabitur in posterum Deo dante. Hoc fuit scriptum in septima die mensis Maharrani, quæ fuit lunatio Augusti. Laus Deo soli, & benedictio eius super Dominum nostrum Mahumetum, & super genus ipsius, ipse sit pax nostra.]

Frau depre-
benſa.

Paris.

Malignus
Paris vel cor-
rupsus.

Inepte fatus marginator Stadiensis Chronicus hereticus ad hæc epistolæ verba; [papæ nobilis, sancti, tertii decimi Apostolorum, vniuersalis loquela Christianorum manutententis, adoratoris Crucis, Iudicis Christianorum, summi Pontificis filiorum baptismatis, &c.] inepte inquam & fraudulenter suggerit, an interpretis, vel librarij hic aliquod τὸ σφάλμα seu error deprehendatur, quod eum male habuerit Pontificiani autoritatem prædicari ab infideli. Eadem porro sine mutatione verba leguntur in regesto, atque apud Matthæum Paris coœcum, apud Crantzium qui eadem ex Stadiensi exceptit. Subindicat Paris Fredericum in suspicionem vnielle Innocentio tanquam eius artibus pacis mentio fuerit reiecta, aut retardata.

Scripsit Pontifex ministro Provinciali Angliae Ordinis Minorum, ut prædicatores per vniuersum regnum institueret, collectionem facturos in subsidium Imperij Constantinopolitani. Concessit eis facultatem in eum usum conuertendi per usuras, aut aliter male acquisita; item reliqua à testatis in piis usus distribuenda, quæ per voluntatem testatoris certis locis, aut personis, vel alias applicata non fuerint ex arbitrio exequitorum, item quæ ab omni obligationis essent debito libera. Hæc non sine inuidia inculcat Matthæus Paris, ut solet, corruptus, vitio affectus, vel fatigatus. nec secus in calumniam verit quod Episcopus Lincolicensis sancte, & ex prescripto canonum instituerit suæ diœcesis, & cleri reformationem in flagrantibus Dominicani ac Franciscanis.

V

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII V. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELICTIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	--------------------------	-------------------------------	----------------------------------

VII. Conquestus est apud Innocentium Pontificem Rex Daciz de perfidia, & prodictione Episcopi Roskyldensis Cancellarij sui, quod Regi insidias struxerit, fiscum defraudauerit, ^{Inquisitione in Roskylden.} & tandem metuens scelerum conscientia, alio in remotas partes clam fuerit dilapsus. Pontifex autem rei inquisitionem fratri Simonis de Aluernia Ord. fratrum Minorum commisi scriptis sequentibus.

INNOCENTIVS, &c.

Fratri Simoni de Aluernia Ord. fratrum Minorum.

[Quanto fratres, & Coepiscopos qui nobiscum sunt in partem solicitudinis evocati, Reg. epist. sinceriori charitate diligimus, tanto maiori dolore turbamur, quotiens de ipsorum operibus, quz pontificali derogant honestati, ad nostram audientiam perferuntur. Sicut enim ex parte charissimi in Christo filij nostri Illustris Regis Daciz fuit propositum coram nobis, cum idem Rex Ven. fratrem nostrum Episcopum Roskylden. Regni sui Cancellarii officio, aliis praetulisset, ac ei, utpote quem priuilegio amoris principii ceteris honorabat, cordis sui propalasset secreta; ipse perceptarum ab eo ironemor gratiarum, & aduersus eum loquens mala pro bonis, & odium pro dilectione sua, fel pro melle, & pro pane lapidem, & pro ouo retribuit scorpionem dum virz dicti Regis insidiator occultus, & Regni ac bonorum suorum spoliator tacitus dicitur extitisse, cum quibusdam complicibus, & sibi consanguinitate coniunctis, super his contra eum conspirando nequiter, & se iuramenti vinculo astringendo. Et quia concepta nequitia diuina eam reuelante clementia non potuit prodire in partum, dictus Episcopus, vt his se ostenderet non immunem, tamquam sibi male conscius extra praetatum Regnum ad partes transtulit se remotas. Quia vero hze, si vera sunt, non debent indiscussa relinqui, volentes descendere, ac videre, utrum praemissa praefatus Episcopus impleuerit actione, mandamus quatenus inquisita super his diligentius veritate, quz inuenieris fideliter redigere in scriptis procures, ac ea sub tuo sigillo ad nostram presentiam studeas destinare ut ex tua relatione sufficienter instruisti procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum. Datum Lugduni 12. Kal. Augusti anno 4.]

Hzc Pontifex ad Simonem de Aluernia, qui etiam ab Urbano IV. (vt suo loco dicetur) missus est cum aliis eiusdem instituti Franciscani Apocrisiarius ad reducendos Grccos anno 1264.

VIII. Scriptis etiam Pontifex ad eundem fratrem Simonem de Aluernia, ut inquireret in vitam, & facinora Episcopi Othoniensis, de quo plura eaque enormia deponebantur, ut quod sui electionem & consecrationem in manu violenta extorscerit metu; quod forciam publice tenuerit, emendatione & pudore sepositis, aliaque id genus quz commissi gregis ruinam procurabant.

INNOCENTIVS, &c.

Fratri Simoni de Aluernia Ord. fratrum Minorum.

[Ad audientiam nostram noueris peruenisse quod olim Othonien. Ecclesia pastoris solatio destituta N. Episcopus tunc Praepositus Othonien. introducta in Capitulum ipsius Ecclesiz multitudine laicorum, se a conuento monachorum ipsius Ecclesiz post multiplices minas, & terrores non modicos incurso, scipsum in Episcopum eligi procurauit, cuius electio cum Ven. fratre nostro N. Lindin. Archiepiscopo, loci metropolitano, praesentata fuisset, idem licet ipsam sciret de concubinario manifesto per facultatem potentiam minus canonice celebratam, minis tamen, & terroribus perterritus, confirmauit eandem, & dicto N. munus consecrationis impendit, qui suz salutis, & famz prodigos, pontificalis modestiaz abiecto pudore, focariam publice decinere presumit, & alias ea committere non veretur quz ipsum apud homines contemptibilem, abominabilem vero constitueat apud humani generis redemptorem, vnde se dignum tot mortibus effecit, quot ad subditos perditionis exempla transmisit: diuersis quoque

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS M. NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	--------------------------------

crimibibus maculatus subditorum suorum non audet errata corrigit, cum tacite sibi ipse respondeat eadem se quæ corrigit commisisse, quinimo iudicem subditi nec ab eo volunt sumere pabulum verbi Dei, nec etiam ipso celebrante Missarum solemnitas interesse. Ideoque mandamus quatenus personaliter accedens ad locum; & habens præ oculis solum Deum, diligenter inquiras, an super præmissis sit idem Episcopus adeo grauiter infamatus, quod clamor ascendens nequeat diutius dissimulari sine scandalo, vel absque periculo tolerari, & quod circa hoc inuenetis nobis per tuas litteras fideliter intimare proores, Datum Lugduni 5. Idus Nouembris anno 4.]

*Institutione
missio Fran-
ciscanorum
in Africam
separatio fra-
ter Lupo Epi-
scopo Marro-
chiorum.* Hoc anno pro conversione Africanorum solemnis Franciscanorum missio instituta: IX. Sedes namque Episcopalis Marrochij in Africa vacavit subsidio pastoris per mortem fratris Agnelli Ordinis Minorum. Ad candem ergo promovit Innocentius virtutis sanctum fratrem Lupum Ferdinandum Dain eiusdem Ordinis, de cuius promotione, & sanctitate scribit Gonzaga in conuentum, sub invocatione S. Francisci octo Cæsar Augustæ, in regno, & prouincia Aragoniæ. dum enim vetus conuentus in quo iacebat Fr. Lupo & Fr. Bernardus Viridans viri sancti ex consensu fratrum cederet Augustinianis anno 1286. translata sunt pignora sacra ad nouum conuentum qui à fratribus nostris etiamnum incolitur. verba Gonzagæ refero: [Ne vero Beatorum patrum Agni, atque Bernardi à Viridante corpora ibidem sepulta, à se derelicta viderentur, ea ad novi monasterij Ecclesiam in festo Apostolorum Philippi atque Iacobi eiusdem anni 1286. maximâ cum solemnitate, atque nobili processione translata fuere. Quo quidem die, toto circumstante populo, eorum beatorum patrum meritis, & mulieri quæ à sa. annis oculorum visum amiserat, lumen extitit restitutum, & altera mulier cocles oculi redditum assecuta est. Horum alter vocabatur Fr. Agnus, qui primus omnium, cum esset genere nobilis, atque dignitate Canonicus, vocareturque Lupus Ferdinandus Dain, spretis huiusmodi honoribus, Franciscanæ Religionis habitum Cæsaraugustæ suscepit, atque pauperculis fratribus adiunctus est. Hic denique à ministro eius Provinciali Romano ad Gregorium nonum summum Pontif. ob quædam negocia religionis statum concernientia, missus, tanta cum apud ipsum summum Pontificum quoque apud Illust. Cardinales sanctitatis opinione polluit, ut & ab omnibus maxima in veneratione habitus sit, & Hierosolymam accedendi facultatem à summo ipso Pastore petens, id quod sequitur, responsum retulerit: Vade fili, concedo tibi quod postulas, dum tamen non ut lupus sed ut agnus pergas. A quo etiam tempore non frater Lupo, sed frater Agnus dici voluit. Præfata tamen facultate gaudere nequivit. Cum enim per id tempus Marrochiorum Antistes vita functus esset, pluresque eam dignitatem sibi conferri supplicarent, respondit summus Pontifex: certe iam est alterius, quem nuper de lupo fecimus agnum, & ideo dignum est, ut de agno faciamus pastorem luporum. Et merito: nam Marrochiani ipsis lupis in Christianos superiores sunt. Hisque dictis summus ipse Pontifex patrem Agnum ad Marrochiorum Episcopatum promovit. Quam ille (licet invitus) dignitatem acceptans, relieta interim Hierosolymorum peregrinatione, ad oues sibi commissas ex tempore perrexit: quibus per aliquot annos sanctissime, & non absque fructu, insuper gratissimus adeò, ut illud Esaïz: *Habitat lupus cum agno, & puer parvulus minabit eos*, de ipsis verificari potuerit, præfuit. Sed cum is huiusmodi Marrochianos obstinatissimos in abominabili sua secta, atque viciis irretitos plus æquo cerneret, nec eos ab huiusmodi peste ad salutis semitam reuocare posset, tædio affectus, atque Franciscanam paupertatem anhelans, à summo Pontif. tunc sedente, ut Episcopatuui valedicere, Hierosolymam petere, atque propriam prouinciam repetrere posset, supplex petivit. Voti igitur compos effectus, post plurimos exantatos in huiusmodi peregrinatione labores, alteram ex costis, atque quoddam os S. Matthie Apostoli, caput vnius ex SS. Innocentibus, aliquotque alias SS. reliquias, quas & loco contulit, secum defensens ad antiquiorem Minorum conuentum, Cæsaraugustæ erectum, (de quo in huius prouinciaz procremio) se translulit; ubi & quam diu sibi comes vita fuit, sanctè cominoratus, atque sanctius vita functus est. Eius corpus fratres honesto loco tumulandum curarunt. Vnde & ad præsens monasterium (ut diximus) translatum extitit. In hoc errat tamen author præfatus, quod à Gregorio nono promotum referat fratrem Lupum Romæ, cum id contigerit Lugduni ab Innocentio hoc ipso anno, nominis

*Prouincia Ars-
tana. Ars-
tana. coou. 4.*

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MR- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

nominis etiam mutationem, firmius ex Póticis instituto adhazisse, non probo, cum ipius litteræ contrarium deligent; non negaverim tamen nomen in contrariam dictionem ex claris virtutibus, & meritis sancti viri transisse, vel tum etiam notiori appellatione usus est Pontifex, licet aliam commendarit, & induxit. securius tamen conicio eam nominis allusionem referendam ad fratris Agnelli institutionem factam à Gregorio, cum & nome & personæ concordent; eam ignoravit Gonzaga. promotionem fratris Lupi Christianis in diœcesi Marrochitana significauit in litteris Pontifex.

INNOCENTIVS, &c.

*Universis Christi fidelibus per Marrochitan.
diœcesim constitutus.*

- X. [In eminenti specula licet immeriti, disponente Domino, constituti eti curam, & solicitam diligentiam habere de vniuersis, & singulis Ecclesiis ex susceptis administratio-
nis officio teneamur: illis tamen quæ Sedi Apostolicæ immediate pertinere noscuntur
in mundi finibus constitutis inter discolas nationes pronis animi viribus promptisque
præsidii favorabiliter conuenit nos adesse. Sane Marrochitan. Ecclesia sola & vna
in partibus ipsius alia Rom. Ecclesiæ specialis Pastoris solatio destituta, verentes ne pro-
pter ipsius diutinam in vos sub fide catholica militantes, ac in seipsum pataretur in
spiritualibus & temporalibus lœsionem, quamquam Ordo fratum Minorum sit Ecclesiæ
Romanæ nouella plantatio, quia virtuose apud militantem, & triumphantem Eccle-
siæ meritum proficit, & exemplis, & in feruore religionis ipsius habetur quodammodo
quædam species paradisi, de ipso arbor fructifera est exceptra fr. videlicet Lopus, vir vi-
que Deum timens, insignis virtutibus, scientia decoratus, prouidus in temporalibus, &
spiritualibus circumspectus de cuius persona eidem Ecclesiæ, auctoritate Sedis Aposto-
licæ favorabiliter, & utiliter est prouisum. Verum cum sit nobis fiducia quod de partibus
ipsius, per circumspectionem eius, & scientiam sibi datam à Domino, prava in directa,
& in vias planas aspera conuertantur, euellantur vitia, inseruantur virtutes, destruantur
nocua, plantentur salubria, amplietur fides, & cultus diuini dominis augeatur. Vniuer-
sitatem vestram rogamus, monemus, & horcamur, attente mandantes quatenus ipsum
ad praetam Ecclesiam, cum plenitudine nostræ gratiæ accedenter honorifice, sicut
decer deuotionis filios, tamquam animarum vestrarum Episcopum, & Pastorem reci-
pientes, hilariter, & libenter habeatis ipsum, & commissam sibi Ecclesiam pro diuina,
& Apostolicæ Sedis reuerentia propensi commendatum, ipsique tamquam Patri, &
pastori animarum vestrarum plene, ac humiliter intendatis, exhibentes ei obedientiam,
& reuerentiam debitam, & deuotam, eiusque salubria monita, & mandata suscipiendo
deoore, ac humiliter obseruando. Ex hoc enim dignos honoris augmento, & palma
perennis gloriæ apud æternum Iudicem vos reddetis. Alioquin sententias quas idem
Episcopus propter hoc ritè tulerit in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore
Domino, usque ad satisfactionem condignam, inviolabiliter obseruari. Datum Lugduni
2. Kal. Nouembbris anno 4.]

Scrispsit etiam ad Regem Marrochiorum Saracenum eum ad veritatis lumen inui-
tans, & prædictum Episcopum, ac comites Franciscanos qui ad ministerium fide-
lium, atque infidelium conuersionem destinabantur, oī impense commendauit.

INNOCENTIVS, &c.

*Illustri Regi Marrochitarum, & mandatis eius
humiliter obedire.*

- XI. [Gaudemus in Domino, tibique non modicum congaudemus quod sicut Ven. fratri
nostro Marrochitan. Episcopo nobis inquit exponente, tu Catholicorum Principum
Epistola ad Regem Ma-
K k k 2 ac tibi rochy.

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

actibi inhærendo & prædecessorum tuorum imitādo vestigia qui Marrochitan. Ecclesiā multis libertatis priuilegiis munierunt, plurimorumque bonorum largitione dotarunt non solum eam à conatibus, & incursibus malignorum, & contrariorum Christianæ fidei haecēus defendisti, sed munificentia tua eidem immunitates, & libertates non modicas contemplatione diuini nominis dextera contulit liberali, & Christianos in terram tuam per dictos prædecessores tuos introductos exculisti præsidiis, & fouisti beneficiis oportunis, propter quod probabili præsumptione tenemus, quod pia loca, & Christianæ fidei seftatores in ditione tua positos, geris in proposito augmentate, & dignum est hoc à te feruentur diligi, & sollicitè obseruari, vt in te progenitorum tuorum præclarum nomen effulgeat, & virtuosis Regibus, te Regem similem mundus agnoscat. Hæc quidem prouenire clariori præfigio de cœlesti colligimus voluntate, ac ex hoc prouidentiam Salvatoris magnifice, & misifice dirigere gressus tuos dum inuocantibus nomen Christi adiutus, aduersariorum tuorum insultus, & violentiæ impetus potenter haecēus repulisti, & per virtutem vitium ipsorum lucifecisti tibi de bonis plurimis eorumdem. O utinam ad arcem contemplationis ascenderes, & modicum de dulcedine diuinæ sapientiæ prægustares. ibi colligeres per te ipsum quam dulcis est Dominus, & quam iucundum sit sibi debitum reddere famulatum. O si proprium cor intrares, & in secretiori mentis thalamo, quæ supra te sunt, nitereris perspicue indagare, quam magna sunt illa, quam ineffabilia, quæ nomen Christi suscipienteibus, & colenteibus promittuntur, non ambigimus quin si rectè saperes, promissiones acceptares easdem, & efficereris subito de cultoribus vnum, quia partem eligeres potiorem. Nos quidem de iu quæ circa te sunt sollicitius pensaremus recipiendo te inter magnificos Principes specialiæ, & terram tuam sub speciali protectione ac defensione A postolicæ Sedis, & nostra, nec permitteremus per potentiam Ecclesiæ collatam diuinitus, te ab aduersariis tuis aliquando molestari. O si ad cor altum accederes, & subtili meditatione pensares in speculo rationis, quantum in te posset nomen Altissimi exaltari, dum ad te reuertens faceres quod te dominum sequeretur ad fidem innumera populi multitudine, nece aliquatenus haecēus quin si regalis excellentia Deo viuo se habilitare curarer, ipso pinguedine terræ ac rore coeli terram tuæ mentis è vestigio illustraret. Sed in hoc re tibi duximus totaliter relinquendum. Verum cum duros hostes, & nequitia plenos habere dicaris qui non minus versutiis, machinationibusque, quam manu valida terram tuam infestare nituntur, ipsi Christiani attendentes quod non in exercitus multitudine, sed de cœlo recipitur fortitudo in defensione catholicæ fidei, & Ecclesiæ tuique regni subsidium contra eos insurgant viriliter, & potenter sapius de hostibus triumphando, vendendum est ne dictorum aduersariorum astutia improvisa, ac festinata, & inopinata invasio eos inueniat imparatos, & si, quod absit, prout de ipsis in pluribus partibus terræ tuæ strages non modica est subsecuta, sicut te ignorare non creditimus, finaliter de virtute vitium triumpharet, ipsorum rebus, & personis eorum periculum, tibique, terræque tuæ discrimen irreparabile obueniret. Expedit igitur ut futuro periculo festino, & congruo remedio succurratur. Quare Serenitatem regiam rogamus, monemus, & in Domino eam præsentibus litteris excitantes, quatenus aliqua loca munira in terra tua in quibus necessitatibus tempore dicti Christiani se receptare valeant, & custodiam aliorum portuum per quos si urgeret necessitas, & suaderet utilitas valerent terram egredi, & reintrare cum festinato substdio pro defensione personarum, & rerum recente tibi principali dominio consignare procures. Hoc autem non minus utilitati Regie, quam eorum profectui creditimus expedire, quia non magis eis in subsidium prouenit, quam tibi, & terræ tuæ proficit in augmentum. Prædictum vero Episcopum, & sui Ordinis Fratres, ac Christianos sub tuo degentes Imperio pro diuina, & Apostolicæ Sedis reuerentia, in his, & aliis pro quibus ad te recursum habuerint, habeas taliter commendatos, quod hic tibi dierum longitudo scribetur, & per hæc, & alia bona quæ feceris ad lucem venire valeas veritatis. Super iis autem quæ dictus Episcopus tibi ex parte nostra dixerit, quæ salutem animæ tuæ prospiciant, illam indubitatum fidem adhibeas, ac si tibi ore proprio loqueremur. Datum Lugduni 2. Kalen. Nouembri anno 4.]

Per hæc forte tempora concigit illud quod Marianus, Marcus & alij referunt. Rex porro

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AB. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
postea Marrochiorum & alius Rex Saracenus de finibus aliisque causis certantes, ad armam cucurserunt sub quibus hinc inde Christiani militabant; alter ad pacis conditiones & tractatum non aequo descendebat. Ceterum cum Marrochij tres fratres Minores se Regi pacis iuncti nuncios obtulerunt, ne Christianorum pernicie bellum quaqua versus declinante victoria fessi sunt. quibus itineris comites Marrochianus concepit. Sed alium Deus adiunxit obvium in exercitu leonem, qui velut cicurus Dei seruis famulatus est. Saracenos gressatores qui sub spe predie insultum tentarunt fugauit, & securos ac saluos perduxit comites ad regiam ciuitatem: verum ibidem in multitudinem Saracenorum armatorum qui ad portas obnubilabantur incurvare verentes, vi potest ignoti, substituerunt. Leo autem diuino nutu equos & milites rugiens dissecit, donec via patefacta legati ad Regem peruenerunt, qui audito successu, & diuinaz erga seruos suos prouidentiz solicitude, facilis pacem admisit.	Mariob. l.2. c.1. Marc. 1. p.l. T. C. 1.1. Chion. anti.		

XII. Sequentes omnia dedit Innocentius ad Regem Tunici rogans ut Franciscanos quos ad regem Tunetanum mittet, predictus Episcopus, fouveret, & ob reverentiam Sedis Apostolicaz recipere, & sicut alias consueverunt ibidem liberè permitteret conuersari.

INNOCENTIVS, &c.

Illustri Regi Tunici Deum timere & diligere.

XII. [Pater spirituum Dominus Iesus Christus spirituales ad capiendos homines faciens pescatores, qui de lacu misericordia, & luto fecis educatos in diuinorum conclusos retribus praceptis illi obedire faciant, cui est seruire, regnare ipsos, vel ad loca transire in quibus possint mitti teria in capturam; ad educendam hominum multitudinem, de his mundi voragine ruinosa, in redemptoris omnium seruitutem. Cum igitur sicut acceptimus sub potentatus magnifici tui sceptro plures permaneant Christiani, & illuc accedant quam plurimi pro suis mercimonii exterritatis, qui contra periculosos animarum mortbos formentis indigeant consilij salutaris, ne languentium pereat multitudo si medicinalis operatio illi desit, sed potius in lecto iacentes aegritudinis quorum status in infirmitate versatur ex medicorum praesentia respirent in propositam spem salutis. Celitudo Regiam rogandam duximus attentius, & monendam quatenus ven. fratrem nostrum Marrochitanum Episcopum, & dilectos filios nostros Fratres Minores, quos idem Episcopus pro salute talium, ad tui regni gloriam duxerit transmittendos, ob diuinam, & Apostolicz Sedis reverentiam clementi pietate recipiens, ipsos cum Christianis, sicut consueverunt, ibidem permittas libere conuersari. Datum Lugduni 8. Kal. Nouembri anno 4.]

XIII. In eundem modum scriptum est Illust. Regi Capte, & Regi Bugize: Commandanit similiter omnibus fidelibus per oram maritimam Hispaniaz constitutis, atque in remissionem peccatorum iniuxit, quatenus eidem Episcopo ad Dei cultum amplificandum omni auxilio assisterent.

INNOCENTIVS, &c.

Universi Christi fidelibus per maritimam Hispaniae constitutis.

[Fideles proprio signo fidei vivificaz insigniti, illud debent procul in nationibus ad professionem Christiani augmentandam nominis eleuare, ut aeterni Regis gloria in conscientium numero multitudine tanto glorioius praedicetur, quanto in omnem terram sonus diffusus credentium in unius labij eorundem sermonum pari concordia vocem laudis, & gratiarum personent actionem. Sanè cum sicut accepimus ad confessionis diuinaz salutarem gratiam in Marrochio dilatandam, sit necessaria vestra diligentia studiosa, ut celestis plantatio radicata, ibidem vestro in sua teneritudinis nouitate confortata ministerio, & propagata consilio, fauore, & auxilio salutari ad promotionem Catholicaz fidei

Epi. L.4.
2 no 4
Commanda-
tur fidelib-
res Africa-
na promo-
tenda.

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELICIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

fidei, & exaltationem Ecclesiaz sanctaz Dei gloriois proficere debeant incrementis. Vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur in Domino, & in remissionem vestrorum iniungimus peccatorum deuotioni vestraz, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ven. fratre nostro Marrochitan. Episcopo ad cultum diuini nominis ampliandum, ob diuinam, & Apostolicz Sedis reuerentiam tam diligenter, quam viriliter afflatis, cum per ipsum vel suos nuncios super hoc fueritis requisiti, tamquam orthodoxe fidei feruidi zelatores. Darum Lugduni 15. Kalen. Nouembris anno 4.] In eundem modum scriptum est Archiepiscopo & Consilio Terraconen. Archiepiscopo & Consilio Maioricarum, Archiepiscopo & Consilio Valentin. Archiepiscopo & Consilio Narbonen. Episcopo Buionen. & populo sibi commisso, Episcopo & Consilio Barchinon. Archiepiscopo Ianuen. & populo sibi commisso: Episcopo Massilien. & populo sibi commisso, Episcopo & Consilio Portugalen. Episcopo S. Emeterij Burgen. dicæ. Consilio S. Sebastiani Pampilonen. dicæ. Consilio de Laredo Burgen. dicæ. Consilio Castrí de Odiáles Burgen. dicæ. Episcopo Vlixboonen. & populo sibi commisso.

Scriptum etiam similis argumenti ad Regem Aragonie.

INNOCENTIUS, &c.

Illustri Regi Aragonie.

[Attendentes quod ex fauore intuitu pietatis impenso religiosis & præfertim iis, qui XIV. fungentes Pontificatus officio in Saracenorum terris sunt constituti, & temporalis prosperitas, & æterna felicitas procuratur digne, pro ven. fratre nostro Episcopo Marrochitan. serenitatem tuam rogamus, & monemus attente in remissionem tibi peccatumini iniungentes, quatenus ipsum, & fratres, ac alios qui cum pro Marrochitanz Ecclesiaz negotiis comitantur, ob diuinam reuerentiam, & Apostolicz Sedis, ac nostram habent propensius commendatos, impendas eis consilium, auxilium, vel fauorem, ac facias in seculo conduci, & aliis quæ sibi necessaria fuerint cum ab eis requisitus fueris prouideri ita quod propitiationem diuinam exinde assequaris & nos sinceritatis tuz zelum possimus merito commendare. Darum Lugduni 10 Kalen. Nouembris anno 4.] In eundem modum scriptum est Illust. Regi Nauarræ Illust. Regi Castellæ Illust. Regi Portugaliz, & ad omnes Christi fideles per Africam constitutos.

Alias dedit ad vniuersum Ordinem ut prædictam missionem Episcopum ac socios XV. strenue, & omni consilio, ac fauore promouerent.

INNOCENTIUS, &c.

Ministris Custodibus, & Guardianis Ordinis
fratrum Minorum.

Epi. 1244. Secundum Apostolum quique fideles sua debent ad inuicem onera supportare, vt ad impleant legem Christi, multo fortius Fratres suz professionis fratrum oneribus tenetur supponere humeros ad portandum, cum frater qui iuvatur à fratre Salomone testante, p. 10. 12. 19. quasi firma civitas censetur. Hinc est quod vniuersitatem vestram monendam duximus attentius, & hortandam in remissionem vobis peccatumini iniungentes quatenus venerabili fratri nostro Marrochitan. Episcopo, & sociis suis ac aliis, quos ab eo pro suis & Ecclesiaz Marrochitanz negotiis mitti contigerit, in omnibus quibus poteritis commode impendatis consilium, auxilium & fauorem, ita quod mutuam in vobis ipsiis charitatem continuam vos habere operum exhibitione monstratis, vt à Deo & hominibus possitis merito commendari. Datum ut supra.

Scriptum etiam ad Magistrum & fratres militiaz S. Iacobi seq.

XVL

ANNO CHRISTI
1246.

INNOCENTII IV.
ANNO 4.

HENRICI VII.
IMPER. ANNO I.

RELIGIONIS MI-
NORVM ANN. 39.

INNOCENTIVS, &c.

Magistro & fratribus militiae S. Iacobi.

[Circa opera pietatis vos non credimus inuenire difficiles, ad quæ tam exemplo, quam opere etiam alios tenemini inuitare. Cum itaque venerabilis frater noster Marrochitanus Episcopus Domino cupiat populum reddere acceptabilem, nec non ad exaltationem intendat viriliter nominis Christiani, cum noscatur nunc esse ibidem plurimum opportunum, nec ad hoc per se ipsum sufficiat, nisi eidem à Christi fidelibus subsidium impendatur. Vniuersitatem vestram rogamus monemus, & hortamur attente mandantes in remissionem vobis peccaminum iniungendo, quatenus cum ab eodem Episcopo super præmissis fueritis requisiti, eidem ob reuerentiam Apostolicæ Sedis, & nostram impendatis auxilium, consilium, & fauorem, ita quod propitiationem diuinam exinde mereamini, & nos deuotionem vestram possimus non immerito commendare. Dat. Lugduni 3. Kal. Nouembris anno 4.] In eundem modum Magistro, & fratribus ordinis Calabren.

XVII. Eandem curam & potestatem super vniuersos Africanos fideles delegauit Pontifex fratris Lupo, qua gaudebat eius prædecessor fr. Agnellus scriptis sequentibus.

*Concedit po-
testate super
omnes in Af-
rica fideles.*

INNOCENTIVS, &c.

Vniuersis Christianis in Africani partibus constitutis.

[Cum, sicut intelleximus, animarum vestrarum cura bon. mem. Agnello Episcopo Marrochitano fuerit ab Apostolica Sede commissa, nos qui de vniuersis Christi fidelibus ex suscep*te* administrationis officio curam tenemus gerere, de salute vestra solliciti, volentes ve*re* Ven. fr. noster Episcopus Marrochitanus successor eius in huiusmodi sibi cura succedat, vniuersitati vestra per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ipsi Episcopo, tanquam patri, & pastori animatum vestrarum plenè, & humiliter intendatis, eius salubria monita, & mandata suscipiendo deuotè, ac inuiolabiliter obseruando. Dat. Lugduni, 14. Kal. Ianuarij anno 4.]

Eidem indulxit ne per decennium visitat̄ teneretur limina Apostolorum, cum nauigare ex Africa non licuerit nisi de licentia Saracenorum, in quorum dominio versabatur. In*luitaque* ciunt litteræ. *Fidei tuae, &c.* Dat. 3 Id. Nouembris anno 4. Concessit etiam eidem facultatem absoluendi in certis casib⁹ & dispensandi super irregularitate contracta ex celebrazione missæ, aut receptione Sacramentorum cum iuris ignorantie. Incipit: *VI in aduentu* tuo, &c. Dat. Lugduni 8. Kal. Nouembris anno 4.

XVIII. Mense Maio, die 19. huius anni migravit ad Dominum Beata Humiliana, tertij Ordinis S. Patris nostri Francisci, etate tenera, sed meritis & virtutibus matura. Progenitorem habuit Oliverum Cerchium antiquæ nobilisque familiæ Florentiæ. Fuit Beata Humiliana à teneris annis vas Deo consecratum, vnde in paterna domo animum à lascivia, & vanitate abstractum totum Deo conservauit, nihil reprehensibile admittens in sermone, aut opere: creuit enim cum ea pietas, studium orationis, contemptus mundi, abstinentia, & humilitas. Pertingens annum decimum sextum aetatis matrimonio collocata est præter genium patri obsequuta, viro genere, & diuitiis pari, inferiori tamen religione, & disciplina, ut qui vsloris & lucro sordide inharet. Ceterum inter negotiatores Deus non dereliquit solam sine consorte, quæ simul iugum duceret, & in via Domini sine offensa perinde ambularet: in eadem porro domo cohabitauit marito frater, cuius vxor, dicta Rauenna, non minus divina affectabat, quam Humiliana. Hæc socia fuit ad orationem, ad opera pietatis, ad Ecclesiam, aliaque pia opera, quinque annis marito coniunxit, à cuius latere surgens summo mane orationi incumbebat, & reliquum tempus piis operibus usque ad meridiem, pomeridianum vero tempus manuum operibus, reique domesticæ impendebat, non tam commodo, quam pietati studens, quo liberalius in egenos etrogandi copia suppetaret: quibus non modo superflua sed etiam necessaria suisque vslibus suberabat, mariti proinde indignationem, & offenditam sepius incurrit. Hæc tamen, & alias persecutiones libenter passa est, ut Christum in suis pauperibus exciperet. Ab illa tandem

*B. Humilia-
no.*
*Mariam li. t.
Marcus.
Rod. lph.
V. laceni.
S. Iua in vir.
SS. Et. tiz &
alij.
Matrimonio
collaborata.*

*Radierna fa-
cia Humili-
ana.*

ANNO CHRISTI
1246.

INNOCENTII IV.
ANNO 4.

HENRICI VII.
IMPER. ANNO I.

RÉLIGIONIS MI-
NORVM ANN. 39.

*Relicte de
lata morte.* seruitute in libertatem vindicata est consortis morte, qui cum ad extrema duceretur Bea-
ta Humiliiana periculi misera obtulit hæredibus suain dotem, modo usurpas restituerent,
malens hic in paupertate scipiam, quam illic in pœnis animam matiti degere. Duas filias
ex eo genuit, quas in paterna domo reliquit, optrans ut in tenera ætate, & innocentia flos
ad suum authorem vocarentur, antequam malitia peruerterentur. ipsa mortuo marito ad
patrem regressa est proponens firmiter continentiam seruare, & soli Deo adhædere, quan-
tumcumque pater, & fratres ad secundas nuptias eam frustra urgerent. voluit institutum
*Soror cali-
bam in vi-
duatu.* Sanctæ Claræ in monasterio montis cœli assumere: sed à Deo ad exemplum viduarum,
& aliorum vocata proposito cessit, assumens habitum tertij Ordinis Pœnitentium San-
cti Patris nostri Francisci: in paterna domo rigorem monasticum priuatæ vitæ coniunxit.

*Tempus ha-
bitus pauperi-
tatis. 3. ordini
Francis.* Videns tamen non defuisse in patris familia, quibus virtus, & disciplina gravis fuerit,
Subtraxit se inuita consilio, & cuidam paternæ domus turri se inclivit, in qua ab om-
ni strepitu semora, in pœnitentia, & orationibus velut columba, passerque solitaria ge-
mebat. ei pater seruam vnam, cum necessariis expensis assignauit. Tempus maturi-
num orationibus, missis, & concionibus audiendis, visitationi infirmorum, eleemosynis
distribuendis transigebat, de reliquo inclusa manens in multam noctem insistebat con-
templationi.

*Decepta à
pastore.* Patrem subit cupidio recuperandæ dotis cum invincibile flix propositum nequirit XX.

superare, cumque id iure sine ipsius consensu nequierit, hac arte eam repente aggrel-
sus circumuenit: aduocatis porro testibus, & Notario prætexuit necessitatem, poslu-
lavit consensum, ut dotem ab hæredibus defuncti repeteret, & filia in paternum unum
omnia sua iura, secura remitteret. Illa doli ignara id reverentia patris libere permisit, do-
luit tamen iuramento firmare: mox delusam se agnoscens indoluit patris perfidiam,

pauperibusque subtractas facultates, quibus eas ipsa potissimum reseruabat. Cete-
rum eam maioris profectus occasionem Deus permisit, quo Humiliiana à cura à soli-

*Retoram et
contemplatio-
nes.* citudine ministerij reuocata, studium contemplationis securius, & sine distractione pro-
sequeretur. Subtracta igitur ea exterius conuersandi occupatione, se totam facta le-
ctioni, & rebus diuinis contemplandis dedit, institutum mutauit, & normam: nam quod

alias non consuevit, prima nocte maturius se quieti dabat, ut media nocte vigilans, &
sponsum expectans exurget cum psalmista ad confitendum Domino. Post primum
ergo somnum expergefacta surgebat, & deinceps orationi incumbens, lectum non repe-
tebat. Sæpius à terra suspensa, & eleuata in oratione videbatur in aëre ut plures potissi-
mum B. vir Fr. Michaël de Albertis confessor eius, & fr. Vigor de Corona Ordin. Mino-
rum se vidisse testati sunt. Sæpius etiam malignus hostis assumptis variis figuris & ter-
ribilibus phantasmatibus quietem virginis interpellabat; sed illa facto signo Crucis

*Illusio demo-
na.* umbras huiusmodi statim discutiebat. Semel duas filias, amicam etiam Rauenbam
velut in lecto defuntas obiecto phantasmate representauit, quo eam charæ prolis, &

parentis sorte vel minimum turbaret. Apparuit ei aliquoties in forma iustantis, aliquando Abbatis, aliquando serpentis, aliumque verum serpentem, & horridum in cubicu-
lum intrulit, qui maiorem timorem sanctæ incussit, sed inuocato nomine Christi præ-
cepit angui, ut se in circulum torqueret, & dicto citius obsequentem apprehendit, ex-
tra fenestrellam extulit mandans ne viterius quietem eius inturbaret qui amplius

*Serpens ex-
pulit.* non comparuit. Apprehensam semel collo dæmon ita cecidit, dentesque tam atrociter
concuassisit, ut per quindecim dies præ dolore vix quidquam potuerit mandare. Sæpissime

excessum mentis passa noctes totas insomnes ducebat altissimis absorpta contemplatio-
nibus, & velut Paulus an in corpore, an extra corpus, nesciebat; cuius rei testimonio

*Rapta &
extasias pa-
passe.* plures perhibuerunt testimonium ut soror eius Sibilia, Cicilia vxor fratri, Ghisola, Com-
pinta, Scorta, Dialta, & Iacoba, & Altobene. Germani & parentes diuinæ consolationis
& dulcedinis parum experti, verentes ne deliquio, aut cuiquam simili ex corporali passio-
ne infirmitati succumberet, experimentum adhibebant dentes ei secantes, illa vero hæc
molestiis quandoque in se recusa amarissime flebat conquesta à felici statu, ad miseram

*Eius ab-
stinen-
tia.* reuocatam esse. Magna fuit abstinentia, quatuor modicis panibus tota hebdomada sustentabatur, XX
obsonio abstinencebat, vel certe vili vfa est, ad fomentum stomachi ex quo laborabat, non
ad delicias. ieunabat plures quadragenæ, (in ea autem quæ Resurrectionis dicitur ab-
stinebat vino) feria 2. 4. 6. & Sabbatho cuiusque hebdomadæ, quandoque etiam tertia
primum

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII IMPER. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	----------------------------------

primum die cibum sumebat. Perseuerantiam Deo semper cum continuis lachrymis, & orationibus commendabat, sculptam Beatissimæ Virginis viua memoria imaginem versabatur, cuius præsens in omni angore subsidium est expeta; cilicium sub rudi tunica gestabat, donec ex præcepto confessoris ob ventriculi infirmitatem illud deposuerit, ne quis, durissimisque flagellis subiiciebat corpus. Solitudinis præz cateris, & silentij, maxime post sanctissimam mysteriorum communionem, amans fugiebat congressum aliorum Deo sibi vacans; si quando colloquium admittebat, prius admoneri curabat, ne de alio quam de Deo, diuinisque fieret, quod si intus, aut extra domum aliquod verbum audiebat, minus congrue prolatum, aures obturabat, ne intus hauriret quod mox hosti cederer in expugnationis munitionem, muscasque excitaret, quæ meditationis dulcedinem insipidam redderent, aut aciem contemplantis moleste obuolitarent. Fœdus cum oculis pepigit ne ad vanam vel tantum respicerent, sanctæ tantum conuersationis homines admittebat, & admirabatur, quorum conuersatio utilis esse posset. neque quæ exterius fiebant plarimum iam molestiz inferre poterant, animo veilioribus occupato, & passionem sui Saluatoris continuo voluenti, non sine excessu doloris ac lachrymarum: unde accentum patiendi pro Christo desiderium enascebatur, cum studio martyrii si occasio fieret. *Meditatio passionis Christi*

Dono lachrymarum prædicta fuit, animique serena quadam, & secura teneritudine: qua per tempus ad probationem subiecta, inconsiderato amoris feruore, lachrymas calce viua pupillæ admota prouocare est evisa, non sine exercitatis periculo. Indiscretam solitudinem increpauit confessor, admiratus tamen feruorem interrogauit unde maxime in via Domini progressum habuerit: respondit à pietate, cura pauperum, quod se semper vilipensam contempserit, & humiliter de se senserit, nihilque præ Deo solo curauerit; egregium sane tyrocinium sanctitatis, quod aliis testum est totius ædificij spiritualis, & terminus profectus.

XXI. Non defuerunt etiam famulæ Dei in fine persecutiones; nam & pater domum muravit, filiamque simul migrare iussit, sed illa noluit eum locum deserere in quo diuinæ visitationi, & dulcedini iam assuefacta in dies virtutum incrementa suscepit. Non defuerunt qui id verterent in pertinaciam, nescientes secreta sanctorum, & diuini consilij arcana, de quibus mundus semper perpetram iudicat. Voluit sancta, quæ sub paternæ pietatis umbra delituit, tanquam delicata, deinceps experiri aliena viscera, & quod superfuit, velut in alieno teste peregrina, extra paternam domum, decertare. Plura inde parens in eam machinatus est ex indignatione, plura hinc consobrinus eius Galganus, qui in domo ipsi successit, & sanctam hospitem abhorrebat; *Nulla enim conuersatio lucis ad seneras*, quinimo sanctuarium illud Humiliantæ diuinis iam revelationibus, & frequenti visitatione sanctificatum, profano suo, vxorisque illato thoro voluit polluere. Hæc illa libertissime sustinuit, non sustinuit tamen sanctorum suorum, & innocentum ultor Deus, nam & utrumque de medio brevi subtraxit, & mox post varias consolationes etiam Humiliantam ad brauium quod tanto anhelauit feruore vocitauit. *Ioh. 1:10.*

XXII. Correpta est mense Ianuario huius anni graui febre, cuius vehementiam illa superans longanimitatem usque ad mensem Martium dissimulauit; sed tum toto corpore infirmata, & vehementioribus per singula membra doloribus cruciata plene decubuit, angorem spe præmij, & instantis resolutionis suæ consolata. Eidem etiam assistebant viri probatissimi Beatus Fr. Michaël eius confessor, & Fr. Bonamicus eiusdem instituti, eamque confirmantes, interrogauit quid de sua salute expectaret: respondit finem adesse laborum, nullam superesse spem salutis corporalis, firmam esse animæ ut nec Angelo aliud prædicanti crederet, quod amplius est assistenti tum ancille mandauit, ut calceos, & tibialia mortuam indueret, subindicans, & præueniens honestatis cultrix honores, quos deuotus populus iam defunctæ delaturus erat osculando pedes, ne nudi apparerent. Prædictus fratrem Michaëlem brevi subsecutum, *Quadragesima duobus diebus vixit sine cibo* vicens raro forbitiuncula distillata, idque coptigite tantum per 18. dies, deinceps aqua pura. *Eius infirmitas.*

XXIII. Non defuit hostis extremo illo tempore eam vexare conatus ut ex verbis, & gestis eius erat intelligere: sed applicata per assistentes ad peccus eius, crux tentator euauit: in se autem reuersa dixit; *Gracias tibi ago Domine Deus quia liberasti me de laqueo venantium, & de operantibus iniuriantibus.* Post hæc quievit tota prima nocte Sabbati, & manu perceperit Sacramentis sue singulis, aut tadio fraviter emisit spiritum, in duobus quæ ipsa Domino

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. ANNO I.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 39.
-----------------------	---------------------------	--------------------------------	----------------------------------

Domino sollicitius commendabat, exaudita, vt nempe extra paternam domum nullo pa-
ternæ familij præsente moreretur, & ob reverentiam, & devotionem Virginis gloriose in
die Sabbathi, nuptia est ætatis 16. decimo sexto nupsit, quinque annis permansic nupta,
quinque annis vidua.

Fixa dona &c. Longum esset dona, & virentes quibus eam Deus cumulavit describere. frequentis-
quisque.

lime fuit visibiliter visitata ab Angelis, sanctis, ipso Salvatore, & sanctissima eius ma-
tre ut speciatim vita eius continet historia apud Marianum & alios. frequentissimas
extasias, etiam per biduum patiebatur. Semel oranti & contemplanti Sanctissimæ Tri-
Mystrium
Trinitati in
figura operis. nitatis mysterium tres Soles apparuerunt, qui in unum mox coierunt; alias oranti &
extincta lucerna, apparuit candidissima columba ferens rosam rubeam in ore, quæ mox
in lucidissimum solem conuersa disparuit. alia nocte extincta casu lucerna apparuit ma-
nus ignem ferens quæ eandem accendit. alias febricitanti dum non esset qui profundè
dormitante ancilla, ministraret, conuerta ad Dominum, postulauit opem, & mox apparuit
quædam virgo comitata Angelis, quæ sedulò ministravit necessaria.

Donum habuit prophetiz, mortem B. fratri Michaelis prædictum, sic etiam cuiusdam
sue parentis, fratris etiam matris sui, & Galgani consobrini sui, quin etiam grauem patris
infirmitatem, aliaque multa.

Fr. Hippolyt.
ad legum eius
miracula. Miraculis ante & post mortem claruit quæ frater Hippolytus Florentinus Ordinis
Minorum triennio post eius mortem anno scilicet millesimo ducentesimo quadragesimo
nono, fideliter collegit & probata sunt examinatis testibus. Demones expellebat,
tentatis subueniebat; pueri cuiusdam infirmitatem precibus sanato puero in scipiam
transstulit à qua etiam miraculo fuit liberata. Dominam Beaticem de populo san-
cti Miniati in monte ægram curauit. Scipiam à graui vulnere quod petulans ancilla,
projecto vrecole impressit, facto signo crucis sahavit delera omni cicatrice, filiam
suam, quæ mortua etiam videbatur, facto eodem signo, liberavit; Sororis sue Sibi-
licum siccum, & debilitatum brachium vigorauit, & animauit; deficiente oleo lucernam
aqua impletam accendit. Fratrem Galganum Ord. Minorum sub mortem à fistula quam
passus est, sanavit.

Sed post mortem etiam Deus per famulæ sue merita multa signa edidit, vñdecim à
magnis, & variis infirmitatibus curauit. Duobus cæcis lumen restituuit; muto loque-
lam, paralytico salutem; vnum ab iliaca passione, sex à podagra, & chyragra, quinque
contractos membris. Diuersos à variis periculis liberavit. Hæc & plura ex legenda eius
Scriptor vi. constant, quam scripsit frater Vitus de Cortona discipulus Sancti Patris nostri Francisci
& quondam Minister prouinciarum Romanarum, eam abbreviavit & politiore stylo compre-
hendit Raphaël Volaterranus. Sepulta est sancta Humiliana in conuentu Sanctæ Cru-
cis Florentiarum Ordini. Minorum; postquam vero Deus signa, & miracula ad sepulchrum
per intercessionem eius multiplicauit 7. die mensis Augusti sequentis, communis decte-
to, inde elata, & ad scalas qua ad pulpitum itur decentiori loco sepulturam accepit, quo
die plura miracula perpetrauit. Sed postea anno 1314. facta est translatio eius mense No-
vembribus in die S. Vitalis in sacrarium, vbi reliquæ eius in capsula lignea habentur in ma-
xima veneratione, eiusque ab incolis patrocinium inuocatur hoc hymno.

Aue luce meridiana humiliæ Humiliana,
Exaltata de hac vana valle ad Celi montanæ,
Nostra pessù plaga sanæ, aspera ponens in plana,
Contemplatrix & humana, pia, dulcis, & spontanea
Salua regina Christiana. Amen.

Multis post mortem viris probatis apparuit quam mox sequutus est eius confessor st. Mi-
chaël de quo nos obiter pauca superius scripsimus, quæ hic præterimus reperienda. Plu-
res alij sanctitate & miraculis hoc anno floruerunt, sed eos in sequentes annos breuitatis
studio refremus.

Conventus
Peronæ.
Gonzagæ.
Prouinciarum. Peronæ vrbe Gallæ munitissima in finibus Picardiarum in diœcesi Nouiomensi est cre-
atus conuentus sodalicio Minoritano, iuxta portam sancti Salvatoris, cuius Ecclesiastici
hoc anno consecravit R. Odonis Præsul Tusculanus Apostolicæ Sedis legatus, sub titu-
lo & inuocatione sancti Patris nostri Francisci. Concessit indulgentias quadraginta die-
rum

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. ANNO 1.	RELIGIONES MI- NORVM ANN. 39.
-----------------------	---------------------------	--------------------------------	----------------------------------

rum devote frequentantibus dictam Ecclesiam infra suz dedicationis obtuam. Hac constant ex instrumento super hoc confessio quod fundauerunt conuentum principie heroës longe vallis, & Haplin curiz, quorum alter solum proprio comparauit æte, alter maiorem ædificiorum partem dedit pietatis intuitu. Fama est hunc conuentum incluisse quandam sancti Patris nostri socium miraculis clarum, qui interuentu Dominorum Canonicorum sepulturam honestissimam accepit in primaria æde D. Turzo sacra. ex eodem conuentu prodidit Ven. P. Fr. Jacobus de Montier Doctor Theologæ & minister prouincie Francie & Guadianus Parisiensis. Anno tandem 1536. conuentus est excilus totus mandato Ducis Vandomir ob periculum quod inde bellorum tempore ciuitati imminebat. mox fratres in ipsam ciuitatem migrarunt, ædificata ibidem congrua habitatione.

XXVI. Circa Minoritici instituti initia aliquos eius fratres Rothomagum prouincie Nor-
mannie metropolim, & nobilissimum Gallie emporium, applicuere, vbi & perbenignè suscepiti in claustro diui Martii-Evangelistæ, & eius Ecclesia per aliquot annos ih magna sanctitate, & regulari obseruantia moram traxere. Ex quo tandem loco R. Odonis Archiepiscopi Rothomagensis suatu, & assensu egressi, ad Ecclesiam Diui Clementis prope viam Templatorum sitam anno Domini 1246. conuolarunt. Quia vero ea erat parochialis Ecclesia R. Fr. Odo Rigaldus Minorita, qui prædicto Archiepiscopo Odoni in Archiepiscopatu successerat, parochianis per proximas Sancti Stephani & Sancti Martini prope pontem patochiales Ecclesiæ distributis, illis Ecclesiæ omnino dimisit. Cui quoque Nicolaus de Lunda auratus eques, ad quem patronatus eius Ecclesiæ ius pertinebat ex animo subscriptus: idque approbantibus serenissima Blancha Francorum Regina, & diuo Ludouico eius filio, eorundemque Francorum Rege. Successu vero temporis fauentibus sibi præfatis Regina Blancha, eiusque filio diuo Ludouico, qui perenam fontem monasterio concessere, ac Melchilde de Stontevile, quæ tres domos, & proximam platem, addita sufficienti electrosyna, liberalissime contulit: & nobili heroë Guillermo Cameratio Francauilla, plurimisque aliis pientissimis viris: præcipue vero R. P. F. Odone Rigault Ordin. Franciscani alumno, atque Rothomagensi Archiepiscopo, præfati fratres celeberrimum hunc conuentum sibi coædificarunt. Cui & Christianiss. Francorum Reges Philippus Valesius, Ioannes huius nominis priimus & Carolus Quintus omnitudinam immunitatem concesserunt. Præfata Ecclesia, multis annis ante Ordin. Minorum institutionem, ad Dei & Sancti Clementis Papæ, & martyris honorem, dedicata fuerat. Locus hic absolutissimus est, & omni ex parte perfectus, siue eius structuram, siue dormitoria, siue bibliothecam, siue claustrum, siue duo capitula, siue etiam refectorium, ceteraque officinas species: quapropter 70. fratribus eius accolis commodissimum præbet hospitium. Hic denique conuentus ab Obseruantibus Franciscanis ad patres eiusdem instituti Conuentuales, anno Domini 1460. devolutus est: sed anno 1501, ex mandato Alexandri 6. Summi Pontificis opera tamen illustrissimi Georgij ab Ambassia S. R. E. Cardinalis, Rothomagensisque Archiepiscopi, ac Apostolicæ Sedis per universam Galliam à latere legati, ab ipsis ad eosdem Obseruantes, annuente Ludouico XI. Francorum Rege, rediit. Ex hoc conuento prodidit R. P. F. Odo Rigault, qui propter egregias eius virtutes ad Archiepiscopatum Rothomagensem electus fuit, & R. P. F. Franciscus Lotharingus Sidonensis Episcopus, virque doctissimus: & V. P. F. Nicolaus de Niise pietate ac scientia illustris, qui post plurima Ordinis munia, quibus diligenter funsus est. Hoc in eodem loco 18. mensis Maii, anno Domini 1509. non absque sanctitatis nota, diem clausit extremum sepultus in medio capitulo: qui & aliqua edidit opuscula, quæ suo loco recensebimus.

XXVII. Iacca civitas Aragonie in conuallibus Pyreneorum qui distinguit Aragoniam à Gallia Aquitanica, sedes est Episcopalis, ante hunc annum Franciscanos admisit ut argu-
mento est bulla Innocentij hoc anno data in favorem ædificij. Locum acceperunt fratres ibidem in quadam parochiali Ecclesia S. Paulo Apostolo dicata ut traditio ferr., & quæ-
dam antiquitatis monumenta testantur, potissimum sepulchrum quod in claustro eius nou.
loci hodie videtur cum hac inscriptione idiomate vulgati incisa. [Estas sepulturas son de
Moffon Anobren de Arto Cañallero, señor de Arto y Varagn. Murio anno de 1217. id
est.]

ANNO CHRISTI 1146.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII IMPER. ANNO 1.	RELIGIONIS MI- NORVM ANN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	----------------------------------

est. Hac sunt sepulchra (ut verbum verbo reddamus) Moltoni Andebren ex Arto nobilis, Domini de Arto, & Varangna. mortuus anno 1117. duobus annis antequam fieret missio in Hispaniam quz incidit in annum 1119. conuentus necessariis officinis per omnia integer est. Ecclesia antiqua, sed apparata altaribus, sacellis, & iconibus sacris diuorum. Capella maior splendidaz, & nouz structurz complectitur Dominorum de Gabin, & Varipollata familiz illustris Abaricatum, ex stirpe Regia Domini Sarcij Abarea sepulchrum, item sepulchrum aliud exurgit cameratum familiz de Heerule & Vincarum nobilis, & antiquz prosopiz. Natalicius Seraphici Doctoris Bonaventurz dies, atque etiam dies sacris Beati patris Francisci Stigmatis dicatus, tum vniuerso matricis Ecclesie Iaccensis Canonicorum collegio, tum laico Senatui, tum quoque ceteris civibus ex solemnini voto festiui, celeberrime sunt. Imo & omnes isti à præfata matrice Ecclesia ad hunc usque locum prædictis diebus per singulos annos proceſſionaliter procedere, solemnemque Missam ibidem audire, atque Sacerdoti sacrificanti duos cereos offere tenentur. Idque, qud conflagrante vniuersa Iaccensium ciuitate, in beati patris Bonaventurz festo, emiso huiusmodi voto, statim incendium cessauerit. Præterea quod pereuntibus singulis annis, ob grandium tempestates, Iaccensium segetibus, à tanta clade emillo simili voto liberati sunt.]

Gonz. prou. Cœcep. con. Relatio pro. pipci. Conuentus etiam Palentiz prouinciaz Conceptionis in Hispania huc referte lube ex xxviii bulla Innocentij data hoc anno, licet supponat iam antiquorem esse. Freqvens est sexaginta fratrum habitatio, à doctis & grauioris notz Patribus regitur. In eo ut ploratum comitia prouinciaz celebrantur, capta loci & expesiarum quz ibi gratis & liberaliter sunt congruate. in eo sepultus iacet religione, & meritis magnus vir P. Alphonsus à Spina. Hic, cum esset insignis concionator, animarumque salutem supra modum sitret, in id maxime incombebat, ut aliquos Christo lucrifacceret. Cumque ex melancholica imaginatione suberistior quadam die effectus, puto iuxta Minoritici conuentus Valisoletrani (de quo supra) sacrarium anxius cogitaret, num frequentissimis suis concionibus aliquem fructum fecisset: vocemque è sublimi delatam sibi præcipiente, ut titulam ex nocte pendas, 24. subalbos lapillos Iesu nomine insignitos, iuxta 24. sermones quos paucis ante diebus ad populum Valisoletranum de sanctissimo nomine Iesu habuerat, in titulz fundo inuenit. Ex quo demum euentu confirmatus, omnibus neruis prædicationis officio in posterum incubuit, atque doctissimum libellum, cui Fortalitium fidei titulus est, edidit, typisque mandauit. Horum lapillorum 12. argentez cruci præserti in Prædenti conuentus sacratio asseruantur; reliqui vero 12. à Catholica Hispaniarum Regina Elizabetha Granatam delati sunt. Referre non grauabor (ut interim addiscant mortales Christi Vicariorum dictis audire) quod Fomes, quz Palentinaz diœcesis oppidum est, sub anno 1493. acciderit. Præceperat Sixtus IV. Pont. Max. idque anno 1476. ut natalicius Seraphici patris Francisci dies festiuè à fidelibus transigeretur: cumque rusticus quidam avaritia ductus, tantoque præcepto longe posthabito, nihil minus curaret, seque increpanti respondisset: num mihi Franciscus necessaria subministrabit, an potius manus iste, farnulum in agrum præmisit, cumque postmodum sequutus, terram aratro proscindere coepit. Et ecce dum faintulus caput fortuitò voluit, miserum herum terræ harentem, imbecillum omnino effectum, mutum, ac ferè exanimem videt. Quem tandem domum curru deductum ab eius familia paucos post elapsos dies sepulturam accedit.] Eodem anno conuentus Gothensis in Saxonia exædificatus est in prouincia Saxonia. sanctæ Crucis Item conuentus montis Florum in quo floruit fr. Gentilis Doctor Parisiensis qui meritis exigentibus ad Cardinalatus apicem est vocatus.

Cas. Mont. florum. Rodulp. li 1. f. 256. p. 1. Persecutio in fratre Pan- ptoniq. Licet superiori anno ex authoritate Pontificia commigrarint Fratres ad nouum locum xxix ipsi ad portam S. Laurentij ut vulgo dicatur, Pamplonæ metropolis regni Nauarre. Ceterum ea commigratio nec secura sine turbis, nec inulta fuit, vindicantibus eam Canocicis, Priore mensz, & Archidiacono, quod ut clarius elucescat subiiciam litteras quas Innocentius in eo casu scripsit Episcopo Cæsaraugustano,

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

INNOCENTIVS, &c.

Episcopo Cesaraugustano.

[Lecta coram nobis , & fratribus nostris dilectorum filiorum Ministri,& conuenitus Reg. ep. 156. fratrum Minorum Pampilonen. petitio continebat, quod Prior,& Archidiaconus mēs, + & quidam alij Canonici Pampilonen. minus prouide attendeentes, quod prædicti fratres de loco S. Petri de Ripis, in quo morabantur hactenus , ad locum extra portam S. Laurentij Pampilonen. à Doato & hæredibus quondam Stephani , & Nuarri de Oparza fratrum ciuib[us] Pampilonen. eis pia liberalitate concessum, auctoritate nostra curauerint se transferre, quia sine ipsorum licentia hoc egerunt, commoni grauiter contra eos, post appellationem ad nos interpositam, eos affecerunt iniuriis , & iacturis non modicis affixerunt, in mortuorum exequiis, confraternitatibus populi, & vbiq[ue] Christi fideles conueniebant ad aliqua exercenda per ciuitatem , & dicecsem ipsos auctoritate Ven. fratris nostri Pampilonen. Episcopi denunciari excommunicatos publice facientes . Et quia per hoc suam intentionem consequi nequierunt, eos, & benefactores ipsorum, & qui ab eis horas audirent canonicas, vel loquerentur cum illis, aut manus eis porrigerent pietatis, cuiuscumque conditionis existenter, generaliter, vel specialiter quosdam diebus solemnibus pulsatis campanis, & candelis accensis anathematizare, quantum in eis est , temere præsumperunt. Nec adhuc his contenti finibus , in prædicationibus publicis, ad quas tam in ciuitate, quam diecesi faciebant populum conuocari , non vt eos factis instruerent, ac exemplis, sed vt afflictis afflictionem adderent , sub pena subtractionis Eucharistie, & Ecclesiasticæ sepulturæ ipsiis interdicebant expresse, ne villus ad corū prædicationes accederet, vel confiteretur eisdem, & quod est inhumanius, & abominabilius apud Deū ipsū bullæ nostræ falsarios, hæreticos, nequiores Iudeis, Saracenis, & grauioribus iritatis criminibus publicè asserebant. Et quia in his eis populus non fauebat, ad iracundiam concitati, cum quibusdam perditionum filiis ad locum S. Petri præfatum , in quo adhuc maior pars conuentus remanserat, accedentes , portis Ecclesiæ , ac omnium officinarum destructis, Custodem, & lectorem locum intrare volentes grauiter percusserunt , & alios fratres inuentos ibidem in panis, & aquæ penuria profligata clericali modestia tenuerunt, sacrilegio ausu per triduum, quasi captos, libros insuper tam Ecclesiasticos, quam scholasticos, sanctorum, & agrotantium vestimenta, ceteraque vternilia eorum , & coquinæ usui deputata, fecerunt exinde pro suæ voluntatis arbitrio asportari.

Et ut in fine conceptam tyrannidem exercearent , & grauibus adderent grauiora, vicarium Guardiani, & quosdam alios fratres usque ad effusionem sanguinis verberates, ipsos & alios per manus, & pedes distractos de loco ipso inhumaniter eiecerunt, in non modicam contumeliam Creatoris & grauamen, Apostolicæ Sedis iniuriam, sub cuius speciali protectione consistunt, & in ipsius Ordinis opprobrium, & grauamen. Et licet per venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Terraconen, & re fr. Episcope conseruatoris à nobis ipsiis fratribus deputatos, dicti Prior, & Archidiaconus, & omnes illi qui fratres taliter impiedebant prædictos , essent propter hoc vinculo excommunicationis aliti, non potuit adhuc esse possibile Dei , & hominis intuitu , vel alicuius peccaminis interuentu, eosdem Episcopum, Priorum, & Archidiaconum, ac Canonicos inuenire flexibiles , vt ab inconsultæ voluntatis arbitrio, ad consultæ rationis iudicium recurrentes, à grauaminibus ipsorum, quorum sunt persecutores effetti, desistere procurarent. Verum si dicti Episcopus, Prior, & Archidiaconus, & Canonici oculis cordis inspicerent diligenter mutationem loci dictorum fratrum , auctoritate Apostolica , factam, ægre ferre nullatenus debuisset, sed in agis eosdem brachiis dilectionis amplecti, & opportuno subsidio consolari, ad officium namque ipsorum pertinere noscitur. pia loca, & personas famulantes in eis , opportunè , cum expediat , patrocinio defensare , vt sic ipsi bonus Christi odor existant, & diuinæ benedictionis præmium acquirentes , laudis humanæ valeant præconium obtinere. Et quidem cum Ordo dictorum fratrum sit Romanæ Ecclesiæ nouella plantatio , sanctorum operum fructu fecunda , & apud Deum , & genecalem Ecclesiæ meritis proficiat , & exemplis , & inter alios ordines prærogatiua fauoris,

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. 1.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

ac defensionis Apostolicz Sedis gaudeat speciali, pro eo quod in paupertate Christi pauperis vestigia imitantur mundi, blanditiis; derelictis, ipsorum Episcopi, Prioris, Archidiaconi, & Canonicorum famz nullatenus expediret quod ipsis fratribus inferrent aliqua nocuienta.

Nos igitur attendentes quod si prædicti excessus remanerent inulti, transirent aliis in exemplum, fraternitati tuæ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus cum prædicta in partibus illis non possint non esse norioria, personaliter ad locum accedens per Ecclesiæ ciuitatis, & dicec. Pampilonen. denuncias, & facias publice denunciari prædictas sententias per Priorem, Archidiaconum, & alios eiusdem Episcopi auctoritate in contemptu Apostolicz Sedis, & nostrum, post appellationem ad nos interiebam, prolatas penitus nullas esse. Sed tu ipsis fratribus ad famam integræm prædicationes exequendas, confessiones audiendas, & alia plenariè restitutis, in omnes illos qui bona prædicta eorum per violentiam occuparunt, nisi infra certum terminum, præfigendu*m*, ipsis fratribus satisfacere procurarint, proferas excommunicationis sententiæ generali. Eos vero qui ausu sacrilegio in ipsis fratres manus iniecerunt temere violætas, & quodcum mandato factum est tam diu excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus artius euitari donec passis iniuriam satisficerint competenter, & cum tuorum testimonio literarum ad Sedem veniant Apostolicam absoluendi. Populum nihilominus inducens, ut ad deuotionem fratrum revertatur ipsorum, & iuxta consuetum motem pro diuina, & Apostolicz Sedis reverentia eis subuentio dexteram porrigan liberaliter, ad quæ tanto promptiores, tantoque feruentiores se debent ipsi fratribus exhibere, quanto iidem inter ipsis sic afflitti exemplum eis maioris patientiæ præstiterunt. Datum Lugduni Idibus Octobris anno 4.]

Reg. ep. 157. Hæc Innocentius contra contemporaneos, sed & datis literis ad ministrum, & fratres lo- XXX
4. cum denuo, & concessionem eius ipsis confirmauit. incipiunt: *Soles annuere Sedes Aposto-*
licæ. Dato 13. Kalen. Novembri anno 4. Pontific. Super eadem concessione scriptis alias
Caesaraugustano, ut eam conseruaret aduersus inuidores. incipiunt: *Quia iam non tam mi-*
llitia quam malitia. Dat. vt supra. Scriptis & iuratis, communitatæ ac populo Pampilonensi
contra detractores in fratrum commendationem, rogans ut eis in omnibus assisterent ob-
reuerentiam Sedis Apostolicz & suam. incipit: *Vestra semper ad hoc dirige debet intentio*.

Dat. 14. Kalen. Novembri. Grimaldum de la Mota, & Oropesam vxorem ciues Pam-
pilonenses confirmauit in voto quo Ecclesiæ fratibus in S. Patris nostri Francisci hono-
rem erigere studuerunt, eosque sub Sedis Apostolicz protectione suscepit. incipiunt lite-
riz, *Statum instabilem humana propaginis*. Dat. 2. Kalen. Nouembri. Ministro fratrum

Minorum Nauaræ scriptis ut eidem Grimaldo probata veritate scrupulum relaxaret,
quem ex conuersatione, & communicatione (in mea tantum, & non in religione)
olim cum hæreticis Lombardiz concepit, eumque immunem ab hærefis nota authori-
tate Pôrificia declararet. incipit, *Ex confessione* Dat. 3. Kal. Octobris. Concessit ut fratres ad-
euntes terras interdicto suppositas possint celebrare diuina ianuis clausis, nisi contrarium

Indulta A-
postolica.
Spec. tract. a.
regest. ep.
d. 1. 3.
fuerit specialiter interdictu. incipit: *Eù qui sanandis animarum mortis*. Dat. Lugduni Idibus
Januarij anno 3. Item 7. Idus Februario anno 3. concessit potestatem ligandi, & incar-
cerandi apostatas. incipit: *Prouisioni nostra, &c.* Dat. Lugduni. Item fratres ab Ordine
electos aut propria sponte egressos non posse audire confessiones, prædicare, aut docere,

niisi de speciali Sedis Apostolicz licentia, aut Prælatorum traueant ad aliam religionem.
Incipit: *In Hæc petentium desideriu*. Datum Lugduni 17. Kalendas Septembri anno 4. Re-
nouauit quinta Idus Septembri datum facultatem instituendi procuratores. Item Gene-
rali & Provinciali Marchiz Anconitanæ præcipit ut curam & ministerium suscipiant in-

Reg. ep. 146. clusarum Clarissarum monasterij S. Angeli Esculan. dicecesis, incipit: *Cum sicut ex parte di-*
lectorum, &c. Datum Lugduni 4. Non Iunij. In eandem formam Provinciali Salamanti-
censi quoad monasterium S. Euphemiz Midinæ campi inclusarum; Provinciali Burgen-
pro monasterio sanctæ Mariæ Burgensi; Provinciali Burdegalensi quoad monasterium
sancti Francisci inclusarum; Provinciali Marchiz Anconitanæ quoad monasterium san-
ctæ Mariæ de Castanea inclusatum Firmanen. dicecesis, eidem quoad monasterium
inclusarum dictum sancti Francisci de Offida, Clarissarum eius dicecesis. Eodem modo
respectu ad Provinciales quoad monasteria Clarissarum Sarimorensi tituli sancti Fra-
ncisci dicec. Samorense, sanctæ Mariæ de Virginibus Firmanen. dicec. sanctæ Mariæ

ANNO CHRISTI 1246.	INNOCENTII IV. ANNO. 4.	HENRICI VII. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 39.
<p>Magdalene extra Nursiam Spoletanæ dicitur. S. Mariz de Campo Martio Veronen. dicitur. in Lombardia. Hæc eadem concessio seu præceptum quoad monasterium sancti Angeli Reg. ep. 887. Esculan. dicitur. emanauit denuo 15. Kalendas Octobris. Præscriptum & modum regendi monasteria commissa inclusarum. incipit: <i>Lices olim. Dicitur. Lugduni 4. Idus Iulij anno 4.</i> Spec. mta. Clarissas cum monasterio S. Angeli dicitur. Esculan. commendat devotioni & charitati fidelium 7. Idus Ianuarij anno 3. Incipiunt literæ: <i>Quoniam ut ait Apostolus, &c. In cuneo Reg. ep. 335.</i> Indulsa. Reg. ep. 335. item S. Mariz de Virginibus. Magdalene extra Nursiam. item sancti Francisci Burdegallen. Firman. dicitur. item S. Mariz Magdalene de Nursia. item sancti Francisci Burdegallen. dicitur. Item concessit vniuersum ut Clarissæ à nullo conueniri possint per literas Apostolicas. Incipiunt. Personis que mundo relitto: <i>Dicitur. Lugduni Idibus Maij anno 3. Abbatisse ep. 335. s.</i> & conuentui inclusarum monasterij sancti Angeli Esculanen. supplicationibus ut Minister Generali & Provincialibus regimen animarum & sui monasterij demandaretur, sequentes dedit, quantumlibet anno superiori 16. Kalen. Augusti fratres ab ea cura, & modestia liberauit.</p>			

INNOCENTI V. S., &c.

Abbatisse, & Conuentui monialium inclusarum monasterij S. Angeli Esculan.
Ord. sancti Damiani.

[Cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos inclusæ corpore in castis Reg. ep. 41. claustralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes, Generali ordinis, & Provinciali fratum Minorum Esculan. Ministris desideretis, pro vestra salute committi. Nos pius vestrum propositum in Domino commendantes devotionis vestræ precebus inclinati, vos & monasterium vestrum auctoritate præsentium Generali, & Provinciali ministris committimus suprascriptis, eadem auctoritate nihilominus statuentes vt sub magisterio, & doctrina ministrorum Generalis, & Provincialis fratum Minorum Provinciali prætate, qui pro tempore fuerint de cætero maneatis, illis gaudentibus priuilegiis, quæ ordini prætato fratum ipsorum ab Apostolica Sede concessi sunt vel in posterum concedentur, ipoque Generalis, & Provincialis ministri amicarum vestiarum sollicitudinem gerentes, & curam eidem monasterio per se, vel alios fratres sui Ord. quos ad hoc viderint idoneos, quoties expedierit officium visitationis impendant corrigendo, & reformato ibidem tam in capite, quam membris, quæ correctionis seu reformationis officio nouerint indigere, & nihilominus instituant, & delitiant, mutant, & ordinant prout secundum Deum viderint expedire. Elecio tamen Abbatissæ libere pertineat ad Conuentum. Confessiones autem vestras audiante, & ministrent vobis Ecclesiastica sacramenta. Et ne pro eo quod in monasterio vestro ipsis Ordinis fratres residere continuerentur pro defœtu sacerdotis possit periculum imminere, pater Generalis, & Provincialis ministri ad confessiones in necessitatibus articulo audiendas, & ministranda sacramenta prætate, necnon divina officia celebranda, vobis deparent aliquos discretos, & prouidus Capellanos. Ad hæc liceat vobis redditus, & possessiones recipere, ac ea libere retinente. Non obstantibus contraria cœsuetudine, seu statuto vestri Ordinis, confirmatione Sedis Apostolice, aut quacumq; firmitate alia roborato. Nulli ergo omnino hominū liceat hæc paginæ nostræ cœmissionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpsit, indignatione omnipotenti, & beatorum Petri, & Pauli Apost. eius se nouerit inculsurum. Datum Lugduni 4. Nonas Iunij anno 3.

In eundem modum scriptæ Abbatissæ, & Conuentui monasterij S. Eusebii de Medina Campi Salmantin. dicitur. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Marine Butgen. Abbatissæ, & conuentui monasterij S. Francisci Burdegallen. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Mariz de Castanea Firman. dicitur. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Francisci de Ripatractionis eiusdem dicitur. Abbatissæ & conuentui monasterij sanctæ Thomæ de monte sancto eiusdem dicitur. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Michaelis Auximan. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Francisci Zamoren. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Francisci de Offida Firman. dicitur. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Mariz de Virginibus Firman. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Mariz Magdalena extra Nursiam Spoleto. dicitur. Abbatissæ & conuentui monasterij sanctæ Mariz de Campo Martio

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

Veronen. Abbatissæ & conuentui monasterij S. Mariæ Magdalænæ Alexandrinæ.

Hinc & ex superioribus constat vnde cura monialium primum Ordini demandata est nempe ex mandato Innocentij ad instantiam ipsorum monialium quantumlibet alias quorundam monasteriorum regimen ad fratres spectabat ex speciali mandato vel protestoris vel prælatorum vel Sedis Apostolicæ, vel particulari, quorundam locorum consuetudine. Abbatissam & Clarissas inclusas monasterij S. Francisci Burdegalæ à quorundam potentiorum tyrannide, qui ad receptionem seu sororum, seu conuersarum eas compellebant, incipiunt; *Denotione vestre precibus*: Dat. Lugdun. Non. Iunij anno 3. Abbatissæ & conuentui S. Catharinæ Cælaraugustanae dicæc. iam concessa confirmat, & noua denuo priuilegia concedit incipit; *Religiosam vitam eligemibas*. Dat. Lug. 4. Non. Octobris anno 3. & subsciptum ab omnibus Cardinalibus. Itém Abbatissæ & conuentui sanctorum Gratianæ Pampilonensis dicæc. indulxit ut quicumque conuersæ emissa professione sine licentia Abbatissæ conuentum deserenter per visitatorem promulgatis in eas censuris revocari possent. incipit; *Ex parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum*. Datum 3. Non. Octobris anno 4. Confirmat monasterio inclusarum Offidano licentiam quam eis olim concessit R. Cardinalis legatus commigrandi in ipsum castrum ob periculum quod imminebat fortis extra vallum & munitiones permanendi ingruentibus hostibus. incipit concessio: *In his petensium, &c.* Datum Lugduni Idibus Decembris anno 4.

A R G V M E N T V M.

Comitia Ordinis conuocante Pontifice celebrantur Auniōne. Crescentius officio absolu-
tus successorem accepit fratrem Ioannem Parmensem virum sanctum. Regina Hun-
garie insernuiciis Franciscanis agit cum Pontifice pro reductione Uatacij Princi-
pis Bulgarorum. varia Pontificis epistole ad fratrem Laurentium suum in Oriente
vniuerso cum ampla potestate legarum exhibentur: item ad alios, qui colligendis
subsidis & predicande crucis prefuerunt, alia eius mandata feruntur. Clarissarum
regula immutatur, & temperatur. Huius rationes varia assignantur; eriguntur ali-
quot conuentus & conceduntur priuilegia.

*Cap. Gene-
rale.* ARIANVS, Marcus Vlyssipponen. Rodulphus, Author Memorialis Ord. 1
lib. 1 c. 20. capitulum generale, in quo depositus est Crescentius, statuunt anno sequenti
1. p. l. 1. c. 37. videlicet 1248. errorum illum fr. Peregrinus de Bononia vetus author pri-
J. s. de Gen. mus docuit, ab huc reliqui mutuarunt. Lapsus est autem Peregrinus quod tem-
fra. Ioan. Par. pus superioris Capituli Genuensis prorogauerit plus & quod unum annum: Nam inter om-
fol. 179. nes constat regimen Crescentij fuisse duntraxat triennale; hoc triennium computat ille
zit. de Cap. ab anno 1245. quo celebratum putavit capitulum Genuz. Sed dubium auferit sequens
Cen. x. 8. De elect. fr.
De elect. fr. crescentius conuocationis capituli.

Joan. Parm.
de Gener.
Cresc.
Refutatur
error.

I N N O C E N T I V S, &c.

Ministro Generali Ord. fratrum Minorum.

Regesto Illius dilectionis affectus, quem pia considerationis intuitu ad tuum Ordinem geri-
ep. 872. 4. mus, nos excitat, & inducit, vt eo propensiore cura ipsius profectibus intendamus, quo
Conuocatur attentiori desiderio inter ceteros Ordines specialis favoris, & gratiarum beneficiis cupimus
Comita ge- ampliare. Sane cum credamus vniuersitati fratrum dicti Ordinis multipliciter expedi-
neralis. re, vt generale capitulum his diebus in nostra præsentia celebretur, nos ipsorum pro-
Minister Ge- motioni adesse paterna solicitudine cupientes, mandamus quatenus ad nostram præ-
neralis. festinans accedas, cum nostræ benedictionis plenitudine dictum Capi-
tulum prosecuturus ex more, quod 3. Idus Iulij proxime venturi auctore Deo

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

vbicumque nos adesse contigerit, prouidimus celebrandum, in remissionem tibi peccatum iniungentes, quod statuto de non equitando tui Ordinis non obstante, velluræ quam magis dispositioni tuz censemus accommodam libere vearis auxilio, ut nostro te conspectui cito, ac propere valeas exhibere. Datum Lugduni 6. Idus Maij an. 4.

- II. Scripsit Innocentius etiam sequentem ad vniuersos ministros Provinciales & custodes quorum intererat comitiis interuenire mandans vt j. Idus Iulij ad ea quæ in sua præsentia edixit, celebranda, conuenirent, non obstante cuiuscumque alterius super assignatione loci præcepto.

INNOCENTIVS, &c.

Uniuersis ministris Provincialibus, custodibus & fratribus Ord. fratrum Minorum in generali Capitulo congregandis.

[Illi dictionis affectus, quem piz considerationis intuitu ad vestrum Ordinem gerimus, nos excitat, & inducit, ut eò promptiori cura ipsius profectibus intendamus, quo attentiori desiderio inter ceteros ordines specialis favoris, & gratiaz beneficiis cupimus ampliare. Sane cum credamus vniuerfitati vestri ordinis multipliciter expedire, ut generale capitulum his diebus in nostra præsentia celebretur, vos ipsorum promotioni adesse paterna solicitudine cupientes, vniuerfitati vestre per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus non obstante præcepto aliquo, cuiuscumque edito super assignatione loci, seu temporis capituli supradicti, ad locum capituli accedatis eiusdem, quod in tertio Idus Iulij proximo venturi, vbicumque tunc nos esse contigerit, auctore Deo, prouidimus celebrandum, ita tamen quod die proxima præcedente dictum terminum, & non prius ingrediarni locum capituli memorati. Prouiso nihilominus vos dilecti filii ministri, ne aliquis vestrum ultra duos socios secum ducat. Datum vt in alia.]

Epid. 67;
anno.
Conversatio
provincialium
& aliorum

- III. Ceterum locum non præscribit Innocentius congregationi, quod rerum, & temporum perturbatio locum determinare non permisit. Ceterum contigit Autionem cum Curiam transisse. Quo reliquis Ordinis conuentibus patribus excusauit frater Crescentius Generalis statem, & insufficientiam, defectum potissimum causatus eloquentiæ, qua ex causa se etiam Concilio nuper Lugduni habito subtraxit, amandauit tamen ad verumque tam Concilium, quam comitia vicarium suum fratrem Bonaventuram de Iesi, virum prudentem, & discretum. Crescentij insufficientia, seu vt aliis placet, demeritis probatis, ab officio absoltus est, vel vt illi dicunt, sententiam depositionis accepit. Non defuerunt porro qui hominem traducerent, & inutilem bono communi probarent, seu defectu statim, & negligentia, seu proprio exemplo, & malorum non modo tolerantia, sed inductione ortæ subinde controuersia, & crebra querela mouerunt Pontificem ut in Curia, & coram fieri comitia mandarit.

Excusatio
Generalis.

- IV. Deposito Crescentio successit communis suffragio fr. Ioannes Parmensis provincialis Bononiæ qui tum Parisiis scholæ Theologicæ præfuit, vir sanctus, & disciplinæ regularis ardens propugnator, & sedator, cuius electio pacem Ordini restituit, tantaque de ea omnium fuit exultatio, ut Beati patris Francisci spiritum reuixisse assererent, potissimum Beati Patris socij tum superstites. Egidius ut eum primum salutauit; [Bene vñisti, inquit, Pater, sed tarde] innuens multa irrepissic, quæ remedium non habent. Assumptus primum restaurandæ paci, ac disciplinæ incubuit; amandatos in exilium regulæ zelatores, viros sanctos scriptis literis paterne est consolatus; zelum & studium obseruantæ laudauit; prædecessoris sententiam relaxans ad propriam quemque provinciam reuocauit. Ordinem vniuersum tribus primis annis visitauit pedes, uno interdum, duobus ad summum contentus sociis, vnaque tunica, tam humilis incedebat, ut in multis conuentibus per plures dies ignotus, vitam, & conuerlationem fratrum intus, & extra securæ, & sine suspitione exploraret, tum scipsum prodebat cum nihil minus, quam Generalem ministrum adesse existimarent fratres; si quid auten inueniebat castigatione, aut alias reprehensione diguum, haudquaquam dissimulabat,

Salutatio E-
gidii ad Par-
mensem.

Retocati ze-
lantes ab
exilio.

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII V. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
<i>Eius humili- taris, industria & sanctitas.</i> reliqua omnia ad normam & pristinum statum reuocabat amotis nonnumquam pra- tatis qui minus inuigilabant, amotis fratribus qui offensionem causabant, & præcauebat ne aduentus sui, aut officii fama præcurreret, antequam statum rerum ipse præfens fuisset expertus. Horas canonicas quantumuis ab itinere s̄e laetus Beatum Patrem imitatus, erectus, nudoque capite persoluebat. Nullum admisit ciborum delectum; sed, ut ve- rum decet pauperem, nihil in deliciis habens, quidquid primum offerebatur, cum gra- tiarum actione, in necessariam sustentationem referebat. Nunquam auditus est oriole locu- tus, ut sub mortem confessus sit, magis silentij, quam sermonis reddendæ rationi ob- noxium se esse.			

Non est prætereundum quod auctuarium Marianum scribit diuinæ protectionis para-
tum subfundit iis, qui cum fiducia opem eius in angustiis implorant. Cum sanctus Ge-
neralis visitarer vlermontanas prouincias contigit, brumali tempore, eum errore itineris
tota die deuiasse, atque in desertum, mediisque sylvis ingruente noctem sustinuisse: unde
socii de periculo, & labore eum admonuerunt, seu potius anxie interrogarunt, quid erat
faciendum. Respondit securus ad diuinū auxilium esse consugiendū, secure confiderent,
Deum nunquā sperantibus in se de fuisse, implorandā esse Virginem, ac Beatum patrem
Franciscū. Primus ergo incepit antiphonam: *Benedicta tu.* respondentibus sociis, prosequu-
tus est tres psalmos primi nocturni officij B. Virg. versiculi loco subiecit: *Ave Maria gratia,*
&c. mox orationem Dominicam, absolutionem & reliqua, nisi quod lectionū loco recita-
verit illa; *Sancta Maria Virgo Virginum,* &c. subinde: *Te Deum laudamus,* &c. *Ave Regia*
celorum, &c. Cum eodem versu, & oratione: *Gratiam tuam,* &c. His finitis ad Beatum pa-
trem Franciscum conuersus præcinit psal. *Voce mea ad Dominum clamans,* &c. cum anti-
phona: *Salve sancte Pater,* &c. versu & oratione consuetis, adiecit: *Benedicamus Domini:*
Te deces laus, te deces hymnus. Quibus dictis audierunt pulsari campanam, quo excitati
magis in diuinæ laudes ad sonitum perrexerunt, via luctuosa, & diffīcili, donec ad vicinam
peruenerint abbatiam, pulsato ostio, præsto obuiam fiunt quasi ex condito expe-
stantes plures monachi qui prompte receperunt hospites, ducūt ad ignem, lauant pedes,
Exceptus ho- exsiccant vestimenta, apponunt cænam, & sternunt lectos, omnia ministrant necessaria, ut
spito à de- videbatur magna alacritate, post primam vigiliam surrexit Generalis ad orationem, &
monibus Deo *præcipiente.* audita campana qua nocte ad laudes diuinæ cōuocantur monachi, ad chorū cum iphis
conuenit relictis sociis, qui somno, & fatigatione detinebantur. Officium incepturnus
Hebdomadarius nec consueta uisa est ceremonia, nec ordine, nec verticulo *Domine labia*
sed abruptim, & cum turbatione incepit illo versu psal. *Ibi ceciderunt qui operantur inqui-*
Etorum con- *susio.* Respondit chorus: *Expulsi sunt nec posuerunt flare.* Tertio id ipsum repetitum quod
Psal. 35. 13. suspicionem ingessit fratris Ioanni, præcepit igitur in virtute passionis Christi, & sanctissimi
nomini eius, ut ocios ediceret quinam essent. Respondit qui Abbatis loco videbatur
præesse omnes esse angelos tenebrarum qui ex diuino præcepto inuiti missi sunt ad mini-
strandū ea nocte ipsi & sociis, precibus, inquit, matris Dei & illius vexilliferi Patris vestri:
quibus dictis totum euauit quod ibidem extructum cernebatur se autem cum sociis
nemoroso antro, atque in nuda humo inuenit Generalis, excitatis sociis in laudibus diuinis
reliquam noctem usque ad auroram, quæ iam instabat, vigiles duxerunt, & surgentes
iter progressi ad conuentum Ordinis peruenerunt. Sed sanctus Generalis easdem oratio-
nes sub nomine *Benedicta* ab Antiphona appellationem tribuēt per vniuersum Ordinem
Origo psalmo diuulgauit ad honorem Beatissimæ Virginis; præcepit ut diebus serialibus post comple-
dij que restauit *nomen* *Benedicta.* torium eas in choro persoluerent fratres adiesto psalmo *Deus misereatur nostri.* versu &
Crescentius *Crescentius Epif.* oratione pro ministro, & congregatiōne sibi commissa. Quod officium etiamnum
Psalm. 60. retinuit nomen Benedictæ, & laudabili consuetudine multis in locis persoluitur. Simile
quid contigit in meritum obedientiæ duobus fratribus apud Peruū missis, &c.

F. Crescentius officio absolutus vixit deinceps in prima humilitatis vocatione, ele-
Auth. chron. stum ferunt Episcopum Assisiatem, sed electionem quassatam per Innocentium substitu-
to suo confessario fratre Nicolao Britone eiusdem instituti. Alij cessisse ferunt laboris,
Crescentius & solitudinis cura territum, in declivi iam ætate: sed varia sui instituti indicia exper-
Affissus. tus est.

Regina Hungariæ missis ad Sedem Apostolicam fratre Iacobo ministro Hungariæ, &
fratre VI.

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENCIIV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN.2.	RELIGIONIS M- NORVM AN 40.
-----------------------	----------------------	------------------------------	-------------------------------

fratre Romano Ord. Minorum, egit sedulo pro reductione Ioannis Assanis principis Bulgarorum & populi sibi commissi ad Sedis Apostolicz obedientiam, cui in hanc formam per eosdem Pontifex respondit.

Regina Hungaria missis Minoribus agit pro rebus civitatis Bulgariae.

INNOCENTIUS, &c.

Regina Hungarie Illustri.

[Quod Dominum Iesum Christum, & proximum tuum diligas, ac sanctam Ecclesiæ matrem tuam certis probatur rationibus, & constat evidenter argumentis, & evidenter facti docet; dum totis queris affectibus ut iij ad Ecclesiaz gremium reuertantur, eorum cordibus intelligentia veri luminis illustratis, qui ab ipso ubique, seducti à tenebratum Principe, recesserunt. Sane referentibus dilectis filiis fratribus Iacobo ministro Provinciali & Romano Ord. fratrum Minorum Vngariz, quos ad Sedem Apostolicam destinasti, exultantes accepimus, & referimus gloriante, quod pro eius infinitis viribus, & laboris, ut ad finem matri Ecclesiaz redeat Vatacius, & gens eius, ex quanto tibi maiores actiones referimus gratiarum, quanto magis id ad laudem cedit, & gloriam Iesu Christi, exaltationem contingit, & commodum sponsæ suæ, nostram, & tuam utilitatem respicit pariter & honorem. Ut igitur carissima in Christo filia, effectus huiusmodi negotij faciliter subsequatur, excellentiam tuam requiriimus, & rogamus quantum aliquot nuntios viros prouidos, & discretos ad prefatum Vatacius non differas destinare, quorum diligentia, studio, & solitudinis industria, predictus Varacius ad unitatem matri Ecclesiaz ac reuertatur. Nos enim ob tuam gratiam, & amorem quicquid cum honore Dei, & Ecclesiaz, ac salute ipsius animæ fieri poterit, scire te volumus nos facturos. Dat. Lugd. 3. Kal. Februarij anno 4.]

Scripsit etiam alias ad Regem quibus eum adhortatus est in similem curam. huius temporis sunt.

INNOCENTIUS, &c.

Regi Hungarie Illustri.

VII. [Debent terræ Principes sua cōprimere potentia, & virtute domare colla superbientium contra Deum, & erigentium erroris propugnaculum contra sanctam Romanam Ecclesiam in subuersione fidei Christianæ. Cum igitur Regis æterni seruore succensus ad Bosnen. hæreses confundandas te accinxeris ex animo, & ex corde huiusmodi negotiorum prosequaris, ex quo gratia diuina te tanto constituit dignorem, quanto ipius in hac parte specialius causam geris. Serenitatem tuam rogamus, monemus, & horramur in Domino Iesu Christo, quatenus ob reverentiam Regis Regum, honorem Ecclesiaz, ac exaltationem fidei Christianæ prosecutione prefati negotij, donec ea efficacia, & constantia potentiaz tuæ cures, quod præter æternæ mercedis præmia, quæ proinde consequeris tibi laudis & honoris accrescat apud Deum, & homines cumulus meritorum. Sciturus pro certo quod super facto terræ Bosnen. nil penitus statuemus, nisi de tuo consilio & offensu. Dat. Lugd. 3. Kal. Februarij anno 4.]

VIII. Fratrem Laurentium Ord. Minorum legatum suum in Orientem per Græciam, Armeniam, Iconiū, Turchiam, ad Græcos omnes tam in regno Cypti quam in Patriarchatibus Antiocheno, & Hierosolymitano ad Maronitas, Iacobitas, Nestorianos, cum pleno legationis officio pridem instituit, nun officij admonet maximè ut Græcos vniuersim gaudijs & Latinorum grauaminibus defendat.

Fr. Laurent. Sedu Apostolica per totam orientem legationis officium.

INNOCENTIUS, &c.

Fratri Laurentio de Ord. Minorum Pænitentiario nostro.

[Quia corporali præsentia non possumus locis singulis imminere illius exemplo, quo Reg. ep. 1. i. pro salute humani generis de supremo cælorum ad ima mundi descendens, discipulos

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

Nisi. 44. quos elegit in vniuersum mundum transmisit omni creaturæ Euāgelium prædicare, non nunquam personas prouidas, & discretas in partem solicitudinis destinamus, pro negotiorum urgentium qualitate, quæ prava in directa, & aspera conuertentes in vias planas, rectas faciant semitas Dei nostri, populumque acceptabilem sibi reddant. Sane de circumspectione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes, te ad partes transmarinas tanquam pacis angelum commisso tibi in Armenia, Yconio, Turchia, Græcia, & Regno Babyloniz, ac super omnes Græcos tam in Antiocheno, & Hierosolymitano Patriarchatibus, quam Regno Cypri morantes, nec non super Iacobitas, Maronitas, & Nestorianos plenæ legationis officio, ut iuxta datam tibi à Deo prudentiam euellas, & dissipes, ædifices & plantes duximus dirigendum. Ideoque monemus quatenus Græcos illarum partium, quocumque nomine censeantur auctoritate Apostolica protegens, turbari eos molestiis, vel quibuscumque violentiis non permittas, iniurias quaslibet, & offensas à Latinis illaras, eisdem plenarie faciens emendari, & Latinis ipsis districte præcipiens, ut à similibus de cætero penitus conuiescant: Contradictores, & rebelles per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si aliquibus Latinorum ipsorum à Sede Apostolica est indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint sine speciali mandato Sedis eiusdem faciente de indulgentia huiusmodi mentionem, & quibuscumque aliis indulgentiis Apostolicis, per quas præmissa impediri possint, vel etiam retardari. Datum Lugduni, Nonis Iunij anno 4.]

Dominus noster in cura pro regnandi Grecorum.

Scripsit & alias ad Prælatos Orientis tam Græcos quam Latinos, mandans ut qualcumque sententias à dicto fratre Laurentio ad commissi munieris executionem spectantes promulgatas, haberent ratas, & firmas, atque in suis ciuitatibus & dioecesis promulgari ficerent.

I N N O C E N T I V S . &c.

*Patriarchus, Archiepiscopis, & Episcopis tam Latinis quam Græcis
in partibus Orientis, &c.*

Reg. ep. 4.1. [Censuram Ecclesiasticam debitum vbique robur obtinere volentes, præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus si dilectus filius fr. Laurentius de Ordine fratrum Minorum, Pœnitentiarius noster, Apostolica Sedis Legatus, auctoritate legationis suæ aliquas contra Latinos, exceptis tamen Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, pro cuiuslibet iniuriis, seu molestiis quas indigne Græcis inferunt, & debitam super illis satisfactionem præstare renuerint, moniti diligenter aut in Græcos eosdem, pro ipsorum excessibus manifestis, suspensionis, vel interdicti aut excommunicationis sententias duxerit promulgandas, singuli vestrum in suis ciuitatibus, & dioecesis ad requisiitionem ipsius faciat is easdem usque ad satisfactionem condignam auctoritate nostra inviolabiliter obseruari. Dat. Lugd. 3. Nonas Augusti anno 5.]

Conquestus est Patriarcha Hierosolymitanus Græcos sibi alias subditos, ex prætextu facultatis pro eorum defensione fratti Laurentio commissa, rebelles factos esse, & exemptionem omnimodam à præsencia, & ordinaria iurisdictione prætendere, qua ex causa ante superiores epistolas sequentem dedit Pontifex 2. Nonis Iunij huius anni, præcipientis, ut si ita res se habuerit, nulla ratione præiudicium inferret iurisdictioni Patriarchali.

I N N O C E N T I V S . &c.

*Fratri Laurentio de Ordine Minorum Pœnitentiario nostro Apolo-
lica Sedis legato.*

Reg. ep. 747. [Satis existeret in honestum, si nos, qui sumus omnibus ex suscepce seruitutis officio in iustitia debitores, aliquibus defensionis clypeum donaremus in subuersorinem viarium aliarum. Sane significante venerabili nostro Patriarcha Hierosolymitano Apostolica Sedis legato, nos noueris accepisse, quod cum nos in commissio tibi in Armenia, Yconij, Turchij, Græcijs, & Regni Babylonij, ac super omnes Græcos tam in As-

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

riocheni. & Hierosolymitan. Patriarcharibus, quam in regno Cypri morantes, plenæ legationis officio, inter cetera tibi duxerimus iniungendum, ut Græcos partium prædictarum defensans, ab iniuriis, & molestiis Latinorum, satisficeret sibi per eos faceres, de dannis, & iniuriis iam illatis; Contradictores per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo. Tu Patriarchæ inhibuisti prædicto, ne de Græcis sibi subiectis se aliquatenus intromittat; propter quod dicti Græci, ab eiusdem Patriarchæ iurisdictione se afferentes exemptos, sibi in nullo obedire, ac respondere de iuribus in quibus tenentur, eidem penitus contradicunt, in ipsius contumeliosam iniuriam, & non modicum deterritum. Cum igitur intentionis nostræ non fuerit ex huiusmodi gratia dictis Græcis exhibita, eos ab ipsis Patriarchæ iurisdictione eximere, quam in ipsis obtinuit ab antiquo, sed defensari ab incuris malignorum, discretioni tuæ mandamus quatenus, si ita est, super huiusmodi iurisdictione dicti Patriarchæ deinceps nullatenus te opponas. Dat. Lugd. 2. Non. Iunij anno 4.]

Egit fr. Laurentius ex iniuncti officij ratione pro Græcorum Patriarcha, & subiectorum Episcoporum reductione: laudavit conatum Innocentius, qua tamen cautela & prudenter res grauissima tractari deberet admonuit scriptis sequentibus.

INNOCENTIVS, &c.

*Fratri Laurentio de Ordine fratrum Minorum Penitentiario nostro
Apostolica Sedi legato.*

[Iuxta desiderium nostrum, & fiduciam de tua sinceritate conceptam, ad hoc diceris omni fuisse virtute sollicitus quod Ven. fr. noster Patriarcha Græcorum eiusque suffragani redirent ad sanctæ Romanæ Ecclesiz unitatem. Cum autem in huiusmodi prosecutione negotijs sit procedendum solitudine diligenter, ita quod ex hoc gloria Deo & honor Ecclesiz proueniat ac iniuriosum seu præjudiciale alicui non existat. Volumus & per Apostolica tibi scripta mandamus quatenus mentem habens ad cuncta vigilem, quæ rectitudinem in hac parte contineant, & sapient honestatem de Prælatis Græcis ad devotionem & reuerentiam ipsius Ecclesiz redire volentibus sic prouideas & disponas, ut illic ex eis qui Antiochen. seu Patriarcha Hierosolymitan. qui fuere pro tempore, aut alii Prælati Latinis olim subiecti fuisse noscuntur, ipsis astricti ad debitam obedientiam & reuerentiam teneantur. Illos autem quos eidem Patriarchis seu Prælati noueris non scis subiectos ad obedientiam Ecclesiz Romanæ recipias aliorum per omnia iure salvò. Ceterum prædicto Patriarchæ Græcorum ex nostra parte suadeas diligenter ut prævio salutis Angelo Apostolicam sedem aeat in eius unitatem & plenam gratiam admittendus ita ut si nobis constaret eum alicui Patriarcharum, & Prælatorum ipsorum subiecione aliqua non teneri, ipse cum suis suffraganeis qui fruuntur libertate simili Sedis Apostolice, nullo medio sint subiecti, si vero ipse nostram personaliter nequiverit adire presentiam, personas idoneas pro ipso, & suffraganeis memoratis sufficiens in hac parte mandatum habentes, ad Sedem transmittat eandem, & si forte ipse vel alij ad hoc pro expensarum defectu extiterint impotentes, tu ipsis expensas necessarias de bonis nostris Cameræ largiatis. Dat. Lugd. 7. Idus Augusti anno 5.]

X. Non modo pro Græcorum, sed reliquorum etiam reductione laborauit Innocentius missis epistolis & nunciis. Hoc exemplar epistolæ Patriarchæ Orientis, qui se Catholicon appellat; in qua non modo Primum Petri agnoscit, sed etiam Innocentium Imperatori conciliari studet, & subiectos Græcos Latinis tutandos serio commendat. Scriptis per fratrem Andream, & socios Domini Papæ nuncios habentur literæ in regest. append. tom. 4.

Litteræ transmissæ ad D. Papam ex parte Catholicon.

Ad presentiam Papæ magnifici ex parte illius qui petit orationes eius in subfidiū debilitatis suz Raban Arævidati Orientis adorantis inter manus eius patri Patrum, decori Pastorum misericordiaz, virz fonti pletatis, & indulgentiaz intercedenti pro populo Domini, perfecto in divinitz excellenti in spiritualibus, Soli iustitiaz cuius lux oritur su-

*Litteræ Ca-
tholicon ad
Innocentium.
Conferatur
primum.*

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS ME- NORVM AN. 40.1
<p>per quatuor mundi climata, qui lucet & splendet in Ecclesiis Catholicis sanctis, Cherubin corporeo, & Seraphin carneo, tenenti Sedem beati Petri, Dominum meo S. Papam urbis Romae, & omnium climatum mundi, coram Deo sic vita eius temporibus longis, quousque celsus mundus iste admiratione sua, orationibus prophetarum, & Apostolorum sociorum eius, & nos confidimus eius, orationibus adiuuari Amen. Peruenit ad nos epistola vestra elegans quæ ex ore vestro sancto prodidit, & mandato vestro excellentia conscripta est, & suscepimus eam manibus nostris debilibus, & eam super oculos nostros posuit, & sicut Simeon senex, qui portauit Dominum nostrum Iesum Christum in uulnere suis, sic diximus, quia viderunt oculi nostri pietatem vestram immensam. Nunc igitur Domine mihi dimittit seruo vestro peccata sua, sicut potesta est in manibus vestris potestas ligandi, & absoluendi, & omnium mysteriorum. Legimus eam siquidem cum laetitia, & intelleximus quod in ea scriptum est cum gudio, & mandatum vestrum attendimus, & non habemus os quod sufficiat ad commendationem vestram, neque linguam quæ possit exprimere gloriam vestram, & nos contemiscimus excellentiam vestram, quia Dominus magnificavit vos. Insuper audiuimus de anathemate quo anathematizatis Imperatorem, & intelleximus hoc factum esse propter transgressionem eius, & peccatorum.</p>			
<p>Math. 18.15. catum. Nostis tamen quod Dominus noster Iesus Christus præcepit, & dixit: si peccauerit fratres tuus, dimisi ei. Et iterum dixit: Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur. Et in alio loco dixit Simon Petrus, Domine usque septies? sed usque septuagesies septies. Sic præcepit fundamento Ecclesiaz ut dimittetet fratri suo ignorantiam suam, & non recordaretur peccatorum suorum. Et nunc peto Domine mihi à sanctitate vestra, & à Patribus Patriarchis, Episcopis, & Regibus subditis baculo paternitatis vestre, ut dimittatis Dominum Imperatori peccatum suum, & delicta sua, & hoc tribus de causis propter stragam, & captivitatem fratum nostrorum Christianorum, & propter destructionem ciuitatis sancte, & propter tentationem quæ accidit in conculationem regnului Domini nostri Iesu Christi, qualis ab initio non est audita. Propter hæc igitur porraximus petitionem nostram hanc, & ex zelo quem habemus propter Deum & ex dolore cordis scripsimus hęc quia necessitas urget nos, ut sumus solliciti pro Ecclesiis Iesu Christi, oportet autem ut omnes Ecclesiaz Iesu Christi, & monasteria, & omnes fideles, qui sunt in Oriente, & Occidente induerent se cilicis, & federent in dolore, & plangerent super Hierusalem, super iis quæ acciderunt in ea, in diebus nostris. intimauiimus hæc siquidem dominationi vestre. Nunc autem isti fratres filii vestri, speciales Religiosi virtuosi in omnibus operibus suis, quos oportet honorari ab omnibus hominibus, qui sunt digni audire, quod dixit os viuificantis. Euge serue bone & fidelis, &c. ipsi in qua missi à vobis Andreas & socius eius conservati à Domino, notificabunt vobis ore ad os, quæ viderunt, & audiuerunt apud nos, & cum hoc præsentabunt salutationem debilitatis nostræ, & universis Patribus, & sacerdotibus & monachis & Regibus subditis Sedi D. V. pariter, & omnibus Christianis obedientibus paternitati vestre. Misimus autem vobis per manus dictorum fratrum nuntiorum vestrorum libellum quem attulimus de pectore Orientis scilicet de terra Sin, & libellum aliud de fide ex parte Archiepiscopi Nesiobi, cui subscripterunt alij duo Archiepiscopi & tres Episcopi, & nos una cum eis, in spiritu peritimus iterum à Paternitate vestra petitionem secundam pro I. Archiepiscopo Ierosolymitano qui est de gente nostra, & pro fratribus nostris Christianis Orientalibus, qui sunt Antiochiae, Tripolis, & Accon, & in aliis etatis vestris; ut recom mendetis eos ne aliquis eos offendat, & sine apud vos sit. Math. 15.40. cur dixit Dominus noster Iesus Christus. Quodcumque vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & quod vultis ut faciant vobis homines, hoc facite illis. Hæc sufficiant. Gratia autem diuina residens in habitaculo cordis vestri quæ operatur virtutes, & curaciones in omni hora per manus vestras sanctas custodiat vos per uitatem Apostolorum sanctorum vestrorum die & nocte usque in sempiternum Amen.]</p>			
<p><i>Scripsit & per eosdem Patriarcha Jacobitarum ad Pontificem adiiciens fiduciæ scriptam professionem.</i></p>			
<p><i>[Illi geniti super in constitutio omnium specierum, quod ita vocat̄ genus, quod XI. non contraria ipsum vocari speciem, Patri Patrum, S. Innocentio tenenti Sedem beati Petri Principis Apostolorum, glorificatio à Christo Deo, qui credidit beato Petro cl- ficitur.</i></p>			

*Littera Pa-
triarchæ La-
cobitarum
Primitum
Pontifici ad-
missum con-
stitutor.* [Illi geniti super in constitutio omnium specierum, quod ita vocat̄ genus, quod XI. non contraria ipsum vocari speciem, Patri Patrum, S. Innocentio tenenti Sedem beati Petri Principis Apostolorum, glorificatio à Christo Deo, qui credidit beato Petro cl- ficitur.

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

ues regni cælorum , & posuit eum fundamentum Ecclesiæ, seruus seruorum: Christus Ignatius debilis, cui creditum est à Spiritu sancto, ut sit Pastor Syriæ , & totius Orientis populo Iacobitarum, adorationem sinceram in spiritu , & corpore. Innotescat sanctus. Patris communis, post patrem cælestem, & Domini communis post Deum cælestem quod peruenit ad nos epistola vestra sancta per manus fratris sancti, sapientis, omnibus virtutibus ornati Andreæ , & leuauit eam super capita nostra , & benedictionem receperimus ab ipsa sicut à similitudine imaginis Iesu Christi. Quod autem mandatis de pace , & charitate communis; & quis est qui non gaudeat de concordia? Cum autem simus paci perfectæ obedientes, primo ostendamus veritatem fiduci nostræ quam confitemur, & Deus testis est nobis, quod illud quod credimus corde, confitemur ore, & exaramus scriptura. Dicimus igitur quod nos Christiani Orientales vocati Iacobites, credimus in Patrem , & ^{Confessio f.} Filium , & Spiritum sanctum vnam naturam, tres hypostases, tres personas, & cum Pater sit principium filij , & Spiritus sanctus principium Filij generativum , & Spiritus sancti principium spiritativum. At ut quia vna est natura diuinitatis non oportet nos confiteri vnam hypostasim , & vnam personam. Nec iterum quia sunt tres hypostases, & tres personæ perfectæ oportet nos confiteri tres naturas esse, sed vnam naturam , vnam potentiam, vnam voluntatem, vnum actum naturalem Patris , & Filii , & Spiritus sancti: & iterum confitemur quod Deus verbum vniuersitus Patris de voluntate Patris, & Spiritus sancti descendit , & habitauit in utero Virginis Mariz , & natus est ex ea nativitate secunda cum natus sit à Patre, nativitate æterna, & factus est ex ea homo perfectus, animatus anima rationali intellectiva, similis nobis in omnibus præter peccatum , & ipse est perfectus Deus , & perfectus homo , sine mixtione, sine confusione , & ipse est unus Deus, unus Christus, vna persona, sicut dicit Athanasius , & Cyrilus , quod Deo ^{Maria ma-} verbo est vna natura incarnata. & propter hoc confitemur quod Maria est mater Dei in ^{ter Dei.} veritate quia ipsa peperit Deum incarnatum qui natus est pro salute nostra , & crevit in dimensionibus humanis , & compleuit gubernationem , & passus est & mortuus secundum carnem , & surrexit tertia die , & cum impleret diuina, erat in veritate perfectus Deus , & perfectus homo , & iterum cum operaretur humana, erat perfectus Deus , & perfectus homo , unus post unionem. Non receperimus igitur eos qui confidentur diuinitatem diuisiunam unitatis, nec iterum eos qui confidentur mixtionem & confusionem sicut Eutyches excommunicatus, sed recipimus omnes qui sequuntur fidem beati Petri Principis Apostolorum , & incedunt per viam Niceni Concilij quicunque sint illi de Doctoribus Ecclesiæ sanctorum quorum veritas nota est apud excelsum Deum.

Idem damnamus & excommunicamus omnem deciantem à fide beati Petri & concilij Niceni, & corruptem reitudinem fidei Christianæ, à tempore Simonis Magi usque ad diem hanc , quicunque sint illi , & ipsi noti sunt apud Deum. Hæc est igitur fides nostra & confessio nostra , & nobiscum Ægypti, & Armeni, & Lybij, & Æthiopes. Confitemur iterum quod Sacrosancta Ecclesia Romana est mater, & caput omnium Ecclesiæ, & ipsa est in qua sunt deposita corpora Beatorum Petri, & Pauli. Hæc autem ostendimus magnificæ vestræ breuiter & succinctè ne afficiamus vos rædio in prolixitate , & hoc quia scimus quod ex paucis intelligimus plura. Cum autem postuletis ^{Conditions} unitatem & concordiam, & quis est qui hæc renuat? quæ appropinquare faciunt Deo ex celo? sed in firmamentum pacis, & concordiæ perimus à sanctitate vestra primo quod Patriarcha nostro mortuo congregentur Archiepiscopi , & statuant sibi secundum canonem , & secundum sortem Apostolorum quem elegerit Spiritus sanctus , & hoc secundum canones , & consuetudines nostras. Secundo quod Patriarcha & Archiepiscopi , & Episcopi Latini qui sunt in partibus nostris non iudicent super Patriarchas, & Archiepiscopos nostros, sed sicut est præceptum vestrum super Patriarchas , & Archiepiscopos Latinos , ita & sit super nos, & iterum sicut recipiunt sententias, & iudicia vestra, ita & nos. Tertio quod Patriarchæ, & Archiepiscopi & Episcopi Latini non accipiāt censum de Ecclesiis, & monasteriis quæ habemus in terris ipsorum, sed cōmunicet nobis libertates Ecclesiæ sicut filii in honore , & nos semper exhibeamus eis reverentiam , & honorem. Alioquin non erit decens quod illa quæ cum magno labore habemus , contra libertatem Ecclesiæ concupiscant. Quarto quod illi de gente nostra qui contrahunt cum Latinis, non corpellantur ad confirmationem scrundam cum sint insigniti charactere baptismi.

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN.2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN.40.
-----------------------	---------------------------	------------------------------	--------------------------------

baptismali, & confirmati fuerunt vna vice. Cum pacē igitur & concordia tollatur hæc confirmatione. Iterum notificamus Sancticati vestræ quod ex quo fratres vestri Latini benedicti egressi sunt, & venerunt ad partes nostras, populus noster dilexit eos, & pro posse suo astitit eis in omnibus necessitatibus suis, sicut in liberatione Scelavorum; & captiuorum, & consimilium. Nunc igitur petimus à S. V. vt remuneretis nos in charitate, quæ super omnia assimilat nos Deo, & oretis pro debilitate nostra sicut incumbit nobis ex miseria nostra.

Accesit & alia Primatus Iacobitarum huius tenoris.

[Dico ego Ioannes debilis Primas Iacobitarum Orientalium quod confessio mea, & fides mea est de Domino Iesu Christo verbo Dei æterni, scilicet persona Filiij æterni natu-
ti, ex Patre ante secula, quod ipse descendit de excelso celorum habitaculo ex voluntate sua, & Patris sui, & Spiritus sancti & non recessit à dominatione maiestatis suæ, & ha-
bitauit essentialiter in Maria Virgine ancilla sua, & recepit ex ea corpus animatum ani-
ma rationali intellectua, & unitus est ei mediante anima predicta, unitio vero inseparabili; & non dicimus quod prius fuerit formatus homo, & post habitauit in eo
diuinitas, sed dicimus quod non prodiit ad esse aliqua pars humanitatis eius quin di-
uinitas esset unita sine mixtione, sine confusione, unitio inquam perpetua, inseparabili, in-
divisibili, & propter hoc confitemur quod ipse est Deus unus incarnatus, filius unus
natus ex Patre primo nativitate æterna, & ex Maria Virgine postremo nativitate tem-
porali; una persona, una substantia, ex duabus substantiis non quod diuinitas con-
versa sit in humanitatem, aut humanitas in diuinitatem, nec quod composita sit ex
his duabus substantiis substantia tertia, sed est unita secundum normam unitonis vitæ,
non accidentalis, & licet unitio excludat dualitatem, & tamen indicia duarum natu-
rum, & proprietates carum permaneant in ipso, & discernuntur solo intellectu, &
non attribuimus miracula, & opera magnifica diuinitati abstractæ ab humanitate, sed
dicimus quod fecit miracula ex virtute diuinitatis, & ipse tamen unus filius Dei, &
hominis, nec attribuimus naturalia, & opera infirma humanitati abstractæ à diuini-
tate; sed dicimus quod quando suscepit passionem, mortem voluntariam, quia natu-
ra humanitatis, & ipse tamen unus filius Dei; & hominis: & dicimus quod quando
suscepit passionem, & mortem voluntariam propter salutem creaturem suæ, diuinitas
eius non est separata à corpore suo in hora mortis, sed semper fuit unita, & corpo-
ri quod suscepit passionem, & animæ separata, nec attingit eam passio, cum sub-
stantia divina propter excellentiam sui immunis sit ab omni accidente & passione
scilicet. Cum autem quilibet trium personarum nominatur Deus, & constat quod
filius est una trium personarum & nominetur Deus, oportet ut nominemus virgi-
nem Mariam matrem eius genitricem Dei. Et si dicat nobis aliquis, quod hoc no-
men Deus nomen est commune tribus personis, & ita forte transibit dictum ad per-
sonam aliam, vel ad tres simul; dicimus quod hoc nomen est commune nisi sit ali-
quid distinctium & perpetuum. Si sit aliquid distinctium quia quilibet trium per-
sonarum habet propriam notionem quæ distinguitur ab aliis, & hoc quia Pater pa-
ternitate distinguitur à filio & Spiritu sancto, & filius filiatione à Patre & à Spiritu
sancto, & Spiritus sanctus processione à patre & filio. Si igitur nominemus Patrem
Deum, & notificemus paternitatem non sequitur quod transeat ad filium, & Spiri-
tum sanctum. Similiter de filio, & Spiritu sancto. Igitur, cum dicimus, Maria Vir-
go peperit Deum, intelligitur tantum de filio, quia restringitur hoc nomen per
notionem nativitatis & filiationis, nec oportet quod transeat dictum ad alium. Et si di-
xerit nobis aliquis quare non sufficit eam vocari genitricem Christi? respondemus
quod hoc nomen non sufficit ad notificationem veritatis essentiaz genitrici, cum sic
nomen derivatum ab unitione, & indigeat longa expositione, & exeat à sua prima
expositione, & estimabit force insipiens quod vocatus hoc nomine sit sicut David,
& sicut Saul, aut huiusmodi; sed si esset nomen derivatum à diuinitate, & humani-
tate sufficeret breviter dicere Mariam matrem Christi. Cum igitur natus de ea in
veritate sit Deus, vocamus eam genitricem Dei, & in hoc imitamur vestigia sancto-
rum Patrum.

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTIV IV. ANNO 5.	HENRICUS VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MR. NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Item confessio Nestorianorum adiuncta est in hanc formam.

XIII. Dico ego Critoib Archiepiscopus de Nasabin quod fides mea de Dominis Iesu Christo quod ipse est perfectus Deus & perfectus vno vnus filius scilicet Dei & hominis, vna persona & ipse non fuit prius homo parus & post vnitatem Deitatis, sed quilibet pars humanitatis eius non extitit nisi vnitate Deitatis, & quod Maria Virgo peperit perfectum Deum, & perfectum hominem filium vnum qui est Dominus Iesus, & haec vno non fuit accidentalis possibilis separari permanens, & perpetua, & quod proprietates diuinæ naturæ, & humanæ insunt Christo. Mortuus est autem secundum humanitatem vnitam, & non defuit in eo vno sed permanens eo existente in cruce, & in sepulchro, & est separata anima à carne in morte, nec tamen deitas ab humanitate, sed permanens vno Deitatis ad animam separatum à corpore, & ad corpus quod suscepit passionem. Initum autem vniuersitatis fuit ex quo nūciauit Angelus B. Marie, & ipsa consensit ei, & credidit verbis eius, & dixit, fiat mihi secundum verbū tuum, & factum est vno inter F. del. fias & in del. rūm. & in hoc quod dicimus Maria peperit Christum, intelligitur quod ipsa peperit Deum filium, vnam triū personarum vnitam homini vni de quo dicitur in Evangelio quod ipse est filius David, & filius Abraham, & est filius Marie Virginis & Dei patris. Et in hoc quod dicimus Maria peperit Christum intelligitur quod ipse peperit Deum tali tamen conditione quod ipse est Deus filius, vnicus humanitati. Sunt autem voces intellectuum, & haec vox Christus significat perfectum Deum & perfectum hominem. Haec autem vox Deus significat de pari Sanctam Trinitatem & supponit pro Patre & supponit pro Filio, & supponit pro Spiritu Sancto. Et cum dicitur, Maria peperit Deum existimabit forte insipiens quod ipsa peperit, aut Sanctam Trinitatem, aut Patrem aut Filium, aut Spiritum Sanctum, nisi exponatur Deum filium vnicum. Cum igitur indiget expositione, & Deus filius vnitus ipse sit Christus, sub uno vocabulo erit cum dicimus, Maria peperit Christum verbum vnum breviter comprehendens diuinitatem & humanitatem. Est igitur unus Christus, unus filius, res duarum naturarum diuinitatis & humanitatis, vnum individuum, vna persona.

XIV. Hac est confessio Ven. P. Ignatij Patriarchæ Christianorum Orientalium qui vocantur Iacobites pro se, & pro populo suo sibi commissio, credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, scilicet vnam naturam, & tres personas. Pater est gignens, filius genitus ab eo, & Spiritus Sanctus procedens à Patre, accipiens à filio. In ultimis autem temporibus ex voluntate Patris, & Spiritus Sancti Verbum aeternum descendit de celo, & habitauit in utero virginis, & natum est ex ea nativitate secunda, & conseruavit ei virginitatem suam: quadraginta diebus mundo apparuit ut verificaret resurrectionem suam. Ascendit in celum, sedet ad dexteram patris, inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, & ipse in veritate est perfectus Deus, & perfectus homo unus Christus ex duabus naturis, diuina & humana, & est diuina natura conseruata in sancta essentia, & in suis proprietatis, & facta uno inter ipsas, sine confusione, sine mixtione, sine corruptione. Concordamus siquidem cum Beato Petro, & confitemur cum fundamentum esse Ecclesie, sicut nominavit eum Christus petram, dicens super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & ideo Ecclesia in qua est corpus eius repositum, est mater omnium Ecclesiarum in universo mundo, & dicimus, & prædicamus quod illa est lampas lucens, ex qua omnes aliae lampades succenduntur. Dicimus etiam quod animæ iustorum qui voluntatem Dei impluerint quando separantur à corpore requiescent in regno celorum. Peccatores qui moriuntur sine confessione, flagellantur in inferno. Illi vero qui peccaverunt tamen confessi sunt peccata sua, sed non compluerunt penitentiam, affigentur usque ad penitentiam complementum. Dicimus siquidem quod oportet Christianum discipulum Iesu Christi diligere Christianum fratrem suum sicut Christus dilexit nos, & posuit animam suam pro nobis. Christianus vero qui odit fratrem suum non est Christianus, quia est prævaricator mandatorum Iesu Christi, sed est discipulus illius qui inuidit Adam, & odiuit eum. Haec autem sunt quæ breviter diximus ad ostensionem fidei nostræ. Hactenus confessiones Orientalium quas inseruisse placuit ob professam Apollolicæ Sedis autoritatem & ut videatur minus forte sublistere quod plures de hereticis Orientalium in multis scriptere si hic adest fraus.

XV. Facultatem hoc anno concessit Innocentius fratri Bonifacii absoluendi populum & munum clericorum

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPERA. AN. 2.	RELIGIONIS MI. NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	--------------------------------	---------------------------------

clerum Beneuentanæ diœcesis à censuris , quas partes Frederici , licet inuiti, sequuti incurrerunt,& in absentia indulxit ut duos vel tres sui Ordinis fratres cum eadem autoritate sibi substitueret, qui penitentiam , & Ecclesiastica sacramenta populo ministrarent.

I N N O C E N T I V S , &c.

Epist. 48.1. [Nostræ mentis oculis præsentantes angustias , quibus dilecti filij clerus , & populus Beneuentanæ Ecclesiaz Romanæ fideles, per ipsius hostes nequiter affliguntur, consolacionem quam digne possumus libenter ipsorum cordibus procuramus. Cum itaque ipsi pro eo quod Frederico quondam Imperatori, & officialibus , ac nunciis eius licet inuiti communicant & intendunt , excommunicationis laqueo sunt astricti, & astringi quasi quotidie propter communionem huiusmodi compellantur, nos eorum p̄ts desideriis annuentes præsentium tibi auctoritate committimus ut eidem clero & populo , cum propter hoc ad te duxerint humiliiter recurrentem , absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiaz largiaris , & penitentiam salutarem in iungas , ac Ecclesiastica sacramenta ministras. Ceterum si te abesse forte contigerit duobus , vel tribus fratribus tui ordinis discretis, & prouidis super hoc vices tuas eadem auctoritate committas. Datum Lugduni. Kalend. Augusti anno 5.]

Item fratri Blanco qui colligendo pro Sede Apostolica subsidio præfuit, scripsit vt col. XVI. lectam in Ecclesia & clero Auenionensi (qui de grauamine conquerentur) pro rata facultatum institueret grauamine seposito.

I N N O C E N T I V S , &c.

Fratri Blanco de Ordine fratrum Minorum Nuncio nostro.

Reg. ep. 110. [Cum sicut ex parte Venerabilis fratris nostri Episcopi, & dilectorū filiorum Clericarum ciuitatis quam dioc. Auenionen. fuit propositum coram nobis pro subsidio Apostolice Sedis illud onus eis imposueris , in pecunia persolucida , ad quod possibilitates ipsorum nullatenus se extundunt, præsentium ubi auctoritate mandamus , quatenus consideratis facultatibus eorundem , illam eis quantitatē pecuniae modereris quam pro rata bonorum suorum aliis circumpositis Episcopatibus imponere curauisti , ita quod iustum propter hoc non habeant ad nos materiam recurrenti. Dat. Lugduni Kal. Junij anno 4.]

.
Facultas ab-
soluenda à ci-
tatu Comis-
tem Tolosa-
num defun-
ctum.
Comes Tolosanus instituit vt pater defunctus (qui variis excommunicationibus inno-
datus decevens, sepultura caruit Ecclesiastica, licet penitentia signa monstrauerit) abso-
lutione concessa restituaretur loco sacro : veritatis examen commisit Pontifex Episcopo Lodonen. & fratri Raymundo Ordinis fratrum Prædicatorum , & fratri Vvilielmo de

Reg. 436.4. Brina Ord. Minorum. initium litterarum: *Sua nobis dilectus vir*, &c. Dat. Lugduni Kalend.

Martij anno 4. Controversia qua inter fratres & clericum Pampilonensem superiori anno eferbuit, sopita est sequestro Guelmo Episcopo Cardinali Sabinensi cuius arbitrium confirmauit Pontifex 4. Non. Septembbris Pontific. an. 5. incipit: *Plantatus olim in agro Eccle-*

sia, &c. Iis qui ad infideliū partes maxime transmarinas mittebātur à Sede Apostolica fa-

bulatas recipiendi ad Ordinem nouitios inſtituendi prouincias, fundandi conuentus daba-
tur, exterum ne hoc in detrimentum ex incuria & incertum inspectione emergeret Ponti-
fex ad instantiam Prælatorum eam concessionem reuocavit, 7. Kalend. Septembbris an. 5.
incipit: *Quibusdam ex fratribus refre ordinis.*

Sequentes dedit ad Archiepiscopum Cæſalen. Laonen. & Lismoren. Episcopos in Hi- XVIII.
bernia, vt electionem Ecclesiaz Clonerensis (qua alias Corcagiensis dicitur) in persona fra-
tris Danielis Ordinis Minorum ad eandem sedem factam examinarent, eaque rite & ex
prescripto canonum inuenta auctoritate Sedis Apostolice approbarent, & dictum fra-
trem Danielem in remissionem peccaminum, ad consensum electionis facta, & absolu-
turn à ministri obedientia, inducerent.

I N N O C E N T I V S , &c.

Archiepiscopo Cæſalen. & Laonen. ac Lismorenſi Episcopis.

Reg. ep. 181. [Dilecti filii Procuratores Capituli Cloneren. Ecclesiaz in nostra præsentia constitui,

ANNO CHRISTI. 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. ANNO 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
------------------------	---------------------------	-------------------------	---------------------------------

nobis humiliter supplicarunt ut postulationem nuper in Ecclesia ipsa pastoris solacio destituta concorditer factam ab ipso capitulo de dilecto filio fratre Daniele Ordinis fratrum Minorum admittere curaremus. Verum quia nobis de processu super hoc habito, per eisdem procuratores non potuerit fieri plena fides, fraternitati vestra mandamus quatenus inquisita de modo postulationis, studiis postulantium, & postulati meritis solicite veritatem, si postulationem ipsam inuenieritis de persona idonea rite factam, auctoritate nostra, eadem admissa, & ipso fratre absoluto a ministri sui obedientia iniungatis in remissionem peccaminum domino fratri, ut ad prefatam Ecclesiam Cloneren accedat, acturus curam eius ita fideler, & prudenter, quod dignam Deo exinde valeat reddere rationem, eique faciat, a subditis suis obedientiam & reverentiam debitam, & deyorum exhiberi. Congradij, & rebelles per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo, cui tu frater Archiepiscope adjuncto tibi legitimo Episcoporum numero munus consecrationis impendas. Datum Lugduni 4. Idus Octobris anno 5.]

XIX. Raynaldus Dominus Bagiaci crucem accepit a Ministro Burgundie ad transfraternandum contra infideles in terram sanctam: petuit ut fratrem Gulielmum de Roy designatum sibi a Pontifice confessorium cum idoneo socio secum ducere, & praeceptum regulare quo equitare fratibus Minoribus inhibetur, quo ad illos in praefato itinere relaxaretur: cum alioquin armatos equites aliter comitari non possint, qua in sequentes ad ministrum Burgundie dedit Pontifex.

INNOCENTI V. S., &c.

Ministro fratrum Minorum de Burgundia.

[Cum dilectus filius nobilis vir Raynaldus Dominus Bagiaci, qui zelo fidei, ac deuotionis accensus suscepit de manibus vestris signum Crucis, dilectum filium fratrem Vvillelnum dictum de Roi, de ordine ac administratione tuis, quem sicut auctor in confessio- Reg. epist. nithu Bur- gundie. ntu sibi, & ad transfraternandum cum eo concessimus cum uno socio divini Ordinis, in suam habere familiam, & eos secum equites ducere cupiat, sperans per ipsum fratrem Vvillelnum posse inter eum, & eius discordes pacis sedera prouenire, ac ciuietem consiliis, & exemplis spiritualibus, & temporalibus auctore domino proficere incremantis. Devotionem tuam rogamus, & monemus attente mandantes quatenus eidem fratri & aliis dicti ordinis ad hoc idoneo accedendi ad praefatum nobilem, & morandi ac equitandi cum eo iacentiam largiaris. Datum Lugduni 17. Kal. Decembris anno 5.]

XX. Exagitat Paris plus aequo collectores sumuni Pontificis in Angliam missos, qui de consensu etiam regis piam subuentiōnem iuxta concilij decretum hinc inde a praetatis & ciero exposcebant, quasi nouum aut praeter ordinem doctrinę Euangelicę, Sedes Apostolica à particularibus Ecclesiis subsidium reciperet aut etiam peteret, quibus ipsa fidem & lucem Euangeli contulit. quanquam autem reliqua omnes maxime Anglicana Romanæ Ecclesie est specialis filia, à qua fidem & ordinationem recepit sub Gregorio missio Augustino & sociis prædicatoribus sanctis ad gentis conversionem. Imperium Latinorum iam Constatinopoli expirabat, viatoribus schismaticis res Orientis prope desperata, Fredericus depositus nihil praeter vindicias atque affectati dominatus retentionem agitabat: vindicandi ab eius tyrannide populi qui partes Ecclesie in Italia obiectis rebus, corporibusque suis desensabant: Tartari inhababant toti Occidenti, quibus obiciendi erant cruce signati. Conradus res Imperij in Germania serio miscerat, in hisce non preclaro duntaxat agendum sed armis obuiam ire licuit Pontifex consiente & decernente generali concilio in genere subsidium poscens reliquas Ecclesias in partem solitudinis, & onoris invitauit. Si periculum spectetur, commune fuit praesens, atque præ oculis. Quid magis congruum iustitiae, quam membra capiti cohædere, totius corporis submouere proprio labore angorem? Si intentio spectetur eorum, qui Ecclesias à principio dotarunt, non ea fuit, ut beneficiati totum in se, & familiam superflue aliquando, & prodige conuerterent, periclitante in uniuersum Ecclesia, alioquin nec iusta, nec pia, nec conducens ea foret voluntas. Si domesticā necessitatē cauſa uis, permittit; sed pietas non in superfluis tantum versatur, sed ipsi necessitati certum, & tolerabilem limitem statuit.

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

statuir, minorem maiori postponit indigentia, particularem communis, neque ego tam in hoc excusat velim ministrorum excessus, sed inuidam factis, quod vique quaque priorum exemplo, potissimum Pauli Apostoli (qui collectas ad subventionem sanctorum in Iudea per Ecclesiis instituebat) communis consensu fuit confirmatum Ecclesia, à quo Anglicana excusari non debuit.

*Dilectus ca-
lumnius.*

Huiusmodi collectores fuere fr. Ioannes & fr. Alexander Ordinis nostri quibus pluram idem autor imponit non modo præter sui status decentiam, sed etiam contra substantiam professionis; et tamen neque in pontificem, neque in Regem, neque in Cardinales, neque in Prædicatores & Miriores, neque viuerum in Gallos dum illi cum Anglis pender, fidendum: quamvis plura attingat historiæ comoda in quibus facile affectus à vero secesserunt. fr. Ioannes Anglicus horum virus, religione, & scientia notissimus sum fuit, magnus sui institutus zelator, & multis in religione functionibus per varias prouincias destinatus. De eo vetus author Chronicus Saxonici anno 1229. hæc scribit: fr. Iohannes Anglicus primus visitator in Theotoniam est missus, vir tranquillus, charitatus valde, qui misericordie fratres ad virtutes colendas inflammavit, quin etiam eundem postea fr. Ioannes Parens, ex eodem authore, præfecit ministerium Provinciale Saxonie ad instantiam Custodis illius prouincie & fratrum. Successitque fratri Simoni Anglicus nationis defuncto circa annum 1232. mox successu temporis translatus in Angliam præluit hoc anno & superiore regimini fratrum. Non est ergo verisimile hominem vanum, superbum, asperum, sive instituti transgressorum, ut scribit Paris, in tam varias curas & officia ab externis exposci, aut ultra à superioribus viris sanctis oblatum suisse, nec ignorare alioquin probitatis argumentum quod cum Pontifex huic curæ idoneum præ reliquis censens in Anglia, Hibernia ac Scotia præposuit. Virum sanctum suisse testatur Bernardus à Bessa & Marc.

Paris male habet quod S. Albani Abbatem ad præfixam collectam soluendam vise. XXI. rit, cum de speciali Pontificis decreto id præcipiteretur, quod & ipse Paris libenter admittit, & facile ex sequentibus Innocentij ad Abbatem S. Albani liquet superiori anno datis.

I N N O C E N T I V S , &c.

Dilecto filio suo I. Abbatii S. Albani, Lincolniensis diœcesis.

Pars II.

[Quotidiana persecutionis instantia secularis sua nos acerbitate compellit, ut pro subventione Apostolicæ Sedis resistentes eidem, necessario recurramus ad auxilia subditorum. Quocirca discretionem tuam de fratum nostrorum consilio, rogamus, hortamur, & monemus attente per Apostolica scripta mandantes, quatenus his quæ dilectus filius noster fr. Ioannes Anglicus, minister Provincialis fratrum Minorum prouincie, lator præsentium, nuncius noster, ex parte nostra super subsidio Sedis ipsius tibi proponet, adhibeas plenam fidem, & diligenter attendens quod Ecclesia taliter relietendo, generale omnium Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum virorum prosequitur interesse, liberaliter & libenter ea studeas adimplere ita quod id nobis & fratribus nostris esse possit acceptum & tuæ devotionis affectus per exhibitionem, quæ testimonium est credibile veritatis, pateat actionum. Datum Lugduni 4. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno 4.]

Appellationem Abbatis fr. Ioannes bis admisit, remque coram sua sanctitate in curia componendam dimisit, bona monasterij, seu grangias & cellas, ut vocant, & prioratus monachorum per varias diœceses iniuste ab Episcopis grauatas defendit, quod benigni sincerique in Abbatem, & monachos animi specimen præbet non vulgare, non recte ergo omnia in contrarium sinistra interpretatione trahit præfatus author.

*ide ambo.
Rerum san-
cti Ludouici
exemplum.*

Hoc anno S. Ludouicus antequam peregrinationem transmarinam initet missis fratribus Prædicatoribus, & Minoribus per viuerum Franciæ regnum indixit, ut quisque suo iure defraudatus satisfactionem recepturus ex hisco compareret, modo iniuriam, seu debitum legitime probaret quod sancti Regis propositum inquirentibus diligenter præfatis fratribus effectum circa personarum habuit acceptationem.

*Immutat re-
quæ S. Cle-
mæ.*

Ostuo Idus Augusti antequam viuendi formulam Clarissarum immutauit, & que

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTIV IV. ANNO 5.	HENRIIC VII. IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	-------------------------------	---------------------------------

quæ ante sub titulo & invocatione S. P. Benedicti data fuit à Gregorio IX. (dum Protector ageret Cardinalis Ostiensis) confirmata ab Honorio III. Gregorio & à seipso eam mutatis mutandis concessit sub invocatione & regula S. Patris Francisci quam ipsis quoad tria duntaxat vora substantialia tradidit obseruandam, temperata pauperate, volens ad particularem tantum eas obligare, professionis prescriptis formata. Item modum ieiunandi variauit, Generali & Provincialibus ministris tam in capite, quam in membris eas subiecit, hisque plenum eorum regimen imposuit, cum alias ad Cardinalem Ordinis Protectorem spectabat. In reliquo pene communicar utraque forma etiam in verbis. Incipit: *Cum omnis vera religio &c. quia prolixa est ad calcem libri cum reliquis eam reiicio, causas immutate formulæ scriptis sequentibus reddit, quibus eam in vniuersum obseruari mandat altera antiquata.*

INNOCENTIVS, &c.

Vniuersis Abbatis, & monialibus inclusis Ordinis S. Damiani.

[Quoies à nobis petitur quod fluctuantibus annis tranquillitatem parit, honestati consultit, & saluti, & ad id promptis anhelamus affectibus, & quod debitiss incrementis hæc proficiant, vigilanti animo procuramus. Cum igitur nuper regulam vestram, & viuendi formam, ob cuius difficultatem nimiam conscientia vestrae ambiguitatis scrupulo premebantur, & intolerabile personis dispendium imminebat, considerato præcipue quod multæ iam, & diversæ dispensationum formæ factæ fuerint circa ipsam, propter quod non una, sed multiplex videbatur professio, duximus corrigendam, vobis certam regulam, ac viuendi formam de novo correctam quam vniuersitati vestrae sub bulla nostra dirigimus tam vos quam illæ quæ vobis succederint diligenter perpetuis temporibus obseruetis, ad aliud, quam in ipsa correcta sit regula, & viuendi forma, decernentes vos de cætero non teneri, nullis præcepto, vel voto seu litteris obstantibus, super hoc à Sede Apostolica impetratis. Nulli ergo nostræ constitutionis, &c. Datum Lugduni 10. Kal. Septembbris anno 5.]

Obseruatur hæc regula etiamnum à monasteriis ut fertur Aquitaniae, rigorem priuvi instituti temperant in aliquo.

XXIV. Cum Burdegalensis senatus monasteriorum, similaque Ecclesiam tumultuario ope- Cœnacrum
S. Eduardi
Burdegal. re, anno Domini 1230. Franciscanis fratribus Burdegalæ ædificaret: nec ista aduen- tante populum ob sui angustias capere posset, deuotus quidam Petrus ex eadema ciuitate oriundus, tantum terre spatium à Canonicis, ac cætero matricis Ecclesiæ Gonzaga
Prou. Aqui-
tan. anti-
quoris con- S. Andreæ capitulo suis sumptibus, anno Domini 1247. emit, quantum ædificando magnifico templo, atque adiacenti cœmiterio sat erat. Post clapios vero aliquot annos, Angliae Reges, qui Burdegalensis tunc principabantur, & ipsam Ecclesiam, prout nunc est, in honorem S. Eduardi Anglorum Regis construendam; & plurimis imaginibus, atque sacelis ornanda in curarunt. Quod verò ad præfati monasteriis perfectionem desiderabatur, id totum tum ex publicis, tum quoque ex priuatis Burdegalensem eleemosynis antiquiori ædificio adiectum exitit. Floruit hic locus, quem frequenter. 40. fratres inhabitauit, tum sub patribus Franciscanis Conuentualibus, quibus ab admissis redditibus usque ad annum 1522. subsuit, tum quoque sub eiusdem instituti Obseruantibus, quibus ab eo temporibus idque ex Leonis X. Pontif. max. auctoritate, impræsentiarum usque pro voto deseruivit.

XXV. Conuentum Claracensem sub hoc Pontifice ædificatum statuit Gonzaga 2.p. in prou. Conu. Claren-
sis. Genus conu. 8. incertum quo anno, nisi error sit imprelloris (substituentis numerum pro 2. p. prou. numero atque adeo Innocentium IV. pro III.) male rationem temporis iniuit, conuentum Gen. con. 8. asserit fundatum à Beato patre Francisco ex beneplacito Innocentij I V. Pontific. cuius pontificatum non vidit, longe ante mortuus, atque in diuos relatus. Si illud ergo verū est scribendum est Innocentius III. pro IV. sub quo is perlustrauit Liguriā. cæterum cœfœtatio Ecclesiæ sub titulo & invocatione S. Francisci posterius tempus designat. Plurimum etiā deceptus est idem author 3. parte prouincie Cathalonie Conu. 2. asserens Ecclesiam Error rei-
bus. eius hoc anno consecratam fuisse à S. Ludouico Episcopo Tolosano non minus viginti

ANNO CHRISTI 1247.	INNOCENTII IV. ANNO 5.	HENRICI VII. IMPERA. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 40.
-----------------------	---------------------------	--------------------------------	---------------------------------

Conu. Brug. genit. sex annis & sex mensibus antequam natus sit: mortuus nempe est aetatis vigesimo tertio anno, sexto mense Anno Domini 1297. Franciscani extra villam Brugensem olim diocesis Tornacensis (nunc proprium habet pastorem) loco incommodo habitarunt comparato intra ipsam villam idoneo fundo de Magistratus & Episcopi consensu 1245. quz circa hac transacta sunt Pontifex datis litteris confirmavit; incipiunt: *Religio-
nis vestra meretur benes*. Datum Lugduni 3. Nonas Iulij anno 5. de hoc conuentu ita Gonzaga [Extra & prope muros ciuitatis Brugensis, tempore S. Francisci, fundatus fuit conuentus à generoso viro, & milite Henrico Rem, ut liquet ex pluribus anti- quis litteris quz adhuc reseruantur. Quum autem locus ille parum commodus esset fra- tribus ad postulationem pluriorum tum Ecclesiasticorum tum secularium, præcipue verò Vvalteri Episcopi Tornacensis, fundari coepit alias conuentus intra oppidum Bru- gensem, à generosissima Ioanna Comitilla Flandriæ, vxore quondam filij Sebastiani Port- gallicæ Regis, & sorore ipsius Margareta illi succedente, consensu, & autoritate In- nocentij IV. accedente, anno sui Pontificatus 5. anno vero Domini 1298. Templum maius, in quo deinceps diuinum est persolutum officium, beneficio mercatorum po- tentissimorum qui tunc tēporis ex cunctis penè orbis nationibus Brugis habitabant, ma- xime vero Florentinorum constructum, idem prædictus Tornacentis Episcopus Vval- terus in honorem B. Virginis dedicauit. In quo eisdem templo anno 1290. D. Baldwinus filius Guidonis incliti Comitis Flandriæ, ac plurimi deinceps nobiles, barones, princi- pumque filij ac filiæ in Ordinis habitu sunt sepulti. Puteus quidam eiusdem conuen- tus dicitur à D. Bernardino benedictus, ex cuius aqua bibentes certum aduersus febres antidotum suscipiebant. Cuius etiam D. Bernardini via effigies depicta ibidem con- seruatur. Legimus deuotissimum Cosmum Medicis aum Leonis Papæ X. propriis impensis ædificasse vnum conuentum fratrum extra muros & prope Brugensem ci- uitatem, fuisseque ante divisionem provincie adlunctum provincie Francie Parisien- sis. In illo fratres habitauerunt usque ad reformationem conuentus ciuitatis: de quo subditur: Quum fratres magni conuentus Brugensis aliquantulum lapsi fuissent ab ob- seruantia Regulæ, anno Domini 1515. ad instantiam Dominorum urbis Brugensis au- toritate Leonis X. Pontif. max. alio commigrant, & introducti sunt fratres Obseruan- tie regularis, qui erant extra muros in conuento prædicti Cosmi Medicis. Tunc fu- runt in illo conuento magno 108. fratres. Ab illo tempore multum floruit in pietate, & doctrina: nam ibi etiam viguit studium in quo fuerunt tres Lectores, unus in la- cra Scriptura, secundus in Theologia disputativa, & tertius in Philosophia. Hic maximus Provinciae Flandriæ conuentus (proh dolor) plane ab hereticis in his tragi- cis tumultibus totus est dirutus, expulsis inde fratibus anno 1579. qui erant 32. inter- quos erant 10. sacerdotes, è quibus 13. prædicatores & unus lector Theologiae. Alius etiam extra ciuitatem in quo ab egredi fratum Obseruantie regularis 50. moniales (quas de annunciatione vocant) sub obedientia ministri Flandrie habitavunt, totus eum est demolitus. In hoc pulcherrimo conuento solebant etiam tres sacerdotes lo- rotibus ministrare. Primi autem Conuentus fundati tempore S. Francisci nullum peni- tuts extat vestigium. Afferuabantur hoc in Brugensi conuento integra sinistra manus D. Margaretæ, quam ei illustrissima Margareta Flandriæ Comitilla, ac conuentus fun- datrix donauit, quæ eisdem in manu quotidianis clarebat circa inulieres, periculose in partu laborantes, miraculis: capita 5. ex 11. millibus virginum: pars magna corporis D. Christophori: pars brachij diui Pantaleonis: pars capitis diui Thomæ Archiepi- co Cantuariensis: brachium integrum ex 11. millibus virginum: brachia deinde aliquot aliorum sanctorum integra: ex reliquiis D. Fergusani Episcopi: reliquiæ plurimæ D. Ca- tharinæ, Barbaræ, D. Martini, Nicolai, Leonardi, Chrysogoni: brachium unius ex pueris martyribus innocentibus, qui mortem pro Christo sunt percussi.]

Reg. ep. 70. Conuentus villa S. Ioannis Angliacensis diœc. Xantonensis ad hunc annum spectare XXV.
S. Conuentus videtur, de quo solum reperio litteras Innocentij quibus hoc anno confirmavit factam Angliacensis. conventionem super loco monasterii & pertinentiis cum Abbate & conuentu eiusdem Epist. 454.4. loci, sit ne ille quem Pisanius appellat S. Ioannis, nescio.
*Potestas di-
sponendi-
per defec-
tus* Fratri Lupo Episcopo Marrochitano fecit potestatem dispensandi cum fratre Bernar- XXVII do sibi assignato loco ad cautelam super scrupulo de natum defectu, quatenus ritè in perceptus

ANNO CHRISTI 1148.	INNOCENTII IV. ANNO 6.	VVILLIELMI IMPER. ANN. I.	RELIGIONIS Mi- NORVM ANNO 4I.
-----------------------	---------------------------	------------------------------	----------------------------------

perceptis bona fide Ordinibus ministrare posset & ad dignitatem in partibus Africaniis promoueri, si contingenter ipsum alias rite electum esse. initium epistole : *Ex parte tua.* Datum Lugduni 7. Idus Martij anno 4. Eadem fratri Lupo dedit autoritatem, Indulgentias proficiuntibus in terram concessas , elargiendi iis laicis qui ad obsequium Ecclesiaz suz secum remanere vellent , aut ad illum transire. Tenor literarum.

INNOCENTIVS, &c.

Episcopo Marrachitano.

[Cum laicorum obsequiis ad procuranda Ecclesiaz negocia te asertas quamplius. Epistol. 117. rium indigere, vt tu eos ad hoc valeas facilius inclinare , ac ipsi obsequendo tibi, & eidem Ecclesiaz fructum qui non perit, vberius mereantur, fraternitati tuz auditorate præsentium concedimus facultatem vt laicis , qui de tua familia existentes tecum ad partes accesserint Africanas , & tecum ibidem commorari fuerint, illam suorum peccatum de quibus vere confessi fuerint, & contriti veniam valcas clargiri , que proficiuntibus in terra sancte sublidium in generali Concilio est concessa. Datum Lugduni 3. Non. Aprilis ann. 4.]

Statuit ne vllus prælatus aut legatus nisi de latere fratres ad sua obsequia cuiuscumque indulti (quod specialem de hoc non facit mentionem) prætextu allumere posset si ne speciali licentia Prælatorum Ordinis. incipiunt literæ : *Petitionibus vestris*, &c. Dat. s. Id. Aug. anno 5. fratri Adulpho Anglico concessit facultatem dispensandi cum Henrico de Batonia vt duo beneficia acquirere & retinere posset. incipit : *Apostolice Sedis*, &c. Epist. 446. Dat. Lug. 14. Kalend. Ianuarij ann. 5. prohibuit recipi nouitios ante probationis explatum annum ad professionem. incipit : *Cum secundum Concilium*, &c. Dat. Lug. 6. Kalen. 1. Junij anno 4. eadem ad verbum inhibitio habetur anno 5. Honorij promulgata. pridie Kalend. Junij inhibuit Cisterciensibus nostrorum fratrum receptionem , & secus factores mandauit dicæfanis eos compellere ad restitutionem. Incipit constitutio : *Cum olim*, Idem. &c. Conuentui S. Mariz Magdalene inclusarum Alexandriæ concessit ut per quinque annos perciperent censum alias à ciuibz Ecclesiaz Romanæ solitum numerari. initium literarum, *Vestre devotionis*, &c. Datum 6. Idus Junij anno 4. Conuentui S. Francisci de Offida Firman. dicæc. & eiusdem ordinis confirmauit concessionem Philippi Episcopi Firman. incipit : *Soles annuere Sedes Apostolica*. Datum Lugduni Non. Ianuarij ann. 4. confirmauit & aliam facultatem quam præfatus Episcopus concessit eisdem transferendi monasterium intra castrum ob pericula bellorum. incipit : *tuis potestium*, &c. Datum Lugduni 12. Kalend. Ianuarij anno 5. Monasterio & Conuentui S. Mariae de Virginibus Ord. S. Damiani dicæc. Fuentinæ, confirmauit concessionem Episcopi super exemptione factam renuente Capitulo concessum quem Pontifex de plenitudine potestatis supplet. incipit : *Soles annuere*, &c. Datum Lugduni 7. Kalend. Septembris anno 5. 142.5.

ARGUMENTVM.

Sancio Regi Lusitano adempta regni administratio transfertur in fratrem Alphonsum.

Fratri Desiderio Pænitentiario negotium datur componendi cum clero Braccarense & Colymbricensi super taxato subsidio à Custode Vlissipponensi ; item declarandi nullas esse censuras , quas Braccarense & Colymbricensis promulgarunt contra Alphonsum Castelle infantem. Subiiciuntur plurim ad Ordinem singulares vocatores, & conseruentum castigatio. Eriguntur conuentus aliquot. emanant nonnulla iudicata.

I.  *APITVLVM*, Cletus, Abbates, Priors dicæc. Braccarensis in regno Portugal. Fr. Io. Martini collector in Portugali. in Portugali. 118. liz, cum ex officio fratris Ioannis Martini Custos fratrum Minorum Vlissipponen.

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCEN. IV. ANNO 6.	VVILLIELMI IMPER. ANN. I.	RELICIONIS MI- NORVM ANNO 4.
-----------------------	-------------------------	------------------------------	---------------------------------

ab illis exigeret iuxta formam suę commissionis subsidium quod ex prescripto Concilij Lugdunensis colligebatur, ad Innocentium recurrerunt, inopiam, & perturbationes regni causantes, quorum precibus ille inclinatus sequentes scripsit fratri Desiderio Penitentiario suo.

INNOCENTIVS, &c.

*Fratri Desiderio de Ordine fratrum Minorum Pe-
nitentiario nostro.*

Reg. epistol. 111.5. [Lioet à nobis dudum mandatum generale processerit, vt à clericis vniuersis certa pars prouentuum, iuxta diversitatem casuum nostrę constitutionis pro Imperij Romani subsidio solueretur, tamen dilecti filii Capitulum Braccaren. Abbates, Priors, & clerici Braccaren. ciuitatis & dicēc. ex literis dilecti filii fratri Ioann. Martini Custodis fratrum Minorum Vlixbonen. se de nouo iuxta formam à nobis illi traditam, mandatum alle- runt recepisse, vt sibi pro anno praesenti, & duobus præteritis partem soluerent antedi- tam. Cum autem pro rerum inopia & graui statu regni Portugalie sicut dicunt faculta- tem solutionis huiusmodi non habentes, propter hoc duxerint ad benignitatem Apo- stolicæ Sedis recurrentem. Nos eorum precibus inclinati mandamus quatenus si pro co quod olim ipsam partem non soluerunt, cum super hoc, prout assentunt, non fuerint requisiiti, sint excommunicationis astrixi sententia ipsam auctoritate nostra relaxes, & eos denuncies absolutos, dummodo prius sufficientem præbeant cautionem quod me- dietatem dicti subsidij prædictorum annorum in proximo futuro festo Beati Michaelis, & aliam in eodem festo sequentis anni persoluane Datum Legduniſ. Kalendas Februa- riij ann. 5.]

Ibidem. In eundem modum eidem scriptum est pro Capitulo Columbrien. Abbatibus, Priori- bus, & clero ciuitatis dicēc. Columbrien.

Sancius Rex Portugallie socordis, & reipub. male administratoreus, procerum in II. currit offendam, proinde cum Innocentij Pontificis legatis Braccarenſi & Colimbricen- ſi præfulibus serio pro eius abrogatione agentes, id tantum obtinuerunt, vt Alphonsus frater, Cothnes Bolonie administrationem, & tutelam regni capeſceret ingrediſ ergo infestis armis dum cuncta in suam potestatem redigeret Sancius ad Alphonſum Castelle confugit, uterque apud Pontificem de violentia Comitis conquesti. Sed is rei examen fratri Desiderio Penitentiario Franciscano commisit, cuius institutum ignorasse vide- tur Abrahamus Bzouius sub priori anno narrationem anticipans num. 14. nisi cum for- te putauit quem aduersa pagina Ordinis Prædicatorij huius nominis constituit socium legationis cum Episcopo Camerino ad Iacobum Aragonie Regem diris deuotum, ob prohibitos, & adulterinos Therasie complexus. Ceterum Mariana quem ad verbum transcripſit Desiderij presbyteri duntaxat, non ordinis prædicatorij, aut alterius memi- nit quidquid sit Alphonsus Castelle pulsum Sancium in regnum conatus est reducere. Braccarenſi, & Colimbricensi in eum, & sautores sententiam excommunicationis, authoritate, vt prætendebant, Apostolica, prouulgarunt. Extat commissio iisdem da- ta lib. 6. de supplenda negligentia prælatorum cap. 2. qua mandatum est vt administra- tionem regni Alphonſo etiam latis censuris tutarent: in Alphonſum Castelle infantem exercuerunt authoritatem, licet Pontificis literis præmunitum. Quapropter sequentes scripsit Innocentius ad fratrem Desiderium.

INNOCENTIVS, &c,

Fratri Desiderio de Ordine Minorum Penitentiario nostro.

Reg. epistol. 111.5. [Intelleximus nuper quod venerabilis frater noster Braccaren. Archiepiscopus in- nuebat dilectum filium, nobilem virum Alphonſum charifissimi in Christo filij nostri il- lusterrimi Regis Castelle primogenitum, & illos qui secuti, vel eius obtenuit regnum Portugallie intrauerant, fore per ipsum, & bonæ memorie Colimbrien. Episcopum excommunicationis vinculo innodatos. propter quod postmodum nouuilli ex eis de- celerint

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCEN. IV. ANNO 6.	VVILLIELMI IMPE: ANNO 2	RELATIONIS Ma- NORVM ANNO 41.
-----------------------	-------------------------	----------------------------	----------------------------------

cesserint, ipsorum corpora non fuerunt in Ecclesiæ * coemiteriis tumulata, & superstites adhuc in certis locis tanquam excommunicati vitantur. Verum quia eidem Alphonso dudum indulsumus, ut auctoritate literarum nostrarum super regni præfati negotio ad eisdem Archiepiscopum & Episcopum dilectorum, excommunicationis sententia innodari non posset, & à nobis postmodum mandatum contrarium non manauit, volumus, & directioni tuz mandamus, quatenus ipsum denuncias excommunicationis sententia, si qua per eisdem Archiepiscopum & Episcopum literarum ipsarum prætextu lata extitit, non teneri; reliquis vero si tibi constiterit inspectis literis ipsis quas tibi exhiberi facias. Contradictores auctoritate nostra si necesse fuerit, appellatione postposita, compescendo ipsis per predictos Archiepiscopum, & Episcopum, vel auctoritate literarum ipsarum, si tamen ad eos auctoritas huiusmodi extendi poterat; vel etiam ordinaria excommunicatione fuisse ligatos, beneficium iuxta formam Ecclesiæ absolutionis impendens, nobis mandata propter hoc eis facienda reserves. Alterum autem qui ex eis obierunt corpora, si signa penitentie apparuerunt in ipsis, tradi facias absolutione præmissa, prout fieri consuevit, Ecclesiastice sepulturæ, alioquin denuncias ipsis non fuisse in hac parte per memoratos Archiepiscopum, & Episcopum excommunicationis laqueo irretitos, & defunctorum corpora libere in Ecclesiæ facias cemiterio tumulari. Prouiso ut eis denunciatio huiusmodi tantum fiat, alias enim si forsan generaliter fieret, præfati regni negotio, pro quo illuc se direxit, posset parere nocumentum, nec exinde saluti magis accresceret meritorum. Datum Lugduni 3. Kalendas Februarij anno 5.

Eidem.

III I. [Cum sicut intelleximus nuper ven. fr. noster Archiepiscopus Bracaren. innuit dilectum filium nobilem virum Alphonsum charissimi in Christo filij nostri illustrissimi Regis Castellæ primogenitum, & illos qui secum vel eius obtenuit regnum Portugallæ intraverunt fore per ipsum & bo. me. Colimbrien. Episcopum excommunicationis vinculo innodatos, & postmodum nonnulli ex eis viam sint vniuersitate carnis ingressi, mandamus quatenus illorum corpora, si signa penitentie apparuerunt in ipsis, tradi facias absolutione præmissa prout conuenit Ecclesiastice sepulturæ circa tumulationem aliorum, qui sic repente fuere mortui, quod huiusmodi signa ostendere nequivierunt agens prout videris expedire. Datum Lugduni 8. Kal. Februarij ann. 5.]

IV. Precibus Ducissæ Austræ scriptis sequentibus dedit facultatem fratri Franco eiusdem & familie confessiones audire impensa Ducissæ, & mulieribus, si necesse fuerit, absolutione in casibus reservatis Sedi Apostolice.

INNOCENTIVS, &c.

Fratri Franco de Ordine fratrum Minorum.

Deuotionis dilecta in Christo filia nobilis mulieris Ducissæ Austræ precibus inclinati, præsentium tibi auctoritate concedimus ut cius, & aliorum de familia sua tam virorum, quam mulierum confessiones, quoties opportunum fuerit, audias, & eis pro commissis iniungas penitentiam salutarem, impensis ipsius Ducissæ, ac mulieribus, si necesse fuerit absolutionis beneficio vice nostra, præsentibus post annum minime valutris. Datum Lugduni 10. Kal. Februarij anno 5.

In eundem modum scriptum est eidem pro nobili viro Conrado Comite de Handele & . . . vxore sua.

V. Fr. Ioannes minister provincialis Angliae qui colligendo in regnis Angliae, Scotia & Hibernia subsidio præpositus fuit, amandauit in Scotiam fratrem Gulielmum de Bafinches eiusdem ordinis: à Rege deuote, & cum veneratione suscepimus, negotium prosecutus est. ceterum ne priuilegiis regni ea eius receptio gratuita officet Pontifex à Rege postulatus, sequentes dedit.

ANNO CHRISTI
1248.INNOCENTII IV.
ANNO 6.WILLIELMI
IMPER. ANN. I.RELIGIONIS MI-
NORVM ANNO 41.

INNOCENTIUS, &c.

Regi Scotie illustri.

Fidei puritas, deuotionis feruor & constan^r firmitas quibus apud Deum inter ce-
ters Principes orbis amabilis penes Apostolicam Sedem accepimus & magn^r laudis
praeconio commendabilis redderis, sicut te diuinæ maiestatis gratia Sedis eiusdem fauere
ac claræ famæ prærogativa dignum officium vt habeas Regem Regum sicut speramus
firmiter speciali opitulatione propitium Romanam Ecclesiam prompte patrocino affi-
stricem, & in terris præcipue commendationis exhortentia nomen grande unde nos de-
tam fidelis, deuoto & constanti matris Ecclesie filio ingenti gaudio exultantes in Domi-
no aetatis insistimus supplicationibus apud eum ut repulso cuiuslibet aquositatis even-
tu prosperitas tibi semper votua succedat, vobisque tribuat ex alto virtutem ut tui hono-
ris augmentum prouidere iuxta vesti desiderij plenitudinem valeamus. Sane fuit ex parte
tua propositum coram nobis quod frater Ioannes de Ordine Minorum, cui subsidium
pro Romana Ecclesia in partibus Angliae, Scotie & Hibernie commisimus colligendum
fratrem Willielmum de Bauches eiusdem Ordinis in regnum tuum & ibi huiusmodi
colligeret subsidium destinavit, cuque præfatum fratrem Willelmum dicitur Ecclesie ne-
cessitatibus affectuose compatiens filiali non solum libenter & hilariter admissus, verum
etiam ad colligendum nominatum subsidium præstasti eidem auxilium, consilium & fa-
uorem. Vnde nobis humiliter supplicasti, ut cum claræ mem. Willelmo Regi Scotie pa-
tri tuo & dicto regno ficerit ab Apostolica Sede indultum, ut nullus in ipso regno possit
legationis officium exercere nisi de latere Romani Pontificis illuc specialiter, & per spe-
ciales literas distinctur, prouidere super hoc tibi & ipsi regno paterna diligentia curare-
mus. Nos celsitudini Regiarum gratiarum actiones multitudines exoluentes ac nolentes quod
ex huiusmodi prædicti fr. Willelmi admissione aliquod sentias detrimentum tuis sup-
plicationibus inclinati, ut per admissionem eandem nullum super indultis tibi & regno ipsiæ
sede præfatae præiudicium generetur auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo no-
stræ concessionis &c. Datum Lugduni 1. Idus Martij anno 5.

Depositum Conradus Comes de Vvazerbruir contra Conradum militem de Sebrubee
diœc. Frisingensis, & contra ministeriales suos ciues de Haechnovre quod ad vomitum
redeuntes hostibus Ecclesiæ denuo, contemptis clauibus, subuenirent. Quapropter frati
Henrico de Arbrusbergo, fratri Hermanno de Rotenbrunen, & vicedomino Ratisponensi,
ut contra præteruos ad congruam satisfactionem usque procederent, mandauit.

V L

INNOCENTIUS, &c.

*Dilectus filius fratribus Henrico de Arbrusbergo & Hermano de Rotenbrunen,
Ord. fratum Minorum & Vicedomino Ratisponensi.*

ep. 81.1.1.
ff. Henricus
& Hermanus. [Dilectus filius nobilis vir Conatus Comes de Vvazerbruir proposuit coram nobis
quod licet ciues de Haechnovre ministeriales sui, & vxores, ac filii eorundem, necnon
& Conradus de Sebrubee Frisingen. diœc. ab excommunicationis sententia, quam per
Sedem Apostolicam in omnes adhaerentes Frederico quondam Imperatori, latam in-
currerant, olim fuerint per dilectum filium Electum Ferrarien. tunc Apostolicæ Sedis
legatum iuxta formam Ecclesiæ absoluti, præstito ab eis de persecutando in fidei puri-
tate, ac Ecclesiæ deuotione, corporaliter iuramento nihilominus ipsi tanquam canes ad
vomitum redeuntes, inimicis Ecclesiæ assistere animosus solito, sibique ipsorum Do-
mino rebellare, in suarum animarum periculum non verentur. Ne igitur iidem de in-
gratitudinis, & infidelitatis vitio se reportasse commodum glorientur, mandamus qua-
tenus nisi prædicti, & alij in hoc eis similes ad cor reuersi ad mandatum Ecclesiæ cum
satisfactione super hoc edita, infra festum Assumptionis Beate Mariæ virginis proximè
venturum redire curauerint, ex tunc excommunicationis sententiae subjiciatis eosdem, &
saciatis excommunicatos per loca in quibus expedire videritis singulis diebus Dominis
, & festiis pulsatis campanis, & candelis accensis usque ad satisfactionem condi-
onam

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCEN. IV. ANNO 6.	VVILLIELMI IMPER. ANN: I.	RELICIONIS Mi- NORVM ANNO 41.
-----------------------	-------------------------	------------------------------	----------------------------------

gnata nunciari solemniter. Si vero proteruitas exegerit eorundem testas ipsorum supponatis districtissimo interdicto Ecclesiastico, ita quod preter penitentias marionium, & baptismata parvolorum, tam per secularres, quam regulares clericos nullum in eis diuinum celebre tur officium, aut exhibeat Ecclesiasticum sacramentum. Et ut eis forte vexatio tribuat intellectum, ipsos omnibus legitimis actibus, & feudis quae ab Ecclesiis tenent denunciatis auctoritate nostra priuatos concessa illorum dominis disponendi de ipsis libera facultate, contradictores & rebelles per censuras Ecclesiasticas appellatione postposita compescendo. Non obstante indulgentia qua Ordini fratrum Minorum, &c. Quod si non omnes, &c. Dat. Lugduni 4. Non. Maij anno 5.]

- VII. Ministro Provinciali Marchie, praepcepit ut monasterium S. Proculi Esmen. regendum cum ceteris exemptis susciperet.

INNOCENTIVS, &c.

Ministro Provinciali Ordinis fratrum Minorum Mat- chia Anconitana.

[Cum sicut ex parte dilectorum in Christo filiarum Abbatissarum, & conuentus moni- Reg. 815.1.
lum inclusarum monasterij S. Proculi Esm. fuit propositum coram nobis, eodem mo-
nasterio de consilio fratrum Minorum constructo, ipse habitum Ordinis S. Damiani as-
sumperint & fuerint hactenus perfratres tui Ordinis visitare, mandamus quatenus de
predicto monasterio cum afferatur exemptum, sicut de aliis monasteriis tuis administrationis
præfati Ordinis S. Damiani curam gerens eas visitare & informes secundum Deum
& ipsius Ordinis instituta. Datum Lugduni 6. Kal. Junij anno 5.]

Hinc videtur colligi monasteria duntaxat quae exemptionem suam ab ordinariis ob-
tinuerunt, fratrum curæ demandata esse.

- VIII. Hoc tempore non delivit Deus variis modis ad religionem per seipsum, & sanctos, vocare miraculose alumnos. horum unus fr. Gunterius de Barbaria in provincia Coloniensi sanctus, & integræ conuersationis fuit, vocatus hoc ostendo ut fr. Bernardus de Bes-
sa in hunc modum deponit apud Marianum. fuit primum Ordinis sancti Patris Benedicti professus Monachus, qui optata quiete frustratus in suo monasterio, missionem ad aliud procurauit; nec ibi tamen desiderij compostotum se dedit piis exercitiis, & orationi qua desideratam spiritus pacem impetraret, & voluntatem domini nostre daretur. post plures dies in somniis apparuit ei Beatus Pater Franciscus apertum tenens Euangeliū, & superpositam sui instituti approbatam formulam. admiratus monachus, interrogauit, cur Euangeliū supponeretur regula Franciscana? Respondit sanctus, quia in eo fundata consurgit. sic disparuit instantius autem oranti, & de sua vocatione ad eum statum adhuc incerto eadem visio tercia vice exhibita, cumque Beatus Pater Franciscus tandem vocauit, præcipiens ut eum statum assumeret. Gunterius autem replicans; non credent, inquit, fratres; sed penitus in confirmationem vocationis, & apparitionis san-
cta tibia ex qua grauissime laborabat eum dimisit; ille mox exhibuit signi fidem, & re-
ceptus est.

- IX. Scribit idem in Guasconia floruisse similis vocationis fratrem Antonium natione Hil-
panum, qui primo dictus est Gonsaluu, oriundum Segouia ciuitate in regno Castelle. Hic assunxit primo institutum Cisterciensium in Portugallia, in quo magna sanctitatis opinione floruit, sibiisque in oratione ecclesiis dulcedinis & reuelationum particeps effectus, nihil tamen de ordine, aut regula Franciscana audiuit. Oranti apparuit virgo quædam ignota, forma & ornatu spectabilis alliciens eum, ut se vxorem duceret; ille in-
steri ignarus votum & amorem castitatis opponens, renuit. At illa, quin imo, inquit,
& me vxorem accipies, quæ in typo religionis fratrum Minorum, qui vili tunica, &
chorda, sacerdoti mundo, cinguntur, apparui, eosque hic brevi videbis. His dictis eu-
nuit. Alias vidit Beatum Patrem Franciscum socio fratre Gulielmo ab Anglia miracu-
lis clero, qui pulcherrimum, ut videbatur, sancto Patri lectum fermebat, interrogatus à
Gonsaluo cuius esset? respondit Francisci, & ego, inquit, cum auctor, ian tum quod
futurum erat, ignatus præfigiens.

*Veratio fra-
tra Guter-
Marian. lib.
2. c. 16.
Chron. an-
tiqui sub hoc
Generali.*

*Vocatio s.a.
Irr. Antonij.*

ANNO CHRISTI
1248.

INNOCEN. IV.
ANNO 6.

VVILLIELMI
IMPER. ANNO 1.

RELIGIONIS MR.
NORVM ANNO 41.

*Morit. in
Gasconia.* Operiebat interim Domini voluntatem, & ecce fratres. Minores in Portugalliam transeuntes, vt vedit in eo, qui per visum monstratus est, habitu, admiratus, & confirmatus institutum repugnantibus monachis, qui eundem in Abbatem, & patrem poscebant, assumpsit. Mota tamen in Romana curia lite eum repetebant, & cum prius professioris rigorem opponerent, accitus ille, respondit: quod fatigatus, pedes & mendicás ad curiam accesserit, illi non ita. Pontifex autem eum in sua vocatione confirmavit. Regressus ergo à curia voluit in Gasconia hospes, & aduenus perseverare, ne quid terreni affectus in patria & inter amicos, & notos contraheret quod oblatæ diuinitus sponsat, ac Evangelicæ puritatis oculos effunderet. Multis virtutis, & sanctitatis exemplis eluxit. Eam cordis teneritudinom alacritus est, vt lachrymæ volenti, nolenti ubertim defluerent, nec eas turbæ aut oblatum quodcumque pacis & quieti impediret obstatulum. Non modo otiosa verba subterfugiebat, sed ab aliis prolati non patiebatur sine fructu excidere: vnde cum quidam in medium proficeret vulpis seu veram, seu fidam sagacitatem que pulices exxit sensim, se in aquam mergens, donec illi ad rugis excitati in rostrum quod extat se recipient merisque sensim rostro in aqua superficie derelinquit. frater Antonius hoc audiens, cum feroce subiunxit: vulpes, inquit, de qua loqueris plena pulicibus peccator est criminibus oneratus, qui cum scelera sua paulatim in amaritudine cordis, vt ea confiteatur, recogitat usque ad nostrum pulices nigras huncetando effugat, per confessionem autem sinceram, & puram inuisis rostrum sensim subducit, eos in penitentia aquis submergens. Frequens ei de Deo colloquium plenumque spiritu, vt nonnunquam ebrios videtur, qui tamen nec vinum, nisi in sacrificio, nec aliud quod inebriare posset gustabat. Nempe multo madere putant, vt Ecclesia canit, quos spiritus repleuerat; ita olim Iudici Apostolorum spiritu sancto repletos, ebrios existimabant: incessanter prædicationi, & audiendis confessionibus peccatorum insistebat, magno animarum zelo, de quo illud memorabile dictum fratru Antonii. Paradiso se pedem clausum ut unius peccatoris confessionem exciperet. Tria potissimum instruebat, videlicet confiteri pure, seruenter orare, abstinere otiosis verbis, & sic facile ad perfectionem, cumulunque meritorum peruerteri posse. Aquam in vinum mutauit, cuius monumenta extant, fons qui etiamnum S. Antonij in miraculi memoriam appellatur, alia etiam sue virtutis ostensa per eum Deus manifestauit. Mortuus est in conuentu Aquensi Vasconia prouincia Aquitanie, custodia Baionæ, cuius corpus inuentum est postea integrum.

*Alius voca-
tur terror.* Quidam iuuenis Parisis magni in scholis nominis, religionis tamen ingressu abhorrens, vedit in area palati quendam, quam vox cælitus missa designabat fore antichristum, ad quam ille compunctus ad meliorem frugem, audivit aliam que religionis ingressum suadebat, interrogavit ille anxius cuius? responsum est, ingredere ad Ordinem Minorum, ille vero statim obsequutus in religione sancte perfueravit. X.

*Alius simili-
ter terror
vocatus.* Alius etiam in eadem universitate scholaris clericus, vita tamen lubricus, & minus honestus, scientia & ingenio, que minus fructuose collocabat, notus, tactus inter manus Domini decubuit infirmus, & cum salutis vix illa supereret expectatio, loci hominem Christiano more ad penitentiam inducebant, suadebant confessionem: ille induratus respuit. Vocatus ad eum quidam sanctitatis, & perfectiois opinione probatus frater Minor, qui ab infirmo iam desperato repulsus, ad conventum regreditur, totusque ad Deum coram crucifixo prostratus fit supplex pro anima illa desperata, cuius preces Deus exaudiens infirmum hac visione ad penitentiam communivit: Ad spondam namque lecti terra, vt ipsi videbatur, repentino hiatu absorpta flammam euomuit, & crumpens mox draco ignitus infirmum deglutire tentabat, ad cuius aspectum ille territus, oculos ad cœlum eleuavit, atque Christum velut in cruce pendente vidit ante quem prædictus frater sollicite pro salute infirmi orabat, cui Christus i confiteatur, inquit, peccata, & saluabitur. Ad huc ille interius emollitus, atque ad se rediens statim curauit prefatum fratrem acceriri eique sua peccata integre confessus, absolui ineruit & ocios conualescens religionem ingressus, cuius conuersatio deinceps extitit laudabilis, multisque proficia.

In comitatu Tolosano erant duo germani fratres notissimi prædones, quorum alter mitis

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCENTII IV. ANNO 6.	VILLIELMI IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN.41.
-----------------------	---------------------------	----------------------------	--------------------------------

mitioris ingenij ad pœnitentiam conuersus, habitum fratrum Minorum assumpit; alter rapinis inhians peccata peccatis cutnulauit, donec tandem iis exigentibus infirmatus ad mortem decessit impœnitens, antequam occumberet præsentes cum ad pœnitentiam, & confessionem adhortabantur, ille renuit confiteri cuiquam nisi suo fratri, qui alioquin conscientius erat, & testis quondam suorum scelerum: vocatus frater inuenit infirmum iam exprantem, configit ergo cum lachrymis ad Dei misericordiam, inuocata Beatissima Virgine, qui autem defunctus iacebat, clamauit亟 capite, vñ mihi. perseuerauit nihilominus frater in oratione, defunctus secunda vice cum terrore altius clamauit, vñ mihi. institit feruentius orationi germanus donec tertia tandem vice defunctus resuscitatus exiliit laudans Deum, affirmauit cum prima vice &c. clamauit præparatas sibi pœnas vidisse. secundum autem clamorem aiebat cōspectum & terrorem iudicis extorsisse, dum sententiam proferre vellet; sed apparuisse quandam fratri suo simul, qui ante gloriosam virginem in oratione prostratus orabat, ad preces autem Beatissimæ Matris datas esse octo dierum inducias ad pœnitendum. Gratias ergo, inquit, Deo, Beatissimæ Matri, & tibi frater; festinemus damna resarcire, & tempus quod concessum est redimere. vestiri se poposcit habitu ordinis, & totos octo dies in lachrymis, & pœnitentia transigens, in pace quieuit, inter fratres sepultus.

XII. Quidam etiam Anglus Scholaris Ioannes dictus orans ante crucifixum recatus est. Alius solitarius monachus videns Beatum Patrem Franciscum cum pluribus fratribus Minoribus pro anima cuiusdam defuncti fratratis, velut in processione solenni ritu incedere, rogauit, vt in societatem admitteretur, respondit S. Pater fore vt admittetur, si habitum, & institutum assumeret. Ita ille compleuit, & sanctè in religione vixit. alios etiam per terrores Deus vocare dignatus est ostensione suæ iustitiae. frater Ioannes Angliz Prouincialis (de quo superiori anno) author est apud Marianum, in Aquitania quandam Abbatem, & alium Archidiaconum deliciis carnis plus æquo intentos, in consuetudinem traxisse singulis annis feruente canicula simul ad montes concende-re, vbi liberiori aura æstum temperantes, venationibus aliquæ exercitiis cum familia magis vacabant, quam suæ curæ, & vocationi. Cum ergo ad consuetum refri-gerium simul progredentes, obuiam habentes Ecclesiam dirutam in ea pernoctarunt. Archidiaconus specialis in S. Patrem Franciscum cultu ferebatur, & cuidam fratri Minoris confitebatur. Vix itato se committens occurrit talis seu visio seu somnium. raptus est ad iudicium in quo boni separati à malis dexteram iudicis tenebant; reprobi sinistram, inter quos se & socium cum seruis constitutos videns multos sibi nouos, inhorruit. Timorem auxit quod iam Abbatem cum duobus seruis raptum ad sup-plicia vidit. ipsum tandem inuadunt dæmones, quem unus apprehenso ventre obceso raptabat, extra stratum iacere inuenit, iterum rediens ad lectum eodem modo se esse raptatum somniauit, sed à confessore mox sicut prius liberatum, euigilauit, & sicut pri-mo, humi stratum, & extra lectum se offendit. Exterritus familiam clamoribus excitauit: vocate inquit Abbatem, hic locus securus non est, patet infestationibus dæ-monum. Inuentus est Abbas mortuus cum duobus quos pridem rapi à dæmonibus vidit. Ar-chidiaconus perpendens rei eventum verius quam per somnum contigisse, distributo in pauperes patrimonio ad religionem configit, & manifestata visione, quos ad sinistram iudicis vidit, adhortatus est ad pœnitentiam, inter quos nullus vnum annum superuixit, quin omnes vel atroci vel subitanea morte perierint: duo autem serui ipsius Archidiaconi de peculio contendentes gladiis in tixam exarsi se misere iugularunt; sic multorum ostensa perditio vni ad salutem fuit per viam pœnitentiaz stimulus, & exemplum. Simile quid accidit cuidam in Apulia Abbatii qui fratrissi sui Episcopi munitus potentia fratres Minores indigne persecutus est, illatis quibus potuit iniuriis nam & obuios iohumane lacerabat, tunicas ad clunes & crura ridicule secebat, aliquando seminudos, aliquando abstracto capitulo & curtis manicis dimittebat, viscera fidelium iis occludebat, mendicare necessaria prohibebat, & quidquid malus genius aut rancor suggerebat in eo-ru perniciē moliebatur. Donec tandem precibus seruorum quas pro persecutione fundebant auditis, tali ostento corripitur persecutor, se cum duobus seruis, & prefato Episcopo ad iudicium vocatū, & omnes inter reprobos collocari vt vider, vident etiā statim à dextera ve-nientes duos Fratres sautores accessisse qui cū ad dexteram inuitis dēmonibus trahebāt &

Alius vor-
sus & refus-
cione mina-
culoſe à mor-
te.

Alius vor-
sus.

Raptus ad
iudicium à
conspicere li-
beratur.

Persecutor
fratrum Mi-
norum.

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCENTII IV. ANNO 6.	VVILLIELMI IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 41.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

afferebant nobiscum saluaberis: in hoc conflietu euigilans, se extra lectum offendit, mane abiecta diuturniori mora distribuit sua pauperibus, & habitum ordinis assumēs viam pénitentiaz cum admiratione omnium, indignatione autem sui fratris. & seruorum eius ingressus, qui hominem illusione seductum irridentes, nūscire perierunt; duo serui, duoque nepotes se metuis vulneribus confecerunt, Episcopus tubita morte expirauit.

Pereundem modum contigit in Alemannia quibusdam Præpositis quorum duo ex XIII.

Alij persecutores ordinis ad passim vixit.
pirarunt, & tertius per intercessionem S. Patris liber sodalitio nomen dedit. referebat frater Raymudus Episcopus Venenensis in Bohemia quendam ibidem Præpositum, maximum Ordinis persecutorem fuisse, qui in somno, ut sibi videbatur, tribunali sustinuit cum tribus aliis eiusdem dignitatis, & qui in criminis participabant, duobus primis per ordinem vocatis datum est certum pénitentiaz spatiū, tertius sententia iudicis decollatur, eandem sententiam accepit quartus qui somnium vidit; sed interveniens S.P. Franciscus oravit pro persecutore, cuius precibus inclinatus index eiusdem sex mensium inducias ceu terminum præfixit, quo Minorum institutum assumeret, alioquin periculoso. Euigilans siue impos familiam euocauit, somnium refert, explorati præcepit quid agebat tertius quem vidit decollari, atque ea nocte coniuam domi habebat, inuentus est ille mortuus, & vulneris cicatricem in collo circumferens. Ceterum hic fratum odio prolongare voluit conuersionem, nec aliis quicquam indicate, donec expleto termino, quos vidit in aliis effectum habuit; his non obstantibus ad ultimam diem usque conuersionem differens, cum amplius cunctandum, aut certam diuini iudicij sententiam experientiam esse minus securum esse arbitraretur rancorem pristinum excussit, & supplex factus habitum instituti postulauit, in quo deinceps ad labores religionis, (quos maxime omnium homo obsequi, & delicatus abhorruit) ita assuefactus ita factus profecit ut eo ipso die, quo hæc Episcopo de se retulit 28. milliaria pedes confecerit, & vitam tandem feliciter consummavit. Troilus etiam quidam nobilis terrore dæmonum factus est Minoretæ, in cuius morte dæmones per sylvam conuentui vicinam editis genitibus conquerabantur, quod eis fuerit creptus Troilus quondam cliens.

Troilus fr.
Minoretæ
mortuus.

Venatio re-
tusculam pre-
positi.

Non prætereundum quod in regione Pedemontana in monte Vici contigit, quidam XIV. ibi Præpositus Ecclesiæ maximo affectu, & reverentia Beatum Patrem Franciscum, atque alumnos prosequebatur, eius tamen tamulus lucro suo per hoc detraictum perirebatur, spiritu maligno agitatus, ita herum improbe peruerterit, ut de amico transierit in persecutorem: illi ad consueta orationum suffragia configuentes, in Domino spem suam posuerunt. Interim præpositus in visione ad iudicium cum fainulo raptus primum hic excommunicationem non habens, adiudicatus est pœnis; Præpositus autem per intercessionem S.P. Frac. liberatus euigilauit, & tamulu offendit iam expirasse: territus venia à fratribus humiliter, & suę conuersationis tunicam rogauit, abdicatis tam Ecclesia, quam temporali possessione.

Plures divina
in contempla-
tione vocati.

Alios etiam Deus seuere ultius est quod vocatione contempta sæculum prætulerit religioni: fr. Ioannes Beccanus apud eundem Marianum refert quendam Paribis scholarem clericum promissuо ingressu religionis Franciscanæ substituisse in sæculo: eo enim die quo se monasterio includebat, superuenit ex patria nuncius, eius promotionis ad canoniciatum: ille obuertens dorsum monasticę disciplinę evolat statim ad beneficium. Nō impune tamen contèpsit vocantem, nam vix medio anno fructus colligit, qui ei damnationis æternæ pœnam reposuere, infirmatus decessit, desperatus, & sine Sacramentis, cum fratres Minoræ vocati ad eius consolationem Dei misericordiam inculcarent; respondit eam sibi iam oculum esse, nam raptum ante iudicem sententiam mortis pridem se accepisse confessus est: illo improperante, vocauit te & noluisti, ideo in pœnas quas thesaurizasti tibi rapitor: his dictis, expirauit.

Alius etiam extinto spiritu, vocationis peritius, eo ipso die quo religionem induere XV. voluit resiluit à proposito, sed nocte sequente raptus à dæmons ut sibi videbatur, ante tribunal iudicis misericordiam in clamauit promittens correctionem noui erroris, priorisque propositi firmam sequelam, & sic liberatus euigilauit se totum in angustiis, & sudore afflitum repens sequutus est primam vocationem.

In Provincia quidam Baro Arnaldus de Asseduno prolis expersus, si meritiss. S. P. Francisci filius ei nasceretur religioni & instituto Minoritano ex tunc eum iam deuouit. Votum compos distulit adimplere, congruo tempore quod promisit, filius ergo grauissime infirmatus obiit, pater autem ægerrime ferens, non tam pueri mortem, quam

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCENTII IV. ANNO 6.	VILLIELMI IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 41.
-----------------------	---------------------------	----------------------------	---------------------------------

voti transgressionem, & commissz in patronum quem colebat, ingratitudinis perratus, fubus ad Ecclesiam prosecutus, plenus fide votum deuso emisit & sancti Patris meritis resuscitaretur fore ut prompta eius oblatione prioris negligenciaz moras castigaret. Resuscitatur defunctus, & ibidem vestitur absque vlla cunctatione. idem per omnia contigit cuidam nobili viro in Marchia.

XVIII. Quidam Vlispone iuuenis à teneris annis B.P. Franciscum eiusque institutum coluit; ei nomen daturus si per parentes liceret, qui teneram filij dispositionem experti viribus imparem iudicarunt, humano quidem errore, sed qui piis etiam parentibus, & Deum timentibus prolis amore furtim obrepit. Ingressus est de parentum licentia Ordinem Prædicatorum prioris vocationis tenax, postmodum statim infirmatur, & confessus suo instructori seu ut ex vsu religionis vocamus, magistro nouitiorum, vnum tantum suz consolationi deesse affirmat, si modo possit adimpleri, & rogatus quid esset? respondit si pro voto saltim in habitu Franciscano liceret sepeliri. consolatus cum instructor asseruit, vt erat, non esse consuetudinis inter religiosos, vt alieno à sui instituti habitu sepeliantur. Mortuus tandem iuuenis traditur sepulturz, & post duos annos aperto eodem sepulchro inuenerunt defunctum Franciscano habitu vescitum: admirati casum nec recolentes quando ibi quispiam fr. Minor fuerit sepultus, seculitantur quid hoc esset: superueniens tandem instructor qui rem hactenus oculuit desiderium iuuenis Deo non ingratum manifestauit. Simile quid in ciuitate Eborz in eodem regno evenit: nam quidam secularis iuuenis religioni deuotus in eodem desiderio sine effectu tamen decepit, qui post aliquot annos inuentus est habitu ordinis induitus in sepulchro.

XIX. Cum Franciscanos in Galliam prædicandz Crucis contra Saracenos amandasset Gengotius bonus Theobaldus huius nominis IV. dictus posthumus Campaniz ac Bryz Comes 13. Palatinus, ac Rex Nauarrz, eos benigne excipiens, in loco extra (attamen prope) muros ciuitatis Trecensis, quz tunc dicebatur Cæsarz, qui quidem locus hodie S. Trinitatis nuncupatur, collocavit: vbi manserunt circiter viginti annos, eo quod locum de Brocia intra ciuitatis mœnia à præfato Rege, & Comite (qui veriusque loci dominio gaudebat) sibi amore Christi collatum ædificare prohiberentur à Decano & Capitulo Ecclesiz collegiatz S. Stephani, & à quibusdam aliis sacerdotibus, ob annuos redditus à possessoribus domorum illic existentium sibi debitos, vt videre est ex litteris Officiis Trecensis anno Domini 1248. probe sigillatis, & fratribus Ioannis tunc Guardiani, totiusque conuentus anno Domini 1250. confessis. Verum prædicti Theobaldi Regis, & Comitis filius, & successor inclytus Theobaldus huius nominis Quintus anno Domini 1259. per ciues, quos pro fratribus procuratores instituit, omnes domos illas cum adiacente solo propriis comparavit pecuniis, vbi conuentum ædificare cœpit à ponte Sequanæ fluuij, iuxta Thermas quas Mulierum vocant, ad turrim regiam usque ad vicum cui nomen est veteris Romz, vt videre est ex literis non paucis probe sigillatis ab eisdem officiali Decano, & Capitulo emanatis. Porro hanc loci de Brocia emptionem, & donationem, (vbi antea morabantur Iudzi) nec non præfati conuentus erectionem, ac manutentionem probarunt, & confirmarunt patentibus suis litteris, quibus etiam maiora suorum insignium sigilla appendi iusserunt, subscripti Reges Henricus superioris Theobaldi frater, Rex Nauarrz, Campaniz, & Bryz Comes Palatinus anno Domini 1271. mense Sept. Trecis: Philippus Pulcher Francorum Rex, qui præfati Henrici vnicā filiā nomine Ioannam duxit vxorem, anno Domini 1312. & Pontifex 7. Maij 1316. quo anno obiit Carolus Quintus Francorum Rex, sapiens cognominatus, die 17. Septembris, anno 1378. plateam horti, & viam tempore bellii factam inter conuentum, & turrim regiam, rotumque spatium usque ad fundū eiusdem turris restitui fecit. Carolus VI. superioris filius, & successor eisdem fratribus exemptos esse voluit ab omnibus exactiōibus in introitu portarum ciuitatis Trecensis, per quz empta, vel sibi per eleemosynā data vinea trāsirent ad conuentum pro se, suisque famulis tantum: immo præcepit suis Officiariis, vt reddi curarent quzdam vasa argentea Ecclesiastica, quz nonnulli exactores ab eis quasi pro regio iure soluendo, abstulerant, eosdē fratres pro huiusmodi solutione vexari, aut perturbari nunquam patueretur. Darę litterę Trecis an. Domini 1385. mense Nouēbris, regni sui an. 6. Carolus 7. huius filius, & hæres prædicta ratificauit, ac annū censum solidorū 7. ex horto conuentus sibi debitum remisit per litteras das Turonibus, in Januario, anno 1435. regni sui anno 14. Franciscus Valebius, huius nominis primus, annuum censum 40. solidorum pro parte

Volumen dupli
inueniū à
morte com-
pletum.

Gonz. prou
Franc. con. ex
Consunua
Trecensis.

Fundatori
eius.

Varia dia-
cessus
Fere Gallo-
conuentus

ANNO CHRISTI:
1248.

INNOCENTII IV.
ANNO 6.

VILLÆ. MI
IMPER. AN. I.

RELIGIONIS MI-
NORVM AN. 41.

horti conuentus debitum retrahit, ac de rationibus, seu computis Regis delerit, & solo pietatis intentio motus, horas etiam manu propriæ signavit in catro ac bontainebleau mensile Augusto, anno 1249. & regni sui 5. Et hoc Ihesus Venerabilis conuentus, numeris operibus absoluteissimi, nec non studio & astrophore cuius, itis insigniæ edificata cernitur, primo cum Alexandri Papæ 4 ut videre est ex bullâ eiusdem data Anagruze, etiam sub plumbo decimo quarto lunij, anno salutis restitute 1259. Pontifica primum eius usus sui annuus quinto ad Episcopum Trecensem directa his verbis: *Cum primarium lapidem lapidem con- pro Ecclesia fratrum Minorum de ciuitate Trecensi propriis manibus benedixerimus, si ueniu- ficeremus Ale- sem tuam rogamus per Apostolica tibi scripta mandantes, quatenus ipsius lapidem in Ecclesia ipsa honorifice, sicut decet, sine obstatu difficultatu apponas: & omnibus vere paucitabre, & con- fessis, die oppositionis eius, ad eandem Ecclesiam conuententibus, unius anni & 40. dictuni. ab- citoritate nostra largisius indulgentiaria. Hoc mandatum eodem anno 1259. explevit Nicolaus 64. Episcopus Trecensis. Praefata hæc Ecclesia (fragmento non patuo Dominice Crucis, nec non venerabilibus reliquis S. Ioannis Evangelista, S. Ludouici Episcopi, S. Bernardini, SS. Catharinae & Barbaræ atq; Margareta Virg. & mart. & aliorū plurimorum sanctorum insignis) diuino cultui cœlestrata, ab hereticis intacta manet fratribus discipuli à Christo Domino dilecti S. Ioannis Evangelista & S. Mariz Magdalena tutelarii eius.]*

Reliques.
SS. tutelares

Conuentus
Meldensis.
Gonz. vbi
supra con-
uent. 17.

Fundatores.
Confessor
Blancha Re-
gina.

Idem.
Conuent. 16

Fundatores.
Convent. 15

Præfata

in suburbio, & pro foribus S. Nicolai ciuitatis Meldensis, quæ est Comitatus Briz, XX ac supra Matronam flumen ædificata, habetur conuentus frat. Minorum Ecclesia pregrandi, claustro, dormitorio, nonnullisque aliis necessariis officiis plene completus ab anno Christi Domini 1248. prout liquido constat ex diplomatis Apostolicis in archiuis conservatis, sumptibus primo (ut traditione veteris tradidit) conuentus fertur) municipio cuiusdam Meldensis, cœlesti benedictione opulentissimi nomine Ioannis Roze: secundo in signi pietate sanctissimæ Blanchæ, S. Ludouici Francorum Regis matris, suauo probatissimi patris fratris Adriani, qui erat à confessionibus. Huius conuentus Ecclesia, cum duobus faciliis dedicata tenetur, sub patronatu B. Mariz Magdalena, cuius imago in laua summi altaris piè colitur. Inter varia diversorum diplomatum transumpta habetur illuc breue plumbatum Alexandri IV. quo centum dies indulgentiarum conceduntur Christicolis omnibus corde deuoto, largaque manu prefatam Ecclesiam visitantibus, in præcipuis festiuitatibus sanctorum Seraphici Ordinis.

Supra muros, & iuxta Biliacas fores viridis Vernonis, Neustriæ Ducatus, & Ebroicen-
sis diœc. admitti sunt Francisci filii fratres Minores, anno à partu Virginico, 1248. vbi in totius Francisci ordinis fauorem extractus fuit conuentus, structura quidem lapi-
dum excellens, sed vita exemplari, doctrinaque salutari fratribus in eo commorantium
multo excellentiorum vero multiplicium latomorum solerti œconomia, & zelo Christia-
nismo, Regiaque liberalitate sanctissimi Ludouici Gallorum Regis inuidissimi, prout
quisque ex sequentibus facile perpèdere poterit. Siquidem ex veterioribus chartis sicuti
in nulla sui parte vitatis, ita fidelis diligentia in sacratio conservatis, hæc cōstant luce cla-
riora. Et quia necum ista (perpetua recordatione dignissima) volumus latere, vnam for-
matum actorum publicorum liberalitatis præcipuorum huius conuentus fundatorum in
medium adducere nequaquam pigebit: [Vniuersitatis præsentis litteras inspecturis, vel au-
ditur loquens de Sarcofagi armiger salutem in Domino Noueritis, quod ego penitus di-
missi 60. solidos Parisienses annui redditus, quos percipiebam supra dominum, que sunt
magistri de Sarcofagi, vbi nonne fratres Minores habitant in municipio Vernonensi:
ita quod nec ego nec aliquis heretorum meorum poterimus, aliquid in dicto reddi, qua-
litercumque de cœlo reclamare, pro qua relaxatione recepi viginti quinque horas Pa-
rienses, quas fel. eccl. Ludouicus Rex Francorum dederat ad hoc specialiter facien-
dam. Datum anno Domini 1271.] Philippus huius sanctissimi Ludouici successor, ne-
dum regis, sed & pietatis verus hæres liberalitati paternæ subscribens, in fauorem di-
litorum fratrum Minorum multo plura dedit, ut videre est duplo instrumento Regis
sue maiestatis magno sigillo in cera viridi filii sericeis appenso, roborato, facta, & dato
anno 1286. Et quia ut a prisca dictum fuit Regis ad exemplum totus componitur orbis, no-
biles non pauci tantorum Monachorum liberalitatem æmulari, in sustentationem
prælatorum fratrum, temporalia misericorditer erogant, ut æterna metere mere-
rentur. Horum unus fuit illustris heros Mattheus de Crepecordio miles strenuus,
qui concurrente assensu Milesensis coniugis sue charitissimæ, & Ioannis Richardi

ANNO CHRISTI 1248.	INNOCENTII IV. ANNO 6.	VILLIELMI. IMPER. AN. I.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 41.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

fratris, dedit dicto conuentui in augmentum eleemosynæ, quæ prius erogarat Isabella mater eius defuncta, iugarem terræ, perpetuo in manu mortua tenendum, quod ratum iri voluit instrumento quinque sigillis in cera appensis, dato anno redemptionis æternæ 1248. Alter fuit laudabilis memor Ioannes de Postor Veronicus municeps, qui annuente Eremburgi vxore sua dilectissima, ceterisque suis heredibus, dedit unam domum iure hereditario in perpetuum possidendam, quod firmum fieri apud quoscumque iussit litteris publicis duplice sigillo roboratis, actis, & datis anno Virginei partus 1260. Ceteros benefactores nominatim recensere tedium pareret. Relatu antiquorum fertur, primum fundatorem beatum Ludouicum eo extitisse animo erga fratres, quod propriam domum in praesatum conuentum commutarat: in castro enim conuentui vicino sepius moram trahens, per porticum deambulatorium, tum die, cum noctu diuinis aderat officiis. Inter prestantia instrumenta Regum habetur, cum multiplicibus transumptis privilegiorum, toti ordinis à diversis summis Pontificibus concessum, quorum originaria in multis aliis conuentibus seruantur, breve Apostolicum Alexandri IV. quo Christianis penitentibus & confessis, ex misericordia omnipotentis Dei, cum autoritate beatorum Apostolorum Petri & Pauli de iniuncta sibi penitentia centum dies misericorditer relaxantur, modo pio corde & liberali manu indiebus festiuis sanctorum Ordinis Franciscani Ecclesiam huius conuentus, sancto Eligio Pontifice patrono dedicata, visita uertit.

Conuentus Niuellæ, quæ Brabantæ ducatus oppidum est, anno Domini 1248. ut ex quibusdam litteris in hoius loci archivio asseruatis constat, erectus extitit. Pertinuit autem ad Conuentuales Franciscanos patres à sui erectione usque ad annum Domini 1524. Incarnationis, quoad instantiam Serenissimæ Margareta, amitæ Caroli quinti Imperatoris inuictissimi, Flandriæ Guberoatricis, quæ propriis sumptibus magnifice facit huius loci Ecclesiam, Conceptioni virginis dicatam, exedificauit, ad eiusdem Ordinis Observantes translatus est. Commorabantur hoc in conuento, in quo studium Theologicum ac Philosophicum vigebat, 50. fratres, quorum, 30. sacerdotes, & ex his 20. concionatores erant. Attamen anno Domini 1579. in festo Conversionis S. Pauli seditionis heretici oppidum Niuellense proditorie occupantes, conuentum omnibus bonis spoliarunt, ipsumque dempta Ecclesia quam abominationibus incarrabilibus prophanarunt, penitus demoliti sunt. Cum autem infelicissimum oppidum spatio duorum annorum ab ipsis quater captum, & spoliatum fuerit: tandem anno Domini 1580. à Serenissimo Principe Parmensi, & exercitu Catholici Regis Philippi II. è manibus illorum creptum fuit. Dum conuentus resarcitur 7. fratres nostri in domo cuiusdam perdeuoti Niuellenis commorantur, diuinum officium in conuento Ecclesia persoluentes, ex quorum consortio magnos fructus Niuellenses reportant. Hic status fuit eius conuentus quando Gonzaga turbulentissimo tempore scribebat, ceterum iam ad pristinum decorum peruenit sub auspiciis Serenissimorum principum bonæ memoriz Alberti & supersticis adhuc Isabellæ Archiducum Austræ, rebus in melius mutatis, religione, studio, & fratribus frequens est, incolunt eum strictæ obseruantæ Patres.

Circa hæc tempora fratres Tarragonæ (quam alij Tubal, alij Scipionum opus ferunt) Conuentus Tarragonen-
recepit aediculam S. Salvatoris ad muros urbis ex dono R. Vieensis Episcopi & Capituli, sis.
in monasterium ornarunt, quod ad Observant. circa an. Domini 1567. auctoritate Apo- Idem.
stolica est translatum. Ceterum Tarragonensem ad Seraphicum P. Franciscum ob in- Prou. Ca-
numera miracula, quæ Deus opt. max. eius meritis apud eos operari dignatus est, thaloniz.
in diesque operatur, deuotio incredibilis est: inter quæ, quæ sequuntur, non ultimum conu. 4.
locum tenent: ut enim Dominus ostenderet hospitalitatem, qua pientissimus Onofrius Baz huius civitatis alumnus Minoritas Obsr. prosequebatur, gratissimam sibi ef-
fice effecit, ut eo perdicem manducante, & partem illius quartam inter duos pa-
ropides collocante, hoc fine, ut illam P. fr. Ioanni Falconi Cathaloniz Custodi,
qui eo accesserat cum socio, ut ab eo hospitio reciparetur, dum cœna parabatur, mi-
nistraret, aperte catinis integra mirabiliter inueniretur. Cumque is morti appropin-
quasset Angelus Domini, famuli illius assumpta forma P. Fr. Ioannem Riccardum Guardianum Redensem, qui postea primus huius prouincie minister Prouincialis fuit, euocavit, ut illius obitui interesset: id ipsum in ultima infirmitate Hieronymi, & Ludouici Baz eius fratrum præsticit. Iacobus Vidal huius etiam civitatis alumnus, meritis & precibus beati patris Francisci, cui addictissimus erat,

Conversione
Niuellæ.

Prou. Fland.
conu. 6.

Conceptioni
dicatæ sept.

Conuentus
Tarragonen-
sis.
Idem.
Prou. Ca-
thaloniz.
conu. 4.

Pietas fidelis
in Franciscan-
nes dimicatu-
remunatur.

ANNO CHRISTI.	INNOCENTII IV.	VILLIELMI	RELICIONIS MI-
1248.	ANNO 6.	IMPER. AN. I.	NORVM AN. 41.

anno Domini 1581. à riuo inundante , cui immersus fuerat, liber evasit.]

*Commentarii
Pinciarum.
Idem.
Prout Con-
cep. cōfūct. i.*

Cum Serenissima Regina Berenguela Ferdinandi Regis Sancti marer maxima in Mi- XXIV.
noritas ferretur benevolentia , illis conuentum , Seraphico patri Francisco dicatum
ad mille passus à Pinciis veteris Castellæ oppido , sub anno Domini 1248. ædifican-
dum curauit. Cumque is locus insalubris omnino , ob sibi adiacentes aquas evasisset,
fratrumque saluti maximè aduersaretur, ab iis derelictus, aliisque (de quo impræsentia-
rum) à pientissima Regina Violante Alphonsi cognomine sapientis, Castellæ Regis vxo-
re, non longe à prefati oppidi mœnibus (licet modo illis claudatur , obtineatque præ-
cipuam, atque nobiliorem ipsius oppidi partem) sub anno Domini 1267. eodem titulo
constructus , extitit. Qui postmodum à B. P. Petro à Sanctoio , circa annum Domini
1440. reformatus, atque ultramontanæ Custodiz adiectus fuit. Merito sane huic con-
uentui primus assignatur locus. Nam cæteros omnes & magnitudine , & elegantia, &
fratrum , qui 90. numerum frequentius excedunt , numerositate , & omnium necessa-
riorum copia, & florentissimo sacræ Theologiz studio antecellit. Præterea eius Eccle-
sia religiosorum quorundam Patrum funeribus honestatur. Et primo quidem tumulo
B.P. Petri à Sanctoio , cuius supra in istius prouinciaz procœmio meminimus. Deinde se-
pulchro religiosissimi P. Ioannis à S. Cruce viri vtiique mirabili abstinentia , oratione at-
que charitate prædicti. Qui cum post 30. continuos annos vicariatus officium , in no-
bili atque regio Clarissarum monasterio Tordesyllano hoc in loco qui 15. millibus pa-
suum ab eo distat, ex superiorum mandato moram ibidem traheret, quædam monialis
nomine Constantia cæteris noctu in refectorio agentibus , animam in cubiculo ageret,

*Quidam viri
celebres in eo
tumulasi.*

*P. Ioann. à
S. Cruce.*

ab Angelo ut
affligeret mo-
ranti.

Transitus
ab angelis ut
affligeret mo-
ranti.

Franciscus à
Vera.

Fr. Hierony-
mus Oliua-
rius.

Fr. Antonius
à Guevara,
Episcopus
Mendonensis.

Fr. Franciscus
Orantij Epis-
copus Omo-
rensis.

Henricus
Infans ibid.
sepultus.

Leonora In-
fanta
Fr. Ioan. à
Zuazo mar-
tyr.

Cumque sibi & pe-
nitentiaz , & Eucharistiz sacramenta ministrasset , atque ad animæ vsque exhalationem
adfuisset , per eundem Angelum in locum , unde assumptus fuerat , mirabiliter sub
noctis silentio relatus extitit. Id autem tum apud fratres , tum quoque apud monia-
les , ita certum est , ut piaculum sit inexpiable vel minimum circa eius veritatem du-
bitare. Huic tanto Patri adiiciendus venit P. Franciscus à Vera , pauperatus , ora-
tionis , humilitatis , obedientiaz , atque omnium denique virtutum amantissimus , dili-
gentissimusque cultor , qui ex grauissima quadam infirmitate , quam & patientissime tu-
lit , hoc in loco , anno Domini 1556. è medio sublatus , maximum post se sanctitatis
famam reliquit. Præcedentibus duobus patribus nec in minimo absimilis fuit Pater
Hieronymus Oliarius , vir sanè doctissimus , ac omni virtutum genere ornatus , ad cu-
iis funus quod contigit hoc in ipso loco 29. Augusti anno Domini 1580. vniuersum
oppidum ob eius sanctitatem accurrit : illeque felicissimum se existimauit , qui vel van-
tillum habitus , aut chordæ ipsius habere potuit. Honestatur præterea prefata huius
loci Ecclesia sepulchro reuerendissimi P. F. Antonij à Guevara Mendonensis (vulgo
de Mondonedo) Episcopi , qui Carolo Quinto Germanorum Imperatori , Hispaniz-
que Regi à sacris concionibus , & à Chronicis fuit. Hic doctissimus , atque tum in hu-
manis , tum quoque in diuinis literis versatissimus extitit : insuper , & plura opuscula
omni laude dignissima vernaculo sermone edidit : ac tandem huic seculo nequam , an-
no Domini 1545. valedicto , in facello à se affabre hoc in conuentu constructo sepeliri
voluit. Non minorem profecto splendorem huius monasterij Ecclesiaz afferit mausoleum Reuerendissimi Patris fratri Francisci Orantij Ovetensis Episcopi , atque huius
prouinciaz alumni , qui unus ex sacri Tridentini Concilij patribus fuit , acutissimeque
contra Caluinum heresiarcham scriptit , atque post plurima munia , quibus felicissime
functus est ; ergastulo carnis solutus , iuxta infimum summi altaris gradum tumulatus
extitit. Famosis his sepulturis adiicienda veniunt nobilissima duo transolea , hoc in co-
dem loco erecta , alterum Infantis Henrici Serenissimæ Berenguelæ Castellæ Reginæ
atque præsentis monasterij fundatrixis ex filio nepotis : alterum vero honestissimæ
Leonoræ Henrici eiusdem Castellæ Regis filiæ. Huius denique conuentus alumnus fuit ,
imo & hinc exiuit religiosissimus pater Ioannes à Zuazo , qui in Egyptum vsque pen-
trans , dum Memphis (vulgo Cairo) tum coram eius præfecto , tum quoque coram
cæteris Saracenis fidem prædicare nititur , gloriose martyrio hanc mortalem vitam ter-
minauit.]

Conuentus montis Florentini circa hunc annum ædificatus est in prouincia Marchia XXV

ANNO CHRISTI 1249.	INNOCENTII IV. ANNO 7.	VVILLIELMI IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 42.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

vt constat ex bulla Innocentij data Aunione 4 Octobris 1248. facultatem fecit ædificandi eo loci conuentum. varij sunt incolæ circa locum & tempus. ex ambigua traditio-
ne nihil tutè dixerit. locus est capax viginti fratum. Plura non occurunt huius anni
indulta præter ea quæ præmissa sunt, &c.

*Conventus
mensis Flo-
rentini.
Idem Prou.
March.
conu. ss.*

ARGUMENTVM.

*Comitia Ordinis celebrata Metis prohibita innovatio officij diaconi : mittitur Minister Ge-
neralis in Graciæ cum potestate tractande vñionis Legatus. Amandati ad Tar-
tarorum consersionem Legati à sancto Ludouico Predicatores & Minores. Florent
plures sancti.*

RODULPHVS annò superiori author est sub Ioanne Parmensi celebrata esse comitia generalia, incertum an Lugduni, an Assisi. Cæterum cum huiuscæ capituli vestigium apud alios non cernam, nec quidpiam in eo ordinatum commemoret, purem reliquias esse prioris erroris quo eo primum anno statuit electionem Parmensis ex communione cum aliis lapsu, iam supra à nobis repulso. Decimum capitulum Generale Metis celebratum prouinciaz Lotharingiz constat ex Marco Mariano & reliquis, annum certum eius non legerunt. Marianus coactum refert post regressum ministri Generalis ex Gracia. Si hoc verum foret recte quadrat motiuum quod Marcus eius conuocandi adducit, nempe molestias quas in Gallia passa est religio ex persecutio Gulielmi à S. Amore seu Amando, qui scriptis erroribus, & sparsis schedulis in mendicantes perniciosè inuestus est. Hic autem casus ad posteriores annos spectat ut suo loco adnotabimus. author est Rodulphus hoc anno conuocatos esse Capitulares Metas ; cui videtur fauere congruenzia : expediens enim fuit cum destinaretur Minister Generalis in Graciæ legatus, incer-
tus de reditu, aut successu itineris, ac mora, ut conuocatis coram patribus statum religio-
nis ante discessum ordinaret : maturius autem conuocandorum patrum nulla comme-
moratur vrgens necessitas, nec instituti præceptum (quod 3. quoque anno comitia indi-
cit nisi dilatandum, aut maturandum ex causa videretur) occurrebat. Electus porro
Ioannes anno 1247. annum sequentem experiendo statui, & visitationi concedere de-
buit, ut qui totam religionem pedes, tribus primis ab initio magistratu annis, fertur visita-
re, atque omnia per se expertus. Non reiiciendus ergo Rodulphus cum nihil certius oc-
currat. in eo Capitulo scutius, ut res poscebat, animaduersum in eos qui ritum, & sub-
stantiam officij diuinæ præter instituti professas regulas, approbatam, & receptam confue-
tudinem variare studuerunt atque ex ea causa sequentes das ad prælatos Ordinis in
Tuscia exscrispsit Marianus.

*Charissimæ in Christo fratribus Ministro, custodibus & Guardianis in Tuscia
prouincia constitutis, Fr. Ioannes de Parma Ordinis fratrum Minorum
Generalis Minister & seruus salutem & pacem.*

[Quia sicut indubitanter cognoui nonnulli fratum officium diuinum qui de regula nostra secundum ordinem sanctæ Rom. Ec. celebaret debemus, in litera mutare inter-
dum, sed in cœtu maxime variare præsumunt, minus pensantes quod in gloria sua ponunt maculam evidenter, dum sua dimittunt à sanctis Patribus edita & venerabiliter approbata, & aliena dubia cæteris propriis ingerentes mendicante peregrina cum pudore notabiliter conuincuntur. Idecirco discretioni vestrae qui talia dissimulando sustinere non debet districte duxi præsentibus iniungendum, quo præter id solum quod ordinarium missalis, & breuiarium à fratre Aymone sanctæ recordationis prædecessore meo, pio cor-
rectum studio, & per Sedem Apostolicam confirmatum & approbatum postea nihil.]

*Littera Gene-
ralis contra
innov. officij
diuinum.*

*Fr. Haymo
correcit bre-
uiarium.*

ANNO CHRISTI 1249.	INNOCENTII V. ANNO 7.	VILLIELMI IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 42.
-----------------------	--------------------------	----------------------------	---------------------------------

minus per generale Capitulum, noscitur cotinere, ut nihil omnino in cantu, vel litera sub alicuius festi, seu deuotionis obtentu, in hymnis, seu responsoriis, vel antiphonis, seu profis, aut lectionibus, vel aliis quibuslibet beatorum Virginis antiphonis: videlicet, *Regina cali. Alma Redemptoris. Ave Regna celorum; & Salve Regina.* quæ post Completorium diversus cantantur temporibus, & officio Beati Antonij, quo usque de ipso melius ordinetur, cantum exceptis in choro cantari, vel legi, nisi forte alicubi coimpellent librorum nostrorum defectus; aut in libris ordinis illa scribi, ante quam per Capitulum Generale recepta fuerint, modo aliquo permittatis. Porro cantum, seu sonum hymnorum nostrorum quomodolibet variare, aut cantari in aliquam notam, non secundum nostrum breuiarium, vel consuetudinem per generale capitulum approbatam, non patiamini de cetero transmutari, subditos vestros ab huiusmodi nouitaribus arctius compescendo. Natalitia vero sanctorum specialia, iuxta ordinarij traditionem, secundum regiones diversas, diversimode celebranda iuxta morem, & breuiarium nostrum sanctorum communem tantummodo faciatis, aliunde nihil additum celebrati, ita tamen quod solemnitatem, & modum semiduplicis officij nostri, apud nos, festa huiusmodi non excedant, quantumcumque ab aliis solemnia iudicentur. Prouto ut exclusa proorsus quorumlibet sanctorum, excepta beati Francisci translatione, nunquam pro aliquo sancto de quo in patria, vel villa ubi fratres morantur communiter festa non sunt; officium aut solemnitas superinducatur ab aliquo deque usquam à fratribus celebretur. In Missarum etiam celebratione uniformitatem doceatis à cunctis fratribus, quantumcumque fieri poterit, obseruari. Ut vide licet hostiam à sinistra sacerdoti, & calicem ad dexteram, iuxta ritum sanctarum Rom. Ecc ex transuerso altaris componant. Corporalia, & pallam, quæ per se divisa debet calici superponi, disponant, necnon hostiam frangant, & sumant sicut in rubricis missalis quod habentur à curia continetur. Post cenam denique conuentualem psalmus: *Laudate Dominum omnes gentes in refectorio ubique à cunctis fratribus decantari.* Præsentem paginam in capitulo legi mandatis, sine dilatione per loca singula, & transcribi, ut nemo in tenebris ignorantia locum se inueniat occultandi, mandatum meum in hac parte totaliter cum diligentia impleturi, quod vos de sollicitudine, sine qua claudicat deformiter prælatura, merito valeam commendare. nec iterato compellarat fraternaliter vestram acriori verbo corripere, dormitantem, ac declinantem à præmissis baculo erigere disciplinæ. Valete in Domino, &c. Hanc autem epistolam dedit Generalis, quia ut scribit fr. Bernardus de Bessa nonnulli fratres erant qui sub quadam deuotionis imagine singulare secularium vel aliorum regularium nunc sonos & modos sectantes periculose necessarium ex voto regule officium secundum ordinem sanctarum Romanarum Ecclesiæ negligebant, & variando ac lacerando sedabant, plus Deum, & sanctos seruando regulam contra quam nemo deuotus nec supererogare, sed derogare potius est dicendus. Non paruum est vicium legum turbare communium disciplinam, sed sicut infirmi virilibus noxia, sic superstitionis necessariis nocua præponunt & quasi sanctis officij ordinatoribus sanctiores insulso deuotionis zelo excelsius gaudent, & cum Ozia improbe thurificare contendunt.

fr. Bernardus
de Bessa.

Mandauit etiam fratti Thomæ de Celano, ut institutam vitæ Beati Patris Francisci narrationem perficeret. Scriptit pridem ex præcepto Crescentij prædecessoris eam legendæ partem, quæ vitæ, & conuersationis rationem manifestabat, sed multiplicatis magnalibus, quæ per intercessionem serui sui Deus ubique faciebat, adiectus est secundus tractatus, qui miraculorum relationem continet, & hoc urgente Paremense.

Superioribus litteris, quas Pontifex ad fratrem Laurentium Ordinis Minorum Legatum in Oriente scripsit, pro reductione Patriarchæ Græcorum, inter alia mandauit, ut si Patriarcha ad Sede in Apostolicam venire nequirit, personaliter idoneas cum instructione, & sufficienti potestate personas delegaret. Negocium unionis interim solicite vegetabatur, nec abhorrebat Imperator ac Patriarcha. Hoc igitur anno tam Pontifex quam

Missus Generalis, fr. Ioannes Parmentis Generalis, de ea te certiores per litteras facti sunt: tandem id effervescit in Greeciam, ut Innocentius ipsum Generalem Ministrum suum in Græciam tractandæ unionem legatum amandat scriptis tam ad Imperatorem, quam ad Patriarcham epistolis,

quibus Angelus pacis eum nomine commendauit. tum rerum in Græcia potiebantur Ioannes 3. Duc Imperator Trapezuntij seu Græcorum in Asia, & Manuel secundus Patriarcha.

ANNO CHRISTI INNOCENTII IV. V. WILLELMI IMPERATORIS RELIGIONIS MILITIAE
1249. ANNO 7. IMPER. AN. 2. NORVM AN 42.

Transiit sanctus vir in Graciarn, quoniam iniunctum ea latissimione obiuit ut testis Angelo Clarens cantata apud Imperatorem, Patriarcham, Clerum, & populum habitus sit reverentia, tanta exultatione sanctitatis & sapientiae, ut quemquam antiquorum patrum, verumque Christi discipulum se inueni puerarent. Socios habuit viros sanctos & doctos quorum nomen est. Gerardus inter alia sanctitatis argumenta fuit praeeditus spiritu propheticō.

I. Sanctus Ludovicus in Cyprio opportunitym inveniens, accepit ab Ezechialmo principe exercitus Tartarorum literas cum vnguis à qui huius exercitorū progreſſus pietatis, conatus est edocere, iis dimissis suos mississimū munib[us] ad invadere, in his ut Vincentius reserret, fratre Andrea Ord. Prædicatorum, quem Antonius & alii in Vincentio hoc sequuntur. Thomas auctem Cantipratanus, huius cuiusdam prior[us] reserret duos Prædicatores, & illus Minores amittendatos esse, licet dipes eorum in conuertendo Tarento: intellit, tunc suos, prout ipse in Galliam regredi expulerunt. Distordat etiā in hac Cantipratanus quod ipse ferat tantum de conuersione Tartarū concepera fiducia misericordie legatos, cum antea conuersum fuisse reiatio auctorium contineat apud fratres authores.

II. Plures sanctitate, & prodigiis hisce temporibus emicuerunt, quorum memoriā hic inserere magis compendio liber, quam fuisse acta singulorum prosequi. Sanctus fr. Zacharias Romanus claruit in provincia S. Iacobi in custodia Columbicensi. Aliusque, aliis Ierabrice, vir innoçens, & magnis perfectionis, ac miraculorum pastator decessit, ubi etiam fratribus præfuit. In Astoricā conuentu eiusdem prouinciae, & custodiz Legionensis sepultus est frater Ioannes prodigius clarus. Alius etiam eiusdem nominis laicus ibidem fluoruit, quem initaculis clausisse ferunt. Vlyssipone etiam alius eius nominis claruit diuinis secretis, ac reuelationibus adeo assuetus, ut singulis principalibus festis, seu in vesperis, seu in Missa, seu sub matutino compos fieret aliquius noua reuelationis, seu visionis. In festo S. Ioannis Baptiz[us] in refectorio fratrum videt hora refectoris aperito celo angelum Domini descendisse, scriptorium in manu ferens, mantile, ac scalpellum, atque incipiens ab eo qui lectio mensa præfuit, aperito per scalpellum corpore scripsit in eius corde illa Euangeliū verba: *Ioannes est nomen eius.* & ita per singulos discurrens faciebat, prius eos interius lauans aqua, & mantili detergens; eadē scribebat literis anteis in corde singulorum, in tam frequenti vero religiosorum familia unus tantum non meruit signari nouicius, maioris Ecclesie Canonicus, rogatus ergo angelus à fratre Ioanne quid ille inter ceteros commisit quo diuinaz consolacionis fieret exors: respondit, ea ipsa nocte extiterum contubernio, inconstanter proposito. Duos etiam alios præterire voluit quod tam celesti die exierint conuentu: ceterum precibus sancti fratris, Ioannes cum reliquis signati sunt. Reuersus denudo angelus ad mensam lectorem duabus manibus bratu occludens dixit; *confirmatum est cor eius.* Et ita reliquis factum est, ac tandem disparuit: novitius autem ut prædictum ea ipsa nocte instituta egressus est.

III. In eodem conuento floruit Beatus fr. Martinus Martini conuersus, magnis orationis, & disciplinae ac inferiori sanctitate, vna indorus tunica, nudipes incedebat, nullo visus obsonio refectoriū patrem, & aquam adhibebat, nox ei tota in orationibus, lachrymis, flagellis transibat, de quo memorabile hoc fertur, eum coquim in Conuentu præcesset quadam die orationis dulcedine extra se raptum iniuncti ministerij curam plane ipsi excidisse, usque ad tempus refectoris; superueniens autem Guardianus inuenit culinam clausam, nihil apparatum, queritur hinc inde frater Martinus; increpatum de negligentia, qui ne ignem quidam accendit; vel eo maxime turbatur Guardianus, quod quidam leculares viri prius fuerint ad refectoriem admitti. Ille securus, & horribilis respondit: confide Pater, Deus vos debet servis suis. Occluso ostio culinæ solus remansit, atque in oratione prostratus. Deo opem implorauit. Adsum protinus angelus, ignes accendunt, omniaque apparant quasi in momento. mox frater Martinus ab oratione surgens vocavit Guardianum, omniaque iam preparata ostendit. Ille cum reliquis viso tantæ virtutis ostero, Deum laudauit in seruo suo, plenus tandem meritis frater Martinus in eodem conuento vocatur ad brauium, & cum honore sepultus est.

X. Beatus Hermous Teletanus mantello flumen stravit, & transiit siccō pede puerum, quem imprudens in cunis suffocauit, à mortis suscitauit. pulvis sepulchri eius liberat à febre.

Mariam
l. c. 2.
imp. chro-
nica. Clare-
ns. 1. 3.
Antonius p.
bul. 1. 4.
c. 9.
Marcus 2 p.
1. 1. c. 9.
.

Thomas
ca. 1490
bus 1. 1. 14
.

Aliai Vlyssi-
pone.

Frates in
corde signati.

Aliai Vlyssi-
pone.

ANNO CHRISTI	INNOCENTII IV.	VILLIELMI IMPER. AN. 2.	RELIGIONIS M- NORVM AN. 42.
1249.	ANNO 7.		
B. Electus.	febre tertiana. Frater electus in prouincia coloniz in conuentu Misericordie tante virtutis fuit ut tactu suatum manuum sanaret infirmos.		
B. frater Nicolai.	Beatus item fr. Nicolaus per quem Deus in vita & post mortem plura edidit miracula. puellam aquis submersam excitauit a mortuis : tres cœcos illuminauit , multis loquaciam reddidit aliaque miranda patrauit.		
B. Electus.	In loco Kilonis præter fratrem Adolphum olim Comitem Holsatiz dececessit frater Electus,cui apparuit Beata Maria,cum beata Agneta , & beata Catharina eique mortem prædictere. Alius item eius dominis vir sanctus cuius anima equo bello instrudo subuecta & recta in cœlum inter duos Angelos tendere visa est. Anderdati sancti BB. fratre Theodoricus & Rogerus de Saxonie virti misericorditatis iacent. Monasterij in custodia Voixfalcz BB.Fr.Henricus de Africa, Ioannes de Pirna sanctitate gloriose,& miraculis noti:Beatus Fr. Petrus in custodia Brabantiz in loco Turgonis, Beatus Fr. Hasso in prouincia Argentiorum Augustarum:Beatus Fr. Terdericus primus minister illius prouincie obiit circa 1244. Husanz: B. Fr. Hugo in prouincia Saxoniz:B. F. Electus iuuenis deuotissimus,& bonus canor,qui hac speciali deuotione Ascensionem Dominicanam coluit ut octo ante diebus in ieiuniis & orationibus anticipata præparatione eam præueniret,Breme autem infirmatus hora matutina eiusdem festi cœpit cantare illum versum : Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum Deum meum,& Deum vestrum. Hoc gradatim elata voce ter cantauit;tertia autem vice accurrentibus vniuersitatem fratribus in sudorem resolutus finito versu suaviter expirauit. B. Fr. Ioannes Luneburgz Fr. Conradus , & Fr. Mosellus pro confessione fidei occubuerunt martyres. In conuentu Hyldensi S. Fr. Conradus cognomento Pater sanct. Marpurgi BB. Fr. Simon Anglicus primus in Teutoniam lector, fr. lordanus, fr. Gilbertus fr. Landulphus,cuius pedum lotio infirmos sanabat,mulierem à superflua carne in pede tumescente liberauit; filium vnicum septuaginem cuiusdam militis omnibus membris destitutum ; mulierem à totius corporis cruciatu hausto viro à se primum gustato restituit. Item fr. Erthfridus,qui inter alia semel angelum thuribulo auro frates in choro cantantes thurificantem vidit. Ei admodum familiaris fuit beatissima Virgo collatis pluribus & spiritus & corporis beneficiis. In conuentu Lubecensis fr. Electus Guardianus,& aliis eiusdem dominis alius fr. Procurator conuentus uno codæque anno decesserunt,& in gloria mox apparentes fr. Ioanni viro sancto post varia & familiaria colloquia obitum cuiusdam fratris prænunciariunt qui decimoquarto ab hinc die vocaretur ad Dominum;retulit eidem quæ audierat,qui mox in genua procumbens gratias egit Deo quod tandem fuerit exauditus,quatuordecim enim annis diu, no[n]quod precebus a Deo continue efflagitabat , ut hora mortis decimoquarto ante tempus die ipsi revelaretur. Contigit re ipsa sicut prænuncia quæ est,qui & eidem fratri Ioanni mox defunctus apparuit,& le mundum discessisse, rectaque ad cœlum sine purgatione villa transisse fassus est. quod reliquis , inquit , omnibus contingit qui vere suam regulam custodiunt : vnde ad confusionem increpant fratres Minores animorum purgatoriij , quod penas sui status obseruatione facilius,& securius in hac vita non soluerunt. B. Fr. Theodoricus Saxoniz.		
B. fr. Ioannes.	Saxo in conuentu Misensi B. Fr. Ioannes Marpurgensis Osem B. Fr. Conradus de Stogehem in monasterio Chirenzi Custodiz Brandenburgensis B. Fr. Benedictus Erfordiz B. Fr. Fridibaldus & alij in eadem prouincia. In Austria Fr. Conradus in civitate noua custodiz Viennensis de quo id scribit Marianus:quod ex mandato sui Ministri iam defunctus à miraculis patrandis cessauit. B. Fr. Marcoaldus in Bohemia Blansdauiz. B. Fr. Gerardus Primislauiz. Paduz B. Fr. Lucas Patauinus S. Antonij , cuius erat socius , vita , & doctrina verus discipulus , & sedator, magnus paupertatis zelator. reprehendit Anufidium Encelinum Tyranni vicarium , quod plura contra Ecclesiast molitus sit in Dei gravem offendit & animarum perniciem:inde proscriptus est cum tota sua familia. B. Fr. Fidentius ibidem conditus B. Fr. Marcus conuersus in custodia Venetiarum. Mantuz B. Fr. Benevenutus laicus. In Prouincia S. Francisci in Umbria B. Fr. Petrus de Affilio qui invitatus ad gloriam per Angelum admonetur,ut quoddam peccatum in seculo commissum contriteretur. Hi,pluresque alij virtute miraculorum,& sanctitate incliti omnes fuere, quorum meritis hisce temporibus Ecclesia plurimum illustrata fuit.		X.
B. Mauricius ord. i. Praedicatorum. Castillo. l. t. c. 44.	Hoc etiam anno diem obiit exterritum sanctus Pater Mauritius Ordinis B. P. nostri Dominici in conuentu nostro Albieni ibique sepultus. His sanctus fuit alumnus conuentus		

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII IV. ANNO 8.	VVILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 43.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

uentus Toletani miraculis & vita illustris ad præfaram ciuitatem euangelizandi gratia veniens ad fratum Minorum hospitium diuertebat, qui tum conuentum eo loci ædificabant, sed ex defectu aquæ laborabant, eam B. Mauritius suis precibus imperrault, quæ etiam curationum gratiam haberet, ut experti sunt quinquaginta infirmi infra breue tempus ea hausta sanati.

- XI. Conventus S. Ioannis Baptistæ Remis hoc anno stetit, id colligitur ex antiquo monu- Gonz. prov.
mento quod anno 1250. positum fuit. Archiuæ cum conuento anno 1451. conflagraron. Franc. conu.
Hinc nomina fundatorum exciderunt, manet tamen cuiuspiam piz matronæ quæ initium dedisse fertur, memoria, singulis hebdomadibus semel in beneficij attestationem sacrificio celebrata; eius tamen nomen, patria, genus ignoratur. manet ea obligatio ex consensu fratris Petri Quatresoli Doctoris Theologi, prouincie Ministri, extat etiam memoria piissimi Alberici, insignis Ecclesie Rhemensis Canonici, qui Bibliothecam cum clauistro etiam à fundamentis ædificari fecit. Traditio fert Ecclesiam B. Ioanni Baptista consecratam.]

A R G V M E N T V M.

Capitul. S. Ludouicus à Saracenis prodente exercitum contagione; reuelatur eius captio eadem hora predicanti socio Ministri Generali Constantinopoli. Negotium datur Provinzialibus Predicatorum & Minorum Alemannie urgendi Crucesignatos ad iter transmarinum in Terre sancte subsidium. edificantur quidam conuentus.

- I. **L**ic annos Christianis, maxime in Oriente inuisus fuit, capto sancto Rege Ludouico Captus s. Ludouicus.
Sic cum eoro exercitu à Saracenis, post tantas victorias per milites Christi primum occupata Damietta, sed denuo ad fideles declinante victoria, & grassante in nostros peste restituta fuit, eam S. Ludouici & Christiani populi captiuitatem reuelavit Deus Beato viro Gerardo socio Ministri Generali fratris Joannis Parmentis; eadem porro hora qua Reuelatur B. Gerardo.
peccatis exigencibus aliorum S. Rex in manus peruenit hostium fr. Gerardus conciamem habuit ad populum in foro Constantinopolitano, verbum autem Dei in fetuore spiritus prosecutus, factus est in excessu mentis, postmodum in se reuersus cum flaco, & ciulatu; modo, inquit, hac ipsa hora capta est aquila, populo axtonito, & suspenso, nec percipiente quid hoc nomine aquilæ designaret, clarus declarans: nunc, inquit, à Saracenis vit Angel Claro trib. 3 Marian. c. 10
Dei Christianissimus Rex Francorum Ludouicus cum exercitu suo captus est, notatus præsentes diem, & horam, præ reliquis Dominus Episcopus Bondinicie (sic manuscriptum) tum præsens, qui hac ipsa fratri Angelo Clarenio ut ipse testatur saepius retulit. Ceterum veritatem reuelationis probatus diligent obseruatione rei euentus confirmavit. Non prætereundum etiam cum idem frater Gerardus ex commissione Generalis ventus com-
tum agentis in Græcia visitator missus fuerit prouincie Romanæ nauem concendit; sed traversus eius precibus mis.
nautæ proprio vento cursum tenentes nauigationis festinabant in Italiam, atque obliiti fusi, conuentonis periculum, & damnum allegabant, ne applicantes virum Dei deponerent, ille mox ad orationem confugiens impetravit contrarium ventum, quare vel coacti promissum obseruarunt, & in eodem scapha ad portum deducunt. Vir sanctus conuersus ad nautas: festinate, inquit, ad nauarchum suadentes ut cursum prosequatur; ventus Dei nolu contrarius fuit, ut mihi integrum fieret obedientiæ Prelati satisfacere, deinceps fauebit: ita euenit, iudicem nautæ, & Raphael Natalis hac ipsa, miraculi instar, nobis retulerunt (inquit Clarenus) dum ibidem sumus nauigaremus.

- I. Interim negotium vñionis eovsqœ promovit S. Generalis, ut Græci tam Imperator, quam Patriarcha, bis, diversisque vicibus legationem solemnem instituerint ad Innocentium Pontificem, sed invicta demonis in minere apocrisatij rebus spoliati, coacti sunt subfistere, ac tandem integrum negotio redire ad suos, cum perturbata tempora accessum ad Pontificem non concesserint. Superueniens postea mors tam Pontificis, quam Vñio inter- rupsa Græco- rum.
Imperatoris

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII IV. ANNO 8.	VVILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 43.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

Imperatoris optatum rei exitum, & expectationem transfigendæ vñionis p̄̄cidit.

Captio S. Regis Ludouici in Oriente, atque excidium Christiani exercitus animos fidelium in Europa concusserit, maxime omnium Pontificis Innocentij, cum Principes proinde in subsidium vndeique excitaret, mandauit Priori Provinciali Ordinis Prædicatorum, & Ministro Ordinis Minorum Alemaniz ut Frisia, Noruegia, & aliorum Se-
*Vrgenior
Cruce signatis
transfretare.*
premissionis regnorum crucesignatos etiam anathematis lata sententia, compellerent transfretare in Syriam eo die quem domina Blanca ad custodiam regni Francie relata mater S. Ludouici designaret.

*B. Guido de
Cortona.
Mariac. lib.
2. c. 13.
Rodulp. lib.
fol. 109. p. 1.
Mars. 1. p.
lib. 1. c. 7.
Pisan. lib. 1.
8. 1. pat. fol.
78.*
*7. Quadrag.
annabas.*
In loco Cellarum apud Cortonam vnde dilapsus est Helias sanctitate & miraculis IV.
floruit Beatus Guido Cortonensis sacerdos receptus olim ad religionem à B. P. Franciscu-
cuius conuersationis, & virtutis imitator existens testimonium habuit pauperis Euange-
lici, verique sui status obseruantis. Hic à sancto Franciso institutus prædictor, verbum
Dei magno fructu in ea ciuitate proposuit, stylo quidem simplici, spiritu tamen & virtute
sublimi, cuius verba confirmavit Deus sequentibus signis. humiliatis & obedientiis nun-
quam contempnit opera, continuis in vigiliis, & oratione, officium diuinum semper stans
aperto capite, & magna reverentia persoluebat. nec minus ieiuniis ac abstinentiis se ma-
cerabat, septem quadragenias in anno sicut à beato Patre edocetus in pane & aqua ieiunabat,
reliquum tempus quasi totum in abstinentia transigebat semel in die ut plurimum,
& moderate se reficiebat.

*Aqua in vi.
num muta-
nus.*
Semel Cortonæ ad mortem usque laborans & à medicis desperatus aquam in vinum V.
optimum signo crucis conuerit, quo moderate hausto non modo sanitatem, sed vires
pristinas statim recepit, & quicumque de eodem vino sumpserunt ab infirmitatibus con-
valuerunt. Ea aqua fuit ex fonte Lucio, qui inter Cortonam & locum Cellarum, in via
occurrit, eum autem fontem audita miraculi nouitate beatus Guido requisitus instanter
à ciubus Cortoniensibus, in regresso facta oratione benedixit, cui deinceps gratiam cu-
rationum, & vini contra morbos Deus contulit, vt fama & experientia celebratur. manu
aridam cuiusdam sacerdotis, qui multis annis mortuam gerebat ligno crucis statim san-
avit. Post mortem S. P. Francisci maxima fame vrgente Tusciam B. Guido cum socio
eleemosynam pro fratribus sustentatione in finibus Cortonæ petebat. ad castrum autem
Montechij prope Castellionem obuiam facta quædam mulier, cum duobus filiis, famem
causata subsidium poscebat, cuius necessitati vir deuotus compatiens, domum eius in-
gressus, pugillum fatinæ quem hostiis confiendis habebat, facta oratione in oblatum, à
scemina sacculum infudit, Dei virtute ita multiplicatum, vt illum impleuerit, nec minus
B. Guidoni remanserit eadem quantitate, ac si nihil effudisset. Sed quod mirabilius est
quatuor mensibus usque ad nouam messim pauperculam, & filios inexhaustam pavit, ex
beati virti meritis, & præfagio, id contigit mense Martio. Puellam submersam Cortonæ
aduocatus, facta oratione, & ter crucis signatam signo viuam suscitauit. Multa etiam
præter hæc miracula edidit.

*Aquæ son-
ri benedixit
qua mox
sanabas.
Manum avi-
dam curauit.*
*Pugillum
fama mul-
tuplicat.*
*Submersam
aqua resuscita-
rat.*
Post orationem cum se aliquando quieti reponeret, apparuit ei B. P. Franciscus dicens:
*Mors ei re-
uelata.*
Fili tempus est, vt cum sanctis fratribus tuis requiescas, post tres dies animam tuam re-
cepturus adueniam in hora nona, eamque in æterna tabernacula ducam. hæc in somnis
vidit. Mox ex parte agens Deo, confessorem admittit, cui omnia hæc revela-
uit, postmodum in cella reclusus, in oratione, & contemplatione reliquo tempore per-
seueravit, aduentum expectans sponsi, & lucernam in manu tenens. Die autem tertio
viribus aliquantulum attenuatus, cœpit destitui, fratribus ergo aduocatis, perceptis rite
sacramentis, & litanias cum reliquis de more persoluens animam Deo commendabat.
hora autem nona exclamare cœpit: Ecce; ecce pater noster Franciscus, surgite omnes,
occurramus ei, & in ea voce erispiritum 12. Maij.

*Cortonenses
ad ciuitatem
famus depe-
nunt.*
Audita eius morte Cortonenses communi Magistratus, & populi decreto ne ex casu VII.
aliquo tantus eis thesaurus subtraheretur, eundem intra mœnia sepelire decernunt in
Ecclesia plebis erecto sepulchro. Pulsatis igitur campanis festiue cum ramis arborum,
ordinata processione ad locum Cellarum progrediuntur, & assumptis sancti viti exuviis
ad ciuitatem regredi, & inuenta miraculose capsæ marmorea, diuinitus oblata, eundem
super altare religiose condunt, vbi multis post mortem signis claruit. Periclitantem iu-
uenem, quem equus effrenis in obuium puteum executiebat, vocatus liberauit. Puellam,
quæ

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII IV. ANNO 8.	VVILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MA- NORVM AN. 43.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

quz Corton^z decidit in puteum, eo inuocato tribus diebus continuis in fundo conser-
vauit illasam, dum autem à matre afflita hinc inde quereretur tandem inuenta est in morib. ^{Aliquis d.}
aqua superficialie, & inde extracta apparuit, quod amplius est, in nullo madida aut ^{ras.}
humefacta. Interrogata autem quid contigerit, respondit; tribus iam diebus in fundo
putei exticisse sine vlo cibi, aut potus appetitu, cui ibidem adfuit quidam vir qui aquam
omnem removit, & per eum extractam esse ad superficiem, eo momento quo appa-
ruit, & dispatens asseruisse se esse Guidonem, qui Corton^z colitur.

Non est prætereundum quod mox coneigit; postquam enim circa annum Domini
millesimum ducentesimum quinquagesimum septimum Manfredi successibus spes Gibelli-
norum in Etruria eretz viderentur, quod eius factionis prior Cortonensium pars esse
videretur, Aretini Guelfi, & Pontifici studentes, periculom mortis submovere tentau-
ront: quapropter noctu in Cortonam ducens eam occuparunt, partem mutorum exclu-
derunt, & præsidio imposito arcem oppido imminentem excitarunt. tunc corpus sancti
Guidonis sublatum fertur, & in Germaniam translatum. Cæterum Ecclesiæ sacrissima
caput eius sancti quod integrum fuit hinc obuolutum, schedula etiam complicata,
quz quid esset, repertoribus indicaret, & utrum nomen ipsius sacrificiæ subscriptum, in
putum, qui in Ecclesia fuit iniecit. in quo per aliquot annos hæfir, donec iterum restau-
ratis muris per Hugum hoc miraculo est repertum. Nulla porro eius rei fama super-
stes fuit, mortuo eo qui reliquias puteo-intulit, laorista autem successor dum nocte cam-
panas ex officio pulsaret, vidit ingentem lucem puteo efferti. Ad prodigijs territus noui-
tatem, id aliquoties primero experiri placuit, mox alios adscivit testes, qui rem ita
esse propalarunt. Instaurata tandem populi & cleri supplicatione ad puteum accedi-
tur, & iniecta per funem fistula aquam reverenter exhaustiunt, tertia vice iniecta fi-
stula extrahuntur ipsz reliquiæ, explicatum linteum, lecta schedula, agnita reliquiæ,
tandem cum omnium exultatione inferuntur antiquo sepulchro, festumque inuen-
tionis quotannis celebrandum instituitur prima Mzj. ut annis sub aqua caput san-
cti latitans non modo nihil in eo corruptum, sed nec madesatum est repertum.
Splendor, dum extraheretur egredi è puteo videbatur, ooque plene extracto omni-
no evanuit. Restitutis in pristinum locum reliquiis, præsente populo oblatus est per
parentes quidam puer cæcus, emissio vero, si filio lumen restitueret quotannis in
memoriam inventionis eius caput unum ex cera confessum offerrent ad eius sepul-
chrum: completo voto caput sancti quod in aurem alteram inclinatum; iacebat, in
sepulchro velut annuens eleuatur in rectum, statimque securum est miraculum illu-
minato cæco: hoc maxime incitauit Cortonenses, vt inventionis festum celebra-
rent: quod intercedente Cardinale Sirleto concessit Gregorius XIII. celebrari quotan-
nis pridie Idus Iunij Corton^z, atque in tota eius diœcesi.

Refert Marianus loco proxime citato aliud miraculum quod Dei in vltionem san-
ctorum suorum demonstrat zelum. Prætor quidam Crotonensis, nobilis miles, suo-
que officio ad totius ciuitatis studium usus, diem obiit. indictum concilium de se-
pulchro decentius erigendo in gratia animi, beneque administratæ reipublicæ monu-
mentum, non desuit qui in sancti Guidonis sepulchro inferendum statueret, ipsius
vero sancti caput in sacrario asseruandum donec nouum erigeretur. Venere in sen-
tentiam reliquiæ, mox qui primo id statuit obmutuit, & suborta protinus tempesta-
te, tantus incellsit horror ciuitati, vt nemini liberum foret pedem extra limen ef-
ferre. Agnoscentes ergo qui concilio adfuerunt Dei manum, temeritatæ religionis
vindicias, & iratum numen sanctorum causas agere, facto voto vt communibus
expensis instituta supplicatione, sepulchrum sancti visitaretur evanuit tempestas. in-
de confessum religioni satisfactum est: loquela autem captus postquam tribus die-
bus ad sepulchrum euigilauit, continua oratione, & lachrymis culpam deprecans
non fuit exauditus, donec parentes & amici sua etiam vota coniunxere. Promisit
ergo singulis annis visitare eius sepulchrum oblata statua cerea ad formam &
magitudinem capitis sancti Guidonis, & sic tandem lingua eius soluta est. Multis
aliis miraculis non solum Corton^z, sed aliis in partibus Deus servi sui confirmavit
sanctitatem.

^{Aliquis d.}
^{moris libe-}
^{ras.}

Marian. IIb.
s. c. 13. §. 11.
Rodul. vbi
sup.

Capitul. inug-
tio miraculo-
sa lucu indi-
cio.

Cæcum illu-
mmat.

Rodulph.
fol. 105.

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII IV. ANNO 8.	VILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 43.
-----------------------	---------------------------	----------------------------	---------------------------------

Conventus Cathalauni. Goz. prou. Franc. conu. 12. **Hoc anno sodalitium Franciscanum edificatis monasteriis diffusum est pluribus locis. Cathalauni satis opulenta, & à copia frumentorum nota ciuitate Campanie Gallicana monasterium hoc anno extabat (antiquitatem loci ante hunc annum praferunt literæ superius expressæ ann. 1243. ad Guardianum Cathalaunensem) constat id verum esse ex contestantibus quorundam venerabilium canonicorum authenticis chartis: primo domini Pagani supremæ Ecclesiæ Decani: secundo Magistri Stephani dictæ Ecclesiæ Canonici Cathalaunensis Officialis: postea Magistri Thomæ de Sarreio Ecclesiæ B. Marii in Vallibus Canonici, & Cathalaunensis Archidiaconi colligitur. quibus posteriori notum sit, quod Capellani præfati sancti Stephani Ecclesiæ vendiderint vnamimenter honorabili cuidâ Cathalaunensi cui, nomine Rogerio, Prouisori & procuratori fabricæ Ecclesiæ, & domus fratum Minorum nomine eiusdem Ecclesiæ, & domus 56 solidorum censuales, quos iidem Capellani habere solebant, assignatos super plures domos in maccello sicas in platea, quato nunc possident prædicti fratres, quæ omnia facta fuere anno Domini 1251. Singulares & præcipui huius conuentus fundatores fuerunt piissimus quidam Cathalaunen. municeps, cui nomen erat Michael de Papelart, & eius charissima coniux Margarita de Lesson, quorum animæ supra celos assumptæ centuplo liberalitatis suæ gaudent; corporibus interim in medio capituli iacentibus, diemque operatum in spe bona expectantibus, coopertis diuersis lapidibus, alteri quorum in dextra posita impressa est effigies viri ambabus manibus sculptam Ecclesiam tenentis cum hac circumscriptione: *Hic iacet Michael de Papelart, qui suis temporalibus bonis edificauit Capellam, dormitoria, valesudinarium, & culinam huius conuentus, qui & animam exhalauit anno Domini 1258.* Ei autem, qui in Ieuo positus est, sculpta est imago mulieris, similiter præ manibus eadem habentis, cum circumpositis his verbis: *Hic quiescit Margareta de Lesson marito miti & humili corde pauperibus omnibus, sed Evangelicæ posissimum in vita, & in morte multum liberali, que Deo spiritum reddidit anno virginis partus 1254.* Ecclesia celebri parte capitatis B. Huberti Confessoris dedicata tenetur, patronis SS. Paulo Apostolo atque Laurentio martyre, sed à quo tempore, & cuius Præsulis officio, nescitur.]**

Conventus Royensis. Idem con. 33. Antiquior est conuentus Royensis; ob varios tamen bellorum casus monumenta exciderunt, in diœcesi Ambianensi in vrbe Royensi. illum edificauit dictæ ciuitatis Prætor Rodulphus de Puchier cuius etiam deuotione haud exigua Ecclesia, duobus deuotissimis associata capellis, dedicata est sub titulo beatæ Mariæ de Angelis, donata bona parte reliquiarum corporis beati Fiacri confessoris. In medio chori dictæ Ecclesiæ sub pulpito iacet totius huius conuentus præfatus fundator tomba marmorea contextus, cu hac inscriptione: *Anno Domini 1250. hoc lapide contextus est Rodulphus Le Puchier huius conuentus primus fundator.* Extra Ecclesiam coram ipsa ianua habetur sepultura cuiusdam venerabilis patris, quem aiunt etiam seculares vnum fuisse ex sociis B. P. Francisci: dictæ autem sepulturæ scriptura, præ nimia vetustate, adeo deleta est, ut nullo modo legi valeat.]

Conventus S. Clara Pfullingen. **Chronicon Sarolicum MS.** Eodem anno inchoatum est monasterium sanctæ Clari prope Pfullingen in Ecclesia XII. sanctæ Cecilie Virg. à deuotis & nobilibus dominibus Irmela sive Irmegilda & Mechtilde circa festum sancti Martini. Anno Domini 1252. in festo S. Othmari Abbatis venerunt sorores ex Vlma, sive Sefflingen monasterio quod iam inchoatum fuerat, licet nondum consummatum, & introductæ sunt solemniter in dictum monasterium prope Pfullingen. Anno autem Domini 1278. in festo S. Catharinæ, illæ duæ deuotæ matronæ supra nominatæ, receperunt habitum Ordinis S. Clari in quo inibi sanctæ viuentes felici fine vitam clauerunt in Dei famulatu.]

Conventus Insulensis. Goz. prou. S. Andrea conu. 6. Insulis in Comitatu Flandriæ vrbe, & emporio frequentissimo initum dedit, ac XIII. que edificauit magna ex parte conuentum fratum Minorum Illustris Margareta Flandriæ, & Hollandiæ Comitissa, cuius literæ originales in archiuis conuentus asseruantur. Sacramentum duabus reliquiis honoratur; vna in cruce aurea continetur pars illius vestis Christi quam tetigit hæmorroïsa, alteram condit argentea crux frustum sanctissimæ Crucis, quam Imperator Carolus Quintus dono dedit fratri Petro Fabro suo confessario. Afferuantur in codem conuento spina vna coronæ spinæ Salvatoris, & caput vnius Virginis sanctæ Ursulæ sociarum. Anniversaria consecrationis eius festiuitas

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII IV. ANNO 8.	VVILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 43.
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

festivitas quotannis recurrit Dominica prima Maij , magna populi deuotione frequen-
tatur , plures habuit viros doctrina , & pietate insignes.

XIV. Conuentus Ripæ Transonis circa hæc tempora erigitur , dubium quo anno sub In-
nocentio quarto , antiquum esse constat per literas Gerardii Episcopi Firmiani datas an-
no 1256. Multa passus hic locus , & tota ciuitas tempore Sigismundi Malatestæ , qui Rodolphus
per id tempus militabat pro clarissimo , & præpotenti Senatu Venetorum , & cum
copiis ingressus urbem rapuit , ipse quod potuit , reliqua militibus diripienda permi-
fit. Floruit in conuentu Parisino Magister Ioannes de Ripa Transonum , vulgo di-
ctus Ripa , qui suo tempore verbo simul , & exemplo nullum habuit potiorem , ut præ-
clara eius monimenta restantur , in 4. libros Senten. & in libros de Anima. restatur quo-
que lapis erectus in æde D. Francisci de Ripis à F. Felice Peretto de Monte-Alto Vica-
rio Generali , vbi incisa hæc verba leguntur.

IOANNI A RIPIS ORDINIS MINO-
RVM, THEOLOGVS ET PHILOSOPHVS
CLARISS. QVI ANNOS PLVRES IN
PVBLICO PARISIENSI GYMNASIO
DOCVIT. IN SENTENTIA. LIBROS
ACVTISSIMA COMMEN. EDIDIT : DE
ANIMA, DE VITIIS ET VIRTVTIBVS,
ALIAQVE INGENII SVI MONIMEN-
TA, QVÆ TEMPORVM INVRIA SEV
VETERVM INCVRIA LATENT, SEV
PERIERVNT, POSTERIS RELIQVIT.
CLARVIT SVB IOANNE XXII. PONT.
MAX. LDOVICO BAVARO CÆSARE
IMPERANTE.

*Epitaphium
Ioannis de
Ripa.*

*F. Felix Peretus à Montealto, Agathen. Ecclesie Episcopus, Ord. Min.
Con. Vicarius Generalis Apostolicus, Provincialis
suo ergo posuit.*

Iacet in custodia Asculana prouincie Marchie Anconitanæ in Piceno oppido , natura,
& arte munitissimo , populo , & opibus abundante , non longe à Cossiniano , & Offida
castellis munitis.

Idem est iudicium de antiquitate conuentus Remiceti eiusdem prouincie Custodie *Conuentus
Anconitanæ*. præforibus Ecclesiæ leguntur hæc verba. Ioannes Accadius 1258. an designe-
etur annus fundationis , vel alias quispiam , nescitur. Tempore Alexandri 4. claruit miracu-
lis in hoc conuento Beneuenutus. Conuentum & Ecclesiam structuris aliisque commo-

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII V. ANNO 8.	VILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 43.
-----------------------	--------------------------	----------------------------	---------------------------------

dis auxit Magister Ioannes Picus de Sera. Petronum nouissime ad meliorem formam rededit M. Ludouicus Pantha de Corinalto.

Conuentus Aquipendij. Locus Aquipendij prouinciaz Romanaz custodiaz Urbeuetanz hoc anno sub S. Matriz XI. titulo fratribus concessus est. Prius fratres habitabant in quadam ædicula S. Crucis ad Paleam amnem. Floruit in hoc conuentu Magister Thomas Aquipendensis virtutibus illustris, qui præfuit prouinciaz Romanaz: demum summus Pœnitentiarius obiit Romz, tumulatusque in Aracæli ad fates sacrarij ad Iæuam prope sepulchrum Matthæi Aquaspartani Cardinalis.

Conuentus Pistorij. Locus Pistorij, est locus antiquus. Nam anno 1250. de eo supplicatum fuit à pluribus XVI. Cardinalibus, & præsertim à Domino Philippo Cardinali Legato Ferratiz, & concessus est fratribus extra mœnia Pistorij, ea conditione ut fratres in die S. Iacobi recipenter Episcopum, & clerum in Ecclesia, & singulis annis soluerent vnam libram ceræ, & vnam libram thuris Episcopo Pistorij & suis successoribus. De constructione autem loci nihil aliud habemus, nisi quod præ foribus Ecclesiæ sunt insignia Curadorum. Hæc ciuitas est Tuscia ad radicem montis Apennini, qua ex hac regione in Galliam transcendirur, qua olim in Gallias Catilinam delapsum scribit Salustius. Hoc ipso anno, ut testis est Leonardus Aretinus, in Florentinorum transiit dominium. Alborum, & Nigrorum in partes misere distraha ciuitas ad excidium penè discessit.

Conuentus Cesenæ. Fundatur & Cesenz hoc anno conuentus facultatem præbente Manzino Episcopo, XVII. eum obtinuit frater Albertus Fauentius extruendi monasterium in tractu Troiz possessione dicti Episcopatus, locum antea comparauit Syndicus fratum Michael de Tora nomine Ecclesiæ Rom. & de consensu Archiepiscopi Rauennatis; illum vendidit præfatus Episcopus: conuentionem approbavit * Alexander I. V. summus Pontifex anno 7. sui Pontificatus. Sigismundus Malatesta insignem bibliothecam libris extruxit, egregiisque manuscriptis locuplerauit, inter quos opuscula Plutarchi se offerunt, & Biblia Hebraicis, & Chaldaicis litteris expressa. Hanc bibliothecam celebrat Leander Albertus de scriptione Arminiorum, & casum Illustris familie Atestinæ per gradus referens. atque item in descriptione Cesenæ. Blondus autem melioribus Italiz comparandam suo tempore bibliothecam assertuit, eius custodiæ habent Domini deputati vrbis, & Pater Guardianus conuentus. Ex eo plures viri illustres prodierunt, inter quos frater Michael Cesenæ quondam Ordinis Franciscani Generalis Minister, exorta de paupertate Christi & discipulorum eius controuersia Ioanni XII. factus rebellis, vir alioquin magnus & mentis ac humilis, quem assumpit, status teneret sobrietatem. Cisenas vrbis iacet ad pedem Apennini via Æmilia, in ea regione Italiz quæ Romanula seu Romandiola dicitur. Ptolomeus in Gallia togata, Plinius in octava regione eam cognominant. frequens est, atque abundans, incolas habet nobiles ingenio, atque opibus pollentes, à Britonibus sub Gregorio undecimo pene excisa, deinceps variorum dominatum passa factionibus succubuit & post Alexandrum sextum iis sotipis respictris secure habitatetur.

Conuentus Genue. Conuentus Genue eodem anno extrectus est die 5. Maij ab Ill. D. Andréa de Flis- XVIII co Archidiacono, qui est sepultus in medio chori cum habitu beati Francisci: prius habitabant fratres in loco sancti Martiz. In eodem loco iacet frater Bellengerius de Monticulo, & frater Bonifacius de Riparolo, dictæ prouinciaz Minister, doctrina, & bonitate clarus, Magister Henricus de Monte Iardino qui egregios Commentarios scriptit in diuum Ioannem, aliosque sermones conscripsit in Quadragesimam. Floruit Magister Bartholomæus de Courno Cardinalis, Magister Antonius de Marc, qui edidit summam in Theologia.

Conuentus Dinanen. Gonzaga conuentus Dinani initium ex voto Illustris Baronis Dauaulgour habuisse XIX. hoc modo refert: Dinanum vrbis pulcherrima in Episcopatu sancti Maclovij conuentum habet diui Francisci elegantissimum: cuius erectio, sanctaque eiusdem conuentus destinatio, seu legatio, sequenti patebit historia. Anno igitur Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo cum sanctus Gallorum Rex Ludouicus maxima sui regni magnatum, ac procerum multitudine stipatus in Turcas, & Saracenos se conficeret, excelsus, & generosus Baro Dauaulgour, qui magna fide, ac pietate votum Domino, & diuo Francisco fecit, pollicitus, si de suis, vel potius Christi Christianorumque omnium iuratis hostibus triumpharet, se Dinani, ex proprio

ANNO CHRISTI 1250.	INNOCENTII IV. ANNO 8.	VVILLIELMI IMPER. AN. 3.	RELIGIONIS MI- NORVM AN. 43:
-----------------------	---------------------------	-----------------------------	---------------------------------

proprio palatio fratrum Minorum cœnobium ædificaturum, atque Franciscani Ordinis habitum suscepturnum, si saluus Rex, & in columnis totusque exercitus ad patriam redirent. Quo in gemitu, ei Patriarcha sanctus Franciscus apparuit dicens; ne Christi milites animum desponderent, futurumque illis auxilium à Deo repromisit. Quo peracto bello Dominus Dauaulgour de osculatis Christianissimi Francorum Regis manibus, huic sæculo nequam, & pompis eius nuncium remittens, à beato Bonaventura habitu diuini Francisci suscepto, Dinanum redit, ibique, ut promiserat, magnificentissimum conuentum erexit, qui à cunctis nostra Domina de Virtutibus nuncupatur. Hanc porro imaginem nostræ Domini de Virtutibus miserat ad præfatum fundatorem Seraphicus Doctor Bonaventura, ut ex archiuis liquet. In eo autem conuentu laude, memoriaque dignam vitam protrahens in Domino tandem obdormiuit, ac diem clausit extremum.] Cæterum ex ea parte historiæ, quæ videntis & Christiani exercitus angustias subbindicat, hoc anno iudicarem contigisse votum, quo in manus Saracenorum traditi sunt tam Rex, quam reliqui Christi milites. alioquin aliud non occurrit dispendium, quo animo summopere desponderent, ideo virtus impressoris numerus pro numero in annorum suppuratione facile iudicarem irrepuisse. nam & annus ibidem expressus longè à vera temporis suppuratione recedit, cum nec eo quidem anno voto se astrinxit S. Ludouicus, aut crucem Transmarinam assumptum.

A POSTROPHE AD LECTOREM.

DEscripsi sincero & plano stylo primordia Magni sodalitij; sed quia nemo culpa omnino liber est, aut nos, nec ullus tam timidus offendarum, quin aliquando in eas incidat, cum maxime vistas; en offero spongiam, optimam aberrantis styli medicinam. Quisquis legis, emenda, & corrige medica manu, ut pro sis, non noceas, quod boni ingenium est. Si quis contempserit: quid refert? Apud nos, non qui patitur, sed qui facit iniuriam, miser est. Faue benevolè lector, atque iterum magni viri verbis precor, ut si quid hic incondite atque inculte dictum legeris, vel si totum ita esse perspexeris, doctrinæ des operam, calamo Aug. epist. 146. veniani. Si quid etiam Tuum amplius narratum velis in sequentibus tomis, transmitte, sed fide dignum, & firmo constans veritatis testimoniio.

DE PRÆTENS
MONACHATV

AVGVSTINIANO

SANCTI FRANCISCI, IN

quo deteguntur & refelluntur varij errores
ex hac vna controuersia exorti.





**APOLOGETICVS
DE PRÆTENSO
MONACHATV
AVGVSTINIANO
SANCTI FRANCISCI, IN QVO
detegeuntur & refelluntur varij errores ex
hac vna controvërsia exorti.**

Disputationis occasio & scopus. §. I.



C. i. t. ante quadringentos annos vitam eremiticam per bienium ante institutum suum ordinem S. Franciscus Asylas, nostrí sodalitij author, & rector. Speciosa hinc desumpta occasio post tria integra sœcula cum eremitis Augustinianis adiudicandi. Exorientem opinionem nullo stabili innixam fundamento Minores non tam suppresserunt, quam incuriosè neglexerunt, donec latius diffusa, vires acquisivit eundo, & placere cœpit quibusdam nouitatum affectatoribus, apud quos negligitur *veritas inuestigatio, & qui adea que forte & temere oblati sunt, potius ferantur.* Tandem vñus aut alter ex Minoris rem, iam reverendis Patribus Augustinianib[us] persuasim, & quæ ad honoris incrementum altis infedit cordibus, euellere nisus est; sed dum efficaciter non egit, conuocavit ad classicum Augustiniani nominis viros, qui effossis vndique aggeribus, sibi charam & honorificam, quaque arte vallarent. Scriptis in eos denum R. admnodum P. Antonius Daza, nunc in hac Curia pro Minoribus Ultra-montanis Communiuersitatis, addidicte ex Volaterrano in sua sententia confirmationem D. Bonaventuram præsidentem egile in vniione Generali eremitarum S. Augustini, eisque indumenti exterioris formam vniuersaliter superinduxisse. Qua id fide dixerit, modo nec probo nec approbo. Insurexit in cum R. admnodum P. Joannes Marquez Salmanticensis Doctor, vir alias eruditus, nec obscuri nominis inter Hispanos, qui licet absque bile praefatur se aetrum, non tamen omninem abiecit, quin denuicendo feriat, & feriendo demulcent. Hic itaque collectis, quæ Iacobus Philippus Bergomas eremita, primus huius opinio-nis author & adiuvator, (vt inferius ampius probabimus) variis in locis suorum supple-mentorum historicorum, Hieronymus Roman, eiusdem professionis vir, libro sexto Re-tinens publicum mundi & alibi, atque alijs huius religiosi nominis professores excogitarunt, pe-culiar i edito volumine de eremiti instituti origine à capite 21. summo conatu monacha-van hunc Augustinianum S. Francisci persuadere studet. Et tandem aggregatis extero-um omnium argumentis, additisque suis, & constipatis vndique quibuscumque etiam vñscit, immo aliquando contrariis, testibus, satis se obtinuisse putat, si quam alijs ex suis consodalibus certam iudicarunt opinionem, ille saltum probabilem esse conuinceret.

Sed neque probabilem esse ego faciliter me conuictum puto, quod ut abunde proba-
m sufficeret, ut quæ ille pro sua commendanda sententia in medium protulit, ego bre-

Thucyd.lib.
l. 21. po-

Volaterr.
lib. 21. An-
thropologie
eremitanis.

Intra. §. 5. n.
1. & seqq.

Apologeticus

uius referemt enim horum imbecillitas, & exigua aut nulla probabilitas contraria redit omniō indubitate. Sunt namque quādam opinōes adeo in se inaneas ut nec plūrīmo extra conquisito fundamento, verz, ne dicam credibiles, apparet, & ipsiis quibus fulciuntur infirmis rationib⁹, si ad veritatis stataram ponderentur, sua imbecillitate euaneantur: *Sicut nix & glacies, quo diastis ad solem exponitur, & diligentius puerorum manibus trahatur, eo magis funditur & colligatur: at qua ex natura solida fons, magis induratur.* Ita opinōes false quidem dum ad rationē expenduntur, difficiunt, vera autem magis ac magis firme evadent. Ego vnius huius venerandi Magistri Salmanticensis fundamenta (ex quibus posteriora trāscrispsit seu Latinitate donavit Recuendissimus Nicolaus Crusenius, eiusdem professionis vir in monastico Augustiniano nuperim edito par. 1. cap. 2. 5.) breuiter & fideliter referā, & facili negotio expendam quibus examinatis, & reuictis, ceterorum pereunt opinōes; idū enim omnium arma vnuſ alliumpſit, si in vno omnium iectus retunduntur, omnes in vno superari dicentur. Candide vero & sincerè qua possum in hac re agam à scommatibus & dīcteriis, qua in seriis disputationib⁹ valde displicent, & ipsi argumento nocent, omnino abſtinebo, ponderosis rationib⁹ & grauioribus testib⁹, quidquid protulero, vbi cumque possum semper stabiliens.

*Alius ab
bac dispe-
zione ira &
studium.
Tacitus 1.
Annal. 1.*

Neque verò huc me adiungunt alieni honoris inuidia, aut in huiusmodi congressibus ardor vincendi, sed maiorum imperia ad quā profiteor me sincere hoc certamen inire *sine ira & studio, quoniam causa procul habeo atque ad veritatem dumtaxat indagandam orationem hanc omnem collinare.* Ut quid enī ego molestè feram alienum honorem, qui ex meo consurgit; aut ægrè audiam ex mea gloria suam quemque capellere? An ob id minor aut vilior meus institutor, quod alienam clariorem reddiderit sodalitatem? vel an non inde splendidius meum ornamentum, vnde alij sibi etiam audiū illud adsciscunt? Non est sanè cur alienæ inuidiam felicitati, quā meæ gloriæ non detrahitur, sed accedit. Ut quid etiam ad concertationem excitabit studium victoriæ, quam æque meam & ex aduerso pugnantis facit veritatis aperienda desiderium? Illum ipsum si superuixisset, nec immature suorum factarūmque literarum iacturæ haud mediocri decellisset, orationum non dubitauerim, vt inter nos contendentes veritas superaret. Nec humilius aut indignius de iis iudicauerim, qui eius partes sunt suscep̄turi, quam quod propriam gloriam non quarant, sed veritatem: *qui cum vicerint & ego vincam, si meum errorem intellexero, & è contrario me vincente illi superabunt.* Namque & in libro Paralipomenon legimus, quod filii Israël processerunt ad pugnandum mente pacifica inter ipsos quoque gladios & effusiones sanguinis & cadaveria prostratorum non suam, sed pacis victoriæ cogitantes. Ego profecto non aliud suspicer doctos hos viros præter veritatem venari, neque quidpiam eis charius offerti posse plena rei huius notitia, per quam dubia omnia tollantur & pax religiosa firmetur.

Refellitur prætensus hic monachatus ex temporum chronologia. §. II.

*Adhibita
euro pro in-
deganda ve-
ritate.*

M N E M, quam potui in hac disputatione adhibui operam, vt ex iinis ruderibus veritatem eruerem, & diutius ruminando negotium Aristophanis Cleantisque vīsum lucerna, vt nihil indiscretum præterirem. A linea, vt aiunt, *incepsi*, & ad præcipua capita rei historicæ controversiam reduxi; ad sacra scilicet Pontificia regula, ecclesiasticæ historiæ puros fontes; quæ præcipua in me benignitate SS. Dominorum Gregorij X V. & Urbani VIII. qui hodie scilicet gubernt Ecclesiā, Illustrissimi item Domini Scipionis Cobellutij S. R. E. Cardinalis & Bibliothecarij, singularis mei patroni, & perillustris viri Domini Nicolai Alemani Vaticanae bibliothecæ, atq; archivii custodis, mihi licuit tum pro hac aperienda controversia, tum pro his annalibus concinnandis, non absque assiduo labore anno 1623. & 1624. perlegere. Atq; etiam sancti viri Ioannis Boni non quæque & indigesta (: quamvis neque hæc etiam omnino neglexerim) sed veriori trutina librata, atque ex ipsis originalibus processibus pro pio viro canonizando exscripta, duxi consulenda, vt vel ex hoc solis spiculo, tot ex opposito conglomeratorum testium nubes vtero discutiantur.

Ex his planè constabit, neque verum, neque probabile esse quod aſtruitur de monachatu Augustiniano sancti Francisci, ita quippe sibi obuiant tempora alieri discipulatus huius sancti patriarchæ, & magisterij beati Ioannis Boni, vt nec sub illo audiūlē, nec postillē, evidenter conuincant. Atque vt iam in arcain descendamus; Constantius Lau-

De prætenso Monach.S.Francisci. 5

densis è sancto Gerualio Brixianus eremita Augustinianus, Theologus congregacionis ^{Vita B. Ioh.}
obseruantis Lombardiae, dum sancti viri Ioannis Boni nomen & famam ampliare, atque ^{Boni à Con-}
ad canonizationem eius intencandam, petendamque animum Vincentij Gonzagæ Ducis ^{stantio Lau-}
Mantuani excitare satageret, exscriptis eius vitam ex ipso processu originali facta per Al-^{dri. descri-}
bertum Episcopum Mutinensem, Priorem sancti Marci, & Prepositum Ecclesie Mantuae, quibus Innocentius IV. anno 8. sui Pontificatus biennio post sancti viri mortem
commisit per suas litteras incipientes; *Dignus Domino*, datas Ianuæ, quas transcriperunt
idem Constantius ad initium eiusdem vite, & ex illo Abrahamus Bzouius ad annum 1249.
num. II. sub datis 15. Kal. Iulij, sed in regesto Pontificio eiusdem Innocentij habentur sub
codem anno in ordine epistolarum numero 523. datæ 15. Kal. Iunij, quibus etiam subiicitur
ibidem modus obseruandus in interrogatione super vita, cōversatione & miraculis eiusdem
sancti, & legitimis testibus examinandis. Vitam porro hanc à se tribus libris distinctam
atque editam Mantuae anno 1591. apud Frāciscum Ofannam typographum Ducalem, de-
dicatam prænominato Duci Vincentio, præfatur author prædictus statim in limine, se co-
tum aci amissum ex illo processu extraxisse & concinnasse. Idque iterum confirmat libro
3.c.46. in operis fine dicens: *Quidquid in hoc tractatu diximus, totum apparet per processum*
formatum ad precepit fel. mem. Innocentij IV. Hic itaque testis domesticus omni exce-^{Quando na-}
ptione maior lib.1.c.1. ex processu refert sanctum virum natum anno salutis 1168. & cap.15. ^{ius, conser-}
eiusdem libri mortuum assertit anno 1249.23. Octobris octuagesimo suæ ætatis, quibusdam ^{sus,}
additis mensibus; ex quibus quadraginta ait in seculo consumpsisse, ceteros vero in e-
remo traduxisse, quod & confirmat lib.2. c.35. Vbi ait quadraginta annos consumpsisse in
eremo Cesenatense in continua pœnitentia.

- III. Quatuor itaque liquent ex hoc annorum calculo: Primum mortem obiisse sanctum vi-
rum anno suæ ætatis octuagesimo, aliquoto addito mensium spatio, per quod reicitur
illa, quam refert Marquez traditio authorum, quorum nullum nominat, videlicet, quod vi-^{Marq. c.16.}
xerit vir sanctus annis 90. vel 92. & præ ceteris refellitur Iosephus Pamphilus, qui ad 98.^{§.1.}
eum peruenisse scripsit in chronico Augustiniano folio mihi 29. Secundo liquet illam eius
mortem contigisse anno Christi 1149. cui numerandi rationi subscribunt Abrahamus
Bzouius citatus num.10. Albertus Myraeus libro 3. de orig. Monast. c.17. Philippus Ferrar.
in catalogo Sanctorum Italæ ad 23. Octobris, qui chronica etiam citat Augustiniana, &
historia Ecclesiastica Mantuana coccinata per doctum virum Hypoliticum Donec mundum
tom.1.lib.4.pag.285. necnon veteris picturæ ædis Sanctæ Agnetis patrum eremitarum Au-
gustinianorum Mantuae, vbi sancti viri corpus requiescit, de quibus mox agemus atque
ipse citatus Constantius in pagina præliminari, dum ante illum annum 1591. quo suam hi-
storian scribebat, mortuum ait beatum virum annis tercentum quadraginta tribus, qui
recurrent ad eum, quem supputauimus 1249. Corrigendi ergo veniunt ij, quos citat Mar-
quez citatus §.2. dicentes obiisse anno 1222. Pamphilus citatus, Paulus Morigia, & Carolus de
Tapia, non adeo veteri scriptores, quibus immrito commumerat Volaterranus, neque enim
tunc obiisse, sed potius vixisse in Aemilia magna sanctitatis fama, clarius affirmat. Tertio
liquet natum sive anno 1168. quod & expresse affirms historiæ Mantuana relata pag.^{Morigia lib.}
261. & picturæ Mantuane citatae per quod reicitur parum fundata conjectura patris Mar-^{t. de orig.}
quez. citati §.3. hinc inde colligentis & absque ullo auctore aut teste suspicantis, eius or-^{religio. cap.}
tum incidit in annum 1130. aut 1132.

- IV. Quarto (quod è re nostra præcipuum est) liquet conuersum suis Dei virum à seculi
yanitate & ioculatoria seu comica arte, quam per varias Italæ vrbes exercebat, anno 1208.
& in fine eiusdem vel anno proximo sequenti, post diutinum languorem expiata con-
scientia Episcopo Mantuano, & iam extinta pia genitrice Bona (à qua & à patre Joanne
Bonhom, nomenclaturam Ioannis Boni desumpsi) patris valedixisse, & in eremum Ce-
senatense recessisse. Hie annorum calculus manifeste deducitur ex tertio asserto: nam si ad
annum 1168. quo natum esse constat ex irrefragabilibus testimoniosis processus, historiæ
Mantuane, & iconibus ipsius ædis, in qua iacet, adiungas alios quadraginta inaniter elapsos
in seculo, antequam mundo valediceret, ut testatur Constantius citatus & historia Man-^{Constant. lib.}
tuana pag.267. imo & ipse Marquez proximè citatus, qui ultra quadraginta concedit, an-
num numerabis 1209. eius seculus in eremum Cesenaten. Ita expreso calculo cum an-
num assignat historia Mantuana proximè citata, sed & ultra ducetos annos ita legebatur
in claustro Mantuano Augustinianorum ædis supra relatæ S. Agnetis per quod circum-
circa viri sancti vita veteris iconibus exprimebatur. Namque sub simulacro eius conuer-
sionis, quando vanam carpit vitam detestari, quod ad Sacraj partem per quam ex tabli-^{1.c.15.}

no, seu claustro ingrediendum sit in Ecclesiam, scribebatur eius vite in melius commutata annus 1208. eundemque numerum obseruarunt eiusdem aëdis cœnobite in restauratis & renouatis anno proximè elapsò & præsentì, eiusdem claustrí imaginibus; atque in primo emblemate seu simulachro Natiuitatis quod ad leuam ingredientis ex platea occurrit, reponuerunt annum 1208. & similiter in aliis imaginibus accordanè distribuerunt numeros conuersionis & mortis, quos supra memorauimus.

Non posuit esse præceptor S. Francisci. Stabilito iam hoc conuersio[n]is anno etiam ex ipliis Patribus Augustinianis atque eodem in quo requiescit loco, causam nos euicile putamus. Neque enim hominis hoc anno conuersi potuit esse discipulus Franciscus, qui iam antè aliorum factus erat præceptor. Id facilis nego[ci]o constabit ex annorum computo, quo vñi sumus ad finem Apparatus nostrorum annualium, & ad annum 1226. quo Francisci mortem narramus, sed & hic vno vel altero teste infragabili id breuius, sed efficaciter ostendimus. Controueria est de hoc monacharu Augustiniano S. Francisci sub illo biennio quod intercessit inter primam & secundam eius conuersio[n]em ut vel ipse Marquez citatus §. 2. notat, nullus enim ante primam

Quando cōversus S. Fr. cōfessus. dum adhuc sacerdalis erat, Augustinianum dicet, neque post institutam in secunda Minorum religionem ad aliam conuolasse contendet. At prima illa conuersio Francisci à seculi

Apparat. Annal. §. 4. vanitate incidit in annum 1206. latim inchoatum, ut in prædicto Apparatu ex multis pro-

Celā in le. Bonau. c. 15. bauimus, & vel hac conuincimus ratione, quod recepta sit sententia probatorum autho-

M. MS. riorum, quos reiūcere non licet, Thomæ Celani Francisci discipuli, & socij, Bonauenturæ, Ma-

& 14. Marian. lib. 1. c. 29. rianii, & Antonini Florentinorum, aliorumque plurium Franciscum deceſſisse anno vigesimo à prima conuersione, à secunda vero decimo octavo. Ita expreſſe habent citati autho-

Anton. tit. Christi 1226. res. Thomas Celanus: Sanctissimus pater noster absorptus est in eterna claritatis abyssum anno

2. c. 7. §. 6. 1226. qui fuit vigesimus à prima eius conuersione, & à secunda, quando incepit ordinem

Bonauent. Minorum, decimus octavus. Sanctus Bonauentura cap. 15. legendæ maioris obiisse ait anno

dominice Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto quarto nonas Octobris cum iam

ante cap. 14. mortuum dixisset, biennio ab impressione stigmatum, anno videlicet à sua conuer-

Marian. sione vigesimo. Marianus Florentinus: Obdormiuit sanctus pater in Domino 4. nonas Octobris

sabbatho in sero, anno videlicet 1226. etatis sue anno 45. à prima sua conuersione anno vigesimo;

Antoninus. ab institutione vero religionis anno 18. S. Antoninus: Anno Domini millesimo ducentesimo vi-

gesimo sexto quarto nonas Octobris Pontificatus Domini Honori 111. anno undecimo, etatis ve-

ro sua quadragesimo quinto à prima sua ad Deum conuersione anno vigesimo, ab institutione reli-

gionis decimo octavo ex quo scilicet caput habere fratres post diutinam infirmitatem & gravissi-

mores dolores ex hoc seculo migravit ad Dominum. Secunda itaque conuersio Sancti Francisci

& inchoatio Religionis Minorum incidit in annum 1208. sub quo adhuc non receſſit, vel

tunc recessit à Mantua qui futurus erat eius magister in cremo Cesenati, in qua contendit communiter Patres Augustiniani tyrocinium absoluſſe & professionem emiſſe.

Ex Chronologia protat. quo peruenit Cesenam, & iam Franciscus sui instituti sc̄tatores habebat, quos crudire?

An etiam anno anteriori 1208. in quem item potuit incidere calculus annorum quadra-

cisum sub Jean. Boni ordine. ginta male exactorum in seculo, & à quo potest incipere numerus cæterorum quadra-

Iouenat. Sa. 2. ginta, quibus in illa vixit eterno? Atqui hoc etiam anno plene instruētus erat Franciscus

Marq. c. 24. in via Domini, & per eam iam tunc ceptit sub noua & Euangelica norma instituere ordinem Minorum. Præsertim cum non statim ut peruenit ad solitudinem Cesenatensem

beatus Joannes Bonus, cœperit coruscare miraculis, neque: (vt ex opposito ait Iuuenat-

lyr. 2. lis de vitiolis: *Nemo repente fuit turpissimus.*) ex tempore illico sanctissimus, aut adeo celebris equalis, ut ipso sui secellus anno vndique peruolaret fama eius, & ab Assisio Cæ-

Marq. c. 25. nam longe maiori, (vt statim monebo) terratum tractu, quam Marquez existimat, se

§. 4. & c. 25. quisum & visum attraheret Franciscum. Sane Iordanus de Saxonia quem tantopere

Iord. in vit. 1. ubique Marquez laudat à fide & vetustate, primo apud Budriolum Cesenatensis dioce-

2. c. 15. sis domunculam quandam de consensu diocesis construxisse, & ibidem vitam eremiti-

cami in arctissima penitentia duxisse scribit, antequam fama conuersationis eius per lo-

la Admonet nos Innocentij IV. seu in relatione in eadem contenta quam Marquez tran-

S. 5. scriptit, & inter codices Illustriſ. Alexij de Menes Archiepiscopi Braccaren. eiusdem

9. c. 1. instituti, atque in archiuo Augustinianoru[m] Romano monet posse inueniri. At obiter ad-

2. c. 3. miror si non aliunde mysterium percipio, cur ex nullo horum locorum lacunam supple-

bit illa ex parte, vbi in margine notat non posuisse legi; vel magis mirum esset, si vitro-

bisque apud Augustinianos locus ille esset corrosus, non dico, corrugatus. Ego illud preſtabo

De prætenso monach. S. Francisci.

7

obsequij ut ex regesto Pontificio prænumerati Innocentij vbi sub anno 10. num. 635. folio 263. pag. 2. idem habetur diploma, locum hiulcum & mancum restituam. Ita potro scriptum. *Sane ad audienciam Domini Papa peruenis, quod bona memorie frater Ioannes Bonus* (hic lacuna) *pronus* (hoc illud vnum verbum, quod legi non poterat, nolo dicere non placet) *in ordine vestro, primam apud Budriolum Cefenatensis diaœcis de concessione diaœcensi loci eiusdem domum incepit, & dum fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad eum, &c.* Si ergo tempus expectandum erat, vt domum illam extrueret, & fama per vicina (non dico remota, qualis erat tractus Assisi) loca crebresceret, ante annum saltum 1209. non poterit ei rationabiliter tradi Franciscus in discipulum: multo minus dici apud cum tyrocinium explesse aut professionem emisisse: iam enim tunc aliorum erat preceptor Franciscus, & vel ipso Marquez adlruente iam Minorum ordinem instituit. Viden ergo neque veram, sed neque probabilem (quod solum contendebat Marquez) esse opinionem hanc de monachatu Augustiniano Francisci, neque enim (vt præmoniuimus) luit, neque esse potuit supposito certo hoc auctorum computo beatū Ioannis Boni discipulus, vt patres huc usque allerebant Augustiniani. Quod si occurrit dicendo anteriori tempore cum illius fuisse congregationis Zambonitarum à Joanne Bono ita postea nuncupata, facile & euidenter refellitur: primus enim hic fuit huius ordinis, & author, & rector, vt verbis expressis, à Marquez non dicam suppressis sed omissis quia legi non poterant, ex ipsa fratrum eremitarum seu Gulielmi Cardinalis Proæstoris narratione Innocentius IV. iam citatus affirmat.

VII. Hinc apparet, neque si obiiciantur, audiendos esse alios chronologos, quos supra refellimus Pamphilum, Morigium, Tapium, quibus addo Petrum à Natalibus, & Bergomatem, qui aliam numerandi rationem ministrant, & mortuum B. Ioannem Bonum allocunt anno 1222. Explodendos item, qui vixisse volunt ultra annum 90. si qui sunt præter Phamphilum, quem nos produxiimus, huius sententia, quos tacitus nominibus offert Marquez, quorum nullum ego potui detegere. Neque admittendum Petrum à Natalibus, qui quinquaginta annis in eterno degisse singulariter assertuit, & occasionem errandi præbuit Philippo Ferrario: his etenim opponimus illius generis testes, quos doctores vocant omni exceptione maiores, qui exceptione nulla repelli possunt: processum videlicet vitæ auctoritate Apostolica à grauibus prælatis confectum, cuius fidei Pontifex nititur ad rem omnium grauissimam, vt in apothecis Sanctorum referat, cuius acta debita diligentia ibi recensentur. Opponimus item ex hoc processu exscriptorem eremitarum Augustinianum, expositas etiam in aperto tabulas domus ipsius, in qua vir sanctus requiescit, & historiam publicam patrie ex qua originem duxit, & in qua gloriose vitæ cursum consummavit, vt alios recentiores testes omittant. Prima illa veri dignoscendi historici lex ab auctoribus probata, atque à probitate & integritate auctorum sumenda, vt præferantur illi, qui ea quæ narrant, vel viderunt, vel ab his qui viderant, acceperunt. Hinc illud Theopompi, *eum quidem optimum rerum bellicarum scriptorem esse, qui quamplurimorum certaminum ciuilium particeps fuerit, & quamplurima etiam pericula coram expertus fit.* Innuere voluit, inquit Polibius, *eum tantum revera esse bonum historicum, qui de his scribebat rebus, quibus ipse interfuit.* Testes, qui rebus gestis sancti viri interfuerant, præcipuos habet processus adhuc extans, ipsius sancti viri socios, requisitos ut testimonium legitime dicerent biennio vel triennio ab obitu hominis Dei. Hos proferimus, & qui ab his acceperunt, nostræ cause assertores.

VIII. Hoc vnicum adeo efficax & indissolubile argumentum, vt cum Priori Mantuano præfate ædis ad S. Agnetem inter renouatas hoc anno imagines vnam addenti de discipulis accendentibus ad beatum Ioannem Bonum, quibus additus S. Franciscus, subinventaque adeo florenti pictura vnicum cum quo agimus auctorem, & testem Ioannem Marquez, me urgente proponeretur, ingenue responderit, si suis numeris constat utraque, quam præmisimus, sancti Francisci conuersio, omnius deceptos suos, qui de tali discipulatu contendunt. Deinde de hæ re monitus à vicario Episcopi addidit facili remedio, causam scilicet exoriende controversie tollendo ex iconibus, satisfactum iuri Minoritis. Quid? quod & ipse Constantius Laudensis, dum omnia refert ex processu, multisque narrat habuisse Ioannem Bonum discipulos, neque vero hunc tanti nominis vellet excludere, sincere tamen innuat nullam esse in processu huius rei inmemoriam, sed dicat se non debere tacere sanctum Franciscum his interfuisse discipulis, dum illud, inquit, non tacuerunt Petrarcha, Sabellicus, Alexandri, nescio qui, & Episcopus Signinus, de quorum fide, nos amplius agemus infra. Quid: credibile est in processu coacto post apothecis seu ca-

Marq. c. 16.
§ 2.

Evasioni ac-
cussimur.

Refellitur
querundam
Chronologia
Petr. à Na-
tal. lib. 1. a. in
append. c. 6.
Bergom. lib.
12. an. 1199.

Couar. de
matrim. par.
2. c. 8. §. 12.
num. 17.
Bernard. in
c. 1. de con-
sang. & glos.
in c. At si
clericis in
princ. de
iud. & in c.
1. de testib.

Can. lib. 11.
de loc. c. 6.
Postul. in
bibliot. lib.
16. c. 2.
Polib. lib.
12. histor.

Efficax bee-
tatio, à tem-
poris obser-
natione de-
sumpta.

Infr. c. 5.
9. & 11.

nonizationem S. Francisci, ubique tunc celeberrimi, & amissimi instauri authoris, nullam agendam esse mentionem ad laudem & commendationem B. Ioannis Boni, si quod modo fuerit Franciscus eius discipulus? Anne parum cederet in ornamento in tanti magistri, tantum etiam habere sectatorem? An adeo exiguis decor, tanti nominis vi-

Dan. 12.
Dionis. A-
reop. relatus
à Carthus.
in c. 11. Da-
niel.

vrum præter alios erudiisse ad iustitiam? *Qui ad iustitiam erudunt multos*, inquit sacer tex-
tus quasi stella fulgebans in perpetua aeternitates, & digne quidem dum teste magno Dio-
nysio constet, diuinaram omnium perfectionum diuinissimam hanc esse perfectionem. Adeo
ergo insignis splendor negaretur B. Ioanni Bono reticendo tantum eruditile discipulum,
vel ipsi Ioannis auditores & socij, qui præcipue res sui præceptoris in sacra acta & proces-
sum redegerunt, sibi etiam tantum occluderent gloriam, ne dicerent socium & conutem
sui discipulatus sanctum habuisse Franciscum?

*Exactius
examinatur
quædo natura
Ioan. Bonus.*

At adhuc stupulum dices superesse circa tempus conuersiois Ioannis Boni, & com- IX.
puti rationem, qua manifeste nos euicisse putamus. Etenim longè anteriorem facit Mar-
quez eius nativitatem, ortusque tempus assignat annum 1130. vel 1132. At quo expreßo
authore? nullo; qua manifesta ratione? nulla; qua certa deductione? proſlus nulla; hac
vnica coniectura, quod mentionem eius agant Genebrardus circa annum 1171. Iacobus
Gualterius circa 1159. & Philippus Bergomensis tempore paulo interiorum S. Gulielmo
Aquitano constituit. At examinemus parumper hos annorum calculatores, videa-
musque an pro probatis ipſe Marquez admittat. Ego in annorum serie priuum quem
producit, Genebrardum admittam, dummodo testimonium eius ille ratum habuerit. Il-
lud porto est. *Ordo Vivilmitarum seu Guilelmistarum* (:quos vocant Heremitas) *sumpus inti-
tum à Ioanne Bono Mantuano* (testesque producit Sabell. Ennead. 9. fascicul. temp.) *No-
men autem à Gulielmo Aquitanie Duce, & Pictaviensium Comite, qui eam familiam condidit,*
ut secularentur collectam ex divi Augustini operibus regulam. Quam pauca hic probabit Mar-
quez? quod ferme verbum non refutabit? Admitteret Gulichinitas à B. Ioanne Bono non
nullo tempore posteriorc, sumpusque initium? vel simul cum Ioanne Gulichimum eam fa-
miliam condidisse, dum duos hic videntur Genebrardus assignare vnius eiusdemque sodal-
itatis conditores? an item sine stomacho & bile concedet Genebrardo S. Augustinum
non præscripsisse eremitis regulam, sed eos sectari quandam ex S. Doctoris operibus col-
lectam? Nowi certè circa hoc, nimis de non præscripta fratribus regula per Augusti-
num, non dissimilem neque alienum esse aliorum sensum, idque non paucis asserere,
*Quorundam
dubium cir-
ca Augustini
regularum.*

*Pluribus, de-
ha egant
Simb. Vver-
linus, & Ber-
nardus Vin-
dangus.*

Sabell. En-
nead. 9. lib.
5. & 6. in
priuc.

Trith. de
Scriptoriib.
Possewia. in
appar.
Bergom. in
Suppl. lib.
16. ad 20.
1490.

Matq. c. 13.
9.1.

At istuc mihi non adeo seritur, neque metitur, ut rem
hanc modo velim examinare, hoc vnum scio, illud nequaquam nostrum dissertatorem
admisit, neque in vlo suo asserito placitum ei testem, quem priuum produxit an-
norum calculatorem. Neque sane in computo annorum testibus à se productis concordat
Genebrardus. Sabellicus enī sub Innocentio III. qui electus est anno 1199. lib. 5. ita
habet. *Per id tempus Eremitanus ordo instauratus est, quum temporum iniuria penè ad inter-
missionem perductus esset. Instauracionis author Ioannes Bonus Mantua natus eiusdem vir prefacio-*
*nū & lib. 6. postquam longiorem fecit sermonē de Dominicana & Franciscana sodalita-
tibus, addidit: Eremitanus ordo qui erat iam propemodum extinctus, instauratur.* Fasciculū
temporū (:cuius authore in Vernerum Carthulianum aiunt Trithemius, Possevius &
Bergomas) secum pugnantem, vel eadem confuse & varie repetentem, conciliandum
offerenteo dillertatori. Sub Alexandro III. ita habet. *Ordo Guilelmistarum à sancto Gui-
lhelmo eremita, olim Duce Aquilegian: nomen & originem traxit. Eius discipulus fuit san-
ctus Albertus eremita, qui ordinem istum edocauit.* Sub Clemente III. agit de sanctis Do-
minico, & Francisco, & deinde addit: *Vivilmitanus Parisiensis incepit ordinem Augus-
tienism, qui etiam dicuntur mendicantes.* Quid hic certum aut constans meus admittet
dissertator? aut quod hic vestigium Ioannis Boni (de quo nec vnum in toto opere habet
verbum ut ipſe Marquez alias notauit) ut Sabellici & temporum fasciculi autoritate,
cum ad annum 11-1. reducat Genebrardus?

Secundus mei dillertatori testis, Iacobus Gualterius, aliquanto anteriorem nempe X.
anno 1159. Ioannem Bonum constituens. Atqui eadem huius & Genebrardi vitia historix,
illius enī verba transcriptis: *Ordo inquit Guilelmistarum à Ioanne Bono inchoatus, is quidem
sic appellatus à S. Gulielmo Aquitanie Duce Pictaviensique Comite, qui illum sub regula ex
Sancto Augustino collecta formarat.* Testes adhuc Genebrardum in Alexandro III. vere
vrique, ut iam vidimus ex eius verbis, quæ hic Gualterius repetit, & Onuphrium ad au-
1160. Sed hunc inuenito quidem, cuius ibi hæc verba dwntaxat. *Ordo fratrum Eremitarum*
S. Guilelmi

De prætenso monach. S. Francisci. 9

s. Guilielmi sub regula s. Augustini à Guilielmo Aquitanie Duce factus. Tertius ille oblatus à dissidente testis, Philippus Bergomas, videamus quam parvo tempore Ioannem bonum Guilielmo Aquitanico iuniorum constitutat. Profecto tam in supplemento chronicorum, quam in huius supplementi supplemento (quorum utrumque an viderit Marquez, & an huius esse putauerit authoris, agemus inferius) Guilielnum reponit sub anno 1157. & Ioannem Bonum sub anno 1199. vide quæso quam egregie, quam scire subductis & additis calculis ex his fidis testibus numerum deducat dissertator anni 1130. aut 1132. vt tunc natum dicit B. Ioannem Mantuanum.

X I. Hucusque examinauimus & aperte refellimus determinatos quoscumque annorum numeros, quibus dissertator vel clarius asserebat, vel vero sunilius colligebat natum aut mortuum beatum hunc virum. Restat adhuc unus indeterminatus ex Antonino allatus annorum calculus, ex quo velit deducere dissertator non solum ante annum 1200. floruisse pietate & miraculorum gloria Ioannem Bonum, verum etiam circa illud tempus post multos transfactos sub forma anachoretica vita annos introductam in Zambonitarum congregationem regulam & normam vitæ Augustinensem, atque ipsum congregationis authorem ante annum prænumeratum 1200. videlicet 1198. idem vitæ genus suscepisse. Verba Antonini ex quibus hæc videntur deduci, illa sunt. *Circa annos Domini 1200. tempore Innocentij III. fuit vir magne sanctitatis, nomine Ioannes Bonus; de Mantua oriundus, solitariam agens vitam, qui nimia abstinentia, & insueta clausus, & miracula multis. At quam parum hinc colligi possit, quis non viderit? Quid hic determinatum, aut certum, vnde haberi possit firmiter nativitas, conuersio, initatio sub Augustino, aut vita consummatio?* In vniuersa quam refert vita sancti hominis, nullum tempus assignat rei cuiquam ab eo factæ, vel ortui aut interiu, neque unum quidem verbum habet Augustinianus regule, aut sodalitatis, neque vnde possit deduci fuerit huiusmodi professionis; nisi illinc aliquid velis venari: *Mater defuncta, à Mantua recedens ad partes Romaniolas secessit prope Cesariam: (lege Cæsanam) ad milliare unum, ubi in quadam eremo mirabilem penitentiam fecit, concurrentibus ad manendum cum eo aliis eremitis.* At non omnes eremiti, Augustiniani, neque huius solius, Ioannis eremiti vitam exarauit, aut transcriptit Antoninus. Gestæ refert alterius Ioannis Anton. 11. eremiræ & eremitarum magistri, etiam Augustino ipso senioris, quippe de quo sanctus 11. c. 8. agit Doctor libro de cura pro mortuis agenda c. 17. Ruffinus lib. II. c. 19. & Euagrius in vita patrum. Item alterius etiam Ioannis eremiti miræ sanctitatis, de quo Pallad. vita 60. Non vero idcirco hæc memorauerim, vt cōstanter negem Ioannem Bonum Augustino nonen dedisse, sed vt insinuem nihil huiusmodi colligi ex Antonino. Porro neque temporis certi quidpiam habetur ex ambigua mensura voculæ *circa*, cuius tanta mensurandi latitudo apud chronologos in referendis iis, quæ certis annis non constant, vt sub decennio & saepius ultra, quoscumque numeros à parte anteriori vel posteriori liceat effingere; cuius rei exempla vbique sunt obvia apud Annalistas. Adde quod non possit ex Antonino probari, quam vita partem tunc egerit Ioannes Bonus, dum statim vniuersam referat: neque magis liceat ex illis verbis *circa annos Domini 1200. tempore Innocentij fuit vir magne sanctitatis &c.* ascendere ad annos anteriores, vt suo consulens argumento facit dissertator, quam descendere ad posteriores & subsequentes, vt æquius & verius faciendum esse ex discussa hac annorum serie largius, sed utilius monstravi.

XII. Video ex relatis dissertatore diligenrem & sedulam posuisse operam in vestigandis & calculandis vita huius sancti viri annis, vt ex iis inferret quando anachoreticam, quando Monasticam subierit; nihilque ait se adeo considerasse, quam quod esset, qui in hac re faciem præfetteret. At incidit in unum cuius vestigium terere posset, & ex eo deuenire in cognitionem & indagationem vita, quain diximus Ioannis Boni à supranominato Constantio Augustiniano descriptam. Porro is est Abrahamus Bzouius, qui ex hoc Laudensis opusculo refert sanctum virum obiisse anno, quem superius certum statuimus, annual. 1249. statimque citat Constantium Laudensem in illa vita. Solum hunc numerum annorum, utpote suo intento incommodum, & longe à suo arguimento alienum, reticuit ex omnibus, qui quoquo modo, etiam inepto, oblati sunt a quibusvis authoribus, vt hucusque ostendimus. Neque quidem negare poterit hunc se vidisse, etenim Bzouium hoc ipso loco citat, vel ex eo bullam Innocentij IV. vt digna probet elogia sancto viro affi- Matq. c. 1. genda, & clausulam ex eodem Bzouio transcribit predicte bullæ, quain perperam dicit §. 2. hunc authorem verbatim habere an. 1251. §. 8. num. 19. cum illam referat an. 1249. num. 11. Idque obiter monuerim circa illas literas Pötificias in regelso Vaticano in ipsa bullâ, non ut habet Constantius & ex eo Bzouius, p. a. r. c. m., sed fr. a. r. c. m. Ioannem Bonum eremitam, d. u. n.

dumtaxat haberi, & similiter in regulis praescriptis circa testes examinandos, atque in eorum titulo inscribi; quasdamque voculas huius bullæ perpetram positas restitueridas esse ad dictum autographum archivii Vaticani.

Contra eundem monachatum varia obijciones et ratiōnes. §. III.

- M**A M ex ipso temporis ratione abundissimè constare puto, quā inane posuerint studium Patres eremitæ in asserendo hoc tyrocinio Augustiniano sancti Francisci. Placet autem & alias addere rationes, earumque pondus, quod attenuare intentauit Marq.c.14. Marquez, fideliori trutina librate. Prima sit; rei tanti momenti, quanti semper iudicatum est, religiosæ vitæ genus solemnī voto subire, atque demum alio illud commutare nullum ex omnibus sancti Francisci domesticis, aut vetustis vitæ scriptoribus verbū vnum scisse; non h̄t̄ tres socios Ruffinum, Angelum, Leonem, quorum iste erat à secrētū, & à conscientia; non Thomam Celanum socium item & discipulum, in prima, quā contextuit ad præceptum Gregorij nomi, legenda, nec in secunda longiori composita ex mandato capituli seu synodi generalis; non Bonauenturam in maiori item aut minori lege h̄da; non Bernardum à Besse Bonauenturam socium in alia vberiori, non Ioannem à Ceperano sedis Apostolicæ Notarium in vita sancti viri à se copiosè exarata, non Vincentium Beluacen. non Antoninum Florentinum, non demum alios quoscumque vestitos scriptores. At credibile non est omnes tacituros rem suo tempore, vel paulo anteriori transactam, cuius supererant testes, & huius assertorū monachatus condiscipuli Patres Eremitani. Argumentum hoc inde maiorem viam obtinere debet apud nostrum dissidentem quod ipse similis v̄sus sit, vt omnino negaret sanctum Bonauenturam præfuisse vniōni generali Eremitarum, quia eius vitæ scriptores huiusmodi non meminerint prefectur.
- M**arq.c.4.5. Respondet tamen ex Bergonate Marquez, quod non omnia possumus omnes, neque II. sancti Euangeliste vnum & idem de Christo scripsérunt & tamen vera omnes scripsérunt. Admitto non omnes omnia posse, nec scire, neque omnibus omnīa constare; at ut res notabilis, & scitu non tam digna quam necessaria, nulli innotesceret, hoc illud mirum. Non ego contendo ut res quæque sancti Francisci omnibus patuerint, sed alicui saltim graviores innotescerint. Non omnes Euangeliste, (: ut exemplo vtar mei dissidentis) omnia eademque scripsérunt, at quod vnu omisit, alter suppleuit & principias fideique nostræ proficias Christi actiones notauit. Demus hanc Francisci ignorans Bonauenturam, vel alium quinque ex supracitatis vitæ sancti viri authoribus, an & cām omnes nescierunt, nullus ex omnibus rem ex natura sua notissimam, in omnium oculis putulam, solemnī professione firmatam, exteriori tessera contestatam, potuit adipisci? Ruffinus Assisias contemporaneus, qui incidentem vidit per illud biennium in habitu illo Eremitico, Leo confessarius, Angelus anno sequenti ab exuta velle eremita ad sodalitatem admisus, vitæ eius primi scriptores rem notissimam, tunc actam ignorarunt? Thomas à Celano ab ipso Francisco educatus, illam protus nesciuit? aut scitam tacuit in histria quam osterebat Gregorio Nono, Francisco familiaris & vitæ totius conscio? Neque etiam Bonauenturam latere potuit, cui ut res omnes S. Francisci ad posteros transmittenda, certius constarent & clarius, adhuc ipso teste, locum originis, conuersationis, & transitu vris sancti, & cum familiaribus eius adhuc superiusuentibus collationem de iis habuit diligentem, & maxime cum quibusdam, qui sanctitatem eius & conscijs fuerunt & sectatores precipui, quibus propter agnitionem veritatem probatamque virtutem fides est indubitanter adhuc bona. Quam ergo nullus ex probatissimis lectissimisque historicis sciuit aut retulit, quis dicet historiā, qui huiusmodi postea seculis ab aliis rem suam agentibus & honori confidentibus, excitata, ad fidem admittendam? Quis à suspicione & censura suppositiæ poterit vindicare? Qui actionem aliquam seriam, aut graviem Christi ab omnibus Euangelistis (ut in dissidentis h̄c example) prætermissem in medium afferret nec eam certa tradizione à Christi familiaribus aut coevis deduxta vel reuelatione certa comprobaret, nonne exhibaretur? nonne tanquam temerarius reiaceretur? & quidquid vitæ Euangelicam histriam produceret, reputaretur apocryphum? Hic historiæ authores noui, ut statim probabo, hic traditio nulla, nec prætena reuelatio, hic altum in authoribus eorum totius rei silentium; quam ergo merebitur fidem aut nomen? Noui hic dicturos, etiam illos Francisco familiares, non adeo altum siluisse rem hanc ut statim per periphrasis, aut signis probabilibus eam non expresserint, agūt enim de habitu eremitico corrīgā calceis, & baculo Sancti
- N**on in prologo legenda.
- S**. f. n. 1. & seqq.

De prætensiō monach. S. Francisci. II

Sancti Francisci, Eremitarum Sancti Augustini testis notissimis. At quam à re Augustiniana hæc aliena sint, & quam parum sibi his signis concilient largius & palam inferius ostendam.

III. Secunda sit nullam fieri intentionem aut suscepit aut derelicti huius Augustinensis monachatus in villa ex bullis, quas Gregorius nonus dedit, vel ad eius canonizationem intermandam, vel ad eius laudes celebrandas, quarum plures sub eodem ministrati Pontifice in nostris annalibus. At in aporheosi illorum, qui veteres relinquunt religiones, ut nouas instituit, laudis loco hoc celebratur in pontificis literis, quibus canonizatione denuntiat. Ita expressè refertur de sanctissimis patriarchis Dominico & Franciso de Paula; de illo hic ipse Gregorius in bulla, cui initium, *Fons sapientie*, ita inquit: *Qui gerens à pueritia cor senile ac in mortificatione carnis eligens vivere, vita requisitus authorem & Deo dedicatus, ac in Nazarenum sub B. Augustini regula consecratus &c. quibusdam interpositis. Pastor & dux inclyta in populo Dei factus novum Predicatorum ordinem instituit.* De isto verò Leo decimus in Bulla. *Excelsus Dominus referat eum in sartem Domini electum annum integrum peregrisse in ordine Minorum in conuentu Sancti Francisci Cliviatis Sancti Mares,* & mox ordinem Minimorum instituisse. Quid ergo? Credibile est Gregorium nonum cum Francisco per annos plures conuersatum, & summè ei familiarem, cui præclara quæque eius vita erant perspecta, teste ipso Pontifice in literis canonizationis. *Mira circa nos incipientibus: Cum igitur gloriose, inquit, vita ipsius insignia & malitia familiaritate, quam nobiscum habuit in minoris officio constitutus plene cognita nobis essent; credibile est, inquam, Pontificem hunc religiosum hoc vitæ genus à Francisco suscepit, & solenni voto firmatum ignoraturum? aut hoc ei laudis negaturum, vt non refertet istud eius encomium, & vita spiritualis iniūrum ac formam, præseruit cum amplissimo & graui stylo sub multis sacre Scripturæ formulis eius exprimat à mundo recessum, quo tempore contenditur hunc subiisse monachatum?*

IV. Tertia quod biennio illo prætensi monachatus, quædam notissima & omnium consenserunt probata peregerit, quæ eremicolatum regularem saltum in remota regione non compatiuntur. Tres restaurauit Ecclesiæ, Sancti Damiani Martyris, Sancti Petri Apostolorum principis, & Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctorum etiam Apostolorum limina Romæ visitauit, teste Bonaventura & Alexandro Aquilano præter cetera, quæ nostram noticiam subterfugiunt. Quod quæ itineri Romano & peractis in eo pictatis officiis? quod etiam trium Ecclesiarum restorationi in uno biennio superesset tempus religiosæ vite in distanti procul regione obcurda, addiscendæ, & voto solemní firmandæ? Facile his occurrit Marquez dicendo non comparandam trinam illam Ecclesiam, amplissimo & ad prodigium magnifico tempio Sancti Laurentij del Escorial Philippi 2. Regis Hispaniarum opci & monumento vere regio, vere orbis miraculis annumerando, sed censendas adeo humiles quales infra biennium potuerint abiöliui. Adhuc illæ ipse, ea quam tunc acceptunt magnitudine & mensura extant, & quam humiles sint omnibus apparent: neque dubitamus an eas restaurauerit infra biennium, sed an in illo biennio ultra earum fabricas potuerit negotium adeo serium & prolixum subire, quale est regularis vita tyrocinium, & scelus in longinquam regionem, sub præceptoris ferula & cura intra monasterij scepta delitescendo? An ultra tempus in re tanti momenti insumptum potuerit præter alia Romanam ire, & tres Ecclesiæ quantumvis humiles restaurare lens & rediens Assisio, & ex extremo Cæsenau: hoc inquirimus, in hoc candidi & sinceri viri requirimus iudicium. At non adeo distat ab Assisio Cæsenau, inquit Marquez, vt non potuerit & illuc profiteri. Augustinianum institutum, & statutis temporibus venire Assilium ad reparandas prædictas Ecclesiæ, spacium enim sexaginta mille passuum, seu viginti leucarum Hispanicarum, quod inter utramque urbem ex Ortelio mensus est, non adeo magnum putat vt hinc inde spiritu Apostolico & ad morem animalium mysticorum Ezechielis, quæ ibant & reuertebansur in similitudinem fulgoris coruscans, non potuerit hinc inde vir sanctus discurrere, & sapius ire Cæsenam, atque Assilium reuerti. Vere in metura erravit Geometrica, atque ascensum descendensque interiacentis montis Apennini in planicie dimensus posuit præua in directa, & aspera in vias planas. At ego (si verba illa mihi liceat & surpare) ponam iustitiam in mensura, & arguam in mensura contramensuram. Assilium est in Umbria in valle Spolevana, Cæsenæ vero in Romantula seu Riomandiola, in ipsa via Æmilia inter Gallos Boios ad Sapienti fluvium, qui rapidissimo cursu ex Apennino fertur in mare Adriaticum. Duplex est via qua Assisio Cæsenam tendit; prima & brevior per Eugubium, Cantianum, Callium, Qualagna, Verbinum, Montemforum, Ariminum, Scuignianum quod X. M. P. distat à Cæsenau. Hoc itinere numerantur quotidiana itinerantium & cursorum observatione,

nonaginta quinque millaria. Breuior hæc via, sed non semper expeditior propter inundantes flumos, & superabundantes niues; alio itaque prolixiori quandoque itinere Cæsenam abit, per Fulgineum, Camerium, Tolentinum, Maceratum, Ricinetum, Anconam, Senogalliam, Fanum, Pisaurum, Ariminum; sed per hanc viam numerantur millaria 167. videat itaque meus dissertator, an ita iuste mensus sit terrarum intercapelinem, ut facile fuerit Francisco Sæpius Cæsena Assisium remeare. Adde his Alexandrum Aquilanum peculiariter obseruasse ex legenda Gregorij IX. Franciscum toto illo biennio non transiliisse Vmbriæ terminos, nisi semel in peregrinatione Romana, de qua cquinus in nostrorum Annalium Apparatu.

In appar. §. 3. num. 3. Quarta non inefficaciter deducitur ex ipsis tabulis testamenti sancti viri, adiecto eis *Impugnatur bis monachus ius ex sancti testamento.*

commentario ex D. Bonaventura. verba eius sunt: *Dominus noster dedit mihi fratri Francisco incipere facere penitentiam: quia cum essem in peccati, nimis mihi videbatur amarum vivere leprosus; sed ipse Dominus adduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. & recessente me ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum, conuersum fui mihi in dulcedinem anima & corporis. & parum flesi, & exiui de seculo.* Tres hic vitæ suæ status vir sanctus breui oratione descripsit. Primum, laxoris & inordinatus sub peccatis iuuenilis levitatis exactæ; Secundum, quando à primo paulisper cœpit resipiscere, & leprosis (quorum in primo statu, non solum consortium, vt ait Bonaventura, verum etiam longinquum constitutum vehementer horrebat) diligenter & humilitè inservire, conuerterisque ei Deus in dulcedinem, quod antea erat horror. Tertium plenum à seculo recessum, & nouæ vitæ factum institutum. Hæc breuis narratio conuersione, hic ordo factæ penitentie, ab ipso sancto viro sub mortis articulo scriptis ad posteros transmisus, ita ut à peccatis resipiscens transferit ad leprosorum obsequium, in eoque hæserit, donec patumper se colligens & agenda perpendens, exierit de seculo, suumque crearet institutum.

Marq. c. 24. §. 6. Ita intellecta hæc verba admittit Marquez, non inefficacia esse ad rem nostram assertandam, proinde in aliud sensum vult illa detorquere, atque in suum reducere. Amisit Idem ibid. & c. 21. §. 4. horroris circa leprosus, & obsequij eisdem præstiti tempus assignat illud, quod intercessit inter primas illas motiones internas, quibus Deus mentem eius ad meliora excitabat & renunciationem vestium hæreditatisque paternæ factam in manibus Episcopi Assisiatis

Dissertator explicatio. *Crusenius de Monach. S. Aug. p. 1. c. 1. f.* (: non Fulginatis, vt dissipator hic & ubique, & ex eo Nicolaus Crusenius, perperam inscribunt) post quam paruo elapso tempore inquit, exiuit Franciscus de seculo, vestem scilicet eremiticam allumendo & vitam religiosam profitendo, atque eo referenda afferit illa verba: *Parum flesi & exiui de seculo.* Non enim commode aut proprie ait hæc referri possunt ad totum biennium ante institutum ordinem Minorum, nam à receiptis vestibus coram Episcopo, usque ad illud tempus non parum sed multum temporis, bienniu[m] videlicet, interuenit. Et obsequia leprosorum præmitit Bonaventura velbus excussis, ad narrationem illam de leprosis subiungens. *Agebas autem hæc omnia vir Dei Franciscus nondum habita vel convictu sequestratus a mundo.* Et post factam renunciationem tunc exiuit de seculo religionem eremitarum ingressus, inquit dissipator, aliter non statim adderet Bonaventura. *Solus mundi contemptor a vinculis mundanorum cupiditatum, quæ proprie ad mundi contemptum per regularem paupertatem sunt referenda.*

Reücius. His labefactare contendit dissipator virum argumenti, sed corroborauit, dum admisit, & serio conatu probauit, illa verba: *Exiui de seculo, intelligenda est de exitu per assumptam vitam regularem.* Mihi nempe facilissimum erit ostendere in secundo vitæ statu post leprosorum obsequia, non aliud subiisse vitæ religiosæ genus præter Minoriticū, licet enī Bonaventura referat virum sanctum leprosis inserviisse excusso circa illos horrore, ante redditas patri vestes, largius tamen recensita nobili illa renunciatione, prosequitur eius gelta, & ait abiisse in solidum, incidisse in latrones in sylva, accessisse ad vicinum cœnobium, de quo in apparatu annalium eginus, inde progrellum Eugubium, vbi à priib[.] n. 1. amico vilie illam vestem accepit, quam ceteri, vt nos contendimus, Eremiticam voluntate quibus omnibus subiicit: *Exi de totius humilitatis amator se translatis ad leprosus, erat que cum eis diligissime seruens omnibus propter Deum, lauabat ipsorum pedes, ligabat ulcera, educebat plagarum pusredinem & saniem abstergebat; osculabatur etiam ex miranda devotione Vincent. lib. 29. c. 28.* Similiter Vincentius Beluacensis & Antoninus post exuta vele Antoni. cit. menta ad leprosus se translatis referunt, ciusque erga eos humanitatem recensent. 24. c. 2. ante Postmodum ait Bonaventura, iuxta obedientiam libi è cruce iniunctam, S. Damiani Ecclesiam, mox alias duas reparasse; nunquam tamen intermissionis leprosorum, aut fadis morbis iaceitorum, obsequiis, vt idem sanctus Doctor ostendit ex miraculo illo, quo poit

De prætenso monach. S. Francisci. 13

post visitata limina Apostolorum , famâ eius iam latius clarescente horribili morbo laborantem comitatus Spoletani virum benigno osculo sanavit. Ait autem , quod serio notandum est, cum postquam resurcendæ Ecclesiaz Sanctaz Mariz Angelorum animum intendit, amplius ex illa non discessisse , verba eius sunt : *Quam supple Ecclesiam S. Mariz cum vir Deisic derelictam conficeres, ob deuotionem seruentem, quam habebat ad Dominam mundi, caput illic assidue pro ipsius reparatione morari.* Sentiens autem, iuxta nomen ipsius Ecclesie , quo ab antiquo Sancta Maria de Angelis vocabatur, Angelicarum ibi visitationum frequentiam , pedem fixis ibidem , propter reverentiam Angelorum amoremque preci-
puum matris Christi. Deinde cap. 3. addit. In Ecclesia iugur Virginum Matris Dei moram faciente seruo ipsius Francisco , & apud eam que conceperis Verbum plenum gratie & veritatis continuis insidente gemisibus , ut fieri dignaretur aduocata ipsius meriti matris misericordia conceperit ac peperit spiritum Evangelicae veritatis , modum scilicet & normam instituendæ suæ sodalitatis. Ecce quam clarum offerimus ex Bonauentura verborum Francisci commentarium. Ita incepit, ut ipse sub morte testatus est, facere pénitentiam, recessit per gratiam Dei ex peccatis ; tunc ei gratum & dulce seruire leprosis , quorum obsequiis continuo instituit, etiam dum reparabat Ecclesiæ. Postea parum stetit & hæsit in æde S. Mariæ Angelorum & tunc exiit de seculo dum ex auditu Evangelio caput , ut ait Bonauent. *diminuisti Euangelicae perfectionis amulcor existere, & ad penitentiam ca-*
teros invitare. Ultra hæc verba nescio quid clarius possit expeti ; si tunc cœpit Sanctus Franciscus Euangelicæ perfectionis amulcor existere , nulla facta hic mentione graduum perfectionis , quos Marquez sub his verbis excogitat , non vniue ante religiosus fuit Augustinianus , neque enim ullus istius sanctæ religionis professor permittet dici , se perfectionem Euangelicam non amulcor. Tunc vere exiit de seculo, exitu illo, quo vult Marquez vitam iniūsc regularem. Porro verba illa , quæ ex Bonauentura obiecit Marq. c. 25.
§. 6.

dissertator ad probandum statim post reliquias patri vestes Franciscum regularem euasile eremitarum , nullius sunt momenti ; clariora enim sunt apud S. Doctorem , quam ut expositione egeant : nam postquam retulit plenam renunciationem rerum omnium etiam ipsorum quibus tegebatur , vestimentorum à Franciso factam , apte subiunxit : *Solutus exinde mundi contemptor à vinculis mundanarum cupidinum* deinde refert Bonau. c. 2. quomodo ex ciuitate , & ad solitudinem se contulerit. Exinde itaque necope per plenam illam renunciationem solutus est , & liber evasit à vinculis mundanarum cupiditatum , quia videlicet diuitias & quæcumque mundana mente in humanam circumligant , procul ut essent, effecit.

- II. Quinta & postrema ratio , illa est, quod vir Dei Franciscus audita instructione Euangelica in æde S. Mariæ Angelorum , quantocuyus vestem mutarit , & nouam vitæ rationem inierit, nullo alio præter ædicularum presbyterum consulto , quod nequaquam fecisset, neque absque conscientia lata facere potuisset, si iam ante cuiquam regulari instituto nomine dedisset. Quomodo enī , qui solenni voto regulari vitæ se perpetuo addixit , ab ea proprio arbitrio resiliret , & aliam sibi viuendi normam prescriberet , quæ nullam habebat tunc stabilitatem , neque autoritatem ? An adeo cuique ad suum placitum licet se excucullare ? quæ voulit Domino , non reddere aut obseruare ? & quam voluerit , sibi vitæ normam effingere ? Huius sane argumenti virum agnoscit & facetur dilectorum , neque aliam euadendi viam inuenit , quam recurrere ad spiritus seruentis impulsu , differentiamque actionum sanctorum virorum à communib[us] hominum operationibus. Deinde exemplum affert de sanctissimo patriarcha Dominico , quod hic etiam antequam Innocentium III. Pontificem consuluerit , Tolosæ suam instituerit religionem , quantumuis antea professus fuerit institutum Canonicorum Regularium Sancti Augustini. Sane effugia hæc difficultatem non eneruant , præterquam enim quod authores huiusmodi impulsus non meminerint , nec ad hoc opus , ex se undeque licitum , peculiarem reuariant reuelationem , quis illum probaret impulsu quo communiqueretur quispiam ut iugum omne sue religionis excuteret , habitum & vniuersam exteriorem tellerat prouiceret , regulam quam se seruaturum in perpetuum promisit , omnino contemneret & vestem contemptibilem , nullo sacro ritu eosque commendatam absque regula aut probata norma vitæ , absque ductore , absque superioris aut Pontificis consensu propria sibi obduceret auctoritate ? Quod porro additur de præclarissimo viro Dominico , longe aliud est , quantumuis enī socios sibi adscuerit atque peculiaribus doctrinis instruxerit , tamen ante institutum , &

*Reponit
noua habitus
assumpcio
hæc dissuaderet
monachatu.*

*Marq. c. 25.
§. 5.
Respsit dis-
siderator.*

Refellitur.

probatum ab Honorio Pontifice ordinem, vestem non mutauit, sed postea ex visione sa-
eta Reginaldo Aurelianensi, neque regulam semel suscepit abiecit, imo semper sub
ea vixit, eamque suis traxit fratribus, ita ut Honorius in bulla 2. confirmationis
Brouius ad ann. 1116.n.9.
Castell. lib. 1.c. 14.
cuiusdem sacri instituti sub habitu & regula canonicorum, ordinem canonicum vocau-
erit sacram Religionem Prædicatorum, & an. 5. apud Lateran. in aliis literis commenda-
tus sanctissimum Patriarcham appellauerit non semel canonicum ordinis Prædicatorum.
Dominicus ut nouam institueret religionem, prioris instituti, quod professus est,
vestem retinet & regulam, & Franciscus ante iacta villa fundamenta novi ordinis, ve-
stem & regulam procul abiiciet? neque vestigium ullum sibi retinebat religionis sub qua
soleanni sacramento viuere promisi ipso suo exemplo dillertator argumenti difficultati
difficultatem adiunxit.

*Mors dispre-
pans Augu-
stinianis circa
locum tyro-
cini.*
Iord. lib. 1.
vit. fr. c. 8.
Heric. tract.
MS. citato a
Marq. c. 21.
§. 1.
Coriolan. in
Apol. verit.
2. aig. 8.
Viterbien.
lib. 20. specu-
lorum ad
an. 1198.
Pamphil. in
chrou. fol.
25.
Gonzal. in
epito. hist.
August. c. 8.
ante §. 1.
Morig. de
relig. orig. c.
11.
§. 1. per to-
rum.
Marq. c. 13.
§. 19.
Pausanias
lib. 8.

Quid? quod nec ipsi potiores assertores huius prætentis monachatus inter se cohæ-
reant de loco initi tyrocinij, aut suscepti instituti. Iordanus de Saxonia (: siue is, siue alius
sit) locum praescribit Budrioli iuxta Cesenam. Henricus de Vrimaria (: de cuius fide
mox agemus) locum Sancti Iacobi de Aquaviva iuxta Pisas. Ambrosius Coriolanus ere-
mitiorum apud Saxonum prope Lauernas. Egidius Viterbiensis Biétrinum locum non
procul à Pisauro. Iosephus Pamphilus apud Pisas viisse ait cum Ioanne de Cella
secundo post Ioannem Bonum ordinis Generale. Circa tempus huius Ioannis de Cella
habuisse cum fratribus Augustinianis afferit ex Henrico de Vrimaria Ioannes Gonza-
lez de Critana, imo & prope Lauernam eisdem post accepta stigmata conuixisse. Pa-
lus Morigia aliquandiu eis commoratum afferit ad Sanctum salvatorem non procul à
ciuitate Senarum. Vnde quæso tanta locorum varietas? vnde mira haec temporum con-
fusio? vnde speciosi huius monachatus adeo incerta origo? Profecto origines rerum,
quæ nunquam fuerunt, nusquam inueniuntur: & si assignantur non tam pro rei veri-
tate quam pro hominum imaginatione erunt quot capita tot sententiae. Cesena ciuitas
est Romamulz; Saxonum, vrbs Pisarum, & Senensis longis interuallis dissident in
Tuscia. Pisarum ciuitas est in Piceno. Ita ut non solum diuersæ ciuitates, & loca, ve-
runt etiam & varie regiones arque prouinciaz tyrocinio Francisci praescribantur. Tem-
porum item hic admiranda confusio; Ioannes Bonus, ut ex longius discusso annorum
calculo probauimus, pluribus annis Francisco superuixit, quippe hic diem suum obiit
anno 1226. ille autem 1249. & tamen Ioanni Bono successisse ait Pamphilus Ioannem de
Spelunca, huic vero Ioannem de Cella, & cum eo S. Franciscum apud Pisas vixisse. Sane
ego non dubito subesse errorem in hac successione Generalium ut Marquez contendit,
at nimis crassus est, Franciscum non solum Ioanne Bono, verum etiam huius succello-
ris successore posteriore, vel eis coæcum constitutere. Neque levior ille error Cri-
tanæ Augustiniani ex Vrimaria Francisci incolatum inter eremitas Augustinianos
etiam post recepta stigmata constituentis, cum exteri sat se obtinuisse putent, si
annis septuaginta ante inficta vulnera suum conuictorem fuisse demonstrent.
Vide quæso, quæ monstra pariat studium & affectus. Vnus studij proprij error mul-
tos generauit in historia. Ita comparatum est ut qui figmentorum perspectu' aures prebent,
& ipsi max' aliquid effingunt, quo si ut errorum quasi illusio veritas visitata, profusa sum eu-
thoristato perdat.

*Admissio eti-
hoc tyrocinio
Franciscus nō
posset duci
Augustinianis.
§. 1. per to-
rum.*
Marq. c. 16.
§. 1.
Marq. c. 13.
§. 17.

Addam, quod eti contendentibus annueremus Ioannis Boni Franciscum fuisse eo
biennio discipulum, neque tamen exinde suum dicere possent Augustiniani. Id facili ne-
gotio probatur, nam si ut supra largius probauimus circa annum 1208. aut sequenti se re-
traxit in eremum prius ille eremita, & ex literis Apostolicis Innocentij IV. & narratione
Iordanis de Saxonia constat plures annos anachoretam egisse, post quos regulam Sancti
Augustini à sancta obiunxit Sede, nihil prorsus vendicare iuris sibi poslunt Augusti-
niani in Sanctum Patriarcham, quod & ipse dillertator admittit, dummodo illud pro-
betur. At probo quam breuiter, & clare ex bulla Innocentij IV. relata ad verbum
per ipsius dillertatorem in qua ita res narrantur per Guilielmum S. Eustachij Cardina-
le m. Sane ad audienciam domini Papæ pertinet quod bona memoria frater Ioannes Bonus pri-
mus in ordine vestro primus apud Budriolum Cesenensem diæcessis de concessione diæcessi
loci eiusdem domum incepit, & dum fama conversationis eius per loca vicina crebresceret &
plurimi converterentur ad eum, Ecclesiam in honorem B. Marie Virginis construxit ibi-
dem: crescente autem numero, & merito eiusmodi conuersorum, religio vestra per eos in
diuersis partibus in quibus mansiones construxerant, existit propagata. Cum autem iidem
Religiosi

De prætenso monach. S. Francisci. 15

Religiosi aliquam de approbasi regulam non haberent, quidam ex eis accedentes ad sedem Apostolicam obtinuerunt ab ea Beati Augustini regulam sibi dari, & sic ex tunc caperunt in regularibus obseruantius instrui, & regulariter se habere. Hæc eadem ferme per omnia transcriptis Jordanus de Saxonia, ex quibus manifeste patet plurimis annis crevile & adoleuisse horum eremitarum congregationem ante acceptam à sancta Sede regulam Sancti Augustini, & ex illo tempore cœpisse in regularibus obseruantius instrui, & regulariter se habere, quod & probat meus dissertator additque ad illud vñ. Marq. c. 26. s. 3.

*que tempus non vixisse eos conuentualiter, sed anachoretarum more solitarios. Quo autem certo anno vel tempore hoc factum non est qui firmiter dicat. Marquez ex illo suo coniedurario annorum calculo deducit contigile circa annum 1200. sed supra s. 4. per nos largius probauimus, neque Beatum Ioannem Bonum eo anno adhuc conuersum. Iordanus de Saxonia, ait post vñionem eremitas hos regulam accepisse, & superius. Iord. citatus. facta sub Alexandro I V. iam vir sanctus erat defunctus; si vero de vñione quarundam peculiarium congregationum facta sub Innocentio I V. anno 1. sui Pontificatus (: nam & de vtraque vñione agit cap. 14. ad quod se hoc loco remittit) potuit adhuc superesse: illa enim vñio incidit in mense Decembri anno 1243. mortuum autem B. Ioannem Bonum scribus ostendimus an. 1249. Non tamen coherent hæc cum bulla Innocentij IV. qui ait post acceptam regulam Sancti Augustini Beatum Ioannem Bonum per plures annos præfuisse fratribus, & propter excrescentem numerositatem postea officio cœfissile, atque annuente & confirmante Episcopo Casenate fratrem Mathewum sibi substituisse, deinde elapsò aliquoto tempore angelo præmoniente Mantuanum abiit moritus, ubi vitam terminavit, quæ sane plures annos requirunt quam quæ intercedunt inter 1243. & 1249. Deinde conuincitur ex bulla Gregorij IX. *Dudam apparuit.* Data Lateran. 9. Kalend. April. Pontific. anno 14. quam præter alios refert dissertator ante annum 1241. qui tunc recurret, introducam in hanc congregationem regulam Beati Augustini nam & in dictis literis Pontifex eos vocat eremitas fratris Ioannis Boni ordinis Sancti Augustini. Projecto Reuterendi. Nicolaus Crusenius eremitarum Augustinianorum, in Germania visitator generalis, non semel constanter afferit post annos 25. vitæ anachoreticæ transactos datam hanc regulam sancto viro eiusque aseelis: quod si ita verum sit, efficitur ut post annum 1233. illam acceperint, non ab Innocentio III. ut Marquez & Crusenius eius per omnia ferme transcriptor affirmant, sed à Gregorio Crusen. citatus. nono, nam ad annum 1208. vel 1209. quem statuimus eius conuersionis, si viginti quinque adiunxeris, iam numeratum 1233. vel sequentem computabis. Imaginare ergo quæ ratione potuerit Franciscus instituto suo ordine anno 1208. vel si maius, sequenti Augustinianus ex hac congregatione dici, cuius sc̄tatores non nisi post viginti quinque annos vite anachoreticæ iuxta Crusenium regulam acceperunt, & non nisi illa accepta, ut habet Pontifex Innocentius caperunt regularibus obseruantius instrui, & regulariter se habere.*

Respondetur ad opposita argumenta. §. 4.

- I. **E**XAMINEMVS iam tandem quæ meus dissertator pro sua stabilienda sententia proponit. Rationes eius prius adducam, deinde coassertores. Illa prima & postulata, quæ aliqualem primitus speciem aduersæ sententiarum ministravit, nimirum quod sanctus Franciscus illo biennio ex communione nostrorum, cum aliorum authorum consensu tunicam, corrigiam, baculum & calceos gestarit, atque inde habitum eremiticum tulisse communiter dicatur. Hæc vero certa esse indicia propriamque tesseram eremitarum Augustinianorum probat ex singulis, primo ex tunica, quæ etiam post fundationem ordinem Minorum adeo assimilabatur exteriori vesti eremitarum, ut per Pontificis sententiam necesse fuerit litem inter utramque religionem dirimere, & tunicarum tollere similitudinem. Secundo ex corrigia quam per amplam cinxisse Augustinianos ostendunt Gregorij & Alexandri bullæ, quarum clausulas vel ipsas integras nos dabinus inferius, quam etiam eos accepisse ab ipso Augustino assertit Jordanus & Antoninus; Marquez vero dicit ab ea occasionem sumpusse Petilianum calumniani Auguslinum, atque contra eum inferendi, quod iudicauerit Anton. sit. Christum esse Ioannem Baptistam, quia ad similitudinem Baptiste zona pellicea Aug. lib. 3. praecincti, candem suis sc̄tatoribus prescripsit in monasteriis, quæ vir sanctus conlit Pet. lib. 40. instiuit.

instituit. Francisci item corrigiare peramplam & Augustinianum similem fuisse ex eo certum inquirit, est quod vir pœnitens non angustum vel delicatum assumueret cingulum, neque si tale esset appellaretur *Zona* à Sabellico, Polidoro Vergilio & Ludouico Granatensi, nam inter probatos autores *Zona* amplum & forte significat cinctorum ut communiter docent interpretes ad illa verba Christi: *Neque pecuniam in Zonis vestris.* Conformat hoc item verbum Hispanicum *cinto*, quo Marcus Vlissipponen Francisci corrugiam explicavit. Tertio ex baculo, nam & hoc insigne eremitarum esse docet Vincentius Belvacena loquens de Sancto Christiano eremita, quod etiam portasse Elium March. 10. constat, ut ad hoc ipsum annotauit Cassianus, & in bullâ Gregorij noni iussi sunt eterni. Marc. lib. 2. *te Augustiniani baculos quinque palmorum semper gestare conformiter ad illud quod* 29. c. 11. *refert Iordanus de Saxonia Augustinum præcepille fratribus ut absque baculis non incepissent;* 4. Reg. 4. *quod insertur ex illo eiusdem Sancti Dockoris sermone ad fratres in eremo: Por-* Calixt. lib. 1. *ramus etiam baculos, per quos intelligitur disciplina, sub qua semper parati esse debemus.* Lord. lib. 1. *Calceatoe, item incessisse eremitas Augustinienses manifeste habetur ex bullâ Grego-* Aug. Serm. 27. *rii noni, ubi præcipitur eisdem eremitis ut adeo suarum vettium longitudinem temperent;* 27. ad fratr. in eremo. *quod à quibusque ipsorum calceamenta libere videantur; nempe ut apparenti & manifesto signo discriminarentur à Majoritis exalceatis, quos nudipides peculiariter elogio vocavit Petrarca. Itaque si iuxta illud Ecclesiastici: *Amictus horribili sonoratis de eo: neque* Eccli. 19. *Rex Ochozias aliud requisiuit signum ut Eliam Thesbiten agnosceret, quasi ut intento-* 4. Reg. 18. *ganti cuius figura & habitus erat, diceretur: Vir pilosus, & Zona pellicea accinctus renibus;* Vnde. lib. 19. *qui negabit Franciscum ex eremitis Augustinianis fuisse, qui non solum vnituta, venusti- etiam ornata illorum gestabat insignia, ut cura descripserunt præter ceteros Vincentius & Antoninus dicentes: *Habutum eremeticum tunc temporis babuis, baculusque manus gestans,** c. 98. *pedibus calcoatus & corrigit corporis cinctus incedebat.**

*Speciosum semper visum est hoc argumentum Patribus Augustinianis; sed nihil magis tumultuarium, quam robustum. Neque à me dissentiet, qui Pontificia que offero re- scripta, perlegerit. Illa originem, & institutionem huiusmodi eremitari docebunt vestimenti, quam ex certis & optimis tabulis eruere dispiicitur non credo Patribus eremiti- Hieron. ep. 14. ad Aug. tis: quod si displiceat, *in ipsis culpa est, qui provocant, non in me, qui respondere compulsum, & ea manifestare, per quæ veritas rerum inuolucris imminera, caput altius attollat, & desiderantibus se ipsam manifestius exhibeat.* Tantum itaque abeit, ut ab eremitis Augustinianis aut à Ioanne Bono insignia illa corrigit, baculi aut nigri habitus Franciscus acceperit, ut illi potius ea acceperint à sede Apostolica quibusdam annis à Francisco defuncto. Sciendus itaque est quod legatione fungentibus in partibus Lombardie Raynaldo ex Comitibus Signiæ Gregorij noni nepote Episcopo Ostiensi, qui deinceps Alexander IV. renunciatus est, & Thoma de Capua Campano presbytero Cardinali S. Sabine, exorta est controversia non parua inter Minores & fratres Ioannis Boni, hi enim diuersumodè in habitu extero incedentes, adeo ordinis sui substantiam variabant, ut omnino similes viderentur fratibus Minoribus in multiplicem derogationem corundem & scandalum plurimorum. Quibus Pontifici per suos legatos relatis, ad differentiam manifestam statuit per dictos legatos, ut ex clausula quadam inferius Infra in hoc §. n. 18. à nobis proferenda bullæ Innocentij IV. conslabit, ut eremite habitum vel album vel nigrum omnes assumerent, eundem peramplis & patentibus corrugis præcingerent, baculos quinque palmorum grandium in manibus portarent. Sed cum illi nigrum habitum eligerent, præcepit ut largas & protensas haberent manicas, quasi ad initia cucullarum, & vettium longitudinem adeo temperarent, quod à quibusque ipsorum calceamenta libere viderentur, ut sic habitum confusio semoueretur & scandali auferretur materia. At dum in quibusdam partibus Marchiarum eremite his statutis non parerent, scripsit Pontifex anno 14. sui Pontificatus ad Episcopos illius provinciæ, ut eos compellerent obedire. Operæ pretium erit ipsum Pontificem audire.*

Bulla Greg. [Gregorius Episcopus senius seruorum Dei. Venerabilibus fratibus Episcopis per An- III. conitanam Marchiarum constitutis &c. Dudem apparuit in partibus Lombardie religio, Apparet in cuius professores vocati eremite fratris Ioannis Boni, Ordinis Sancti Augustini, nunc succincti tunicas cum corrugis, baculos gestantes in manibus; nunc vero dimissis baculis incedebant pecuniam pro eleemosynis, aliisque subliidis depositentes, & adeo variantes ordinis sui substantiam, ut dilectis filiis fratibus Minoribus uniformes in derrogationem multiplicem ipsorum ordinis crederentur, eisdem propriæ hoc minorem apud fidèles sentientibus in suis oportunitatibus charitatem. Sane cum per venerabilem

Lombardia ordo san. Boni. Turnat ha- Rosis.

ostum.

De prætensiō monach. S. Francisci. 17

venerabilē fratre nostrum Hostiensē Episcopū, & bonā memorī N. tituli sancte Sabine presbyterū Cardinalem, tunc in partibus illis legatione fungentes, huiusmodi præsumptio ad nostram audientiam peruenit, nos ne identitas vestrum in ordinib⁹ ipsiſ confusione pareret, & inde scandala grauiora consurgerent ad utrōrumque quietem providimus, statuendum, vt Prior & vniuersi ac singuli fratres prædicti ordinis Sancti Augustini in exterioribus vestimentis, quæ nigri vel albi debebant esse coloris, Corris prescribantur
bamus. quorum altero, videlicet nigro, iam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos, largas & protensas manicas quasi ad instar cucullarum, & desuper ipsa ferant perainplas corrigias & patenter omnibus apparentes, ita quod omnes cincti deforis eas vestibus nequam contegant, & portantes in manibus baculos quinque palmarum grandium, ac ex prelē in elemosynarum petitione, cuius sint ordinis declarantes, adeo si uarum vestium longitudinem temperent quod à quibusvis ipsorum calceamenta libere videantur: vt sic habitus confusione renotra, & sublata materia scandalū à prædictorum Ordinum fratribus possit virtutim Domino liberius & gratius deseruiri. Verum cùm quidam eremita præfati ordinis Sancti Augustini, ac alijs religiosi supradictis eternitis conformes habitu in eadem Marchia constituti, formam prædictæ identitatis prohibitam gestare dicantur, in corundem fratrum Minorum in famam, & scandalum plurimorum, fraternitatibus vestris mandauit, vt vniuersis & singulis cremitarum ac religiosorum prædictorum distritetiis iniungatis, vt circa præmissa memoratæ prouisionis statutum inviolabiliter obseruantes, cum qui monitus non resipuerit, donec redeat ad mandatum à suo consortio excludere non postponant. Ceterum quia pietas persuaderet, vt ipsi ex obedientiæ studio præmium honoris & gratiæ consequantur, eos prædictam prouisionem laudabiliter obseruare studentes curetis benigno fauore prosequi, & tanquam catholicæ Ecclesie filios faciat ab aliis consouerti. Si verò suæ voluntatis arbitrium præferendo iudicio vestro contrauenire præsumplerint in eos excommunicationis sententiam promulgetis, quam per vestras ciuitates & dioeceses publicari solemniter, & eosdem tanquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam appellatione remota arctius uitari ab omnibus faciat. Dat. Lateran. 9. Kalen. April. Pontificatus nostri anno 14.]

- IV.** Ex his literis quæ habentur in regesto Gregorij I X. sub numero 1. illius anni, & apud meum dissertatorem, illud prium liquet non adeo vetustum tunc sive illud institutum Joannis Boni, quippe Pontifex ait: *Dudum apparuisse in partibus Lombardie* consequenter ad ea quæ à nobis superius statuta sunt circa annorum seriem de cremitatu Joannis Boni, & admissa in eius societatem circa annum 1233. regula S. Augustini, propter quam causam Pontifex eius professores appellat fratres Joannis Boni ordinis Sancti Augustini. Sed Marquez vult vocabulum *Dudum* non solum breue, sed & longum quandoque temporis spatium significare. At teste Valla de exiguo tempore dicitur, & constat ex Genesi, vbi de facta veneratione Jacob quoniam ipso eodem die edit Isaac, ait, *qui dudum capiam venationem assulit mihi.* Et Exodo, vbi farina *dudum de Aegypto confusa* dicitur quæ paulo ante illinc abducta est. Sed & Alexander I V. in bulla: *licet Ecclesiæ ann. 2. sui Pontific. quam dissertator transcripsit*, ait, *Dudum à se Apostolicum mandatum emanasse* circa vñionem plenam eremitarum, quam non nisi anno antecedenti tentauerat. Plerunque ergo ita hæc vox *Dudum* significat, præcipue apud Pontifices, vt in eorum videre erit testis. Secundum itaque excogitauit responsum dissertator, aliud nempe esse apparere & incipere, atque ita fundationem potuisse esse vetustiorem, sed apparitionem recentiorē. At quomodo tam diu latere potuit, quæ primitus fundata est à Ioanne etiam tunc superstite, & quæ ut fundaretur sub regularibus obseruantis publice accessit ad sanctam sedem, vt regulam impetraret; quæ item sub ipso institutore extra Romanulam in alias provincias breui exercuit in magnam numerositatem?

- V.** Secundum conjectarum est non adeo essentiale huius illius habitum, nec à Sancto Augustino acceptum, vt non potius libere fratres nouum elegerint, aut à Pontifice eiusque legatis accepterint, vt ex prelē habetur in bulla Innocentij I V. cuius clausulam infra dabimus, quam antiquum retinuerint, aut pristinum renouauerint. Id tam ex superiori interfuit bulla, quam ex sequentibus manifestius probatur; nam statutis à Pontifice huiusmodi vestibus inirum in modum reluetarunt, propterea que rigorosius cum illis agendum fuerit, vt eas assumerent. Appellationem etiam interposuerunt ad ipsum Pontificem, ne ad huiusmodi habitum deferendum compellerentur, cuius appellationis occasione Episcopi aliquantum segnes executores Apostolici mandati scinet exhibuerunt, quos obinde Pontifex datis literis eodem anno 15. Kalen. Augusti carpit, iubetque vt

*Eam quidam
ex Augusti-
nensibus no-
admissioni.*

*Marq. c. 3. iii
princ.*

*p. 5. 2. pet to-
tum.
Duidum quale
temporis spa-
tium signifi-
cat.*

*Marq. cita-
tus.
Valla lib. 2.
eleg.*

*Genes. 27. v.
Exod. 12. v.*

*33.
39.
Marq. c. 4.
3. 1.*

*Marq. c. 3.
in princ.*

*Interponunt
appellationis
Augustinian.
circa præser-
viam suis ha-
bituum.*

Apologeticus

non obstante illa appellatione absque mora ad executionem procedant. Habentur haec literæ in regesto pontificio num. 126.

*Bulla Greg.
9. qua subest
ut cogantur
ad hunc habi-
būm affun-
dandum.*

Gregorius Episcopus &c. Apparente dudum in partibus Lombardie &c. [Hic præ- V I.
mittit Pótfex superiores literas verbatim, deinde addit.] {Sed vos ut accepimus circa mā-
datum nostrum tepidi & remissi occasione cuiusdam appellationis, quam ad nos super his
interposuisse dicuntur, illud exequi & contra prouisionis nostræ contemptores procedere,
de quo miramur plurimum, omisisti. Licit igitur contra vestram in hac parte desidiam
non intrometi moueri possemus, adhuc tamen obedientiam vestram experiri volentes,
vniuersitati vestrae per iterata scripta districtius præcipientes, mandamus, quatenus ad ex-
ecutionem prædicti mandati sub præfata appellationis & contradictionis obtentu, ac mo-
ræ dispendio, singuli in vestris ciuitatibus & diœcesibus procedatis ita, quod vterius de
negligentia redargui non possitis. Dat. Lateran. 15. Kal. Augusti an. 14.]

*Recurrens
personaliter
ad Pontificem.*

Neque etiam hoc sufficit ut habitum nigrum, nec corrugiam vellent hi Patres eremiti VII
gestare, nam personaliter cum quibusdam ex suis fratribus frater Andreas Prior Genera-
lis maioris partis eremitarum Marchiæ coram Pontifice se constituit instanterque postu-
lavit ut admittetur ad prosecutionem appellationis iam dictæ. Quem ut Pontifex circa
hoc noluit audire, humiliter cum sociis nortine cæteroru consodalium supplicauit ut con-
cederet eis cucullas discinctas portare, quippe talis vsus cucullarum satis sufficere videba-
tur ad distinctionem manifestâ Minoribus, qui suos habitus præcinctos cerebant, & con-
sequenter relaxaret Pontifex suum mandatum de cucullis nigri coloris induendis. Quibus
ita annuit Pontifex ut ad Episcopos Piceni scriperit, quod secundum hanc facultatem eis
fieret, cogerenturque ad prædictas cucullas discinctas gestâdas intra terminum quem præ-
scriberent Episcopus Firmanus & Abbas de Climento ordinis Cisterciens ad quos etiam bi-
nas dedit circa hanc rem literas, quaruin exemplaria hic offero ex regesto eiusdem Gre-
gorij sub superiori anno numeris 140. 141. 142.

Gregorius &c. Venerabilibus Fratribus Episcopis per Anconianam Marchiam constitutis.

*Bolla alia.
qua subest
cucullas di-
scinctas per-
mitte.*

Dudum apparuit in partibus Lombardie &c. [Denuo repetit hic primas literas usque ad VII.
illa verba] à suo confortio excludere non disponant. [Deinde addit.] {Si vero voluntatis arbitrii
præferendo iudicio rationis contrauenire præsumerent, in eos excommunicationis
Sententiam proferretis, ipsam per vestras ciuitates & diœceses publicari solemliter, & eodem
tanquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam, appellatione re-
mota, arctius euictari ab omnibus facientes. Sed vobis ut accepimus circa mandati nostri
executionem tepidis existentibus, & remissis contra nostræ prouisionis contemptores oc-
casione cuiusdam appellationis, quam ad nos super his interposuisse dicuntur minime
procedendo Fr. Andreas Generalis prior maioris partis eremitarum Marchiæ, cum quibusdam Fratribus suis in nostra præsentia constitutus se admitti ad prosecutionem appelle-
tionis iam dictæ cum instantia postulavit. Nos autem friuolam reputantes candem, ipsum
super hoc, sicut nec debuimus non duximus audiendum. Cæterum dicti Prior & Frates
pro se & eremiti prædictis nobis humilitet supplicarunt ut eis cucullas portare discinctas
concedere curaremus, mandatum nostrum de cucullis nigri coloris ferendis misericorditer
relaxantes, eo quod talis usus cucullarum ad distinctionem prædictorum habituum sa-
tis sufficere videretur. Nos autem eorum in hac parte supplicationibus duximus annuen-
dum. Quare vobis per Apostolica scripta firmiter præcipimus, & mandamus, quatenus præ-
dictos eremitas cucullas de cætero, ut dictum est, gestare discinctas, singuli vestrum per
suas ciuitates & diœceses sub cuiuscumque appellationis & contradictionis obtentu post
terminum quem Venerabilis frater noster N. Firman. Episcopus, & dilectus filius Abbas
Clareuall. de Climento Cisterciensis ordinis Camerinen dicit. quibus super hoc scripta nostra
dirigimus, eis duxeuim præfigendum per censuras Ecclesiasticas compellatis. Non ob-
stante statuto de ferendis corrigiis super cucullis ab eis edito, & per nos ut dicitur confir-
mato. In aliis vero eremitis & religiosis superiori nominatis, qui se ad portandum cucullas
similiter discinctas altringere noluerint faciatis statutum nostrum iuxta traditam vobis
formam inviolabiliter obseruari. Datum apud Criptam Ferrat. 15. Kal. Septembri an. 14.]

De prætenso monach. S. Francisci. 19

Exemplar literarum ad Episcopum Firmanum & Abbatem de Ciento.

*Gregorius &c. Venerabili fratri. N. Episcopo Firmano & dilecto filio
Abbati Claranall. de Ciento Cister. ord. Cameri-
nen diaecesis &c.*

IX. [Cum Venerabilibus fratribus nostris vniuersis Episcopis de Anconitana Marchia de-
dictimus in præceptis ut singuli per suas ciuitates & diæceses , fratrem Andreæ Prio-
rem, & eremitas eiusdem provinçie sibi subiectos post terminum , quem vos ei duxeritis
præfigendum sub cuiusvis appellationis & contradictionis obtenuit per censuras ecclæ-
siasticas cucullas discinctas gestare compellant , mandamus quatenus eremitis prædictis
ad hoc faciendum competentem autoritate nostra terminum præfigatis. Datum apud
Criptam Ferrat. 12. Kal. Septembbris an. 14.]

Eisdem.

X. [Gregorius &c. Licet vobis dederimus in mandatis , ut fratri Andreæ Priori , & ere-
mitis Anconitanæ Marchiæ sibi subiectis , ad gestandum cucullas discinctas præfigeretis
terminum competentem , nolentes tamen ut negotium huiusmodi diutius retardetur , di-
stricte vobis per iterata scripta mandamus , quatenus Priori , & eremitis prædictis ad id
faciendum proximum festum nativitatis dominicæ authoritate nostra terminum præfiga-
tis. Datum apud Criptam Ferrat. 10. Kal. Septembbris an. 14.]

XI. Neque adhuc vniuersa hac industria Gregorij potuit fieri ut Eremitæ Augustiniani in
hunc habitum conuenirent , quare post factam ab Innocentio IV. immediauto Gregorij
successore vniuersam quarundam congregationum Richardo S. Angeli diacono Cardina-
li , cui vniuersus Augustinensium ordo fuit commissus , scriò agendum fuit cum eis , de cer-
to & determinato habitu assumento , ad differentiam aliorum ordinum , quibus ex con-
silio discretorum ex eisdem viroorum , concessit eundem quem antea Gregorius Pontifex
præscripsit , efformatis baculis in crocias ad modum Thau , que ferularum genera com-
muniter Hispani & politiores Itali vocant *muleta* , Lombardum vero vulgus *crocce* seu *gruc-
cie* , quorum transuersum lignulum prohibebat esse curuum sed directum. Id autem notan-
dum , neque hic neque alibi præscribi aut assignari pro ratione assumenti huius habitus ,
eum originarium ordinis Sancti Augustini fuisse , neque à S. Doctore præscriptum , sed ad
differentiam à Minoribus alijsuc ordinibus , ut ipse Cardinalis expressius insinuat. Eius
statutum & literas Innocentius suis insertas in hunc modum confirmavit. Habentur au-
tem in eius regesto num. 15. non ad hanc , vel ad illam congregationem , sed ad vniuersos
eremitas ordinis S. Augustini directæ.

*Innocentius &c. Dilectus filius N. Visitatori generali & Prioribus ac fratribus eremitis
vniuersis ordinis S. Augustini.*

XII. [Pia desideria deuotorum eo debemus benigno favore prosequi , quo in ipsis Dei glo-
ria , ac animarum salutis noscitur contineri. Sane dilectus filius noster R. Sancti Angeli
Diaconus Cardinalis cui ordo vester à Sede Apostolica est commissus , ad differentiam
aliorum ordinum certum habitum deferendum , tam à professis fratribus , quam con-
uersis ac etiam nouitiis dicti vestri ordinis de consilio quorundam discretorum fratrum ve-
strorum vobis prouida deliberatione concessit , prout in patentibus literis eiusdem Car-
dinialis consecratis exinde , ac suo sigillo signatis plenius continetur. Nos itaque vestris sup-
plicationibus inclinati quod ab eodem Cardinale super hoc factum est ratum & firmum
habentes id authoritate Apostolica confirmatus & presentis scripti patrocinio commu-
nimus. Tenorem autem literarum ipsatum de verbo ad verbum præsentibus fecimus an-
notari , qui talis est : Richardus miseratione diuina S. Angeli Diaconus Cardinalis , viris
religiosis , suis in Christo dilectis , visitatori Generali Prioribus & vniuersis fratribus ere-
mitis ordinis S. Augustini tam præsentibus , quam futuri salutem in auctore salutis. Si ad
cænam Domini conuocati , nullius excusationis patrocinium prætendentes , vos abnegati-
stis , & vestra eligendo per religionis austerauitatem diuinum pabulum promergetur decet vos
taliter gubernari constitutionum habenis , quod certos vobis terminos constitutos , tenta-

*Fatius à Pa-
pa Protectore.*

*Habitus Pro-
fessorum.*

*Habitus Cé-
terorum.*

*Ierm. Noui-
tium.*

tionibus aliquando instigati transgredi non possetis impunes , certis signis in vestro habitu insigniti. Sane cum ordo vester nobis sit à Domino Papa communis, illa statuere ac cogitare cogimur , per quæ vobis salus proueniat & honestas. Vnde habito consilio quorundam fratrum vestrorum discretorum , tenore praesentum duximus statuendum , quod fratres vestri ordinis professi deferant cucullas nigras , prout haberet poterunt in cuiuslibet prouincia , tamen non tintetas vel accidentaliter coloratas, desuper corrigiis cinctas, & in manu crocias , in quarum superiori parte non sit curvum lignulum , sed directum. Conversorum vero habitus sit portare superiorem tunicam nigram , & capucium nigrum non tintatum & crocias supradictas. Novitij autem ferant cappam nigram usque ad talos, tunicam, scapulare, corrigiam & crociam memoratam , quæ curetis studio vigili dante Domino obseruare. In huius vero rei testimonium praesentes literas fecimus nostri sigilli munimine roborari. Datum Assisi 9. Kal. Iulij Pontificis Domini Innocentij Papæ IV. anno 10. Nulli ergo, &c. nostræ confirmationis , &c. Datum Assisi Kal. Iulij anno 11.

*Marq. c.14.
§.8.*

*Adhuc non
concordat in
habitu Au-
gustinens.*

Hic tamen non obstantibus adhuc persistenterunt quidam ex eremitis in sua renitentia XIII. principiæ illi , qui de Brittanis dicebantur , et si à tempore Gregorij IX. S. Augustini regulam habuerint , & eremite ordinis S. Augustini dicti sint , ut constat ex eiusdem Pontificis literis quas resert Marquez , & confirmavit Innocentius successor Lugduni 15. Kal. Octobris an. 8. sui Pontificatus & habentur in suo regesto sub num. 83. Quare tertio adhuc Pontifici Alexandro IV. incubuit haec cura tollere causas dissidiij , & cogere eos, principiæ Brittanenses , ad assumendum & retinendum habitum à suis predecessoribus prescriptum , vel ab ipsis Brittanensibus petitum , ut sugerent nigri coloris vestem & corrigiam. Id fecit , datis literis ad Archiepiscopos & Episcopos totius sermè Italie , quartum exemplar ex archiuo nostro Bononiensi extractum , hic subiicitus.

[Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis XIV. & Episcopis per Lombardiam , Tusciam & Romaniolam , ac Tarquiniam & Anconitanam Marchias , Ducatum Spoletanum , Patrimonium B. Petri in Toscana , Campaniam & Maritimam , ac Regnum Siciliæ constitutis : salutem & Apostolicam benedictionem. Recordamur liquido & memoriter retinemus , quod dudum apparuit religio in partibus Lombardia , cuius professores vocati eremiti ordinis S. Augustini , nunc succinti tunicas cum corrigiis , baculos gestantes in manibus , nunc vero dimissis baculis incedebant , pecuniam pro elemosynis aliisque subsidiis depositentes , & adeo variantes habitus sui formam , ut dilectis filiis fratribus Minoribus , uniformes in derogationem multiplicem ipsorum Ordinis crederentur , eisdem propter hoc minorem apud fideles sentientibus in suis opportunitatibus charitatem. Sane cum per nos tunc in minori officio constitutos , & bo. me. N. tituli sanctæ Sabinae presbyterum Cardinalem tunc in partibus illius legatione swingentes huiusmodi variationis presumptio ad fel: rec: Gregorij Papæ predecessoris nostri audientiam peruenisset , ipse ne identitas vestium in Ordinibus ipsis confusionem pataret , ac inde scandalata grauiora consurgerent ad vitiorumque quietem , statuendum prouidit ut priores & viuerci ac singuli frates predicti ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis , quæ nigri , vel albi debeant esse coloris quorum altero videlicet nigro , iam electo ab eis , ipsos idem predecessor voluit manere contentos largas & protensas manicas ad instar cucullarum , & desuper ipsas deterrent per amplias corrigias , & patenter omnibus patentes , ita quod omnes cincti detoris eas vestibus nequaquam contegerent , & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium , ac expresse in elemosynarum petitione , cuius sint Ordinis declarantes , adeo suarum vestium longitudinem temperarent , quod à quibuscumque ipsorum calceamenta libere viderentur , ut sic habitus confusione semota , & sublata materia scandali à predicatorum ordinum fratribus , posset virtutum Domino liberius & gratius deseriri. Intelligentes vero frater Andreas tunc generalis Prior de Brittanis ordinis suprascripti , & alii fratres sui , quod ad predicta seruanda sicut & ceteri cogerentur , ad eiusdem predecessoris presentiam accepserunt , pro se & eremiti prefatis humiliter supplicantes , ut eis cucullas portare discinetas , quod sibi facilius existimabant , concedere dignaretur , mandato de cucullis nigris ferendis circa eos misericorditer relaxato , eo quod talis usus cucullarum ad distinctionem predicatorum habitum satis sufficere videbatur. Quorum supplicationibus idem predecessor in hac parte duxit liberaliter annuerendum. Verum cum sicut accepimus , ipsi eremiti de Brittanis , obtentu quatuorundam literarum super hoc à sede Apostolica obtentarum ac etiam alii eremiti iam dicti contra statutum iam dictum & provisionem ad communem pacem prouide factam , & in eorumdem fratrem Minorum inflammatam , & scandalum plurimorum iam]

De prætenso monach. S. Francisci. 21

iam in pluribus venire præsumperunt & nos propterea velinus predicta quæ salubriter staruta fuerunt, à supradicto predecessorre nostro, ubique, & ab omnibus eremitis sive religiosis, cuiuscumque sunt ordinis in exteriori habitu fratribus Minoribus ante dictis conformibus inuolabiliter obseruari, fraternitati vestra per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus predictos eremitas de cætero statutum prædictum firmiter obseruare, ac illos de Brictinis, cucullas prout ipsi, ut supra dictum est, tunc acceptarunt gestare discinetas, ac alios omnes, qui nigras non portant, seu albas singuli vestrum per suas ciuitates, & diœceses, sublato cuiuslibet appellationis & contradictionis obstaculo & literis Apostolicis de corrigiis cinctis super cucullas non portandis, per eos impetratis nequaquam obstantibus, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam districtius compellentes, & in eos qui contrauenerint, sententiam excommunicationis promulgetis, quam per vestras ciuitates & diœceses publicari solemniter, & eisdem tanquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam appellatione remota, evitari ab omnibus arctius faciatis. Dat. Laterani octavo Calendas Martij Pontificatus nostri anno secundo.]

V. Id etiam obseruandum quod hic & ubique Pontifices causam horum statutorum affligant differentiam constituendam inter eremitas & Minores, dum his nullos volunt assimilari. Sed alias etiam instantibus Minoritis & illorum Generali Ioannis Particulari apud eundem Pontificem, qui etiam causam hanc prætraxit apud Innocentium I V. ut habet Marianus Florentinus, postea addidit Alexander literas pro vniuersis eremitis Ordinis S. Augustini cogendis ut statutum à Gregorio suo predecessorre habitum, omnino deferrent, ubi etiam, sicut in præcedenti, refert literam hanc & controvèrsiam exoram dum ipse legationem obiret in illis partibus Lombardis, & se simul cum Cardinali Sancte Sabinae exorientis admonuisse Gregorium Pontificem, quare suæ legationis tempore itante, nec tamen ab eremitis sancti Augustini obseruata, iterum renouat & censuris additis confirmat. Habebatur hæ literæ Bononiae ad sanctum Franciscum originariæ, authenticæ verò apud Minorés Ticinenses; transcriptæ item apud Petrum Rodulphum & meum dilectoratem in hunc modum.

VI. [Alexand. Episcop. seruus servorum Dei, Venerabilibus fratribus vniuersis Archiepiscopis & Episcopis per Lombardiam, Tusciam, Romaniolam, ac Tarquiniam, & Anconitanam Marchias, Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Toscana Campaniam & Marinam ac regnum Siciliæ constitutis salutem & Apostolicam benedictionem. Recordamur liquido & memoriter tenemus &c. [ut in proximè transcripta bulla usque ad] posset virtutum Domino liberius & grarius deseriri. Cum autem dilectus filius noster Richardus sancti Angeli Diaconus Cardinalis vniuersas domos & congregations eremitarum predicatorum (quarum quædam sancti Augustini, quædam sancti Gulielmi, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni: aliquæ de Fabali, aliæ verò de Brictinis censebantur) in vnam ordinis eremitarum S. Augustini professionem & regularem obseruantiam perpetuo de mandato nostro duxerit vniendas: & nos dicti Cardinalis procelium conuenienter cum voluntatis nostræ proposito approbantes, præmissa omnia duxerimus confirmanda, statuentes ut vniuersi Piores & fratres in professione predicti ordinis eremitarum sancti Augustini taliter cuncti nigris dumtaxat, & nullis aliis alterius coloris cucullis aliquatenus uterentur. Nos volentes ut præmissa quæ de vestimentis exterioribus à lepe dicto predecessorre nostro circa præfatos eremitas statuta fuerint salubriter, & ab ipsis, ut recolimus, acceptata, ubique & ab omnibus eremitis vnitis taliter, & aliis vniuersis inuolabiliter obseruari, fraternitati veltræ per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus quatenus predictos Piores & eremitas: ac alios qui nigras penitus seu albas cucullas non portant, quod usque ad festum omnium Sanctorum proximè venturum nigri prorsus coloris cucullas assumant, abieciunt aliis, deferendas & firmiter prædictum statutum de cætero studeant obseruare singuli vestrum per suas ciuitates & diœceses, sublato cuiuslibet appellationis & contradictionis obstaculo & literis Apostolicis impetratis, vel etiam impetratis per eos, nequaquam obstantibus, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam districtius compellatis, & in eos qui contrauenerint etiam excommunicationis sententiam promulgetis, quam per vestras ciuitates & diœceses diebus dominicis festiis publicari solemniter, & eisdem tanquam excommunicatos usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, evitari arctius ab omnibus faciatis. Datum Anagnæ 15. Kalen. Iulij Pontificatus nostri anno secundo.]

VII. Nescio prosectorum quid in re adeo clara responderi possit: nihil enim aliud inculcante diplomata, nihil insinuant Pontifices, nihil aliud verba somant, nisi propterea assignati eremiti

Marian. lib.
L.C. 23.
Secunda præ-
cipia Alex-
ander Aug-
ustin. ut ha-
bitum illam
gessarent.

Rodul. fol.
182.
Marq. c. 9.
s. y.

Iubet ut om-
nes feratis ba-
biu à Gra-
gorio præ-
scriptum.

nicis huiusmodi habitum, ut patulum, & populis manifestum, fieret discrimen inter eosdem & Minoritas, neque nullum habetur verbum de prima institutione huius habitus per sanctum Augustinum, neque hortantur Pontifices ut veluti originariam, & tanquam suo instituto prescriptam per sanctum doctorem vestem suscipiant, quantumcumque Marq.c.4.6. constipatis & conquisis hinc inde testimonii illud probare Marquez contendat, quorum vim omnino dissoluunt aperte Pontificum narrationes praecitate. Atque hinc illam diurna tot annorum reluctatio, quae non potuit tolli per tot Pontificum diplomatica, adiecitque censuras, neque enim credendum est opus habuisse viros religiosos tot praceptis & coactionibus ut suo institutori obedirent in exterris indumentis gestandis, si haec ipsa illis assignaret.

Ad id praeceps has retulimus bullas ut ostenderemus neque habitum, neque corrigiam eremitarum originem habuisse ab Augustino, sed ab exorta illa controvacia, & illius temporis Pontificibus maxime a Gregorio eiusque legatis, ut habet Innocentius IV. §.3.8.11. in bulla *Sane ad abundantiam*, superius a nobis citata ubi expressis verbis ita habetur. *Et quia eorum (: supple eremitarum) habitus, qui habitui fratrum Minorum videbatur conformis, apud aliquos scandalum quedammodo suscitabat, de mandato & autoritate duorum Cardinalium, qui tunc in partibus Lombardiae legatione fungebantur officio, nigrum quem gestus adhuc habitum, elegerunt.* Quid adhuc egemus testibus? quid amplius in hac re desideramus? Non accepit. Restat nunc id idem de baculo demonstrare, quod nullo praetabimus negotio. Gregorius omnes baculos in bulla *dudum apparuit*, superius relata, & denuo ab eodem repetita, primus statuit, ut omnes eremiti baculos, prescripta a se mensuræ quinque palmorum, ad differentiam a Minoribus in manibus portarent, quod adeo agravat quidam ex eis tulerunt, ut quidquid aliud ad discrimen vellent, & cucullas portare discinctas quam baculos gesta. Supra no. 8. re, ut patet ex eiusdem Gregorij bullis datis apud Criptam Ferrat. Deinde eremiti & seqq. Brictinis Fanensis dioecesis orditis S. Augustini in conditis a se statutis & normis vivendi, confirmatis a Gregorio nono dato diplomaate Perusij. Idus Martij Pontif. an. 8. & ab supra no. 11. Innoc. I V. Lugduni 15. Kalen. Octob. anno item Pontific. 8. & a dissertatore ut dixi relatibus singula indumenta, tunica, cucullam, scapularia, corrigiam & alia praescribunt & circa cul tellos, calceos & caligas quedam praecipiunt, nec nullum verbum habent circa baculos gestandos. Deinde non solum Brictionen. verum & vniuersi ordinis S. Augustini eremiti adeo baculos exosi sunt, & durè tulerunt mandatum Pontificis Gregorij, seu eiusdem legatorum de huiusmodi baculis ferendis, ut ad Innocentium eius successorem recurrerint, humiliiter postulantes ut mandatum hoc vellet relaxare, quod ille per subsequentes literas misericorditer concessit. Habentur in eius regesto numero 560.

*Innocentius &c. Prior generali & universis fratribus ordinis
Eremitarum, &c.*

Conceditur [Quanto studiosius diuinæ contemplationi vacatis, tanto vos ab iis quæ videntur vobis luctuosis afferte dispendia spiritus libertius reuocamus. Sane petitio vestra nobis exhibita baculos non continet, quod olim a quibusdam legatis Sedis Apostolicæ de speciali mandato eiusdem Sedis, ut dicebant, statutum exitit, ut quilibet frater veltri ordinis quo cumque ipsum ire contingat, gestare in manu propria baculum teneatur. Cum autem sicut alteris delatio baculorum huiusmodi certis ex causis molesta vobis existat, & nimium tridosa, & per hoc vestris metibus obductis turbationis nubilo contingat multoties apud vos sanctæ contemplationis otium impediri; Nos vestris deuotis supplicationibus inclinati, quieti vestre in hac parte consulere pro remedio cupientes, ut eosdein baculos, non obstante statuto praedicto, inuiti deferre minime teneantini auctoritate vobis praedicta indulgemus. Nulli ergo. Datum Perus. 2. Idus. Martij an. 10.] XIX.

Eandem cōcedat Alex. Ecce quam clare ipsa illorum Patrum eremitarum Augustinianorum concessione & relatione delatio baculorum inter eos originem habuerit ab illis legatis Sedis Apostolicæ, & proinde se ab iis ferendis dispensari petierunt, quod petituros nequaquam crederem si a sancto magistro Augustino eis praescriberentur haec ferulæ, nec reiecturos vetulum & originarium sui ordinis insignie. Deinde consequenter ad hanc dispensationem Alexander quartus id ipsum induxit in bulla unionis magnæ, per Richardum Cardinalem Cherub. to. factæ, quam etiam meus referit dissertator, nec non Larrius Cherubinus & ego ad clarioriem totius rei & unionis factæ notitiam huc lubens transcripsi. *Bullam* *Sub Alexan.* [Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Lamphranco Generali ordinis a. bullæ. 6. XXL

nis eremitarum sancti Augustini, & vniuersis Provincialibus, Prioribus & fratribus eiusdem ordinis tam præsentibus quam futuris, salutem & Apostolicam benedictionem. Pulchra & concinna varia res Ecclesiastica.
 Licet Ecclesiaz Catholicæ integratem corporis sui sincera membrorum diuersitas subministret, & circumamictus species multiplicibus in ea varietatibus decoretur, nihil tamen in ipsa exprimit contrarietas inconcinnum, in qua consensum nutrit inseparabilis concordia charitatis & individuam souet vniuersitatis conformitas fideique simplicitas vnitatem: verum circa edificationis fabricam quæ in templum sanctum in Domino, operariorum eius studio moliente succescit, credimus assidue prouidendum, ut in varietatibus partium quæ ad decorum structuræ dominicæ adhibentur, sic appareat distincta diuersitas, ut non sit confusio indiscreta, nec alterius forma importuna consimilatio dñe speciem præcedat alterius, sed singula quæque certum proprij modi ordinem sortiantur. Hac sane consideratione commoniti, cum consona in vobis eremitarum appellatio, & parum diuersa professio disparibus titulis & in aliquibus dissimili habituum schemate discreparet, cogitauimus sponsæ Christi (in cuius veste piz sacra religionis depinxit instauratio cætus veltrorum) conuenire decori si religiosa militia veltra castra, quæ sub uno vocabulo, non magna disciplina distantia secernebat, sub communi capite indifferenti incorporationis fædere iungerentur, ut ex pluribus cuncis acies una consurgeret, fortior ad hostiles spiritualis nequitie impetus conterendos. Propterea dudum mandatum Apostolicum à nobis emanauit, vt de singulis domibus vestris, quarum quedam sancti Guilelmi, quedam sancti Augustini Ordinum, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni, aliquæ vero de Fabali, aliæ vero de Biestrinis censemabantur, & apud homines ambiguis interdum nuncupationibus vacillabant, duo fratres cum pleno mandato ad nostram mitterentur præsentiam quod nostra circa vos salubriter ordinaret dispositio, recipiuri. Cumque fratres huiusmodi ad sedem Apostolicam accessissent coram dilecto nostro Richardo sancti Angeli Diacono Cardinali, quem negotio vñionis veltræ perficiendo vice nostra deputauimus, sufficientia ad id exhibuere mandata, & in Generali capitulo vestro in vrbe celebriter congregato, nomine omnium à quibus fuerant destinati, & de communii capituli eiusdem assensu, vos & domos vestras in vnam ordinis obseruantiam & viuendi formulam vñiformem redigi, vnumque ex eis ouile fieri, Generalis Prioris præsidia gubernandum, vnanimiter consenserunt; petentes ut per gratiam vñionis & conformitatis huiusmodi eis iuxta conceptum votum paupertatis sponte perpetua possessionum terrestrium abdicatio remaneret, & ipsis baculos, vel ferulas deferendi, imposita necessitas tolleretur, collata in Cardinalem eundem prouidendi vobis ea vice de Generali Priore totius ordinis nihilominus potestate. Porro idem Cardinalis nostri autoritate mandati, viuo ad eum sermone directi, necnon & concordi corundem fratrum, ac prædicti capituli consensione suffultus, vniuersas domos & congregations vestras in vnam ordinis eremitarum sancti Augustini professionem & regularem obseruantiam perpetuo conuiuit, sub generalis cura Prioris canonice instituendi pro tempore præ aliis Provincialibus, nec non & conuentualibus singularum domorum Prioribus regulariter gubernandas. Et ut nouam ouilis dominici vñionem vniuersalis capitii vñitas consummaret, te dilectè fili frater Lamphrance in Generalem Ordinis eiusdem Priorum & patrem Spiritus sancti gratia inuocata præfecit, ac etiam, prout à nobis specialiter in mandatis accepérat, confirmavit; vos vniuersos & successores vestros à baculis & ferulis deportandis, & quod non cogamini ad recipiendas pollesiones alias, vel habendas decernens perpetuo liberos & exemptos. Nos igitur præfati Cardinalis processum conuenientem cuin voluntatis nostræ proposito approbantes, præmissa omnia grata habemus & rata ipsaque autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus, insuper autem personas & domos vestras sub beatorum Petri & Pauli protectione suscipientes & nostra præsentium authoritate statuimus, vt vos filij Priorum & fratres in professione prædicti Ordinis in præfato generali capitulo ordinata, quo quidem ordine vos perpetuo censi volumus, vobiscum super vniuersarum professionum aut obseruationum debito quas antea feceratis, in prædictis, vel aliis ordinibus dispensantes sub deuota Generalis Prioris, quem nunc vobis diuina ordinatio præstulit, ciusque successorum obedientia perpetuo virtutum Domino seruientes, nigris dumtaxat, & nullis aliis alterius coloris cucullis, ut vñiformis amictus normam eiusdem in vobis professionis ostendat, vt amini de cætero vniuersi. Et ut hæc sancta vñio, quam perpetua pacis tranquillitate gaudere volumus omnibus integritatis sunt perfecta paribus stabilis perseueret, decernimus, ut omnes domus ordinum

vñio magis
sub Cardi-
nali Richar-
do.

Lamphran-
ces exercitus
Generali.
Dispensatur
circa bacu-
los.

supra dictorum quarum fratres iuxta mandati nostri formam ad nostram presentiam non venerunt, ipsi vniioni tanquam corpori membra absque diffugio ullius exceptionis inhærent, & ad observationem prædictorum omnium teneantur. Alioquin sententiam quam tu dilecte fili Prior Generalis & successores tui rite tuleritis in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino usque ad satisfactio nē condignam appellatio ne remota in uiolabilitate obseruari. Nulli ergo omnino liceat hanc nostræ confirmationis protectionis dispensationis & constitutionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotens Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursum. Datum Laterani, 5. Idus April. Pontificatus nostri anno secundo.]

Hic etiam fatentur sibi impositam necessitatem baculos seu fetulas deferendi, videlicet per mandatum Apostolicum, & propterea petunt ab eo dispensari, quod & Cardinalis Richardus concessit, & Pontifex confirmauit. Dum autem huiusmodi dispensatio, non constabat Episcopis Italiz, iuxta scriptas ad se literas, tam à Gregorio, quam ab ipso Alexander de cogendis eremitis ut habitum præscriptum à Gregorio gestarent, illos ad hoc compellebant grauibus censuris, efformatis etiam in eos processibus, ut simul baculos deferrent. Recurrentes vero eremiti ad Pontificem Alexandrum, sequens reportarunt ab eo re scriptum aliquot mensibus ab vniione iam facta: habetur au-

Marq. c. 4. §. 9. tem diploma apud meum dilectatorem.

[Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis XXIII & Episcopis per Lombardiam, Tuscam & Romaniolam, ac Tarquiniam, & Ancoritanam Marchias Ducatum Spoletanum Patrimonium beati Petri in Tuscia Campaniam & Maritimam ac Regnum Siciliæ constitutis salutem & Apostolicam benedictionem. Literas nostras vobis direxisse meminimus sub hac forma. [deinde inserit literas à

Supra n. 16. se datas Anagni. 8. Kal. Julij Pontific. an. 2. quos supra decimus, subiungitque.] Vos itaq: authoritate literarum ipsorum prædictos Priors & eremitas (: prout ex parte ipsorum fuit propositum coram nobis) ad portandum baculos, & facienda quædam alia, que in narratione literarum huiusmodi continentur, compellere intendentes, super hoc monuistis eosdem, vel proponitis admonere, & quidam velut in eos, nisi hoc infra idem festum omnium Sanctorum adimplere curauerint, excommunicationis, suspensionis, & interdicti prostrulgarunt sententias, vel promulgare intendunt, super quo dicti Priors & Eremiti petierunt sibi per Sedem Apostolicam salubriter prouideri. Quia vero nostræ intentionis exitit ut præfati Priors & eremiti ad allumendum usque ad prædictum festum iuxta prædictum statutum nostrum, nigras clumtaxat, & nullas alias coloris alterius cucullas ab eis, abiecit aliis, deferendas tantummodo, & non ad alia per easdem literas cogerentur: volumus, & vniuersitati vestre in virtute obedientiæ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, ut singuli vestrum infra octo dies post receptionem præsentium processus suos contra memoratos priores & eremitas, vel corum aliquos, occasione huiusmodi habitos, sublato cuiuslibet difficultatis & dilatationis obstaculo studeant reuocare. Alioquin ex tunc processus huiusmodi reuocamus, & eos decernimus nullos esse. Vobis etiam vniuersis & singulis inhibemus, ne usque ad festum resurrectionis Dominicæ proximè futurum contra sepe dictos Priors & eremitas vel ipsorum aliquem autoritate prædictarum literarum aliquatenus procedatis. ex tunc vero ipsos tantummodo ad allumendum & deferendum cucullas omnino nigras, tinctas vel non tinctas, non ad aliqua alia compellatis. Datum Anagni Idibus Octobris Pontificatus nostri anno secundo.]

Vbiq; ante & post vniōne manifeſte videtur ægre detulisse eremitas illos Augustini nos, baculos seu fetulas & ex omnibus bullis clarissimis habetur necessitudinem ea deferendi, non à primæua ordinis institutione, sed ab Apostolico proueniente mandato. Id que fatetur Iohannes Gonzales Critana Augustinensis citatus, licet non ad Gregorium aut eius legatos, sed ad Alexandrum quartum anno 1256. rei originem referat his verbis: *Quia bād facile Augustinenses à Franciscanis dignoscerentur, Alexander IV. per breue Apostolicum datum anno verbi incarnationis 1256. mandauit ut Augustina es atrori colore suam vestem imbuerent, baculisque vterentur, quod ea atate ad praxim redactum est.*

Ex calceos rutilis inferatur pro hoc monachis. Quod vero ad calceos attinet, praterquam quod hi omnibus tam eremitis quam Anachoretis, quam item vniuersis ordinibus status secularis coniunctives sint, nec peculiare fuerit signum status regularis in sancto Francisco eos sibi induxit, peculiaius & vero similius ex eis inducitur argumentum ad probandam nequaquam Iohannis Boni fuisse

De prætenso monach. S. Francisci. 25

suisse discipulum. Ille etenim ut S. Antoni. refert, nūquani calceatus incedebat, cui etiam subscrubit Abraham. Bzouius: Constant. Laudensis in eius vita, nec non Cardinalis Viterbiensis Augustinianus ad suminum calepodii vel lignis sotularibus dūtaxat vsum in eremo conscribunt. Vnde ergo ex calceis infertur discipulum fuisse eremita discalceati?

- xxvi.** Fragile itaque & inane desumunt venerandi Patres eremitæ ex Francisci habitu eremito ad eius monachatum Augustinianum asserendum. Quod enim de similitudine vtriusque habitus obiiciunt constat ex bullis Pontificiis non eam exinde exortam, quod Franciscus vestem Ioannis Boni, aut similem induerit, immo potius, quia Francisci vestem, hominibus iam probatam & gratam, inducabant eremite variantes formam sui habitus, & ordinis sui substantiam, ut maiorem sentirent & reciperent in populis charitatem. Quod dum redūdabat in multiplicem derogationem Minorum, ut Pontifex loquitur, iussit ut omnino illi: m deponerent & certum sibi assumerent habitum vel nigri vel albi coloris adiectis aliis insignibus corrigaz & baculi, quibus clarius discriminarentur. Si vero Franciscani mutuarentur hunc habitum ab eremitis, & hi priores essent in possessione, nequaquam illo priuarentur, & concederetur Minoris: dum iniquum cœsetur (ut recenset adnotauit D. Gabriel Pennottus dignissimus Abbas adjs S. Marie de Pace in vrbe, & Procurator generalis congregacionis Lateranen. canonorum regularium vir doctus, nūhi spectatilunus) veros & priscos rei cuiusque polleiores eadem spoliari, atque ultro aduentitis & hominibus recenter natis conferri.

- xxvii.** Quod autem addebant ex Iordanio & Antonino eremitas corrigiam ab Augustino acceptile, longe alienum est à narratiis Pontificum literis, quæ ad Gregorium nonum referunt originem. Neque Iordanus suum assertum aliunde probat, quam ex sermonibus ad fratres in eremo, quorum authoritas iam pridem excidit dum indigne Augustino adscribi docta conilitat discussione. Antonin. vero rem transcriptit ex Iordanio ut vel ex hoc loco contibuit & ipse prefatus est his verbis: *de sacro ordine S. Augustini &c. que inueni bic referto. Quidam religiosus dicti ordinis sic scribit, &c.* Ex illo autem loco Augustini contra literas Petilianæ nescio quid velit, aut possit dilectator exsugere pro sua stabilienda de corrigia sententia. Verba enim Augustini sunt: *Deinceps perrexit ore maledico in usurpationem monasteriorum & monachorum, arguens etiam me quod hoc genus vta à me fuerit institutum. Quod genus vta omnino quale sit, nescit, vel posius toto orbe notissimum, nescire se fingit, inde afferens me dixisse Christum esse Baptistam. Ego certe suspicatus sum quidquam vel aperte vel apparenter habuisse hoc loco Augustinum, quod eius monachos corrigiatos incessuisse insinuaret, dum adeo fiducialiter cum vocat in testem meus dilectator: ac nihil ad rem hanc ibi habet præter relata, ex quibus qua consequentia Augustiniana testera corrigia inferatur plane nescio, etiam postquam consului eundem dilectatorem alibi quo lectio rem remittit, & ubi latius testimonium istud expendit. Sed neque ibi ipse Marquez quidquam ex eo colligit, quam quod Augustin. monasteria fundauerit, eaque in eremo, quos dum Christi vocat discipulos, videbatur inferre Christum esse Baptistam, quia non ille, sed iste vixit in solitudine. Quid hic ex ipsa dilectatoris discussione de zona pellicea? Quid illuc de perampla & lata corrigia?*

- xxviii.** An item similem corrigiam Franciscus sibi cinxerit, an etiam latum vel angustum habuerit cingulum, quis poterit enarrare? conjecturare voluit dilectator ex viri in pœnitentiam affectu, quasi latum præcinctoriū ad eam plus conducat angusto. Curiosum aut scricum cingulum, vel baltheum constellatum hominem dedecet pœnitentem, nō autem exile, quale viuus pollicis mensuræ sanctum Benedictū gestasse, & suis prescriptis narrat Ieann. Diaconus. Quod vero Sabellicus, Polydorus Virgilius aut Granatensis Francisci cingulum vocauerint zonam, nihil refert ad probādam eius amplitudinem: communī enim hac nuncupatione tam intelliguntur exiles aut teretes nobilium vel seminarum zonæ, quam etiā amplæ vel robustæ militares, ut videre est apud obseruatorum lectionum antiquarum. Martialis in Apophoreti de zona agit muliebri, Ouidius in Fallis de zona tereti Piutarchus in vita Demetrii & Spartanus in vita Pescennij de zona militari, ita vt omnia cingulorū genera hoc uno ambiguo zone nomine intelligentur, quare Ambr. Calepin. non aliter zonam declarauit quā per cingulum, quo cingimur. Neq; vero omnes interpres loci istius Matth. *Neg. per uniuersitatem vestris in eam abeunt sententiā, ut in ipsis zonis portaretur pecunia, quin plures Abul. Euchi. Maldona. & alii, ideo id dictū putent, quia ex zonis pendebant communiter marsupia vel crumenæ. Neque minorem habet latitudinem apud Hispanos vox illa cinto, quo vsus est interpres Castellanus Marci Vlippontensis, quin & sumiliter amplas & exiles significet corrigias.*

Antoni. ix.
24.c.13.
Brouard.
1249. n.10.
Laud. lib.1.
c.1.

Aegidi. lib.
10. seculorū
ad an. 1198.
*Eremus
usurpabat
habitu Mi-
norum.*

Pennott. iu-
histos. trip.
lib. 1. c.47.
§.3.

Respondetur
ad conforma-
tionem addu-
ctam in prin-
cipiis §.

Antoni. cit.
c.14.

Augustinus
nihil habet
in conforma-
tionem corri-
gia. §.4.
Aug. lib. 1.
contra lite-
ras Petilianæ
c.49.

Marq. c. 1.
§.1.

Diacon. in
vita s. Ge-
gorij lib. 4
c.82.

Vide Ro-
dign. lib. 12.
c.19.
Martial. in
Apophoreti.
131.
Ouid. 2. Fa-
llor.
Plutar.
Matth. 15.

Baron. ann.
384. n. 16. &
385. nu. 11.
& in notis
ad Martyr.
die Janua.
*Bellar. de
Scriptorib.
Pennott. c.
jo. & seqq.
Supra p. 26.*

*Flam. in vi-
ta S. Domi-
nord. lib. 1.
c. 15.*

*Hoc s. n. 3.
& seqq.*

*Aduic. oft-
duar. ineffi-
cace. defensi-
onem. argumen-
tum ex habitu.*

*Auctor vni-
co de hoc mo-
nachatu in-
haret argu-
mento.
Marq. c. 4. §.
1. & seqq.
Pennot. cit.
c. 23. & seqq.*

Marq. c. 23.

Baculos item, communes quibuscumque eremitis, pastoribus, ruricolis, & diversi ge. XXI.
necis hominibus esse, & semper suis clarius est, quam ut probatione egeat, quam si ve-
lis ubique in sacra tibi occurreret scriptura, & sane Christus Dominus iussit ut discipuli vir-
gam seu baculum ferrent, neque nos negamus familiares esse eremitis. An vero ita pecu-
liares eremitis Augustinianis fuerint ante aetatem Francisci ut eis seruierit in signum &
telleram a sancto Augustino acceptam, hoc illud dubij. Profecto Flaminius refert S. Do-
minicum sive resideret in monasterio sive usquam iter ageret, semper baculum manu
gestasse. Nihilominus peculiarem suile telleram Augustini horum probat Iordanus de
Saxonia, sed inefficaciter ex sermonibus ad fratres in eremo, quos Augustini non esse
iam diximus pro comperto haberi, & largissime probant duo illi Illustrissimi atque do-
ctissimi Cardinales Baronius & Bellarmine, quorum verba nunc recens transcripsi
aliaque multa pro codem confirmingando adiecit argumenta, plane efficacia, Gabriel Pen-
nottus citatus. Addit vero Iordanus praeferat illam suam institutionem baculorum per
Augustinum veritate, seu antiquitate confirmari ait enim per B. Gregorium Papam Ita-
tutum suile, ut huiusmodi fratres baculos quinque palmorum in manibus portarent.
Sed praeterquam quod ad Gregorium, Augustino uno atque altero seculo posteriore, originem vel statutum deferendorum reserat baculorum, quod antea attribuit Augusti-
no, valde placere decipitur circa Gregorium. Ut enī adnotauit ad eundem Iordanum lo-
cum Marcus Antonius Maffa Salernitanus (: quem dignè laudat Augustinus Fiuzanius
in præliminari epistola operis Iordanii) nullibi apud B. Gregorium inuenitur huiusmodi
statutum, neque sane mirum cuin non S. Gregorij primi, sed Gregorij noni fuerit pra-
ceptum, cuius de hac re multiplex expressum testimonium, & plures tabulas omnino
certas superius adduximus. Circa calceamenta nihil occurrit peculiare quod refellatur,
quod enim dissertator colligat ex literis Gregorij noni eremitas suos calceatos incessuisse,
non reluenter. An vero ex re, omni ferme hominum generi communi, quidquam infesta-
tur singulare, quo probetur Franciscum calceatum, non anachoretam aut sui iuris, sed
regularē egisse eremitam id plane nescierim.

Satis me ostendisse iudicauerim debile omnino ac plane nullum defungi ex habitu ere-
mitico argumentum, pro monachatu hoc asserendo, dum certo certius probauit formam
habitus, quem modo gestat Patres Augustiniani, Francisco posteriore. At demus & an-
teriore, vel Franciscus hoc ipso nostro seculo exitille, tunica, corrigiam, calceos, &
baculum gestasse: quis inde serio aut probabilius esformet Augustinianum? Non effica-
cius sane dicet quam qui Franciscanum velit, qui tunicam, chordulam, seu funem nodosum
absque calceis gestarit. Quot undequaque semper & ubique videmus circumcellio-
nes, gyrouagos, & nebulones super tunicas protelas corrigiatos & funiculatos: quot con-
spicimus & audimus solitarios & anachoretas sub virtusq; instituti insignibus in solitudine
latentes? Quid hinc omnes Augustiniani: hinc omnes Franciscani? Absit. An item scire
vellem, illo quo ita præcripta eremitis regularibus Augustinianis haec insignia tunice,
corrigia & baculi, ut quibuscumque vel anachoretis, vel cuiusvis generis hominibus non
prostarent aut licerent? Peculiaris sane non facit instituti, quod pro omnibus fuit institutum.
Circa ipsius S. Augustini vestē plura hic intexere potuilem, nisi maluilem breuitati con-
sulere, nec ita ad singulos huius dissertationis antiactus declinare. Fidentar id dixerim in-
efficaciter Marquez probare in ueste, sua consunili incessuisse sanctum doctorem, quod
largissime & data opera conuincit Gabriel Pennottus, ad quem lectorum remitto, ne vi-
dear actum agere & telum Penelopis texere atque retexere. Plura etiam subministrare licet
de congregationum, sub Augustini regula vñtarum, origine ac cuius fuerint primi in-
stituti certis tabulis monstrare, nisi vererer non omnibus haec placitura. Nolo mihi vitio
vertatur, quod in meo dissertatore aliis displicuit, ex arrepta occasione altruendi mona-
chatus S. Francisci, & sua institutionis ad sanctum Augustinum deducendæ, originem can-
onicorum regularium euertere, plures sanctos illdem Patribus, Benedictinis, aliisque re-
ligionibus detrahere, nobis sanctum Ludovicum Galliz Regem negare, sibi omnino di-
uam Claram Montefalcensem adscribere, aliasque id generis in aliorum communionem
questiones excitare. Ego meo duintaxat adhærebo argumento, nec extra chorūm in hac
scena saltabo, quæ sola monachatum hunc attingunt, vel stabiliens vel refellens.

Ad quasdam vero coniecturas, vbi argumenta defecerunt, meus dissertator descen-
dit, quæ in eo iudicio plus eius causa obsumt, quam prosunt. Quid enim magis infirmam
aliquam sententiam esse confirmat, quam ut non rationes firmæ, sed quædam exiles,
in eo non rationes, sed coniecturæ undequaque pro ea constipentur. Primam autem de-
sumit

De prætenso monach. S. Francisci. 27

sumit ex eo, quod sanctus Franciscus dicatur conuersus biennio illo ante institutam suam religionem; at, inquit; conuersus non dicitur, nisi qui in mundo valedicit, & approbatæ cuiquam religioni se tradit, idque probari ait ex iure canonico toto titulo de conversione coniugatorum secundum expositionem Iurisconsultorum in eundem locum; atque interpretationem aliorum doctorum. Id vere nos libenter admiserimus agi in eo titulo decretalium de perfecta & ultima conversione per omninodum mundi contempnum & religionis ingressum: tractatur enim ibi de dissolutione coniugij, qua non per aliam conuersionem quam per huiusmodi contingit. Præter hanc item & alias esse conuersiones, quis neget, nisi vniuersam reuiciat sacram scripturam, qua ubique scatet huiusmodi phrasis, & modo loquendi, quo vñi sunt, qui dixerunt Franciscum post renuntias patri vestes conuersum fuisse ad Deum. Consulendi libri canonici Eccli. 17. Isaie 55. Ierem. 13. Ezechiel. 18. atque alij passim scriptæ codices, qui peccata vel sacruli vanitates relinquentes, & iustitiam sectantes, conuersos ad Dominum appellant. Atque in hoc sensu est & aliud titulus in iure canonico de conversione infidelium (: ut rubricam rubricæ opponamus) immediate subsequens ad titulum à dissertatore allatum, quem potuisset & consulere, & videre neque à doctribus neque à Pontificibus, neque in iuro canonico sumi in eo dumtaxat sensu conuersionem. Atque in ipsa religione esse conuersorum gradus, & quosdam dici oblatis seu conuersos qui priuilegiis non gaudent exemptionis, alios vero omnino conuersos atque exemptos docet Panormitanus. Amplior sane & communior est conuersionis acceptio, quam ut sois religiosis possit attribui, neque tutum dixerim contra communem loquendi modum scripturæ ad huc solum sensum illam redigere. Circa illa verba de peccatoris conuersione ad Deum apud Zacharium prophetam: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* vide si placet Augustinum in p[ro]l. 70. & lib. 50. homiliarum, homil. 34. c. 4.

XXXII Aliam addit conjecturam ex iis verbis, quibus S. Bonaventura reculit Innocentij Pontificis erga Franciscum & socios dignationem. *Approbauit, inquit, regulari, dedit de penitentia predicanda mandatum: & laicis fratribus omnibus, qui seruum Dei fuerant comisari, fecit coronas paruulas fieri, ut verbum Dei liberè predicarent.* Dum, inquit, refert Bonaventura factas fratibus laicis coronas paruulas, neque de Francisci corona quidpiam eloquitur, probabilitate infertur eam iam habuisse: at non aliunde accepit quam sub habitu & inititu eremitarum, non enim tantum videtur sibi asumptisse ut consuram clericalem voluerit admittere ex priuilegio ordinis adhuc non approbat, sed nihil nimirum sibi attribuit Franciscus sacra iam penitentiæ norma instituta, dum sibi clericali modo capillos in orbe rotundit, A postolica enim traditione ac constitutione in Ecclesiam deriuatum est (velutilatè docet Seuerinus Binius in notis ad epistolam decretalem Aniceti Pontificis) ut cohortum capita in modum sphæræ desuper tondantur, qui à communī hominum vita recentes, excultius vite genus sectantur. Ita Rabban. de institutis clericor. Isidor. de diuinis officiis & ex hoc concilium Aquisgran. sub Ludouic. Pio. c. i. Concilium item Tolet. 4. c. 55. & Toletan. 6. c. 6. 7. & 17. vbi videnda sunt note Garsia Loaysæ in c. 6. ad illa verba, *ut vir detondeatur.* Plura habet de monachorum tonsura Epiphanius heresi 80. aduersus Mallianos: *Oportet, inquit, filios virginis Matris Ecclesia esse reverendos in tonsura,* & Hieronymus epist. 48. ad Sabinianum, Beda lib. 5. de gestis Anglorū & huius ritus meminit etiam Dionis. Arcopag. de Eccles. Hierach. pat. 2. cap. 3. Quid ergo prohibuit Franciscum ne in nouo & excultius vite genere atque sub religiōla penitentiæ ratione comam religiose teneret, præsertim cum iam vnius aut alterius anni spatio, & plurium sociorum sequela iam suum firmarit institutum, nec ullum esset præceptum aut ius positivum Ecclesiasticum, quo teneretur vltioremi confirmationem petere à Pontifice, ut doctores obseruarunt Illustri. Bellarminus, Joannes à Carthagena & Hieronymus Platus, atque ex his ego alias obseruanii. Socium item tunc habuit secum Sylvestrum Affiliatem Sacerdotem, nec tam de eius corona verbum fecit Bonaventura, an ergo & religiose tonsura negabimus, & quotquot erant in illo tunc sodalitio diuino cultui deputati, absque tonsura fuisse dicimus, vel aliunde quam sub hoc vite genere ea insignitos affi[n]tabimus?

XXXIII Tertiam defunxit conjecturam ex quibusdam similitudinibus vite & actionum virtus que Dei serui, Francisci & Ioannis Boni, nullius plane momenti, aut efficaciam ad stabiliendum prætensum hunc monachatum. quare non est cur singulas recenseam, præterum cum ex serie annorum quam supra statuimus evidenter constet, nihil horum potuisse Franciscum ediscere ex Ioanne Bono tanquam ex præceptore, & ex illis multa etiam secundum calculum annorum statutum à nostro dissertatore, non

mis post Franciscanum sodalitium iam institutum euenire potuerint. Verè licet dictum sit de Abrahamo, & quotidie dicatur de vnoquoque sancto Confessore Pontifice in laudibus Ecclesiasticis quod *non est inventus similis illi*, tamen multi comparantur insigni Patriarchæ : & ita inuicem inter se conferuntur sancti Confessores in plerisque heroicis actibus, ut ex eadem virtutis officina prodüsse vel sub eodem magistro audiisse videantur, licet toto orbe aliquando diuisi diuersis saeculis effloruerint. Librum integrum nec parvum molis ante ducentos annos scripsit Bartholomæus Pisanus de conformitaribus vita Christi & Francisci, qui adeo similis quantum homini licuit, vndequeaque apparuit, vt non immerito dixerit Volaterranus : *conservatoris nostri fere per omnia typum gesu*: nec tamen omnia immediate ab ipso didicit Christo: suffecit audiisse & legisse, quæ Salvator effecit ut imitari vellet & sequi: quod & probabiliter de B. Ioanne Bono Francisco coæuo & superstite suspicari licebit. Potuit enim Francisci virtutes audire, ipsum videre, vel cum sociis agere, qui multa de suo institutore adhuc in viuis agente vel iam defuncto referrent, quæ sancto viro ad maiora aspiranti calcaria adderent, ut præclarissimi, iam mundo notissimi, & inter sanctos relati, omnibus æmulandum sectarentur exemplum iuxta illud Apostoli : *Emulamini charismata meliora.*

Recensentur & refelluntur huius praesensi monachus assertores. S. V.

Am tandem deueniendum erat ad rei testes vel assertores, quos in diuersis facies disertator effinxit: aliquando enim in testes apertos seu claros & probabiles vel obscuros, aliquando in domesticos Augustinianos & alterius vitæ viros distinguit, ne si perdiderit turmam vnam, non saluetur & altera. Claros testes enumerat vigintivnum, obscurores plures: Augustinianos multos, externos conuocat vnde decim. Sed antequam horum vires exploremus, ducem tanti exercitus exquiramus. Profecto non aliis assignabitur quam Iacobus Philippus Bergomensis eremita Augustinianus, qui tertio post Franciscum saeculo monachatum hunc primus adiuuenit, ut venerandus Pater Antonius Daza præmonuit. Sed alios hoc priores, antesignanos statuit, & eccille se putat Marquez præmittens Henricum de Vrimaria seu de Alemania, lordum de Saxonia, constitutiones quasdam Patruinas ordinis eremitarum, Marcum Antonium Sabellicum, & Polidorum Vergillum. Hærendum hic paulisper pro afferendo primatu Philippo Bergomensi, ad quem reducenda est totius rei origo: quod facile fieri, si

corum, quos priores Marquez velit, examinemus sermonem & tempus. Citatur Henricus de Alemania (quem eundem elie cum Henrico de Vrimaria ait disertator, sed diuersum facit Ioannes Gonzalez de Critana Augustinianus in Epitome historica vite monastici S. Augustini Hispano idiomate edita, quam Latinam fecit Gregorius Aur. D'aynff. Augustinianus) in tractatu quodam per eum completo anno 1334. seruato in bibliotheca S. Victoris Parisien. in pluteo triplicis G. in hac verba: *Beatus Franciscus cum dilectis fratribus habitauit & ut quidam afferunt fuit frater nostri ordinis in loco S. Iacobi de Aquaviva iuxta Pisas.* Aliter citat locum hunc Ioannes Gonzalez citatus, sub his verbis. Henricus ab Alemania in ea, quam in membranis reliquit historia, inquit: *Tempore Innocenty tertij fuit frater Joannes de Cela, circa quod tempus B. Franciscus cum fratribus sancti Augustini habitauit; & quidam afferunt quod fuit frater dicti ordinis sancti Iacobi de Aquavua iuxta Pisas, ut ex eius vita colligitur, ubi legitur, quod B. Franciscus habitum eremiticum deferens, baculum manu gestans, pedibus calcatus, & corrugia cinctus cum fratribus eremiti sancti Augustini deuotè incessit.* Concludit autem, inquit Critana, quod relitius omnibus solus ad nemus configit. Non expendo modo differentiam utriusque lectionis, fortassis enim interpres Latinus huius epitomes aliter transtulit ex Hispanico, quam codex habeat M. S. Parisiensis, sed illud obiter interrogauerim ubi (: ut ille scribit) legitur in vita sancti Francisci, quod sub illo habitu cum eremitis sancti Augustini deuotè incesserit? Volve sane & revolve quantum placuerit, vitas quascumque ante huius Henrici statutum scriptas atque illam præcipuam à D. Bonaventura accuratè exaratas, neque verbum de eremitis Augustiniensibus inuenire, aut quidpiam de iisdem subodorare licebit.

At quidquid sit de re hac omnino manifesta ipsius testimonij veritaté placuit diligenter inquirere. Datis itaq; literis ann. 1622. ad viros doctos amicos Parisiis commorantes, orauit obnoxius ut omnino rei veritatem mihi explorarent, transcriptis ad eos verbis ipsiis & citationibus quæ apud meum disertatorem habentur. Egerunt cum Bibliothecario sancti

De prætenso monach. S. Francisci. 29

sancti Victoris, atque uno & altero die reuolutis libris sciamni signati, consultoque se-
tiō indice, minimeque inuento tractatulo, transmiserunt mihi subsequens R. Patis
Bibliothecarij testimonium: *Ego infra scriptus testor librum, qui dicitur: tractatus comple-
tus per Henricum de Alemania non esse in Plureo G.G. bibliotheca nostra sancti Victorii,*
*mēque diligenter inspexisse catalogum dicta bibliotheca, & dictum autorem in ea minime re-
periisse, neque ullam eius mentionem. In cuius rei fidem subscriptis 4. Maij 1612. frater Nicolae
Bollaire regularis indignus prefaci loci, nec non bibliothecarius.* Attamen dum mihi subeset
scrupulus circa indagatorum sollicitudinem, mirarerque adeo distincte enumeratis
sciamni characteribus, additis indicis, & tractatuli principio, citari à dissertatore testi-
monium, iterum rescripti ad Hugonem Bardæum nostrum, confessarij Reginæ Chri-
stianissimæ socium, modo collegij Louaniensis Minorum Hibernorum professorem,
rogans ut nouam & sedulan adhiberet operam in hoc opusculo, vndequeaque & per
omnes, si oporteret, pluteos inuestigando. Inuenit tandem & tale dedit responsum:
Omnem possum curam in detegendo eo tractatulo, quem V. R. indicat, in bibliotheca S. Victorii,
*& tandem offendit in quodam libro antiquo papyraceo in quarto, qui seruat in prima aula eiusdem
bibliotheca in sciamno cui inscribi solebant tres G.G. nam & characterum aliquantulum immuta-
tus est ordo. In libro isto continentur plures diversi tractatuli scripti characteribus ferme Gallicis,
omnino similibus & antiquis. In tractatu illo Henrici de Alemania (ut habet inscriptione) non ve-
ro de Virginea, ubi plurimum agit de differentia canonicorum regularium ab eremitis Augustini-
nibus, habentur in pagina 40. folio penultimo ea, que V. R. inquirit sub hac formula verborum.
Beatus Franciscus cum dictū fratribus habitauit, & ut quidam afferunt fuit frater nostri ordinis
in loco S. Iacobi de Aquavia iuxta Pisam. Tandem licensia obtenta à Priore dicti loci ut arctio-
rem vitam assumeret, dimissa Zona & subcellaribus ad nemus se solitarius transtulit. Hæc ibi,
sed in margine diverso & recentiori charactere, etiam cancellata, neque in eadem margine aut in
textu ante vel post, antecedens aut subsequens verbum ullum habetur de Patre nostro Francisco.*

- III. Vide ergo quam suppositius hic testis mercatur fidem, & sane plane constat recen-
tiorem esse additionem hanc, dum ait alios asseruisse Franciscum Augustinianum fuisse,
quis enim aliquando sub illo tempore, aut ante huius Henrici æraté, uno nec multis post
annis, quidquam de hoc prætenso dixit monachatu? Tacco insuper, quod tyrocinij vel
incolatus locum assignet sanctum Iacobum de Aquavia prope Pisam contra commu-
nem Augustinianorum fidem, ut ipse Marquez notauit, de quo nos egimus superius, ac-
que etiam singulariter p̄x omnibus dicat obtinuisse licetiam à Priore dicti loci ut arctio-
rem vitam assumere, deinceps Marq. c. 26.
§. 4.
§. 3. sum. 10.
- rein vitam assumere, deinde solitarium ad nemus se cōculisse, quod est contra Bonauen-
tura & aliorum authorum narrationem qui dicunt statim à deposita ueste cum prædicant
de penitentie & noua ueste instituendat orationem intendisse. Neque minus fictitiū illud
quod refert Critana ex Nicolao ab Alexandria c. 9. collectancorū ordinis Augustini-
ni, scilicet S. Franciscum instrūctum voce Euangelica ad arctiorem vitam assumen-
dam Reuerendum Patrem fratrem Bandinum Priorē monasterij sancti Salvatoris quod
Siua latus dicitur, ordinis S. Augustini Secenis (Senis puto voluisse dicere: in illa enim
diocesi est) monasterium hoc adiisse, durius aliud ueste genus ineundi facultatem roga-
turum. Belle sane sibi cohærent hi authores, ille ad Pisarum, hic ad Senarum priorem
recurrens absque ullo perhibet teste, cum statim ab auditu Euangeli habitum mutas-
se communiter ueste S. Francisci Scriptores enarrarent. Quid? quod & eremita Tuscia, in
qua comprehenduntur tractus Pisanius & Senensis, vñque ad annuin primum Pontifica-
tus Innocentij IV. non fuerunt Augustiniani. Nam præterquam quod ille omnium pri-
mus tunc eos iussit regulam S. Augustini assumere, ut constat ex Bulla eiusdem Incum-
bis nobis data 17. Ianuar. ad vniuersos eremitas Tuscia (exceptis fratribus Gulielmitis
sub regula etiam S. Benedicti degentibus, quos noluit tunc ad illam vñionem reducere)
qua: habetur apud meuna dilectorum & in regesto eiusdem Pontificis num. 333. aperte Marq. c. 3. §.
asseritur eos vñque ad illud tempus regulam obseruantes S. Benedicti, ut etiam ex his §. & c. 118.
duabus literis eiusdem Pontificis qua: habentur in citato regesto sub numeris 576. & 587.
aperte habetur.

*Innocentius &c. Prior & fratribus eremiti in Tuscia Ordinis S. Augustini
salutem & Apostolicam benedictionem.*

- IV. [Cum à nobis petitur, quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo
exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij ad debitum perducatur effectum. Exhibita si-
Ab observan-
ab observan-
tia regula S.
Benedicti.

quidem nobis vestra petitio continebat quod cum regulam B. Augustini vobis concedendam duxerimus, ut à vobis & successoribus vestris perpetuis temporibus obseruetur ac per dilectum filium nostrum R. S. Augustini Diaconum Cardinalem à promissione, quam de obseruando ordine S. Benedicti, vel quocunque alio feceratis de speciali mandato nostro sitis penitus absoluti nos absolutionem ipsam ratam & gratam habentes illam autoritate Apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Later. 5. Kalend. April. an. i.

*Innocentius &c. Prior & fratribus S. Marie de Murceto Ordinis
S. Augustini Pisane diaec. &c.*

[Cum vos & alij eremita per Tusciam constituti de mandato nostro nuper ordinem & regulam B. Augustini duxeritis assumenda, ea perpetuis temporibus seruaturi, ad obseruationem regulæ S. Benedicti quam in eremo vestra fuisse vos professos asseritis denunciamus vos autoritate præsentium non teneri. Datum Lateran. 7. Kal. April. anni. I. Heus bene hæc sibi concordant, ut à monachis seu eremitis sancti Benedicti licentiam & veniam ille expostulet, quem totis viribus contendunt Augustinianum fuisse, & ab Augustiniano initiatum.]

Porro ut ad antesignanos huius exercitus, quos Bergomensi volunt priores, reuer-

*Examinatur tamur. Jordanus de Saxonia ab eis citatur lib. I. Vite fratrum cap. 8. sub his verbis: Com-
testimonium que fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, plurimi ad eum conuersi sunt; in-
Jordanus de
Saxonia.
Marq. c. 13. §. 17.* ter quos fuit B. Franciscus, qui ordinis postea Minorum fundator fuit. Qui in honorem sancte Marie Virginis Ecclesiam construxerunt ibidem &c. Atqui hic etiam suspicio corrupti textus, nam quæ hoc loco apud Jordanum refertunt exscripta sunt ex bulla Innocentij I V. Sane ad audientiam sepius à me citata, & verbatim relata à dissertatore, cuius verba cum iis quæ habet Jordanus hic poterit lector conferre. Ita habet Pontifex vel Cardinalis Guelphus apud Pontificem. Sane ad audientiam Domini Pape peruenit quod bona memoria frater Ioannes Bonus, primus in ordine vestro, primam apud Budriolum Cesenatensis diaecesis de concessione diaecesani loci eiusdem domum incepit & dum fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret, & plurimi conuerterentur ad eum, Ecclesiam in honorem B. Mariae Virginis construxit ibidem; crescente autem numero, & merito eiusmodi conuersorum, religio vestra per eos in diversis partibus, in quibus mansiones construxerant, extitit propagata. Cum autem iidem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, quidam ex eis accedentes ad Sedem Apostolicam, obtinuerunt ab ea B. Augustini regulam sibi dari, & sic ex tunc caperunt in regularibus obseruantis instrui & regulariter se habere. Hac illa Cardinalis, Protectoris horum eremitarum, illius temporis viri, in bulla Pontifica narratio; audiamus nunc Jordani historiam: Erat, inquit, frater magne sanctitatu re & nomine Ioannes Bonus qui primo apud Budriolum Cesenatenensis diaecesis dominiculam quandam de consensu diaecesani construxit & ibi vitam eremiticam in arctissima penitentia duxit. Cumque fama conuersationis eius per loca vicina crebresceret plurimi ad eum conuersi sunt, inter quos fuit B. Franciscus, qui ordinis postea fratrum Minorum fundator fuit. qui in honorem sancte Marie virginis Ecclesiam construxerunt ibidem. In qua simul cum dicto patre virtutum Domino sedula servierunt. Crescente autem merito & numero istorum conuersorum, religio illa per eos in diversis partibus, in quibus mansiones construxerunt, effusa propagata. Vocabantur autem isti homines fratres eremiti fratribus Ioanni Boni, cum ipse ficerit primus institutor eorum & quasi prior generalius ordinem illum paterna sollicitudine gubernaret. Cum autem iidem religiosi aliquam de approbatis regulam non haberent, ordinis eremitarum sancti Augustini de mandato Sedis Apostolica sunt unisi, sicutque vir iste sanctus, qui prius sine regula religiosè vixerat, postmodum sub regula sancti Augustini militans per amplius in deuotione sedula virtutum Domino seruiebat. Non approbare non poterit lector fidelis transcriptionem, & verum transumptum narrationis Pontificiæ, sed male feriatum aliquem opinabitur abrupte inseruisse illa verba, inter quos fuit Beatus Franciscus, qui ordinis postea fratrum Minorum fundator fuit, cum quibus sane non adeo recte, vel in ipsa constructione, connectuntur verba sequentia. Et quidem extra locum suum atque præpropere apposita ipse meus fatetur diligenter.

Marq. c. 16. §. 5. Vnde quæso licuit huic authori historiam hanc narrationi Pontificiæ assuere? quo teste? quo narratore rem alienam à historia Pontificia, attexuit? quo auctore adeo confidenter inducit rem alterius saeculi, & post centum & plures annos solitarius & singularis

De prætenso monach. S. Francisci. 31

laris narrator rem , cui interesse non potuit , alieno affigit relationi ? Quid an non hoc irreperere potuit in aliquod ex illis corruptis , imo & contortis depravatisque exemplari- bus , quæ iam excitasse , seque habuisse fatetur in utraque epistola præliminari Augustinus ^{August. Fi-}
Fluianus eremita , qui primus hunc librum edidit Latinum . Quæ autographa , vel quos ^{wian.}
codices MS. exaratos ante ætatem Philippi Bergomensis (qui errori huic ut contendimus , & mox probabimus primus dedit initium) proferet in medium , per quos fidem con-
ciliat huic additamento ?

- VII. Adde quod de libri inscriptione , vel eius auctore non inane suboriatur dubium . Iosephus Pamphilus in chronicō Augustiniano , Antonius Polleuinus in apparatu , Thomas Gratianus eremita in anastasi Augustiniana , seu de scriptoribus ordinis Augustinensis librum Iordanis de Saxonia inscriptum *Vitas fratrum* referunt incepisse ab illis verbis : *Spiritualis pulchritudinis* . At aliud est initium illius libri , quem sub titulo *Vitas fratrum* ; & nomine Iordanis produxit Augustinus Fluianus quod & dudum annotauit R. & perdo-
^{Pamphil.}
^{Polleuin.}
^{Gratianus.}
^{An. Jord. de}
^{Saxonia fit}
^{auctior libri}
^{de Vitis fra-}
^{rum.}
^{Rofrocydus.}
ctus P. mihi spectabilis Heribertus Rosrocydus prologomeno 1. ad vitas patrum à se edi-
tas , & crudite illustratas . Quare Gratianus librum hunc à Fluianio editum , alium ab il-
lo de vitis fratrum putat , & velut distinctum enumerat . His adiunge non coherere tem-
pus sub quo floruit Iordanus cum ætate auctoris huius libri . Hic enim lib. 1. c. 14. sit se le-
gatione fundum pro priore & capitulo generali Mediolani celebrato , ut acta illorum
comitiorum Clementi sexto præsentaret . Hic autem Pontifex creatus est anno 1342. &
Synodus illa Mediolanensis Augustinianorum , ut refert Pamphilus habita est an. 1343. in
qua Gulielmo Cremonensi ad Episcopatum Nouariensem allumpto suffectus est Dio-
nysius Mutinensis . Sed Iordanum de Saxonia idein Pamphilus reponit circa annum
1408. sub Nicolao Saraceno de Cassia generali , quidefuncto Tholomæo Veneto subro-
gatus est in Synodo Aquilana an. 1400. Gulielmus Eyengrenius eundem Iordanum an.
1409. & Thomas Gratianus an. 1410. clarissime recensent . Quomodo ergo ante annos se-
xaginta vel circiter septuaginta pro generali priore , & Synodo legationem poterat obire
ad summum Pontificem nisi impuberem iuuenem velis ad rem adeo grauem à graui-
fissimo Senatu ad supremum Pontificem destinatum , vel illius annos ultra communem ho-
minum protrahas ætatem . Quomodo etiam minus probabiliter ante tercentum annos
cum scripsisse assicerit Marquez , quem post 1400. effloruisse citati auctores affirmat ? Quid
si his etiam addas auctorem illius libri dicere se familiarem habuisse Henricum de Vri-
maria , hic vero referente Marquez ait se cognovisse Lanfrancum Mediolanensem , qui
creatus est generalis eremitarum in magna vniione sub Alexandro IV. an. 1256. mortuus
que est anno 1264. quæ coherere non possunt nisi Iordanum longuum nimis efficias , &
centum vel plures annos superuixisse contendas . Vbi tot fuit dubia circa librum
hunc suo auctori assicendum , & plures , neque ex inanis , aut leues , suspiciones circa ad-
ditionem illam ad historiam Pontificiam de monachatu Francisci , patua aut infirma sub-
crit fides . Sane inter tot scrupulos nihil cuincet locus ille nec circa Franciscum eremitis
adscribendum , nec circa primatum in asserto hoc Philippo Bergomensi tollendum .

- VIII. Constitutiones etiam quasdam Patavinias factas anno 1315. proinde dissertator produ-
cit quia in eis statutum est , ut de Sanctis Simpliciano , Dominico & Franciso ab illo tem-
pore in vniuerso ordine recitaretur officium hac de causa ut credibile reputar disserta-
tor , quia quandam affinitatem habebant cum ordine Augustiniensi . Cum Simpliciano ,
inquit , communicauit Augustinus sub statu iam monachali , Dominicus iniciatus est sub
canonicis Regularibus S. Augustini Francisci autem affinitatem in nullo ait se posse ex-
plorare , nisi quod monachatum hunc subierit Augustinianum . At ego velim scire an ve-
nerandi Patres eremiti solos sibi affines admittant diuino officio colendos , an solos eos
quibus aliquod cum Sancto Augustino intercessit vinculum , in suis reponant Kalenda-
riis , vel libris inserant ritualibus ? An item omnes pios & sanctos viros cum quibus Augu-
stinus in sua conuersione vel suscepito iam baptisatae consortium iniuit , officio colunt
diuino , vel etiam omnes Sanctos ordinis canonicorum Regularium ita suos faciunt ut
eos precibus concelebrent horatiis , & propterea Simplicianum & Dominicum in suo
ordine coli præcipiant ? Anne credendum est neque Franciscum etiam ad eundem cul-
tum admitturos nisi illa interueniret consodalitatis affinitas cuius cultum sepius & itera-
tus literis , quas non patulas effecimus Pontifices omnibus Christi fidelibus commenda-
runt , & quem religiosi ordines vniuersi in ritualibus sanctorum tabulis sacro honore co-
lendum conscripserunt .

- IX. His subiectis Marcum Antonium Sabellicum , quem Bergomensi posteriorē , aue-

Marq. c. 11.
§. 1.
De confir-
mationibus Pa-
ratinis .
Vide Aug.
lib. 8. c. 11.
c. 1. & 2.

In Annal. ad
an. 1218. &
decim. ps.

Marq. cit. s. cius in hac opinione sc̄llatorem dici, ægrc ait se pati posse. Probat itaque cum suis Ber-

^{1.} Quia prior gomeni si non ætate, quia coævi erant, saltim in scribendo priorem: nam Bergomensis scripsit 5a libro 16. supplementi citat Sabellicum, rescrique Enneadum opus, quod diuinum vocat, bilinguis an Bergomas.

& omni admiratione dignum, elegantissimo conscriptissime stylo & plurimis distinxisse vol-

luminibus. Ego certe nescio vnde Marquez sumpserit hoc testimonium ex Bergomensi, quod tamen habere non diffiteor, at non in eo locovel opere, quod ille perlegerit, aut

Bergom. lib. viderit, ut iam ostendo. Locus ille & encomium Sabellici habet Bergomensis in supple-

16. ad. an. mento supplementi chronicorum: at hoc opus cius non vidit Marquez, imo & scriptissime

1490. An Marq. diffitetur. Nam cum ad testium numerosam constipationem citaret supplementum sup-

vidoris sup- plementi chronicorum Bergomensis Italico idiomate conscriptum dubitarerque ne sibi

plenum obiiceretur non alium à Bergomensi hunc esse authorem vel testem, sed eiusdem operis

supplementi Bergomensis. Marq. pto. aliam translationem, tacitam præuenit obiectionem dicendo aliud esse ab illo hoc opus

xime cit. diuersumque authorem. Probat autem ex inscriptione operis asserens Bergomensem supplementum scriptissime, hoc autem esse illius supplementi supplementum accusatori studio elaboratum, & multis in locis auctum, ut constat ex principio libri secundi, & te-

flimonio quod affert de Diuo Francisco, quod locupletius est in supplemento supple-

menti quam in supplemento Bergomensis.

Hinc mihi probatur & manifestius liquet, non vidisse dissertatorem opus latinum X. Bergomensis inscriptum, supplementum supplementi, cuius liber ille Italicus est mera translatio ut statim ex ipso codice ostendam. Dicam ergo quo ordine & methodo hæc sua opera scripsit Bergomensis. Ante annum 1486. & ætatis suæ quinquagintum secun-

Bergomen. quando scri- dum semel & iterum opus suum historiarum seu supplementum chronicorum termina-

pferit. uit, ac tum tertio perfectum & auctum Idibus Octobris anni prenumerati impressum fuit Venetiis per Bernardum Rizum de Nouaria anno salutis 1490. 15. Maij sub illius Rei

publicæ Duce Augustino Barbadico, in quo opere historiam deduxit usque ad annum illum ipsum quo excusa est, atque ita unam vel alteram narratiunculam apposuit anni illius 1490. & quindecim durtaxat libros habet illud opus, in quibus nec verbum habet

de Sabellico, quippe qui usque ad illud tempus suas Enneades non edidit. Quare ex solo supplemento Bergomensis, quod solum scriptissime asserit Marquez, non potuit illud testimonium afferre, sed ab aliis sortis citatum attulit, & ex supplemento quod solum vi-

dit, sed illud testimonium non habet, citauit. In hoc autem opere lib. 9. ad annum 1490. lib.

11. ad an. 1499. & lib. 13. ad an. 1509. 1524. habet, repetitque Bergomensis plura de mona-

chatu hoc Augustiniano S. Francisci. Deinde post plures annos scilicet anno Christi

1503. & suæ ætatis sexagesimo nono amplius suum auxit opus plura ubique addendo, &

librum sextum decimum adiungendo, in quo habet illud de Sabellico elogium, voca-

uitque opus nouas repercussiones historiarum seu supplementum supplementi à se edi-

ti, historiam deducens usque ad annum 1502. quod edidit Venetiis opere & impensis

Gregorij de Rusconibus an. 1502. die 4. Maij ætate iam decrepita, ut constat ex libris suis,

& epistola quam præmisit, ad D. Antoniotum Sanctæ Praxedis Cardinalem, in qua ita

præfatur: Cum supplementum chronicarum mearum, iam dudum à me multis laboribus, multis-

que vigiliis elucubratum, in Christo Reverendiss. ac Sapientissime Pater & Domine sepe ac sapienter

quadam incredibili voluptate, & animi suauitate perlegerem, didici in eo plurima fore mendosa,

pluraque tam antiqua, quam nova, memoratu dignissima deesse. quamobrem haud parum subtri-

stis diu extitit. Verum tandem, cum me ipsum collegissim, & rem mente diligentissima voluisse,

deum animo incensu, mea verus statu, ac mea tremula manus parumper oblitus, de ipso novem

facere repercussionem constitui &c. In hoc autem opere in principio libri secundi habet il-

lam ipsam observationem accusatoris adhibet diligenter, quain Marquez notauit ha-

beri in opere Italicu, addique frequenter interpres, vel mutat voculam imo & aliquan-

do rei seriem in translatione, sed ut plurimum non sine errore: ut contingit in hac narra-

tione de S. Francisco, vbi ait regulam S. Francisci confirmata in Gregorio, quod tamen

nullibi, vel in supplemento aut in huius supplementi supplemento habet Bergomensis:

licet in posteriori sicut in priore in eisdem locis & ad eosdem annos (: præterquam in li-

bro 13. vbi annum 1509. mutauit in 1503.) agat de S. Francisco. Porro meram esse transla-

tionem ipsa libri inscripto & finis clarius dicunt, quam ut in controversiam aut dubium

verti possit à quopiam qui librum vel leui asperget intulit. Ita enim inscribitur. Supple-

mentum supplementi de le Chroniche vulgare nouamente dat venerando fratre Iacobo

Philippo del ordine heremitano primo auctore agsono & emendato, et qual començà dal princi-

pio dal mondo infino al anno de la nostra salute 1502. Et diligenter vulgarizata per ensi-

Francesie

De prætenso monach. S. Francisci. 33

Francesco C. Fiorenzino. Hac ipsa iterum repetit in fine operis impressi Venetiis an. 1508. Ex quibus conuincor nec Latinam editionem, nec Italicam hanc translationem Marquez vidisse.

- X I. Vedit itaque Sabellicus primas illas editiones Bergomensis, cisque usus est, ut videre est ex indice authorum, quos suis Encadibus scribendis tomo potissimum secundo adhibuit, in quo ad initium eiusdem tomi hunc Iacobum Bergomensem eremitanum adnumerat. Quem etiam citat persæpe præsertim Enneade 7. libro 8. agens de suscepta fide Christiana ab Armeniis Hiberibus & Colchis & libro 9. improbat eundem Iacobum Philippum cum Prospero reponentem Anastasij & Innocentij Pontificatus sub Imperio Honorij & Arcadij fratrum Theodosij Senioris filiorum. Citauit itaque hic ex Bergomensi plurima, & inter cætera illud de Francisci monachatu, neque enim de suo se loqui ostendit, illa usus formula loquendi: *Franciscus, qui, ut scribunt quidam, Aurelij Augustini sacris initiatuſ* & Bergomensis vicem rependit, digno eum co honestans encomio in auctario suo, viginti ferme annis à primo opere seu supplemento edito, in lucem emullo. Iudicet hic Lector quam digne commouecatur dilectator in patrem Daza quia dixit Sabellicum in hoc aserto ducenti habuisse Bergomensem.
- X II. Alium adhuc producit dilectator testem Bergomensi priorem, Polidorum Vergiliū lib. 7. de inuentoribus rerum c. 4. quem si non ætate vel tempore seniorem, sicutim *g. Bergomæ si posterior.* æqualem constituit, ex eo quod, Genebrardo teste, conuiuebant an. 1494. Jacobus Gualterius Polidorum ponens sub finem saeculi 15. Paulusque Iouius sub Henrico 7. Angliae Rege aliquanto anteriorem faciunt Bergomensi; hunc autem Bellarminus in chronologia reponit sub anno 1494. At constat ex supradictis Bergomensem anno 1503. annum egisse sexagesimum nonum, & ante annum 1486. suum supplementum scripsisse. Polidorus vero suam deduxit historiam Anglicanam ad annum 1538. in quo dicit Ioannam, filiam Iohannis Seymer, matrem Edroardi sexti, Henrici octauii uxorem, obiisse ex puerperio nascente eodem Edroardo. Plures etiam annos post 1538. superuixisse eundem Polidorum ex eo loco constat, nam ibidem loquitur de Edroardo iam regnante post Henrici patris mortem, quæ incidit in finem Ianuarij anni 1547. Sed & ipsum illud opus de inuentoribus rerum adolescens scriptis teste Paulo Iouio post editum à Bergomensi supplementum, nam hoc, ut diximus, editum est anno 1490. Polidorus vero nouem post annis illud suum opusculum dedicavit Ludouico Odaxio Patauino, anno scilicet 1499. vt habetur in epistola præliminari. Traxit ergo errorem hunc, vel à Bergomensi, vel probabilius à Sabellico, cuius verba multis in locis transcripsit, & eadem ferine, quæ Sabellicus, habet de Sancto Francisco.
- X III. Iam ergo totius rei origo defletit ad Bergomensem atque sane non solus Pater Daza, verum Ludowicus Prutenus, siue de Prussia in opere suo inscripto: *Trilogium anime* edito Nericbergæ an. 1498. & Marianus Florentinus Bergomensis synchronos, vel qui author est appèdicit ad librum primum chronicorum à Mariano scriptorum ante centum & plures annos, eum primum huius rei assertorem atque inuentorem faciunt. Ut audiui & legi primum huius monachatus authorem huc suisse, desideravi impensis scire, quod ei fundamentum, aut unde rem hanc post integra tria secula eruerit? Inueni, non sine voluptate totam rei historiam in prædicto appendice Mariani, candidè & sine fuso in hunc modum exaratam: *Ad veritatem sciendam, & qua de causa fr. Iacobus Bergomensis scripsit hoc, sciendum est, sicut narravit fr. Hieronymus Battaglia de Mediolano, in loco nostro montis Lucensis apud Pistorium, quando secunda vice venit prædicatus Florentiam, cum sibi fratres conquererentur de hoc; dixit enim se habuisse à fratre Bernardino de Feltro, qui in vita multis claruit miraculis, & innumeris post mortem ubique clarere non cessat, quod cum ipse frater Bernardinus prædicaret semel Mantua in solemnitate Seraphici Doctoris S. Bonaventura inter alia que dixit in laude prefati Sancti, narravit quomodo in concilio Lugdunensi tempore Gregorij decimi celebrati, prefatus sanctus Cardinalis formam habitus fratrum Minorum dederat fratribus eremitanis sancti Augustini, adhuc non concordantibus ad inuicem de forma & qualitate habitus. Aderat tunc prædicationi inter magnam turbam populi dictus fr. Iacobus Bergomensis qui tunc temporis scribebat suas chronicas. Qui post prædicationem ad virum Dei visitandum accessit; & post multa verba, rogauit eum, ut authenticæ sibi ostenderet qualiter sanctus Bonaventura dederat formam habitus eremitis sancti Augustini qui fuerant tot sculpsis ante ordinem Minorum? Cui B. frater Bernardinus benignè respondit, quod licet authenticæ per bullas id demonstrare non posset, tamen in scripturis ordinis, & in laudibus S. Bonaventura illud inuenies. Tunc ille audenter nimium: Ex quo authenticæ, neque per bullas, neque ex authenticæ Doctore hoc*

hoc demonstrare valesis, volo quod in p̄cipito tale mendaciam retractetis. Cui frater Ber-
nardinus, Zelo honoris Sancti Bonaventura, & suarum laudum ductus intrepide respon-
dit; quod veritatem nunquam erat retractatus, quod nunquam mendacium pradicau-
rat, & quod sicut pradicauerat, ita fuerit. Respondit ad haec verba fr. Iacobus. Ex quo hoc retractare
non vultis, & mendacium licet vobis predicare, & mihi mendacium licebit scribere. Es ita abea-
to Patre indignatus recedens, finxit in sua p̄allegata chronica, quod supradictum est de beato
Patre nostro Frâncisco, videlicet quod ipse fuit discipulus Ioannis Bono & professus sub regula ere-
mitarum Sancti Augustini. Ecce, quælo, ex fideli & coquio narratore totius rei, & obfir-
matae inter duos p̄aclares ordines controuersia p̄aclaram originem. Sane historiæ

Cimarell. 4. (:præterquam quod eam retulerit, qui eandē ex ore ipsius beati Bernardini excepit) con-
p. chron. lib. cordat temporis ratio, dum enim Bergomensis ante annum 1480. suam scribebat histo-
6. per totū. riam, Bernardinus hic s̄epius Mantua p̄dicauit vt largius resert in eius vita Bartholo-
Rodulph. in- matus Cimarella vir doctus; & diem ultimum clausit anno 1494. teste eodem Cimarella,
did. c. 7. lib. Petro Rodulpho, Marco Vlissipponen. & aliis fidis authoribus.
1. fol. 85.
Marc. 3. par.
lib. 7. c. 25.

Quomodo At videamus quibus fundamento, quo antiquitatis monumento, quibus solidis ratio- XIV.
probat suum nibus, quod bellè adinuenit, belle probauit. libro nono ad annum 390. loquens de beato
asserum. Ioanne Bono eiusque discipulis, addit: *inter quos & Seraphicum Franciscum Minorum fun-*
datorem fuisse constat nec amplius quippiam adiecit. Sed licet grauem historicum inter-
rogare, vnde quod tanta fiducia asserit, adeo certo constat, ut nullo testimonio, nulla ra-
tione id opus sit probare? Fortasse an ex quibusdam carminibus, quæ ibidem p̄misis-
dum contendit ex Sancto Augustino omnes in vniuersum ordinis Mendicantium pro-
diisse? Illa viri ait eccl. periti; sed Augustiniani (: forte non alterius ab ipso Bergomensis)
& imperiti poterat se prodat opus. Inter cetera, quæ in tanti Doctoris laudem politus ha-
bet vates, quæ subiungo rem nostram attingunt:

Primus hic instituit noster dux nos eremitas,
Cuius ab imperio regula nostra data est.
Hinc oritur post bac duxerunt Carmelitani
Indicat hec eadem tradita norma sibi:
Predicatorum felix hinc nascitur ordo
Canonici primore regula Chrysacos
Tandem quis dubitat Franciscum stigmata Christi
Gestantem primam, quia fueris alter ego?
Hic eremita fuit, sub quo tolerare magistro
Tunc sanctimonie nouerat ipse viam.

Judicet lector quam solide ex his politis constet carminibus Franciscum tyronem X V.
 Augustinianum egisse, que nec suum p̄ficerunt authorem, nec veritati, nec fidei con-
 gruunt historicæ, si annalibus credamus Carmelitarum, qui suam originem nullatenus
 referri volunt ad Augustinum, nec ei regulam acceptam ferunt, quod & multis ostendit
 R. P. Ioannes Carthagena noster vno & altero de hac re tractatu, & p̄cipue c. 5. secun-
 di tractatus. Quidquid tamen sit de hoc, quod alij curabunt, illud vnum. constantis assi-
 tationis fundamentum, illum vnum anonymum Augustinianum ibi testem producit. Sed
 descendamus ad alia loca in quibus hoc ideit inculcat. Libro duodecimo ad annum
 1199. iterum repetit. *Huius sancti viri & patris Ioannis Boni inter celebres prestantesque disci-*
pulos Seraphicum Franciscum de Assisio sanctissimi ordinis Minorum conditorem fuisse constat.
 Sed vnde constat: iam dicit. Sed nequò, inquit, dubites qui forte ignarus huius rei, ex errando
 plurimum talis videatur scriptura: quibus omissa Vincençij Galli histoscii testificatione, qui eti
 30. (debuisset dicere 39.) ipsius historiarum libro c. 98. refers diuum Franciscum fuisse eremita,
 & cum baculo pedestrisque calceatis & corrigia cinctum incepisse, non tamen huius Ioannis Boni
 discipulum fuisse dixit: sed hoc in loco hoc uno versissimo comprobatus testimonio quad apud
 Mantuam, ubi sacratissimum viri sancti extat corpus, & reliqua ipsius vestimentorum reliquia,
 tabellary etiam inter antiquissimas monasterij scripturas chyrographum aliquando vsum est,
 contestans B. Franciscum de Assisio professionem eremiticam sub regula B. Augustini emissum, in
 manibus fratris Ioannis Boni eremita Mantuanus. Libro denique 13. ad an. 1209. denuo ait reli-
 gionis habitum à B. Ioanne Bono incepisse, & in manibus eius professionis votum sub regula B.
 Augustini emissum, ut boc etiam tabellary chyrographo authenticō comprobatur. Postremo ad
 annum 1224. ait ordinem Minorum ex Augustino ianquam fluendum ex optimo fonte ema-
 nasse, neque ulteriore adhibet probationem.

Examincimus iam hoc vnum constantis assitionis fundamentum. Vbi obiter adno- XVI.
 tandum

randum est, non obscurè hominem se primum prodere huins rei authorem: etenim si quispiam in hac opinione præcessisset, si quempiam haberet lux allertionis authorem, si illo prius hunc astruerent monachatum illi nostri dissertatoris antesignani Henricus de Vriniaria Jordanus de Saxonia Sabellicus, aut Polidorus Vergilius, credibile est, vel expressis, vel suppressis eorum nominibus, nō vocaturum in testes rei vel allertionis, quam ex ipsa nouitate verebatur, ne plurimum execranda ut ipse ait, *videtur*. Qui rude & impolitum carmen, vel suum vel cuiusquam ex consodalibus protulit in testimonium, an exprellum & graue fileret vel omittet superiorum authorum? Qui insinuavit inefficacem, ut ipse admittit, Vincentij Beluacensis testificationem, an efficaciorum & probabiliorem prætermitteret aliorum. Non erat sane quem proficeret testimoniū, uno rem hanc chyrographi stabilitatē testimoniū. Atque id sane sufficeret, omnique esset exceptione maius, si constaret. At non constat, neque in hac re quidpiam magis dubium, aut spurium hoc chyrographo, quod nemo vidit nemo legit, nemo in apertum produxit. Sed fortasse credibile est, quod si tale extaret chyrographum, non illud quispiam ex Augustinianis per quadringentorum annorum spatiū in confirmationem huius prætensi monachatus in forma probanti transcriberet, per quod de re nostra actum esset, & suam stabiliteret? An vero simile est extare, vel aliquādo extitisse scripturam, quam per quatuor integra saecula nullus vidit, nec ausit dicere se vidisse. Ille ipse Bergomensis, qui primus post annos tercentum hanc larvam obicit, non audet dicere se eam vidisse, sed aliquando, inquit, *visum est chyrographum*. A quo? queso, quando? quo loci: dic oro te quid continebat, quibus verbis fidem huius professionis astruebat? quo characterum genere scribebatur, qui illi testes, qui professioni subscripterunt? quod illius tabellarij nomen, per quem chyrographum, ut ille vult, stipulatum est? Nihil horum habet Bergomensis, sed aliquando *visum est?* ut quid ipse, si extabat, non legit aliquando, dum Mantua moram traheret? ut quid non exscriptis ut quid non semel à se asserto huic Francisci monachatu non subiunxit?

XVII. Ut mysteriosum & sacrum hoc chyrographum quod credi volunt, non videri, examinaretur aut conspiceretur, multi ex nostris omni adhibita arte, prece solicitudine laborarunt, nec tamen vestigium, nec probabilitatem aut umbram illius poterant explorare.

Apud Marianum citatum testatum habeo Ludouicum de Turre Veronensem aliquando ordinis vicarium generalem, & sepius per Italiam per plures Pontifices commissarium generalem Cruciarum, serio ad veritatem huius rei dumtaxat indagandam sub Alessandro V I. Mantuanam tetendisse, ibique solerti studio egisse cum patribus eremitis, ut chyrographum hoc inuestigaretur. Inuestigarunt, perquisierunt, euoluerunt, nihil tamen huiusmodi apparuit, ut ipse postea retulit huic authori in monasterio sancti Salvatoris Florentie, & montis Caroli Vallis Armenis. Ego item impensis egi de hac re per literas cum Illultris. domino, p̄ia & recolenda memorie viro, Francisco Gonzaga Imperij principe, & Episcopo Mantuano, qui binis ad me datis, ipso quo grandatus mortuus est, anno 1620. testificatus est se per triginta & ultra annos eam civitatem rexisse, nec aliquando potuisse vel vestigium huius chyrographi reperire, nec in hac re quidpiam certi ab ipsis Augustinianis audire.

XVIII. Adhuc tamen huic chyrographo fidem conciliare cupiunt Recentiores eremiti, & assertores huius monachatus quidpiam ex suo penu addentes scriptis anteriorum. Non admirari non possum, qua licentia addant & attigant aliorum assertionibus, & plus eos dixisse velint, quam dixerint. Bergomensis dixit *aliquando chyrographum visum est inter antiquissimas monasterii scripturas*. Paulus Morigia sepius citatus, hoc loco Bergomensem cito, dicit eum affirmasse se illud vidiisse. Amplius aliquid addit Hieronymus Romanus Augustinianus, videlicet illud chyrographum vidisse Bergomensem apud quandam notarium publicum Mantuanum, tamen nihil horum habeat Bergomensis, per quod sibi & testimoniis a se allatis hi probi coassertores fidem derogant. *Testis enim dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adiicit, totum testimonij fidem partim mendacio decolorat.* Sed ita comparatum est, ut qui res nouas nullo pondere firmatas stabilire velint, multa ex suis adiungant, & ex eo ducantur affectu in planos & apertos errores. Inanis quicunque opinio si dum exoritur, non opprimitur, in plurimas excrescit fallacie iuxta illud Ouidij:

— *Fama loquax peruenit ad aures*

Deianira tuas, que veris addere falsa

Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.

Bergomensis ait aliquando visum inter scripturas monasterij Mantuani chyrographum, hi adstipulatores addunt ab ipso Bergomensi visum, idque in manu publici tabularij, &

Facile se pro-
dī Bergo-
men, primū
huius rei as-
serit.

Dubium ni-
mū chyrogra-
phū à Ber-
gomensi ri-
tus.

Supra §. 1.

Roman. lib.
6. reipubl.
Christ c. 6.

Aimbr. lib.

de parad. c.

12. & hab.c.

Pura. 3. q. 9.

Ovid. 9. Me-

tanorph.

Ovid. 9. Mc-

tanorph.

Ita se afferere speciosum sed nimis patulum additamentum. Profecto si certum autographum aut authenticum chirographum ipse Bergomensis vidillet, non adeo liberam fecisset cuique optionem in supplemento supplementi, pluribus post annis à se scripto, ut quam vellat, in hac re sequeretur quisque sententiam, neque enim in re, irrefragabili & omnium firmissimo testimonio comprobata & certissima (: qualis hæc esset, si ipsum haberet apud se, vel videret chyrographum) diceret, vel iuberet ut quisque teneret, quod sibi placeret.

Cum hæc ita sint, & tota controversia origo ad Bergomensem deflexerit, nullumque XIX. produxit nouæ & antea inauditæ huius suæ assertionis fundamentum, præter nouum etiam & cò usque inauditum chyrographum, cuius exemplar nullus produxit, quod nullus exscripsit, quod nemo hominum vidit, plane efficitur, ut inanis hæc fuerit cogitatio ex affectu & studio exorta, ut encomium opponeretur encomio. Dixit beatus Bernardinus Tomitanus hoc viro præsente Bonauenturam tradidille eremitis inter se non con-

*Quam m-
reveratur fisi
coassistentes
Bergomensis*

sentientibus de vestitu exteriori, ultimam formam, quam modo gestant cucullæ: in hoc impune diceret, atque ut moderator moderatori, & cuculla cucullæ opponeretur, iam inuenit magistrum conversione posteriorem qui (si superis placet) Franciscum instrueret, & habitum præscriberet. Inscitur secundo omnes Bergomensi ad stipulantes non aliam

e. Licet ex quadam de repelluntur authores, neque ex numerositate illis aut authori ampliorera fidem accrescere, nam ut dixit Socrates: *Cui non fideres soli, ei nihil magis fidendum est in turba similibus,* Laertius lib. *nec enim refert, quam multi sint, sed quam graves & veri. Nummus adulterinus, eum in quantumus magno aceruo, adulterinus est.*

Producendi nihilominus hi testes, & in suas classes distinguendi, qui dum multa huic XX. controversia inscruerunt & multis extra aduectis veritatem obnubilarunt, distinete sunt examinandi. Nam maxima queque ambigua sunt, dum alijs quoquo modo andata pro competencia habent, alijs vera in contrarium vertunt, & gliscit utrumque ad posteritatem. Maior autem & Aliqualiter potior pars testimoniū constat ex domesticis Augustinianis, quorum eò facilius condonandum errori, quo nobilius erat quod appetebant, & ex suis habebant qui audenter ducem se præbuerint itineris. Mirandum non est errasse, ouium more pergentes, non quo eundum erat, sed quo ibatur. *Quisque sequitur priores, male iter ingrossos; quidni habeant excusationem cum publica via erraverint?* At domesticos testes non admittendos præcipue in re ipsos concernente, & in emolummentum cedente, docent leges earumque expositores. Et

L. etiam C. sane reiiciendum docet non semel dissertator Philippus à Sosa dicentem S. Bonauentura de testimoniis. I. ram Augustinianis præscripsisse cucullam, quia eiusdem erat familiæ Franciscanae. Noluit testes eos ille recipi contra se Franciscanos, & pro se nobis obiicit Augustinianos. Eisdem statuat S. testes 4. q. leges pro Minoribus ac eremitis nisi in se velit retorqueri, quod alteri obiicit: *Pondus & pons, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum.*

Habeo etiam præter communem hunc errorem ex Bergomensi haustum, alias quos XXI. Abbas in e. breuiter obiiciam quibusdam huius classis testimoniis. Omitto quod quosdam citauerit, qui 1. de procur. adhuc in hac controversia nihil in publicum produixerint, velut R. P. magistrum Agi- dum. 4. Marq. 4. 5. diem de Præsentatione, mihi spectatissimum, Coniubricensis Academie primarium 6. & 10. professorem, & magnum splendorem: nunc præ ceteris interrogauerim P. Romanum 10. Trou. 10. v. citatum, qua ratione aut probabilitatis specie afferat Franciscum integro biennio & vili- 10. Notantur tra, Cesena hæsille cum Ioanne Bono, aut quomodo hoc cohaerere possit, quum Bona- quidè erro- uentur & omnium historicorum fide dicentium, quod illo biennio à prima usque ad se- res. Hieros. Roman. cit. cundam conversionem, quo eremitus hic astuit monachatus trinam xilificaue- c. 4. rit aut restaurauerit Assisi vir sanctus Ecclesiam? Deinde scire vellem quæ fide, quoque Bonau. c. 1. authore dicat Franciscum baculum, Augustinianæ religionis insigne, semper retinuisse, Roman. ci- quod tamen deposuisse expresse afferunt Bonauentura, Vincentius Antoninus & alij ratus. Bonau. c. 1. qui que serii Francisci vitæ Scriptores. Tertio quomodo Zainbonitarum seu Ioannis Vincent. lib. 19. c. 98. Boni congregationem eandem esse dicit, cum ea quæ dicebatur fratrum pœnitentia Iesu Anton. tit. 24. c. 2. Christi, seu Saccitarum, à quo item errorem hunc traxit Nicolaus Crufenius, cum has Roman. cit. congregations omnino distinctas ceteri rerum Augustinensium scriptores velint, & c. 5. 14. abunde probat noiter Dissertator, qui etiam à toto corpore ordinis Augustiniani manu- Crufen. pat. c. 1. scilicet diuīsam hanc congregationem multis illisque efficacibus ostendit argumentis; quibus & nos plura adieciimus in notis ad tertiam partem Promptuarij moralis sacrae Scripturæ, Morq. c. 16. pernotum. quod sumus cum concordantia Sancti Antonij Patavini hoc anno publici secundus iugis. Postremo unde accepit Minores semper proprio & certo nomine appellatos suille fratres

De prætenso monach. S.Francisci. 37

fratres de pœnitentia Iesu Christi, idque ex mandato Honorij III. cui contradicunt præter nos, graues quique historici Marcus Antonius Sabellius Paulus Aemilius Abbas Vipergensis, Francisco coævus & familiaris Iacobus à Vitriaco, abunde noster disserator & alii plures. & si adhuc egenus testibus ipse sufficiet Romanus contra Romanum nam paulo superiorius c. 5. iphius Honorij diploma, quo confirmabat regulâ sub titulo fratrum Minorum, pluries in eadem repetito, verbatim refert, & adeò exigo interuallo cap. 6. ait aliter præceptum ab eodem Honorio ut vocarentur fratres de pœnitentia Iesu Christi, quodque magis admirer testem adducit Bonaventuram, qui nullibi per vniuersa opera quidquam simile habet, ita expresse in legenda seu vita S. Patriarchæ scribit contrarium. Alias etiam in nostris Annalibus & regestis Pontificum videre est eiusdem Honorij literas superiori diplomate priores, datas an. 3. sui Pontificatus & sequentibus, quibus non alio quam Minorum nomine nuncupat Franciscanos. Ut facilius & speciosius Franciscus Ioannis Boni alliceretur discipulus ita hæc ordiebatur tela, & apparentia hæc struebantur fundamenta, quæ tamen velut omnino falsa ipse noster reuicit disserator. In hoc sane historico viri graues, & ponderosi scriptores maiorem cuperent solertiam in rebus examinandis, & sequiori trutina librandis, ita ut non immixto dixerint author Bibliothecæ Hispanicæ, & Valerius Andreas in catalogo clarorum Hispaniæ scriptorum, cum censorum notionem minime effugere potuisse. Quod autem addit in lice exorta in die ecclesi Cremonensi de antiquitate inter eremitas & Minores allegatum fuisse in processu Franciscum cum illis eremitam egisse, quale illud mirum, si allegabant eremitæ, idque anno 1499. post adiumentum à Bergomensi monachatum?

Alius mihi restat scrupulus circa ea, quæ scribebat Cardinalis Egidius Viterbiensis de colore habitus Minorum, quem Beretinum ait vocari à Brictinis, loco non procul à Pisafuro, quem Ioannes Bonus incoluerat. Nam nec hæc à ceteris Augustinensibus statuit tyrocinium aut initatio Francisci, nec locum hunc incoluerat Ioannes Bonus, sed Calenam, ut exacti eius vite habent scriptores quam dum aliquando relinquere vellet, & tota nocte omni conatu versus patriam tenderet, ad auroram in eadem eremo Cæsanensi se inuenit, per quod diuinam esse voluntatem intellexit ut eo loci commoraretur, à quo non recessit, nisi ab angelo inonitus ut Mantuanum pergeret, illuc moriturus. Adde his, neque congregationem de Brictinis incepisse, aut eremitas ad soliditudinem Brictinensem se recepisse, nisi post plures annos à morte Francisci, ut Reuerendiss. habet Crusenius Augustinianus. Porro de ethymologia huiusmodi coloris Beretini, Latinis leucophæ, seu cinerei, vellem quempiam mihi proderet authorem; neque enim tanta est inter Beretinum & Brictinense Prosonomasia, seu vocum similitudo ut inde posset vel à longe deduci. Consului plures qui de colorib[us] scripsierunt Aristotelem cum commentariis Sunonis Pertij, Auerroëm, Antoniu[m] Thylesum, Ioachinum Coreum, Ludouicum Doleum & alios: nec quisquam horum etiam Recentiorum & Italorum de huiusmodi coloris origine aut deductione quidpiam tale commentus est.

Contra Critanam habeo quod dicat S. Franciscum Minorum ordinem instituisse sub diuini Augustini regula, quam quia nouis additis præceptis nonnihil immutarat Honorius III. vix adduci poterat ut eam confirmaret. Id solù hunc interrogarim scriptorē, an Augustini & Francisci videb[us] regulas, & quas periodos vel constitutiones in eis legerit, verique instituto cōmunes? Que in etiam consuluerit rerum Francicasnarū aut alium peritum historicū, qui dicat Honorium durum se exhibuisse, vel vix adduci potuisse ut regulam sibi oblatā probaret, idque obinde, quia Augustinianā nouis additis præceptis nonnihil immutarat. Sane Bonaventura & tam vetusti, quam noui nostri scriptores, non circa confirmationem secundam regulā ab Honorio, sed primam ab Innocentio aliquale pallium scribunt difficultatem. Deinde ubi inuenit concilium Lugdunen. approbare sanctorum Francisci, & Dominici instituta tantum ut rem bonā & reipublicæ utilē, & nihil ultra. At vero D. Augustini ordinē approbatum & confirmatum habuisse & declarauisse, prout in ipso Augustinī sculo fuerat, quem item in Concilio Lateranen. codicibus inscribi iussum ait.

Ad euincendam rei veritatem dumtaxat verba Lugdunensis Concilij transcribā. Postquam revocat & extingui iubet ordines mendicantes absque speciali sedis Apostolicæ approbatione institutos post concilium Lateranen. subdit: Sane ad Predicatorū & Minorū c. Religio Ordines (quos evidens ex eis vitiis. Ecclesie universali proueniens prohibet approbatos) presentē rō vatisimur constitutionē extēdi. Hocne est approbare hos ordines, sanctū ut rō bonā, ac reipublicæ utilē, & nihil ultra? an potius ipsam evidentē ex eis utilitatē vniuersali Ecclesie prouidentem (qualē experti sunt in illo ipso concilio in reductione Græcorū per Minorit. is d facta,

Sabell. A.
ead. p. 16.
Æmil. sub
Philip. 2.
Vipergens.
ad an. 1212.
Vitriac. in
histo. Oc-
cid. c. 31. &
epist. ad Lo-
taring..
Marq. c. 16.
Bon. c. 6.

Marq. cita-
tus.
Bibliothec.
Hispa. to. L.
claf. 5.
Valer. Audr.
Roman. ci-
rat.

Examindans
affirmata Vi-
terbiæ.
Viterb. su-
pra cit.
Antoni. tit.
24. c. 13.
Lauden. in
vita lib. I. c.
11. & 13.
Brou. adan.
1249.

Crusco. par.
2. c. 18.

Critana c. 8.
§. 2.
Expedun-
tus quædā
allecta Cri-
tanæ.

Bonau. c. 1.
& 4.

Critan. cito-
rus.

Idem cap. 8
ante §. 1.

facta, & magna Bonaventuræ in eodē prudētia & authoritate) ens perhibere approbatos, ac propterea declarare conciliū non de iis intelligi cōstitutionem, sed iā esse approbatos vel non indigere vltiori approbatione? An vero fuerint ante concilium magnum La-
teranense instituti, iam alias largius examinauimus. De aliis vero duobus ordinibus ad-
dit: Ceterum eremitarum S. Augustini & Carmelitarum ordines, quorum institutio dictam con-
cilium generale praecepsit, in solidō, (seu ut habetur in regesto Gregorij decimi in Vaticano
sub anno 13. fol. 18. & in Conciliis Coloniz nuper editis cum annotationibus Seuerini Bi-
nij) in suo statu manere concedimus donec de ipsis fuerit aliter ordinatum, quod & in gloſa
huius canonis de religios. dom. in 6. adnotatur ita haberi in textu) & sequitur in eisdem
codicibus Vaticano & Colonien. & in gloſa. Intendimus siquidem tam de illis quam de reli-
quis etiam non mendicantibus ordinibus prout animarum saluti & eorum statui expedire vide-
rimus, prouidere. Hoc est (:oro te Critana) Augustiniensium religionem sat comprobata, con-
firmatamque in Antistitum ephemerides redigere? His recte consonant quæ subiungis? Aliter
cum diuorum Dominici & Francisci ordinibus auctum esse, nam licet, inquis, eos dictum cōcilium
approbaris, non tamen confirmavis, nec codicibus, sicut Augustinensem, inscribi iufis. Qui sunt
quæſo hi codices: quæ Antistitum ephemerides? quibus inscripta hæc sacra religio, & ad
perpetuam securitatem reposita, quod alii illi duo ordines non sunt aſsecuti. Profecto
absque ciuiſpia iniuria potius crediderim ipsis verbis cōciliij expreſſe dicentibus, velle
Pontificem & patres concilij eum ordinē in suo statu permanere, non absolute, sed ad tē-
pus, donec ſcilicet aliter de illo ordinaretur. Declarat enim Pontifex ſe intendisse tam de
eremitarum quam Carmelitarum, quam de reliquis etiam non mendicantibus ordinibus
prouidere, prout animarum saluti & eorum statui videret expedire. Sane conſequenter
ad hæc verba, non adeo improbabiliter, nec vero diſſimiliter (: quantumcumque ex ad-
uerso noſter elaboret diſſertator) ſubiunxit gloſa: Hoc eſt deciſum, & diſcebat, quod Grego-
rius nolebas aliquem mendicantū dimittere, niſi Predicatores & Minorē, de non mendicantib⁹
tres, Cifertienſium, & ordinem Nigrorum, & de Templarijs & Hospitalarijs unum ordinē facere.

Deliderarem etiam mihi dicere vnde accepit, ſanctum Franciscum cingulum in fane XXV.
vertiffe ex humilitate, vi qui ſe indignum exiſtimaret, qui remita ſanctam, totque referat mý-
ſterio geraſet, qua toſ tamque ſolemnes ſancti prius uſi fuerunt. Certe tres ſocij S. Francisci,
Iogen. 3. fo- Bonauentura, Vincentius Beluaentris, Antoninus, nullum hic in alias humilissimo ape-
rior. riunt vestigium humilitatis, nec mÿsteriosum quippiam in corrīgia illa ſubodorant mo-
Bonau.c. 3. Vinc.lib. 39. Franciscum eam reſeciffi aiunt. Res autem charz, & quæ in pretio habentur, non di-
c. 98. Anton. tit. 14.c. 2. cuncur reiūci; quæ vilēſcunt & ſpernuntur, reiūciuntur. Cicero 1. de ſitib. ſpernere, inquit,
ac reſecere. Pro Rofc. Amer. Aliquid à ſe reſecere & aſternari Tuscul. 2. Refutetur ac reſec-
tur clamor. De legib. 2. diligere bona, & reſecere contraria. Aliud adhuc eſt quod ſcire veſtim,
Citra. cit. 5. quo loco apud Bonauenturam legerit ſanctissimum doctorem Auguſtinum quinque
vulnerum Christi ſignata in corde ſuo imprefta habuisse, & propterea apposite qua-
dratice Franciſco, vt patrem referas ſua proles. Non inuideo laudem hanc p̄æclarissimo pa-
tri, fulgentissimo Ecclesiæ ſyderi, qui maior eſt omni laude: ſed nollro gratulari ve-
lim doctori, qui eam Auguſtino tribuerit, & grauem hunc ad eſſe cupierim authorem,
quem ſequar in eodem ampliando maxiſi doctoris encomio. Fateor meam inſcritiam,
vel in inueſtigando imperitiam, quantumuis enim Bonauenturæ libros euoluerim, nihil
huiusmodi licuit oſſendere.

Reuerendissimum Patrem Nicolaum Crufenium demum ex poſtulem quo titulo al. XXVI.
ſerat non ſolum ſanctum Franciſcū ſub regula ſancti Auguſtinī profeſiile verum & ad-
diderit, cum eodem Franciſco ſancti Auguſtinī ſelum & ſpiriſum hereditaffe Bonauentoram,
Paduanum, Bernardum, & innumerous viros Dei, qui ex Caſenatica eremo, & ex ſchola ſancti
Ioannis Boni prediere. Quali vero non ſufficiat, quod alii ſibi ſufficere & ſuperabundare
putant, Franciſcum Auguſtinianis addicere, verum & nobiles quoſque heroes nobis cri-
pere, & Caſenatenſis eremi Ioannisque Boni diſcipulos proſcribere? Monuerim etiam
Reuerendissimum Patrem ex Bonauentura & ceteris ſcriptoribus vite S. Franciſci, non
coram Fulginate ſed Aſſiate Epifcopo velles renūcialle, nec tunicam paſtoris pecorū
à ſe antea emendicatuin (: vt contra omnium fidem & rei ſeriem, probabilitatemque hic
author adiunxit) coram Epifcopo ſuper nudum induiſce. Errorem corrigo ex Bonauen-
tura, qui postquam retulit renūciatiſ iam veltibus, Franciſcū ex nimio feruore totum
denudatum, ſubiunxit. Hoc cernens Epifcopus, & admirans tam excedentem in uiru Dei
feruorem, protinus exſurrexit & inter brachia ſua illum cum ſletu recolligeſ, uis erat vir
pius & bonus, pallio quo erat amictus, operuit, precipiens ſuū, ut aliquid ſibi darent ad

De prætenso monach. S. Francisci. 39

*membra corporis consegenda; oblatus est autem ei mantellus pauper & vilis cuiusdam agriculte,
seruitus Episcopo, quem ipse gratauerit suscipiens, cum camento quod sibi occurrit, manu
propria consignauit, operimentum formans ex eo crucifixi hominis & pauperis seminadi.
Multa huius genetis obseruare licet in his venerandis scriptoribus, sed non omnes
errores propalare noster est scopus, verum ostendere ex uno inultos quotidie accreui-
scere, & minimum errorum in principio, fieri maximum in fine. His nouitatibus obser-
vandum in ipsa origine, nam si progredi permittantur, in sui confirmationem multa etiam
non tam vera, quam noua efforment necesse. Error non alioquam errore persuadetur,
neque falsitas veritate probatur. Error semper est error & quidquid errorum probat,
erroneum est. Agas quantum valeas, labores quantum velis, nonnisi deposito errore, te
non errare plene monstraueris. Probe ille, & apposite. Qui semel aberras in quadrinio,
fere in varia diverticula tandem deuias, nec errorum bene explicat, nisi regressus quasi nonam
viam ineat. Ita qui errare carpit, facile multos errores congerit, nisi paulatim intermitat, ac quasi
recens ad intermissam disputationem redeat.*

xxvii. Hucusque eginus de testibus domesticis Augustinianis, descendamus modo ad exter-
nos; Sabellicum & Polidorum Vergilium iam ostendimus errorem hausile à Ber-
gomensi, coxuo & priori scriptore. Eundem sequutus est Paulus Morigia recens
scriptor, testem etiam adhibens Vincentium Baluacen. lib. 33. cap. 98. cum aliis quorum
nomina tacuit. Porro Vincentius (: de cuius cæterorumque fide mox agemus) non
habet tot libros historiæ, neque trigesimum primum terminauit, quem ad secundum In-
nocentij IV. Pontificatus annum deduxit, & continuator eius historiæ supplementum
sub eodem lib. 31. addidit. Neque quidquam habet alibi Vincentius, quod huic opini-
oni, vel apparenter fauac, præter ea quæ scribit lib. 29. cap. 98. de habitu sub quo in-
cedebat illo biennio, ante suum ordinem institutum; ex quo loco quam tenue aut
nullum pro hac re possit sumi argumentum, superius iam dixi, de quo item inserius
sermonem iterum breuiter instituam. Corrigitur etiam à disertatore Morigia quod
pro hac sententia citet Bergomensem libro 12. quem ait cum habere tantum libro 9. &
13. uno vero, verius & largius libro illo 12. vbi agit de Beato Ioanne Bono. Cæterum
ipse Morigia cap. 33. in quo de sancto Francisco eiusque ordine agit ex professo, nec
verbū habet de huiusmodi monachatu, imo taliter eius vitam refert, ut fuisse non
posset alterius instituti. Denuo in suo summario chronologico, libro sexto, de Augustino
& Francisco eorumque ordinibus, diversisque ab eis exortis congregationibus sermo-
nem instituens ampliorem, nihil prorsus habet, quod disertatoris possit fauere sen-
tentia. Opus autem hoc iam accuratius & amplioris lectionis vir, scriptis post editum il-
lud de origine religionum, nam & illud citat in hoc summario chronologico eodem lib.
6. vbi refert à se opera conscripta. Quod autem pater Daza hunc inter authores secula-
res retulerit (: de quo taxatur à disertatore) non adeo dixit de hoc solo, sed de Sabellico Marq. cit. 5.
& Polidoro connunceratis. Et sanc si de hoc solo loqueretur, non adeo singularis esset 4.
in allerto ut grauem testem & præium Doctorem non liceret proferre. Tales enim
dicendos Iesuatos, quos alio etiam nomine, nescio an ex errore typographi vocat inhu-
matos, largissime probat Panormitanus in c. nullus de foro comp. n. 9. & auctor additio-
num ad eundem locum. Imo idem Abbas i. p. consiliorum consil. 55. in quadam qua-
stione orta inter eosdem, & fratres Minorum circa quoddam relictum legatum, ut illius se
ostenderent capaces, reiicerenturque quædam obiectiones sibi factæ, refert n. 3. eos dixi-
se, se esse puros laicos, & nullum habere superiorem, & simul conuenire causa deuotio-
nis: negaruntque suam dominum esse religiosam, sed profanam, utpote dedicaram sine au-
thoritate Episcopi, & sine Ecclesia: habebant enim tantum Oratorium. Hic illorum sub
Abbate status, alium nunc habent, sub quo dicantur religiosi, quibus ego nihil detra-
ctum velim, imo additum quidquid est splendoris & honorificenter.

xxviii. Sabellicum securi sunt Gondisaluus Illescas in historia Pontificali libro 5. cap. 33. sub Aliqui vero
Innocentio III. & Alfonso Villegas in vitis sanctorum in legenda sancti Francisci. Sabellicum
refutantur.
Carolus de Tappia lib. de religiosis rebus cap. 18. num. 4. Illescam sui allerti prodit au-
thorem. Solus Ioannes Baptista Egnatius lib. 4. de exemplis virorum illustrium cap. 4.
nulli acceptam refert hanc opinionem. At cum ille obierit anno 1553, ut præmittitur ad
hoc opus in eius vita, recta quæ tribus centenariis & quadragena amplius annorum
contenditur euensis, quomodo absque auctore scire potuerit? Alium habere non po-
tuit ex completa nostra deductione præter Bergomensem, Sabellicum, aut Polidorum, de
quorum side iam egimus, hi enim soli in hoc allerto priores. Illescas autem, Villegas Suppl. n. 9 &
seqq. &

Quales biformis Vilegas & ille-
scis.
 & Tapiæ nostrorum dierum viris hic Iurisconsultus, in re historica non adeo versatus: priores duo licet eam profiteantur, non sane adeo illius artis regulas seruarunt, neque peritorum artificum statuam in rebus ponderandis adhibuerunt, ut non potius populari trutinâ usos dixeris, & ad seviora iudicia eos non facile reuocaueris. Sane de Villegas, seu

viraque parte florum vite Sandtorum ab eo edita, ita habet Poileuinus: *Omnino vero in*
viraque effens nonnulla ad veritatem historia accuratis recognoscenda. Et profecto hoc ipso
 loco Antonino tribuit, Franciscum accessibile ad monasterium Augustinensium ab eisque
 petuisse, ut in eorum admitteretur sodalitum illos item in suum recepisse consortium, &
 suo habitu donasse. Vbi quæso vel verbum huiusmodi apud Antoninum? vbi de mona-
 stero agit Augustiniano? vbi de initiatione Francisci? Cur in re adeo singulari, & sub illa
 forma verborum à nullo tradita, suum non citavit authorem, vel locum unde accepit
 non signanter expressit? Illescas in quibus vel quantis errauerit, non est animus propa-
 lare, solo in illo capite & sequenti in rebus notissimis circa ipsum Franciscum non semel
 à vero deviauit. In Syriam ad Babyloniz Soldanum prosectorum anno sexto ab eius con-
 uersione ait c.33. & ibidem S. Dominicum mortuum anno salutis 1223. cum Franciscus
Bonavent. 9. in Syriam peregerit, teste Bonauentura tertio decimo conuersionis suæ anno, & Do-
 minicus secundum omnium bonorum historicorum fidem obierit anno 1221. Deinde
 cap.34. sub Honorio III. ait hunc Pontificem confirmasse regulam Sancti Francisci an. 6.
 sui Pontificatus, cum id fecerit anno octavo, ut expresse habetur ad finem ipsius regulæ
 in diplomate Pontificio. Qui in rebus adeo apertis lapsus est circa Franciscum, nihil mi-
 rum, si & in hac etiam errauerit. Adde quod cum Francisci vitam retulerit, & de rebus
 eius egerit, nihil tale dixerit: solum cum de Augustinianis sermonem instituerit, senten-
 ciā in hac re retulit Sabellici.

In secunda classe authorum æquivalenti, ut inquit, forma verborum opinionem hanc XXIX
Marq. c.11. afferentium, ponit dilectator Vincentium Beluacensem & Antoninum, propterea quod
§.1. dixerint Franciscum habitum habuisse eremiticum, baculum manu gestante pedibus cal-
Vinc. citat- ceatis, & corrigea cinctum incessuisse. Quibus addit præter D. Bonauenturam, Minorum
Anton. tit. quosdam, Breuiarium Romanum, Braccharense Ecclesiæ, & proprium Minorum, quia
24.c.1. eandem vestem præscribunt. Sed iam superius ostendimus, quam infirmum hoc sit argu-
Ilorum esse. mentum, & posterius hoc esse indumenti genus apud Augustinianos, quam ut illud
ministratur re- Franciso dare potuerint. Addo hic ipsum Bergomæcum dixisse se omnis ille velle testifica-
suo desumptio- tionem Vincentij, quia, inquit, *casi referat Diuum Franciscum fuisse eremitam, & com- ba-*
ab habitu
eremitico. *9.4. du. 1. &* colo, pedibusque calceatis, & corrigea cinctum incessuisse, non tamen Ioannis Boni discipulam
Bergom. lib. esse dixit. Non enim sufficienter, imo nec probabiliter probari monachatum Augu-
12. ad. 1199. stinianum per huiusmodi putauit vestes exteriores. Deinde hi authores Bonauentura,
 Vincentius Antoninus, non solum tunicam, corrugiam, calceos, & baculum, verum
Bonavent. 1. & peram & pecunias habuisse assertunt. Audi Bonauenturam: *Soluit proinde calceamen-*
ta de pedibus, deponit baculum, peram rejecit & pecuniam excratur, unaque contextus is-
Vinc. lib. 29. nica, reiecta corrugia pro cingulo funem sumit. Vincentius Beluacensis ita habet: *Duplici- c. 98.* bus ergo fine mera depositus, ex hoc iam calceamentis, virga sacculoque & pera non usus tu-
 nicam contemptibilem plurimum & inculsum fecit, reiecta corrugia funicolo eam cinxit.
Anton. tit. Ipsa hæc eadem verba habet Antoninus Breuiarium item Minorum: *Calceamento de-*
24.c.1. *Die prima posuit, reiecit baculum, peram & pecuniam abdicavit, unaque contentus tunica, dimisit cor-*
infra ocl. 1. *rigia funem sumpsit.* Breuiarium Romanum à Franciso Quintonio tituli S. Crucis Car-
 lect. 4.
Breuiarium
Rom. antiqu.
in festo S.
Franc. lect.
vinc. 4. dinali sub Paulo III. recognitum & ordinatum, distributa, inquit, pecunia, calceamenta
 deposita. Equali ergo certitudine & eadem narratione refertur tunicam, baculum, cor-
 rugiam, peram sacculum, & pecuniam habuisse. Vellem itaque scire: an etiam saccu-
 lumi, pera, & pecunia insignia fuerint professionis & vita Augustiniana? vel quare à
 nostro dilectatore tacentur, vel similiter non inculcantur quæ eodem orationis decursu
 narrant hi vetusti & graues authores? An quæ placent narramus, & quæ non fauent
 filemus?

quam paru-
fuerat mul-
tu repletus era-
ti.
 Ceterorum quos refert testium verba transcribam, neque impugnationes adiun-
 gam, adeo enim aliena sunt ab huius monachatus patrocinio, ut non impugnatore sed
 relatore tantum indigeant. Ex breuiario Braccharense hæc verba producit: *Beatus Fran-*
cis Seraphicus natione Italus ex Aſſisi Umbrorum ciuitate oriens, vir virisque diuinus, ac pri-
mus institutor fructum Minorum & fundator mirificus, circa annum Domini ducentesimum
octauum supra millesimum primo negotiator humanus & affabilis, ac prodigus usque ad annum
vigesimum quintum, inde terrena omnia despiciens, Christum in omni vita sequitus est. Et cum
aliquandis

De prætenso monach. S. Francisci. 41

aliquandiu pedibus calceatus, & corrigia cinctus incessisset, sementia Dominica memor, dicentū: *Qui venit ad me, & non renunciat omnibus, non potest meus esse discipulus, abiecit omnisbus tamquam inculsum & contemptibilem fune precinctam induens nouum mox ordinem instituit, cum quo velut sol in orbe radians Christianam religionem plurimum illuminavit.* Partim hæc ipsa verba habent Matthæus Palmerius, Hartmannus Schedel, & Nauclerus, quæ propterea dissertator transcripsit, quia inde sibi fauere putat, quod dicant Franciscum à vigesimo *Marq. c. 11. §. 2.* quinto suz etatis anno, circa quod tempus primo conuersus est, semper Christum in omni vita sequutum, & nouum ordinem instituisse. Quasi vero nullus possit, nec vere dicitur Christum sequi, nisi regularibus se adstringat disciplinis, neque nouum quis affirmetur ordinem fundasse, nisi qui prius veterem fuerit profellus? Profecto locus hic est ad oppositum, nam tunc ait omnibus renunciaste, ergo non renunciauerat ante per Augustinensis ordinis assumptionem, ad quam sicut ad cæteras aliorum ordinum præmittitur rerum omnium renunciatio.

XXXI. Ex Francisco Petrarcha hoc producit testimonium: *Franciscus licet, ut aiunt, Diminutate consuta, & reuelatione celitus accepta pro salute multis inter vita hominum bella periculosa, non tam sibi quam militibus suis excubias elegisset, ipse tamen magnus amator solitudinis eremique sectator fuit.* Hinc applaudit hic testis pro hoc asserendo monachatu, quod dicat Franciscum amatorem solitudinis, & eremij fuisse sectatorem; veluti si omnes amantes soliditatem & eremum sectantes adnumerandi sint patribus Augustinianis? Neque vero Petrarcha de eremicolatu ante sed post institutum suum ordinem, laudat ibi Franciscum. Refert enim quæ et bona prouenerint ex secessu in montem Aluentæ, quem peculiarem eius habitationis in solidudine locum fuisse scribit capite sequenti. Verba antecedentia ad illa quæ dissertator adduxit, sunt ista: *An vero Franciscum seu volucrum audientiam, seu scriptoricum rapta mentis ardorem, stupendumque illud insigne sacrorum Christi signatum, & valens animi membra testantia, tantumque & tam brevi de paupertate coniugio genite sobolis incrementum habitarum credimus si mansisset Aſſisi qui licet, ut aiunt, &c.* Omnia autem hæc, & reuelatio celitus accepta de urbibus incolendis, euenerunt longè post ordinem institutum Minorum. Deinde citat Volaterranum, quia dixit ante assumptionos & electos sibi *Volaterr. cit. Nec Volaterranus.* comites in eremo saltibusque ferarum vittitasse. Quæ ergo illatio? Eremita fuit Augustinianus. Probe sane: clarum testimonium.

XXXII. Ex Breuiario Romano aliud addit confirmationem ex his verbis desumptam: *Cum Neque Breuiarium Romanum.* vero in grauem morbum incidisset ex eo aliquando confirmatus, capit ardentes colere officia charitatis, qua in exercitatione tantum profecit, ut Euangelice perfectionis cupidus, quidquid haberet, pauperibus largiretur. Magnam, ait, hinc desumni sui allerti confirmationem, quod Franciscus ante institutionem sui ordinis, dicitur cupidus Euangelicae perfectionis, quæ absque dubio, inquit, non acquiritur nisi in statu religionis. Omillo hoc dubio an Euangelica perfectione extra religionem possit acquiri, interrogauerim, an idem sit cupere perfectionem Euangelicam, ac eandem statim adipisci vel profiteri. Nonne biennio illo se exercuit, & disposuit per varia virtutis & humilitatis officia, ut tandem ad hanc deueniret. Tunc se disposuit (ut ipsi Antoninus & Fernandus Perez quos sui sensus confirmatores adducit) ut secundum totaliter contemneret, deinde post multa virtutis exercitia sibi & sectatoribus ex Euangelica lectione perfectionis normam præscripsit.

XXXIII. Conuocat etiam Ioannem Pinedam & Marcum Vlissipponensem Minoritas, propterea quod referant in habitu eremitico illo biennio incessisse, & exinde desumptam occasionem huiusmodi astruendi monachatus, quod tamen non admittunt neque probant, ita expressius & data opera improbat peculiari tractatulo Vlissipponensis. Et Pineda à nullo hominum, sed à solo Dœdoctum, quam deberet vitam sectari, affirmat. Decipitur autem dissertator vel interpres Castellanus qui Lusitanicum verbum *cumprido* ex historia Marci Vlissipponen. reddunt Castellano idiomate *complido*. illud enim habitum longum vel prominentem, hoc significat integrum vel completum; ex quo vrgere suum argumentum de habitu religioso, non semel Marquez contendit. Similiter ob id ipsum additur Henricus Sedulius Minorita, qui tamen illorum improbat opinionem ipso illo loco quo citatur, & Antonius Yepes Benedictinus, quia sub conditione tantum loquitur de hoc monachatu, nimisrum, si ita, inquit, euenerit, ut quidam opinantur, ciatque solum Hieronymum Romanum in margine.

XXXIV. Alios duos affert Minoritas D. Antonium Pataninum seu potius Vlissipponensem, & Franciscum Maurum Hispellatam quorum testimonia longa verborum strue & acco-
modatitius loquendi formulis adaptare rei sue toto nitutur conatu, nec tamen id obti-
nuit.

*Luc. 14. v.
26.*

*Marq. c. 11.
§. 2.*

*Nisi auer-
tarachæ.*

*Volaterr. cit.
Nec Volaterr-
anus.*

*Antoni. tit.
2.4. c. 1. §. 1.
in fine.
Perez in ma-
tri hyst c. 123.
Pineda j. p.
monar. Ec-
cles. lib. 24.
c. 13. §. 2.
Marc. 1. par.
lib. 1.c. 5.*

*Marq. c. 11.
§. 5. & c. 12.
in princip.
Sedulius co-
ment. ad
vii. 5. l'anc.
c. 1. §. 1.
Yepes cent.
1. ann. 454
c. 3.*

Nihil deducitur ex testimonio sancti Antonii. Luc. 9. v. 68. 1. Mach. 1. v. 27.

nuit, neque lectorum ulli credo persuasurum ex illis vel leviter posse deduci hunc monachatum. Ipsa dum legantur authorum verba, id clarius edocebunt. Porro sanctus Antonius in serm. 3. Dominicæ 1. quadragesimæ, ubi postquam ad illa Euangelij verba: *Et tu es Iesus in desertum, septem dixit esse deserta, de quarto ita ait. Quartum desertum, id est, religionis professionem ardua vita aggreditur, ideo talibus professoribus dictum est: Estote fortes in bello, nam nemo mittens manum ad arcum &c.* De hoc deserto primi Machabeorum secundo exclamavit Matathias voce magna in civitate, dicens: *Omnis qui zelum habet legum, statuens testamentum venias post me, & fugis ipse & filii eius in montes, & reliquerunt quaecumque habebant in civitate.* Tunc descendebant multi querentes iudicium & iustitiam in desertum & secederunt ibi ipsi & filii, & mulieres, & pecora eorum. Matathias interpretatur donatus à Domino, vel donum, & signat virum iustum, & religiosum, specialiter tamen religionis fundatorem, ut Beatum Franciscum, salu namque ex speciali dono Dei datus est Christianus ad liberandum de manibus inimicorum. Vnde humilis Franciscus intellexit se ad hoc missum à Deo ut animas lucraretur, quas diabolus conabatur auferre, propter quod ipse tanquam alter Matathias destruxit aras mundane vanitatis, in quibus peccatores demonibus immolabant; circundis per revocationem ad vitam veritatem & paritatem illos, qui habebant præputium peccatorum. Legem insuper abolitam operibus instantavit. Hic igitur Matathias virum religiosum signat, qui habebat filios quinque, id est sensu, quos mundum fugiens ad montem perfectionis Euangelice secum ducit. Reliquis in civitate huius mundi, que iniuriate & contradictione plena est, omnia que videbatur temporaliter possidere. Hunc igitur tanquam iustum & robustum pastorem & principem multi sequuntur descendentes per humiliatem vita statuentes testamentum, quod in mortuis, id est, in abdicatione temporalium & abnegatione proprie voluntatis, ex quibus homo moritur, suum firmantes propositum, in desertum id est in religionem, querentes iudicium, scilicet mundi, corporis, & mentis facere, & iustitiam, & vita consequi perfectionem. Iudicet lector unde vel leviter posset suspicari, vel à longe deducere ex hoc loco S. Franciscum aliquando Augustinianis nomen dedisse, quantumuis laboret Marquez illud venari ex eo, quod prius vocet Franciscum religiosum quam ordinis institutorem illis verbis: *Signat virum iustum & religiosum, specialiter tamen religionis fundatorem ut B. Franciscum & ex illis: Matathias virum religiosum signat, qui habebat filios quinque, id est sensu, quos mundum fugiens ad montem perfectionis Euangelica secum ducit.* Subtilis sane verborum discussio, si ex istis suum intentum exlugat.

Probabiliter Sed quid si ego probabilius ex eodem D. Antonio adiicerem, licet illud omnino non XXXV.

*S. Antonius afferam, nullos tunc fuisse fratres vel eremitas Augustinianos, sub quibus potius sancti eremiti ac Augustini. Atus Franciscus militare, vel saltum hos non cognouisse sanctum Antonium, seu ad eius noscitiam non peruenisse? Alludens enim S. Doctor in serm. 10. post Trinit. ad furtum Achan, qui furatus est regulam auream, ait: *Regula aurea est vita religiorum, que hominem distortum & prauum ad mensuram recte vivendi corrigit, & modum rebus ponit. Hanc regulam fere omnes religiosi furati sunt, quia ad veritatem Euangeli non ambulant, secundum patrum institutionem non vivunt, sed distorte & simulatorie vitam suam ducunt: Regulam auream B. Benedicti monachifurati sunt; regulam auream Beati Augustini canonici, & sic de singulis religiosis qui sua, non que Iesu Christi sunt, querunt. Ex quo loco verosimilius aut potiori fundamento deduci putarim tunc solos canonicos sub regula sancti Augustini militasse, vel ita saltum constasse S. Antonio, quam ex superiori loco indicasse eundem sanctum virum, sui institutoris Augustinensem monachatum.**

Mauri testi moniū nihil sauer. Maur. lib. 5. Francisciad. ante med. Neque clarius pro hac re illud Francisci Mauri, Poëta eruditæ carmen, quo describit Franciscum post acceptam agricolæ chlamydem, animo inconcussum se ad prælia occulti hostis præparasse.

*Ergo dura noue tam primum exordia vite
Molitur, tentatque ultro bellator in armis
Insuetis tener, insueta certamina pugna.
Pectore cœu nondum rutilo fulgore comans
Terribilis, nec dum magno letus astra cruento
Cassius ora leo, tenuero tener imbuiss iras
Sanguine primavas: animos debinc viuida magnos
Attollens virtus; cedem indignatur inertiæ
Quadrupedis, poscitque pares hostesque feroces.
Sic puer inscipida, primus congregatis audax
Se se carde infert: nec, que, grauiora parantur,*

De prætenso monach. S. Francisci. 43

(: Quippe truces erebi , monstra exhorrenda, colonos,
Ipse fībi generique suo , stirpique nepotum
Si qui olim adueniant , acres iam feceras hostes
Religione sacra , superisque in vota vocatis
Rite inimicis , pariterque odia aſpera firmans.)
Bella simus : quin ultra audax , animisque superbas;
Haud ullis cefſura malis , ullisque periclis
Corda parat ; non afflatus , non tela , nec ullas
Vitatura vices : quamvis horrentia surgant
Prelia , & insani ſubeat Mauortis imago.

Illinc ei arrisit hic author quod antequam descenderit ad enarrandam secundam conuerſionem sancti Francisci, seu instituendam ab eo religionem Minorum, dixerit *iam fībi* *acres fecisse hostes diabolos ex religione sacra*, quasi tunc eum religiosum esse voluerit. Sed clarior est Poëta vaticinatio, quam ut illum sensum admittat, nam repræsentat demones iam præuidisse sacram ab eo fundandam religionem, & propterea in inimicitias coiuile contra eum & contra socios eorumque futuros discipulos.

XXXVII Facile fane erat huiusmodi conuocare testes, & multos huius generis conscribere coſſertores, dum enim non ſolum, qui verbum ullum fecerit, vel eremiti habitus, vel corrigit, aut baculi, seu ſolitudinis & eremii, verum etiam & contrarios testes aduocauerit, nihil mirum ſi in magnum numerum extreuerint. Sed non in multitudine Domini ^{Judith. 9. v.} neque nūnium ſtudium conuocandi plures quoſque testes fidem arguuntur roborat, ^{16.} ſed eneruac. Experiencia quippe expertum eſt (Panormitanus teste) quod bona allegatio inficitur & obnubilatur ob nimiam allegationem, & ſinistra oritur ſappicio contra allegantem. Non terruit nos magnus & varius numerus authorum, ut testimonium qualitercumque dicent, conuocatorum: vidimus enim quam inefficaciter & fluctuabunde id plures protulerint; ceteri vero, iisque præter Auguſtinianos pauciflimi, qui in hac re quidpiam conanter dixerint, non maiorem apud nos adepti ſunt fidem quam primus, quem sequuntur, meruerit coſſertor. Certe quidem (ut cum Iuſtissim. hitorie Ecclesiastice principi Baronio dicamus) non numero historicorum veritatem historia conſuevit ^{Panor. ann.} eſtimare, ſed quanta fide polleat primus author eiusflibet affermonia. Nam reliquos primum ſequi auctorē, & eius veſtigia inharere, frequentiori uſu in more poſitum reperimus. Cum igitur accurate expendimus, quanta fidei eſſet qui illæc primus aſſeruit, inuenimus cum plus a quo ſuis rebus ſtudiuiſſe & affectui tribuisse.

A P O С T R O P H E A D L E C T O R E M.

DISPUTATIONEM protractimus, & longius atquo putabit fortassis Lector nos feruonem deduxisse. Sed breuiori non licuit utri compendio, ubi tantopere, non paruo volumine, ſe meus diffudit ex oppoſito diſſertator. Multa pro te noſtra ſolidius oportuit ſtabilire, plura contraria partis refutare, oppoſitos teſtes ſeriò examinare, & vndequeſque ſerpentem plurimoque ſtudio Pattum Auguſtinianorum ultro citroque ſe diſſidentem opinionem, rationum repagulis cohibere. Hispaniæ ſinus penetravit, plures ibi obtinuit lautores, & coſſertores Auguſtinianos; horum libri in Italiam præteruolarunt, & inter eiusdem ſodalitatis viros eam obtinuerunt authoritatem ut Italico idiomate donandos iudicarint, ne Hispanico non omnibus proſlarent. In Germania potiorem partem peculiari ſylo fecit Latinam Nicolaus Crufenius, & ultra huc pluribus in locis præ templorum & cœnobiorum foribus ſtigmatizatum Franciſcum ſpecioſa, & ignaro vulgo, quod in falſas opiniones ruere ſemper eſt pronius, applauſibili pictura inter Auguſt. lib. exeteros eremitas exponunt, quod cordati inter eos viri, ſed nec ipſe meus diſſertator ſ. con. Aca- denne. c. 17. non probant, neque factum, ſed infectum velint. Quam leui vero fundamento huc pu- Marq. epift. ad. Lector. blicentur, & in populum ſpargantur conati ſumus, ut doctis conſilaret viis: eo tamen & c. 12. c. 1. sermonis moderamine, ut a calumniis & oſcenſionibus ubique abſincentemus. Optinam Ambroſ. lib. illam Ambroſij habuimus præ oculis regulam: *Sicut in omni actu uita id cauere debemus,* ^{22.} ne rationem nimis animi motus ex: ludas, ſed ſeneamus confitili locum; ita etiam in fermione formulam eam tenere conuenit, ne auira excitetur, aut odium, aut cupiditas noſtra aut igna- uia aliqua exprimamus indicia. Quantum potuimus illuc direximus fermionem, ut argu- menti priuipalii veritatem detegemus, & accessoriis exprimeremus errores. Si ſolidè & equo veritatis pondere id fecerimus, nullus, qui verum amet, flomachari debet, ſed

44 Apologeticus De prætens.monach.&c.

Cyprian. sed potius gaudere , & oblatam amplecti veritatem. Sacrum habemus exemplum in sa-
epist. 71. ad
Quintum.c. cro Ecclesiæ capite Petro , qui consilium veritatis admisit , & rationi legitime , quam Paulus
3.&August. vendicabat , facile consensit , documentum scilicet nobis , & concordia , & patientie tribuens , ut
lib. 2. coo.
Donatist. c. non pertinaciter nostra amemus , sed qua aliquando à fratribus & collegiis nostris utiliter & salu-
4. brister suggeratur , si sint vera , & legitima , ipsa possim nostra ducamus . Eadem animi tran-
Augu. epist. quillitate qua hæc offerimus , expectamus , si quæ sunt redarguenda ab oppositis op-
112. ad Pau. nionis viris , admonenda vel obseruanda , fore , ut ita colloquiamur sine contentione pacati ,
linam. non inani ac puerili animositate studentes alterum vincere , ut pax Christi vincas in cordibus no-
stris . Ita fiat , supplex exorem .



I N D E X



INDEX RERVM NOTABILIVM IN HOS MINORVM ANNALES.

*PRIMVS NVMERVS ANNVM CHRISTI,
secundus numerum marginalem designat; nisi Appar. vel Apol.
occurrerit, in quibus ad §. reminimus.*

A.

- A**bas Stadensis fit Minorita. 1240.1
Abbati Vercellensi post mortem appetit S. Antonius Patauinus. . 1231.33
de Abbatissæ monialium Damianitarum electione 1224. 1. professa canonice eligenda in Abbatissam, ibid.
Abbatis Villæ conuentus. 1239.19
Abbatissæ in visitatione monialium quid obseruantum. 1224.1
Abbatissæ electio inter Clarissas ad conuentum spectat. 1246. 30. dispensatio in paupertate Clarissarum. 1246.30
ad Abbatissam monialium Damianitarum de laboretio earundem disponere spectat. 1214. 1. nihil emitendum, dandum, recipiendum sine licentia
Abbatissæ. 1224. 1. secuendum & prouidendum infirmis. ibid.
Abbatissæ officio se abdicare cogitat S. Clara. 1215. 38. sed retinere cogitur à S. Francisco. ibid. omnia exercet humilitatis officia. 1215. 38. virginis plurimas suo acquirit instituto. 1215.37
Abrahamus Bzouius corrigitur. 1238.11. circa quid. ibid.
Absolutio Regis Sancij ministro Portugalliae committitur. 1233.45
de Abstinentia, & honore Ecclesiasticis impendendo. 1213.4
Abstinentia & contemplatio B. Bernardi à Quinta valle. 1241.3
Abstinentia & seueritas quæ non est discretionis sale condita, fugienda. 1210.47
Abstinentia nouem tempora sibi S. Franciscus proposuit. 1224.6
in Abstinentiis Pœnitentium S. Francisci qualiter possit dispensari. 1221.16
Acetum in optimum vinum conuersum à Francisco. 1214.11. item & aqua. ibid.14
Achias Toroltanus puer obiit mirabilis. 1210.66
fr. Adam Rufus. 1234.11. maximus prædicator. ibid.
quænam miracula patravit. ibid.
Adamus de Marisco cum Antonio de Padua resistit Helia. 1230.8. eorum iter ad Papam. ibid.
b. Adamus concionator illustris. 1240.21.
quid de eodem narretur. ibid.
de Admonitione fratum Minorum. 1210.2
de Adolescence vita testitudo ad preces S. Francisci. 1216.23
Adolescentem morti proximum sanat S. Franciscus. ibid. 14
Adolescenti à nativitate cæco meritis B. Francisci lumen restitutum. 1219.57.
inde Illuminati nomen sortitus. ibid.
beneficii memor, fit Minorita. ibid.

- Adolescenti vitam æternam qua ratione procurabit S. Franciscus. 1216.10
Adolescentis erga Franciscum humanitas à Deo retribuitur. 1214.5
Adolphus Comes fit Minorita. 1239.14
cum fr. Adolpho dispensatur ut ordines suscipiat. 1244.12. eius humilitas quanta. ibid.13
Ædicula Ioannis ab Aluerna. 1213.46
fagus in monte Alueræ magno in honore habita. ibid. cur. ibid.
Ædes Portiunculæ à Benedictinis Francisco legata. 1210.26. eiusdem ædis commendatio. ibid.31
Ædificiorum humilitas Francisco commendatissima. 1215.4. & 1219.31
Ægidij Viteturbiensis assertum de colore habitus Minorum, examinatur. 5.3.22. apol.
Ægidij dictum egregium. 1238.1
b. Ægidij S. Francisci discipuli monita securè admittenda, & cur. 1237.9. prædicti dissoluti fratris salvationem. ibid.
b. Ægidij S. Francisci discipuli cerebræ excuses. ibid.7
coram Pontifice cerebro rapitur. ibid.
B. Ægidij S. Francisci discipuli egregium responsum ad quosdam Cardinales. 1217.8
mirabiliter aquæ venam aperit. ibid.9
de Ægidio quodam patria Montesortino qui ad B. Leonardi de Fulgineo intercessionem oculorum, vslum recepit. 1241.18
B. Ægidius pergens Hierosolymam qualiter sibi viculum acquirebat. 1215.35
fr. Ægidius quando Tunetum perucnerit. 1219.34
Ægidius Assisiensis Franciscu adhæret. 1209.10
pallium pauperi confert. ibid.12.
illius commendatio. ibid.13
B. Ægidius peregrinatur ad Compostellam. 1202.57.
irridetur & male afficitur. ibid.58
Ægidius Delphinus de Ameria ordinis Minorum generalis. 1234.31
Ægrotis seruit B. Bonaventura. 1244.7
Ægrotis fratribus quæm studiose ministrari velit S. Franciscus. 1110.2
in quodam Ægypti diuersorio scortum vincit generosè S. Franciscus iacens in prunis illæsus. 1219.64
Æoli sedes. 1245.7
in Africa passi plures Minoritæ diuersis in locis. 1232.
33. suadent Minoritæ ut agatur de unione Ecclesiæ. ibid.34
in Africam missio Franciscanorum quando instituta. 1246.9
Ager hominis Franciscu seruientis ut miraculosè collitur. 1215.10
S. Agnes precibus S. Clazæ sororis suæ conuersa. 1212.
23. consanguinei sororibus molesti. ibid.24
B. Agnes Clazæ soror missa Florentiam. 1221.20. eius epistola ad B. Claram. ibid.
e b. fotor

Index Rerum.

- b. soror Agnes filia D. Opportuni Bernardi Assisiatis
 S. Claræ charissima 1213.67. cilicij Claræ asperitatem per diem integrum , ipsa alioqui secura in se, perferte non potuit. *ibid.*
 an Agnes Bohema fuerit consanguinea Elizabethæ. 1235.16
- Agnes Bohema fit Clarissa. 1234.4 ipsius cogitatum à Pontifice laudatur. *ibid.* s. ab eodem multis Praelatis, item & eius monasterium commendatur. *ibid.*
 6. ipsius monasterij fundū Rex Bohemus Agnetis germanæ gratis Ecclesie Romanæ concedit. *ibid.* s.
 Agnes Bohemica renunciat omnibus caducis possessionibus. 1238.10. scriptis ad eam Gregorius IX. *ibid.* 12. & 13
 Agnes Bohemica germina ostendit suæ virtutis. 1238.11
 in Agnetem Bohemicam varia Pontificis beneficia. 1237.18
- Agnes Bohemica petit, sed non obtinet nouam sibi regulam confirmari. 1238.12. admittitur sub protectione Sedis Apostolice. *ibid.* 11
- b. Agnetis Bohemæ scrupulus. 1241.33. ad eam Pontificis epistola. *ibid.*
- Agnelli ministri Angliae commendatio. 1220.65
- Agnellum de Pisis Franciscus quando sibi acquisierit. 1221.25
- Agniculum docet S. Franciscus pietatem. 1221.4
- Agricolæ sapientia implorata S. Francisci ope eius sentiunt inuamen. 1228.69
- Alanquerium & Hispalim appellant Minoræ à S. Francisco Marrachium misli. 1219.51
- Alaudæ iusta soluunt Francisco mortuo. 1226.39
- Alaudulæ voracitas Francisco displicer. 1227.10
- Alanquerij conuentus Minorum. 1221.40
- Albertum quandam nanum sanat Celani S. Franciscus. 1225.11
- sub Alberto Pisano quis progressus Ordinis Minorum in Germania. 1224.23
- fr. Albertus de Pisa minister Germanæ. 1227.4
 an interfuerit comitiis generalibus. *ibid.*
- Albertus Pisano suffectus in locum Cæsarii Spirensis. 1223.1. eiusdem industria mire propagatus religio Minorum. *ibid.*
- Albertus Pisanus Helicæ substituitur. 1239.7
 breui moritur. *ibid.*
- Albertus scriptus Chronica in ordiné Minorum. 1240.4
- Albertus de Arctio cum in vinculis atrocissimis teneatur miraculosè liberatur. 1228. 43. & 44. item alius iniuste in vincula coniectus. *ibid.* 44
- Albertus Bremensis ad sedem Armachanam translatus. 1241.18. interfuit Concilio Lugdunensi. *ibid.*
- Albigensium hæresis. *§. 1. 4. appa.*
 item & Familia amoris. *ibid.* 5 *appa.*
- Alcani conuentus Franciscanorum initium. 1231.54
- Aldenardi conuentus. 1240.24
- Alexander IV. Pontifex alium præter se protectorem noluit Franciscanis concedere. 1217.6. eius in ordinem vniuersum beneficia non mediocria. *ibid.*
- Alexander IV. ordinum Mendicantium fautor eg. eius. 1212.11
- Alexander IV. concedit Eremitis Augustinianis licentiam baculos non ferendi. *§. 4. 19. & 20. apol.*
- Alexander IV. consecrat primum lapidem Ecclesie Trecensis fratrum Minorum. 1248.19
- Alexander IV. confirmat indulgentiam Portiunculæ. 1213.4
- ab Alexandro IV. Neapoli existente obtinent multa beneficia & exemptiones fratres Minores. 1224.43
- Alexandri Pontificis de habitu & ueste Augustiniorum mandatum. *§. 4. 5. apol.*
- Alexander Pontifex Maximus scribit Episcopis & los & serulas portare. *§. 4. 21. apol.*
- Alexander Alensis unus de quatuor magistris qui ediderunt declarationem in regulâ Franciscanam. 1242.1
- Alexander Alensis moritur. 1243.19. DD. Bonaventura & Thomas Aquinas discipuli Alensi. *ibid.*
- Alexander Alensis Parisiis mitiatus. 1222.1
- Alexandri Halensis ingressus in ordinem Minorum. *ibid.* 16. quomodo vocatus ad ordinem. *ibid.*
 varijs modi vocationis diuinæ. *ibid.* 27. alia causa conuersiois Alensi. *ibid.* tentatur in tyrocinio. *ibid.* 18
- Alexandria à Palea cur sic dicitur. 1215.1. nebulo quidam stenit insidias Francisci honori. *ibid.* sed à Deo miraculosè defenditur. *ibid.*
- Alexandria à Palea cognominata concessum sandwichianis monasterium. 1237.16
- Algentem solo manus attacku Franciscus calefacit. 1224.12
- Alisani quando Minoribus domicilium extrahit. 1222.13
- Almatariorum hæresis scuiens sub initium Ordinis Prædicatorum & Minorum. *§. 1. 6. appa.*
- Alphonsus bonus laudatus. 1213.59. excipit benigndus Franciscum. *ibid.*
- Alphonsus à Palenzuela Ovetensis Episcopus, vir doctissimus, & discretissimus concionator. 1214.9
- Alsatæ custos fr. Iacobus. 1224.45
- fr. Aluarus Pelagius. 1234.32
- ad Alueræ montem quoties accesserit S. Franciscus. 1218.10
- Alueræ mons, *vide* mons Alueræ.
- b. soror Amata Claræ nepis & discipula. 1213.65
 eiusdem progenies & ortus. *ibid.*
- b. Ambrosius de Massa. 1236.6. eius miracula ante mortem. *ibid.* 7. ea Pontifex iubet examinari. *ibid.*
 multa comperta. *ibid.* 8
- Amor Francisci erga discipulos quantus. 1210.45
- Ameris mutui quantum bonum. 1210.8
- Ampliudo Ordinis Minorum. *§. 1. 2. 1. appa.*
- Anchoræ perdita nautis miraculosè redduntur. 1218.17. quomodo. *ibid.*
- Ancilla quædaro miraculosè à pluvia non madescit. 1221.8
- erga Ancillas suas rara Elizabethæ Langravie commisæ ac humanitas. *1219.11*
- Ancillari sorori volenti S. Antonius immixtæ aut remittit infirmitatem. / 1211.11
- Anconem peruenit S. Franciscus cum sociis forte elevis. 1219.36
- Ancopensis Conuentus Minorum quale initium. *ibid.* 55
- fr. Andreas de Andria prouincia Penensi vir maximæ deuotionis & contemplationis. 1241.13
 ei reuelata dies mortis. *ibid.*
- Angeli Reatini mirabilis conuersio. 1210.3
- fr. Angelus del-Pas. 1214.32
- fr. Angelus Leonis & Rufini epistola. 1244.9
- Angelus de Pisis quando S. Franciscus milite advenitus. 1211.35
- b. Angelii Carmelitæ colloquium cum SS. Dominico & Francisco. 1216.16
- B. Angelus de monte Leone. 1241.15
 ali duo Sancti. *ibid.*
- Angelus ministrat Eucharistiam B. Bonaventurae. 1243.6
- Angelus fr. Bernardum de ximeta valle trans fretum vehit. 1210.11
- Angeli Elizabethæ Hungaricæ morituræ concidunt. 1231.43
- ab Angelo S. Franciscus mirandi mysterij admonetur.

Index Rerum.

- Angelorum excubiz & psalmodiz in æde Portiuncula.** 1226.33
Angeli S. Antonij literas feruot. 1231.24
Angelus Francisco languidulo cytharā pulsat. 1225.2
Angelum fratres thuribantem in choro vedit B. Erichfridus. 1249.9
ab Angelo Minores in corde signantur, & quomodo. ibid.7
Angelos omnes & sanctos quoque summè veneratur S. Franciscus. 1220.15
in Anglia vehementer propagatur Minorum institutum. 1220.61
in Anglia iubentur celebrari festa SS. Dominici & Francisci. 1237.12
in Anglia excipiuntur Minores honorificè ab Henrico III. 1220.60
scatres Angli missi in subsidium prouincia Germa-nicæ. 1231.48
in Angliam qua ratione Minoritæ ingressi. 1220.58
Anima senestræ aures & oculi, cur. 1212.48
Animum salutis quam studiosus Franciscus. 1210.
 56. plura præstat ad aliorum exemplum. ibid.
Annulum ingentis valoris in mare lapsum reddidit S. Antonius Patauinus. 1240.15
tres Anseres S. Francisci prolapso gentilium insigne.
 §.4. f. appar. curiosa & mystica ciudem gentilium stemmatis explicatio. ibid.
Antistes quidam malè mulctatus quod sanctorum reliquiis debitum honorè offerri impeditet. 1220.50
fr. Antonius à Guevara Episcopus Mendionensis suū habet tumulum in conuentu Pinciarum fr. Minorum, vide Conuentus Pinciarum.
Antonini & Rodulphi error. 1244.6
ex Antonino naruitas & mors B. Ioannis Boni ex-clusus examinatur. §.2.1.1.apol.
fr. Andreas vbi floruerit. 1234.42
Antonij ab Aquila Zamorensis Episcopi rara in Mi-nores pieras. 1214.19
Antonius Daça. 1224.19
Antonius de Pulchro visu interfactus ab hereticis. 1217.18
S. Antonij Patauinus ortus & infans. 1220.53
Antonius Patauinus vexatur à diabolo. 1231.2
S. Antonius Patauinus magno fructu prædicat in Gal-lia. 1215.14. ab omnibus possunt indefessus heretico-rum malleus appellatur. ibid. magno prædilio ostendit corpus Christi in Eucharistia. ibid. 15. pluri-mos hereticos convertit. ibi. 16
S. Antonius Patauinus mulierem vndis fatuè immer-sam miraculose seruat incolunem. 1232.10
S. Antonius Patauinus mirè horratur ad peccatorum confessionem. 1225.18
Antonius amorem sanavit. 1231.13
S. Antonio puer Iesus colludit. ibid. 16
S. Antonius statim post mortem crebris coruscat mi-raculis. ibid. 39. omnes nationes ad ipsius venerandas reliquias accurrunt. ibid. 40. ante mense unum ab obitu agitur de eius canonizatione. ibid. 41. in-dictis supplicationibus omnes nudis pedibus ad se-pulchrum veniunt. ibid. 39
S. Antonius Patauinus è Provincia trahit in Siciliam. 1221.20. plura extruit monasteria. ibid.
S. Antonius Patauinus venenara abiq; periculo come-dit. 1231.25. cum ingenti fructu cōcionatur. ibid. 26. dormientes monet ut peccata confiterentur. ibid. reſectum pedem tibiæ restituit. ibid. 27. à multis sceleribus Ezelinum Tyrannum retrahit. ibid. 28
S. Antonius Patauinus absens prias exercet functiones. ibid. 4
S. Antonius Patauinus quanto cum fructu prædicare solitus. 1225.18
S. Antonius foroti ancillari volenti remittit aut im-mittit infirmitatem. 1231.17
S. Antonius volucres miraculosè à segre abigit. ibid. 12
Antonius Patauinus insufflando iuueni tentationes fugat. 1211.5. sua tunica alias abigit. ibid. 6
S. Antonius Patauinus fecit vt matrona cadens in lutum non conspurcatur. ibid. 11. ex occisi infantis voce parentum probauit innocentiam. ibid. 23. sancti viri in exequiis auati concionantis mirabilis diuinatio. ibid. 22
S. Antonius Patauinus annulum ingentis valoris in mare lapsum vt reddidetur. 1240.15. Regis Legionis filiam triduanam resuscitat. ibid. 16. & quomodo. ibid. filiam alteram moribundam sanat. ibid. 17
S. Antonij miracula irridens quidam punitur. 1232.8
S. Antonij Patauini quinato vitam scripserunt. ibid. 16
S. Antonius Patauinus quomodo pingatur. ibid. 17
 quare cum libro & piske. ibid. Item cur cum puer. ibid. item cur calicem & hostiam portet. ibid. quare scapum cum liliis. ibid.
 à S. Antonio illuminantur heretici. ibid. 7. facit vt vi-trum ab inselē in petrā collisum nō frangatur. ibid.
S. Antonij Patauini canonizationem retardans miraculosè mutatur. ibid. 2
B. Antonius Patauinus interfuit comitiis Aflsij. 1221.
 11
quosnam Antonius Patauinus ab aquarum periculo exemerit. 1240.10
Antonium malè affectuisse Franciscum triennium vi-tam eremiticam amplexatum fuisse, conficitur. §.5.
 16. 17.appa.
S. Antonius Patauinus naufragantes saluavit. 1232.9
 in S. Antonij canonizatione multa miracula fiunt. ibid. 3
Antonius Patauinus vinum effusum in vas restituit. 1231.12
S. Antonius de Padua quando S. Augustini instituto se addixit. 1220.13. intendit sacra lectioni. ibid. vult emulari martyrum triumphum. ibid. 54. habitum petit Minorum. ibid. mutat nomen, & cur. ibid. abiit ad martyrum. ibid. 55
S. Antonius Patauinus diaboli aperie mendacium. 1231.17
Antonius Patauinus abiit Patauim. ibid.
S. Antonius Patauinus auctui insidias Presbytero pa-ratas. 1240.15
S. Antonius de Padua quo anno presbyteratu ini-tiatus. 1221.3. o. eiusdem cum doctrina humilitas. ibid. sacerdotem non fuisse prius quam ad Mi-nores accederet conficitur. ibid. mittitur Vercellas vt studeat cum collega Adamo Marisco. ibid. 51. quam feliciter sub Abbe Vercellensi dijicerit. ibid. Abbatis de eodem testimonium. ibid. Francisci ad Antonium epistola. ibid. 32. iuberit alia docere. ibid. an fuerit primus lector in ordine. ibid. 33
S. Antonij Patauini prodigia & miracula. 1240.10.
 11. 12. 13. 14. 15. &c. quos ad vitam teuocarit. ibid. 11. quomodo mutum & surdum sanat. ibid. 12. brachium vulneratum curat. ibid. 13. duos mun-darit leprosos. ibid. & vt fitus cæcus oculorum lumine priuatus sit, sed contritus postmodum il-luminatus. ibid. 14
S. Antonius Patauinus quādo vocatus Romam. 1227.
 15. magni fit à Pontifice & Cardinalibus. ibid.
S. Antonij Conuentus. ib. d. 18
Antonius fecit vt ancilla sub magna pluvia non ma-deficaret. 1231.8. similiter & sui auditores. ibid. 11
Antonius prædicat quotidie in quadagesima. ibid. 1
S. Antonius submersum resuscitat puerum. 1240.10
Antonius à Padua & Adamus de Marisco Hel. refi-stunt. 1230.8. ad Papam fugiunt. ibid.
 11

Index Rerum.

Antonius dæmonis artes illudit.	1231.9.	Item & alias prædit.	ibid.10	Apparitio Christi in medio discipulorum Francisci,
S. Antonij Patauini dotes.		ibid.29		1211.2
S. Antonio flammæ igne curadpingantur.	1232.17			Apparitio Christi Domini & Virginis Mariæ Fran-
& S. Antonio voti obliuio punitur.		ibid.13		cisco.
Antonius surreptum psalterium mito modo fecit ut reddetur.	1231.14			1221.11
B. Antonius Patauinus in Aemilia agit vitam solitariam & asperam.	1221.12			Aqua in optimum vinum versa à S. Franciso.
Antonius Patauinus crines mulieri avullos restituist.	1231.7			1213.14
S. Antonius Patauinus viu siccæ præstinam viridita- tem restituist.	1232.7			Aqua stigmatum S. Francisci morbidas oves sanat.
Antonius Patauinus sacram Scripturam memorat calluit.	1227.15	à variacum gentium auditoribus predicantis intelligitur.	ibid.16	1224.22
S. Antonij Patauini miracula quinam examinarint.	1232.14			Aquæ venam mirabiliter aperit S. Egidius S. Fran-
S. Antonij sepulchrum visitantibus indulgentia con- ceduntur.		ibid.		cisc. discipulus.
S. Antonius Pontifici notus.		ibid.		1237.9
Antonius prædicat in campis ob auditorum frequen- tiam.	1231.3			Aquam educit Franciscus de petra.
S. Antonius Patauinus prædictis improbo cuidam no- tario martyrium.	1227.17			1221.11
S. Antonius probabiliter non agnouit eremitas Augu- stinianos. §. 5. 35. apol. nihil deducitur pro Augusti- nianis ex eo.	ibid.34			Aquam cœnosam S. Dominicus puram & limpidadem quomodo reddidit.
Antonius Patauinus signo crucis pueru laboranti fa- nitatem restituist.	1231.20	item puellæ morbo cadu- co oppresse. ibid.21. ipsius Antonij socius Lucas commendatur.	ibid.10	1220.6
S. Antonius Patauinus mortuum exsuscitat.	1227.19			Aquam desideratam accipit infirmus quidam ad S. Francisci invocationem.
S. Antonij Patauini mors à pueris reuelatur.	1231.34			1228.38
de ipius corpore si contentio.		ibid.		Aquensis conuentus extruitur.
autem videtur. ibid.35. ei adhibentur custodes.		ibid.		1244.17
36. effectus in Ecclesiam fratrum. ibid.38. quinto post mortem dic sepelitur.		ibid.		Aquila prægrandis fr. Minoribus cibum & ministrat.
fr. Antonius quam efficax in prædicatione verbi diui- ni.	1214.40	Episcopum inordinata ritu virtuū re- prehendit & flebit. ibid.41. prædicante Antonio benedicit frat. absens Franciscus.	ibid.42	1221.19
S. Antonius Patauinus prædi.ans auditur à piscibus miro ordine compoſitus stationibus & in iactu oculi apparentibus.	1225.17	prædicationis illius quantus fructus.	ibid.19	Archiepiscopus Mediolanensis creature B. Leo Mi- norita.
S. Antonius Patauinus morte suam prænuntiat.	1231.			1239.13
30. in solitudinem recedit. ibid.31. Paduanum reuer- titur. ibid.32. decumbit iuxta monasterium sancti- monialium Paduæ. ibid. Expletis Christianæ pie- tatis officiis moritur. ibid. apparet Abbatii Vercel- lensi.		ibid.		Archiepiscopus Vpsalensis fr. Laurentius.
de S. Antonio Patauino canonizatio serio agitur.	1231.			1241.15.
in S. Antonij canonizatione inscrij exultant Vlissipo- nenses.		1242.15		Strenue munere fungitur.
S. Antonius canonizatus.		ibid.14		ibid.
illius dies festus indicitur.		ibid.		Aretij Franciscus degens quid memoratu dignum ediderit.
S. Antonij dies festus indicitur.		ibid.		1221.14. 15. 16. & 17. &c.
Apertione librorum Euangelij S. Franciscus inuesti- gat Dei voluntatem.		1224.9		Aretinus conuentus.
Apocrisarij destinantur ex Prædicatoribus & Minoris- bus.	1233.9.	refertur eorum iter & hystoria. ibid.		1231.41
continuatio historiæ legationis.		ibid.17		Arma impugnationis Tertiatiis S. Francisci non se- renda.
Apocrisarij in Græciam missi à quo.		1244.12		1221.17
Apolistaræ S. Franciscus prædictis forcas.		1222.15		Arma tentat S. Franciscus.
Apostoli post Patriarchas & Prophetas missi pro ho- minum salutre.		1233.4		§. 4. 4. & 5. appa.
Apostolica indulta sub Gregorio IX. Minoribus con- cessa.	1243.21.	item & alia Clarissim.	ibid.	reuecatur diuinicus à sceptro itinere. ibid. 6. inter ludicra seriò meditatur celestia.
Apostolica indulta data 2. Idus Februarij.		ibid.22		§. 4. 7. appa.
Apparuit Francisco magna cum clarissim.				Armandus Russus ob blasphemiam suam à Deo le- verè percussus.
				1241.1
				Armenorum error quis & qualis.
				1247.11
				apte nominis interpretatio.
				1233.17
				Ascendendum semper ex creaturis ad Deum.
				1210.14
				Afculanus in Franciscanos bene affecti.
				1215.21
				Afello Franciscus ductus Tyfum.
				ibid.11
				in Asiam Gregorij IX. iussu expeditio adornatur, & quem in finem.
				1227.5
				in Asiam legati abeunt fr. Minores iussu Pontificis,
				ibid.
				1233.5. item ad Soldanum.
				ibid.
				Afini pullum lascivientem Franciscus verbo cohic- bet.
				1213.8
				Affili consules solemnitatis translationis S. Francisci perturbatores.
				1230.5. iis multa beneficia largitur Pontifex.
				Affili ciuitas à dracone magno circumdata offertur in visione nocturna fratri Sylvestro, vndeclimo in sodalitio S. Francisci.
				1209.19
				Affiliates Ecclesiæ exemptio & priuilegia concedu- tur.
				1230.1
				Affiliatus à Pontifice collata beneficia.
				1230.3. ipso- rum Ecclesiæ primum posuit lapidem.
				multos Affiliates Franciscus conuerit ad Christum.
				1212.10
				Affiliates Ecclesiæ consecrantur à Pontifice.
				1235.17
				describuntur.
				ibid.18. 19. 20. 21. 22. 23. 24
				Francesco.

Index Rerum.

- A**ffilij ciuitas vbi sita §. 3. 7. appa. laudata à Francisci
ortu. ibid.
Affilij conuocat Francisc. ad comitia generalia. 1226.1
visio de Assumptione B. Mariae Virginis cui obla-
ta. 1227.13. quanto die assumptū corpus virgineum.
ibid. probabilius post triduum assumptum fuisse
corpus. ibid. 14
Athloensis conuentus in provincia Hibernie. 1241.
28
Athluain oppidi descriptio. 1241.28. conuentus Mi-
norum in prefato oppido fundator quis. 1241.28
Atrebatii Conuentus Minorum quando fundatus.
1223.17
Auarum quedam Spoleti Franciscus ut emolli-
uerit. 1213.9
Auarum quedam damnatum nuntiauit S. Anto-
nius. 1231.22
Audamaropolis seu Odomaropolis Conuentus à
quibus restauratus. 1233.42
ob Auditorum frequentiam in campis prædicat An-
tonius Parauinus. 1231.3. ad eius sermones mul-
ta milia confluunt. ibid.
Aues S. Franciso familiariter inhærent. 1217.15.
pisces ei colludunr. ibid.
Auicula Franciso in cibum cælitus missa. 1214.33
Aues iussæ silere à Franciso, silent; demum cantare,
& obediunt. 1220.5
Anes prædicantem Franciscū attente audiunt. 1212.31
Aues applaudunt S. Franciso in monte Aluerne.
1224.4
Augustæ procurante fr. Cæsario primo Theutonizæ
ministro celebrantur comitia. 1221.10. Minores
principias penetrant Germanizæ ciuitates. ibid.
Augustiniani monachatus S. Francisci vnde occasio
desumpta. §. 5.1. appa.
Augustinianis præcipit secundò Alexander ut ha-
bitu à Gregorio prædecessore suo præscriptum
gestent. §. 4.5. apol.
Augustinianorum protector quis. §. 4.12. apol. habi-
tus professorum. ibid. item & Conuersorum. ibid.
ac Novitiorum. ibid. adhuc non concordant in
habitu Augustiniani. §. 4.13. apol.
B. Augustinus Affilijs in Minorum numerum quan-
do relatus. 1210.37
primum argumentum Augustinenium ex habitu
eremitico S. Francisci §. 4.1. apol. respondetur ad
illud. ibid. 2
Augustinianorum prima coniectura. §. 4.3. apol. re-
fellitur. ibid. secunda coniectura. ibid. 12. retici-
tur. ibid. tertia coniectura. ibid. 33
Augustinenium habitus exordium. §. 4.2. apol.
Augustam quam cum difficultate peruenient Mi-
niores. 1221.9
ostenditur Augustinianorum argumentum desum-
ptum ex habitu esse inefficaz. §. 4.10. apol.
Augustinianorum corrigia quæ & qualis. §. 4.27. apol.
an similis corrigia S. Francisci. ibid.
Augustinianorum magna vnto sub Cardinale Ri-
chardo §. 4.21. apol. dispensatur circa baculos &
serulas. ibid. Icribit Alexander Episcopis ne co-
gant eos baculos deferre. §. 4.13. apol.
S. Augustini instituto qua ratione S. Antonius de
Padua se consecravit. 1220.53
Augustinianis quam parum faucent multi testes cir-
ca pro confirmando prætenso monachatu S. Fran-
cisci. §. 5.30. apol.
Augustiniani interponunt appellationem circa præ-
scriptum sibi habitum. §. 4.5. apol. bulla Greg. LX.
qui iubet ut cogantur ad hunc habitum assumen-
dum. §. 4.6. apol. recurrunt personaliter ad Ponti-
ficem. §. 4.7. apol. bulla alia qua iubentur cucullas
discinctas portare. ibid. 8. circa S. Augustini regu-
lam quotundam dubium. §. 2.9. apol.
Augustiniani mire discrepant circa locum tyrocinij
S. Francisci. §. 3.10. apol. admisso etiam hoc tyro-
cinio Franciscus non potest dici Augustinianus.
ibid. 11
Augustiniani Eremitæ iubentur suscipere præscri-
ptum habitum. 1240.9
Augustini de Affilio anima simul cum S. Francisci
cuolat in cælum. 1216.39
Auinione comitia ordinis Franciscani cur celebrata
sub Innocentio IV. 1247.1. in isto capitulo ge-
nerali depositus Crescentius. ibid. error refutatur
circa regimen Crescentij. ibid. conuocatio Pro-
vincialium & aliorum. ibid. 2
Aulta litterarizæ conuentus Parisiculus Minoru. 1234.
26. refectorium. ibid. 27
Aulicorum protervia in S. Elizabetham Landgrauiam
maxima. 1214.40
Aures & oculi animæ fenestre. 1212.48
Austerij Cardinalis circa situm corporis S. Francisci.
1230. item alia D. Galeoti à Galeotis. ibid. 5
qui Autores præter Augustinianos prætentum mo-
nachatum S. Francisci confirmant. §. 5.27. apol.
Author huius operis vnico de Augustinianorum ha-
bitu inhæret argumento. §. 4.30. apol.
Authores legendæ trium sociorum. 1244.8
Author speculi S. Francisci quis. 1226.44
Auximi Franciscus triginta adolescentes suo acquirit
instituto. 1215.23
in Azymis Christum celebrasse probatur. 1233.17
de Azymo & fermentato. ibid. 9
- B.**
- B**aculus Eremitarum insigne. §. 4.1. apol.
Baculum an Eremitæ ab Augustino accepint.
§. 4.18. apol. non accepisse conficitur. ibid. con-
ceditur eis licentia ab Alexandro IV. ut baculos
non defecant. ibid. 19
à Baculis & serulis deportandis liberantur Augusti-
niani. §. 4.21. apol.
Baculum non sive peculiare Augustinianorum insi-
gne vt probetur. §. 4.19. apol.
Baculum sic figit in terram Franciscus vt die sequen-
ti inuentum sit in proceram & opacam ilicem
excreuisse. 1216.20
Baiocarum conuentus. 1222.37
B. Balbina Claræ discipula. 1214.34
B. Balbina nebris S. Claræ, filia Domini Martini de
Catano monasterium S. Damiani assumpto habitu
intravit, in quo & sanctissimè vixit. 1215.36
Bandellus modestè carpitur. §. 4.14. appa.
Bangitarum & Eumenorū strages. 1245.7
Baptismatis sacrolæcti salutaribus vndis ablutus post
conuersionem suam ad fidem Catholicam Solda-
nus Rex Ægypti. 1219.62
Baptizatur S. Franciscus. §. 4.1. appa.
monet nutrix vt ei caueat à dæmonum insidiis.
§. 4.2. appa.
Demonum inuidiam reuelat energumenus. ibid.
fr. Barbari cuiusdam ob fratrem verbis Iæsum quanta
fuerit humilitas. 1219.56
Barbarus Affilijs Franciscu adiunctus. 1209.36
magnum paupertatis amator. ibid.
Barcinonense monasterium. 1214.29
Barcinonem appellant discipulæ S. Claræ, & quo-
modo. 1233.35
Barcinonense S. Claræ monasterium quomodo fa-
ctum sit Benedictinum. ibid. 37
fr. Bartholdus Theueranicus quis & qualis, & quanto
in

Index Rerum.

in honore habitus.	1226.61	Beneuenetus Eugubinus moritur.	1131.18
Bartholomæus Baro suscipitur ad 3. ordinem. 1211. 22		Beneuenetus.	1149.9
Bartholomæus quidam nomine, puerulus adhuc, sub magno pondere nibil sentit. 1228.19. quare. ibid. sub ingenti lapide non perit aliis. 1228.30		Beneuenetus Eugubinus multa patet miracula 1131.18	
Bartholomæus à Florentia vbinam requisicat. 1212. 41.		Beneuenetus laicus Mantuz moritur.	1130.18
Bastide qua ratione domicilium sibi] acquisierint Minores.	1222.39	Beneuenetus Eugubinus quando admissus in socie- tatem Franciscanam.	1122.1
Bathi exercitus.	1245.2	Beneuenetus Eugubinus initiator.	ibid.11
ad Batbum ducem perueniunt Minores. 1245.7. illius aula qualis.	ibid.	Beneuenuti Eugubini festum celebratur in variis Episcopatibus.	1231.19
Beatrix mulier Romana solo attractu chordæ, qua quondam præcinctus fuit S.Franciscus, emotuum scorum incolumis emisit.	1228.48	Benignitas B. Bohauenturæ quanta fuerit. vide Bo- hauentura.	
Beatrix quædam curva & strumosa ab Elizabetha ple- nissima sanitati redditur.	1235.8	b. Bentiuolus.	1132.10
Bela Rex Hungariz S.Eliz.bethæ frater.	1238.2	Bentiuoli charitas in leprosum. 1232.21. plura eiul- dem miracula.	ibid.
Bela regis pietas. 1238.1. pro conuertenda terra Assia- ni iubens ei adesse Prædicat. & Minores. 1239.2		fr. Berardus quando S.Francisco adiunctus.	1113.19
Bela Regis Hungariz erga Minorcs affectus. 1235. 11		Berengaria quæ. & qualis.	1217.21
Bela Hungariz Regi pugnaturo contra Assianum Bulgarorum dominum, conferuntur in adiutori- um Brædicatores & Minorcs ad varia ministe- ria.	1238.1	Bergomensis coauctores quant mercantur fidem §. 5.19. apol. aliqualiter excusandi. ibid.20. qui sine illi.	ibid.16
Belli finistrum euentum ad Damiam Christianis præauocat S.Franciscus. 1219.46. Vaticinij huius exitus.	ibid.	Bergomense monialium monasterium.	1230.15
Bellum intestinum prædictit Perusinis Franciscus.	1211.3	Bergomensis facilè se prodit monachatus S.Francisci affectionem. §. 5.16. apol. dubium nimis chirogra- phum à Bergomensi citatum. §. 5.16. apol. alij fi- clem conciliant inanem huic chirograpbo. §. 5.18. apol.	
Benacensis Minorum conuentus.	1220.6	Bergomensis quando scripsit. §. 5.10. apol. quis prior scripsit Sabellius an Bergomas. ibid.9. an Marquez viderit supplementum supplementi Ber- gomensis. §. 5.9.apol.	
Benedictus bonis Franciscus, maledicit scandalosis fra- tribus.	1221.26	Bergomensis prior in scribendo Sabellico. §. 5.11. apol. statuit primus assertor monachatus prætenū S. Francisci, ibid.: 3. vnde ei assertionis occasio. ibid. quomodo probat suum assertum.	ibid.14
pater Benedictus de Gavoraccio Theologus consum- matus ubi iaceat.	1212.41	Bergomum & Paduam appellit è Syria redux Fran- ciscus.	1210.5
Benedicta Claræ discipula, & post eam prima ele- cta Abbarissa.	1214.34	Bergomi conuenerunt Dominicus & Franciscus.	1220.5
Benedictini pro legata Minoribus æde Portiuncula annuum recipiunt censum.	1220.30	Beringarium Archipresbyterum de Montefeltro mi- raculosè lanat B.Dominicus Minorita.	1241.13
Benedictinus mira visione fit Franciscanus.	1236.15	S.Bernardinus Senensis.	1221.19
S.Benedicti monasterium fit Franciscanum. 1219. 66. qua ratione. ibid. oritur circa hoc quoddam dubium.	ibid.66. & 67	Bernardus de Viridante regulæ Francisci perfectus señator. 1209.37.. ciuidem excellens patientia. ibid.	
sub S.Benedicti regula Clarissæ instituuntur. 1219.46. item sub perpetua clausura.	ibid.	fr. Bernardus de Bessa fr. Thomæ legendam in com- pendium contraxit.	1144.10
Benedictus Aeternus fit fr. Minor.	1211.16	S.Bernardus à Quinta valle conuersus.	1209.1
b.Benedictus.	1249.9	S.Francisci primogenitus appellatus.	ibid.
S.Benedicti corpus S.Franciscus inuise desiderauit dum in regnum Parthenopeum transiurus esset.	1222.5	explorat Francisci sanctitatem).	ibid.
Benedictini ædiculam Portiuncula Franciso conce- dunt.	1210.26	qua ratione.	ibid.
fr.Benedictus de Aretio Marchiz Anconitanus magi- ster.	1216.3	statuit Bernardus S.Franciscum sequi. res suas terrenas erogat in pauperes.	ibid.8
fr. Benedictus minister prouinciae Marchiz in Gra- ciam nauigat.	1219.33	Bernardus à Quinta valle reprehendit lepidè He- liam.	1230.9
Benedictæ officij origo.	1247.5	b.Bernardum à Quinta-valle comparat hyrundini B.P.Ægidius. 1241.4. habuit intelligentiam scri- pturarum.	ibid.5
Beneficia Assisiatis à Pontifice concessa.	1130.3	fr. Bernardus de Quinta-valle vehitur ab Angelo trans frerum.	1220.18
Beneficiari quidam Parisiensis mitabiliter factus Minorita.	1236.14	B.Bernardi à Quinta-valle conuersio. 1209.1. eiul- dem de S.Francisci sanctitate opinio.	1209.1.
de Beneficiorum pluralitate magna & prolixa habe- tur disputatio Parisis.	1238.8. & 9. plutes de hoc du- bio egerunt, & qui illi.	statuit Franciscum sequi.	ibid.4
Beneficiorum multitudine quam periculosa sit multis probatur exemplis. 1238.8. & 9. plutes de hoc du- bio egerunt, & qui illi.	ibid.9	Bernardi à Quinta-valle primogeniti S.Francisci ex- tasis profunda.	1224.10
b.Beneuenuta S.Clara socia, vocis quam amiserat, beneficium Clara intercessione recepit.	1223.69	B.Bernardo à Quinta-valle oculorum claritas colla- ta.	1241.6
Beneuenuta quædam nomine sospes evasit ad preces		b.Bernardus à Quinta-valle anno millesimo ducen- tesimo quadragesimo primo superstes.	1241.1
		eiudem cum Francisco familiaritas ibid. rapuis in Deum. ibid.1. illius diarium memorabile.	1241.1

Index Rerum.

- notabile documentum. 1241.3
B.ernardo à Quinta valle subtrcta consolatio , ei-
dem restituitur. 1241.8
fr. Bernardus laudatus à S. Francisco moribundo.
1116.30
cum fr.Bernardo de Quinta valle qui in Hispaniam
destinati. 1116.2
B.ernardus à Quinta valle fuit in temptationibus con-
tinuis.1241.7. charitate totus ardebat. ibid.
Bernardus multa Bononiz patitur. 1211.28. omnia
vincit patientia , & domicilium suis obtinet. 1211.
28. quis fuerit ille iurisconsultus Bernardi fautor.
1211.29.
fr. Bernardus à Quinta valle pauperi infirmo curan-
do præficitur à S.Franc. 1213.18
B.ernardi à Quinta valle mors & ultima infirmitas.
1241.8. fratres ad mortem eius, quem loco patris
sulpiciebant, omnes conueniunt. 1241.9. verba
eius ad fratres sub mortem. ibid. mors. ibid. 9.
post mortem pulchrior apparuit & tractabilis.
1241.9
b.ernardus de Massa prouinciaz Tusciaz multis illu-
stratur miraculis.1241.17. à dolore vesicaz liberat.
1241.17
Bernardi Episcopi Cæsarugustani beneficia in san-
ctimoniales monasterij S. Catharinæ Cæsaraugus-
tani. 1237.16
Beuanij Franciscus cæcam sanat puellam. 1112.31
Bilbilese monialium monasterium.1240.29. quām
celebre & perfectè elaboratum. ibid.30
Birgerum ab exteris discedere monet fr. Laurentius
Archiepiscopus Vpsalensis. 1244.15
Bisenmiorum parria.1245.7.eius descriptio. ibid.
Bituricensis conuentus sumptibus Illust. Domini de
Chauignij exordium sumpsit. 1228.88
Blanchæ Regina multum contulit ad fundationem
conuentus Meldensis , ita suadente confessore.
1248.10
Blanchæ Reginæ in Minoritas Parisienses pietas.
1234.18.
Blasphemiaz & detractionis mala. 1210.2
Blasphemus seuerè à Deo percussus. 1242.3
Blasphemus in B. Luchesum correptus , & liberatus.
1242.7
Blondi & Platinz error quidam resuratur. 1244.4
Bohemiaz Rex in Agneris germanaz suz fauorem fun-
dum monasterij Ecclesiaz Roinanæ cōcessit.1234.3
ad Bohemia Regis filiam Agnetem scribit Ponti-
fex. 1243.33
Boleslaus Pudicus Rex Poloniæ persuasione geni-
tricis suæ, ex Pragensi ciuitate in Cracouiam Mi-
notes quando vocari. 1237.12
Bona Donna B.Luchesij consors in pauperes rigidior,
quomodo liberalis & mitior effecta. 1121.15
D. Bonauentura in Conuentum Urbeuetanum sum-
ma propensio, & vnde nata. 1216.20.& 21
S.Bonauentura natalis dies. 1221.45.de eius nomine.
ibid.45
quidam Bonauentura nomine miraculosè à submer-
sione seruatus. 1228.40
Bonauentura quæ & quot opuscula scripsit. 1232.
39
B. Bonauentura. 1243. 2. eius statuta & constitutio
corporis. ibid. 3. infirmatur. ibid. 4. liberatur pre-
cibus Francisci. ibid. religionem assumpsit. ibid. 5.
progressus eius in religione. ibid. de eo testimoni-
num Alensis. ibid. 6.eius humilitas. ibid.ei Eucha-
ristiam ministrat Angelus. ibid. agrotis seruit. ibid.
7. eius benignitas. ibid. item & studium contem-
plationis. ibid. 8.industria. ibid. 10
Bonelliconuersio vide Ioannes Bonellus.
- Boni à malis semper vexati. 1233.32
inter Bonos cur sepe mali permittantur. 1209.21
Bonifacius VIII. confirmat indulgentiam Portuocu-
la. 1213.4
D.Bonizius magnus paupertatis amator. 1220. 11. in
rebus præcipuis & grauibus assumptus à D. Fran-
cisco in socium. 1220.11
Bononiz multa F. Bernardus patitur. 1211. 18. do-
miciolum suis acquirit. ibid.
Bononiz conuertit Peregrinum Falleronum & Ri-
gerium S.Franciscus, & quomodo. 1210. 7. Pere-
grini commendatio. ibid.
Bononiz prædicat S.Franciscus. 1223.25
Bononiz habita Ordinis Minorum comitia sub Hay-
mone Ordinis generali. 1241. 1. in illis quid ordi-
natum. ibid.
Booz & Iachin columnæ mysticæ ut exprefse. 1216.
16.
Boues & oues sanat aqua stigmatum S. Francisci.
1224.22
Brachium vulneratum curat S. Antonius Parauinus.
1240.13.duos mundar leprosos. ibid.
Brachium aridum restituit F. Gratianus prouinciaz
Marchiz. 1241.23
Breuiarium Romanum non fauet asserto Augusti-
nianorum de prætenso monachatu S. Francisci. §.
3.31.apol.
Breuiarium S. Francisci ab aquarum illuuiie miracu-
losè nihil passum. 1217.21
Breuiarium S.Francisci ubi serueretur. 1217. 21
Breuiarium & Missale per F. Haymonem cordeatum
assumpst Ecclesia. 1244.2
S.Brigittæ testimonium de indulgentia zedis Portiuncu-
lez. 1223. 6. quantus concursus populorum pro
hac lucranda indulgentia. ibid.
Brugense monasterium fratrum Minorum transfe-
runt. 1233.41
Brugenis conuentus. 1247. 25. dicatur Ecclesia B.
Virgini. ibid.
Bucardum quandam submersum Elizabetha Hun-
garica ad vitam reuocat. 1233.6
Bulla Greg. IX. qua iubentur Augustiniani habitum
alium assumere §.4.7. apol.bulla alia qua iubentur
cucullas discinctas portare.ibid.8. præfigitur ter-
minus. ibid.9. adhuc tenituntur hunc habitum
admittere §.4.11. apol. Innocentius Pontifex con-
firmat litteras Cardinalis Protectoris §.4.12. apol.
litteræ Protectoris. ibid.
Bulla canonizationis S. Francisci. 1218.76
ad Bulgaria Regem Pontificis literæ. 1245.15
pro Bulgarorū reductione ad obedientiam Sedi
Apostolice quibus conatibus agat Regina Hun-
gariz. 1247.6
Burdegalz conuentus S.Claræ. 1247.14
Burgensis conuentus an prior Iuliobrigensi. 1214.1
Burgensis Clarissis regulæ sui instituti dantur.
1234.7
Burgis locum excipit Franciscus. 1213.61
Burgis in Hispania quando Minorum conuentus ini-
tiuum sumplerit. 1218.13
in Burgundia ad extinguedas heresios Hammas Mi-
nores laborant. 1219.40
in Burgundia quomodo nobilis quidam ad ordinem
Minorum vocatus fuerit 1236.13
Buscoduensis conuentus 1228.90
vnde sic dictus. ibid.
Busta Sanctorum ingentes bonorum thesauri. 1231.
30
Bzouii error circa Franciscanorum regule approba-
tionem refellitur. 1210.10
Bzouius vnde Abrahamus Bzouius.

Index Rerum.

C

- B. Cecilia** vixit sub disciplina S. Claræ magna cum laude & pietatis admiratione. 1215.37
Cecam puellam Franciscus Beuanus qui sanarit. 1212.
 31
Cecro visum B. Elizabetha restituit. 1229.14
Ceci S. Francisci meritis illuminari. 1228.7
Cecus illuminatus à B. Guidone. 1250.8
Cecum illuminat B. Luchesius. 1241.16
Ceci illuminantur die canonizationis S. Antonij. 1232.5
Cecus quidam effectus ob neglegtam vocationem, & quis. 1242.1
 paenitenti restitutus visus. ibid.
Cecus natus Elizabetha opera visum recipit. 1235.
 7. item aliis morbidis ab ea curatur ibid. 9. item cæca & clauda & muta. ibid. item & alia cæca. ibid.
Cecum sibi obuium signo Crucis illuminat fr. Raynaldus de Reare. 1243. 14. sudor ejus miraculosus. ibid. 41
Cecus exexcatur, contritus illuminatur S. Antonij Patauni intercessione. 1240.14
Celestinus IV. natione Insüber succedit Gregorio IX. 1241. 34. obiuit Pontificatus sui die 17. vel 18. & vbinam sepultus. 1242.34
fr. Cæsarius de Spira absolvitur à Ministerio Germania. 1221. 23. progressus Ordinis in Germania sub Alberto Pisano. ibid.
fr. Cæsarius primus Theutoniz minister 1221.10. per diuersas Germaniz ora fratres distribuit. ibid. Augustæ comitia celebrari mandat. ibid. principias penetrant Germaniz ciuitates. ibid.
fr. Cæsarius Spirensis primus iam Germaniz minister constitutus per B. Franciscum quos sibi adhibuerit socios. 1221. 6. perueniunt Tridentum & prædicant non sine magno fructu. ibid.
Cæsarius Spirensis regularis discipline S. Francisci zelatorum Dux. 1239.1. & 2. quis fuerit ille Cæsarius Spirensis. ibid. 2. virtus integritate & eruditione clarus. ibid.
fr. Cæsarius occiditur, & quomodo. ibid. 5. illum Pon-tifex vider in celum efferti. ibid. 6
Cæsarius creatus minister Germania. 1221.5
fr. Cæsarius reddit Assisi. 1222.24
Cæsaragustani conuentus prima extructio. 1219.40
Cæsaragustanum monasterium monialium quomo-do ecclæsum. 1234.7
Cæsaria quantum distet ab Assisi. 6. 3. 4. apol.
Caieta prædicat S. Franciscus, haicula pet se à terra recedente. 1222.6
Caiphæ ad Christum redargutio furilis. 1233.24
 cur Calicem & hostiam portat S. Antonius Pataunus. 1232.17
Calcei Eremitarum S. Augustini qui & quales. §. 4.
 2 apol.
 ad Canonizationem que requirantur. 1232.14
Canonizatio S. Patris Dominici. 1234.35. item & Elizabethæ Langrauiæ. 1215.1
 de Canonizatione S. Antonij Patauni serio agitur. 1232.1
Canonizatio S. Francisci 1228.4. solemnitas huius canonizationis. ibid. 5
 de Canonizatione S. Antonij ante vnum menseni ab ipsius obitu agitur. 1231.41
Canonizationem S. Antonij Patauni retardans miraculose mutatur. 1232.2
 in Canonizatione S. Antonij Patauni iacentur Vlissiponenses. ibid. 15
Canonizatio S. Antonii Patauni. ibid. 15
 die Canonizationis S. Antonij late miracula. ibid.
 de Canonizanda S. Elizabetha mortuo Conrado Mar-purgensi tepidè agitur. 1234.1
 committitur caulla aliis Prelatis. ibid.
 à Canonicis regularibus Conimbricensibus Mi-nores turbantur. 1233.30
Cantiana diœcesi extruitur conuentus S. Marie Angelorum. 1214.11
Cantipratani testimonium de retinente plura beneficia dum vnum competens sit. 1238.9
Capellani & visitatori monialium leges, quæ. 1224.1
 de Capellanis Clarissarum. 1219.46
 item de cratibus communionis. ibid.
Capillis S. Francisci ruinola domus consolidatur, & quo modo. 1223.7
forma Capitij S. Francisci. 1208.6
 descrip̄io totius vestis S. viri. ibid. 7.
 eam maximè recinuerunt Capuccini. ibid.
Capitium damnato extraçum. 1243.14
Capitulum primum generale fr. Minorum Assisi. 1216.1. in Hispaniam mittuntur fratres. ibid.
 de Capitulo Pentecostes frat. Minorum. 1213.12
Capitula bis in anno fieri statuit Franciscus. 1212.45
Capitulum generale ordinis Franciscani celebratur Auniōne conuocante Innocentio IV. Pontif. Max. 1247.1
Capitulum generale octauum celebratur. 1244.6
Captiu Christiani usque ad triginta millia à Soldano laxati, & in libertatem afferri. 1219.60
Capuz quoniodo Minores conuentum obtinuerunt. 1222.12
Capuccinorum capitium plus accedit ad formam capitiij S. Francisci quam aliorum S. Francisci seditorum. 1208.6
Caput Ecclesiæ vnum tantummodo. 1245.15
Caput B. Luchesij in processione defertur. 1241.19
Capitis B. Guidonis inventio miraculosa. 1250.18.
 à Carcere quendam liberat B. Luchesius. 1241.9
Cardinalis Austriæ de situ corporis S. Francisci narratio. 1230.4
 item alia nobilis cuiusdam. ibid.
Cardinalis Compostellanus Franciso adheret. 1214.
 20
Cardinalis Caieranus tertius Ordinis Minorum pro-tector. 1217.6
Cardinalis Hugolinus primus Ordinis Minorum pro-tector. 1217.5. rationes petendi prædictorem. ibid. 5.6
Cardinalis Hugolinus dissuader S. Franciso iter in Galliam. 1217.1
Cardinalis Hugolinus interfuit synodo à Franciscanis celebrazione. 1219.14. inita congregatorum conver-satio. ibid.
Cardinalis Viterbiensis assertum de colore habitus Minorum examinatur. §. 5. 12. apol.
Cardinalium dignitas aucta. 1232.36. ad eos scribit Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus 1231.36
Cardinalis petendus Protector in religione Mino-rum. 1223.11
Cardinales Clarissarum protectores. 1219.46
Cardinalibus quibusdam egregium datum responsum à B. Egidio S. Francisci discipulo. 1237.8
 ex Cardinalibus ac viris principibus plures Franciso addicti. 1220.17
Carinula siue Calenus, Campania felicis ciuitas. 1222.11. in eadem conuectum sibi aequum Mi-nores. ibid.
Caro S. Francisci candida post mortem & membra tractabilia. 1226.41. confluunt multi ad ferre vñ- 1216.41

Index Rerum.

- Carnibus cur vesci concessura in natali Domini incidente in diem Veneris.** 1215.32
Carnium vsum fr. Minoribus male interdictum fulse ostenditur fratri Eliz. 1210.11
Carneum suam ad aliorum exemplum Franciscus assidue flagellabat & affligebat. 1210.16
Cassita voracitatem Franciscus exosam habet. 1217.
 10
Castellanaz ciuitatis conuentus. 1230.17
 ad Castellaz Reginam de laudibus Elizabethaz scribit Pontifex. 1235.14
 in Castellam regressus Franciscus Ciuitates inuisit. 1214.19
Castigationis diuinæ in reprobos exempla. 1243. 13.
 14.15
Castitatem S.Clara proponit seruandam. 1211.19
Castitas S.Francisci tentata. 1222.16
Castimoniaz virtus in sancto Francisco commendata.
 §. 4. 12. & 13. appa.
 in Cathaloniam quando transierit S.Franciscus. 1214.
 19. quid egerit in isto principatu vit sanctus. ibid.
 30. & 31. Socium vinitor spoliat mantello ob leorum vuarum racemulum. ibid. 31. restitutori & benefactori impensè gratiam rependit Franciscus. ibid.
 in Catalonia quedam lethaliter vulneratum sanat B.Franciscus manuum contactu. 1228.15
Cathalauni conuentus vide conuentus.
Cathedram Sylvaneckensem quomodo tenere potuerit Symon Bonneti. 1243.18
 Celani multa patrat miracula S.Franciscus. 1225.11
 Cellam suam vult Franciscus paupertimam. 1211.2
 Cellam Franciscus non vult habere propriam. ibid.4
Cerez quando Minores domicilium acquisuerint. 1222.13
Cervical S.Francisci mistum ad S.Ludouicum Galorum Regem. 1226.64
Charitas in paupertate quantum proficiat. 1230.1.
Charitas Bentiuolij in leprosum. 1232.12
Charitas B.Viridianaz in pauperes. 1242.22
Charitate totus ignescit Franciscus. 1210.54
 per Chartulam S.Franciscus morbo caduco laborantem sanat. 1220.7
Chirographum à Bergomensi citatum dubium & inane. §. 5. 16. apol. alij fidem male conciliant huic chirographo. §. 5. 18. apol. quam mereantur fidem Bergomensis coalessores. ibid.19
 in Choro vidit Angelum B.Erichfridus thurificantem fratres. 1249.9
Christi crucifixi effigies indignationem & subsannationem erga ridentes Minores in completorio indicavit. 1210.64
Christum in azymis celebrasse probatur. 1233.17
Christus S.Francisco circa religionem multa promittit, & qualia. 1224.5
Christo conformis in plerisque Franciscus. 1209.21
Christum prædicant Saracenis Minores iussu S.Francisci. 1219.81. item Marochij. ibid.51
Christus Vicarium in terris reliquit. 1245.3.eius vita exponuntur mysteria. ibid.
Christi Vicarius Petrus. 1245.15
Christus ipse vulnerum S.Francisci insculptor. 1214.
 16.
Christus vna cum B.Virgine Francisco apparer in ædicula Portiuncula. 1210.19
Christi cum Beatissima Matre sua apparitio Francisco. 1211.12.petit Franciscus concedi indulgentiam intrantibus in Ecclesiam Portiuncula. ibid.22
 conceditur indulgentia. ibid.
 confirmatur ab Honorio Pontifice. ibid.23
Christi passionis memoria lacrymas vberes & ciula-
 tus maximos S.Francisco elicere solita. 1168.12
Christus Francisco oranti in Ecclesia S.Damiani quid præceperit. §. 4. 17. appa.
 parat se Franciscus ad obediendum voci Christi. ibid.18.appa.
Christus reficit sacra communione duos fratres Minores. 1212.9
Christus in medio discipulorum Francisci appetet. 1211.2
Christus ab Elizabetha in leproso suscipitur. 1219.19
Christus fratrem ex sodalitio & ordine S.Francisci abeuntem mirabiliter reuocat. 1210.35
Christus apparuit Elizabetha Hungarica morituræ. 1231.42
 de Christo Salvatore laudando. 1213.4
 erga Christianos quanta Soldani mansuetudo. 1219.
 60
Christianismi facies miseranda sub ortum Prædicorum & Minorum. §. 1.13. appa.
Christiani captivi usque ad triginta millia à Soldano laxati & libertate donati. 1219.60
Christianos ad malum exitum , bellum perducturos ad Damiatam S.Franciscus præmonet. ibid.46
 prædictionis veritas paulò post appetet. ibid.2
b. Ioror Christina socia & familiaris S.Clare in sæculo. 1213.66
Chronica in ordinem Minorum scripsit Albertus.
 1240.4
Chronologia multorum qui B.Ioannem Bonum mortuum asserunt anno 1211. exploditur. §. 2. 7.
 apol.
 efficax ratio à temporis obseruatione desumpta. ibid.8
Cibos lauiores refugit Franciscus. §. 5.8.appa.
 dulcescit ei mendicatus cibus. ibid.
 pio occurrit remedio maledictionibus paternis. §. 5.
 4.appa.
Cicadam ut Deum laudare doceat S.Franciscus. 1221.
 15
 ouem diuinæ intendere. ibid.
 & philomelam alternatim Dei laudes concinere. 1221.35
Cilicij S.Clare asperitas quanta. 1213.67
Cilicum S.Clare, tessellulæ adhuc, familiare & frequens. 1221.17
Cilicum sub holosericis vestibus sibi circundans Elizabetha Langravia. 1216.50
Cinguli Augustinianorum & Minorum differentia qualis. §. 4.17. & 18.apol.
Cisterciensis habitum Franciscanorum mirabiliter sufficit. 1216.13
Citonij conuentum extruit suis Franciscus. 1212.5
 multi in eo Horuerunt viti sancti. ibid.4
 B.Guido Citonijs. ibid. B.Petrus Gallus. ibid.
Ciuitatenes inuisit Franciscus. 1214.19
Ciuitatense monialium monasterium. 1240.27
 ad Ciuitatem Cortonenses funus B.Guidonis defertur. 1250.7
S.Clare progenies & ortus. 1212.13.rara pietas Hortulanæ matris eius. ibid.
S.Clare virginis insignis nomenclatura. 1212.15
 educatio. ibid.16
Clara tenella ætate cilicio se macerabat. 1212.17.Sphærulis precatoriis vtebatur. ibid. fit Francisco familiaris. ibid.18.edoceretur eo. ibid.
Clara priusquam mundo libellum repudij daret, etiænes Francisci manu depositum. 1212.21.consanguinei S.Clare eam à proposito reuocare tentant. sed frustra. ibid. 22. eius precibus conuertitur Agnes soror. ibid.23
S.Clare à Francisco ut conuersa. 1212.10
S.Clare

Index Rerum.

- S. Clara nomen diffunditur.** 1213.63. **B. Pacifica Claræ discipula.** 1213.64
S. Clara sanctitatis opinione diffusa multi fugiunt ad claustra. 1212.16
S. Clara Abbatissæ officio renunciat. 1215.38. sed retinere cogitur à S. Francisco. *ibid.* omnia exercet humilitatis officia. 1215.38. virgines plurimas suo acquirit instituto. 1215.37. **B. Balbinam.** *ibid.* 16. **B. Philippam.** *ibid.* 37. **B. Cæciliam.** *ibid.* **B. Luciam Romanam.** *ibid.*
S. Clara Ordo apud eadem Portiunculæ initium suinpsit. 1212.21
S. Clara castitatem proponit seruandam. *ibid.* 19. **Dominica palmarum de mundo cœpit triumphare, & qua ratione.** *ibid.* 20
Claræ precibus fit soror Agnes immobilis, ut à consanguineis eam, à religione abducere volentibus nulquam asportari valeat. *ibid.* 24. **pergunt sorores ad Ecclesiam S. Damiani.** *ibid.* 25
S. Clara assidua in oratione. *ibid.* 17
Clara & ceteræ eius moniales inhærent corpori sanctæ Francisci iam ab anima separati. 1216.42
S. Clara regulam scribit cum S. Francisco Cardinalis Hungolinus. 1217.6
Clarissa euadit Agnes Bohemæ. 1234.4. **sanctum virginis cogitarum laudat Pontifex.** *ibid.* 5. **multis praefatis coimendat Agnetem, eiusque monasterium.** *ibid.* 6. **Rex Bohemia ipsius Agnetis germanus in favorem sororis Ecclesiæ Romanæ fundum monasterij concessit.** *ibid.* 7. **pium Clara & S. Francisci conuiuum.** 1221.32
S. Clara refutat possessiones oblatas. 1243.23
à S. Clara mittuntur sorores in Alemaniam. 1237.15
S. Clara discipulæ quomodo Barcinonem deuenient. 1233.15
Claræ virginis quomodo Ecclesia S. Georgij concessa. 1230.20
S. Claræ monasterium Barcinonense quomodo Benedictinum euasit. 1233.17
S. Claræ monasterium Venetum quæ fundavit. 1234.8
Clarissarum protectores Cardinales vel Episcopi. 1219.46. **de earum capellanis,** *ibid.* **item de cratibus communionis.** *ibid.*
S. Claram visitat Gregorius Pontifex. 1218.1
illa renaciter inhæret paupertati. *ibid.*
Clarissarum varia indulta. 1247.17
Clarillæ intra claustra sepeliri debent. 1219.46
earum recipiendarum examinanda qualitas. *ibid.*
Clarissarum indulta Apostolica sub Gregorio IX. 1243.21
Clarissarum visitator qualis. 1219. item de ostio illarum custodiendo, *ibid.*
Clarissarum monasteria quibus casibus ingredi licitum sit. 1244.3.50
Clarissarum monasterij interiora nullus ingredi debet. 1219.46
Clarissas ob proximam Francisci mortem summè dolentes consolatur ipse S. Franciscus. 1226.21
Clarissis Burgensis datur regula. 1214.7. **earum monasterium Cælaraugusianum quomodo fundatum.** *ibid.* 7
Clarissis conceditur monasterium SS. Cosmae & Damiani Romæ. 1233.36. **eiſdem plura extruuntur cenobia.** *ibid.* 40
Clarissis de officio Domino persoluendo quid præscriptum. 1219.46
Clarissis sequentibus extra monasterium quid obſeruandum. 1224.1. **fugienda colloquia intrantium.** *ibid.*
de Clacillarū locutario precepta. 1216.22. *ibid.* 1
- infirmis.* *ibid.* **itē de lecto, veste, & calceamento.** *ibid.*
Clarissis datur protector Dominus Stephanus Episcopus Prænestius. 1217.6
Clarissis à S. Sede Apostolica indulta. 1246.30. **cura Clarissarum Minoribus demandata.** 1246.30. **communicatio priuilegiorum.** 1246.10
Clarissis Hugolinus præscribit regulas, & quales. 1219.45. **illarum institutio.** *ibid.* 46. **instituuntur sub regula S. Benedicti.** *ibid.* **item sub perpetua clausura.** *ibid.*
Clauda, muta, cæca, & surda quædam puella, ab Elizabetha Landgravia sanitatem consequitur. 1213.9
item & alius claudus. *ibid.* 10
Claudum & cœcum signo crucis sanat B. Gismundus. 1241.19. **mabdat transferri suum funus.** 1241.19.
nihil vult de suo corpore auferri. *ibid.*
Claudum quendam in Tuscanella equitis filium crucis benedictione sanavit S. Franciscus. 1221.1
Clavi in stigmatisbus S. Francisci qui & quales. 1214.18. & 38
intra Claustra sepeliri debent Clarissæ. 1219.46
Clemens V. confirmat indulgentiam Portiunculae. 1213.4
S. Clemens Tuscus. 1241.10. **eius cum dæmone conficitur.** 1241.10. **mors.** *ibid.*
Clerici ad maiora tenentur quam laici. 1226.11
Clerici Vlippontenus reformatio Franciscanis à Præparatoribus commissa. 1212.35
in Cælo sedes Francisci quam excella. 1212.40
Cœnobium Pisii Francisko constructum. 1221.15
item & in Vico Pisano. *ibid.*
Cœnobium Madritense, vide conuentus Madritensis.
Cœnobium Viatorum quando fr. Minoribus datum. 1214.1
Cœnobium prope Sartianum Francisco extrudum, cur desertum & solitarium euaserit. 1212.3. & 4
Cœnobia monialium plura extruuntur. 1231.49
Colfani conuentus Minorum. 1215.17
Collaris conuentus, vide Conuentus.
Collegium Sacerdotum aliquando aliud Tarratorum Imperator. 1245.10
Collis conuentus, vide conuentus Collis.
Colonianni fratris Elizabethæ pictas. 1235.11
Coloniam quo anno fratres Minoris missi. 1224.45
Color habitus Minorum qualis. §. 5. 22. & 23. apol.
Columbarij conuentus, vide conuentus Columbarij.
Coluna Iachin & Baoz mysticè ut adūbratz. 1216.16
Comes Orlando, & videlicet Ollandus Comes. 1213.33
Comes Adolphus fili Minorita. 1239.14
Comitia generalia celebrata in monte Aluerne. 1211.
 31. **privilegia huius montis.** *ibid.* 32. **multa ibi Principum diplomata.** 1213.33. **summi vice monic hunc viliatunt.** *ibid.* 34. **comparatur præcipuis S. Scripturæ montibus.** 1213.55
Comitia generalia celebrantur à Minoribus. 1236.1
Comitia ordinis Minorum Pontifex Genuam conuocat. 1244.4
Comitia Generalia Minorum Metis celebrata. 1249.
item & quonobrem. *ibid.*
in Comitiis Minorum initia protectoris Hugolini pictas. 1217.19. **eiſdem erga Franciscum affectus tenebimus.** *ibid.* **Francisci erga illum reverentia.** *ibid.*
præuidit eum creandum Pontificem. *ibid.*
in Comitiis Assisiensis quinque millia fratum Minorum numerata. 1219.1. **ad ultima comitia à Francisco celebrata triginta millia fratum conueniente (ne multi scribunt) auctor negat.** 1219.4
pro Comitiis celebrandis Franciscus mittit literas scriptorias ad singulas provincias. 1218.1
Commercium inter Minoros & mundum. 1210.50. *ibid.* 51

Index Rerum.

- Compostellam appellit Franciscus.** 1214.6. vbi in fundo patrum Benedictinorum conuentum edificat miraculosè. ibid. soluunt Minores annum censem pisiculorum. ibid.7
- Conceptioni dictata est Ecclesia conuentus Mino rum Ninella.** 1248.22
- Concilium Lugdunense.** 1245.1. eius conuocandi quæ causa fuerit. ibid.
- Concilium conuocat Sathan contra Minores.** 1219.19 in Concilio Lateranensi. constitutum fuisse ordinem Minorum vt intelligendum. 1215.34
- Concionantem Franciscum birundines attente audiunt.** 1212.32
- Concordia in eundem erroneum prescribit modum Græcorum Imperator.** 1233.20
- veri Concionatoriæ laudes.** 1220.30
- Concubinarius non potest ad sanctorum reliquias pertingere.** ibid.40
- Confergus conuentus.** vide conuentus.
- ad Confessionem peccatorum S. Antonius dormientes allicit.** 1237.26
- à Confessore raptus quidam ad iudicium liberatur.** 1248.11
- Confessoris sualione Regina Blanca multa contulit ad fundationem conuentus Meldensis.** ibid.20
- ad Confidendum peccatum mortua mulier reuixit intercedente S. Franciso.** 1228.17
- Confiteri quando & quibus Minores obligentur ex regula.** 1210.2. item quando corpus ac sanguinem Dominicum percipere. ibid.
- Confusio Dæmonum illorum à Franciscanorum Generali st. Ioanne Parmensi.** 1247.5
- Conimbricam veniunt Minores à S. Franciso Martochium ad euangelizandum delegati.** 1219.51. inde Alanquerium & Hispanum proficiscuntur. ibid. Christum Saracenis annuntiant. ibid.
- à Conimbricensibus canonicis Minores male affecti.** 1233.30
- Conimbricense Minorum cœnobium vbi situm, & à quo exiuctum.** 1220.70. & reparatum. ibid.
- Coniuratio B. Luchesio revelata.** 1242.8
- Conizdux excubat contra Occidentem.** 1245.7
- bb. Conradus, Joannes & Mosellus martyres.** 1249.9
- Conradus Marpurgensis laudatur.** 1216.47. promittit ei obedientiam Elizabeth. ibid. reprehenditur ob neglegtam obedientiam. ibid.47. quis fuit hic Conradus. ibid. 48
- Conrado Marpurgensi mortuo repide de canonizatio ne S. Elizabeth agitur.** 1234.1. committitur denuo causa aliis prælatis. ibid.2
- Conradus Marpurgensis in hereticos animaduertit.** 1233. eiusdem occiso. ibid.
- Conradi Episcopi erga Minores amor.** 1225.22
- Consiliariorum circumspectorum & doctorum quæ utilitas.** 1232.36
- Consolatio subtraxta B. Bernardo à Quintra valle eidem restituitur.** 1241.7
- Conspiratio in B. Luchesium tertij ordinis S. Francisci confessorem.** 1242.7
- in Constantinopolitani Imperij auxilium mandantur pecunie collectæ in subsidium Terræ sanctæ & quomodo.** 1243.20
- Constantia S. Francisci adhuc iuuenis commendata.** §. 4.15. & 19. apparat.
- Constantia Augusta Frederici II. mater an fuit Clarissa.** 1212.27. non fuisse stabilitur. ibid.
- Constitutiones à Ioanne Parente editæ, & quales.** 1230.13
- Contemplationis studium B. Bonaventuræ quam simile.** 1243.8
- Contemptus voti & vocationis vindicatur.** 1248.14.16
- Contracti S. Francisci meritis & precibus consolidati.** 1228.6
- Conuentus Corionensis origo & fundamentum.** 1221.9
- Conuentum Ganghereti edificat Franciscus.** ibid.18
- Conuentus Piscis.** ibid.24
- Conuentum Bononiæ Bernardus qui obtinuerit.** ibid. 28
- Conuentus Citonij Franciscani sodalitij fratribus extructus.** 1212.4
- Conuentus alius in Tuscia Francisco assignatus.** ibid. 41. ampla huius cœnobij commendatio. ibid. 12- cent ibi viri præclarí. ibid.
- Conuentus Burgensis.** 1213.61
- extruitur Conuentus S. Mariz Angelorum in diecesi Cantiana.** 1214.21. item cœnobium montis Cœli. ibid.22
- Conuentus Ribadei.** ibid.10
- Conuentus & monasterium Bareinonense.** ibid. 19. iacent in eo multi viri illustres. ibid.30
- Conuentus montis Cœli quando extructus.** ibid.22
- Conuentus Abulensis.** ibid.23
- Conuentus Aillonij.** ibid.26
- Conuentus Compostellæ extructus miraculosè à S. Frâcisco.** ibid.6. soluunt Minores annum censem pisiculorum. ibid.7
- Conuentum Iuliobrigens. & Burgensis uter prior.** ibid.1
- Conuentus Nuetensis.** ibid.17
- Conuentus Arevalensis.** ibid.13
- Conuentus Madritensis.** ibid.24
- Conuentum Tudellæ quando obtinuerit S. Franciscus.** ibid.19
- Conuentus Colfani Franciscanorum.** 1215.17
- Conuentus Pignani.** ibid.
- Conuentus Minorum Massæ.** ibid.
- Conuentus de villa omnium prouinciarum Bononiensis fermè antiquissimus.** ibid.40
- Conuentus Siroli.** ibid.24
- Conuentus Experimenti, & unde sic dictus.** ibid.23
- Conuentus Matellicæ.** ibid.24
- Conuentus S. Ioann. de Saxo.** ibid.27
- Conuentus carceris.** ibid.39. unde sic dictus. ibid. quæ potissimum hanc adem celebrem commendatamque reddant. ibid.39
- Conuentus Minorum Mondanij.** ibid.27.
- Conuentus Vimarani à B. Gualtero ut obiit.** 1217.15
- Conuentus S. Mariz de Nemore.** ibid.18
- Conuentus Ollisipponeñ.** ibid.23
- Conuentus S. Antonij Conimbricensis.** ibid.22
- Conuentus Toletanus quando extructus.** ibid.26
- in Conuentu Podij Busconis quid notatu dignum occurrat.** ibid.21
- Conuentus montis Columbae.** ibid. 19. huius loci commendatio. ibid.19
- Conuentus Burgensis.** 1218.13
- Conuentus montis Luci.** ibid.12
- Conuentus Carrionensi.** ibid.
- Conuentus S. Mariz de Fernetio.** ibid.7
- Conuentui Anconeñ initium qui dederint.** 1219.55
- Conuentus S. Pauli Bononiæ.** 1220.17
- Conuentus Oxoniensis.** ibid.60
- Conuentus S. Trudonis.** ibid.67
- Conuentus Mirapicensis, vulgo Gallico Marpaix.** ibid. 69
- Conuentus Beuacensis.** ibid.6
- Conuentus Turoensis qualis.** ibid.68
- Conuentus Venetiærum à quo extructus, & sub cuius Ducis principatu.** ibid.5. S. Francisci à Vineis nunc nomen habet. ibid.
- Conuen-**

Index Rerum.

Conuentus Lensiensis , sive Lendij Belgici oppidi.		<i>synis extructus.</i>	ibid. 18
1210. 67			
Conuentus Cremonensis.	ibid. 6	Conuentus ciuitatis Castellane.	ibid. 17
Conuentum Conimbricensem Franciscanorum		Conuentus Nouiomensis.	ibid. 11
quis extruxerit.	ibid. 70	Conuentus S. Iuniani & Donzenachi.	ibid. 11
vbi situs.	ibid.	Conuentus Yochelenensis.	ibid. 10
Conuentus Valencenensis. 1221. 50. de illius fundatione variaz coniecturaz.	ibid.	Conuentus Montipessulanus.	ibid. 12
Conuentus Columbarij.	ibid. 19	Conuentus Duacenus.	ibid. 13
Conuentus Metalonis. 1222. 12. alij conuentos.	ibid.	Conuentus Aldenardi.	ibid. 14
Conuentus Catinulæ.	ibid. 11	Conuentus Corcagiensis.	1231. 51
Conuentus Baslide communibus facultatibus Franciscanis erectus.	ibid. 39	Conuentus Alcanij fratum Minorum initium.	ibid.
Conuentus Montellæ.	ibid. 13	14	
Conuentus Messanas. ibid. 41. qui in illo floruerint virti illustres.	ibid. 42	Conuentus Mechliniensis. ibid. 50. ibi claruit B. Petrus Mechliniensis. ibid. 51. ipsius miracula.	ibid.
Conuentus Orensis extructus ab Illustrissimis Principibus Biernensisibus.	ibid. 39	Conuentus Hiberniz fundator quu.	ibid. 53
Conuentus Capuanus.	ibid. 12	Conuentus Sepuluedæ.	ibid. 49
Conuentus Alanquerij.	ibid. 40	Conuentus Corisopitenis.	1232. 40
Conuentus Pennensis insignis. ibid. 13. alia cœnobia.	ibid.	Conuentus Killennensis.	ibid. 43
Conuentus Toloianus. ibid. 38. quando transiuerit ad Observantes.	ibid.	Conuentus Meduntensis.	ibid. 39
Conuentus Mignani.	ibid. 12	Conuentus Ruthenensis.	ibid. 41
Conuentus Baiocarum.	ibid. 37	Conuentus Arerinus.	ibid. 41
Conuentus Atrebatenus.	1223. 17	Conuentus Lugi sive Luci Minoribus conceditur.	1233. 44
Conuentus S. Laurentij Compostellani.	ibid. 26	Conuentus Gandauensis à quo erectus.	ibid. 41
Conuentus Montis Barochij.	ibid. 14	Conuentus Valencenensis.	ibid. 43
Conuentum Panormi circa quem annum accepterint Franciscani.	1214. 43	Conuentus Iprensis fundatio à quo facta.	ibid. 42
Conuentus Taurominæ.	ibid.	Conuentus Audamaropolis sive Odamaropolis à quibus extructus.	ibid.
Conuentus Namurcensis.	ibid. & 44	Conuentus Parisiensis incrementum & plena descriprio. 1234. 16. à quibus ampliarus.	ibid. tempi magnitudo & splendor.
Conuentus Drepani.	ibid. 43	ibid. 19	
Conuentus Venetiarum quando & qua magnificencia inchoatus. 1225. 24. quo tempore consecratus.	ibid. Quinam patres in eo floruerint, exponeuntur.	Conuentus Minorum Parisiensis quomodo olim regebatur. 1234. 31. comitia generalia ibidem celebrata.	
Conuentus Londinenis à quibus extructus.	ibid.	ibid. quando reformatus hic conuentus.	
Conuentus Bilonij, senatus populique impensis Minoribus erectus. ibid. 25. huius conuentus diplomata quo anno aquarum illuvie expuncta.	ibid.	ibid. qui qualiterue ibi constituantur prælati.	
Conuentus Cunij 1226. 63. plena eiusdem narratio.	ibid.	ibid. quinam ibi maioris note floruerunt.	ibid. 31
Conuentus Senensis à quo extructus. ibid. 7. priori demolito amplior & magnificentior erigitur.	ibid.	Conuentus Minorum Parisiensis officia. 1234. 24. sacratum.	ibid. 15
Conuentus Thenensis fratrum Minorum.	ibid. 63	ibid. Capitulum.	ibid. dormitoria.
Conuentus Sagienis Ecclesia qualis. ibid. 62. viri in hoc cœnobia celebres.	ibid.	ibid. 25. studinarij.	ibid. 16
Conuentus Vindocini.	1227. 22	Conuentus Minorum S. Laurentij Neapolis. 1234. 15	
Conuentus Glemonæ.	ibid. 18	Conuentus Fani quomodo extructus.	1235. 13
Conuentus Brivensis Quinti de Falci sumptibus extructus fr. Minoribus. ibid. Sed eundem nefarij heretici solo æquarunt.	ibid.	Conuentus Militelli.	ibid. 34
Conuentus S. Antonij.	ibid.	Conuentus Galeradi extructio.	ibid.
Conuentus Annunciatæ Cœnomanensis.	ibid. 20	Conuentus Collis à quibus erectus.	ibid.
Conuentus Bruxellensis.	1228. 90	Conuentus Viterbiensis erigitur.	1236. 17
Qui in co. viti illustres & principes sepulti.	ibid.	Conuentus Montiferrandi.	ibid. 19
Conuentus Distemensis expensis D. Arnoldi eiusdem oppidi domini exurgit.	ibid.	Conuentus Rellanæ.	ibid. 16
Conuentus Louaniensis initium.	ibid. 89	Conuentum Vratissauensem quis extruxerit.	ibid.
Conuentus Montis Hannoniae.	ibid. 91	Conuentus Pruinensis.	1237. 14
Conuentus Argentinensis quando extrui cœperit.	ibid. 87	Conuentum Loxepseim extrui iussit S. Ludowicus Galliz Rex.	ibid.
Conuentus Bituricensis à quibus ædificatus. ibid. 88		Conuentus Darocensis.	ibid. 12. & 13
Conuentus Ratibonensis.	1229. 16	Conuentus Majoricensis.	1238. 17
Conuentus Luniani quomodo habuerit initium.	ibid. 31	Conuentus Daurenensis in Aquitanie.	ibid. 18
Conuentus S. Francisci in Urbe.	ibid. 29	Conuentus Salernitanus.	
		Conuentus Abbas villæ.	1239. 19
		Conuentus Scapensis.	
		Conuentus Valentia quomodo erectus.	ibid. 16
		Conuentus Parisiensis Minorum ampliatur.	1240. 17
		Conuentus Legionensis.	ibid. 17
		Conuentus Watersfordiz fundator quis.	ibid. 24
		Conuentus Firmanus.	ibid. 10
		Conuentus Mosæ Traiectensis. ibid. 23. illius commendatio & antiquitas.	
		ibid. descriprio supplicationis fieri quotannis solite ad imaginem Dñe Virginis Mosæ Traiectensis.	ibid. 23
		Conuentus Sparrensis in Aquitanie.	ibid. 12
		Conuentus de Athluain in Hibernia. 1241. 28. fundator quis.	ibid.
		Conuentus Confergus.	1242. 13
		Conuentus Sylvanætensis primordia.	1243. 18

Index Rerum.

Conuentus Aquensis edificatur.	1144.17	tres beatissimæ virginis ædes restauravit.	1108.9
Conuentus Tarvisinus erector.	1144.16	super anno Conuersonis Francisci diuinitate scriptorum sententia.	§.4.4.31. app.4.1.
Conuentus Mutinensis.	1144.18	Conuercio Soldani ad fidem Catholicam.	1119.62
Conuentus Compendiensis pars liberalitate S. Ludo-		secunda Conuersio S. Francisci.	§.5.16. appa.
uici exstructa.	1145.25	quot annos in habitu, vixitque eternitudo consumperit.	§.5.16. & 17. appa.
Conuentus Ingolstadiensis.	1145.26	Conuersio Rodulphi nobilis Veneti.	1144.18
Conuentus Ceruarie.	1145.27	Conuercio fr. Sylvester, undecimi in sodalito S. Fran-	
Conuentus Pomponienis.	1145.28	cisci, visione quadam nocturna ut praesignata.	1109.39
Conuentus Gothensis in Saxonie.	1146.18	Conuersio repentina aliquando fuitens.	1110.4
Conuentus Montisflorum.	1146.18	Conuersio B. Bernardi à Quinta Valle.	1109.7
in eo floruit fr. Gentilis Doctor Parisiensis.	ibid.	Conuersio mirabilis Angelii Reazini.	1110.8
Conuentus Iaccensis.	1146.17	Conuersio S. Francisci in quod tempus incidentis.	§.2.
Conuentus Rothomagensis.	1146.16	1 app.	
situs & descriptio.	ibid.	ex chronologia probatur non posuisse S. Franci-	
Conuentus Palentia prouincie Conceptionis in His-		sum sub Ioanne Boño audire.	§.2.6. app.
spania.	1146.18	Evasioni occurritur.	ibid.
Conuentus Peronæ.	1146.15.	refellitur quorundam chronologia.	ibid.7
fundatores.	ibid.	Conuersoris sensus latus & multiplex.	§.4.11. app.
Conuentum fundat Observantibus Cosmus Medi-		Conuersio trium prædonum per Franciscum.	1113.17
ccus.	1147.25	alij tres similiter conuersi.	ibid.28
Conuentus S. Eduardi Burdegalæ.	1147.24	Conuersonis S. Francisci initium.	1126.35. & 36.
Conuentus Clarense.	1147.25	modus adorandi in Ecclesiæ.	ibid.
error reiicitur.	ibid.	Conuersio nobilis cuiusdam adolescentis ex Burgo	
Conuentus Angliacensis.	1147.26	S. Sepulchri.	1113.26
Conuentus Brugenæ.	1147.25	Conuersio B. Zacharia Romani.	1112.33
dicatur Ecclesia B. Virgini.	ibid.	Conuersio Ioannis Monaldi quo anno incidentis.	
quando restoratus.	ibid.	1111. 22	
nunc est restoratus.	ibid.	Conuersio fr. Pacifici.	1112.37
Conuentus Niuellensis.	1148.22	Conuersio fr. Humilis.	1111.6. & 7
eius Ecclesia conceptioni dicata.	ibid.	Conuiuium pium & pauperculum Francisci & B.	
Conuentus Trecentis fundatores.	1148.19	Clara.	1121.32
illius primum lapidem consecravit Alex. IV.	ibid.	Corcagensis conuentus vide conuentus Corcagensis.	
illius Ecclesiaz reliquie.	ibid.	in Corde Minores ab Angelo signati, & quomodo.	
santos tutelares quos habeat.	ibid.	1149.7	
Conuentus Verdonis.	1148.21.	Corporis humilitas & miseria, spiritus vero felicitas	
eius fundatores.	ibid.	descripta.	1113.4
Conuentus Pinciarum.	1148.24	in Corpore S. Francisci apparent signa futuræ gloriae.	
quando reformatus fuerit.	ibid.	1116.41	
multi virti celebres in eo sepulti.	ibid.	clavi & vulnera laterale.	ibid.
Conuentus Montis Florentini quando edificatus.	1148.25	Conuerso S. Francisci fertur ad eadem S. Damiani.	
Conuentus Tarragonensis.	1148.23	1126.42	
Conuentus Meldensis.	1148.10	ei inheretæ Clara & ceteræ monialeæ.	ibid.
eum qui fundarunt.	ibid.	conditur ad S. Georgium.	ibid.
multa ei contulit Régina Blanca suau confesso-		clarescit crebris miraculis.	ibid.
tis.	ibid.	quo prodigio Corpus Christi sacrosanctum ostendat	
Conuentus Ripæ Transonis.	1150.14	in Venerabili Eucratistia S. Antonius Parauinus.	
Epiphium Joannis de Ripa.	ibid.	1126.15	
Conuentus Aquipendij.	1150.15	Conuerso S. Francisci an exenteratum.	1116.40
Conuentus S. Clara Psullingen.	1150.11	Conuerso S. Francisci ab Ecclesia S. Georgij ad nouam	
Conuentus Genuensis fundator.	1150.18	Basilicam transfertur.	1130.1
Conuentus Remiceti.	1150.14	de Corporis situ S. Francisci quædam Epistola.	1130.4
Conuentus Royensis.	1150.11	nomina eorum qui illud viderunt.	ibid.
Conuentus Cathalauni.	1150.10	videre vult Nicolaus Pontifex.	ibid.
fundatores.	ibid.	ingreditur Ecclesiæ subterraneam ubi corpus reconditur.	ibid.
Conuentus Insulensis.	1150.13	cernitur in pedes erectum.	ibid.
Conuentus Cæsenæ.	1150.17	item in cælum apertis oculis.	ibid.
Conuentus Dinanicus.	1150.19	item quina vulnera recentia.	ibid.
Conuentus Pistorij.	1150.16	variaz narrationes.	ibid.5
Conuersio Ioannis Bonelli.	1111.22	de Corpore S. Antonij contenditur Patauji.	1131.34
Conuersio B. Guidonis.	1111.8	illud videndi omnes magno desiderio afficiuntur.	
Conuersio Ioannis Simplicis agricolæ.	1115.5	ibid.55	
sui institutoris perfectus eusæt sectator.	ibid.7	eidem adhibetur custodia.	ibid.36
Conuersio peccatorum aliquando non a prædicatore,		in Ecclesiæ Minorum effertur.	ibid.38
sed ab humili fit oratore.	1120.19	quinto post mortem die sepelitur.	ibid.
Conuersonis B. Humilianæ fundamentum.	1146.10	Corporis B. Bonaventuræ constitutio.	1143.3
Conuersio sancti Bernardi à Quinta Valle.	1109.1	Corradus Offidanus montis Aluerne incœla.	1113.
Conuersio B. Ioannis Boni.	§.2.4. app.	38	
Conuersonis Alexandri Halensis causa.	1112.27	Corratio Prælatorum qualis esse debet.	1123.12
Conuersio Petri Cathani.	1109.9	Corratio fratrebus in sodalito S. Francisci qualiter	
quis ille.	ibid.	fieri debeat.	1110.2
item & fratris Morici.	1109.18	de Cor	
Conuersio secunda S. Francisci.	§.5.16. appa.		

Index Rerum.

- de Correctione delinquentium in ordine P̄sonitentium S. Franc. 1221.17
 Corrigia S. Francisci quæ & qualis. 1264.18.apol.
 Corrigia S. Augustini quæ & qualis. 1264.27.&c. 28.apol.
 Cortonæ situs & descriptio. 1211.8
 Cortonam proficiscitur Franciscus. 1211.8
 Cortona Franciscus resuertus à populo. 1215.3
 Cortona cœnobolum extinxit Franciscus. 1211.9
 Cortonenses defecunt funus B. Guidonis ad civitatem. 1250.7
 Coronunc ædificator contentus Minotibus. 1214.8
 Cosma & Damiani monasterium Romæ Clarissim concessum. 1213.38
 Cosmus Medicus fundat conuentum Observantibus. 1247.15
 de Cratibus communionis Clarissatum. 1219.46
 ad Cratem loquentibus monialibus quid caendum. 1224.1
 ex Creaturis semper ad Deum ascendendum. 1210.54
 Cremonensis conuentus. 1220.6
 Crescentius sextus ordinis Minorum generalis minister. 1220.35
 Crescentius Franciscanorum generalis cur se subtrahat Concilio Lugduni habito. 1247.3
 eisdem successor in generalatu ibid.4
 fr. Crescentius electus Episcopus Assisiæ. 1247.5
 Clites auulso mulieri Antonius ut restituit. 1231.7
 Crucem Domini Soldanus Rex Ægypti Christianis ultro reddidit. 1219.60
 erga Crucem quam vehemens Francisci studium & amor. 1228.12
 Crucis apparatio septies facta Franciso. 1224.24
 Crucifixi imago contigit Minores ridentes in Completorio. 1225.64
 ad Crucifixi contumum quam graviter compungatur Elizabetha Lantgravia. 1226.50
 Crucifixi monitis confirmatur tyro vacillans in suscepto S. Francisci habitu. 1232.30
 similiter confirmatur alter. ibid.31
 Crudelis virum ut mansuetat S. Franciscus. 1224.1
 Crus contractum erigit Elizabetha. 1235.9
 Crus ex toto desperatum signo Tau impresso ope B. Francisci consolidatur. 1228.74
 Croſenius monetur quorundam assertorum. 6.5.16.apol.
 Crux prædicatur præcipue per Prædicatores & Minorates. 1235.27.28.1236.1
 eius prædicatio miraculo probatur. 1235.29
 Crux pro expeditione Terræ sanctæ quando prædicta cepta. 1227.5
 in ea se conscribit Ludouicus Lantgravius. ibid.
 ægrotat ad mortem. ibid.6
 moritur Hydeunti. ibid.
 eiusdem pietas & elogia. ibid.52
 Agno Crucis S. Antonius Patauinus puerum à morbo liberat. 1231.20
 item puellam. ibid.11
 Crucisignati virginis transfretare iussu Pontificis. 1230.3
 Crux Christi in ueste S. Francisci mysticè ut adumbrata. 1208.9
 Crux aurea incidente Franciscum præcedit. 1224.30
 Cumaniorum terra. 1245.7
 eorumdem strages. ibid.
 Cunæ Tatarorum Imperator sublimatus. 1245.7
 Curiosiæ concionatorum damnatur. 1243.16
 Curiositatē in mensa reprehēdit S. Franciscus. 1213.11
 Tribulatur à demoniō. 1223.22
 Cygni in ore sub mortem cantat Elizabetha Hungarica.
- colloquiis piis intendit. ibid.4
 Cythara pulsat Angelus Franciscus languidulo. 1212.6
- D
- Damianus quæ, & quales. 1214.1
 pertinet regulam. ibid.
 earum regula. ibid.
 qualiter recipi debeant. ibid.
 examinari. ibid.
 ad Damianum prædictum S. Franciscus male successum Christianis cum Barbaris pugnat. 1219.46
 ita evicit. ibid.17
 Damiano extrahitur capitulum Minorum. 1243.14
 Darocensis conuentus sub quo Rege Minoribus attributus, & absoluens. 1217.13
 Dauidis Dinanti hæcclis sub Ianocentio Tempore exorta. §.1.7. pp. 22
 Daurentis Minorum conuentus in Aquitania. 1238.18
 Demoniaci curati meritis S. Francisci. 1218.8
 callidum Demonis consilium. 1219.21
 Demonis præcipitationem S. Franciscus quomodo cluserit. 1213.43
 à Demone possessa quedam puella Elizabetha opera sanatur. 1231.3
 Diabolus molitus Francicum præcipitare. 1224.8
 Diabolus inobedientia auctor. 1210.31
 Demonibus imperat Franciscus ne amplius fraudent. 1211.43
 Diabolus mancipiatur cuidam puellæ Burgundie quomodo. 1213.11
 cum Demone Franciscus confilit. 1211.9
 ex animo omnia fert. ibid.
 Diabolum conspectum Elizabetha Hungarica ut profligavit. 1231.44
 à Demone vehementer concussus S. Franciscus, dum adhuc primas ageret in virtute radices. 1209.16
 à Diabolo vexatur fr. Antonius. 1211.2
 à Demonis insidiis liberat fratrem querendam S. Franciscus, qua ratione. 1213.9
 sanat lubricum, sed mala prophetizat, si revertatur ad vomitum. ibid.8
 Diabolus concilium conuocat contra Minorum. 1219.19
 à Demonibus exceptus hospitio fr. Iohannes Patricius Minorum Generalis, & quomodo. 1247.1
 eorum confusio. ibid.
 Diaboli fraudem & mendacium detexit S. Antonius Patauinus. 1218.17
 Demones Arecio fugat Franciscus. 1211.14
 à Diabolo vapular S. Franciscus. 1213.18
 Demones lacessit Franciscus. 1212.19. quomodo. ibid.
 alia Diaboli concilia contra Francicum. 1219.21
 Diabolus à muliere obessa fugat S. Franciscus. 1224.19
 Demonis artes ab Antonio solleter illusæ. 1231.9
 item alia prædicuntur. ibid.10
 Demon novo dolo Francicum tentare aggressus. 1212.3
 Debita contrahere prohibetur monialibus S. Damiani. 1224.1
 Declaratio quaruor magistrorum in regulam Franciscanam. 1241.1. qui fuerint illi magistri. ibid.
 Decretum Zelatorum. 1244.11
 Defectio Romanorum exorta sub Gregorio IX. auctore Frederico II. Imperatore quaque imperio. 1241.32
 Deiparam summè veneratur S. Franciscus. 1210.15
 angelos quoque & sanctos omnes. ibid.
 quomodo Denarios mulcas appellat S. Franciscus. 1225.12
 ob Denarium contactum à quodam è suis gravissime 1211.1

Index Rerum.

- Descriptio Taurisij. 1244.16
 Descriptio partis Bisemitorum. 1245.7
 fr. Desiderio Pœnitentiariorum negotium datur compo-
 nendi cum Clerico Braccensis. 1248.1
 Detractor sancti Francisci miserabilitate trucidatur.
 1218.66
 alius lingua priuatus per sex annos obmutuit. ibid.
 67
 Detractores contradicentes signatibus S. Francisci
 reprehenduntur à Gregorio IX. qui testatur ea ha-
 buisse. 1237.1. & 2
 Detractionis & blasphemie mala. 1210.4
 Deuotio Elizabethæ in festis diebus. 1216.57
 in causa Domini. ibid.
 pauperibus duodecim pedes abluit. ibid.
 Deuotione in spontaneam lais mitè commendat Fran-
 ciscus. 1209.42
 Deus verè adorandus & diligendus. 1213.9
 Deus Ecclesie Catholice ut subueniat. §.1.14. appa.
 ante malorum remedium grauem infert tribula-
 tionem. ibid.
 Deus sanctorum vescicitur mortem. 1220.46
 Deus illarum iniurias suum nomine prædicantibus Mi-
 noribus vindicat. 1219.51
 Dei prouidentia erga Minorum singulatis. §.1.11.
 appa.
 Dei benignitatem erga institutum Minorum Angelus
 reuelat. 1219.42
 Dei circa suam Ecclesiam prouidentia. 1233.4. & §.1.
 1. appa. & 1218.6
 mira Dei cura circa reliquias sanctorum. 1220.19
 Dei vocatio quam potens. 1210.5
 Diagys doctos historicus. 1238.1
 in Dicendo quām efficax S. Franciscus. 1231.4
 Dies natalitus B. Francisci 4. Nonas Octobris colen-
 dus statuitur. 1227.6
 Statuitur Dies indulgentia Portiunculæ. 1224.3
 Dilonorum familia. 1242.28
 Dinani conuentum quando obtinuerint Franciscani.
 1250.19
 Dionys. Areopagita os Pauli, quemadmodum Paulus
 os Christi. 1233.24
 Dionys. Areopagita tertius debetimus Apostolus. 1233.
 14
 fr. Dionysius conuentus Parisiensis Guardianus. 1234.
 17
 Discere non designatur Franciscus à junioribus. 1212.
 29
 viam Domini ab omnibus cupit ediscere. 1213.
 19
 Disciplina regularis ad Portiunculæ rigidissima.
 1226.42
 Discordiam clericorum sitiunt hæretici, ut habeant
 adsum quo oves Christi perdent. 1219.40
 Discipuli Francisci omnes simul miserabilitate conue-
 niunt. 1209.41
 Discipulorum Francisci eximæ virtutes. 1212.45
 Discipulæ S. Clare Barcimonem quomodo deuq-
 uiunt. 1233.35
 Discipoli germani S. Francisci lati mendicatum per-
 gunt. 1210.45. & 46
 Discipulos suos quanto amore Franciscus sit prosecutus.
 1219.45
 Discretionis virtutem commendat suis fratribus S.
 Franciscus. 1210.47
 Disputatio magna & celebris habetur Parisis de plu-
 ralitate beneficiorum. 1239.8
 Divites non despiciendi. 1223.12
 Doctor præclarus mirabilitate ad ordinem vocatus.
 1236.10
 item quidam sacerdos. ibid. 11
- item & alias. 1219.11
 item Cisterciensis Monachus. ibid. 13
 nobilis Burgundus. ibid.
 Parisiensis beneficiarius. ibid. 14
 item & Benedictinus, quomodo. ibid. 15
 Doctores cur ad Christi collegium non vocati. 1210.5
 Doctoris laures quomodo Franciscani insigniuntur
 Parisii. 1234.30
 Dolores & morbi quo in pretio habendi. 1214.32
 S. Dominicus facit aquam eueniam, puram. 1210.6
 Dominicani & Minorum iubentur adesse Belæ Regi
 pro conuerenda terra Assiani. 1238.2
 de Dominio fr. Minorum, an eis competat, & quale:
 1243.16
 Dominicus & Franciscus sub quo Rege in Hispaniam
 venient. 1213.60
 an Dominicani licite assumi possunt ad prælaturas.
 1219.1
 Dominicanus quamdiu Romæ haeserit. 1219.12
 an intersuetus Franciscanorum synodo. ibid. 13
 Dominicani missi contra diabolicas acies. §. 1.5.
 appa.
 ut prædicant & haereses euellerent. §.1.16. & 19.
 appa.
 ut laborem fulcirent Ecclesiæ. §.1.17. appa.
 ut perituro mundo succurrent. §.1.18. appa.
 Dominicus & Franciscus conuenierunt Bergomi.
 1210.5
 SS. Dominic & Francisci festa iubentur celebrari in
 Anglia. 1237.12
 SS. Dominic & Franciscus duæ tubæ Moysæ. §.1.
 23. appa.
 Dominicanis exortentibus quam misericanda facies Ec-
 clesie Catholice. §.1.1. & 3. appa.
 qua hæreses tunc grassantes. §.1.1. 3.4. &c. appa.
 S. Dominicus euocatus secum Perusio septem locis
 Minorum comitiis interfuit. 1219.5
 S. P. Dominicus canonizatur. 1234.45
 varia priuilegia. ibid.
 Dominicani ac Minorum à Pontifice in regnum Mira-
 molinum missi. 1223.13
 in hac missione quæ eis concessa priuilegia. ibid.
 SS. Dominic & Franciscus & Angeli Carmelitæ collo-
 quiū propheticum apud Lateranum. 1216.17
 Dominicæ & Minoribus commissa reformatio cle-
 ri Vlissiponensis. 1222.35
 S. Dominico visio mira offertur. 1216.14
 Dominicanorum ordo quando confirmatus. 1216.
 14
 an Dominicani priùs in Hiberniam transierint quam
 Minorum. 1214.13
 inter SS. Dominicum & Franciscum quanta dilectio-
 nis necessitudo & vinculum. 1219.8
 B. Dominicanus sodalis S. Francisci prouincia Marchia
 miraculis celebris. 1247.13
 fistulam sanat. ibid.
 contra eos erigit. ibid.
 S. Dominicis mors. 1221.48
 illius physiognomia. ibid.
 SS. Dominicus & Franciscus à Sybilla Eritrea pre-
 nunciati. 1. 2. 3. appa.
 à Ioanne Euangelista. §.1.4. appa.
 à Iohachimo Abbatæ. ibid.
 antiquæ illorum imagines Venetijs. §. 1. 6.
 appa.
 S. Dominicus bis interfuit comitiis fratr. Minorum.
 1219.11
 Domus monialium à fratribus monasterio iubente
 Pontifice remouetur. 1233.33
 Domum sui medici ruinam certissimam minitantem
 qua ratione consolidabit S. Franciscus. 1225.7
 fr. Donatus
 f. 2

Index Rerum.

- S.** Donatus Dilectus mortuus in conuentu Vvaterfordiens. 1140.15
Donum lachrymarum Elizabetha concessum. 1119.
 24
Dormitoriorum conuentus Parisiensis descriptio. 1123.4.15
Dot Elizabetha Langravie pauperibus vndeque conuocatis distribuitur. 1119.17
Dotes S. Antonii & Paulini quād admirabiles. 1231.
 19
Drepani conuentus. 1124.43
Duacenus conuentus. 1130.13
Dūbiū quodam : an erat p̄fētū p̄dicationis. Franciscus sibi à S. Clara, & Sylvestro enodari possebat. 1122.30
Dubia quædam in testamento S. Francisci. 1130.14
 fratres ad eius obseruantiam teneantur. ibid.
Dudum quale temporis spatiū significet. §.4.4.
 apol.
Dux Geroſlaus veneto extinctus. 1145.16
Dux Coniza exibat contra Occidentem. 1145.7
 ad Ducem Batbum perueniunt Minorēs. 1145.7
 Etius aula quālis. ibid.
- E**
- E**cclēsia huius statuēt commendat suis Franciscus sc̄atoribus. 1119.30
 Ecclēsia reparata à S. Franciscō tres futuros S. Francisci ordines pr̄signauit. 1221.18
Ecclēsia Ninellensis conuentus statutum Minorum conceptioni dicit. 1148.12
Ecclēsia S. Francisci Bononiensis. 1221.49
 quam amplam & magnificam faciat Leander Albertus. ibid.
Ecclēsia reconciliantur Pisani sequestro st. Mansuetō. 1244.15
 descriptio Ecclesiastum Assisiens. 1135.17. & 18.19.
 10.1.1.2.2.3.24.
 circa Ecclēsiam quālis Dei prouidentia. 1135.4
 ad Ecclēsiam unionem exhortatio. 1145.15
Ecclēsia Assisiens quā privilegia. 1130.2
Ecclēsia Assisiens P̄fēſor primum posuit lapidem. 1130.3
 in Ecclēsia quādam neglecta deteguntur reliquiae. 1221.19
Ecclēsia conuentus Sagiensis. 1126.61
 in Ecclēsia S. Damiani oratione S. Franciscus loquitur Christus Crucifixus. 1209.17
 reparat Ecclēsiam S. Damiani. §.5.8.appe.
 prædicat illam Ecclēsiam futuram monachorum habitaculum. 1131.12
Ecclēsia S. Marie Angelorum per Franciscum reparata. §.5.14.appe.
 vnde dicta Portiuncula. §.5.14.appe.
 vnde dicta de Angelis. ibid.
 moratur S. Franciscus in hac Ecclēsia. §.5.15.appe.
 pluimā huius loci commendatio. ibid.
Ecclēsiam subterraneam ad videndum corpus S. Francisci Nicolaus Pōnifex ingreditur. 1130.4
Ecclēsia Catholica crudeliter vexata ab Ottone IV. §.1.10.appe.
 magna Ecclēsia Catholica calamitas sub ortu SS. Dominici & Francisci. §.1.1.4.appe.
 Dei erga illam turma prouidentia. ibid.
 Que h̄ereses grallabantur in Ecclēsia exortentibus Prædicatorum & Minorum ordinibus. §.1.2.3. & §.6.7.8.appe.
 Otto IV. Henrici Saxonis filius insurgit in Ecclēsiam. §.1.10. appa.
Ecclēsia firmam obedientiam reuocat. 1119.11
- ec adstringuntur Minorēs. ibid. 1123.11
 in Ecclēsiam Catholicam insurgit Fredericus Primus Enobarbus. §.1.8.appe.
 eamdem durius persequitur Fredericus II. §.1.11.
 apparat. ibid.
Ecclēsia Rom. quodnam censi debet officium. 1124.2
 vnicum Ecclēsiz caput. 1145.15
Ecclēsia assumpti breviarium & Missale p̄f. Hy- moneni minorum Generalem correc̄am. 1144.2
Ecclēsia varietas pulchra & concinna. §.4.11.appe.
Ecclēsia S. Georgij virginis Claz̄ dohātur. 1230.4
Ecclēsia Assisiens d' Pontifice consecrantur. 1135.
 17
 earum descriptio. Ibid. & 18.19.20.21.22.23.24
 in ilis sepulchra heroum. ibid. 10
 reliquiae. ibid. 24
Ecclēsialicis quis honor impendens. 1119.4
Ecclēsia Romana mater & domina omnium tam Ecclēsiastum quam religionum. 1117.1
Ecclēsia S. Petri restaurata Francisci opera. §.5.1.
 apparat.
 in Ecclēsia Trecenti fractum Minorum quā finitili- quia. ibid. 1148.19
 illius SS. tutelares. ibid.
 primum huius lapidem consecravit Alexander IV. ibid.
Ecclēsia unitatis figurae multiplices. 1133.9
Ecclēsia catholica laborant libuens Deus. §.1.14.
 apparat.
 ante malorum remedium grauera infest tribulatio- nem. ibid.
 in Ecclēsia derelictis libenter orat Franciscus. 1221.5.9
Educatio S. Claz̄. 1111.6
 in Egenos quidquid habet Franciscus, confit. 1119.
 25
Electio Abbatissæ apud Clarissas ad conuentum spe- quat. 1146.30
 dispensatio in paupertate Clarissarum. ibid.
Electio ministri generalis frarum Minorum. 1130.4
 quinam ad eam concurrent. ibid.
Electio Innocentij IV. 1143.1
 de Electione generalis Ministri inter fr. Minorēs. 1223.12
 de capitulo Penthecosles. ibid.
 ineptus ministerio generalis deponendus. 1123.
 12
b. Electus. 1149.9
 item plures alij eiusdem nominis. ibid.
fr. Electus quando in Africam aduectus sit. 1119.
 34
 occiditur. ibid. 35
 de modo Eleemosynam petendi, quem Minorēs ob- seruant præcipiunt. 1123.12. & 1210.1
 de Eleemosyna clargienda, & iustitia cum misericor- dia administranda. 1123.4
Eleemosyna insubsidium Terræ sanctæ collecta iul- su Pontificis ad auxilium Imperij Constantinopo- litani mittere. 1241.10
 ex Eleemosynis acceptis Franciscus in pauperes libe- ralis. 1111.15
fr. Elias creatur iterum vicarius generalis Minorum. vide Helias.
S. Elizabetha Langravie nativitas. 1109.44
S. Elizabetha genitilium stemma. 1109.44
S. Elizabetha mater occisa. 1114.35
S. Elizabetha adhuc adolescentulæ virtutes. 1114.
 35
 reuerentia in templis. ibid.
 ibid. 16

Index Rerum.

Ioannem Apostolum patronum coluit.	ibid.	non obicit virgo, sed mater.	ibid.
festos dies ut colere solita.	1214.37	Elizabetha sanctorum memoriam religiosius annuo quām exteriore cultu habendam vbluit.	1229.22
& in conspectu Christi crucifixi corbonam depo-		Elizabetha Landgravia quatuor habebat D. Virginis	
nere.	1214.38	imagines.	1228.28
in iure afficitur propter virtutes.	1214.39	Elizabetha in curiam reuocata voluntariam pauper-	
sponsus eam magis amat.	ibid.	tatem regis praefert deliciis.	1229.83
magna in eam aulicorum proterua.	ibid.40	Elizabetha nudis pedibus in Paracœve visitat tempa-	
sponsa suo charior aureo monte.	ibid.	1226.37	
mutrit ad eam amoris indicia.	ibid.	in processionibus laniorum nudis pedibus ince-	
S. Elizabetham Pontifex Gregorius in tutelam susci-		debat in vulgo.	1226.37
pit & instruit.	1218.83	scumentum in publica fane pauperibus etrogavit.	
Elizabeth Landgravia ut promisit obedientiam fit.		1226.38	
Conrado Marpurgensi.	1226.47	holopium miserioribus extruxit.	1226.38
reprehenditur ob negligiam obedientiam.	ibid.	singulos visibiles ipsamet diligenter curat.	1226.38
Elizabeth Landgravia quando, & ubi promisit obe-		Elizabetha non reatur præconia.	1226.38
dientiam Conrado Marpurgensi.	1226.49	fuit religiosa.	ibid.
abstinet cibis ex magistri præcepto.	1226.49	indicitur eius festum.	ibid.
eam Princeps imitatur.	ibid.49	transferuntur Solemnissime eius ossa.	ibid.
S. Elizabetha despontatur Landgravia Principi.	1209.	recensentur eius miracula.	ibid.4
44		monachum inabilitate à doloribus liberat.	ibid.
inter D. Elizabetham & Ludovicum Landgraviū Thu-		possessum à dæmonie sanat.	ibid.5
singiz nuptiæ celebrataz.	1221.46	quendam cōtractam manum habentem curat.	ibid.
nuptiæ pietas.	ibid.	à morte alium liberat.	ibid.6
piaz excubiz nocturnæ.	ibid.47	submersum vita restituit.	ibid.
virgine se cædit.	ibid.47	duos pueros mortuos rufuscit.	ibid.
Elizabetha accusatur apud maritum rerum profusio-		suffocatum mirabiliter aquis, mirabiliter etiam ad	
nis.	1226.60	vitam reuocat.	ibid.
principis laudationes.	ibid.	è patibulo innocentem liberat.	ibid.7
scorta profligat.	ibid.	manu dolentem sanat.	ibid.
Elizabetha de morte matiti admonet, à quo.	1227.7	exco nato visum dat.	ibid.
excitit ignoratio.	ibid.8	Curcum & strumolum sanitati reddit.	ibid.8
cœcti etiam liberi.	ibid.9	contractum crux erigit.	ibid.
menilicat hospitium.	ibid.9	cæcum morbidum curat.	ibid.9
sub missâ extra se rapitur.	1227.11	item cæcam claudam & mutam.	ibid.
iterum rapta Christum videt.	ibid.	item & aliam cæcum.	ibid.
plurimas accipit revelationes.	ibid.12.	claudam erigit.	ibid.10
S. Elizabetha quam honorificè mariti reliquias receperit.		Elizabetha Landgravia rara comitas in ancillas.	1229.
1228.81		11	
eiusdem planctus aperto reliquiarum scrinio.		eiusdem pietas erga infirmos.	ibid.11
ibid.		Elizabetha Landgravia uestes facit pauperibus.	1226.
Elizabetha quot liberi suere, & qui-	1226.51	14	
coldem ipsam pœnitentia intrulit templo.	1226.51	corum uestes resarcivit.	ibid.
erga pauperes quām misericors.	ibid.52	prægnantes & puerperas inuisere gestiit.	ibid.
pauperis horrido capiti dempsit crines, lauit, fonsit		præfagi de sua calamitate.	1226.55
in gremio.	1226.51	Elizabetha Landgravia pueros alit maximè abomina-	
lac ipsa mulier pauperibus.	1226.53	nabiles.	1226.58
Elizabetha mundanis valedicens Euangelicam ambit		singulis potus datur, nec ministratur.	ibid.19
paupertatem.	1228.84	etiam longè positos sustentauit.	ibid.
solemni professione parentibus, liberis, consanguineis ac vinitibus mundi renunciat.	ibid.	Elizabetha ad aduentum legatorum patris, à Deo pre-	
El zabetha primus instructor Rodingerus.	ibid.85	1226.55	
Elizabetha D. Franciscus nouit in sanctorum cata-		Missa sacrificio quam lubens intereat.	1226.56
logum relatus in patronum datus.	1229.3	in quo pia eius meditatio.	1226.56
abicit. simorum pauperum curam agere maximo		luce magna faciei splenduit.	1226.56
sibi ducit honori.	ibid.4	devotio eius in festis diebus.	1226.57
charas sibi ancillas magister Conradus ei adenit.	ibid.5	Elizabetha hortatur ad sacramentorum frequentiam.	
ne quid habeat quod mentem à Deo auellat pro-		1229.20	
priam filiam ablegat.	1229.5	Elizabetha ingratos parentes mito modo corrigit.	
tertium B. Francisci institutum amplectitur.	ibid.6	1229.21	
eius habitus quis qualisue fuerit.	ibid.7	Elizabetha concessum donum la. hrymarum.	1229.21
Elizabetha Landgravia deuotio erga Franciscum.		Elizabetha distribuit pauperibus vndique conuocatis	
1226.61		suam dolem.	1229.17
transmittit ad eam S. Franciscus in signum gratiu-		Elizabetha Landgravia nihil suæ necessitati superest	
dinis palliolum suum	ibid.	voluit.	1229.9
Elizabetha Landgravia patet consanguinei secun-		Elizabetha non licuit pro voro elemosynas etrogare.	
das nuptias.	1228.1	1229.19	
B. Elizabetha secundas refugit nuptias.	1229.80	Elizabetha paupertiam vitam agit.	1229.19
sibi nasum potius quam vitum ducere proponit		reuecat à parte in Hungariam.	ibid.
Elizabeth.	ibid.	sed ire non vul.	ibid.
Elizabetha non fuit ecclæsia fæcimonia lis.	1229.9	Elizabetha iuuenem à seculari vanitate conuicit.	
		1229.16	

Index Rerum.

- orans pro eo vehementer ipsum inflammat. *ibid.*
S. Francisci instituto addicit. *ibid.*
- Elizabetha puellam vanam ad meliorem frugem redi-
 duxit. *1229.18*
- Elizabetha magno affectu seruit infirmis. *1229.20*
- Elizabetha infirmos mirabiliter sanat. *1229.24*
cocco visura restituit. *ibid.*
paralyticum & caecum sanat. *ibid.15*
- Elizabetha Langraua arte fraudat suum genium.
1226.49
- Elizabetha Christum in leproso suscipit. *1229.19*
- Elizabetha Langraua ad crucifixi concavum vehe-
 menter compungitur. *1226.30*
cilicium sibi circumdat. *ibid.*
honestis viris vestibus. *1226.31*
alias mulieres ad suum exemplum perduxit. *ibid.*
an Elizabetha consanguinea fuerit Agnes Bohema.
1229.16
- Elizabetha multas habuit visiones coelestes. *1229.23*
- Elizabetha Hungaricae moriturae Christus apparuit.
1231.42
eygni more sub mortem cantat. *ibid.*
plis intendit colloqulis. *ibid.43*
Angeli ei concinunt. *ibid.*
conspectum profligat diabolum. *ibid.44*
de Christo committentes morituri. *ibid.*
ad eius obitum lugent pauperes. *ibid.45*
reliquias ab ea pij decerpunt. *ibid.*
quarto ab obitu die honorificè sepelitur. *ibid.*
excepit clarere miraculis. *ibid.46. & 1229.15*
- de S. Elizabetha canonizazione, *Contredo Marpur-*
geni vita functo, tepidè agitur. *1234.1*
quibus ea causa sit commissa. *ibid.2*
- S. Elizabetha Langraua canonizatur. *1235.1*
- S. Elizabetha quomodo pingatur. *1235.13*
quoniam de ea scriplerint. *ibid.*
scribit Pontifex de eius laudibus ad Reginam Ca-
stellæ. *ibid.14*
- Elogium S. Francisci. *1230.2*
- cuiusdam Energumeni de S. Francisco confessio.
1222.13
- Energumenum liberat minister Generalis Minorum.
1235.26
- ab Epilepsia novem liberati, & à quo. *1210.44*
- Episcopus Olomucij aduersatur flagitibus S. Fran-
 cisci. *1237.2*
reprehenditur aspergitim à Gregorio IX. *ibid.*
- Episcopum Immolz vincit Franciscus humiliante.
1213.36
- in Episcopibus vicinis celebatur festum B. Bene-
 venuti Eugubini. *1232.19*
- Episcopos vel Cardinalis Clarillæ debent habere
 protectores. *1219.46*
- Episcopi Mendionensis fr. Antonij à Gueuara tumu-
 lo honestatus conuenit Pinciarum. *1248.14*
- absque Episcoporum consensu non vult S. Franciscus
 suos fratres prædicare. *1219.26*
commendat pacem habendam cum Clericis. *1219.*
27
- Episcopus Interamnensi audiens prædicantem Fran-
 ciscum summopere extollit. *1213.19*
- Episcopus Herefordensis fit Minorita, & quare.
1234.13
item Rodulphus Magister Parisiensis. *ibid.*
- Episcopum inordinatum viri vitum reprehendit S. An-
 tonius, & flectit. *1224.41*
- Episcopi Octentensis, fr. Francisci Orantij tumulus in
 conuentu Pinciarum. *1248.14*
- Epistola duplex S. Francisci ad viuissimos Christianos.
1213.2. & 4
- Epistola quædam fratum, Leonis, Russini, & Angeli,
1244.9
- Epistola quædam de fisi corporis S. Francisci. *1230.4*
- Epistola Cardinalis Hugolini ad S. Claram. *1221.21*
- Epistola S. Francisci ad fr. Petrum Generalem moni-
 strum. *1221.1*
- Epistola Pontificis ad filiam Regis Bohemicz Agne-
 secem. *1244.33*
- Epistola Innocentij IV. ad Regem Arragoniz. *1246.*
14
- Epistola Innocentij IV. ad Regem Maurochij. *1246.*
11
- Epistola Innocentij IV. ad Episcopum Cesaraugusta-
 num. *1246.19*
alia in eadem opusa scripta. *1246.30*
- Indulta Apostolica. *1246.30*
- Epistola martyrum Septem passorum. *1221.39*
ad quem destinata. *ibid.*
perfunduntur luce coelesti. *1221.40*
suntur coram Rege. *ibid.40*
occiduntur. *ibid.41*
- Epistola fratris Philippi de Perusio ad fr. Gonçaluum
 ministrum generalem. *1217.5*
- insignis Epistola B. Agnetis ad Claram sororem.
1221.10
- Epistola Germani Archiepiscopi Constantinopolitani
 ad summum Pontificem Romanum. *1232.34*
- Epitaphium Massæ. *1238.18*
- Epitaphium Ioannis de Ripa. *1250.14*
- Epitaphium Sepulchri S. Francisci. *1230.6*
- Equitare, nisi infirmitate, vel magna necessitate coadi-
 prohibentur veri discipuli S. Francisci. *1110.2*
- Erasmi Alberi Germani, aliorumque heresiarcharum
 calumniaz in Franciscum refelluntur. §.4.21. & 22.
appa.
- in Eremo Camaldulensi quædiu habitat S. Francisc.
1220.18
- Eremitz Augustiniani iubentur suscipere praescri-
 ptum habitum. *1240.9*
- Eremitz Ioannis Boni qui & quales. *1237.11*
apparet in Lombardia. *ibid.*
iubentur discriminari in habitu à Minoribus. *ibid.*
- Eremitz usurpabant habitum Minorum. §.4.15.apol.
 in Eremitatio habitu vietruque Franciscus quot annos
 consumplenter, varianti scriptorum sententia. §.4.16
 vetior stabilitur. *ibid.*
- Eremiticam vitam egit S. Franciscus per biennium
 ante institutum suum. *§.1.1.1.4.apol.*
- Eremitz Tusciae absoluuntur ab obseruantiæ regulæ
 S. Benedicti. *§.5.4.apol.*
- Eremitz an acceperint baculum ab Augustino. §.4.18
 apol.
- Eremitz Tusciae quando suscepérunt regulam S. Au-
 gustini. *§.5.5.apol.*
- Eremita quidam Gulielmita in S. Franciscum conu-
 meliosius durè punitur. *1240.19*
- Eremitis fratris Iohannis Boni habitus certus prescribi-
 tur. *§.4.3.apol.*
cum quidam ex fratribus non admittunt. *§.4.4.apol.*
- Error unus multos generat. *6.1.16.apol.*
- Error Bzouij corrigitur. *1248.11*
- Erroris cuiusdam Platinae & Blondi refutatio.
1244.4
- Errores quidam refutantur. *1245.3*
- Error Antonini & Rodulphi. *1244.6*
- Erroris Graecorum causa. *1233.23*
- b. Erichfridus videlic Angelum in choro thurificantem
 fratres. *1249.9*
- Euangelium qua in reuerentia apud fratres suos ha-

Index Rerum.

E vangeliū prædicaturi in Micamolini regno quinam fratres à S. Franciso destinati.	1219. 48	panperibus erogavit.	1226. 59
missi fuerunt fr. Bernardus de Carbio, fr. Pet. de Sancto Germiniano Conimbricam veniunt. ibid. 51		hospitium minoribus extruxit.	1226. 58
dant aquam magno miraculo exercitui sicuti. ibid. 53		Fame totquotentur Minorē ad expeditionem Germanicā massi.	1221. 8
in Eucharistia quo prodigio corpus Christi ostendat S. Antonius Patauinus.	1243. 15	Familia Rangonē origo.	1244. 18
Eucharistia per Angelum ministratur B. Bonavent.	1243. 6	Familicariam & curam monialium fratribus Minoribus S. Franciscus datam esse noluit.	1219. 43
S. Eucharistia ministrata duobus Francisci sociis manibus ipsius Christi.	1222. 9	Fani conuentus quomodo adificatus.	1235. 33
de Eucharistia sumenda, & peccatis confitendis.	1213. 4	Fare quando Minorē domicilium acquisuerint.	
S. Eucharistiam summè veneratur Sanctus Franciscus.	1210. 55	1222. 13	
Eueardus quidam ordinis Prædicatorij contradicit stigmatibus S. Francisci.	1237. 2	Fatigat pugillum multiplicat B. Guido.	1230. 5
cum Gregorius IX. aspergimè increpat.	ibid.	Ferdinandi Castillo testimonium de quadam visione S. Prædicatori, & quæ fuerit illa visitationis.	1216. 16
Eugubij vestitus Franciscus à quodam suo amico.	30. 1. appa.	Festum B. Benezonuti Eugubini celebratur in vicinis Episcopatibus.	1232. 19
Eugubij moratur aliquibus diebus.	§. 5. 4. appa.	Festa SS. Domini & Francisci iubentur celebrari in Anglia.	1237. 11. & 13
Excisio Hungariz.	1243. 2	Festum Elizabethæ Hungaricæ indicatur.	1233. 2
piz Excubiz nocturnæ B. Elizabethæ Langrauiz.	1221. 47	Festum sacerorum stigmatum institutum.	1224. 20
quæ istatum excubiarum finis.	1221. 47	Fidelium pietas in Franciscanos quomodo remunerata.	1248. 13
Excursiones Tartarorum.	1245. 2	b. Fidentius.	1249. 9
Excusatio in Fredericum II. & Pisanos lata, & cur.	1241. 32	Fides Catholica Marrochij exerceri permissa Franciscanis.	1220. 46
Exemplar memorabile instrumenti vestiti, monasterij S. Damiani Assisiatis.	1238. 14	Fidei confessio Christianorum Orientalium.	1247. 11
Exempla diuinæ castigationis in reprobos.	1249. 13. 14. 15	Fidem Christi prædicant ubique Minorē inter Sacramenos.	1219. 60
Exemptio Ecclesie Assisiatis, vide privilegia Ecclesie Assisiatis.		respiciunt pecuniam ab eisdem oblatam.	ibid.
in Exequiis aviari cuiusdam S. Antonius concessionem habens, horronda de eo diminuit.	1231. 12	de Fide & imitatione Christi.	1213. 4
Exercitus Bathi.	1245. 2	pro Fidei assertione quodcumque audet S. Franciscus.	1219. 59
Exercitu sicuti dant aquam magno miraculo fratres à S. Francisco Marrochium missi.	1219. 33	Figure unitatis immutabilis Ecclesia.	1233. 9
Exhortatio ad unioneum cum Ecclesia.	1245. 15	Fidei assertor fr. S. Franciscus pro lupis.	1217. 12. & 13
Exhortatio S. Francisci ad discipulos.	1210. 2. & 3	in Firmana ciuitate conuentum qua ratione acquisi- tuerint fratres Minorē.	1240. 21
Experimenti conuentus unde dictus.	1213. 23	Filius est Spiritus sanctus sicuti cereus & Parvus.	1234. 24
in Excali auctus Sanctus Franciscus nihil sentit.	1224. 76	Festam miraculosè sonat B. Dominicus Minotius.	
Excalis profunda Bernardi primogeniti S. Francisci.	1224. 40	1241. 23	
Excalis passa frequentes B. Humiliata.	1246. 19	Flagellantium festa perniciosa.	1225. 19
in Excalis rapiuntur A. Luchesius.	1242. 10	origo.	ibid.
Excalis crebra B. Egidij Sancti Francisci discipuli.	1237. 7	qui aut hores eorum meminerint.	ibid.
Ezelinum tyrannum ad bonam vitam rediuit Anton.	1231. 28	Flagellationes devote & Christianæ ad peccatorum satisfactionem, laudatae ab Ecclesia.	1225. 19
ipiusmet Ezelini scelera.	ibid.	Flamine suo Antonius Patauinus à iuventute tentationes pellit.	1231. 5
F		Flamme igne Sancto Antonio Patauino cura adplicata.	1232. 17
Fabriani prædicit Franciscus domum ruituram.	1215. 18	Florentiam peruenit S. Franciscus.	1217. 20
Et in valle Fabriani ædificandum suis conuentuum.	1215. 19	à Fœminatum frequentia, & malo visu fugiendum.	1216. 52
acquirit suis eremitorum Fabriani.	1215. 20	dirum Fœminatoris supplicium.	1222. 8
Fætiones quædam Murinæ extinxit Beatus Gerardus.	1244. 18	Fontis aquam benedixit B. Guido, quæ mox fumabat.	1230. 5
Famæ posthumæ B. Francisci multi occinerunt.	1213. 78	Fornicas verbo Franciscus abigit.	1215. 8
Famæ tanta à morte B. Francisci vniuersam peruersitatem, ut homines arborum corticibus pro cibo vni fuerint.	1213. 36	Fornicatus à Minorum religione arcendus.	1216. 1
in Fama publica Elizabetha Langraua frumentum		Fornicarius non potest al sanctorum reliquias pertingere.	1220. 40
		Franci vnde dicti.	§. 4. 4. appa.
		ex Fraci tactu quo vius est S. Franciscus parturient liberatur.	1224. 3
		S. Francisci ortus & institutum qui prædicterint.	
		§. 2. 1. appa.	
		Franciscus pius est exemplo.	ibid.
		Dux lucis & pacis.	ibid.
		Præcepio pœnitentia.	ibid.
		prænuntiati Dominicus & Franciscus à Sybilla Erythræa.	§. 2. 2. appa.
		à Iohanne Euangelista.	§. 2. 4. appa.
		à Iochimo Abbat.	ibid.
		quo iure natus Franciscus.	§. 3. 1. appa.
		qui qualcunque eius parentes.	§. 3. 2. appa.
			civisdem:

Index Rerum.

eiudem genealogia.	§. 3. 3. &c 5. appa.	refugit lauijores cibos.	ibid.
patria.	§. 3. 6. appa.	dulcescit ei emendicatus panis.	§. 4. 8. appa.
stemma gentilium.	§. 3. 5. appa.	irridenti fratti prudenter responderet.	§. 5. 10. appa.
curiosa ac mystica eiudem stemmatis explicatio.		S. Francisco immissa mysteriosa visio.	§. 4. 5. appa.
ibid.		Franciscus arma teat.	§. 4. 5. appa.
paritur in stabulo Franciscus.	§. 3. 17. & 8. appa.	precibus explorat Dei voluntatem.	§. 4. 5. appa.
S. Francisco adolescentem mercaturam exercet.	§. 4. 7. appa.	oculatur leprosum subito disperitem.	§. 4. 8. appa.
arguitur prodigi sumptus à patre.	19. 8	appa.	§. 4. 9.
virginitatem seruavit.	19. 9	orat in locis solitariis.	§. 4. 10. appa.
refelluntur qui contrarium affirmant.	19. 10	leprosis propter Christum obsequiosus.	§. 4. 11.
illæsi ut probatus virginitatis.	19. 10	appa.	
Franciscus audita sacri codicis lectione persegitè con-		in pauperes misericors.	§. 4. 11. appa.
ueritur ad Christum.	1208. 1	S. Francisco dedicit verecundari coram hominibus.	
pauperratem amplectitur Euangelicam.	1208. 1. &c 2	§. 5. 11. appa.	
quo die vitam subiit Euangelicam.	1208. 2	prædictit Ecclesiam S. Damiani futuram modiculum	
qualis habitus Francisci.	1208. 4	habitaculum.	§. 4. 12. appa.
Francisci conuersio.	§. 4. 1. appa.	restaurat Ecclesiam S. Petri.	§. 5. 13. appa.
immissa ei infirmitas.	ibid.	& S. Mariae Angelorum.	§. 5. 14. appa.
mente respicit, & terrena fastidit.	§. 4. 2. appa.	vnde dicit Portiuncula.	ibid.
pius in pauperes.	ibid.	Franciscus hominum quedam pauperculum in pa-	
François nomen mysteriosum.	§. 4. 4. appa.	trem sibi adoptat.	§. 5. 9. appa.
vnde Francisci nomen obtinuerit.	§. 5. appa.	& cur.	ibid.
Franciscum virginitatem liberato seruasse stabilitur		Franciscus in Valle Reatina sub concava rupe placit	
cationibus.	§. 4. 13. appa.	peccata præterita.	1209. 2. 1
Indira Francisci liberalitas.	§. 4. 15. appa.	condonantur ei.	ibid.
aliz item virtutes.	ibid.	præuidet mirabiliter futura.	ibid. 15
constantia in aduersis.	§. 4. 8. appa.	aperit varios ordinis status futuros.	ibid. 17
miseratio erga derelictum.	§. 4. 9. appa.	Franciscus quomodo socios in Valle Reatina solitus.	ibid. 16.
immissa ei infirmitas.	§. 5. appa.	prophetico spiritu prædictit futura.	ibid. 17
actua tentat.	§. 4. 5. appa.	Philippum cognomine Longum in suam societatem admittit, qui sancte huius societatis septimus fuit.	ibid. 18
reuoatur celesti visione ab itinere.	§. 4. 6. appa.	statuit eos mittere prædicatum.	ibid. 19
Franciscus manere consensit aliquibus diebus apud		Franciscus ad discipulos sermo.	ibid. 20
Cardinalem De'ncalonest.	1213. 1. 8	Franciscus alios quatuor admittit discipulos.	ibid. 16
sed vapular à dæmonie.	1213. 1. 8	S. Francisco appetet Christus Crucifixus.	§. 4. 10.
quād deuotè recitabat diuinum officium.	1213. 19	appa.	
Franciscus post fugatum dæmonem variis modis		Franciscus sacerdotes quoq[ue] honorat, & iouat ad cultum.	§. 4. 13. appa.
suam causam agit apud Deum.	1210. 10	visitat lumen SS. Apostolorum.	§. 4. 14. appa.
manib[us] extensis in aëte leuatis miro fulgore circundatur.	1213. 10	prædicat p[re]nitentiam.	1208. 13.
scello ducitur Tyfum.	ibid. 11	deflet Christi passionem.	1208. 12
punit in se appetitum edendæ galline.	ibid.	donatur spiritu propheticu.	1209. 3
benedicte ad perpetuum incrementum hospitis		S. Franciscus via secundum cor Dei bulla Pontificis declaratus.	1210. 7. 6
domini.	1215. 11	eius conuersio.	ibid.
Franciscus ad sui ordinis landes commouetur, casque		quam arcam toto virz sua decursu subierit penitentiam.	ibid. 7. 6
temperare & attenuare conatur.	1219. 2. 3	B Paris in orando assiduitas.	ibid.
quidam è suis petunt laxari ordinis rigorem.	1219. 2. 4	prædicat Franciscus sui ordinis amplitudinem.	1209. 16
sed v[er]idè resiliat Franciscus.	ibid. 2. 4	gaudet Franciscus ad iniurias illatas.	ibid. 15
horitor Oſtientis ut frates i[nt]er quietant.	1219. 2. 5	prædicaturus pergens cum suis à quibusdam bone, ab aliis male exsipit.	ibid. 14
S. Francisus à patre carcere mancipatur.	§. 4. 26.	Franciscus deuastatum plebani vineam ab in numero se visitante populo, tot vini dolia vitam et paucis reliquis racemis ministrare fecit, quot numquam anteal suppeditarat.	1217. 18
appa.		Franciscus Pisis duos selectos acquirit discipulos.	
à matre liberatur.	ibid. 2. 7	1211. 15.	
à patre denuо affligitur.	ibid.	eidem constituit cœnobium.	ibid.
citat[ur] coram Consulibus A. Tiliij.	§. 4. 28. appa.	aliud in Vico Pisano.	ibid.
quo remedio Franciscus paternas maledictiones declinet.	§. 5. 9. appa.	item Franciscus plura variis in locis erigit cœnobii.	
Franciscus denudat se cotam Episcopo.	§. 4. 28. appa.	ibid. 2. 6	
an honeste se denudarit.	ibid. 2. 9	Franciscum latrones adoriantur in silua.	§. 5. 1. appa.
nudus recipitur brachiis Episcopi.	§. 4. 39. appa.	spoliatur.	ibid.
myste: iosa eiusdem nuditas.	ibid.	seruit in quadam monasterio.	ibid.
format sibi vestem in crucis formam.	ibid.	vestitur ab amico Eugubino.	ibid. & 2. appa.
quo anno conuertus Franciscus.	§. 4. 31. appa.	vnde sumpta occasio monachatus Augustinianus	§. 5. 11. appa.
quam egerit vitam Franciscus post primum conuerzionem, donec ordinem Minotum instituerit.			
§. 5. 1. appa.			
Franciscus derisus à conciuibus non mouetur.	§. 5. 6.		
appa.			
à piis viris honoratur.	§. 5. 7. appa.		

Index Rerum.

- F**ranciscus leprosis ministrat officiosè. 6.1.3. appa.
 osculo leporum sanat. 6.5.3. appa.
 moratur aliquibus diebus Eugubij. ibid. 4
 redit Assisium. ibid. 5
 mendicat inter suos. ibid.
Franciscus deflebit in Marchiam Anconitanam. 1215. 18
 Fabrianus prædictor domum ruituram. ibid. 18
 & in valle Fabrianus aedificandum suis conuegit. ibid. 19
 colitur miraculosè ager hominis Francisci seruientis. ibid. 20
S. Franciscus suos ad varias regiones mittens sibi eleget tractum Parisiensem, & quare? 1216. 11
S. Francisci capiti formam. 1208. 6
 descriptio totius vestis sancti viri. ibid. 7
 mystica eius significatio. ibid. 9
 adhaerent ei tres viri perfecti, & qui sunt illi. 1209.
 1. 2. 3. & 4.
S. Franciscus quando primos accepit socios. ibid. 8
 Petrum Cathani, Ecclesie Cathedralis Assisiensis Canonicum in suum sodalicium adlegit. ibi. 9
 Francisco adhaeret Egidius Assisiensis. ibid. 10
 prædicatus cum suis pergit Franciscus. ibid. 14
 Franciscus liberatur à calunnia sibi ab hereticis afflata. 9.4. 22. & 13. appa.
 Franciscum prosequitur pater. 9.4. 15. appa.
 latet per mensam in fouea. ibid.
 deridetur à conciuibus. ibid. 5. 4
S. Franciscus induit mendicum ad Vaticanas valvas. 1209. 15
 valde concutitur à demone. ibid. 26
 orat in Ecclesia S. Damiani. ibid. 17
 loquitur ei Christus crucifixus. ibid. 17
 parat le ad obedendum Christi voci. ibid. 18
 vehemens ei insita memoria Dominicæ passionis. ibid. 19
 pro reparanda S. Damiani Ecclesia pantos vendit. ibid. 20
 factum hoc calumniantur heretici. ibid. 21
 cur. ibid.
 non peccasse contra Alberum Germanum conficitur. ibid. 21. & 22
 Franciscus prædicat coram Pontifice oblitus eorum quæ studuit. 1217. 3
Franciscus in oratione assiduus. 1210. 51
 ex creaturis semper ad Deum ascendit. ibid. 54
 Franciscus negat licentiam suis multos habendi libros. 1220. 24
 & nouit psalterium habendi. ibid. 25
 egregia Francisci sententia. ibid. 25
 quales Euangeli precones desiderat Franciscus. ibi. 27
S. Franciscus fratres sibi seruientes consolatur. 1216. 19
 Deo de immixa sibi infirmitate gratias rependit. ibid. 20
 consolatio qua S. Franciscus religiosos sibi languido inseruientes consolatur. ibid. 19
Franciscus tres prædones sua lenitate ad meliorem vitam reuocat. 1213. 27
 item & alios tres. ibid. 28
 publicis in spectaculis egregiè prædicat. 1213. 29
 illum suspicit reverenter Comes Orlandus. 1213. 30
 Franciscus visione cœlesti monetur breviorem scribere regulam. 1213. 9
 Franciscus cellam suam vult esse ritudem impolitam & pauperimam. 1212. 2
 tentatur à demone, qualiter. ibid. 3
 septem massas ex nine compingit. ibid.
 cur. ibid.
S. Francisci reverentia erga protetorem sui ordinis Cardinalem Hugolinum. 1217. 10
 præuidit cum creandum Pontificem. ibid.
- F**ranciscus magis in Syriam diuinatus detinetur. 1221. 36
 viaticum eius in naui non consumetur. ib. 36
Franciscus Asculum ubi peruenit trigesima discipulos acquirit. ibid. 35
 Franciscus terram habuit de peccatorum præteritorum remissione revelationem, & ubi. 1117. 21
S. Franciscus Claram in perfecto mundo contemptu solerter instruit. 1218. 18. & 19
 Franciscus cum sociis ad limina Apostolorum, sancta petit dicari paupertate. 1216. 13
 feliciter exauditur. ibid.
Franciscus plura fecit quæ monachatum non compatuerunt. 9.3. 1. 4. apol.
 impugnatur hic monachatus ex sancti viri testamento. 9.3. 5. apol.
S Franciscus Christo in multis conformis. 1209. 21
 docet suos mendicare. ibid. 22
 molesta eis prima mendicitas. ibid. 22
 Francisco consulit Episcopus ut terrenas admittat possessiones. ibid. 23
 pergit cum suis Franciscus in vallem Reatinam. ibid. 24
 cur. ibid.
Franciscus Corinthis conuentum acquirit. 1214. 8
 ad Apostoli altare monetur ordinis dilatandi. ibid. 8
Franciscus destinat suos Ouerum, quando. ibid. 8
Franciscus denuo constitutus ordinis Minorum generalis. 1213. 17
S. Franciscus abit in Orientem. 1219. 54
 inuenem sua pauperibus relinquere nolentem non recipit. ibid.
 forte eligit socios secum ducentos in Syriam. ibi. 55
 hi Anconem pecunient. ibid. 56
Franciscus suis stipatus sociis Romam pergit ut regulæ à le conscripsæ approbationem à summo Pontifice depositeret. 1213. 3
 à Guidone Episcopo Assisiare ingenti cum gaudio Ronæ receptus. ibid. 7
 fautorēm habet Ioannem à S. Paulo Cardinalem. ibid. 7
 ad Innocentium III. introductus Franciscus repulsa patitur. ibid. 8
 Postridie ad Pontificis cœlesti visione admoniti conspectum reuocatur. ibid. 9
 differtur regulæ approbatio. ibid.
Francisci humilitatis & obedientiae, pietatisque erga pauperes exemplum illustre. 1221. 27. 28. & 29
Francisco in Italiam per Pedemontium regredienti struxit à nebulone quodam Insidiaz. 1215. 1
 sed à Deo miraculosè defendit. ibid. 1
 venit Corronam. ibid. 3
 retinetur à populo. ibid.
Francisco miraculosè prouisum de panibus, quo modo. ibid. 2
Franciscus dat habitum suum Comiti monitis Acuti. 1214. 26
 quo in pretio habeatur. ibid. 26
S. Francisci reverentia erga clericos. 1216. 35. & 36
 erga mysteria diuina. ibid.
 edocitus à Christo in religionis fundatione. ibid.
 fugari vult otiositatem. ibid.
 seruari paupertatem in ædificiis. ibid.
Franciscus coram Pontifice solemnè se voto obligat. 1210. 16
 eleganti parabola Pontificem ad sui instituti approbationem pellicit. ibid. 11
Franciscus regulam, quam confirmauit Innocent. III. visionibus monitus cœlestibus, scriptis suis prescribit. 1210. 1
S. FRANCIS

Index Rerum.

- S. Francisci ad S. Antonium de Padua epistola. 1222.32
 S. Francisci regula nonnullis aetior vila. 1223.10
 S. Franciscus insignitus quinque vulneribus. 1224.19
 Clavi in manibus & pedibus quales. ibid.38
 rem sociis cum timore narrat. ibid.39
 Franciscus non improbat friduum sacratum litterarum. 1220.26
 Franciscus continuè setorum Deo consacratus. 1220.56
 curat maximè animarum salutem. ibid.
 Franciscani commendari Regi Tuneti videlicet Minoris.
 S. Franciscus puerum monstruosum in pulchrum efformat. 1218.72
 Franciscus versus vallem Spoleranam reduxit. 1210.20
 prope ciuitatem Otric per dies aliquot commoratur. ibid.11
 illinc ne loci amoenitas suorum animos enervaret, recedit. ibid.21
 Franciscus iter in Marochium. 1214.1
 humillima Francisci psalmodia. 1211.50
 qualis Francisci corrugia. 9.4.28.apol.
 Franciscus sacerdotum dignitatem impensè commendat. 1216.10
 Franciscus dæmones quomodo lacescit. 1212.39
 Franciscus cum suis Romam pergit. 1210.3
 S. Franciscus mutat locum non sine miraculo. 1217.14
 lepusculus ab eo recedere non vult. ibid.15
 nues ei inharent. ibid.
 pisces colludunt. ibid.
 Franciscus componit dissidium exortū inter Assisites. 1214.33
 certus redditur de gloria obtainenda. ib.33
 Francisci actiones explorat quidam tyrunculus, & stopet. 1215.30
 pius S. Francisci & B. Claræ conuiuim. 1211.32
 Franciscus Romanum venit, consilium suum de aedibus Tataris & Mahometanis Pontifici declaratus. 1212.33
 Franciscus hortatur suos ad mendicitatem. 1210.45.
 & 46.
 Franciscus & Dominicus duæ tubæ Moysis. 9.1.23.appl.
 Franciscus in tertianam incidit febrim, quæ post euanescit quartana. 1212.52
 præcognoscit adolescenti cuiusdam temporē. 1212.52
 ad sui deiectionem proprios referebat defectus. ibid.14
 Franciscus circa dubium : *An oratio preflata predicationi*, consulit Claram & Sylvestrum. 1212.30
 admonetur caritus ut prædicet. ibid.30
 S. Franciscus sanat lubricum, sed mala prophetizat, si reuertatur ad vomitum. 1215.8
 Franciscus Senis Cortonum deducitur. 1216.13
 liberat Ricciuum à graui tentatione. ibid.
 Franciscus suis discipulis breuem orandi formulam præscribit. 1209.42
 S. Franciscus lupum cicuravit. 1211.18
 sui ob deuoratum agnum maledicit. ibid.19
 S. Franciscus per charrulam sanat morbo caduco laborantem. 1210.7
 Bononiz conuertit Peregrium & Rigerium. ib.7
 Peregrin' commendatio. ibid.7
 S. Francisci regule rigor attenuatus sub Helia. 1219.1
 zelans suum statum socij S. Francisci. ibid.
 horum dux Cetarius Spirensis. ibid.1
 Franciscus cuiusdam mulieris fluxum sanguinis deciduit. 1218.62
 nolentem festum diem celebrare punit. ibid.64
 falsò accusato oculos restituit effossos. ibid.59
 hospiti suis addicto vilum restituit. ib. Diem sibi sacramentum negligentes diversimode plebit. 1218.64.
 65.66.67
 Franciscus panis à se crucis signo consecrati fratres
- eis denuo benedicit. ibid.
 S. Francisci laudes. ibid.
 Franciscus noluit fratres suos prædicare absque con-sensi Epilcoporum. 1219.13
 commendat pacem habendam cum clericis. ibi.17
 quando Franciscus secundo conuersus. 9.5.16.appl.
 Franciscus Cortoniz degens recipit in ordinem D. Guidonem. 1218.8
 Franciscus verbo formicas abigit. 1215.8
 pergit montem Alucernæ iustraturus. ibid.8
 procacem iuueniam tradidit Sachanæ. ibid.
 libenter orat in detrahitis Ecclesiis. ibid.9
 à dæmonie male afficitur. ibid.
 ex animo omnia scrt. ibid.
 Francisci Mauri testimonium malè Augustiniani in suas partes trahunt. 9.5.36.apol.
 Franciscus prævidit magnum cuiusdam fratris per-
 culum. 1218.3
 scandalum & malum exitum prævidit alterius. ibid.
 inobedientem fratrem viuum iuber sepeliri. ibid.
 Franciscus petit concedi indulgentiam intrants in Ecclesiam Portiunculæ. 1211.21
 conceditur, & à Pontifice confirmatur. ibid.13
 Franciscus à Cetona cedit Assisium. 1211.6
 physiognomia & descripicio S. Francisci. ibid.9
 quidam diem S. Franciso sacrum celebrare nolens
 cœlitus punitur. 1220.64
 tribus emissis & persolutis votis sanatur. ibid.
 Francisco alius cœuentus in Tuscia conceditur. 1211.41
 buius cœnobij amplæ prærogatiæ. ibid.
 Francisci pia & simplex ratiocinatio ad rusticum. 1213.11
 comendat S. Franciscus suo vicario patientiam &
 benignitatem erga subditos. 1211.1.&1
 S. Francisci littera ad omnes provinciarum magistratus, Episcopos, & Ecclesiastū Prelatos. 1219.18.&19
 predicat reverentiam exhibendam corpori Christi. ibid.19 & verbis diuinis. ibid.
 S. Francisci vestis mystica significatio. 1208.9
 Franciscus prædicti falsi cuiusdam fratris apostolum. 1210.13
 Franciscus aliquos è suis fugitiuos & ad seculum redire properantes mirabiliter revocat. 1210.36.&37
 Francisco quantus honor passim exhibebatur. 1211.8
 inter Franciscū & Dominicū quātū necessitudo. 1219.1
 Franciscum Thau signatum videt fr. Pacificus. 1211.5
 S. Franciscus vulneratum lethaliter manuum contam-
 etu sanat. 1218.15 dubitantis de stigmatis S.
 Francisci manus scribit. ibid.16
 Franciscus prædicti apostolæ fures. 1211.13
 Franciscus starribus suis in curru igneo apparet. 1210.23
 Ecclesiam Portiunculæ accipit à fratribus Benedic-tinis. ibid.16
 Franciscus liberat à tentatione fr. Leonem. 1214.7
 Franciscus statuit capitula bis in anno fieri. 1211.45
 S. Franciscus tentatus, quomodo. 1211.1
 sed animosè vincit. ibid.
 Franciscus Petrarca Augustinianorum affecto nou-fauet. 9.5.31.appl.
 neque Breniarium Romanum. 9.5.32.appl.
 Franciscus ægrotat apud ciuitatem Reatinam & son-tem Columba. 1215.1
 S. Franciscus dirè vulneratum curat. 1219.33
 iuuenem item morti proximum. ibid.14
 in Francisco humilitas miranda. 1210.17
 Franciscus resuscitat mortuum infans. 1211.12
 Francisci encionium. 1219.1
 S. Francisci Bononiensis Ecclesia quam ampla & ma-gnifica. 1211.49
 S. Franciscus equitem quemdam generosum ex Gia-tio ut conuerteret. 1217.14
 sibi ele-

Index Rerum.

- gerat domicilio. 1217.16
S. Parris exarcat adhuc in eo loco sacra vestigia. 1217.
 ibid. 17
 à B. Franciscu*s* recipitur ad statum eorū ordinis B. V. 1242.22
 ridiana.
Franciscus cōnocat Assisiū ad comitū generali. 1216.1
Franciscus sanat hospitū filium. 1217.17
 Ganghereti adficit conuentum. 1218.
Franciscus corrigit sociū sinistrā de paupere cogi-
 tatem. 1219.28
 inique duo fratres murmurant contra vitum san-
 ctūm. 1219.29
 sed quam iniustē, ipsū competerunt. 1219.
S. Franciscus fratri cuidam severum iniungit suppli-
 cium propter inobedientiam. 1219.44
S. Franciscus cum socio horas canonicas decantans
 iuxta Venetas paludes iubet auct. silere, demum
 cantare & obediunt. 1220.1
Francisco languidulo pulsat cytharā Angelus. 1225.8
S. Francisci oratorium. 1243.44
 lectulus. 1243.
Franciscus ad exemplum aliorū nūbil rigoris vult re-
 mittēre. 1218.1
 citatorias mittit literas pro comitiis celebrādis. ib.2
Franciscus per socios reuocatus ad Occidentem dē-
 nuō inuisit Soldanum, sc̄riō cum eo agens de illius
 conversione. 1220.1. & 3
Franciscus contemplatiū iūxit vitam achiuā. 1228.76
 eiusdem in Ecclesia fructus. 1228.76
 conueniunt mirabiliter omnes Francisci discipuli.
 1209.41
Franciscus benignum hospitem ad suum ducit soda-
 litum. 1215.31
imperat Franciscus dēmonibus ne amplius fratrem
 tentent. 1219.43
S. Francisci ceruical missum ad S. Ludouicū Gallo-
 rum Regem. 1226.64
 de S. Franciso cuiusdā energumeni confessio. 1228.23
 quando Franciscus in Lusitaniam transeun*t*. 1214.12
 quid sentiendū de illius vaticinio inibi factō. ib.13
 dubium an Reginam Vracam viderit. ibid.12
S. Franciscus perditantem sibi deuotam adiuuat.
 1240.18
 dure punitur in eundem contumeliosus. ibid. 19.
Francisci discipuli omnes mirabiliter conueniunt.
 1209.41
 in Franciscanos pietas remunerata. 1248.23
 Francisco immissa tentatio, quæ, & qualis. 1218.2
S. Franciscus quando conuersus. 9.2.1.apol.
 Franciscus quo in loco stigma receperit. 1213.40
Franciscus præscribit suis quomodo se habeant in
 missionibus. 1216.5
SS. Francisci, Dominici & Angeli Carmelite collo-
 quiū propheticum apud Lateranum. 1216.17
S. Franciscus in signū gratitudinis transmittit palliolū
 suum ad Elizabetham Landgraviam. 1216.61
S. Franciscus displicer in auicula voracitas. 1217.10
 precum S. Francisci efficacia. 1218.8
S. Franciscus abit in montem Aluernu*m*. ibid. 8
 Franciscus inuisit in monte Garganum. 1222.16
 varia acquirit monasteria. 1217.
Franciscus quamdiu habitat in eremo Camaldulēn.
 1220.18
Frāciscus peruenit Compostellam. 1214.6 adoleſcētis
 erga Franciscum humanitas retribuit. ibid.5
Franciscus ex acceptis eleemosynis in pauperes libe-
 ralis. 1211.10 fugat Aretio dēmones. ibid.14
Frāciscus ardēter præcurrit foci*s* ad martyriū. 1213.6
Franciscus tortures à morte præseruat. 1216.10
Francisci in suos discipulos tenellus amor. 1210.45
 Francisco Cardinales multi ac viri principes addictil-
 simi. 1216.17
Franciscus ciusque socij ad Rīnum tortum se recol-
 ligunt. 1214.24
Franciscus deregit reliquias fac̄issimæ Virginis Ma-
 rie in monasterio S. Maria de monte maiorī. 1215.33
Franciscus cœnobium apud oppidum S. Geminiani
 acquirit. 1213.25
Franciscus rapto*n* in extasiū nihil sentit. 1224.6
S. Franc. aduenit quartus socius fr. Sabbatinus. 1209.17
Francisci benignitas erga leprosum. 1211.10
 aliud egregium factum. 4ibid.31
Franc. meritis puella cæca Bevanij visū recipit. 1212.31
S. Franciscus peccipitandus à dēmone duro recipitur
 à lasso. 1213.43 & 1224.8
Franciscus aperto Euangeliorum libro inuestigat Dei
 voluntatem. 1224.9
S. Franc. quodcūque audet inter Saracenos pro fidei
 assertione, Soldani munera spēnit. ibid.
 narratio testis oculati. 1221.60
Franciscus tabula scripta digito Dei viui. 1224.21
Franciscus Christo dīcante breviorem compaginat
 regulam. 1223.1
Franciscus Vitoriani defunctam exsuscitat. 1214.32
 dubium an viderit Reginam Vracam. ibid.
Franciscus ieiunat 40. dies ad Christi exemplū. 1210.55
 summè veneratur sanctam Eucharistiam. 1210.55
 sanctam item Dei genitricem. ibid.
Francisci socius ut elclusus à Dēmone in pecunia.
 1222.15
S. Francisci capiti*s* & vestis plena descriptio 1208. 4.
 7. & 8
aurea D. Francisci sententia. 1210.37
Franciscus eduxit aquam de petra.
 cum gestientes aues excipiunt. 1215.13
 placet ei montis Aluernæ dispositio. 1215.13
 docet suos non reponere fiduciam in hominibus.
 1215.14
 dūo ex Francisci discipulis conuertunt egregios præ-
 done*s*. 1212.49
S. Franciscus non sensit ignis adustionem. 1215.3
 mittit vestes suas pauperibus. ibid.4
Franciscus laudat fratrem Bernardum. 1226.30
 an Franciscus dici potuerit Augustinianus. 6.3.11.apol.
Franc. in Castellā regressus Ciuitatēs inuisit. 1214.19
S. Franciscus in Egypti diversorio quadam scortum
 vincit iacentis in pruni illæsus. 1219.64
Franciscus Otonem Imperatorem exauhorandum
 prædict. 1209.43
S. Francisci videt socij cogitationes.
 grauior reprehendit Eliā ob habitū cultiore*m*. ibid.20
Franciscus donatur spiritu propheticō. 1209.3
S. Franciscus pergit ad Soldani præsentiam. 1219.58
 à Saracenis capti*m*. ibid.58
 rogatur à Soldano ut secum maneat. ibid.59
S. Franciscum quoties memoria Domini*s* passionis
 subibat, in gemitus, singultus & lacrymas crumpe-
 bat. 1208.12
Francisci pieras erga suos. 1210.49
 mittit Franc. prædicatores in omnes regiones. 1219.32
Franciscus paupertatis summè studiōsus. 1210.50
S. Francisci miraculorum synopsis. 1218.6
Franciscus vincit humilitate Episcopū Immolæ. 1213.56
 nocte obscura lux ei radiabat. ibid.57 pergit in
 Hispaniam. ibid. 18 præficit pauperi infirmo cu-
 rando fr. Bernard. ib. 58 sanat inuenit languētē.
 ibid. 59 benignè excipit ab Alphonso IX. ibid.
Franc. prædicit cuidam puero ex suis futurū. 1211.14
 quanti honores Francisco passim exhibebātur. 1212.7
Franciscum in itinere præredit etrus aurca. 1214.30
 circumsercur per oppida. ibid.30
Franciscus taxat secrētū murmurat fr. Helia. 1211.13
 fr. Masseli

Index - Rerum.

- fr. Massai detegit secretum colloquium. *ibid.* 34
 Franciscus Fulginei domum acquirit. *1213.7*
 hospitis domui benedixit non sine fructu. *1213.7*
 viri prelatori apud Fulginates. *ibid.*
 quomodo Franciscus orientem deserat religionem,
 tendens ad martyrium, expeditur. *1214.1*
 Francisco cælitus mititur auncula in cibum. *1214.3*
 per S. Franciscum à morbo liberatur B. Bonaventura.
 1214.4
 S. Franciscus quos & quod à mortis periculo liberat.
 1218.4
 - S. Franciscus invisit corpus S. Benedicti. *1222.5*
 Cajeta predicit, nauicula per se à terra recedente.
 ibid.6
 S. Franciscus egregiè scripturam explicat. *1216.1*
 alio eius Theologia à doctoribus suspecta. *ibid.3*
 Theologum à gravi conscientia scrupulo liberat.
 ibid.4
 modum constituendi monasteria fratribus describit.
 ibid.5
 maiora etiam edificia toleranda successoribus permittit.
 1226.6
 Franciscanorum missio id Africam instituitur consecrato fr. Lupo Episcopo Marrochiorum. *1246.9*
 Franciscus misit encyclicam ad universos Christianos.
 1213.2
 longiorem submittit aliam epistolam. *1213.4*
 Franciscum predicantem aves attente audiunt. *1218.3*
 prouidebat Franciscus inopinatè de piscibus. *1215.13*
 Franciscus palliolum suum dat egeno. *1221.10*
 abit solus in incultam insulam. *ibid.12*
 Franciscus per quadraginta dies medio vescitur pane.
 1211.12
 Franciscus frequenter in niuem se mergit. *1210.5*
 res gestæ Francisci in Hispania à paucis signatae. *1214.4*
 egrorat in Hispania Franciscus. *ibid.*
 S. Franciso quis primum in officio generalatus subrogatus, an Helias, an vero Ioannes Parenz. *1227.3*
 Fráscus ad turpitudinem allicitur ab impudica quādam feminā. *1222.16*
 S. Francisci conuentus in Urbe exterritur. *1219.19*
 S. Franciscus etiam infirmis oculis lacrymabatur. *1221.5*
 illius ad medicum responsum. *ibid.*
 Fráscus Christus appetit in æde Portiuncula. *1210.19*
 Benedictinis pro accepta æde anuum persoluit censum. *ibid.30*
 Franciscus prophetice predicit suis edificandum coenobii non procul ab oppido Robledillo. *1214.10*
 ei adhæret Cardinalis Compostellanus. *ibid.*
 S. Franciso fr. Philippi Longi zelus in moniales non placet, & vnde hæc improbatio. *ibid.47*
 Francisci & Dominici congressus Bergomi. *1220.5*
 Franciscus benedicit bonis, maledicit scandalosis fratribus.
 1221.26
 eiusdem summa humilitas. *ibid.27*
 Franciscus ad tropheum martyrum Marrochij mirè recreatur. *1220.38*
 S. Franciscus in Tuscanella claudum sanat. *1222.1*
 publicè inanducat cum pauperibus. *ibid.2*
 Franciscus communis consolator. *1226.45*
 lux etiam è celo emissa. *1226.45*
 S. Franciscum suum vocat patrem Gregorius Pontifex.
 1210.1
 illum mortuum resuscitasse refert idem Gregorius.
 ibid.
 S. Franciscus dissuadet iter in Galliam Cardinalis Hugolinus.
 1217.1
 redit in vallem Spoletanam. *ibid.2*
 moneret cælitus ad petendum Cardinalem protectorum.
 ibid.2
- malè afficitur à dæmons. *ibid.*
 Gracij solemniter celebrat Nativitatis Christi solemnitas. *1213.1*
 Franciscus in comitiis generalibus absoluit à miniliteratu Germaniz Cæsarium Spirensim, eique lufit. *ibid.*
 Albertum Pisanum. *ibid.*
 Franciscus actu terribile docet suos pecuniam perfidie contemnere. *1213.1*
 quidam Francisci socii turbatur quod Franciscus
 honores sibi factos non fugit. *1211.1*
 Franciscus sanat puerulum hydropticum. *1224.16*
 S. Franc. hospitem suum prædictit moriturū. *1225.10*
 scrupulos cuiusdam quomodo curauerit. *ibid.10*
 pauperulæ mulieri suas & socij vestes largitur. *ibid.11*
 S. Franciscus, quantum fieri potuit, à fratribus curam
 & familiaritatè monialium elongari voluit. *1219.4*
 S. Franciscus cuius à Syria per socios reuocatus in Iudeam. *ibid.*
 Franciscus Auxiliui triginta adolescentes suo acquinti
 instituto. *1210.1*
 plura obinet in Marchia domicilia. *1211.21*
 S. Francisci stigmata in imagine apparere miraculæ viza. *1218.14*
 Minoritæ de stigmatibus dubitanti fidem facit. *ibid.13* quomodo. *ibid.*
 Franciscus multos Affilates conuertit ad Christum.
 1212.10 item S. Claram. *ibid.*
 Francisco stigmata quādo inficta. *1214.15* prodigiū
 hæc stigmata. *ib.18* erant patentes aperturæ. *ib.17*
 Franciscus promittit quod sua religio ad ultimum
 vsque iudicij dicem duratura sit. *1213.16* magna
 plaga à morte Francisci secuta in Italia. *ibid.36*
 Franciscus nō designat discere à juniorib[us]. *1211.19*
 cupit mori pro Christo. *ibid.*
 Franc. acerum in optimum vinctum conuertit. *1211.11*
 mortuum resuscitat puerum. *ibid.11*
 submersum reuocat ad vitam. *ibid.11*
 fr. Franciscus Orantij Episcopus Ovetensis recumbit
 in conuentu Minorum Pinciarum. *1218.14*
 Francil. sanat fratrem malo morbo laborantem. *1214.19*
 Franciscus signifer Chitilli. *1214.24* dux in Christi
 militia. *ibid.* Lepties ei facta crucis apparitio. *ibid.*
 S. Franciscus bellum sinistrum exitu' ad Damascum Christiani prænuntiat. *1219.16*
 vaticinium sequitur evenit. *ibid.17*
 S. Franciscus sepius in altum fereretur. *1224.1*
 multa ei circa religionem Christus promittit. *ibid.*
 ieiunat in honorem S. Michaelis. *ibid.6*
 nouem abstinentia tempora tibi proposuit. *ibid.11*
 ipsius quam profunda meditatio. *ibid.11*
 præmonet ab Angelo futuri mysterij. *ibid.15*
 S. Franc. applaudunt aves in mōre Alucenz. *1214.4*
 Franciscus Interæne prædicat audire Episcopo. *1213.10*
 Franciscus & Dominicus sub quo rege in Hispaniam
 venerint. *1213.60*
 S. Franciscus an fucrit aliquando cremita, quando &
 quamdiu. *§.1.1.4.4*
 Franciscus diuino instinctu prædicat penitentiam.
 1208.10
 Franciscus verulæ octogenariæ lac procurat pro edu-
 cando nepote. *1218.71*
 Franciscus in magna rerum inopia ingenti repletur
 gaudio. *1216.11*
 S. Francisc. quales sui ordinis ministros, quibusut im-
 butos moribus esse percupiuit. *1216.16*
 Franciscus literis fontes educit aquarū. *1213.68*
 S. Franciscus prædicat Bononiæ ingenti cum anima-
 rum fructu. *1215.11*
 Franciscus liberat à diabolo obsessam. *1224.19* & pue-
 rum uicerat. *ibid.*
 S. Franciscus Seraphin apparet, & qua ratione. *1214.17*
 liberat. *1218.47*

Index Rerum.

- S. Francisci elegium.** 1230.2
Franciscus experitur an idonei sint ad prædicandum discipuli. 1211.1. *apparet in medio eorum Christus.* *ibid.*
Franciscus quoties accesserit ad montem Aluerne. 1218.10
scientia S. Francisci profundissima, & quæ eius vita. 1218.76
Franciscus nullas facultates nouitorum vult retineri. 1220.24
B. Franciscus crus ex toto confactum sanat. 1218.74
signum Tau ei maxime familiare quare. *ibid.* *quantum in eo fuerit crucis studium.* *ibid.* 75
Franciscus Rainerio plebano futurum Minorem prædictum. 1215.22
Franciscus dubitat an oret vel prædicet. 1212.28
Franciscus solo manus attacu algentem calefacit. 1224.22
Franciscus quid egerit in principatu Catalonie. 1214.30. &c. 31
Francisco promittitur regnum aeternum. 1224.32
laudat impensè Deum. 1224.32
S. Francisci erga crucem studium sollicitum. 1218.12
à S. Francisco quinam è Minoribus Marrochium misse. 1219.48. *veniunt Conimbricati.* *ibid.* 51
S. Franciscus vomitu sanguineo pene exhaustus morti proximus iudicatur. 1226.9. *fratrum in B. Patris agone planctus.* *ibid.* *suis Eucharistiz sacramentum summè venerandum præcipit.* *ibid.* 10. *cur in quolibet cœnobio vnam celebrari Missam iusserit.* 1226.11
Franciscus de imminente sibi morte Iacobam de Septem soliis litteris admonet. *ibid.* 26
S. Franciscus sorores S. Damiani ob imminentem sibi mortem mœstas ut solatur. *ibid.* 21. *benedicit fratribus ac præsertim Eliz.* *ibid.* 23
Franciscus agricolis se inuocantibus præsto est. 1218.69
Franciscus incipit ægrotare ad mortem. 1224.30. *fræcto erat corpore non animo.* 1224.30. *rogatur ut permittat sibi adhiberi aliquam medicinam.* 1224.72
Franciscus moribundus tertio fratribus benedicit. 1226.37. *associant eius animam aliæ consodalium.* *ibid.* 38
S. Franciscus moribundus commendat impensè fratribus ædem Portiunculæ. *ibid.* 30
Franciscus mortiens ponitur in nuda humo. *ibid.* 34
rata paupertate de mundo triumphat. *ibid.* 34
S. Franciscus quo die mortuus. *ibid.* 45. *gaudium & dolor in morte illius.* *ibid.* 45
S. Francisci anima in stellæ fulgidæ specie vehitur in celum. *ibid.* 48. *simul euolat anima Augustini de Afflito.* *ibid.* *apparet Episcopo Afflisiati.* *ibid.* 39. *iusta ei soluunt alaudulæ.* *ibid.* *an exenteratum corpus S. Francisci.* *ibid.* 40. *in corpore apparent signa futuræ gloriae.* *ibid.* 40
S. Francisci excelsa sedes in celo. 1211.40
S. Francisci corpus transfertur. 1230.1
S. Francisci corpus ubi conditum. 1226.41. *ei inhæret S. Clara & cæteræ moniales.* *ibid.* 42. *scribit Helias ad omnes prouincias de morte S. Frâcisci.* *ibid.* 44. *quis fuit author speculi S. Francisci.* *ibid.* 44
S. Francisci epitaphium ipsius sepulchro inscriptum. 1230.6
S. Francisci corpus qui viderint. *ibid.* 4. *de illius situ epistola.* *ibid.* *illud videre vult Nicolaus Pontifex.* *ibid.* *ingreditur Ecclesiam subterraneam ubi corpus secluditur.* *ibid.* *illud in pedes erectum cernitur.* *ibid.* *item in celum apertis oculis.* *ibid.* *quina item vulnera recentia.* *ibid.* *ea de re narrationes.* *ibid.* & 5.
- S. Francisci miracula inquiruntur.** 1228.2. *certior redditur Pontifex Max. de vulnere lateralí S. Francisci.* *ibid.* 3
S. Franciscus canonizatur. *ibid.* 4. *solemnitas huius canonizationis.* *ibid.* 5. *miraculis & prodigiis vbiique coruscans.*
- SS. Francisci & Dominici festa iubentur celebrari in Anglia.** 1237.12. & 13
vite S. Francisci scriptores qui sunt. 1230.7
Franciscani ad Tartaros missi. 1245.2. *item & ad Bulgaros.* *ibid.* 14
Franciscanis adseruntur pœnitentiarij fr. Raynardus & Girardus. 1244.12
Franciscani vexantur, & à quibus. 1245.1
Frâciscanorum amplectitur regulam Comes Schaumburgensis. 1244.14
Franciscanorum itinerarium ad infideles, & eius succellos. 1245.6. *ab eo regreduntur.* *ibid.*
à Fratre quandam occisum viuificat B. Luchesius. 1241.15. *alterum similiter liberat, & quomodo.* *ibid.*
Fraus hereticorum sicutientium clericorum discordiam. 1219.40
Fredericus primus Ecclesiæ Catholicæ inimicus. §.1.8.
appa.
item & Fredericus. §.2.11. *apparet,*
in Fredericum II. Imperatorem & Pisanos execratio lata, quare. 1241.32
Fredericus quâm malè se gesserit in Syria. 1229.15
excommunicatur à Pontifice. *ibid.*
ad Fredericum transiit fr. Helias. 1239.10
Frederici II. Imperatoris successoris electio. 1246.1
Fredericus Imperator crudeliter leuit in Pontificem & sequaces. 1238.1
Frederico cuidam mirabiliter aquis submerso, mirabiliter vitam restituit Elizabetha Lantgravia. 1235.6
B. Fridebalodus. 1249.9
Frumentum in publica fame pauperibus erogavit Elizabetha Lantgravia. 1226.58. *hospitium misericordibus extruxit.* *ibid.* *singulos visitans ipsamet diligenter curat.* *ibid.* §.5.8
Fulginei domum Franciscus acquirit. 1213.7. *hospitio domui non sine fructu benedixit.* *ibid.*
in Fundatione religionis edocitus S. Franciscus à Christo. 1226.36
Fundatores conuentus Trecenfis. 1248.19
Fundatores conuentus Meldensis. *ibid.* 20
Fundatores conuentus Vernonis. *ibid.* 21
Functiones pias absens exercet Antonius Patauinus. 1231.4
Fundator conuentus Alberniæ. *ibid.* 53
Funera diligenter cutanda, cur. 1216.59
Funus B. Guidonis ad ciuitatem Corronenses defuntrunt. 1250.7
Futti accusatus, sed falsò è carcere qui eripitur. 1218.42. *alius ob debita incarceratus liberatur.* *ibid.* 43

G

- d. G Aleoti à Galeotis de situ corporis S. Francisci narratio.** 1230.5
Galeradi conuentus erectus. 1235.34
à Galliæ Regibus multa concessa sunt conuentui Trecenfis fratrum Minorum. 1249.19
iter in Galliâ disiudicat Frâciscanis Cardinalis Ostiensis. 1217.1
in Gallia magno cum fructu prædicat S. Antonius Patauinus. 1225.14. *multos hereticos cōuertit.* *ibid.* 16
in Galliam quando Franciscani missi. 1216.2
Gallina cum pullis oblata per visionem B. Francisco quid signat. 1217.2

Index Rerum.

- Gallinæ cdendæ appetitū punit in se Frācīscus.** 1215.11
Gaudauensis Minorum conuentus erigitur & à quo. 1231.42
Ganghereti Franciscus quomodo zdificari conuen-tum. 1211.18
viro è Gargano monte diuisus oculus , emissa quotā-nis in festo S.Francisci ieiunandi voto, coadunatur. 1218.16
Garganum montem inuisit S.Franciscus. 1222.16
Garibaius reieetus. 1213.61
Gaudium & dolor in morte S.Francisci. 1226.45
Gaufridi de Laual expensis conuentus Minorum An-nunciatæ Cenomanensis absoluitur. 1237.20
fr.Gaufridi Custodis Parisiensis epistola ad totius Or-dinis Generalem. 1241.1
Genealogia S.Clare. 1212.14
Generale capitulum Minorum octauum quando ce-lebratum. 1244.6
Generalis minister qualis esse debeat , & quibus no-tis,cognosci possit. 1226.25. Item & prouinciales. ibid.
Generalis ministri Minorum electio quomodo fiat,& qui ad eam concurrant. 1230.14
Generalatus tempus Ioannis Parentis. 1230.13
in Generalem Minorum fr. Aymo Anglus eligitur. 1239.8
Generalis Synodus in translatione corporis S.Franci-sci indicitur. 1230.8
Generalis minister statum Minorum frustra laborat in placandis Romanis. 1235.25. liberat energume-num. ibid.16
Generalia comitia à Minoribus quomodo celebrata. 1236.1
fr. Gentilis Doctor Parisiensis floruit in conuentu Montisflorum. 1246.18
Generalis Synodus Romæ indicitur,& quare. 1239.7
Generalis Minorum à Pontifice legatus mittitur in Græciam. 1249.4
Generalis ministri Minorum literæ contra innouato-res officij diuini. 1249.8
Generalia Minorum comitia Metis celebrata. 1249.1. & quibus rationibus. ibid.
Genuam nautigat Pontif. Max. 1244.4. ibi comitia or-dinis conuocar. ibid.
S.Georgij Ecclesia virginī Clare conceditur. 1230.2
Gerardus miles in Zachano ob receptos hospitio Minores vtriusque oculi visum B.Francisci meritis recipere meruit. 1228.18
Gerardus & fr. Raynardus pœnitentiarij adseruntur Franciscanis. 1244.12
b.Gerardo renelatum fuit captum esse S.Ludouicu-m à Saracenis. 1250
b.Gerardi precibus ventus contrarius à Deo mittitur. 1250.1
b. Gerardus factiones quasdam Murinæ extinxit. 1244.18.sic ex familia Rangonæ oriundus. ibid.
fr. Germanus Apibert. floruit in conuento Sagensi. 1216.62
in Germaniam quinam è Minoribus missi. 1221.5
in Germaniam quando socij S.Francisci missi. 1216.1. dure à Germanis repulsi. ibid.10
Germanicarum rerum successus pro Minoribus. 1250.16
Germani Archiepiscopi Constantinopolitani epistola ad Romanum Pontificem. 1232.34
fateretur primatum Pontificis Romani. ibd.
laudas fratres Minores. ibd.
euilem epistola ad Cardinales. ibd.36
rescriptum Gregorij IX ad Germanum. ibd.37
in Germania quis progressus Ordinis Minorum sub-
in Germaniam ad legendam Theologiam missi sunt fratres Minores Angli. 1231.40
Germania minister creatur fr.Cesarius. 1211.5
Germania prouincia diuiditur. 1239.11
Geroldus Dux veneno extinctus. 1245.10
Gertrudis mater S.Elizabethæ interfesta. 1214.35
Gestorum & vita S.Francisci scriptores. 1230.7
Gesta & miracula S. Patris S. Francisci colliguntur. 1244.8
Gibbum sanat & hernium fr.Gratianus. 1247.11
claudum curat. ibid. contractum erigit. ibid.
b.Gilbertus.
fr. Gismundus in prouincia Apulia claudum & ca-cum signo crucis sanat. 1249.9
Gladius duplex est in manu Pontificis. 1241.19
Glemonæ conuentus. 1233.9
quidam Gloria B. Francisci detrahens miserabiliter occiditur. 1217.18
de Gloria acquirenda certus redditur Franciscus. 1224.33
Gonzagæ testimonium improbatur. 1215.10
Gothensis conuentus Minorum. 1246.18
in Græciam mittuntur Apocrisiarij à quo & cur.1244. 12
Græci suarum opinionum tenaces. 1231.11
Græcorum scissuram quæ mala sequuta in Ecclesi. 1232
admonentur grauerter Græci ut resipiscant. ibid.
 18
Græcorum error circa fidei confessionem detegitur. 1247.11
Græcorum protectio commissa fratri Laurentio Mi-norite Sedis Apostolicæ per totum Orientem le-gato. 1247.8
Græcorum interrupta viuo , & qualiter. 1230.1
Græcos ad hæsitandum quid incitauerit. 1233.15
in Græciam mittitur à Pontifice Generalis minister Minorum. 1249.4
Grätz tuguriolum sibi construit S.Franciscus. 1217.
 12
fideiuber pro lupis. ibid.
medetur malis Grætiensum. ibid.13
Gratiæ variae factæ mortalibus. 1233.35
fr.Gratianus prouincie Marchiæ , contractum erigit. 1241.21
visum concedit. ibid.
brachium aridum restituit. ibid.
fr.Gratianus in prouincia Marchiæ vir mitæ simplici-tatis. ibid.
vnde oriundus. ibid.
imbreui ut cohibeat. ibid.
cœcos illuminet. ibid.
sanct bernium & gibbum. ibid.
Grauamina Prælatorum in Minores. 1231.14
Gregorius IX. Honorio sufficitus. 1217.1
Trislerio Anagnino patre natus. ibid.
ad Gregory nomen allatio. 1231.36
Gregorij IX. variae epillole ad varios. 1215. Vbiq[ue]
Gregorius IX. nouum S. Francisco templum extrui precipit. 1218.79
quare. ibid. primum ipse lapidem iacit. ibid.
Gregorius nonus Pontifex S. Elizabetham in suam protectionem ut suscepit. ibid.d.83
Contado Marpurgensi eam impensè commendat. ibid.
Gregorij IX. Pontificis mandatum de habitu Augu-stinianorum. §.4. à n.6. usque ad 16.apl.
fr.Gregorius minister fratrum Gallie de more lan-cti Francisci certior fit. 1216.45
Gregorius S.Franciscum suum vocat patrem. 1230.1
... et sic invenit se in ecclesiæ refect. ibid.

Index Rerum.

- hortatur Minores ad eius secundas virtutes. 1128.1
 ibid.

Gregorius IX. Pontifex visitat S. Claram. 1128.1
Gregorij IX. decreto preparatur expeditio in Terram sanctam. 1127.5
Gregorius IX. S. Franciscum nouiter canonizatum S. Elizabethae designat in patronum. 1129.3
Gregorius IX. Pontifex Maximus quæ Minoribus contulerit priuilegia. 1128.92
Gregorij IX. Pontificis mors. 1141.31. illius gesta & laudes. 1141.32. & 33. successor. ibid. 34
Gregorius IX. testatur S. Franciscum stigmatibus insignitum. 1137. 1. & 2. quidam contradicunt. ibid. 1
Gregorius IX. concedit fratribus Minoribus Tiburtini Ecclesiam S. Marie Maioris. 1141.29
Gregorius IX. iubet capi fictos Minores gyrouagos. 1137.19
 in Gregorium IX. mira Friderici Imperatoris leuitia. 1138.1
Gregorij IX. variaz epistole ad Agnetem Bohemicam. 1138. 12. 13. & 14. laudatur in eis S. Franciscus. ibid. 13
Gregorij IX. rescriptum ad Germanum Archiepiscopum Constantinopolitanum. 1132.17. & 38
Gregorij IX. epistola ad Priorem Provinciale fratrum Prædicatorum de Hungaria. 1138. 3. & 4. item ad Inquisidores Nauarre. ibid. 6
Gregorius IX. quam ampla priuilegia concessit sanguinalibus Damianiis Cremonensis. 1136. 21
Gregorius IX. magnam assumic curam pro rebus Orientis. 1138.16
Guicciardini Cameracensis Episcopi testimonium de retinente plura beneficia cum vnum sufficiat. 1138.9
B. Guido sub rupe solitarius viuit. 1121.13
B. Guido à Saluena. 1121.19
Guido Franciscum Romæ sibi obuium gratulabundus recipit. 1120.7
B. Guido Cironius quis fuerit. 1122.4
B. Guido quomodo conuersus, & in sodalitium S. Francisci adlectus. 1121.8
Guido Episcopus auctor est Franciso ut terrenas possessiones admittat. 1109.23
Guido aliquos à morte liberat. 1130.7
 capitis inuenio miraculosa. ibid. 8
 cœcum illuminat. ibid. 9
 vltio in temerarios. ibid. 9
b. Guido de Cortona. 1130.4
 septem quadragesim in anno ieiunabat. ibid.
 squam in vinum motauit. ibid.
 squam fontis benedixit, quæ mox sanabat. ibid.
 manum acidam curauit. ibid.
 pugillum farinæ multiplicat. ibid.
 mors ei revelatur. ibid. 6
Cortonenses eius funus ad ciuitatem deferunt. ibid. 7
Guidolotus de S. Geminiano falsò accusatus cœlitus defenditur. 1128.46
Guilielmus Spoelberch prouincie Germanie inferioris author Speculi S. Francisci. 1126.44
fr. Guilielmus Varto floruit in conuentu Parisensi. 1134.32
Guilielmus à Cortemilio D. Francisci socius. 1120.31. & 12
fr. Guilielmus Auceps. 1122.37
fr. Guilielmus Ocham vbi floruerit, & quo tempore. 1134.32
Guilielmitatum ordo quando inchoatus. §. 1. 10. apol.
Guilielmus Cardinalis Sancti Eustachii eremitarum
- Ioannis Boni protector. 1117.11
fr. Guilielmus de Cordela prædicatione & sanctitate insignis. 1141.16
 cœcum illuminat. ibid.
 multis aliis miraculis claruit. ibid.
 contra dictus ipsius meritis & intercessione extenditur. 1141.16
Guturis malo liberat iuuenem S. Franciscus. 1124.45
Gymnasia adolescentum in conuentu Minorum Parisiis. 1134.18
 quæ prouincie illuc studiosos mittant. ibid. 19
 quomodo laureantur. ibid. 20

H.

- H** Abitus monialium Damianitarum descriprio. 1124.1
Habitus S. Francisci descriprio *vide vestis.*
Habitum cultorem fratris Heliz grauiter castigat & reprehendit S. Franciscus. 1120.20
Habitum Minorum quando assumptus S. Antonius de Padua. ibid. 54
Habitus novitiorum Minorum qualis. 1123.11. item & professorum. ibid.
Habitus Tertiatorum qualis esse debeat. 1121.17
 quid profiteantur. ibid.
ab Habitū eremiti S. Francisci rationes adductæ pro Augustinianis iterum examinantur. §. 5. 10. apol.
Habitus Augustinianorum exordium. §. 4. 2. apol.
Habitum præscriptum suscipere iubentur Eremiti Augustiniani. 1140.9
Habitum religiosum exuere quam pericolosum. 1136. 15
b. Hadabona admirandæ sanctitatis religiosa. 1140. 28
Hæreses sub ortum Minorum grassantes. §. 1. 2. & 3. apparat.
 Waldensium. ibid.
 Humilium. ibid. 3
 Albigensium. ibid. 4
 Familia amoris. ibid. 5
 Almacianorum. ibid. 6
Hæretici Franciscum calumniantes, quod inscio patre pannos vendiderit. §. 4. 21. appa. refelluntur. ibid.
Hæresis Davidis Dinantij. §. 1. 7. appa. quando exorta. ibid.
 in Hæresim & vota sacrilega declamat Prædicatores & Minores. 1119.40
 quam multos Hæreticos conuerterit in Gallia S. Antonius Patauinus. 1115. 16
 multi Hæretici sub Innocentio III. §. 1. 7. apparat. qui. ibid.
Hæretici quare calumniantur Indulgentiam Portiuncula. 1121.25
Hæretici exultant ad incendium templi Conuentus Parisensis Minorum. 1134.21
 sed dolent Catholici. ibid.
 in Hæreticos Contradus Marpurgensis animaduertit. 1133.34
 occiditur. ibid.
Hæresim à Burgundia expellere conantur Minores & Prædicatores. 1119.40
Hæreticus quidam abiurata hæresi mirabiliter liberatur. 1128. 45
 ab Hæretico ad petram vitrum collisum S. Antonij Patauini ope non frangitur. 1132.7
Hæreticos illuminat S. Antonius Patauinus. ibid.
Hæreticorum fraus perfidia. 1119.40

Index Rerum.

contra Hereticos Mediolani statuuntur seueræ leges.	1229.24	
Heretici inimici veritatis clericorum discordiam querunt, & quare.	1229.40	
Hæretici à Minoribus & Prædicatoribus profligantur.	1236.3	
Halberstadium Saxoniz oppidum.	1221.5	
Halensis testimonium de B. Bonaventura.	1243.6	
Halensis quanta fuerit doctrina & religionis.	1236.9	
hunc secuti sunt Odo Rigaldi, & alij viri præclarí. ibid. eorum nomina.	ibid.	
per ipsum mirabiliter aperiuntur tyronis cuiusdam dubia.	ibid.	
fr. Haymo in generalem Minorum eligitur.	1239.8	
sub Haymone Ang'lo ministro generali Franciscano- rum habita comitia generalia Bononiz.	1241.1	
quid ordinatum.	ibid.	
Haymonis Minorum generalis ministri obitus.	1244.1	
ipsius epitaphium.	ibid.	
per eum correctum breuiarium & Missale a summis Ecclesia.	ibid. 2	
B. Helena Pauana tribus mensibus mansit ieiuna.	1241.5	
reuelationes signis manifestat sororibus.	ibid. 5	
corpus eius manet incorruptum.	ibid.	
tonu capilli & vngues renascuntur.	ibid.	
imminentes clades præsignat.	ibid. 5	
eius mors.	ibid.	
visiones B. Helene.	ibid. 6	
b. Helena Pauana.	1242.4	
eius familia & institutum. ibid. 5. infirmitas.	ibid.	
fr. Helias initiatur, quando.	1243.9	
& cuias fuerit.	ibid.	
Heliam grauerit reprehendit S. Franciscus ob habitu- rum culicem.	1220.20	
Helias S. Franciscus in agone constitutus benedicit ac Minoritis.	1226.13	
fr. Helias fit generalis minister Minorum.	1227.1. & 2	
fr. Helias monet non recte vetitum fratribus carni- bus velci.	1220.11	
Helias generalis minister multa molitus ip preiudi- cium regularis dicit. pline S. Francisci.	1220.2	
fr. Helias vicarius generalis Minorum scribit ad om- nes provincias de morte S. Francisci.	1226.44	
fr. Helias & plerique alii regula S. Francisci arctior & asperior visa.	1223.10	
Helias quædam agit regulæ & instituto suo dilecta.	1229.1	
aduersus eum B. Francisci socij consilium inuenit.	ibid.	
in Heliam concitantur fratres ex obtentis laxis priu- legiis.	1230.8	
ei reliquit Antonius à Padua & Adamus de Ma- risco.	ibid.	
sed non impune, & quo supplicio affetti.	ibid.	
ad Papam fugiunt.	ibid.	
Helias præcipitur à Pontif. amplè in honorem B. Fran- cisci basilice exædificatio.	1228.79	
fr. Helias ab officio absolvitur.	1230.11	
Helias subrogatur Ioannes Parenz.	ibid.	
fr. Helias magnæ apud exteris opinionis.	1226.46	
Helias à fr. Bernardo reprehenditur.	1230.9	
eidem coram Pontifice plura obiiciuntur.	ibid. 10	
fr. Helias iterum creetur vicarius generalis Minorum.	1221.4	
mittuntur fratres in Germaniam.	ibid.	
fr. Helias hingit penitudinem.	1230.12	
Helias tumultuosè creetur minister generalis Mino- rum.	1236.1	
& ex ordinem visitatores.	ibid. 2	
Helias à sede denuo deturbatur.	1239.7	
ei substituitur Albertus Pisanus.	ibid.	
fr. Helias persequitur regularis disciplinz zelatores.	1239.1	
è quibus occupubuit B. Cæsar Spirensis.	1239.1	
attenuatur sub Helia rigor vita regularis.	ibid.	
zelant suum statum socij S. Francisci.	ibid.	
horum dux Cæsarius Spirensis.	ibid. 1	
Helia conatus post mortem generalis ministri Hay- monis.	1244.1	
Helias à Generalatu Minorum repellitur.	1244.7	
illius sequaces.	ibid. 5	
eius apostasia.	ibid. 7	
excommunicatur.	ibid.	
Helias transi ad Fredericum.	1239	
illius adhuc aliqui sequaces.	ibid. 11	
contra Helianos commouetur Pontifex.	1239.6	
Henricus Infans tumulatus in conuentu Minorum Pinciarum.	1248.14	
ab Henrico III. Anglorum Rege Minores honorificè habiti.	1240.60	
Hericus Sedulius malè concedit hereticis Franciscum peccasse vendendo pannos inscio patre.	§.4.11.	
appa.		
Henricus V. Ecclesiæ Catholicæ infestus.	§.1.9.	
apparatus.		
eius crudelitas.	ibid.	
Henrici de Vrimatia testimonium de monachatu Au- gustinianorum examinatur.	§.5.1.apol.	
Herba Carolina quæ, & qualis.	1223.31	
vnde sic dicta. ibid. vbi abunder.	ibid.	
B. Hermannus Fulginas iacet in Ecclesia S. Feliciani.	1231.13	
Hermanum quendam Elizabetha Langrave à morte reuocavit.	1231.6	
b. Hermenus Toletanus.	1249.9	
Hernici multi implorata B. Francisci ope curantur.	1228.60	
Hernium, gibbosum, & claudum sanat fr. Gratius.	1241.21	
contraactum erigit.	ibid.	
visum concedit.	ibid.	
Hero ablata suis precibus suppleri impetrat B. Vi- ridiana.	1241.12	
Heroum sepulchra in Ecclesiæ Affiliatibus.	1233.	
in Hiberniam quando Minores transferint.	1214.11.	
& 1230.19		
Hibernici conuentus Minorum fundator quis.	1231.	
fr. Hieronymus Oliarius recumbit in conuentu Mi- norum Pinciarum.	1248.14	
Hieronymi Romani errores.	§.5.1.apol.	
fr. Hippolytus Florentinus collegit miracula S. Hu- milianæ.	1246.24	
Hirundines silent iubente Francisco, & concionan- tem audiunt.	1211.32	
Hispalim & Alanguerium deuenerunt Minores à S. Francisco Marrochium missi.	1219.51	
in Hispaniam sub quo Rege Franciscus & Domini- cus venerint.	1213.60	
res gestæ in Hispania per Franciscum à paucis signa- tæ.	1214.4	
agrotat in Hispania Franciscus.	ibid.	
in Hisloricis tam antiquis quam veteris nulla extat in memoria monachatus præcessi S. Francisci.	§.3.1.	
2. & 3. apol.		
Historia hæc Minorum scripta iussu Pontificis.	1211.	
& ex plena fide.	ibid.	
Historia		

Index Rerum.

- Historia Marchei Paris cur suspecta.** 1212.35
Honor defendendus etiam humilibus in religione. 1221.33
Honores libi factos quare Franciscus non refugit. 1211.6
Honorius III. in locum Innocentij III. Pontif. sufficitus. 1216.14
Honorius Pontifex dedit licentiam Minoribus celebrandi in altari viatico. 1224.45
Honorius I I L. Pontifex regulam S. Francisci confirmat, additis etiam aliis priuilegiis. 1223.1
Honorius Pontifex prohibet regreßum ex Religione. ibid.17
iubet regredientes tanquam excommunicatos vitari. ibid.17
Honorius I I I. volens quædam in regula S. Francisci mutare, retinetur, & cur. ibid.16
Honorius Pontifex Romanus commendat Minoris Prælati Franciz. 1210.56
testatur iam ordinem esse approbatum. ibid.
de Horis Canoniciis recitandis. 1221.17
Horribilans matris sanctæ Clari insignis pietas. 1211.
 13
Hospitam Franciscus à dæmonio liberavit. 1213.10
Hospitale S. Francisci Pragen. admisum sub protectione Sedis Apostolicae. 1238.11
Hospitalitatem Minorum Deus miraculo approbat. 1213.62
Hospitem suum prædictit moriturum S. Franciscus. 1225.10
Hospitem inopinato reficit prædio S. Franciscus. 1225.6
Hospitio præ aliis excepti Minoris pauperem vitam agentes. 1235.11
Hospitii sui domum benedicit Franciscus ad perpetuum incrementum. 1225.11
Hostes suos ut alloquitur B. Luchesius. 1242.8
Hugo Porcellus conuentus Minorum Vwaterfordensis fundator. 1240.24
Hugolini Cardinalis epistola ad sanctam Claram. 1221.21
Hugolini Minorum protectoris commendatio. 1217.
 8. & 9
Hugolino Cardinali succedit in protectione Minorum Raynaldus Episcopus Ostiensis. ibid.6
Hugolinus prescribit regulam Claris. 1219.45
Hugolinus Cardinalis interfuit synodo Franciscorum. ibid.14
mira congregatorum conuersario. ibid.
prædicat vniuerz multitudini Franciscus. ibid.15
Dei in hoc synodo præsentia. ibid.17
Hugolinus Cardinalis dissuaderet S. Francisco iter in Gallias. 1217.11
Hugolinus primus protector ordinis Minorum. ibidem.6
 scribit simul cum sancto Francisco regulam sanctæ Clari. ibid.6. huius amor erga Minoris. ibid.
Humiles etiam in religione honorandi. 1221.33
B. Humilianza. 1246.18
 matrimonio collocata. ibid.
Rauenna socia Humilianza. ibid.
solicitude salutis mariti. ibid.
seruat cœlibatum in viduitate. ibid.
sumpsit habitum tertij Ordinis Pœnitentium sancti Francisci ibid. eiusdem exercitia. ibid.
decepta à patre, & quomodo. ibid.19
se totam contemplationi addidit. ibid.
illusio dæmonis. ibid.
Serpentein expulit. ibid. Raptia & extases passa. ibid.
 eius abstinentia. ibid.10
amor solitudinis & silentij. ibid.
meditatio passionis Christi. ibid.
fundamentum conuersionis B. Humilianza. ibid.
persecutionem passa. ibid.21
Deus persecutores vltus. ibid.
cuius infirmitas. ibid.22
cuius de salute certudo. ibid.
futura prædixit. ibid.
illius mors. ibid.23
quibus gratiis & donis cœlestibus cumulata. ibid.
 24
eidem mysterium augustissime Trinitatis in figura ostensum. ibid.14
fr. Hypolitus colligit eius miracula. ibid.
scriptor vita quis. ibid.
fr. Humilis conuersio. 1211.6. & 7
b. Humilis. 1234.9
Humilitas vbi exultat, inutilis est omnis scientia. 1220.
 18
Humilitas in S. Franciso miranda. 1210.57
Humilitas fr. Adolphi quanta fuerit. 1244.19
Humilitas omnium virtutum custos est & decor. 1210.57
Humilitas eximia sancti Bernardi à Quinta valle. 1241.6
Humilitas B. Bonaventura. 1243.6
Humilitas Francisci tanta ut nouitio unius horæ Guardiano facto paratus sit obedire. 1211.17
Humilitas fr. Barbari quod in fratrem verba duriora coram nobili protulisset qualis. 1219.56
Hymilitate vincit Franciscus Episcopum Immolæ. 1213.56
rarum Humilitatis exemplum. 1218.32
Humilitatis fratriss Massei facit periculum Franciscus: 1210.33
Humilius heresis nascentibus Dominicanorum & Minorum Ordinibus scieñs. 6.1.3 apparet.
 in Hungaria renunciat à patre Elizabetha Lantgravia. 1219.10. sed ire renuit. ibid.
Hungarica missio quibus Minorum contigerit. 1219.
 41
 eiusdem pro iisdem successus. ibid.
Hungaria excisio. 1245.2
Hungaria regis Belæ erga Minoris affectus. 1235.
 11
Hungaria Regis multiplices conatus pro Bulgarorum reductione ad Sedem Apostolicam. 1247.6
Huui & Leodij fratres mutare locum. 1244.19
Hydropicus sanatur à S. Franciso. 1224.16
Hydruncus moriuntus Ludouicus Lantgravius complexis omnibus boni Principis officiis. 1217.6
Hymni & rhythmi complures in laudem B. Francisci à diuersis compositi. 1218.77
Hymnus gratus Virgini: O glorioſa Domina. 1222.41
cur Hyrundini comparatus B. Bernardus à Quinta valle. 1241.4
Iacez ciuitatis Aragonie quando & quomodo admisit fr. Franciscani. 1246.17
 festum S. Bonaventuræ & Stigmatum S. P. Francisci Iacezis solenne. 1246.27
Lachin & Booz columnæ mystæcæ ut adumbræz. 1216.
 16
Iacobus Gualterius ab authore qua in re reiectus. 5.2.
 10. apol.
fr. Iacobus Reatinus submersus per profundum ambar. 1218.39
 item alij à submersione seruati. 1228.40
b. Iacobus Laicus. 1238.12
Iacobus Aragonius Rex qua ratione regno Valentia patitus. 1238.1. &c. 1

Index Rerum.

- Iacobus I. Regis Aragonum litteræ commendaritatem ad Biblicensem Scenatum date pro monialibus Damianiis.** 1140.19
frat. Iacobus Assisiensis multis precibus obtinuit se inter Fratrici discipulos scribi. 1150.30
mulus coruscans miraculis. ibid. 40
Jacobus Ph. Iippus Bergomas quis. §.1.1.apol.
fr. Iacobus de Tervisio mort. 1155.12
b. Iacobi Tarvisini translatio. 1139.14
Iacoba de Septem solis de morte S. Francisci admonita adest. 1126.27
introducitur ad S. vicem nulla latè legis habita ratione, quare. ibid.
quod, qualisve hæc nobilis matrona describitur. ibid. 18
vnde à Septem solis dicta. ibid.
Iacoba Romana de Septem solis moritur. 1139.14
Iacoba Romana de Septem solis adharet viro Dei Francisco. 1112.14
plura præstat erga Minorum. ibid.
sed præcipue erga eorum authorem, ibid.
Ieiunium trium mensum Beatae Helenæ Paduanæ. 1142.5
Ieiunia Minorum. 1123.12
Ieiunat Franciscus 40. dies ad Christi exemplum. 1110.55
Ieiunia B. Luchesij. 1144.11
Ieiunium discipulorum S. Francisci quādā arduum. 1119.1
de Ieiunio monialium Damianiitarum, & quies communicent. 1124.1
& confiteantur. ibid.
pugnus Iesu Antonio colludit Parauino. 1131.16
Iesum infantem vlaue viuum exceptit S. Franciscus. 1113.10
Ignis adustionem non sensit S. Franciscus. 1125.3
in Ignem se immittit S. Franciscus ut intentatas ab impudica quadam muliere insidias eludat. 1122.16
Ilordæ construitur miraculosæ Minoribus monasterium. 1116.8
Ilex quæ ex baculo S. Francisci in terram fixo excrucuerat, etiamnum revirescit. 1116.20
Illescas & Villegas quales historici. §.5.2.B.apol.
frat. Illuminatus Reatinus ad S. Francisci sodalicium adiungit. 1110.37
Imago Christi crucifixi corrigit ridentes Franciscanos in Completorio. 1120.51
in Imagine S. Francisci miraculosè apparent Stigmata. 1128.14
miraculo è evanescunt. ibid.
Imagines B. Virginis h. bebat Elizabetha. 1129.22
Imagines antiquæ SS. Dominici & Francisci Venetii. §.2.6.appa.
Imaginis Dives Virginis Mosæ Traiectensis celebratio. 1140.13
scriptus de illa integrum librum Henricus Sedulus. ibid.
circa Imaginis verbum futilis interpretatio. 1233.14
Imperator Otto deponendus prædictus est à S. Francisco. vide O. ho.
Imperator Ioannes Brennus fit Minorita. 1140.5
Imperator Tartarorum collegium Sacerdotum alebat. 1145.10
Imperator Graecorum erroneum præscribit modum concordia. 1233.10
ad Imperatorem per Ducem Bathum remittuntur Minores. 1145.5
Constantinopolitani auxilium, iubente
- Pontifice, fr. Robertus de Colliuill eleemosynas in Terce Landæ subisdium collectas, curauit numerari.** 1243.10
de Incarnatione Verbi variaz prophetiz. 1233.4
Incendium templi conuentus Minorum Parisenis cui adscibendum. 1234.11
exultant ad istud incendium heretici. ibid.
sed dolent Catholicæ. ibid.
restauratur templum. ibid. 11
Indulgenciarum lucrandæ apud eadem Portiuncula die statuitur. 1113.1
de Indulgencia Portiunculae quinam scripturarum. ibid.
publicatæ indulgentiarum testes qui. ibid. 1
plura veritatem eius confirmant, & quæ sunt illæ. ibid. 3
confirmatur à Martino. I V. ibid.
ab Alexandro I V. ibid. 4
à Bonifacio V III. ibid.
à Clemente V. ibid.
quantus concursus populorum pro hac locanda indulgentia. ibid. 8
Indulgencia Portiunculae anno Iubilizi non suspenditur. ibid. 4
Indulgenciarum conceduntur iis qui adfuerunt translationi corporis S. Francisci. 1130.1
Indulgencia amplissima concessa Ecclesia Portiunculae precibus S. Francisci. 1111.12. & 13
calumniantur heretici hanc indulgentiam. ibid. 24
confirmatur in celis. ibid. 19
per Indulgenciarum Portiunculae concessionem à Christo factam tria Catholica dogmata confirmatur. 1221.24
Indulgencia habetur quotidie in æde Portiunculae. 1113.5
Brigitæ de hac indulgentia testimonium. ibid. 6
Indulgenciarum conceduntur visitantibus sepulchrum S. Antonij Parauini. 1132.14
Indulta Apostolica in gratiam Minorum sub Gregorio IX. 1143.11
item & alia Clarissimæ concessa eodem tempore. ibid. 11. & 1244.20
Industria B. Bonaventuræ. 1149.10
Infans mortuus ad vitam à Francisco resuscitatur. 1211.10
Infantulos duos è mortuis ad vitam resuscitavit S. Antonius Parauinus. 1131.15
alterius adhuc nascituri martyrium predicit. ibid. 18
ex Infante occiso parentum innocentiam probat S. Antonius Parauinus. ibid. 13
Infirmorum quanta cura habenda inter Territorios ordinis S. Francisci. 1121.17
Infirmis & lanis in religione Minorum quanta cura & sollicitudine prouidendum. 1113.12
ab Infirmatibus variis die canonizationis S. Antonij Parauini mutui liberantur. 1132.4
Infirmorum scatrum quantam curam haberi velit S. Franciscus. 1110.1
Infirmis quanto cum affectu seruit Elizabetha Langrauia. 1119.11. & 10
circa Infirmas Clarissarum charitas qualis. 1219.46
Infirmos mirabiliter sanat Elizabetha Langrauia. 1119.14
Infirmorum cura quād feriū monialibus Damianiis commendata. 1214.1
Ingluuies Tartarorum. 1141.7
circa Ingredium monasteriorum monialium quid intelligendum. 1130.14
Lobolpi

Index Rerum.

- Iacobospitalites** Seuerè castigatur, & quomodo. 1210.
 36
Incurias qua animi alacritate Franciscus excipere so-
 litus. 1209.15
Incurias Minoribus Euangelicam doctrinam docen-
 tibus illatas Deus castigar. 1219.52
Incuria eò molestior, quo ab aliquo necessitudine pro-
 pinquiori illata. §.5.10.4pp4
Initium conuentus Alcami Minorum. 1231.54
 sub Innocentio III. que heretes graffatae. §.1.6.& 7.
 4pp4.
Innocentij III. de instituto Minorum visio mirabi-
 lis. 1210.8.8 & 13
Innocentius III. adiutus à Minoribus in reformato
 Ecclesiaz Catholice statu. §.1.10.4pp4
Innocentius III. regulam S. Francisci confirmare
 multis admonetis visionibus caelstibus. 1210.1
Innocentius III. Pontifex Othonem Imperatorem Ec-
 clesiaz iusta sacrificie imminuentem diris toleran-
 ter deuoquit. 1210.59
Innocentius III. declarat in Concilio Lateranen-
 si ordinem Minorum à se suisse approbatum. 1215.
 33
Innocentio III. Pontifici Maximo succedit Hono-
 rius III. 1216.14
Innocentij III. Pontificis mors. 1216.14
Innocentij IV. epistola ad fr. Simonem de Aluernia.
 1246.7
 alia ad eundem ut inquirat in Orbonensem varie
 infamarum. ibid.8
Innocentij IV. epistola ad Regem Arragoniz. ibid.
 14
 eiusdem argumenti ad militiam S. Iacobi. ibid.16.
 concedit potestatem super omnes in Africa bde-
 les. ibid.17
Innocentio IV. afficta calumnia eluitur. 1246.1.
 fraus deprehensa. ibid.
Innocentij de non approbanda Francisci regula scri-
 pulos & dubia reuellit Ioannes à S. Paulo Cardi-
 nalis. 1210.11
 idem præstar ipse Franciscus eleganti parabola.
 ibid.12.
 Pontifex Franciscum Ecclesiam sustentantem vi-
 det. ibid.13.
 petitioni & Francisci votis tandem annuit. ibid.15.
 Francisci sociorumve professionem propriis reci-
 pit manibus. ibid.16
Innocentij IV. assumitur ad Pontificatum. 1243.1
Innocentij IV. epistola ad Guardianum Cathalaunen-
 sem. 1245.17
Innocentij IV. epistola ad Regem Marrochij. 1246.
 11
 beneficia Christianis per eum collata. ibid.11.
 Exhortatio ad fidem. ibid.
Innocentij IV. litteræ variaz ad multos conuentus
 monialium in simili forma datae. 1246.30
Innocentij IV. variaz litteræ tam ad Regem Hungariz
 quam ad Reginam. 1247.8
 item ad varios Archiepiscopos & Patriarchas
 Orientis. ibid.8.8 & 9
Innocentius IV. misericordem collectam in
 subsidium Terræ sanctæ ad auxiliandum Imperio
 Constantiopolitano. 1243.20
Innocentij Pontificis cum Frederico Imperatore tra-
 ctatus pacis inutilis. 1244.4
Innocentem Elizabetha à patibulo eripuit. 1235.7
Innocentiam suorum parentum ex occisi infantis
 voce notam fecit S. Antonius Patauinus. 1231.
 23
 Inobedientia fratris cuiusdam seuerè à S. Francisco
 punitur. 1219.44
 Inobedientia supplicium sumptum de quodam & S
 Francisci discipulis. 1218.7. n. 5. 13
 Inobedientia auctor Diabolus. 1220.52
 Inquisitores instruuntur in regno Naparze. 1219.6
 Inquisitio in Roskylden commissa. 1246.7
 Insidias paratas presbytero ut auerteat S. Antonius
 Patauinus. 1240.15
 Institutio tertij ordinis Franciscanorum. 1241.
 13
 Institutio Clarissarum. 1249.46
 Instituit sedulè Franciscus piam familiam. 1240.
 58
 Instrumenti cuiusdam verusti S. Damiani Assisianis
 exemplar. 1248.14
 Insulensi conuentui Minorum quis initium dederit.
 1250.13
 Intercessor prædicat Franciscus audiente Episcopo.
 1213.10
 à quo plurimum laudatur. ibid.
 Interdicti tempore celebrate concessum Minoribus à
 summō Pontifice. 1222.94
 Interpretatio futilis verbi *imaginis*. 1233.24
 Ioannæ Comitis Flandriæ rara pietas. 1221.
 51
 Ioanneum Assanem Principem Bulgarorum qua ra-
 tione ad Sedis Apostolicæ obedientiam reducere
 conata Regina Hungaria. 1247.6
 b. Joannes Lauernicola. 1240.21
 Ioannes Monaldus quo modo & quando conuersus.
 1211.12
 vidit corporeis oculis B. Franciscum in æte sub-
 leuatum. ibid.
 Ioannes Huius Scotus. 1224.45
 Ioannes Brennus Imperator Franciscanam amplecti-
 tur regulam. 1240.5
 Ioannes de S. Constantio Francisci discipulus. 1209.
 36
 fr. Ioannes Parmensis provinciaz Bononie generalis
 ordinis Minorum. 1247.4
 eiusdem elecio pacem toti ordini restituit. ibid.
 fr. Ioannes de Capella sextus S. Francisci collegio ad-
 scriptus. 1209.19
 pia ad eius interitum consideratio. ibid.20
 cum lida collatus. ibid.
 Ioannes à Laudibus quando initatus. 1211.1
 fr. Ioannes Discalceatus. 1231.40
 fr. Ioannes de Plano Carpini Custos Sexoniz. 1224.
 45
 b. fr. Ioannes. 1249.9
 alias eiusdem nominis. ibid.51
 B. Ioannes de Aluerna diuinitus pluvia exemplus.
 1209.35
 fr. Ioannes à Porta Sancti Pauli Episcopus. 1212.
 38
 Ioannes Simplex agricola quomodo conuersus. 1215.
 5. perfectus eus sit lui institutoris lector.
 ibid.7
 Ioannes à S. Paulo Cardinalis dubium Pontificem in
 approbatione regulz Minorum elucidat. 1210.
 11
 fr. Ioannes de Mara. 1222.37
 Ioannes de Rupella eruditio clarus. 1248.8
 S. Ioannes de Saxo conuentus Minorum. 1215.27
 Ioannis ab Aluerna ædicula. 1213.46
 fr. Ioannis Parmentis humiliatis, industria & sancti-
 tas. 1247.4
 prouidentia Dei erga illum & socios. ibid.5
 exceptus hospitio à demonibus Deo ita præci-
 piente. ibid.
 6. Ioan-

Index Rerum.

- fr. Ioannes Sylvestri** vixit in conuentu Sagienti. 1226.
 62
Ioannis Bonelli conuersio. 1211.22
Ioannis Boni eremite qui & quales. 1237.11
 quando apparuerint in Lombardia. ibid. iubentur
 discriminari in habitu à Minoribus. 1237.11
Ioannis Boni ordo variat habitum. §.4.3.apol.
 certus præscribitur habitus. §.4.3.apol.
b. Ioannes Bonus ante conuersionem, ioculatoriam
 seu comicam artem exercuit per varias Italie re-
 giones. §.2.4.apol.
 quando Ioannes Bonus natus sit, exactius discutuntur.
 §.2.9.apol.
D. Ioannis Boni à Constantio Laudensi descriptio.
 §.2.2.& 3.apol.
 quando natus, conuersus, & mortuus. ibid.
 non potuisse esse præceptor S. Francisci conficitur.
 ibid. 5
 frater Ioannes Martini collector in Portugallia.
 1248.1
fr. Ioannes Luker mortuus in conuento Waterfor-
 densis. 1240.25
Ioannes Parens quales ediderit constitutiones. 1230.
 13
 commendatur. ibid.
Ioannes Parens Florentiz Minorum habitum assu-
 mit. 1211.10
 & qua occasione. ibid. 23
 an Ioannes Parens primus post S. Franciscum in offi-
 cio generalatus successor, an vero Heli. 1217.3
fr. Ioannes Parens cum suis peruenit in Hispaniam.
 1219.36
 eius sermonocinatio ad Cæsar Augustanos. ibid.
 porrigit etiam litteras S. Francisci. ibid. 38
Ioannes Parens Helic subrogatur. 1230.11
Ioannis Parentis tempus Generalatus. ibid. 13
Ioannes Parens primus Minorum in Hispania. 1214.
 28
Ioannes Velita eques generosus ex Gratio qua ratio-
 ne ad vitam meliorem à S. Franciso traductus.
 1217.14
Ioannes à Plano fit totius Germaniae minister. 1228.
 86
 multa laude dignissima in suum ordinem præstat.
 ibid.
fr. Ioannes Bourges floruit in conuento Sagienti.
 1216.62
bb. Ioannes, Conardus & Mosellus. 1249.9
Ioannes de Strachia Lombardie minister. 1216.3
 absolutus ab officio, & cur. ibid.
fr. Ioannes de Rupella unus de quatuor magistris qui
 ediderunt declarationem in regulam S. Francisci.
 1242.2
p. Ioannes à S. Cruce sepultus in conuento Pincia-
 rum. 1248.24
 translatus quondam fuit ab Angelo ut assisteret
 morienti. ibid.
r. Ioannes à S. Martino floruit in conuento Sagienti.
 1216.62
 later Ioannes à Perusio ubi iaceat. 1212.41
 later Ioannes de Fulgineo miro spectaculo in fonda-
 tio S. Francisci recinetur. 1220.37
b. Ioannes à Waterfordia ubi iaceat. 1240.25
 ordani & Antonini rationibus satisfit. §.4.27.
 apol.
 ordinis de Saxonia testimonium examinatur. §.5.6.
 apol.
 an Jordanus de Saxonia sit author libri de vita
 fratrum. §.5.7.apol.
 Jordanus. §.5.7.apol.
- de Jordano claudo per fr. Legnardum de Fulgineo
 miraculosè sanato. 1241.18
b. Jordanus. 1249.9
fr. Jordanus de Yanes Cæsario Germanie ministro
 fidelissimam præstit opera, & maximus ordinis
 per Theutoiam propagandi extitit coadiutor.
 1221.6
fr. Jordanus Guardianus Moguntinus transit com
 septem alijs fratribus in Thuringiam. 1214.41
fr. Jordanus de Yanes cum ceteris abiit in Germa-
 niā. 1241.5
Iosephus Florentinus receptus in ordinem B. Fran-
 cisci. 1211.13
Iosephus Pamphilus reflollitur. §.2.3.apol.
Iptensis conuentus vide conuentus Iptensis. 1233.
 41
 in varias Italie regiones Minores à S. Francisco ad
 prædicandum missi. 1211.3
 in Italiam Franciscus revocatus à suis, quare. 1210.1
 Italiam vniuersam à morte S. Francisci tantu peruersit
 famas, ut miseri mortales aiborum comicibus
 pro cibo vbi fuerint. 1213.36
 in Italiam per Pedemontanos regred. tur S. Fran-
 ciscus. 1213.2
 Itinerarium & successus Franciscanorum ad infide-
 les. 1245.6
 eius difficultates. ibid. 12
 ab eo regrediuntur. ibid.
Itineris Franciscanorum ratio Tartarum manifestauit.
 1245.7
Iudorum vsura. §.1.13.appl.
 in Christianos rabies. ibid.
 ad Iudicium raptus quidam, à confessore liberatur.
 1248.12
Iuliana nobilis matrona post multa pigrorum fune-
 ra, parit filium vieturum B. Francisci intercessione.
 1218.49
Iulobrigæ Franciscus iuuenem languentem sanat.
 1211.19
Iulobrigæ Minorum zdes extenuuntur. 1214.1
Iulobrigensis conuentus an prior Burgensi. ibid.
S. Junianus & Donzeuachi conuentus. 1230.11
 à Junioribus non designatur Franciscus discere. 1211.
 19. viam Domini ab omnibus cupit edoceri. ibid.
 frater Juniperus B. Francisci sodalitatí aggregatur.
 1210.35
 inandata prius in eo relucet humilitas. ibid.
 vnde dictus Juniperus. ibid.
 per sex annos sibi silentium indixit. ibid. 36
fr. Juniperus impensè dilexit fr. Tencialbene virum
 sanctissimum. 1232.25
 struit diabolus insidias fr. Junipero. ibid. 16
 quomodo carnis vinebat tentationes. ibid. 17
 quodcumque ferendum ait pro regno coelesti. ibid.
 17
Iuramenta solemnia Pœnitentibus S. Francisci non
 concessa. 1211.17
Iurisconsultus quidam Bononiensis Minorum fau-
 tor. 1211.18
 quis fuerit ille. ibid. 19
 de Iustitia cum misericordia administranda, & de
 eleemosyna elargienda. 1213.4
 de Iuueni liberato à gutturis malo Francisci meritis.
 1214.41
Iuuenis quidam quod sua pauperibus sponte ero-
 garit à S. Franciso reliquit. 1219.54
Iuuenis cuiusdam vorum post mortem completum.
 1214.18
Iuuenis quidam ruina oppressus reuulsus ad preces
 S. Francisci. 1219.11
 alii 15

Index Rerum.

- aliis similiter adolescens. ibid. 13
Iluenis Sanseuerinas conuertitur pristinumque vi-
 uendi modum emendat. 1210.42
 eiusdem mirandum facinus. ibid.
Iluenis ab Elizabethæ à seculari vanitate conuerti-
 tur. 1219.16
 ipsius precibus vehementer inflammatur. ibid.
Iluenis quidam de Burgo Celani lapsus in pureum
 ad S. Francisci invocationem praetercuratur. 1228.
27
- K.**
- K**emnitius quare Ecclesiæ Pontiunculæ indulgen-
 tiā calumnias. 1221.24
Kilkenniensis conuentus. 1232.43
Kiovia metropolis Russie. 1245.6
 in hac urbe humaniter recipiuntur Minorites. ibid.
Kythaorum terra. 1245.7
- L.**
- L**aborare coguntur Minorites, sed sine præiudicio ora-
 tionis. 1223.12
Laborandi & seruandi modus apud discipulos S.
 Francisci. 1210.2
Labores Minorum in Tartariam missorum. 1245.7
 pro labore quid recipiendum fr. Minoribus. 1213.
12
 à Lacrymis etiam æger & infirmus Franciscus non
 abstinet. 1215.5
Lachrymarum donum Elizabethæ concessum. 1229.
13
Leptis perfecta in quo consistat docet S. Franciscus. 1221.31
Lamphrancus creatus Augustinianorum Generalis. §.
4.21.appl.
Larrones Franciscum adorti in sylva. 30.1.appl.
b. Landulphus. 1249.9
Lantgrauio Principi desponsata S. Elizabetha Lantgra-
 uia. 1209.44
 Lantgrauij ossa exhumata in Thuringiam aduehun-
 tur. 1238.81
 Lapis durus cedit Francisco super eum filios artus
 reclinanti. 1218.9
 magni Lapidis casu in caput, mulier non læditur, &
 cur. 1218.18
 primum Lapidem conuentus Trecensis conuentus
 consecrauit Alexander I V. Ponufex Maximus. 1248.19
Laudes Ioannis Parentis. 1230.13
fr. Laurentius Archiepiscopus Vpsalensis. 1244.15
 strenuè munere fungitur. ibid.
 mouit Birgerum ab armis discedere. ibid.
 in Laudibus Dei varia animalia ut instituat S. Fran-
 ciscus. 1221.35
 ouem. ibid.
 cicadam. ibid.
 & philomelam. ibid.
fr. Laurentius Minorita Sedis Apostolice per torum
 or entem Legatus. 1247.7
 demandatur ei cura protegendi Græcos. ibid. 8
S. Laurentij Compostellani conuentus. 1223.26
S. Laurentij Neapolis Conuentus Minorum. 1234.
15
fr. Laurentius & eius socij commendantur. 1245.3
 primus Lector in ordine Minorum an S. Antonius
 de Padua. 1222.33
Lectus Clarissarum qualis. 1219.46
 item quod calceamentum & vestimentum. ibid.
- L**ectulus & oratorium S. Francisci. 1213.44
 Legationem à Tartariis ad Pontificem missam re-
 spuunt fr. Minorites. 1245.18
 pro Legato Pontificis in Græciam missus Generalis
 Minorum Minister. 1249.4
 sine Legatis à Tartaria dimittuntur Minorites. 1245.
12
 Legatos Ruthenorum secum ad Pontificem condu-
 cunt Minorites. ibid.
 Leg. ndæ trium sociorum auctores quinam sint. ibid.
 duas etiam complevit fr. Thomas. 1244.10.
 vnam ex eis in compendium rededit fr. Bernardus
 de Bossa. ibid.
 Legionensis Regis filiam triduanam qui resuscitat
 S. Antonius Patauinus. 1240.16
 item & alteram moribundam quomodo sanat. ibid. 17
 Legionensis conuentus. 1240.27
Lendij sive Lensij Belgici oppidi conuentus Mino-
 rum. 1210.67
fr. Leobinus Colle Villanus. 1222.37
fr. Leonardus de Fulginco iacet in loco Piperni. 1241.
18. claudum ex veteri matris puerum miraculose
 sanat. ibid.
 alium item oculorum vsu priuatum per annos octo
 crucis signo facto illuminavit. ibid.
Leonardus Coquetus vir di Etus. 1224.19
Leonora Infanta in conuentu Minotum Pinciarum
 tumulata. 1248.14
Leo Minorita fit Archiepiscopus Mediolanensis. 1239.
19
Leodij & Huui Minorites murant locum. 1244.19
 frater Leo S. Francisci i societati adscribitur. 1210.31
fr. Leonis mirabilis visio. 1226.18
 fr. Leonis mira visio de Virginis Mariz patrocinio. 1212.28
fr. Leonini liberat à tentatione sanctus Franciscus. 1224.7
 fratum Leonis, R. fini, & Angeli, epistola. 1244.9
Leprosis inservire non dedignantur discipuli Fran-
 cisci. 1211.50.
 benignitas Francisci erga leprosum. ibid.
 aliud egregium factum. ibid. 1
Leprosos curatus, cuius auxilio. 1210.44
Leprosis ministrat officio S. Franciscus. §.5.3 *apparatus*.
 leprosum osculo sanat. ibid.
 in Leprotum Bentiniolij charitas. 1232.21
 in Leproso Christum suscipit Elizabetha Lantgravia. 1229.13
Leprosos duns mundat S. Antonius Patauinus. 1240.
13. brachium similiter vulneratum curat. ibid.
Leprosus repente sanatus à sanctis Dominico, Fran-
 cisco & Angelo Carmelita. 1216.17
 osculatur Leprorum subito dispotentem Franciscus. §.4.9.appl.
Leprosis propter Christum obsequiosus. §.4.11.
appl.
Leprola à B. Beneuenito Eugubino sanatur. 1232.
18
Lepusculus à S. Francisco recedere non vult. 1217.
15
 illustrissima Leuihorum familia conuentus Mirapi-
 censis Minorum fundatrix. 1220.69
 Lex perigrinorum quæ & qualis. 1210.50
 Leges severæ statuuntur Mediolani contra hereti-
 cos. 1219.24
Legum Castellanarum & Lusitanarum diueritas. 1214.15
 Liberalitatis virtus in Francisco, adhuc iuene com-
 mendata. §.4.15.appl.
Liberalitas

Index Rerum.

Liberalitas Francisci in pauperes.	1213.25	ieiunat, ibid. oratio Bonæ exauditur ab ipso, ibid.
b. Liberatus nobilis.	1249.9	12. ipsiusmet oratio sub mortem. ibid.13.
cum Libro & pisce quare pingatur S. Antonius Patruinus.	1251.17	Moritur. ibid.
trina Libri apertione Dei voluntas detecta.	1209.4.	cius post mortem miracula. ibid.14.
an licita sunt fortigia.	ibid.6.	quendam occisum vivificat, alterum à morte præseruat, ibid.15. Iussum & cæcum illuminat, ibid.
in Lindauiam qui è Minoribus primùm transferint.	1214.45	16. quendam à vinculis liberat. ibid.17.
Linguam & oculos restituit cuidam S. Antonius Patruinus.	1240.12	alium ab aquis siccis vestibus reducit. ibid.18.
Litterati an ad ordinem Minorum recipiendi.	1219.	alia ipsius miracula. ibid.19.
10. an adolescentuli.	ibid.	cius caput in processione defertur. ibid.
de Litteris addiscendis non nimium sollicitari debent fratres Minorum.	1223.12	B. Luchesius.
idoneis concedenda licentia eundi in terras infidelium.	ibid.12	1211.14. primus à S. Francisco habitu Tertiarij donatus, ibid.
Litteræ Soldani Babyloniz ad Innocentium IV. Pontif. Max.	1246.5	uxor ei molesta ob liberalitatem in egenos, ibid. 14. & 15.
Litteræ Pontificis ad Regem Bulgariz.	1245.15	B. Lucia Romana in tenella ætate S. Clarissarum collegio adscripta.
Litteræ multæ præter commune diploma à Gregorio IX. data circa S. Francisci canonizationem.	1218.77	1215.17. S. Soror Lucia. 1242.6. magnæ abstinentie & orationis.
Litteræ Catholicon ad Innocentium.	1247.10	ibid.
confitetur primatum Pontificis.	ibid.	Lucianus Richardus vixit in conuento Panormitan.
intercedit pro Imperatore.	ibid.	1224.43
causa intercessionis.	ibid.	b. Lucidus.
damna illata per Grossenos.	ibid.	1232.20
commendat nuncios fr. Andream & socios.	ibid.	S. Ludouici Gallorum Regis in Minores pietas qua-
Litteræ Patriarchæ Jacobitarum.	ibid.	ta.
Priuacum Pontificis confitetur.	ibid.11	1234.19
Litteræ S. Francisci ad Ecclesiasticos in Africa degentes.	1219.19	Ludouicus Lantgrauis in expeditione Terez sandæ
commendat reverentiam exhibendam corpori Christi.	ibid.	decreta à Gregorio IX. se conscribit.
& verbis diuinis.	ibid.	1217.5. agrotat ad mortem.
Litteræ Generalis Ministri Minorum contra innouantes officium diuinum.	1249.2	moritur Hydrunti.
Litigia ab ordine Franciscanorum penitus excludenda.	1221.17	eius pietas insignis, & elegia.
de Locutorio Clarissarum quædam regulæ.	1219.46	S. Ludouicus regnat mortuo parte Ludouico VIII.
in Lombardia apparet ordo Ioannis Boni. §. 4. 3. apol.	1225.24	1226.6. mititur ei cervical S. Francisci.
in Lombardia apparent eremiti Ioannis Boni.	1237.	ibid.
11. qui & quales sint.	ibid.	S. Ludouicus à Sarracenis capitur.
Londinensis Minorum conuentus à quibus exedificatus.	1225.24	1210.1. id fuit revelatum B. Gerardo.
Louaniensis conuentus, vide conuentus Louaniensis.	1249.9	S. Ludouicus Galliz Rex quando natus.
Loxensem conuentum Minorum exituxit S. Ludouicus Galliarum Rex.	1237.14	19
Lubricum sanat Franciscus, sed male prophetizat, si revertatur ad vomitum.	1215.8	inter Ludouicum Lantgrauium & B. Elizabetham
Lucas S. Antonij Patruini socius cur laudatus.	1231.20	nuptiæ celebrante.
b. Lucas Patruinus.	1249.9	1221.46
Lucz Tudensis Episcopi encomia de S. Francisco.	1224.19	Lugdunense Concilium.
B. Luchesius tertij ordinis S. Francisci confessor.	1242.	1245.1. eius conuocandi causa.
7. fr. Ptolomeus de Ptolomeis scriptor vita.	ibid.	Lugi seu Luci Minorum conuentus extructio.
imitatur S. Franciscum.	ibid.	123.44
Charitas in pauperes & infirmos.	ibid.	fr. Lupi carcer quasi.
Blasphemus in illum correptus & liberatus.	ibid.	1215.16. Francisco reuelantur secretæ reliquæ.
conspiratio in eum facta.	ibid.9.	ibid.17. d'iuinitus ad Francisci votum transferuntur.
quo modo.	ibid.	16
b. Luchesius coniurationis admonetur,	1242.8.	pro Lupis fidicubet S. Franciscus, & malis Gratieni-
verba eius ad hostes.	ibid.	sum medetur.
liberat incarcерatum,	ibid.9.	1217.13
quam sedulus fuerit in orationibus.	ibid.10.	fr. Lupo Episcopo Marrochitano facta porclias di-
in exasim rapitur.	ibid.	spensandi super defectu natalium.
trepidantem in oratione confirmat,	ibid.11.	1247.27. indulta plurima si atrum.

Index Rerum.

Lunianicouventus fundatio.	1229.31	B. Martinus Fulginas.	1241.25
Lux è cœlo emissa S. Franciscus. 1216.45. communis consolator.	ibid.	Sanat infanam mente.	ibid.
Lux nocte obscura Francisco radiabat.	1213.57	Paralyticam curat aliasque infirmitates.	1241.
M.		25	
M Adriensis conuentus Minorum quando per- ficitus.	1214.14	Martinus Bullonius pater S. Aoronij Patauini.	1220.
an Mahometanos adeat, diu multumque Franciscus cum Pontifice deliberat.	1212.35	59	
in Maiorica ciuitate Balearium metropoli quando		b.fr.Martinus Martini.	1249.8
Minoritz conuentum acquisuerint.	1238.17	Martyrium prædictum cuidam notario improbo S. An-	
minora Mala ferenda ut maiora vitentur.	1226.17	tonius Patauinus.	1217.17.
Maledicti diuina mandata prævaricantes, benedicti verò Deum diligentes.	1213.4	verum euadit vaticinium.	ibid.
Maledictionibus paternis pio remedio occurrit Fran-		Martyrium prædictum S. Antonius Patauinus nasciturum	
ciscus §.5.32.9.appe. quodnam fuerit istud reme- dium.	ibid.	infantulo.	1231.18
Mali semper persequuti sunt bonos.	1233.32	quo anno Martyres Septem passi.	1221.36
cur Malos inter bonos permittat Deus.	1209.11	martyrum nomina. ibid.37. à Tarracone Septem quod Malum sequatur religiosos euagantes extra	ibid.
Prælatorum obedientiam.	1236.30	abeunt:	
Mansuetudine & lenitate Francisci tres insignes præ- dones conuersi. 1213.17. alij tres similiter conuersi.		Martyres Francisci Marrochij passi quemdam no-	
1213.27.		bilem Conimbricensem à multis liberant vulne-	
per fr. Mansueti operam Piæ Ecclesiæ reconcilian-		ribus.	1220.48
tur.	1244.15	Martyres Marrochij crudelissimè torquentur. ibid.38.	
Manum cuiusdam dubitantis de stigmatis S. Fran-		lux cælitis ad eos delapsa.	ibid.
cisci percussam diuinitus, ut sanaret S. Franciscus.	1228.16	constantes nec minis, nec verberibus, nec muneri-	
Manum aridam curavit B. Guido.	1230.5	bus fluctuantur.	ibid.38.
quidam Manum habens contractam ab Elizabetha Lantgravia sanatur.	1235.5	decapitantur ab ipso Rege. ibid. gaudet ad illo-	
Manus attactu Franciscus calefacit algentem.	1224.	rum trophæum Franciscus.	ibid.
22		Martyres Marrochij apparent Dominæ Sanctæ Lusi-	
quendam Manu dolentem sanat Elizabetha Hunga-		tanæ principi.	ibid.39
rica.	1235.7	Martyrij ardor in sanctis viris maximus.	1214.3
b. Marcooldus.	1249.9	Martyres Turolenses vbi passi.	1239.16
Mare turbulentum sedatur ad preces S. Francisci.	1228.38	Martyrium summo anuni ardore prosequens S. An-	
Margarita Evangelica quæ, & qualis.	1210.50	tonius de Padua, non obtinet.	1220.55
Mariani Florentini historia & enarratio de rebus à		Martyrij subeundi quanto amore flagrabat Franci-	
S. Francisco gestis sincera & fidelis.	1214.4	scus.	1213.6
Maria Castellæ Toleti Regina visu à se miraculo		Martyrum Marrochij reliquiarunt mira virtus.	1220.
perterrita fr. Minorum adiudicatum mirabiliter illu-		40.41. &c 42. Petrum Infantem Principem à mul-	
strat.	1217.16	titis periculis eximunt.	ibid.43.
Maria, mater Dei assertur apud Orientales Christia-		sanant paralyticum.	ibid.44
nos.	1247.11	recipiuntur honorificè à Rege Lusitanæ.	ibid.45.
Mariæ Virginis in humanum genus pietas suorum.	1216.15	mirabiliter deferuntur in ædem S. Crucis.	ibid.
S. Maria de Portiuncula ædis prærogatiuæ.	1216.33	Deus sanctorum vlciscitur mortem.	ibid.46
Marquez testimonium improbatum.	§.1.6.apol.	nudorum supplicatio quotannis ad martyrum se-	
an Marquez videbit supplementum supplementi		pulchra.	ibid.49
Bergomensis.	§.5.9.apol.	Martyrum Septem passorum corpora vbi iacent.	1221.
Marrochij fides catholica in gratiam Franciscanorum		41. & 42	
exerceri cœpta.	1220.46	de Martyribus Marrochij passis qui autores men-	
Marrochium intendi fratres quinam à S. Francisco		tionem faciunt.	1220.51.
elekti. 1219.48. ibi constanter Christum prædicant.		eorum cultus indicatur per Sextum IV. Ponit.	
ibid. 52		ibid.51. S. Antonius ad horum exemplum fit Mi-	
Marrochij martyres dure afficiuntur. vnde Marty-		norita.	ibid.
res.		Martyrum Valentiorum quæ fuerit passio.	1231.47
Marrochij Regis beneficia in Christianos.	1246.11	Massæ conuentus Minorum.	1215.27
exhortatio ad fidem eidem facta per Innocentium		Massæ epitaphium.	1238.18
IV.	ibid.	b. Massæ Seuerinas.	1232.2
Marsicanum monialium monasterium S. Sylvestri.	1238.21	fr. Massæ anhelitu solo per oris hiatum erumpente	
prima Abbatissa fuit Amilla nobilis Andreae de		S. Francisci multis cubitis in sublimi ejaculatur.	
Pontibus soror.	1238.21	1116.11	
Martinus IV. Pontifex Max. confirmat indulgentiam		fr. Massæ quandam S. Francisci discipuli corpus vbi	
Portiuncula.	1223.5	afficeretur.	1227.22
		fr. Massæ secretum colloquium ut detegat S. Franci-	
		scus.	1221.34
		frater Massæ tertius S. Francisci sodalito nomen	
		dedit.	1210.33
		eius humilitatis B. Pater periculum facit.	ibid.33.
		quotidie in diuinis crescit obsequis.	ibid.34
		Matellicæ conuentus.	1215.24
		Matrona quædam in luctum cadens inuocato S. An-	
		tonio non conspurcatur.	1231.21
		Marthæus quidam de vico Albo veneno haustus, cura-	
		tus, & quomodo.	1228.36
		Marthæus Paris historia cur suspecta.	1231.
		35	
		B. Marthæus de Narnio magnæ virtutis.	1241.27.
		eius	

Index Rerum.

- eius miracula. ibid.
 d. Matthæus Cardinalis quartus ordinis Minorum
protektor. 1217.6. quo a seculu ei commendatus
à Pontifice. ibid.
Matthæi Antistitis Vlipponeus historie fidelitas
commendatur. 1220.5.1
Matthæi de Rubeis erga Francisci discipulos magna
deuotio. 1222.2. filium eius prædictit S. Franci-
scus furorum Pontificem. ibid. 3.
completum vaticinum. ibid. repudiat postea
Nicolaus III. ibid.
cum d. Mattheo de Rubeis familie Vesinorum fami-
liaritatem iniit Romæ S. Franciscus. ibid. 1
Mauri regno Valentia pulsi à Iacobo Arragonio.
1238.5. Rex Maurus factus Christianus. ibid.
Minores diligit. ibid.
 b. Mauricius ordinis Prædicatorij. 1249.10
Mechliniensis Conuentus. 1231.50. ipsius urbis vi-
ti illustres qui fuerint. ibid. 5.2
Media opinio inter extremas securior. 1244.3
 Medicis sui obsequium mire modo compensat S.
Franciscus. 1215.7
Mediolani severæ leges statuuntur contra hæreticos.
1219.24
Mediolani acquirunt Minores ædem insignem. 1212.
55
**Medicu suu inopinato reficit prandio S. Franci-
scus.** 1221.6
**Mediolanensis Archiepiscopus factus est B. Leo Mi-
norita.** 1239.15
Mediratio pia Elizabethæ Lantgrauiz in sacrificio
Missæ. 1226.56. nudis pedibus in Parasceue vi-
sitar templo. ibid. 17
in processionibus Litaniarum nudis pedibus incep-
debat in vulgo. ibid. 17
Meditationis S. Francisci profunditas. 1224.15
Meldensis conuentus ædificatio. 1248.20
eius fundatores. ibid. sual confessoris sui Re-
gina Blanca multa ei contulit. ibid.
Membra S. Francisci tractabili post mortem. 1216.
45. quo die mortuus. ibid.
**Mendacium & cautelam dæmonis S. Antonius Pata-
vinus quo modo detexerit.** 1231.17
Mendicat Affilijs Franciscus inter suos. 5.5. appar.
 Mendicantibus parochi infensi. 1239.13
**Mendicando plus obtinetur à Minoribus quam emen-
do.** 1225.13
 Mendicantium Ordinum utilitas. 1211.11
Mendicatorem commendat Franciscus suis fratrib.
1210.45 & 46
**Mendionensis Episcopus dictus à Gueuara in con-
ventu Pinciarum fratrum Minorum rutilatus.**
1248.14
Messianæ conuentum qui extruxerint. 1222.41
Metis celebrantur comitia Generalia. 1249.1.
causa conuocandi quæ fuerit. ibid.
Metropolis Russiæ Kiotia. 1245.6
**Michael de Albertis adscitus in sodalitium S. Franci-
sci.** 1211.13
 fr. Michael de Florentia vir deuotus & nota sanctitas
in conuentu S. Crucis. 1141.12
in S. Michaelis honorem S. Franciscus ieiunare soli-
tus. 1124.6
 Milicelli conuentus. 1235.34
**Minister Generalis fratrum Minorum Haymo mori-
tur.** 1244.1
**Ministri omnes qui sunt in ultramarinis & ultranion-
tis partibus quando & quam sèp ad capitolium**
apud S. Mariam de Portiuncula accedere iubcan-
tur ex regula. 1244.1
Minister Generalis. 1210.2
- noribus, & quomodo. 1236.1. mittit per ordinem
visitatores. ibid.
Ministri Generalis Minorum elecio ut facienda.
1223.12. ibid.
quando, & à quibus. ibid. ineptus ministerio de-
ponendus. ibid.
**Minister generalis Minorum quando electus fr. He-
lias.** 1227.1. an primus fuerit generalis post Fran-
ciscum. ibid.
 ad Ministros peccantes quomodo recurrere debeant.
1230.14 ibid.
Minister Generalis Minorum laborat in sedandi
Romanis, sed frustra. 1233.25. liberat energome-
num. ibid. 16
**Ministri Generalis Minorum literæ contra innovan-
tes officium diuinum.**
 Ministri & alij fratres in sodalitio S. Francisci quali-
ter ordinandi. 1210.2. de recurso fratrum ad mi-
nistru. ibid.
 cur Ministri appellati superiores in sodalitio S. Fran-
cisci. ibid. 17
 de Ministeratu Tertiatorum S. Francisci. 1221.11
quando Minores transierint in Hiberniam. 1114.11
 Minorum institutum vehementer propagante in An-
glia. 1210.61
 fratres Minores in choro iurificantem videt Ange-
luta B. Erthridue. 1249.9
 fratres Minores Anconæ à senatu benignè excipiun-
tur. 1219.55. ipsis habitandi locus amenus fu-
gnatur. ibid.
**Minoribus attributum monasterium Offidanum mo-
nialium.** 1236.20
Minorum capitulum Generale Genuam à Pontifice
conuocatur. 1144.4
 in Minoribus mira Frederici Imperatoris fæuitia. 1150.1
è Minoribus præcones verbi Dei ad varias partes it-
iussi. 1221.44
 Minores Northusis & Molhusi recipiuntur. 1230.17
 Minorum induit habitum Abbas Stadensis. 1240.1
 Minores Parisiis quando & quomodo domum obti-
nuerint. 1119.43
 fr. Minores ab Angelo in corde signantur, & quomo-
do. 1249.7
 Minores excepti in Anglia honorificè ab Henrico
III. 1210.60
 Minoribus quando victoriæ cœnobium concessua.
1214.1
 Minoritarum in ipso sui instituti exordio orandi mo-
dus. 1210.24. ipsis appetet B. Franciscus in curru
igneo. ibid. 15
 Minoribus à senatu Bisontino ædes eriguntur. 1225.
25. eorum chartæ ac diplomata aquatum illuviae
expuncta. ibid.
 à Minoribus Thuringiæ custos magno honore reci-
pitur. 1230.16
 in Minoribus Prælatorum multa grauamina. 1231.14
 Minor factus quidam Troilus, timore. 1148.11
 Minorum regulæ declaratio ab Innocentio IV.
1245.16. teneri fratres ad observationem con-
siliorum Euangelij, quæ in regula continentur sub
præcepto tantum. ibid.
facultas admittendi ad ordinem nouitios com-
mitti potest aliis. ibid.
de officio diuino celebrando. ibid.
quonodo se habeat fratres circa pecunias & de-
narios. ibid.
de cura infirmorum & induendi fratres. ibid.
declaratur usum rerum quarumlibet tantum, con-
uenire fratibus secluso dominio etiam in com-
muni. ibid.

Index Rerum.

Are.	1345.16	iubet ne tyrones ante annum emitunt profesionem.	ibid. 17
in manifestis & publicis peccatis fit tantum recursus ad ministros.	ibid. 16		
institutio Custodis custodiuro ad capitulo generale qui vice aliorum suffragetur.	ibid. 16		
de institutione Prædicatorum.	ibid.		
de ingressu monasteriorum monialium.	ibid. 16		
facultas reconciliandi Clerum diocesanum data Guardiano Cathalaunensi.	ibid. 17		
Minores tenentur Cardinalem in protectorem afflammare.	1123.14		
Minores de Pœnitentia commendati impensè à summo Pontifice.	1127.23		
Minores litteris Pontificiis prælatorum Gallie indias mirè eludunt.	1125.16		
à Pontifice ad regnum Miramolinum destinantur.	ibid. 27		
quævis concessa priuilegia.	ibid.		
Minores laudantur, à quo.	1233.5		
conceduntur iis varia priuilegia proficiscientibus in terras Saracenorum.	ibid. 6		
fr. Minores laudati ab Archiepiscopo Constantinopolitano Germano.	1232.34		
Minorum ordinis amplitudo.	9.21.4ppa.		
Dei circa Minores prouidentia.	ibid.		
grati etiam fidei hostibus.	ibid.		
multi nobiles facti Minores.	ibid.		
exhortationes Minorum.	10.22.4ppa.		
ad Minorum ordinem multi miraculose vocantur.	1248.11.12.13.14. &c.		
Minorum suscipit habitum Ioannes Brennus Imperator.	1240.5		
Minores prædicant vbique fidem Christi Saracenis.	1219.60		
respuunt pecuniam ab eisdem oblatam.	ibid.		
Minores male affecti in Lusitania tandem construunt habitacula.	1117.22		
Minores acquirunt Mediolani insignem ædem.	1212.55		
Minorum ordo per Thuringiam multum promotus.	1213.11		
Minoribus qua à Francisco ædes extuendi forma præcripta describitur.	1226.5		
majora eis ædificia non profusus denegat.	ibid. 6		
Minorum habituum quando petierit, & inducerit. S. Antonius de Padua.	1220.34		
Minores ad Ducem Bathi perueniunt.	1245.7		
inde in Tartariam.	ibid.		
eorum labores.	ibid.		
Minores à Canonicis regularibus Conimbricensibus contrabantur.	1233.30		
Minores in Hiberniam quando ingressi.	1230.19		
Minorum monasterium Brugense transfertur.	1233.41		
Minores à S. Francisco Marochium missi Conimbriccam veniunt.	1239.51		
inde Alanquerium & Mispalim.	ibid.		
Christum Saracenis annuntiant.	ibid.		
erga Minores Belæ Regis Hungaræ paternus affectus.	1235.11		
Minoribus plurima consert priuilegia Gregorius IX.	1228.91		
Minores ob varias causas respuunt legationem à Tataris ad Pontificem.	1245.11		
dimittuntur sine legis.	ibid. 12		
Kioniz & per totam Russiam benigne excipiuntur.	ibid.		
legatos Ruthenorum secum ad Pontificem conducunt.	ibid.		
Minores commendat Honorius Pontifex Romanus Prælatis Franciæ.	1220.36		
testatur iam ordinem esse approbatum.	1220.36		
		iubet ne tyrones ante annum emitunt profesionem.	ibid. 17
		à Minoribus & Prædicatoribus Crux prædicatur.	
		1245.2. & 1236.3	
		prædicatio ab eisdem miraculo probatur.	1235.19
		item Parcini hæretici profligantur.	1136.3
		Minoribus laicis paruula conceditur corona.	1110.15
		Minores humaniter excipiuntur in Curia Tartarorum.	1245.7
		aliis nuntiis præferuntur.	ibid.
		ad Imperaricem remittuntur.	ibid.
		mutant stationem.	ibid.
		Minores cum beneplacito Episcopi prædicare iubentur.	1123.12
		qualiter prædicandum sit.	ibid.
		Minoribus pecuniam fugere, infirmis & sanis sollicitè prouidere quam serio iniundum.	1123.11
		Minores Belæ Regi pro conuertenda terra Assani iubentur adesse.	1138.1
		Minores ingenti cum emolumento & animatum fructu Tridenti prædicant.	1121.7
		itineris sentiunt incommoda.	1221.8
		Minores non teneri ad executiones castrorum, per in- dulta Apostolica conficitur.	1241.30
		prope Minorum monasterium, monialium extructum domum Pontifex iubet remoueri.	1135.35
		Minores in Heliam concitantur quod laxa priuilegia obtinuerit.	1130.3
		ei Antonius à Padua & Adamus de Marisco contradicunt.	ibid.
		sed non impune.	ibid.
		corum supplicium.	ibid.
		ad Papam fugiunt.	ibid.
		Minoritarum pauperatis excellentia.	1223.12
		iis mendicandum humiliè & confidenter.	ibid.
		mutuo se amare student.	ibid.
		recurrendum ad ministros pro casibus reseruatis.	ibid. 12
		an Minores ad Euangelica consilia teneantur.	1130.14
		Minores aliquot Septem comprehensi & morte affecti.	1221.39
		eorumdem epistola inscripta D. Vgoni maiori sacerdoti Genuensem.	ibid. 39
		perfunduntur luce celesti.	ibid. 40
		sistuntur coram Rege.	ibid. 40
		occiduntur.	ibid. 41
		vbi eorum corpora.	ibid. 42
		Minores commandantur Regi Toneti.	1246.11
		commendatur quoque fidelibus res Africana pro- mouenda.	ibid. 12
		in Minoritas Parisenses Blanchæ Reginæ quanta pietas.	1234.18
		item filij Ludouici sancti.	ibid.
		Minoribus dantur facultates inter Saracenos.	1244.21
		Minorum aut Prædicatorum ordo quis antiquior.	1110.19
		ex Minoribus secreti nuncij mittuntur ad Regem Tunici sive Tuneri.	1235.32
		Minoribus in missione Hungarica quid contigerit.	1219.41
		Minorum hospitalitatem Deus miraculo approbat.	1213.62
		in Minorum Ecclesiam corpus S. Antonij Patavini quomodo delatum.	1231.18
		Minores quomodo in Angliam ingressi.	1220.17
		Minores pro labore servili quid recipere possint	1223.12
		fratrum Minorum Trecensis Ecclesia quos habeat reliquias.	1248.19
		Minorum induit habitum Adolphus Comes.	1239.14
		h Minorum	

Index Rerum.

- Minorum Generis Minister missus in Greciam legatus Pontificis.** 1249.4
Minoribus indulta Apostolica conceduntur sub Gregorio IX. & qualia. 1243.21
Minores nihil sibi approprent. 1213.11
Minores Pontificij commissarij & vicarij in translatione S. Francisci. 1230.3
an fr. Minores regeantur ad obseruandam testamenti S. Francisci. 1230.14
Minoribus litteras & studia nimium amplecti prohibetur. 1223.12
Minores quomodo se gerant circa receptionem pecuniarum. 1230.14
Minores & Prædicatores in Burgundia hæretum propagant. 1219.40
Minores quam sepe, & quibus confitentur ex regula. 1210.2
Minores quidam petunt à S. Franciso laxari Ordinis rigorem. 1219.14
Sed validè resistit Franciscus. ibid. 24
horunt Card. Ostiensis ut Francisco fratres acquiescant. ibid. 25
Minoribus equitare nonnisi infirmis concessum. 1210.2
fr. Minores miraculosè in prandio reficiuntur. 1219.
 11
Minores vitam pauperem agentes quo ipso pretio habiti. 1235.31
Minorum generalis Minister quomodo eligi debeat, quando, & à quibus. 1213.12
Minorum ordinem à se fuisse approbatum declarat Innocent. III. in concilio Lateranensi. 1215.33
Minorum ieiunia. 1213.12
 de eorum officio. ibid.
fictos Minorum & gyrouagos capi iuber Pontifex Max. 1237.18
Minores qua ratione ire debeant per mundum. 1213.
 12
Minores quo modo introducti in Poloniam. 1237.
 12
 à Minoribus S. Franciscus curam & familiaritatem monialium quantum potuit elongauit. 1219.43
 fr. Minores Huui & Leodij mutant locum. 1244.
 19
 ex Minoritis vir quidam sanctus Anonymus floruit. 1234.9
Minores & Dominicani strenue laborant in negotio crucis. 1240.20
mali Minores in infimo cruciantur inferno. 1237.8
Minores in Scotiam ut penetrarior. 1214.45.
 & 46
Minorum institutum approbatum & laudatum à Deo. 1213
Minorum regula, Apostolica. §.1. 21.
 appa.
Minoribus diuersis in locis multa extenuuntur dominicia. 1235.24
Minorum regula confirmata ab Innocentio III. 1210.1. & 2
 in Minorum ordinem Chronica scripsit Albertus. 1240.4
Minores in Theutoniā missi. 1221.4
 eorumdem in illis partibus progressus. 1221.4
Minorum ordine exortente quis rerum status, & quæ facies Ecclesiæ Catholice. §.1. 1. 2. 3. 4. appa.
 quæ tunc hereses grastante. ibid.
Minores, Saracenos, aut quosvis alios infideles ad recuperantes, non prohibendi à Ministris, si idonei competantur. 1210.2
primi Minoritæ durè à quibusdam recipiuntur. 1209.
 22
- eorumdem conuersatio.** ibid. 21
an Minoribus Praelaturæ conferti possunt. 1219.1
Minorum persecutores sunt Minoritæ. 1248. 11.
 13.14
Minoribus conceditur facultas remanendi in terris excommunicatorum. 1241.
 30
circa diuinum officium. ibid. 30
casus quibus ingredi liceat monasteria S. Clara. ibid. 30
fratres Minores qualiter ire debeant per mundum. 1210.2
Minoribus famescitibus miraculosè povidetur. 1234.14
 similiter aliis. ibid.
 item aliis. ibid.
fr. Minorum regula & vita. 1213.11
 de his qui volunt vitam istam amplecti, & qualicve recipi debeant. 1213.12
 prohibetur fratribus sollicitudo honorum novitiorum. ibid. 11
 professus retrocedere nequaquam poterit. 1213.
 12
fratris Minoris cuiusdam inobedientiam S. Franciscus severè castigat. 1219.44
Minoribus euntibus inter Saracenos & alios infideles quid iniungatur ex regula. 1213.12
Minores debent mundo bonum exemplum, mundus debet eis necessarium provisionem. 1210.10
contra Minores conuocat Sathan concilium. 11.9.
 19
 præmonuit S. Franciscus suos fratres diaboli infidatrum. ibid. 10
Minoritæ de stigmatibus S. Francisci dubitanti fidem facit S. Franciscus. 1218.13
Minores qua ratione Vitriaci amiciq[ue] & familiaritatem adepti. 1219.61
Minoribus & Dominicanis commissa reformatio clericorum Vlippionens. 1211.11
Minores & Prædicatores populi vota sacrilega abrogant. 1219.40
Minores Matrochium missi de mandato S. Francisci Christum Saracenis annuntiant. 1219.11
 ipsis illatas iniurias vindicat Deus. ibid. 11
 exercitu sufficienti mirabiliter dant aquam. ibid. 11
Minores quando in Hispaniam missi. 1216.1
 item quando in Galliam. ibid.
 in Germaniam. ibid.
 alacriter pergit omnes ad suas missiones. ibid. 4
Minorum habitum suscipiunt Doctor quidam præclarus. 1236.10
 quidam Sacerdos. ibid. 11
 item & aliis. ibid.
Cisterciensis monachus, ibid.
 nobilis Burgundus. ibid.
 Parisiensis beneficiarius. ibid.
 14
 & Benedictinus mira visione. ibid.
 15
Minorum ordo vbinam locorum incepit. 1213.
 21
Minores moribundo S. Francisco collachymantur. 1216.9
 eorum planctus. ibid.
 qui Minorum possint recipere ad ordinem & eiusdem 1230.14
Minores præ ceteris missi à Pontifice Romano. 1245.
 15
 ad varias legationes. ibid.
Minorum ordo turbatur. 1244.1
 ibid.

Index Rerum:

- Minores perusadunt ad regna Aquilonaria. 1222.14
 Minores ad S. Francisci lectiones virtutes hortatur
 Gregorius Pontif. Max. 1230.1
 Minoribus concedit Pontifex ut celebretur tempore
 interdicti. 1222.34
 inter Minores introducitur relaxatio, & quomodo.
 1244.11
 inter eosdem discordes opiniones. ibid.
 eatumdem causa & origo. ibid.
 à Minoribus ad Pontificem Max. cur missi nuncij.
 1230.14
 Miracula B. Nicolai de Pepulis. 1229.17
 Miracula B. Luchebij post mortem. 1242.14.15.17.
 18.19
 Miraculorum S. Francisci synopsis. 1229.6
 contracti consolidati. ibid.
 à Miraculis cessare præcipitur à S. Franciso fr. Petrus
 Cathanei ordinis Minorum generalis minister.
 1221.3
 & cur. ibid.
 Miracula B. Martini Fulginatis. 1242.25
 Miracula multa B. Bentivoli. 1222.21
 Miracula S. Antonij de Padua quidam irridens puni-
 tur. 1232.8
 Miracula B. Rogerij siue Rugerij de Marchia. 1236.5
 Miracula B. Ambrosij de Massa.
 ea iussu Pontificis examinantur. 1236.7
 Miraculis crebris clarescit corpus Sancti Francisci.
 1226.49
 Miraculis confirmantur stigmata Sancti Francisci.
 1224.11
 Miracula multa B. Beneuenuti Eugubini. 1232.18
 eadem à Pontifice seriò examinati iubentur. ibid.
 Miracula plurima patrata Neotis à Franciso. 1213.
 19
 Miracula B. Petri Mechliniensis. 1232.51
 Miracula Elizabethæ Hungaricæ. 1229.15
 Miracula B. P. Stephani de Narboni & Raymundi
 Carbonerij intercessione facta.
 potentia & visiones qua patientibus illis contige-
 runt. 1242.3
 Miracula B. Matthæi de Narnio. 1241.27
 Miracula & prodigia patrata à fr. Gratiano in provin-
 cia Marchie. 1241.21
 Miracula B. Pauli de Marchia. 1241.24
 Miraculis clarete cepit post mortem Elizabethæ
 Hungarica. 1231.46
 Miracula B. Simonis de Collazzano. 1240.8
 Miracula fr. Guillermi de Cordela. 1241.27
 Miracula B. Humiliator.
 à quo collecta. 1246.24
 Miracula B. Dominici provincie Marchie. 1241.23
 Miracula Sancti Antonij lecta in die canonizationis.
 1222.3
 Curui crediti. ibid.
 Contracti consolidati. ibid.4
 varij à variis infirmitatibus libertati.
 ceci illuminati. ibid.5
 sordi sanati. ibid.
 mortui ad vitam revocati. ibid.6
 Miracula fr. Adami Rusi. 1224.11
 Miracula Elizabethæ recensentur.
 qualia sint. ibid.4.5.6.7.8.9.10.
 Miracula S. Antonij Patauini qui examinarunt. 1232.
 14
 quibus Miraculis & prodigiis claruerit post mortem
 fr. Petrus Cathanei generalis Franciscanorum mi-
 nister. 1221.3
 res mira. ibid.
 Miraculum insigne. 1226.18
 inquiruntur Miracula S. Francisci. 1228.2
- Miracula & gesta S. Patrik. Francisci colliguntur.
 1244.8
 Miraculo approbat Deus hospitalitatem Minorum:
 1233.62
 Miraculo quomodo probata fuerit crucis prædictio.
 1235.19
 Miracula fr. Othonis Teutonici. 1234.12
 Miraculum circa fratres Minores famosissimes edi-
 tum. 1234.14
 similiter circa alios. ibid.
 Miracula fr. Ottonis in provincia Sclauonia. 1241.
 16
 Miracula B. Viridianæ. 1242.
 Miraculis coruscit Sanctus Antonius Patauinus. 1221.
 14
 Miracula B. Petri de monte Vimi.
 1241.16
 Miracula multa post mortem facit Antonius de Pa-
 dua. 1241.32
 Miracula multa patrat Celani Sanctus Franciscus.
 1225.11
 Miraculi conuentus Minorum fundator. 1220.
 69
 quæ & qualis Misericordia Elizabethæ Langraviae.
 1226.52
 pauperis horrido capiti dempsit crines, lauit, fonsit
 in gremio. ibid.
 pauperi preciosum suum dedit pallium. ibid.
 sed miraculosè restitutus. ibid.
 Missale & breviarium per fr. Haymonem correxum
 in ordinarium S. Rom. Ecclesie ritum translatum.
 1244.2
 de Missa audienda. 1221.17
 Missa, diuinorum officiorum, & Ecclesiasticarum
 ordinationum quantam à fratribus reuidentiam
 exigat S. Franciscus. 1222.48
 Missa sacrificio quam lubens interfuit S. Elizabetha
 Langravia. 1226.56
 in quo pia eius meditatio. ibid.
 luce magna facies eius splenduit. ibid.56
 Missio Gallicana à magno incepit miraculo. 1216.9
 conuersatio fratum in Gallia. ibid.9
 Missionis Hispanicæ patribus miraculosè de potu
 prouidetur. 1216.7
 multa passi in Hispania. ibid.8
 Missionis Hungaricæ euentus pro Minoribus. 1219.41
 in Missionibus quomodo se habere debeant præscri-
 bit suis Franc. 1216.1
 Missionis Gallicæ patres qui. 1216.12
 Missio fratum Prædicatorum. 1245.5
 Missionis Germanicæ patres qui.
 durè repulsi in Germania. ibid.10
 Missio Franciscanorum in Africam instituitur confe-
 cilio fr. Lupo Episcopo Marrachiorum. 1246.9
 Molhusti humanissimè frat. Minores receperunt. 1230.17
 Monachorum & mulierum consortia & colloquia
 Minoribus interdicta. 1223.12
 ne fiant compates, & cur. ibid.
 Monachatus prætentus S. Francisci resellitur ex
 temporum chronologia. §.2.1.apol.
 adhibita cura pro indaganda veritate. ibid.
 aliena ab hac dissertatione ita & studium. §.1.3
 Monachatus Augustiniani S. Francisci occasio vnde
 desumpta. §.3.2.appl.
 contra Monachatum S. Francisci varie obuiciorunt
 rationes. §.3.1.apol.
 nullus antiquorum historicorum huius meminit
 monachatus. ibid.
 neque Poptifex inter canonizandum. ibi-
 dem 3.

Index Rerum.

- Monachatus præteriti Augustinianorum assertores re-**
 censentur, & refelluntur. **6. f. 1. apol.**
Monacharius pietatis S. Francisci validè ex eius-
 dem sancti viri testamento impugnatur. **9. 3. 5.**
dissertatoris explicatio. **ibid. 6.**
relictor. **ibid. 7.**
repentina dorsi habiles assumptio hunc dissuadet
moatatum. **6. 3. 8. apol.**
responsio dissertatoris, **ibid.**
refellitur. **ibid.**
Monachatus præteriti S. Francisci primus assertor
equis. **6. 3. 13. apol.**
Monachum mirabiliter à doloribus liberat Elizabetha
Spaniarda. **1235. 4.**
fr. Monaldus probatæ virtutis. **1224. 42.**
Monasterium monialium Vilnense. **1237. 15.**
Monasterium monialium Offidanum. **1236. 20.**
enam postea Minoriticum. **ibid. 10.**
Monasterij S. Clarae Venezie quæ fuerit fundatrix.
1244. 48.
Monasterium Damianiæ intrantibus quid obser-
vandum. **1224. 1.**
Monasterium Peuiniense monialium. **1237. 15.**
Monasterium monialium Salamancinum. **1238. 19.**
juxta Monasterium Sanctimonialium Paduae S. An-
tonius male valeridine affectus decumbit. **1231. 32.**
Monasterium Zamorensis Monialium vide Monia-
lles. **ibid. 10.**
Monasterium S. Cosmæ iò urbe commutat quasdam
possessiones. **1238. 22.**
Monasterium montis Lucis. **1218. 13.**
Monasterium monialium Bergomeni. **1230. 25.**
Monasterium Alexandrinum monialium. **1237. 16.**
Monasterium monialium Ciuitatense. **1240. 27.**
Monasterium monialium Mantuanum. **1238. 19.**
Monasteria aliter ruri, aliter in urbibus ædificanda.
1212. 44.
Monasterij S. Damiani Affiliatis exemplar vetussum &
memorabile. **1238. 14.**
Monasteria Clarissarum quibus casibus ingredi lici-
tum sit. **1241. 30.**
Monasterij Minorum Parisiensis amplitudo & splendor
1234. 16. & 24.
officinæ. **ibid.**
Sacarium. **ibid.**
Cipitulum, **ibid.**
dormitoria. **ibid. 15.**
aula litteraria. **ibid. 16.**
Monasterij Clarissarum interiora nulli ingredi fas est.
1219. 46.
Monasterij fundum Rex Bohemus Agnetis germanæ
forz gratia Romanæ confert Ecclesia. **1234. 5.**
Monasteria ampla & patiosa exercitatus sumptuose S.
Franciscus. **1220. 15.**
Monasterij Clarissarum Cæsaristani fundatio quo-
modo facta. **1234. 7.**
de Monasterio Montanæ Nigræ dubium exortum, &
cur. **1219. 66. & 67.**
Monasterium Benedictinum fit Franciscanum. **1219.**
66.
Monasterium Brugesse vide Brugesse monasterium.
Monasterium monialium Bilbilese. **1240. 29.**
quæm perfectè elaboratum & excultum. **ibid. 30.**
Mondauj conuentus Minorum. **1215. 27.**
Monialium visitator fr. Philippus Longus. **1219. 47.**
qualiter Moniales Damianitæ non recipiant posses-
sionem aliquam vel proprietatem per se vel per
interp' sitam personam. **1224. 1.**
nihil emitendum, dandum, recipiendum sine li-
cencia Abbatis.
- Monialibus varie concessæ gracie.** **1235.**
35
Monialium domus extructa prope monasterium Mi-
notum iussu Pontificis remouetur. **1233.**
Moniales Damianitæ quæ & quales,
carandem habitus, **ibid.**
qualiter recipi debeant. **ibid.**
nihil de rebus recipienda in monasterium rei-
neant. **ibid.**
circa Monialium instructionem fr. Philippi Longi
illarum visitatoris zelus quare à S. Francisco non
fuerit approbas. **1219. 47.**
Moniales missæ à S. Clara in Alemaniam, & cur.
1237. 15.
circa Monialium monasteriorum ingressum quid in-
telligendum. **1230. 14.**
Monialium monasterium Zamorensis extitit. **1119.**
32
Mons Aluerne scissus in passione Christi. **1235.**
37
creuuntur in monte varie ædiculae. **ibid.**
38
Corradus Offidanus montis Aluerne incola. **ibid.**
38
quotidie fit publica supplicatio ad facillum sig-
marum. **ibid. 38.**
facelli consecratio, & varie iodolgentiz. **ibid.**
42
nova ædificatur Ecclesia. **ibid. 47.**
magnæ huius ædis reliquie. **ibid. 48.**
cœnobium in meliorem formam redigitur. **ibid.**
49
reparantur interiora cœnobij. **ibid. 50.**
Mons Aluerne consecrat à leptem Episcopu. **1113.**
33.
confertur frat. Observantinus. **ibid. 14.**
Mons Aluerne à Comite Orlando oblatus S. Francis-
co. **1213. 10.**
montem explorant fratres, & in possessionem ad-
mittunt. **ibid. 31.**
describitur mons Aluerne. **ibid. 31.**
Aluerne à quibusdam dictus. **ibid. 31.**
abundat herba Carolina. **ibid. 32.**
plenior relatio rerum montis Aluerne. **ibid.**
33
circa Montem Aluerne tempestas cessat, cur. **1214.**
22
Montis Cæli cœnobium quando perfecatum. **1214.**
22
Mons Galad quo sensu in monte Aluerne adom-
bratus. **1213. 55.**
Mons Bethel cum monte Aluerne ut confundatur.
1213. 55.
Mons Morac cum monte Aluerne tropoligice col-
latus. **1213. 55.**
circa Montanæ nigrae monasterium dubium. **1119.**
66. & 67.
Montem Garganum inuisit Sanctus Franciscus. **1112.**
16
varia acquirit monasteria. **ibid. 17.**
ad Monteimpulsulanum synodus Minorum conuoca-
tur. **1140. 1.**
Monteimpulsulanus contentus. **1230. 12.**
Montis ferrandi conuentus videlicet conuocatus.
Montis florum conuentus. **1246. 19.**
Montis Florentini conuentus erigitur. **1248. 15.**
Morbi & dolores quo in pretio habendi. **1234.**
32
Morbi varij depelluntur aqua lotionis stigmatum S.
Francisci. **1214. 11.**
1214. 11.

Index Rerum.

Franciscus.	1210.7
Morbus B. Bonaventure.	1243.4
sanatur per S. Franciscum.	ibid.1
Mores & ingluies Tartarorum.	1245.7
Moribundi viuisficiati precibus S. Francisci.	1218.9
à variis malis liberati.	ibid.
10	
fr. Moticus conuersus.	1209.18. & 1236.8
quineus Francisci socius.	ibid.
Morigij chronologia ab auctore rectepta.	6.2.7.
apost.	
Mors fr. Alberti Pisani.	1239.7
Mors fr. Andreæ de Andria reuelata.	1241.
13	
Mors S. Antonij Parauini quomodo à pueris reuelata.	1231.34
Mors B. Beneuenuti Eugubini.	1232.18
sanat leprosum.	ibid.
Mors B. Beneuenuti Mantua.	1230.18
Mors B. Bernardi à Quinta valle & ultima infirmitas.	1241.8. & 9
fratres ad mortem eius, quem loco patris suspicie-	
bant, omnes conueniunt.	ibid.9
verba eius ad fratres sub mortem.	ibid.
Mors fr. Petri Cathanei generalis Franciscanorum	
ministri.	1221.3
Mors S. Clementis Tuscii.	1241.10
Mors Conradi Marpurgensis vide Conradus.	
Mors Sancti Patis Dominici.	1221.48
eius physiognomia.	ibid.
Mors Gregorij IX. Pontificis.	1241.31
Mors reuelata B. Guidoni.	1230.6
Mors Haymonis Generalis Ministri Minorum.	1244.1
Mors Iacobæ Romanæ de Septemboliis.	1239.14
Mors St. Iacobi de Teruisio.	1245.12
Mors peccatorum quam grauis & infelix.	1213.4
Mors Innocentij III. Pontif. Max.	1216.14
Mors B. Luchesij.	1242.13
eius miracula.	ibid.14
Mors Ludouici Langrauij Hydtunti.	1217.6
de mortis auctore variæ coniecurz.	ibid.
refertur Elizabethæ Langrauiæ mors mariti.	
1227.7	
Mors B. Nicolai de Pepulis.	1229.17
Mors B. Symonis de Collozzano.	1240.6
Mors Reginæ Vracaæ.	1220.46
à Morte nocentem quandam liberat B. Luchesius.	1242.15
2 Morte ad vitam quos & quot reuocari S. Antonius	
Parauinus.	1240.11. & 12
à Morte quandam liberat Elizabetha Hungarica.	1236.6
item & alium submersum.	ibid.
in Morte Elizabethæ Hungaricæ Christus apparuit.	1231.42
quinto ab obitu die sepelitur.	ibid.45
Mortem sui hospitis prædictit Sanctus Franciscus.	1225.10
Mortem suam prædictit Sanctus Antonius Parauinus.	1231.30
ex Mortificatione nimia plurimi è Francisci discipu-	
lis infirmantur.	1219.18
concilium congregat Sarban contra Minorcs.	1219.
19	
Mortuam reuocat ad vitam S. Franciscus, qua ratione.	1228.17
Mortui seplendi.	1221.16
pro eisdem orandum.	ibid.17
de Mortuis suscitatis à morte ad preces S. Francisci.	1228.à 17.ad 25.
Mortui frequentes ad vitam reuocantur die canoniza-	
tionis S. Antonij Parauini.	1238.6
alius Mortuus S. Antonij Parauini meritis vite resili-	
turus.	1217.19
B D. Mesellus, Conradus & Ioannes.	1249.9
Muls cuiusdam Antistitis vita reddita.	1230.
50	
Mulier obsessa à diabolo precibus S. Francisci liberata.	1224.19
Mulier cæca apud Thebas Missam audiens die S. Fran-	
cilco sacra visum recipit.	1218.13
Mulier quædam desiderio prolis desartigata virilis,	
Francisci meritis voti fit compos.	1218.49
Mulier quædam S. Antonij Parauini vocem ab eo	
longè dissita facile percipit.	1231.19
Mulierem impudicam gesteros vincit S. Franciscus	
iacens in pruni illæsus.	1219.64
Mulier octogenaria implorato S. Francisci auxilio	
lac pro educando nepote recepit.	1228.71
Mulierum conuersationis fugientis singulare docu-	
mentum.	1217.24
Mulierum frequētia & malus visus quam periculosa.	1210.1
Mulier quædam partus discrimina sustinens B. Fran-	
cisci non sine inclamato speciosam edidit prolem.	1228.51
de Muliere magni lapidis casu in caput, non lesa per	
S. Francisci meritam.	1228.28
Mulierem vndis fatuè immersam mire setuat S. An-	
tonius de Padua.	1231.10
in Mulieribus pauperculis B. Francisco occurrenti-	
bus tria religionis Minorum vota significatur.	1216.
19	
Murinur secretum fratris Heliz quo ratione taxat S.	
Franciscus.	1221.33
item & Massæ obloquium.	ibid.34
Muscas quo sensu appellari denatos S. Franciscus.	1213.12
Muscarum cum otiosis egregia comparatio.	1210.49
Mutinx conuentus erigitur pro Minoribus.	1244.18
hic sactiones quædam conuelliit Gerardus.	ibid.
Mutis undecima loqua restituta, cuius precibus &	
meritis.	1210.44
Mutum sanat Elizabetha Langrauia.	1229.15
& quomodo.	ibid.
Mutum & surdum sanat S. Antonius Parauinus.	1240.12
Muta quædam puella, surda, cæca, & clauda ab Eliza-	
betha Langrauia sanatur.	1235.9
Mutis variis concusa loqua intercedente S. Fran-	
cisco.	1228.11
Mysteri futuri ab Angelo Sanctus Franciscus admone-	
res Mysteriose de corpore S. Francisci.	1230.6
Mystera vita Christi exponuntur.	1245.9
N	
N aimanorum patria.	1245.7
Namurcensis conuentus.	1224.44
Nanno quædam nomine Albertum sanat S. Fran-	
ciscus Celani.	1225.11
Narniæ Franciscus plura patrat miracula.	1223.
19	
in nemore ædem extruit.	1232.19
Narratio Austergij Cardinalis de corpore S. Francisci	
1230. 4	
item alia alterius de eiusdem situ.	ibid.5
Natalis Domini festiuitate incidente in diem Veneris	
cur carne vesci conceleum.	1215.32
Nativitas S. Elizabethæ.	1209.44
Natuitas	

Index Rerum.

- Natiuitas virorum Illustrium sepe prædictariorum. 21.1.
 4774.
- Natiuitas S. Bonaventurae. 1121.45
 de illius nomine. ibid. 45
- Nauigatorem Christi celestes sollemniter S. Franciscus.
 1223. 20 Iesum infantem vlnis viuum exceptit. ibid.
 in Nauigia regnū dñi suuereat. Inquisitores. 1238.6
- Naufragantes S. Antonius Patauinus à præsenti peri-
 culo eripuit. 1221.17 1231.9
- Nautz anchoras perditas miraculorū recuperant.
 1218.17
- Navagans in Syria. Franciscus calixtus retinetur.
 1212.16
- Navicula eiusdem non consumitur.
- Negligentia Seniorum castiganda. 1243.17
- B. Nicolaus à Waterfordia in qua conuerto defun-
 ctus. 1240.15
- B. Nicolam de Peppulū nobilem Bononiensem, &
 iutus perit quomodo sibi discipulum acquisiue-
 rit S. Franciscus. 1250.9. & 10 illius mores miracula. 1219.17
- Nicolaus Pontifex corpus S. Francisci videre vult.
 1223.0.4
- Judge dicit Ecclesiam subterraneam, in qua recon-
 ducit. ibid.
- B. fr. Nicolaus. 1249.9
- Nicolaus III. sollicitus circa regulā Minorum de-
 claracionem. 1217.6
- Nicolaus III. gloriabatur se patrem habuisse terrī
 ordinis S. Francisci. 1217.6
- de Nicolaus III. vaticinium Francisci complectum.
 1211.4
- fr. Nicolai de Rheno simplex humilitas. 1225.11
- fr. Nicolaus quando f. Octus Custos Saxonie. 1225.
 22
- Nicolaus Crusenius monetur ab auctore quorum-
 dam assertorum. 5.3.16. apol.
- ex Nive septem massas cur Franciscus compingat.
 1212.3
- in Niuem Franciscus se mergit frequenter. 1210.
 51
- Niuellensis conuentus quomodo erat. 1248.21 eiudem templum Conceptioni dicatum. ibi-
 dem.
- Nobilem adolescentem ex Burgo S. Sepulchri habitu
 dona' Franciscus. 1219.26
- Nobilis quidam Burgundus Minor euadit, & quo-
 modo. 1236.19
- Nobiles multi facti Minorē. 5.1.11.appe.
- Nobiles an ad ordinem S. Francisci recipiendi. 1219.
 20 recipiendos esse stabilitur, cur. ibid.
- Nobilis Mediolanensis petradmiti in sodalitium S.
 Francisci. 1211.16 venit magno cum fastu Assisiū. ibid.
- Nec proinde placet S. Fran. ifco. ibid.
- tandem humiliatus recipitur. ibid.
- Nomen Francisci mysteriolum. 5.3.4.appe.
- Nonpotiani domiciliū quando Minorē obtineuer-
 tunt. 1222.13
- Notibus & Molibus excepti fratres Minorē. 1230.
 17 Notario cuidam improbo prædicit martyrium S. An-
 tonius Patauinus. 1227.
- 17 Non boni Rectoris & generalis cuiusvis religionis.
 1216.25
- Nouati error quis & qualis fuerit. 1247.11
- Nouitorum facultates Franciscus retineti non vidu-
 1220. 24 nouio negat licentiam psalterium habendi, ibid.
 25
- Nouitorum Minorum vestes quæ. 1223.12
- Nuditas S. Francisci. 5.4.30.appe.
- mysteriosa. ibid.
- Nuete cœnobium. 1214.16
- Numantiz quid egerit Franciscus. 1214.
- Nuncij à fratribus Franciscanis ad Pontificem mis-
 1230.14
- Nuncij secreti à Minorib[us] ad Regem Toscici mi-
 tuntur. 1231.17
- Nurembergam quo anno frat. Minorē misi. 1214.
 45
- O
- Obedientia violata ab Elizabetha Landgravis po-
 nitur à Contado Marpurgensi. 1216.47
- Obedientia caræ Francisci exemplum. 1211.17
- Obedientiam Praelatis debitam religiosi segantes
 quod malum afferant. 1235.30
- Obedientia contemptem fratrem iubet Franciscus
 viuum sepeliri. 1218.5 aliud inobedientiæ supplicium. 1218.7
- Obedientia perfecta qualis. 1213.4
- Obliuio voti à S. Antonio ut punitur. 1234.11
- Observantibus fundat conuentum prope Brugensem
 ciuitatem Cosmus Medicus. 1247.15
- fr. Observantinis quando moes Alueras collari.
 1213.34 proteguntur à Senatu Florentino. ibid. 14 huic extruitur Ecclesia. ibid. 35 facillum Cardinalis vnde dictum. ibid. 35 Mensa sacra. ibid. 36
- in Occidentem regressus Franciscus iterum Soldanum
 invisit. 1210.4
- contra Occidentem excubat Dux Coniza. 1245.7
- Occisum quandam à fratre ad vitam reuocat B. Lu-
 chesius. 1241.15 alium liberat à morte, & quomodo. ibid.
- Oculi cuidam salis testibus criminis convicti erun-
 tur, sed illi à Sancto Francisco relatiuorū alij
 mores quidem, sed limpidores. 1218.19
- Oculum excindendum adolescenti S. Franciscus te-
 stinuit. 1228.34
- Oculi. rūni claritas B. Bernardo à Quinta valle collata.
 1241.6
- Oculi & aures anima senestræ. 1211.48
- Oculos & linguam cuidam restituit S. Antonius Pa-
 tauinus. 1240.12
- Odo Rigaldi, & alij viri præclaris Halensem sequun-
 tur. 1236.9 ibid.
- qui fuerint.
- Officium Ecclesiæ Rom. quodnam censeri debeat.
 1244.2
- de Officio diuino Clarissarum. 1219.46
- Officium diuinum non obiret persoluendum. 1216.11
- Officij S. Francisci auctor quis. 1228.78
- de Officio clericorum & laicorum Minorum. 1223.
 12 quæ itinerantibus seruanda. ibid.
- contra Officium diuinum innovantes Generalis Mi-
 nistrorum literæ. 1249.1
- de Officio diuino & ieiunio frat. Minorum. 1210.
 ab Officio fr. Helias absolvitur à Pontifice. 1230.
 11
- Offidatum monialium monasterium. 1236.10
 L.7

Index Rerum.

- Olegancij Episcopus aduersatur stigmatibus S. Francisci, vide Episcopus.** 1222.19
Onofrius Seggianus. 1222.19
Opania Moraviae ciuitas. 1237.1
in Opinionibus discordant Minorcs, & qui id contingerit. 1244.11
Opinionum suarum tenaces Graci. 1233.21
inter Opiniones extremas securior media. 1244.5
Opinionis infirmæ nullo roborantur firmarentur. §.1.2.apol.
Opprobriis de se audiendis delectatur S. Franciscus. 1210.57
quam Orandi formulam suis discipulis prescribit Franciscus. 1209.42
in Oratione quam assiduus S. Franciscus. 1210.51
Oratio an praeter predicationi. 1212.29
Oratio religioso semper necessaria. 1210.51
Oratio B. Luchesij sub mortem. 1242.13
Oratio ad Soldanum. 1233.4
Oratio B. Luchesij ad hostes. 1242.8
Orationis studium S. Claræ quam amicum & familiare. 1212.17
Orationis S. Francisci efficacia quanta. 1218.8
Orationibus Elizabethæ iuuenis vehementer inflammatuerunt. 1229.16
Oratorium & lectulus S. Francisci. 1213.44
vt Ordines suscipiat fr. Adolphus cur dispensatur. 1244.12
Ordo Ioannis Boni apparet in Lombardia. §.4.3.apol.
 variat habitum, ibid.
 certus prescribitur habitus. §.4.3.apol.
Ordinis Minorum fundamentum & basis quod & quale. 1210.50
Ordinem Minorum approbatum esse testatur Honorius Pontifex Romanus. 1220.56
 idcirco Prelatis Francie serio commendat, ibid.
 iuber ne tyrones ante annum emitiant professionem. 1220.57
Ordinibus Prædicatorum & Minorum exortentibus quis rerum status, & quæ facies Ecclesiz Catholicae. §.1.1.2.& 3.apol.
 quæ tunc grassabantur heres. ibid.
Ordinis S. Francisci progressus felix in Germania. 1222.24
ad Ordinem S. Francisci plures, quorum nomina silentur, recipiuntur. 1221.23
quartus Ordinis Franciscanorum protector D. Matthæus Cardinalis. 1217.6
 quo affectu ei commendatus à Pontifice. 1217.6
tres Ordines S. Francisci presignati in tria Ecclesia temporali reputata à S. Francisco. 1221.18
Ordinis Dominicanorum & Franciscanorum uter prior. 1210.19
in Ordinem Minorum chronica scripsit Albertus. 1240.4
Ordinum mendicantium utilitas. 1212.11
an in Ordine Minorum sit in communii proprietas rei cuiusquam. 1230.14
ad Ordinem Minorum multi miraculosè vocati. 1248.11.12.13.14
ad Ordinem Minorum conuolant Doctor quidam eximus. 1216.16
Sacerdotes duo. ibid.11
Cisterciensis monachus. ibid.13
nobilis Burgundus. ibid.
Parisensis beneficiarius. ibid.14
 & Benedictinus mira visione. ibid.15
Ordinis Minorum comitia Pontifex Genuam convocat. 1244.4
Ordinis Minorum amplitudo præsumtiata. 1209.16
 ex Ordine Franciscano recedens quidam canonicus punitur. 1209.17 1209.18
Ordinis Minorum persequentes deinceps eum afflunt. 1248.5.2.13.14
Ordo Minorum plurimum amplificans per Thuringiam. 1225.21
Ordo SS. Dominici & Francisci mundum et illustrat. §.1.13.apparat.
 utque rebus iacto prope perditis & desperatis succurrerit. ibid.14
Ordo Clacissatum apud eadem Pontivcale feliciter sumpfit primordia. 1218.11
Ordo Tertiatorum S. Francisci quando institutus. 1221.13
 tertij Ordinis varij sancti. 1248.21
ad 3. Ordinis statum recipitur B. Viridianus. 1248.22
Ordo Prædicatorum confirmatur. 1216.14
 an Oret vel predicit, dubitat Franciscus. 1221.28
 pro Orientis rebus magnam assuluit curam Pontifex Gregorius IX. 1238.16
Orientis & Septentrionis regna turbulenta. §.1.12.apparat.
in Orientem proficiuntur S. Franciscus. 1219.14
 iuuenem quandam sua pauperibus dare recusantem in suum sodalitum recipere noluit. ibid.
 in Syriam secum ducebat socios forte eligit. ibid.15
 Anconem appellant. ibid.16
Origo familiz Rangonæ. 1244.18
Origo capituli Merensis. 1249.1
Origo concilij Lugdunensis. 1245.1
Orlandus Comes Francicum reverenter suspicit. 1213.30
 offert ei montem Aluerne; ibid.
 montem explorant fratres, & in possessionem admittunt. 1219.12
 describitur mons Aluerne. ibid.32
Orlandus Comes primam edificat Ecclesiam in monte Aluerne. 1219.33
Ornamenta sua omnia dedit pauperibus Elizabethæ Langrauiæ cum pecunia decesserit. 1216.19
Ortensi extrebus conuentus fr. Minoribus per illistratos Principes Biernenses. 1223.39
Os Pauli Dionysii Areopagita, quemadmodum Paulus os Christi. 1243.24
Ossa Elizabethæ Langrauiæ sollemnissime transferuntur. 1235.5
de Ostia monialium. 1224.1
 qui in monasterium admittendi. ibid.
Ostiensis Cardinalis primus ordinis Minorum protector. 1217.5
 rationes petendi protectorem. ibid.
Ostiensis Cardinalis predicit, & laudat Minorcs. 1219.13
 temperat laudes Franciscus. ibid.
Ostij Clarissatum qualis custodia. 1219.46
Otij fugam commendat summopere Franciscus suis Minoribus. 1210.49
Otiosi muscis quo modo similes. 1210.49
Oruum ut fugari desideret Franciscus. 1216.36
fr. Otto in provinciâ Sclavoniae sive Dalmatia. 1241.25
 varia eius miracula. ibid.16
B. Otto Teuonicus. 1234.12
 eidem apparuit nocte quadam Eusemia virgo. 1234.12
Ortho Imperator exauthoratus & Imperij iure priuatus. 1210.59
Orthonem Imperatorem deponendum predicit Franciscus. 1209.43
Ortho IV. insurgit in Ecclesiam Catholicam. §.1.10.apparat.
 b. 4 Ortho

Index Rerum.

- Orbis Imperator Romanus pergens ut coronaretur à
 Pontifice pet bausie S. Francisci rugatum transfi.
 1269.4.21
- Quem dicens intendere ut docet S. Franciscus.
 1221.15
 tecadam etiam Deum laudare.
- Quem S. Franciscus occurunt & applaudunt. 1222.20
- Quies & bones sum aqua stigmatum S. Francisci.
 1224.22
- Quartensis Epistola fr. Franciscus Orantij in con-
 nectu Minorum Pinciarom sepulcus. 1248.24
- Quartus debeat frater S. Franciscus. 1214.9
- Oronenses scholz, & studium dissoluuntur, quare.
 1210.63
- Oxoniensu conuenit. 1220.60
 Scholz Oxoniens. Minorum praeclarus Robertus
 Capito. 1220.61
- P
- P**acis tractatus Innocentij Pontificis cum Frede-
 rico Imperatore inutile. 1244.4
- B**. Pacifica Clase discipula. 1213.64
 que lucrit.
- fr. Pacificus cur sic appellatus. 1212.37
 visione mirabili Franciso adhaesit. ibid.
 Rex versus cur ante conversionem dictus. ibid.
 ubi iaceat. 1212.40
- Paduana quendam ope S. Antonij à morbo caduco li-
 beratur. 1231.21
- Paduan & Bergomum venit Franciscus à Syria in
 Italiam regrediens. 1220.5
- Paduan reueritur S. Antonius Parauinus. 1211.32
 decumbit iuxta monasterium sanctimonialium
 Paduz. ibid.
 Exploris pietatis Christiane officiis è viuis abiit.
 ibid.
 apparet Abbatu Vercellensi. ibid.33
- Pallium Elizabethæ Langrauiæ pauperi in eleemo-
 synam datum miraculosè restituitur. 1216.53
- Palliolum suum Franciscus dat egeno. 1211.10
- Pallium suum transmittit Franciscus ad Elizabetham
 Langraniæ. 1226.6.1
- dominica Palmarum de mundo triumphare cœpit S.
 Clara, quomodo. 1212.20
 nocte sequenti tonderit à S. Francisco. 1212.21
- Pamphili chronologia refellitur. §.2.7.apol.
- Pamphilion exorta persecutio in fratres Minores.
 1246.19
- de Panibus S. Francisco miraculosè qua ratione pro-
 prium. 1211.1
- Panis bucella sanat Franciscus fr. malo morbo labo-
 rante. 1224.28
- Pannos vendit Franciscus pro reparanda Ecclesia S.
 Damiani. §.4.10.appa.
 an vendendo peccarit. ibid.18.19.& 20
- Panormi circa quem annum sedem accepitine Fran-
 ciscani. 1224.43
- eur ad Papam fugiunt Antonius à Padua & Adamus
 de Marisco. 1230.8
- Papiliones monstrant locum sepulchri B. Petri terræ
 ordinis. 1242.20
- Paralyticus ab Elizabetha Hungarica sanatur 1219.15
 pro Paradisi gloria quodcumque ferendum aiebat fr.
 Juniperus. 1232.27
- Paralyticam curat, aliasque infirmitates B. Martinus
 Fulginas. 1241.25
 sanat infirmam mente. 1241.25
- in Paracœue nudis pedibus visitat templo Elizabetha
 Langrauiæ. 1226.57
- Parentes ingratos miro modo corrigit S. Elizabetha.
 1219.21
- Paris malignus vel corruptus. 1246.6
- Patris quomodo Minores primo domum habuerint.
 1219.41
- Parisiensis Minorum conuentus ampliatus. 1240.ii
 plena descriptio. 1234.6
 à quibus ampliatus. ibid.
- Patibensem traditum in missionibus cur Franciscus
 sibi elegit. 1216.11
- Patris magna & prolixa habita disputatio de plurali-
 tate beneficiorum. 1238.8
- Parisiensis beneficiarius quomodo fit Franciscanus.
 1236.14
- Parochi infensi Mendicantium ordinibus, & cur.
 1239.13
- Parturiens à dolore & periculo liberata. 1218.47
 similiter & alia ex tactu freni quo usus est S.
 Franciscus. 1214.3
- Passio & supplicium Martyrum Valentiorum qua-
 lia. 1231.47
- Passionis Dominicæ signa in zde S. Maria de Por-
 tiacula. 1216.13
- Passionis Dominicæ memoria Franciso quām pro-
 fundè insita. §.4.19.appl.
- Passionem Christi deflet S. Franciscus. 1208.11
 de Patauinis constitutionibus. §.5.8.appl.
- Patauum petit S. Antonius. 1233.ii
- Patientiam & benignitatem erga subditos comen-
 dat impensè S. Franciscus vicario suo. 1211.1.& 3
- è Paribulo Elizabetha Langrauiæ liberat innocen-
 tem. 1233.7
- Patria Naimanorum. 1245.7
- Patria Bisenniorum descriptio. 1245.7
- Patriarchæ missi primum pro hominum salute. 1231.4
 secundo missi prophete.
 tertio Apostoli. ibid.
- Pauli os Dionys. Areopagita, ut Paulus Christi. 1231.14
- Paulus de Marchia vita sanctus post mortem mulus
 claruit miraculis. 1241.14
 obfessam liberat. ibid.
 calculum & alias infirmitates curat. ibid.
 similiter cœcum & mutam. ibid.
 claudos & contractos. ibid.
 cur diques à Marchia. ibid.
- quare Paulus restitit in faciem Petro Apostolorum
 principi. 1232.38
- B. Paulus de Prato penitentis & austera vita. 1241.12
- Paupertatis commendatio. 1216.13
- Paupertas in sacco quomodo expressa. 1210.10
 in Pauperes S. Franciscus quām pius.
 appa. §.4.11.
- excellenta Paupertatis Minoritarum. 1223.12
- Pauper quidam ad fores Vaticanas induit vestibus
 Francisci. 1209.13
- in Pauperes quanta fuerit charitas B. Viridianz. 1242.
 22
- de Paupere sinistra cogitationem socium Franciscus et
 corripiat. 1215.18
- Pauperes ad obitum Elizabethæ Hungarice lugere.
 1231.45
- Pauperis horrido capiti dempsit crines Elizabetha
 Langrauiæ, lauit, fouit in gremio. 1226.32
 cum Pauperibus manducat libenter S. Franciscus.
 1222.11
- Pauperibus duodecim pedes abluit in cena Domini
 Elizabetha Langrauiæ. 1226.17
- Paupertas via salutis. 1210.50
- Paupertas inter latrones ipsos secura. 1215.16
- Paupertas mira & humiliata eximia zdicula S. Fran-
 cisca. 1222.14

Index Rerum.

- Paupertas, Euangelica margarita.** 1220.50
 eam impensè annuit Franciscus. ibid.
Paupertas monialium Damianitarum arcta & perseverans. 1224.1
Paupertate rara S. Franciscus in extremis constitutus de mundo triumphat. 1226.3.4
 nudus Christo similis voluit mori. ibid.
 in Paupertate summa Franciscus ingenti septetur gudio. 1226.11
 in Paupertate charitas quantum progressum aferat. 1330.2
Paupertatis mensura in religiosis qualis esse debeat. 1226.14
Paupertatis transgressor punitur. 1245.14
Paupertatis studiosissima Elizabetha Langraua, cui si dittissima esset. 1226.54
 prægnantes & puerperas inuisere gestiit. ibid.
 velles adaptat pauperibus. ibid.
Peccata præterita plorat Franciscus sub concava rupe. 1109.25
 condonantur ei. ibid.
Peccantes ad ministros Minorum qualiter recurrent debent. 1230.14
Peccantibus inter Minorum imponenda misericorditer penitentia. 1223.12
Peccatore Franciscus vendendo pannos inicio patre, & pecunias dilapidando. 5.4.21. appa.
 non peccasse conficitur contra hereticos calumniantes. ibid. 21. & 21. & 23. appa.
ob Peccata immissa per totam Europam calamitates, clades & miseria. 1232.29
Peccatores tribulationibus reducuntur. 5.4.1. appa.
Peccata intrepide reprehendebat S. Franciscus. 1211.4
 de Peccatis confundens & Eucharistia sumenda. 1213.4
 de Peccatorum executione & deceptione. 1213.4
 item de eorumdem in felici vita exitu. ibid.
Peccatorum conuersio non semper à predicatoro, sed ab humili sit oratore. 1220.29
Pecunie receptione veris S. Francisci sectatoribus quam disticte prohibita. 1220.2
 mitum Pecunia odiu in puer quinquenni. 1220.66
 ad Pecunia tactum per quemdam è suis grauissime indignatur Franciscus. 1221.1
Pecunia quam firmiter & rigide fratr. Minoribus interdicta. 1223.13
Pecuniam à Saracenis oblatam respuunt Minorum eisdem predicantes. 1219.69
 circa Pecuniarum receptionem quomodo Minorum se gerant. 1230.14
 in Pecunis illuditur à demone Francisci socius. 1228.15
Pedem resecatum tibi reponit S. Antonius Patruinus. 1231.27
Pepuli moritur B. Nicolaus de Pepulis. 1229.27
Peregrini error refutatur. 1247.1
Peregrinum Fallerorum conuertit Bononiae S. Franciscus. 1220.7
 item & Rigerium. ibid.
Peregrinorum leges que & quales. 1210.50
 quod Periculum imminent religiosum habitum exuentibus. 1236.15
Peronæ vrbe Gallæ munificissima conuentus Minorum vbi situs. 1246.25
 illius fundatores qui. ibid.
Perpinianense Minorum cœnobium. 1214.32
Perpinianum à munitionibus commendatum. 1214.32
 Persequitionem patiuntur Franciscani, à quibus. 1245.1
Persequentes Minorum eorum amplestutes habi-
 typm. 1248.12.3.3.14
Persecutio in fratres Pamphilion. 1246.19
Perusinis bellum iustinum prædicat. Franciscus. 1214.3
 completer prophetia. ibid.
Petræ montis Alucraz scissæ in passione Dominiq. 1215.15
 caret fr. Lupi qualis. ibid.16
 fr. Petrus Cathan. moritur. 1224.9
 miraculis claret. ibid.
 fr. Petrus de Candia postea in summo Pontificatu renunciatus Alexander V. 1244.31
Petrus Bernardonis Franciscum filium prosequitur. 1222. appa. 23. & 24.
 Franciscus latet per mensam in fouea. 5.4.23.
 apparat. ibid.
 deciderit à conciuibus. 5.4.26. appa.
Petrus tertij ordinis locum sepulchri illius monstrant papilioes. ibid.
Petrus à petra. 1245.15
 carceris fuit prælatus. ibid.
 item & Christi Vicarius. ibid.
 ad illius Sedem omnis questio est referenda. ibid.
fr. Petrum Ioannem de Strachia ministrum Ben. amquit S. Franciscus propriæ crederas ædes sumptuosas. 1110.15
B. Petrus de monte Vlmi seu Vlmone. 1245.22
 ex qua familia oriundus. ibid.
 contractus sanar. ibid.
 agonisantem curat. ibid.
Petrus Ecclesiæ S. Damiani Sacrorum. 5.1.8. appa.
 cibos apparat lauitores Franciso. reparationem Ecclesiæ S. Damiani molienti, quos defide fugit Franciscus. 5.1.10. appa.
Petrus Infans fundator conuentus Coniubricensis scat. Minorum. 1210.70. & 71
Petri Infantis erga sanctorum reliquias reuenerit. 1220.40
 liberante eum à periculis immingebus. ibid.41
 fratri Petro Cathaneo mortuo non absque sanctitate indicis, Franciscus H.iam substituit in comitatis generalibus. 1221.1
fr. Petrus de Trequanda predicator exilius. 1212.5
 vixit in conuento Citonij. ibid.4. & 5
B. Petri Galli prærogativæ. 1242.4
 floruit in conuento Citoniensi. ibid.
fr. Petrus Aurcoli floruit in conuento Parisiensi. 1234.32
Petros Cathanius in lacrum Diui Francisci luctatijum adlectus. 1209.9
fr. Petrus fit martyr Marrochianus. 1211.6.16
Petrus de Colle quis. 1234.16
B. Petrus de Assisio. 1249.9
Petrus & Paulus in doctrina. semper concordes. 1232.38
SS. Petrus & Paulus Apostoli apparent S. Franciscus magna cum claritate. 1216.13
B. Petri Mechliniensis miracula. 1231.59
fr. Petrus de Thranio vbinam sepultus. 1241.39
Petri à Natalibus chronologia recta. 5.2.7. appa.
fr. Petrus Cathanei in comitijs generalibus creatur minister generalis Minorum. 1220.23
Petrus de Castro S. Henrici provincie. Peponis fūgiens ab Ordine S. Francisci ut retineatur. 1220.36
 S. Petri primatus probatur. 1232.13
Petro Apostolorum vertice. Paulus in faciem restiterit. 1232.38
Petrus de Leodegaria Ordinis Predicatorum inquisitor in regno Navarræ institutus. 1233.6
 scribit

Index Rerum.

- scribit ad illius Pampiloniz degentem Gregorius
 LX. Pontificis Max. 1216.6
 B. Petrus Comparter. 1214.9
 duas fidei translationes illius reliquiarum. ibid.
 fr. Petrus de Fuxo Minorita S. R. E. Cardinalis,
 1212.18
 Pfullingen conuentus S. Clarez. 1250.12
 Phasianus quasi sibi molestum foret à S. Francisci con-
 spectu abesse ab eo se auctelli non permittit. 1216.8
 B. Philippa Affilias salutaribus B. Clarez exhortationi-
 bus ad Dominum conuersa. 1215.17
 apud S. Damianum sancte obiit. ibid.
 ~ Philippi gelus in moniales quibus rationibus non
 probatus fuerit à S. Franciso. 1219.47
 Philippi Mornae heretici impudentia. 1224.19
 fr. Philippinus socius S. Antonij Patavinii. 1221.11
 Philippus Bergomas primus assertor monachatus S.
 Augustini. 9.5.1.apol.
 examinatur testimonium Henrici de Virmariæ ibid.
 1.apol.
 fr. Philippus Longus monialium visitator. 1219.47
 Philippus Longus septimus Francisci discipulus.
 1209.19
 cum Isata appositi collatus. ibid.18
 Philomeliam Deum laudare ut doceat S. Franciscus.
 1211.31
 cicadam etiam. ibid.
 Physiognomia & descriptio S. Francisci. 1212.9
 Physiognomia beati patris Dominici. 1221.48
 Pietas Francisci erga suos. 1210.49
 Pietas admiranda Hortulanæ matris S. Clarez. 1212.11
 Pietas Colomanni fratris Elizabethæ. 1235.12
 Pietas suspedita fugienda. 1243.15
 Pietas Elizabethæ Langraue erga iustitios quanta.
 1229.11
 Pietas fidelium in Franciscanos remunerata, & quo-
 modo. 1248.13
 Pietatis Francisci erga pauperes testimonium insi-
 gne. 1221.17
 Pignani conuentus. 1215.27
 Pinicarum conuentus primordia. 1248.24
 eius reformatio. ibid.
 vihi celebres multi in eo tumulati. ibid.
 eorum nomina. ibid.
 Pisani sequestro fr. Mansueti Ecclesie reconciliati.
 1244.15
 Pisii constructur Francisco cenobium. 1211.25
 Pisii duos selectos acquirit discipulos Franciscus.
 1211.25
 Pisces mito ordine S. Antonium Patavinum concio-
 nantem audiunt. 1215.17
 Pisces S. Franciso collidunt. 1217.15
 cum Pisces & libro cur pingatur S. Antonius Patav-
 inus. 1232.17
 de Pisibus prouideretur inopinatè S. Franciso. 1225.
 13
 Pisces recipit Franciscus conuentum. 1211.25
 Pistorij conuentus. 1250.16
 Platini & Blondi error refutatur. 1244.4
 Plenius quando Minoribus domicilium attributum.
 1222.13
 Pluviam percutibus Celanis miraculosè impetrat S.
 Franciscus. 1221.11
 à Pluvia ancillam ut vindicavit Antonius. 1231.8
 item auditores suos. ibid.11
 Podagrosi deceni curantur, & cuius meritis. 1210.
 44
 Pœnitentia fratribus delinquentibus in religione Mi-
 norum quæ imponenda. 1223.12
 recurrendis ad ministros in casibus reservatis.
 1223.12
- Pœnitentia pœdicata à Franciso. 1108.10
 de Pœnitentia facienda, & proximo amando.
 1213.4
 Pœnitentia pœdo S. Franciscus. 9.1.1.apol.
 Pœnitentiam pœdit S. Franciscus. 1208.10
 scatibus Pœnitentibus privilegia conceduntur. 1119.
 33
 Pœnitentes S. Francisci quid profitantur. 1221.16
 fr. Pœnitentum ordinis S. Francisci institutio. 1211.
 13.& 14
 Pœnitudinem singit fr. Helias. 1230.
 Polidorus Vergil. Bergomensi posterior. 9.5.11.apol.
 in Poloniam qua via introduxit Minoris. 1237.11
 Pontifex extrectam monialium domum prope mo-
 nasterium Minorum iubet remoueri. 1233.31
 Pontifex nauigat Genuam. 1244.4
 comitia ordinis huc conuocat. ibid.
 Pontifex Nicolaus corpus S. Francisci videre vult.
 1230.4
 ingreditur Ecclesiam subterraneam, in qua recon-
 ditur. ibid.
 Pontifex videt Cesarium in cœlum effetti. 1239.6
 contra Helianos commovetur. ibid.
 Pontifex sanctum Agnetis Bohemæ cogitatum de
 amplecenda Clarissarum regula laudat. 1234.5
 eadem Agnes eiusque Monasterium multis prie-
 tis ab eodem commendatur. ibid.6
 Rex Bohemæ Agnetis germanus Ecclesie Ro-
 manæ in favorem sororis fundum monasterij con-
 cessit. ibid.5
 Pontifex duplum habet gladium. 1233.9
 Pontifex dona mittit in translacione corporis S. Fran-
 cisci. 1230.1
 Pontifex scribit ad Reginam Castellæ de laudibus
 Elizabethæ Langraue. 1235.14
 Pontificis quædam epistola ad Regem Bulgarum.
 1245.15
 Pontificis epistola quædam ad Agnetem filiam Regis
 Bohemæ. 1241.11
 coram Pontifice Romano pœdit S. Franciscus ob-
 litus eorum quæ studuit. 1217.1
 petit ab eodem Cardinalem pro protectore sui
 ordinis. 1217.4
 & imperat. ibid.
 quis fuerit. ibid.
 Pontifici nouus S. Antonius Patavinus. 1231.10
 commendat Pontifex Romanus Minorum Ecclesie-
 rum Prælatus. 1239.11
 mira in Pontificem Romanum Frederici Imperatoris
 fætua. 1218.1
 à Pontifice consecrantur Ecclesie Affiliates. 1235.17
 earum descriptio. ibid.& 18.19.10.11.12.13.14
 à Pontifice Generali Minister Minorum legatus mi-
 ritatur. 1249.4
 ad Pontificem à fratribus mittuntur buccij. 1230.14
 ad Pontificem à Tartaris missam legationem respuit
 Minoris. 1245.11
 ad eundem Ruthenorum legatos secum condu-
 cunt. ibid.11
 à Pontifice examinati iubentur miracula B. Beneve-
 nuti Bugubini. 1231.13
 coram Pontifice plura obiiciuntur fr. Heliz. 1230.10
 ad Pontificatum summum euchendum Nicolatum III.
 pœdit S. Franciscus. 1211.3
 Portenta & visiones quæ patientibus martyribus
 Franciscanis contigerunt. 1241.3
 horum martyrum normas. ibid.
 Portiuncula indulgentiæ dies statuitur.
 1223.1
 testes qui fuerint. ibid.
 quinam de ea scriperint. ibid.3

Index Rerum.

- in zde Portiuncula habetur quotidie indulgentia. 1223.5
 S.Brigitta de hac indulgentia testimonium. ibid. 6
 loci, *Persuasione*, nuncupati plurima commendatio.
 6.5.15. appa.3c 1216.33
 zdes Portiuncula commenda impensè fratribus
 Minoribus à Francisco moribundo. 1216.30
 disciplina regularis zdis Portiuncula. ibid.32
 Portugaliz ministero Minororum Regis Sancij absolu-
 tio committitur. 1233.45
 Possessiones oblatas S.Clara refutat. 1243.23
 an ad Prædicandum idonei sint discipuli sui, experi-
 tur S.Francisc. 1211.2
 Prædicens S.Antonius Patauinus intelligitur à varia-
 rum gentium auditoribus. 1217.16
 Prædicante Antonio Patauino benedicit fratr.absens
 Franciscus. 1224.42
 Prædicat S.Franciscus cotam Pontifice Max. oblitus
 eorum quæ studuit. 1217.9
 Prædicanti Antonio multa hominum millia ad cam-
 pos eum audituri se conserunt. 1231.3
 Prædicatores & Minores in Burgundia heresim im-
 pugnare. 1219.40
 de Prædicatoribus Minorum, & quid iisdem obser-
 vandorum. 1223.12
 Prædicare aduonetur cælitus Franciscus. 1212.30
 aubus prædicat, & attentè audiunt. ibid.31
 quales Prædicatores desideraret Franciscus. 1220.17
 Prædicatores & Minores laborant strenue in nego-
 cio crucis. 1240.10
 Prædictio S.Francisci. 6.5.12. appa.
 Prædicante S.Francisco Caietæ, nauicula per se à ter-
 ra recedit, ne à ruentibus turbis impeditetur.
 1212.6
 modus Prædicandi S.Francisci. 1208.10
 deflet Christi passionem. ibid.11
 Prædicatores mittit Franciscus in omnes regiones.
 1219.32
 Prædicatores & Minores in vota sacrilega declamat.
 1219.40
 Prædicatores & Minores crucem prædicant. 1235.27
 28
 eius prædicationem miraculo probant. 1235.29
 hereticos Paternos profligant. 1236.3
 Prædicatores quomodo examinandi & instituendi.
 1230.14
 Prædicatoribus & Minoribus conceduntur quædam
 facultates dum apud Miramolinum degebant.
 1216.64
 an Prædicatores, licet assumantur ad Prælaturas,
 1219.1
 Prædicatoribus inter Minores quæ & qualia obser-
 uanda. 1210.1
 Prædictio an præstet orationi. 1211.29
 ad Prædicationem missi primi Minores ad varias
 Italia regiones. 1211.3
 Prædicotoris strenui laudes. 1210.30
 Prædictiones B.Humilianz. 1246.22
 Prædicatorum, Minorumque quænam antiquior reli-
 gio. 1210.19
 Prædicatorum ordo confirmatur. 1216.14
 Prædicatorum damnatur curiositas. 1243.16
 fratum Prædicatorum missio. 1243.4
 Prædictio S.Antonij Patauini de quodam improbo
 notario passuro pro Christo mortem. 1217.17
 de Prædictione B. Egidij S. Francisci discipuli.
 1237.9
 Prædicti Franciscus Othonem Imperatorem depo-
 nendum & exauthorendum. 1209.43
 Prædicti Franciscus cuidam pueru ex suis futurum.
 1211.24
- Prædictio Francisci de bello intestino futuro inter
 Perusinos. 1211.3
 Prædones egregios conuertunt duo ex Francisci di-
 scipulis. 1211.49
 Prædones tres lenitate & mansuetudine Francisti ad
 propositum vita melioris reuocati. 1213.27
 extra Prælatorum obedientiam religiosi euagantes
 quænam inuehant mala. 1235.30
 Prælati benignitas erga subditos qualis esse debeat.
 1213.4
 item & qualis correctio. 1223.18
 iis humiliter obediendum. ibid.
 Prælatos sui Ordinis cur Franciscus Ministros ap-
 pellari voluerit. 1220.57
 Prælatorum in Minores multa grauamina. 1231.34
 an Prælature Minoribus aut Prædicatoribus confer-
 ti possint. 1219.1
 Præpositus quidam Minorum persecutor f. Fran-
 ciscanus. 1240.14
 Præxedes Romana phantastica impulsione cortuens
 ex toto confacta à B. Francisco consolidatur.
 1228.63
 Presbytero paratas insidias ut auerterit S.Antonius
 Patauinus. 1240.15
 Principes viri multique ex Purpuratorum collegio
 Franciso addicti. 1210.17
 Prior nomen st.Minoribus prohibetur. 1210.2
 Privilégia varia concessa fr. Minoribus proficisci-
 bus ad terras infidelium. 1233.6
 Privilégia fratribus Penitentibus à Pontifice con-
 cessa. 1219.33
 Privilégia Ecclesiæ Assisiæ. 1230.2
 ex Privilégii laxis ab Helia obtentis in eum conci-
 tantur fratres. 1230.8
 qui ei contradixerunt quo suppicio ab eo affecti.
 ibid.
 ad Papam fugiunt. ibid.
 Privilégia & indulta à Gregorio IX. Minoribus con-
 cessa. 1240.31
 de Processione Spiritus S. disputatur. 1233.9
 de Processione Spiritus S. quid sentiant Christiani
 Orientales. 1247.11
 in Processione desertus caput B.Luchesij. 1242.19
 Professio Tertiatorum quæ & qualis. 1221.17
 Professus in religione Minorum retrocedere nequa-
 quam poterit. 1223.12
 conditiones recipiendorum ad habitum. ibid.
 Promissa magna facta Francisco. 1213.36
 quæ sint illa. ibid.
 Promittitur Franciscu regnum æternum. 1224.32
 Prophetæ aliquando ex semetipis prophetant. 1227.
 14
 Prophetia S.Antonij Patauini de quodam notario
 martyrium passuro. 1217.17
 vera euadit. ibid.
 Prophetia S.Francisci, de futuro bello intestino in-
 ter Perusinos, completa. 1211.3
 Prophetia Francisci de Rainero plebano. 1215.12
 Prophetæ obscuræ & ambiguae. 1214.18
 Prophetæ de Verbo incarnando. 1233.4
 Prophetæ dono illustratur S.Franciscus. 1209.3
 Propheticum colloquium apud Lateranū sanctorum
 Dominici,Francisci & Angeli Carmelitæ. 1216.17
 leprosum repente sanant. ibid.
 an Proprietas rei cuiusquam maneat penes ordinem
 Minorum. 1230.14
 Proprietatis ratum supplicium. 1219.22
 tertius Proætor Franciscorum Dominus Iohannes
 Gaetanus. 1217.6
 Proætor monialium Damianiitarum quis esse debeat.
 1224.2

Index Rerum.

- ad Protectorem Cardinalem petendum monetur cæ-
 litus S. Franciscus. 1117.2
 quid Protectorem à Sede Apostolica petere impule-
 rit S. Franciscus. 1117.5
 Protectorem alium præter seipsum noluit Francisca-
 nis concedere Alexander IV. 1117.6
 Protectore ad quid plus indiget ordo Minoritarum.
 1117.6
 Protectoris Hugolini commendatio. 1117.8 & 9
 Protectores Clarissarum Cardinales vel Episcopi.
 1119.46
 de Protectoris Minorum potestate. 1117.7
 Providentia Dei in synodo Franciscanorum. 1119.
 17
 Providentia Dei erga Minoros quam singularis. 5.1.
 21 appa.
 Providentia Dei erga sanctos suos. 1147.1
 Providentia Dei erga Ecclesiam Catholicam quanta.
 5.1. appa.
 Prouincia Germanie dividitur. 1139.12
 in Prunis facens illæsus S. Franciscus scortum genero-
 sè vincit & conuertit ad meliorem frugem. 1119.
 64
 Pruviensis conuentus in Gallia vide Conuentus.
 Psalmodia S. Francisci humillima. 1121.30
 commendatio Versiculi: *Gloria Patri.* ibid.
 origo Psalmodij & orationis quæ retinuit nomen Be-
 nefice. 1147.5
 Puer Torsitanus quinquenoidis obseruat ritus annas
 Franciscanorum. 1120.66
 mirum in eodem pecunie odium. ibid.
 prædicat assidue in plateis. ibid.
 patrem aut matrem errantes arguit. ibid.
 sanctè moritur. ibid.
 Puer aquis extinkitus vita redditus orante pro eo S.
 Francisco. 1128.21
 Puer mortuus Francisci precibus vita redditus.
 1121.12
 Puer aquis extinkitus ad matri deprecationem à mor-
 te reuocatus, cuius virtute. 1110.44
 à Pueris mors S. Antonij quomodo reuelata. 1131.
 54
 cam Puerto cur pingatur S. Antonius Parauinus.
 1123.17
 Pueros duos mortuos Elizabetha Lantgravia resu-
 scitat. 1131.6
 de Puerulo, Bartholomeo nomine sub magno pon-
 dere nihil sentiente, & quo modo. 1128.19
 sub ingenti lapide non perit aliis. ibid. 30
 alius in simili casu illæsus. ibid. 31
 de Puerulo Paruio nomine aquis extinkto & ad vi-
 tam reuocato opera & meritis S. Antonij Parauini.
 1140.10
 Puerus Spoleti non tam hominis quam monstri for-
 mat habens S. Franciscus adiutorio in pulchrum
 efformatus. 1118.72
 Puerum morbo oppressum signo crucis sanat S. An-
 tonius Parauinus. 1131.20
 item pueram Paduanam nomine morbo caduco
 laborantem. ibid.
 Puerum hydropticum sanat Franciscus. 1124.26
 Puerum ex suis fucurum Franciscus propheticè ad-
 monet. 1111.14
 Puerum submersum ad vitam reuocat S. Antonius
 Parauinus. 1140.10
 de Puella qualam Burgunda facta Minorissa. 1125.
 23
 validè tentatur à dæmoste. ibid.
 à Domino adiuuat. ibid.
 ei mancipiatur diabolus. ibid.
 Puella quædam 1111.11
- tham Lantgravia liberatur. 1111.11
 Puella quædam cæca, clauda, muta, & furda, per can-
 dem sanata. 1111.11
 Puella mortua per S. Franciscum viuificatur. 1118.
 18
 item adolescens. ibid. 19
 puer item septennis. ibid. 20
 Puella vana ad meliorem frugem ab Elizabetha Hun-
 garica reducitur. 1119.18
 duæ Puellæ zgræ meritis S. Francisci integræ tanari
 restituuntur. 1128.15
 Pugillum satine multiplicat B. Guido. 1130.1
 Pullum asini lascivientem Franciscus verbo cohiberet.
 1113.8
- Q
- Q** Vadragenæ 7. ieuinabat in anno B. Guido Cor-
 tonensis. 1110.4
 in Quadragesima quotidie prædictat Antoniu[m] 1111.1
 omnis Quæstio ad Petri Sedem referenda. 1141.
 15
 Quæstio omnis ad Sedem Petri referenda. 1131.
 38
 Quartana laborat Franciscus. 1111.51
- R
- R** Aiderium plebaionum Franciscus predicit sum-
 rum Minorem. 1117.11
 Ranas quaxantes dum Celani prædicaret S. Fraci-
 scus vi cobibuerit. 1115.11
 Rangonæ familiæ ortus. 1144.10
 Ranisbonensis conuentus Minorum quo auxilio ere-
 ctos. 1119.16
 Ravenna socia B. Humilianæ. 1146.18
 bb. Raymundus Carbonerij & Stephanus de Na-
 bona martyres. 1141.1
 miracula corundem intercessione facta. ibid.
 Raynerius & Gérardus pœnitentiarij adseruntur
 Franciscanis. 1144.11
 sr. Raynaldus de Reate obvium cæcum signo crucis
 illuminat. 1141.14
 B. Raynaldus de Reate inuentus post triduum in-
 corruptus. 1141.14
 mirificus odor defuncti. ibid.
 stat in sepulchro. ibid.
 Raynaldus Cardinalis ordinis Minorum Protector
 assignatus à Gregorio IX. Pontif. Max. 1127.1
 Raynaldus Episcopus Ostiensis secundus Franci-
 norum protector. 1117.16
 Reate ægrotat Franciscus. 1111.1
 reparat miraculosè damnum hospiti suo illeum.
 ibid.
 in Receptione & vestitu fratrum Minorum quid ob-
 seruandum. 1110.1
 Refectorium conuentus Minorum Parisii plenè de-
 scriptum. 1134.17
 adolescentum seminarium. ibid. 18
 corundem scholæ. ibid.
 Regis Sancij absolutio ministro Minorum in Portu-
 galia committitur. 1133.15
 Regis Hungaræ Belz nomine erga Minoros affectus.
 1131.11
 ad Regis Bohemij filiam Agnetem nomine Pontib-
 cis epistola. 1141.11
 ad Regem Tunici sive Tuneti secceti nuncij è Mi-
 noribus missi. 1135.11
 Reges Gallicæ varia conuentui Trecensi Minorum
 concesserunt. 1148.19

Index Rerum.

- ad Reginam Castellæ de laudibus Elizabethæ literæ Pontificis. 1235.14
 Reginæ Blanchæ pietas erga conuentum Meldensem fratrum Minorum. 1248.20
 Regna Septentrionis & Orientis turbulentia sub ornum Ordinis Dominicanorum & Minorum. §.1.11. apparat.
 an Regnum Castellanum & Lusitanicum verè coierint in unum. 1214.16
 multi Regio morbo laborantes à S. Franciso pristinaz sanitati restituuntur. 1218.61
 Regnum Hispanicum seu Castellanum nunquam vniendum iricu Lusitano quo sensu Franciscus prædictus potuerit. 1214.13
 Regula frat. Minorum à Christo dictata. 1223.13. est etiam Euangelica. ibid. 14. laudes regule. ibid.
 Regula S. Francisci rigidè obseruata in æde Portiunculæ. 1226.32
 de Regule Minorum perfecto intellectu & explicacione. 1230.14
 Regula religiosis iniuncta quam diligenter obseruanda. 1226.12
 Regula Pénitentium S. Francisci vide Tertiarij.
 Regulam S. Francisci ut nimis rigidam dum immutare desiderat Honorius III. retinetur, & cur. 1213. 16
 Regula S. Francisci nonnullis arctior visa. ibid.10
 Regulam Franciscus suis fratribus prescribit, quam confirmat deinde Innocentius III. visionibus monitus cælestibus. 1210.1
 Regulam S. Augustini quando Eremitæ Tusciae suscepunt. §.5.3. apol.
 Regule S. Francisci synopsis. 1226.36
 obseruanda sine glossa. ibid.36
 an Regula Tertiariorum S. Francisci obliget ad mortale. 1221.17. & 18
 in Regulam Franciscanam declaratio quatuor magistrorum. 1242.2. epistola magistrorum ad generalem. ibid.
 Regula Franciscanorum Apostolica. §.1.21. appa.
 Regulam breviorem scribere visione cælesti monetur S. Franciscus. 1223.9
 Regula & vita fratrum Minorum. ibid.12.
 de his qui volunt vitam istam inire, & qualiter recipi debeant. ibid.12
 Regula sororum Damianitarum. 1224.1
 circa Regulæ Minorum declarationem quantum cogitauerit Nicolaus III. 1217.6
 à Regule sua transgressoribus recedere concedit S. Franciscus. 1220.31
 Regales sui instituti Clarisse Burgenses accepturæ ad Romanam Curiam proficiuntur. 1234.7
 Relaxatio inter Minores introducta, & à quo. 1244. 11
 Religionis primus status. 1220.20
 Religionis secundus & tertius status. ibid.
 Religio in statua ut figurata. ibid.
 huius status descriptio. ibid.
 ex Religione regreßum prohibet severè Pontifex Maximus. 1223.17. iubet regredientes tamquam excommunicatos vitari. 1223.17
 Religionem assumit B. Bonaventura. 1224.5.
 quos in ea fecerit progressus. ibid.
 Religionis exortensis caput aureum. 1220.20
 Religionis habitum induit Elizabetha Hungarica. 1235.1
 in Religione fratrum defecitus nonnunquam à superioribus tolerandi. 1226.14
 Religiosum habitum exuentibus quod periculum inninet. 1236.15
 de Religioso vero, & perfecta obedientia. 1223.4
 ob Religiosos extra Prælatorum obedientiam euagantes Ecclesiæ quid contingat. 1235.30
 Religioso semper necessaria oratio. 1210.32
 Religiosorum paupertas & regule obseruantia qualis esse debeat. 1226.14. eorum defecitus non semper corrigiendi. ibid.
 circa Religionem S. Franciso Christus multa promittit. 1224.5
 Religiosis loca spatioſa & ampliora necessaria, & cur. 1220.15
 circa Reliquias sanctorum mira Dei cura. 1210.39
 ad Reliquias sanctorum nec concubinarius nec fornicarius possunt contingere. ibid. 41. reliquie variis medentur infirmitatibus. ibid. 41. Principem infantem à multis periculis eximunt. ibid. 41. vbi. 45
 Reliquias Antonij veneraturæ omnes nationes accurvunt. 1231.40
 Reliquie detegunt in Ecclesia quadam relata. 1211.19
 Reliquie Trecensis Minorum Ecclesiæ. 1248.19
 Reliquie secretæ Francisco reuelataz, qua ratione. 1215.17. transferuntur diuinatus ad Francisci votum. 1215.17
 Reliquias ab Elizabetha Hungarica pī decerpunt. 1231.45
 Reliquias sacratissimæ virginis Mariz detegit Franciscus monachis monasterij S. Marie de monte Maiori. 1215.32
 Reliquie tertie Ecclesiæ Assisiatis. 1235.24
 Reliquiarum B. Petri Compartis translatio. 1214.9. & 10
 Relianæ conuentus ædificatur. 1236.16
 Remiceti conuentus. 1250.14
 Renum dolor S. Francisci vestigio qua ratione pellatur. 1218.19
 in Reprehensione peccatorum intrepidus Franciscus. 1221.4
 in Reptobos diuinæ cogitationis exempla. 1243.23.
 14.15
 Responsum prudens Francisci, irritanti fratri. §.5.10.
 appa.
 quos Resuscitarit S. Antonius Parauinus. 1240.11. & 16
 Resuscitatus quidam ad ordinem Minorum vocatur, & quomodo. 1248.11
 Reuelationes & visiones B. Helene Paduanæ. 1242.
 5. & 6
 quot, & quas Reuelationes acceperit Elizabetha Langrauia. 1227.11. & 12
 Rex versuum visione mirabili Franciso adbasit. 1211.
 37. cur fr. Pacificus appellatus. 1211.37
 Ribadei conuentus. 1214.10
 Ricerius per D. Franciscum à molesta tentatione liberatus. 1226.13
 B. Ricerij conuersio vide Rigerius.
 fr. Richardus seu Rigaudus unus de quatuor magistris qui ediderunt declarationem in regulam Franciscanam. 1242.1
 Richardus Poerus Baro de Corraghmore strenuus Catholicæ fiduci propugnator. 1240.26
 fr. Rigeriū male confundit Marianus cum Rogerio Tudertino. 1220.8
 Rigerium & Peregrinum Falleronum conuerit Bononiz S. Franciscus. ibid.7
 Peregrini commendatio. ibid.
 similiter & Rigeri. ibid.8
 Rigor & districta disciplina sancti Francisci. 1210.
 11
 nihil Rigoris ad exemplum aliorum Franciscus vult dimittere. 1218.1
 Roberto Minoriz exercitato B. Franciscus visum反射uit. 1218.32

Index Rerum.

- Robertus Capito p̄ficitur scholæ Oxoniensi Minorum. 1220.62
 fr. Robertus de Colliuill. eleemosynam in subſidium Terre sancte collectam de mandato Pontificis curauit numerari ad auxilium Imperij Constantiopolitani. 1243.20
 fr. Robertus de Paſtra vnuſ de quatuor magiſtriſ qui ediderunt declarationem in regulam Franciscanam. 1242.2
 fra. Rodingerus Herbipolensis S. Elizabethæ Lantgraviæ primus magiſter in ſpiritualibus conſtitutus. 1228.85
 Rodulphus eleganti de iniuriis eidem Elizabethæ illatis oratione habita coram Henrico & vitis principibus, Elizabethæ in curiam redditum procurat. 1228.81
 Rodulphus corrigitur. 1243.4
 fr. Rodulphus Radipronus Anglus. 1234.13
 Rodulphus quidam nobilis ab alto cadens feruatur illæſus S. Franciſco pro illo orante. 1228.15
 Rodulphus nobilis Venetus quomodo conuerſus. 1244.18
 Rodulphi & Antonini error. 1244.6
 Rodulphi Ebifach vocationis ad Minores initium. 1234.17
 mulier Rogata nomine, in Episcopatu Sorano fluuſ sanguinis fatigata, procurante B. Franciſco conuoluta. 1228.62
 bb. Rogerus & Theodoricus de Saxonia. 1249.9
 b. Rogerius de Marchia obit. 1236.4 eius miracula. ibid.
 B. Rolandinus de Florentia contemplationi ſumme addictus. 1241.11 in illa cœlitus viſione ad perſuerantiam Invitatus. ibid.
 Romam pergit Franciſcus cum suis. 1210.3
 Romana Ecclesia mater & lampas vnde alii Ecclesiæ accenduntur. 1247.14
 Romæ indicitur Generalis synodus. 1239.7
 Romæ Clarissim datum monaſterium SS. Cosmae & Damiani. 1233.18
 Romam vocatus S. Antonius Parauinus. 1227.15 magni fit à Pontifice & Cardinalibus. ibid.
 Romaabit Franciſcus in Vallem Reatinam. 1217.11 mira ibi operatur, & quatuor extruit habitacula. 1217.11
 Romam Franciſcus pergit mentem suam de adeundis Mahometanis & Tartaris Pontifici aperturus. 1212.33
 Romanorum deſectio auatore Frederico II. Imperatore exorta qua ratione impedita. 1241.32 capti cum Prælatis duo Cardinales legati. ibid. execratio in Imperatorem & Pilanos late. 1241.31
 in Romanis ſedandis laborat minister Generalis Minorum, ſed fruſtra. 1235.25
 Roskylidenſis inquisitio. 1246.7
 Rothomagum prouincie Normannie metropolim, & nobilissimum Gallie emporium quando applicuerunt Minores. 1246.16 conuentus fundatores qui ibid.
 Royensis conuentus. 1250.11
 fr. Rufinus inter S. Franciſci socios annumeratur. 1210.31
 fr. Rufini, Leonis & Angeli epiftola. 1244.9
 Russie metropolis Kiovia. 1245.6 per totam hanc prouinciam benignè Minores excipiuntur. ibid.12
 Rustici cuiusdam Aretini filius sanatus à S. Franciſco. 1211.17
- Ruthenorum legatos ſecum ad Papam ducunt Minorores. 1245.12 cum Ruthenis de unione agitur. ibid.6
- S
- fr. S Abbarinus quartus in S. ſodalitium Divi Franciſci adleatus. 1109.17
 Sabellicus posterior in ſcribendo Bergomate. ſ. 1.11. apol.
 plura ex eo citat. ibid.
 Sabellicus quando ſcripſerit. ſ. 1.9. apol. quis prior ſcripſerit, Sabellicus an Bergomas. ſ. 1.9. apol.
 S. Sabini conuentus. 1215.15 Aſculani in hunc locum deuoti. ibid.
 Saccus vmbriticè quid ſignificet. 1220.20
 Sacellum Crucis in monte Aluernz. 1213.19 in huius Sacelli ſitu S. Franciſcus ſtigmata recepit. 1213.40 eiusdem Sacelli conſecratio, & varia indulgentia. 1213.41
 Sacellum ſtigmatum in monte Aluernæ quotidie ſupplicatione publica honoratur. 1213.18
 Sacellum D. Bonauenturæ in monte Aluernz. ibid. 42 cur diſcutum D. Bonauenturæ. ibid.
 Sacerdos quidam effoſi ſibi laſtrō oculo B. Franciſci auxilium implorans ſanatur. 1218.11
 Sacerdotibus qualem honorem tribui velic Franciſcus. 1221.41
 Sacerdotes duo Minoritæ fiunt. 1236.11
 Sacerdotum collegium aliquando aliuit Tatarorum Imperator. 1245.10
 Sacerdotum dignitas quæ, & quanta. 1216.10
 Sacerdotibus quām reverenter ſubueniat Franciſcus ſ. 4. 13. appar. quanto affectu SS. Apoftolorum limina viſiter. 1214
 digna de Sacerdotibus cuiusdam è Franciſci ſociis opinio. 1212.47
 Sacerdos quidam Thomas nomine ab aquarum periculo liberatur per S. Franciſcum. 1218.16
 Sacramentorum frequentia commendata ab Elizabetha Lantgravia. 1219.10
 Sacrificio Mifti quam lubens intercerat Elizabetha Lantgravia. 1216.16 in eodem pia eiusdem meditatio. ibid. luce magna facies ſplenduit. ibid.
 Sacrilega vota protligant Prædicatores & Minoritæ. 1219.40
 Sagientis conuentus Ecclesia. 1216.61 virti in hoc conuento celebres. ibid. qui ibid.
 in Salamantina ciuitate, in ſigni Academia exdilecta domus monialibus Damianiſis. 1238.19
 Salernitanus conuentus. 1238.18
 Salutis via, paupertas. 1210.10
 Sanci principis commendatio ab inſigni pietate & milericordia. 1217.23. & 24
 d. Sanci Lufitanæ apparent martyres Marrachij polſi. 1220.19
 Sancius Rex à ministro Portugallie abſolvitur à censuris. 1213.45
 Sancio Regi Lufitano adempta regni adminiſtratio tranſfertur in fratrem Alphonſum. 1248.1
 Sancti aduersa quæque tolerant patienter. 1213.1
 Sancti bona quæque Deo attribuentes. 1209.3 in Sanctis martyri ardor maximus. 1214.3
 Sanctorum virtus & fortitudo magna. 1211.27
 Sancti varij terrij Ordinis Franciſcani. 1241.21
 Sancti magis animo quam exteriore cultu venerandi. 1229.22

Index Rerum.

- Sanctorum mortem Deus ut vicitur.** 1220.46
Sanctorum busta ingentes bonorum thesauri. 1231.
 30
Sanctos honorat Deus. 1232.14
Sanctorum reliquiae Deo quante sint curæ. 1210.39.
 non potest ad eas pertingere concubinarius. ibid.
 40
Sanctimonialis non fuit Elizabetha. 1229.9
Sanctitatis S. Clarae opinio diffundi cœpta. 1231.26
Sanctitatem Francisci ut explorauerit B. Bernardus à
 Quinta valle. 1209.2
ad Sanctimonialium monasterium Paduæ S. Antonius Patauinus ægrotus decumbit. 1231.32
Sanitas amenti ab Antonio reddita. 1231.13
Sanitas leprosa à B. Beneuenuto Eagubino restitu-
 ta. 1231.18
Saraceni erga Minorés non inhumiati. §.1.11.appa.
à Saracenis capitur S. Franciscus. 1219.18
 & male afficitur.
 rogarunt à Soldano ut secum maneat. 1219.59
Saracenis Minorés Christum prædicant. ibid. 51
 inter Saracenos facultates quædam Minoribus con-
 ceduntur. 1244.21
Saracenorum principis mira erga Franciscanos man-
 suetudo. 1219.60
 similiter & erga Christianos.
 eos custodes sui corporis adhibuit. ibid.
à Saracenis captus S. Ludouicus. 1250.1
 hoc diuinitus reuelauit B. Gerardo. ibid.
prope Sartianum pauperium extruitur Franciscan-
 monasterium. 1212.1
Saxum durissimum ita fit molle ad contactum D.
 Francisci, ut in eo digitos imprimens, & appre-
 hensis dæmonis præcipitationem evadere poruerit.
 1213.43
Schamburgensem Comes Franciscanorum induit
 habitum. 1244.14
quare Scapulam cum liliis gerit S. Antonius Pataui-
 nus. 1232.17
Scardeonius corrigitur. 1242.4
Schismatica facta Ecclesia Græcorum statim facta est
 ancilla. 1231.18
Schismatis Græcorum origo & causa quæ fuerit.
 1233.9
Scholæ Oxoniensi Minorum præficitur Robertus
 Capito. 1220.62
 dissoluitur studium Oxoniense, & quare. ibid. 63
ad Scholas Parisienses conuentus Minorum quæ pro-
 vincia studiosos mittant. 1234.29
 quomodo laureantur. ibid. 30
 quomodo olim regebatur monasterium. ibid. 31
de Scholaris quodam Parisiensi res mala. 1212.32
Scientia absque humilitate inutilis. 1220.28
Scipio Cobellutius Cardinalis bonarum litterarum
 sincerus fautor. 1217.9
Scorta qua ratione profigarit Princeps Langravius
 Elizabethæ coniux. 1226.60
 illius laudes. ibid.
 optimum domesticis ipse exemplum. ibid.
Scotum immittitur clanculum in cubiculum S.
 Francisci. 1222.16
 qua ratione illius insidias eludat. ibid.
Scotum vincit S. Franciscus racens in prunis illæsus
 1219.64.
in Scotiam ut penetrat Minores. 1224.45. & 46
C. Scripturæ studium non improbar S. Franciscus. 1220.26
Scripturam sacram memoriter tenebat S. Antonius
 Patauinus. 1227.15
Scripturarum diuinarum plenariam intelligentiam
 habuit fr. Bernardus à Quinca valle. 1241.5
 fuit summè humilis. ibid. 6
- Scripta & nomina diuina honoranda.** 1216.11
Scrupulos cuiusdam quomodo curavit S. Franciscus.
 1215.9
Scrupulus B. Angeris Bohemicæ. 1243.33
Sedes Romana quædum vacarit sub Frederico II.
 Imperatore. 1241.35. cur.
 ibid.
Sedis Romana primatus & auctoritas afferitur. 1232.
 38. ad hanc Sedem quæstio omnis referenda est.
 1232.38. & 1241.15
Sedes excelsa Francisci in celo. 1232.40
 à Sede iterum deturbatur Helias. 1239.7
Sedes Aoli. 1243.7
 à Segete volucres abigit miraculose S. Antonius Pa-
 tauinus. 1232.12
Seminarium adolescentium in conuentu Parisiensi
 Minorum. 1234.28. corundem scholæ. ibid.
Senensis conuentus quando exædificatus & ampli-
 ficatus. 1216.7
Seniorum negligentia castiganda. 1243.7
Senis ædificat Franciscus oratorium. 1213.21. egenis
 quidquid habet, subministrat. ibid.
Sententia S. Francisci humiles & egregie. 1212.7. &c
 40
 alia sententia aurea D. Francisci. 1210.57. & 1220.15
Sepeliri libet Franciscus vnus à suis viuum propter
 inobedientiam. 1228.5
quo anno Septem martyres passi. 1221.36. martyrum
 nomina. ibid. 37
Septentrionis regna turbulentia. §.1.12.appa. et
Septuaginta quid & ubi situm. 1216.18
Sepulchra magnatum in templo conuentus Mino-
 rum Parisiis. 1234.23
ad Sepulchrum S. Antonij Patauini omnes nudus pe-
 didus accedunt. 1231.39
Sepulchra martyrum Minorum Marochij passorum
 veneratio. 1220.50
Sepulchra herorum in Ecclesiæ Assumptib:bus. 1235.20
locus Sepulchri B. Petri tertij ordinis à papilionibus
 manifestatur. 1242.20
Sepulchrum S. Antonij Patauini visitantibus indi-
 gentie conceduntur. 1232.24
Sepulchri S. Francisci epitaphium. 1. 0.6
Sepultura Clariæ in clausulis fieri debet. 1219.46
Sepultura S. Antonij quando facta. 1231.38
Sepultura Elizabethæ Hungaricæ quæm honosifca,
 1231.45. fit quarto ab ipsius obitu die. ibid.
Sepuluedit conuentus. 1231.49
Seraphinus de S. Tiberio ordinis Minorum inquisiti-
 tor hæreticorum in ciuitate & diaœcti Tolosan.
 instituitur. 1238.6. scribit ad eum Gregor. X. Pon-
 tifex Max. ibid.
Seraphim S. Francisco apparer. 1224.37
 à Serpente territa B. Humiliata. 1246.19. dæmonis
 artes esse deprehendit. ibid.
Sigfridus Archiepiscopus Moguntinus. §.1.10.appa.
Signum Thau quanta apud S. Franciscum in veneratione.
 1212.38.
de Silentio & modo loquendi ad locutiorum & ad
 erat, quem moniales Damianiæ obseruare te-
 nentur. 1224.1
Silencium perpetuum Clarissimini inunctum. 1219.46
 item & ieiunium. ibid.
Similitudo quædam illustris. 1245.15
fr. Simon de Aluernia. 1246.7. epistole Pontificis
 Max. ad eundem. ibid.
b. Simon Anglicus. 1249.9
fr. Simon Alillas profundæ immersus orationi cor-
 nucias sibi infestas abigit. 1210.43
Simon Bonneri quomodo Syluaneensem cathe-
 dram poruerit occupare. 1243.18
fr. Simon de Collazzano genere nobilis S. Francisci
 habicium
 i 2

Index Rerum.

- habitum suscipit. 1210.44
 in ordine varia & laudabiliter obiit munera. ibid.
 b. Simon de Collozzano moritur. 1240.6
 esus miracula. ibid.8
 frater Simon de Assisio initiatus tanta claruit sanctitate ut frequentes pateretur exales. 1210.41
 Sanseverinarem iuuenem eloquio & exemplo bono ad meliorem frugem deduxit. ibid.42
 conuersum in sancto proposito confirmat. ibid.42
 Siroli conuentus. 1215.24
 Siti multorum Franciscus fonte in uberrimum subministrat. 1218.68
 ad Soldani praesentiam pergit S. Franciscus. 1219.18
 Soldani erga Christianos quanta mansuetudo. ibid.60
 Soldani munera spernit S. Franciscus. ibid.59
 Soldani ad fidem Catholicam conuersio. ibid.61
 Soldanus Rex Egypti Christianis crucem Domini vltro reddidit. ibid.60
 Soldanum denuò inuisit Franciseus, cum eo scripsit agens de eius conuersione. 1220.1. & 3
 Soldani Babyloniz litteræ ad Innocentium IV. 1246.
 s. reicitur maligna interpretatio. ibid.
 Soldanus mortuus Iconij. 1219.62
 Solemnitas translationis S. Francisci. 1230.3
 Consules Assisi cam conturbant. ibid. item confunditur. ibid. hoc agetrime fert Pontifex. ibid.
 commillarij & vicarij Pontificij in ea Minores. ibid.
 Solitudinis & silentij quantus amor in D. Humilitana. 1246.20
 in Solitudinem recedit S. Antonius Parauinus. 1231.
 31. Paulum reuertitur. ibid.32
 deinde iuxta monasterium sanctimonialium Padua. ibid. Exploris Christianæ pietatis officiis moritur. ibid. apparet Abbat Vercelleus. ibid.
 Soria ciuitas quæ sit. 1214.27
 Soror celebratur capitulum generale. 1233.1
 scribit ad Capitulares Pontifex. ibid.2
 Sortilegia an licita. 1209.6
 Sparsæ Aquitanæ oppidi quando domicilium pro Minoribus extrahunt. 1240.22
 Speculi S. Francisci author quis. 1226.44
 Spherulis precatoriis S. Clara vii solita. 1212.17
 de Spiritus sancti processione Christianorum Orientalem fides & confessio. 1247.11
 Mariam matrem Dei confidentur. ibid.
 Spiritus sanctus est filii spiritus sicuti certe & patris. 1234.24
 Studensis Abbas fit Minorita. 1240.1
 Stepenis conuentus. 1219.19
 Statuta & constitutio corporis B. Bonaventurae. 1243.3
 in Stole fulgidæ specie anima S. Francisci vicitur in caelum. 1226.58
 Steinaria gentilium B. Francisci. 9.2.1. apparat
 patra. ibid.
 bb. Stephanus de Narbona & Raymundus Carboneij martyres. 1241.3
 potesta & visiones quæ patientibus martyribus contiguntur. ibid.
 miracula eorumdem intercessione facta. ibid.
 fr. Stephanus olim S. Francisci socius nullus à Minoribus in Syriam ad B. Franciscum, ut cum in Italiæ recurret. 1220.3
 Stephanus Episcopus Prænestinus datus Clarissim prætor à summo Pontifice. 1217.6
 Stephano cuiusdam propter inobedientiam supplicium iniungit S. Franciscus. 1219.44
 fr. Stephanus de Barquel floruit in conuento Saigensi. 1226.62
 Stephanus de Berla interfecitus ab hereticis. 1227.18
 Stigmata S. Francisci miraculis confirmantur. 1224.21
 Stigmata S. Franciso quo die insculpta. ibid.15
 Christus ipse vulnerum insculptor. ibid.16
 Stigmata S. Francisci ardentiùs commendantur à Gregor. IX. 1237.1. quidam contradicunt Stigmatis S. Francisci. 1237.1
 an Stigmata soli Franciso inflata. 1224.25
 Stigmatum sacrorum S. Francisci veritas & virtus ad miranda. 1228.12.13.34. & 15
 Minoritz de iis dubitanti fidem fecit Franciseus eidem noctu apparenus dormienti. ibid.13
 miraculosè apparent Stigmata in eius imagine. ibid.14
 ad Stigmatum S. Francisci facillum in monte Alvernæ quotidie fir publica supplicatio. 1213.18
 Stigmata S. Francisci à quibus visa 1224.25
 vulnus laterale. ibid.
 Stigmata S. Francisci erant patentes aperte. ibid.17
 prodigiosa hæc Stigmata. ibid.18
 quidam Stigmatis S. Francisci contradicens mirabiliter & citetur. 1217.1
 straatu vulnerum sanatur moribundus. ibid.6
 Stigmatum S. Francisci testimonium. 1226.45
 Sacrorum Stigmatum festum institutum. 1224.10
 officium composuit Gerardus Odonis ordinis Minorum generalis magister. ibid.10
 Strages Cumani & Banigarum. 1245.7
 Scedium & conatus Helicæ post mortem Haymonie 1244.3
 Studium contemplationis B. Bonaventurae. 1245.8
 de Submersis ad vitam S. Antonij Parauini meritis reuocatis. 1240.10
 Submersum quandam Bucardum nomine Elizabetha Lantigavia ad vitam reuocavit. 1235.6
 item & alium quandam Fredericum. ibid.
 Submersum puerum vitæ restituit S. Antonius Parauinus. 1240.10
 Submersus reuocatus ad vitam pio S. Francisci intervenit. 1219.14
 in Suctiam quando Minores ingressi. 1231.15
 Supplicatio nudorum quotannis ad martyrium Murchij passorum sepulchra. 1220.40
 Supplicationis quotannis fieri solitez ad imaginem D. Virginis Mosis Traiectensis series. 1240.15
 de ea scriptus Sedulus. ibid.
 Supplicium resistentibus Helicæ iniunctum. 1230.9
 corum iter ad Papam. ibid.
 Supplicium rarum de proprietate sumptum. 1213.12
 Surdi audiunt die canonizationis S. Antonij Parauini. 1232.5. item & muti sanantur. 1240.12
 Sudor B. Raynaldi de Reate miraculosus. 1241.14
 Susagnum deuorans à S. Franciso maledicuntur. 1211.19
 Sybilla Erythræa SS. Dominicum & Franciscum prenuntiar. §.1.1.4ppa.
 Sylvianensis conuentus initium. 1243.18
 Sylvianensem cathedralm quomodo tenere potuerit Simon Boneti. ibid.
 fr. Sylvester & S. Claram consulit S. Franciscus circa aliquod dubium. 1212.30
 quodnam sit illud dubium. ibid.
 Synodus Minorum conuocatur ad Montempeñulatum. 1240.1
 Synodus Generalis Romæ indicitur. 1239.7
 in Synodo Fratricanorum tria statuta, & quæ. 1219.30
 Synodus Francicorum. 1219.14.15.16 & 17
 Dei in hac synodo prouidentia. ibid.
 initiati in hac synodo quingenti. ibid.
 Synodus generalis in translatione corporis S. Francisci indicatur. 1230.1
 Synopsis regulæ Francisci. 1218.16
 in Syriam nauigans S. Franciscus cælicus detinetur.

Index Rerum.

viaticum eius in naui non consumitur. 1212.36
in Syriam ducendos secum socios è fratribus forte
seligit S. Franciscus. 1219.35

T.

- T**Apij chronologia ab authore reiecta. §.2.7. apol.
Tarracensis conuentus. 1248.23
de Tartaris adeundis Franciscus Romæ cum Pontifice deliberat. 1212.33
Tartarorum Cuinz Imperator sublimatus. 1245.7
Tartarorum excursiones.
ad eos mittuntur Franciscani. ibid.
illorum prima custodia. ibid.
eis ratio itineris manifestatur. ibid.
illorum curia & consuetudo. ibid.
item mores & ingluviis. ibid.
ab iis bene excepti Minores. ibid.
Taruñij conuentus erigitur. 1244.16
illius verbis descriptio. ibid.
Tauronina conuentus. 1224.43
Tempestas in mari sedata ad S. Francisci invocacionem. 1218.38
Tempestas cessat circa montem Aluernæ. 1224.22
cur. ibid.
Templum in colle Inferni iusli Pontificis extruitur in honorem B. Francisci. 1228.79
Gregorius I X. primum iecit lapidem. ibid.
Templi conuentus Parisiensis Minorum magnitudo & splendor. 1234.19
qua ratione, & quo dolo incensum. ibid.20
restauratur. ibid.22
Tempus otiosè non prodigit S. Franciscus. 1224.21
erudicem virum ut mansuetum. ibid.
Tentatio permittitur ad virtutis exercitium. 1212.
45
Tentatur à dæmone Franciscus, & qualiter. ibid.3
qua arte eludat. ibid.
Tentatur in pecuniis socius S. Francisci. 1222.15
Tentationes insufflando iuueni S. Antonius Pataenus fugat. 1231.5
in Tentationibus continuis fuit Beatus Bernardus à Quinta valle. 1241.6
sub mortem confessus est se in duobus tantum Minoris officium expleuisse. 1241.7
Tentationes & illecebras carnis ab impudico scorro propositas eludit S. Franciscus iacens in prunis illatis. 1219.64
Tentationem S. Franciscus eludit, quomodo. 1223.1
sed animose vincit. ibid.
Tentationes carnis quomodo vincebat frater luniperus. 1232.27
quodcumque ferendum siebat pro regno cœlesti. ibid.
fr. Tentalbene vir sanctissimus, socius fratris Iuniperi, ibid.24. impensè illum dilexit B. luniperus. ibid.25
Terra Kythaorum. 1245.7
in Terram sanctam expeditio instrui & preparari iubetur à Gregorio IX. 1222.5
in Terra sancta subsidium collectis pecuniis in auxilium imperij Constantinopolitanum per fr. Robertum de Coiliuill, mandat Pontifex. 1241.20
Terra Cumanorum. 1245.7
Tertiarij quid profiteantur. 1221.16. quales illorum vestes. ibid.
Tertiarij habitus quis primus à S. Franciso donatus. 1221.14.
Tertiariorum S. Francisci institutio. ibid.13
Tertiariorum regula. ibid.17
in Tertiariorum ordinem admittendi, serio examinandi. ibid.16, ad Ordinem Tertiariorum adiuncti, quomodo ibid.17. alia in receptione seruanda. ibid.16
Tertiarius quando à carne abstinentum. ibid.17. quando ieiunandum. ibid. quoties debent confiteri per annum & sumere corpus Christi. ibid.
an Testamentum condere concessum Tertiarius S. Francisci. ibid.17
an Testamentum S. Francisci fratres Minores obseruare teneantur. 1230.14. quædam in eo testamento dubia. ibid.
Testimonium Halensis de B. Bonaventura. 1243.6
Thau signatum Franciscum videt fr. Pacificus. 1212.38
Theonus conuentus fr. Minorum qualis. 1226.63
fr. Theobaldus Assisiensis in Minorum Ordine initiatus sanctitate & multis fulget miraculis. 1210.40
b. Theodoricus Saxo. 1249.9
Theodoricus ab Apoldia pia & sacra apostrophe de die Virginis excellenti pietate in humanum genus. 1216.15
Theodoricus ab Apoldia candidus & fidelis scriptor. 1219.8
bb. Theodoricus & Rogerus de Saxonia. 1249.9
Theologiam doctrini mittuntur ad Germanicas provincias fratres Minores Angli. 1231.48
Theutonum descriptio, habitus & mores. 1221.4. ad illos mittuntur Franciscani. ibid. à quibus male afficiuntur. 1216.10
Thomas Celani de æde Portiunculæ testimonium. 1226.32
Thomas quidam in castro Populis submergendos liberatur per S. Franciscum. 1228.26
fr. Thomas duas complevit legendas. 1244.10
in Thuringiam & Sicilia Langravij ossa quibus de causis aduecta. 1219.81
Thuriogiz custos à fratribus magno honore recipitur. 1230.16
Thuringiam qui primi è Minoribus missi. 1224.45
Item Lindauiam. ibid.
per Thuringiam amplificatur ordo Minorum. 1225.
21
Tibure quando recepti fratres Minores. 1241.29. Ecclesiam S. Marie Majoris Gregorius I X. concessit fratribus Tiburtiniis, ibid. indulta Apostolica fratres non teneri ad executiones causatum. ibid.30
Timor Domini cum ceteris virtutibus necessarius. 1220.34
Toleti quando Minores conuentum acquisuerint. 1217.16
Tolosæ multi Minores martyrium passi. 1241.3
Tolosæ Franciscanis domicilium à quibus extreatum. 1222.38
Tonderit S. Clara à S. Francisco antequam mundo libellum repudij daret. 1211.21
de Toroltano puero quæ narrantur vide Puer.
Trabe oppressus sanitati restituitur per merita S. Francisci. 1228.32. dicè vulneratus curatur. ibid.
13
Traiecti verbis ad Mosam fluvium fundatum monasterium Minorum. 1240.13
Translatio corporis S. Francisci. 1230.1. cuius solemnitas. ibid.3. à consulibus Assisiis turbatur. ibid. hoc ægerium fert Pontifex. ibid. dona mitit. ibid.2. iis qui adfuerunt dantur indulgentia. ibid. ibi commissarij & vicarij Pontificij Minores. ibid.3
Translatio B. Iacobi Taruñini. 1239.14
Transgressio voti & vocationis punitur. 1248.14.16
Trecensis conuentus quomodo creatus. 1248.19. cuius fundatores. ibid. ei varia Reges Gallie concedunt. ibid. primum eius Ecclesiæ lapideum consecravit Alexander IV. eius reliquias. ibid. SS. illius tutelares qui sunt. ibid.
i 3
Tribu

Index Rerum.

- Tribulationibus reducuntur peccatores.** *S.4.1.appa.*
- Trinitatis augustissimum mysterium probatum ex figuris S. Scripturarum.** *1233.4*
- Tristernus Augninus Gregorij IX. Pontif. Max. pater.** *1227.1*
- Troilus quidam, timore, sibi Minorita.** *1248.13*
- S. Trudonis conuentus.** *1120.67*
- refutantur assertentes S. Franciscum ibi aliquando contrafesse Evangelium.** *ibid.*
- in duabus Tubis Moysis SS. Dominicus & Franciscus quomodo collati.** *S.1.13.appa.*
- Tudella Vaconum ciuitas ubi sita.** *1214.19*
- ibi conuentus Minoribus concessus.** *ibid.*
- Tuneti Regi commendantur frates Minores.** *1146.12*
- Tunica Francisci quæ, & qualis.** *1208.4*
- item & caputum.* *ibid.5*
- ad Tupici sive Tuneti Regem secreti nuncij à Minoribus missi.** *1145.32*
- Turolenses Martyres.** *1239.16*
- Turolii Arragonie oppidi qua ratione Minores domicilium obtinuerunt.** *1210.68*
- Turtutes à morte præseruat S. Franciscus.** *1116.20*
- in Tuscia aliis conuentus Franciso attributus.** *1212.41*
- commendatur hoc cœnobium.** *ibid.*
- Tusciaz cremita quando suscepertunt regulam S. Augustini.** *S.5.3.apol.*
- Tuscia regio prædicationibus illustranda non sine mysterio obtigit in sortem Franciso.** *1111.3*
- SS. Tuteles Ecclesiæ Trecensis Franciscanorum.** *1248.19*
- Tyfum ascello vehitur S. Franciscus.** *1215.11*
- Tytannum quemdam Ezelinum nomine à sceleribus retrahit mirabiliter Antonius Patauinus.** *1231.28*
- de loco Tyrocinij S. Francisci in monachatu prætenso S. Francisci varia sententiae.** *S.5.10.apol.*
- de Tyronibus duobus vacillantibus in religione S. Francisci & Crucifixi monitis confirmatis.** *1231.30. & 31*
- Tyrunculus S. Francisci explorat actiones, & stupet.** *1215.30*
- V.
- Valedictio S. Francisci quæ & qualis esse solebat.** *1211.14*
- Valencenensis conuentus.** *1111.50. & 1233*
- de illius fundatione varia concilia.** *ibid.*
- Valentiorum martyrum pallio.** *1131.47*
- Valentia regnum expugnat Iacobus Rex Aragonie.** *1138.1*
- Valentia regno Aragonius Rex ut poritus.** *1138.5*
- Valentia conuentus pro Minoribus reditacatur.** *1219.16*
- an hic passim martyres Turolenses.* *ibid.*
- Vallis Reatina.** *1209.24*
- Franciscus ibi plorat peccata preterita.** *ibid.15*
- condonantur ei.** *ibid.*
- in Valle Reatinam abiit Franciscus, ibique mira operatur, & quatuor extine habitaacula.** *1117.11. & 12*
- Varietas Ecclesia pulchra & concinna.** *9.4.21.apol.*
- de Vaticinio Lulitanico S. Francisci qui se intendit.** *1214.13*
- an constare posse illud vaticinum.* *ibid.14*
- Vates aliquando ex semetipsis prophetant.** *1217.14*
- Vaticinium S. Antonii Patauini de notario quodam improbo martyrium palliuro verum evadit.** *ibid.17*
- Vberinus Segulius Minorita paralyticus & amens meritis B. Francisci sanatur.** *1228.73*
- sanitati restitutus à B. Patre chorda secinde.** *s.ibid.*
- Venenum haustum nihil nocet ad S. Francisci inunctionem.** *1218.36*
- Venerata abque periculo comedii S. Antonius Pata-**
- Veneno extensus Dux Geroflaus.** *1145.10*
- Venetis quid operatus S. Franciscus.** *1120.5*
- & qua via ibi domicilium acquisierit.** *ibid.*
- sub cuius principatu.** *ibid.*
- Venetiarum conuentus fundamenta quinam iecerint.** *1225.24*
- quando conlectarū.** *ibid.*
- Qui in eo floruerint, viri gratissimi enumerantur.** *ibid.*
- Venetum S. Clara monasteriū à quo erectum.** *1234.8*
- de Verbo incarnando varia propheticæ.** *1233.4*
- Verbis sanctorum virorum quæ insit virtus.** *1119.4*
- Verborum S. Francisci quanta efficacia.** *1211.4*
- Vercellensis Abbas vide Abbas Vercellensis.**
- Verecundari coram mundanis deditis Franciscus.** *S.5.11.appar.ii.*
- Vernonis conuentus.** *1248.21*
- eius fundatores.** *ibid.*
- Verisculi: Gloria Patri, commendatio.** *1111.10*
- à Vesicæ dolore inuenem quemdam libertus fr. Bernardus de Mala.** *1141.17*
- Vestis S. Francisci mystica significatio.** *1108.9*
- Vestes suas misericordia pauperibus S. Franciscus.** *1215.4*
- & 11**
- de Veste & calceamento Clarissarum.** *1119.16*
- Vestis S. Francisci quo in pretio habetur apud Comites montis Acuti.** *1224.16*
- qua ratione percutitur in manus serenissimorum Etruria Ducum.** *ibid.*
- Vestis S. Francisci plena descriptio.** *1108.7*
- Vestis pretiosissima donata à Deo Elizabethæ Landgravie ad adventum legarorum patris.** *1116.15*
- de Vestitu & receptione fratrum Minorum.** *1210.2*
- Via salutis quæ.** *1110.50*
- Vix Domini quædam mirabiles.** *1111.17*
- Viam Domini ab omnibus cupit ediscere S. Franciscus.** *1111.19*
- Viatum S. Francisci in Syriam nauigantis in navi non consumitur.** *ibid.36*
- Vicarium Christus habet in terris.** *1245.3*
- Vicarij & commissarij Pontificis in translatione S. Francisci, Minoris.** *1130.3*
- Vicarius Christi Petrus.** *1245.15*
- in Vico Pisano construitur S. Franciso cœnobium.** *1111.15*
- Vicoria cœnobium datum fr. Minoribus.** *1114.1*
- Villegas & Illescas quales historicæ.** *S.5.18.apol.*
- Sabellicum securi in multis.** *ibid.*
- Vinarau defunctam exsuscitat S. Franciscus.** *1114.11*
- dubium an viderit Reginam Veracam.** *ibid.*
- Vincentius collector fuit non inuentor.** *1145.11*
- Vincentij Ferrerij testimonium de quadam visione S. Francisci, & quæ sit illa visio.** *1216.16*
- à Vinculis quemdam liberat B. Luchesius.** *1141.17*
- Vinitor quidam in principatu Cataloniæ spoliæ munitello socium S. Francisci ob lequum viarum racemulum.** *1214.31*
- restitutori & benefactori impensè gratiam reperdit S. Franciscus.** *ibid.*
- Vinum effusum in vas ab Antonio reponitur.** *1131.12*
- Vinum in aquam mutauit B. Guido de Corona.** *1150.3*
- Virginitatis illæsæ suille S. Franciscum conficitur.** *2.4.10.appa.*
- rationibus idem stabilitur.** *ibid.13*
- Virgis ut le cœdit B. Elizabetha Landgravia.** *1111.47*
- Viri illustres sepulti in conuento fr. Minorum Pisciatum.** *1140.24*
- B. Viridianæ.** *1241.11*
- cuius charitas in pauperes.** *ibid.*
- recipitur ad statu tertij ordinis à B. Francisco.** *ibid.*
- clarer miraculis.** *ibid.*
- precibus suppleri impetrat quod h. ro abstulerit.** *ibid.*
- ad eius mortem inusitatus sonans campanæ.** *ibid.*
- Virtus tentatione probatur.** *1211.43*
- ad Virtutes S. Francisci sedandas, Minoris horrator**

Index Rerum.

- Vito admiranda. 1220.20
 Vito mirabilis S. Dominici. 1216.14
 Vito terribilis de inhospitalitate. 1220.19
 Vito nocturna fratri Sylvestri undecimi in sodalicio
 S. Francisci. 1209.39. quid figurari. ibid.
 Visiones & portenta quæ patientibus martyribus
 Franciscanis contigerunt. 1242.3
 Vito de assumptione B. Marie Virginis. 1217.13. cui
 oblata. ibid.
 Vito mysteriosa S. Francisci, & eiusdem praesagium
 1210.6
 Vito mirabilis Innocentio III. Pontifici de instituto
 Franciscanorum facta. 1210.8. & 13. explicatur.
 ibid.14
 Vito mysteriosa immissa S. Franciso. §.4.4.appe.
 mira Vito fr. Leonis socij S. Francisci de Virginis Ma-
 rie patrocinio. 1232.18. & 1236.10
 Vito mirabilis à Mariano relat. 1219.68
 ob Visionem Benedictinus quidam fit Minorita. 1236.
 15
 Visione conuertitur fr. Pacificus. 1212.37. quis fuerit.
 ibid.
 Visiones & revelationes B. Helenæ Paduanæ. 1242.5.
 & 6
 de quadam Visione S. Francisci. 1216.16
 Visione cœlitus missa B. Rolandinus de Florentia ad
 persecuerantiam contemplationis inuitatus. 1241.11
 Visiones cœlestes multæ oblate Elizabethæ Lan-
 graviae. 1229.13
 Visione monetur S. Franciscus breviorem scribere
 regulam. 1223.9
 de Visitacione & correctione delinquentium inter
 Pœnitentes S. Francisci. 1221.17
 Visitator monialium fr. Philippus Longus. 1219.47
 de Visitatore Clarissarum. 1219.46. de illorum ostio
 custodiendo. ibid.
 Visitatores per ordinem mittit Helias. 1236.2
 de Visitacione monialium ab Abbatissâ. 1224.1
 Vito ablatus cuidam ob negligiam vocationem.
 1241.1. restituitur per pœnitentiam. ibid.
 de Vito, & frequentia mulierum vitanda. 1210.2
 Vito cœcus à nativitate per Elizabetham accipit.
 1235.7
 Vitæ Christi mysteria exponuntur. 1245.3
 Vitam duobus infantulis restituit S. Antonius Para-
 uinus. 1231.15
 fr. Vitalis ad tropheum martyrum Marochij mirabi-
 liter exultat. 1220.38
 Vitam S. Antonij Parauini quinam scripterint. 1232.
 16
 Vitam S. Francisci qui scripserint. 1230.7
 Vitam quibus defunctis restituerit S. Antonius Pa-
 rauinus. 1240.18
 Vita B. Iohannis Boni à Constantio Laudensi descri-
 pta. §.2.2.appe.
 Viterbij conuentus fratibus Minoribus conceditur
 & à quo. 1236.17
 Viterbij mulier quædam inuocato B. Francifco par-
 tum salubriter terminauit; verum voti immemor
 punitur. 1228.50
 Vitia cauenda fratibus Minoribus, & qui delique-
 rint, ut admonendi & corrigendi. 1223.12
 Vitia ex orientibus ordinibus Prædicatorum &
 Minorum quam frequencia inter Christianos. §.1.13.
 appe.
 Vitis ticea Antonij Parauini ope reuirescit.
 Vitriaci familiares ut euaserint frat. Minoris. 1219.
 63
 Vitrum in petram collisum Antonij Parauini ope non
 frangitur. 1232.7
- Vituperia & opprobria de se libenter audiebat Fran-
 ciscus. 1230.57
 fr. Vito in sodalitum S. Francisci quando admisus,
 1231.16
 fr. Vito de Cortona scriptor vite B. Humiliorum. 1246.
 24
 Vlippionenses in canonizatione S. Antonij Parauini
 magno afficiuntur gaudio. 1232.15
 Vlmense monialium monasterium. 1237.15
 Vltio in transgressorum paupertatis. 1243.14
 Vltio Dei manifesta in blasphematu. 1242.8
 Vmbria antiquissima & bellicissima olim Italia re-
 gio. §.2.6.appe.
 S. Francisci patria. ibid.
 Vndis immersam facuè mulierem à periculo vindica-
 uit Antonius Parauinus. 1232.10
 Vnio Græcorum interrupta, & quomodo. 1240.2
 de Vnione hypostatica quid sentiant Christiani Ori-
 tales. 1247.11
 hic fuit error Nouati & Armenorum. ibid.11
 ad Vnione cum Ecclesia exhortatio. 1245.15
 Vnio magna Augustinianorum sub Cardinali Richar-
 do. §.4.21.appe.
 de Vnione cum Ruthenis agitur. 1245.6
 Vnitatis Ecclesiæ figuræ multiplices. 1233.9
 Vocatio Dei quæ potens. 1210.5
 Vocatio fr. Gontierij. 1248.8
 Vocationis diuinæ varij modi. 1222.17
 Vocationis contemptæ manifesta Dei vltio & vin-
 dicta. 1242.1
 Vocationis contemptor severè castigatur. 1248.14
 Vocatio fr. Antonij Gonfalu. 1248.9
 Voluntatem Dei S. Franciscus inuestigat libri Eu-
 angeliorum spettione. 1224.9
 Voluntatem ciunam ut exploreat Franciscus. §.4.8.
 appe.
 Volepvis incentiuum Franciscus mergendo se in
 ninem restinguere solitus. 1230.52
 Vota itas in auricula Franciso displicerit. 1217.20
 tria Vota Minorum per tres pauperculas mulieres S.
 Francisco occurrentes, ac eundem salutantes si-
 gnificata. 1216.18. & 19
 Voti obliuio à S. Antonio punica. 1232.13
 in Vota sacrilega Prædicatores & Minores prædicant.
 1219.40
 Voti transgressio vindicatur. 1248.16
 Votum deuoti iuuenis à morte completum. ibid.18
 Vox S. Antonij Parauini à longè percipiunt. 1231.19
 Vpfalenensis Archiepiscopus fr. Laurentius. 1244.15
 strenuè munere fungitur.
 monet Birgerum ab armis discedere. ibid.
 Vratislauienlis conuentus fundatio. 1236.16
 Vrbanus VIII. indulgentiam Portiunculæ anno
 Iubilati suspensum esse noluit. 1223.4. & 5
 an Vracam Reginam viderit Franciscus. 1214.12
 Vracæ Reginæ mors. 1220.46
 soror Vrulæ Formicina commendatur. 1233.19
 Vsura Iudæorum. §.1.13.appe.
 Waldensium heresis sub ortum Ordinis Minorum,
 & Prædicatorum seviens. §.1.1.appe.
 Waterfordiz conuentus à quo fundatus. 1240.24
 ciuitatis Waterfordiz varie nomenclaturæ. 1240.
 24
 Authoris patria & natale solum. ibid.
 Willelmus Minorita Gregorij IX. Pœnitentiarius.
 1238.16
 Willelmus Minorita laudatur. 1236.21
 privilegia Pontificia ipsius ope sanctimoniali-
 bus Damianitis Cremonensisibus concessa. 1236.
 21

Index Rerum.

- | | | | |
|--|----------------|------------------------------|--------------------|
| Willelmus Arnaldi Ordinis Predicorum inquisitor hereticorum in ciuitate & diocesi Tolosan. institutus. | | Minoribus per Regem Iacobum. | 1239.16 |
| scribit ad eum Gregorius IX. Pontifex Max. ibid. | 1238.6 | | |
| Vulnera quando S. Franciscus inflicta fuerint, varie opinione. | 1224.15 | | |
| quæ, & qualia forent. | ibid. 17 | | |
| Vulnus lateris S. Francisci à quibus visum. | ibid. 23 | | |
| Vulnerum S. Francisci exortu quidam mortuus sanatur. | 1237.6 | | |
| Similiter coastradicens stigmatibus mirabiliter fluctuat. | ibid. 5 | | |
| Vulnus laterale & clavi S. Francisci. 1226.41. & 1224.38. eorum forma. | ibid. | | |
| caro eius candida, & membra tractabilia; post mortem confluunt multi ad sacra vulnera coniuncta. | | | |
| ibid. | | | |
| de Vulnera laterali S. Francisci certior redditur Pontifex. | 1228.3 | | |
| | | | |
| X. | | | |
| in X Enodochij S. Basilij angulo in Urbe fratribus Minoribus conuentus conceditur. | 1219.19 | | |
| d. Ximenus de Urrea adfuit donationi factæ Valentini. | | | |
| | | | |
| | | Y. | |
| Y Milla nobilis Andreæ de Pontibus soror, prima monasterij Mariscani S. Sylvestri Abbarissa. | 1218.21 | | |
| Yochelensis conuentus. | | | 1230.10 |
| | | Z. | |
| B. Z Acharie Romani conuersio. | | | 1211.33 |
| b. fr. Zacharias Romanus. | | | 1249.7 |
| B. Zacharie in Lusitaniam missi gesta. | | | 1222.40 |
| Zaenus Rex Maurus Valentia ad ditionem compulsius. | 1238.5. à quo. | | ibid. |
| factus Christianus. | | | ibid. |
| Minores diligit. | | | ibid. |
| Zamorense monialium monasterium quomodo creatum. | | | 1219.32 |
| Zelus in moniales fr. Philippi à S. Franciso non probatus, & quare. | | | 1219.47 |
| Zonæ Augustinianorum & Franciscanorum differentia. | | | 1247. & 1248 apol. |
| Zonæ acceptio multiplez. | | | 1247 apol. |

F / N / S.

ANNO CHRISTI 1216. & 1224.

HONORII III. & IV. ANNO 9.



RE GESTVM PONTIFICIVM.

Mnium Bullarum, seu Litterarum Apostolicarum, qua res Minorum quoquo modo concernunt, & quarum in Annalibus mentionem facimus: omnes quas reperire posuimus, per suos annos distribuimus, aliquas integras Annalibus inseruimus, ceteras hic transscribi curauimus. Ecclesia multæ, prouincia plurime, regiones non paucæ habebunt hic, unde nobis gratias reddant, saltem debeat ob res suas in apertum productas. Vnde & à quibus singulas litteras acceptimus, ad unamquamque simul cum summario præmittimus. Est quod moneamus in plurimis bullis non exscribi integre clausulas communes & ordinarias, qua facile resumti possunt ex bullariis impressis. Nos eo modo transcripsimus, quo habentur in regesto Vaticano.

HONORIVS TERTIVS.

Eleitus est die 18. Iulij, anno 1216.

HONORIVS QVARTVS.

Anno Christi 1224. Pontif. anno 9.

BULLA I.

Dat licentiam fratribus celebrandi in altari viatico, in suis oratoriis & locis. habetur in speculo tract. 1. fol. 2. p. 1. & in lib. Firmamenti 2. par. tract. 1. fol. 11.

**HONORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, &c.
FRATRIBVS MINORVM ORDINIS, &c.**

QVia populares tumultus tanquam qui vestro aduersantur proposito fugientes se- cretos recessus libenter appetitis, vt in sancta quiete liberius orationi vacare possitis, nos attendentes orationum vestrarum suffragia plurimum opportuna, quoniam eo efficacior esse debet vestra intercessio apud Deum, quo perfecte viventes eius digni estis gratia potiori. Considerantes vobis negandum non esse vnde nemini derogatur dum vera exposcit religio ut quæ sunt etiam de gratia speciali vobis concedere de-
a beamus:

Regestum Pontificium.

ANNO CHRISTI 1224. & 1225.

HONORII IV. ANNO 9. & 10.

beamus. Deuotioni vestrae cum profecti paupertatem litis pariter, & amplexi non temporale commodum, sed spirituale quærentes, autoritate præsentium vestris inclinati precebus indulgemus, ut in locis & oratoriis vestris cum viatico altari possitis Missarum solemnia, & alia diuina officia celebrare, omni parochiali iure parochialibus Ecclesiis reseruatos. Nulli, &c. Datum 3. Nonas Decembris Pont. anno 9.

Anno Christi 1225. Pontif. Honorij IV. anno 10.

I I.

Iubetur Episcopus Parisiensis, ut liberet Minores à variis grauaminibus prelatorum in Gallia. Ex Reg. Vatic. num. 180.

E P I S C O P O P A R I S I E N S I.

Non deberent Ecclesiarum prælati, quibus religionem plantare conuenit & fouere, viros religiosos persequi, & eis super his maxime, quæ ad diuinum cultum pertinent obuiare. Accepimus sane conquerentibus dilectis filiis ministris ordinis fratrum Minorum Franciæ, quod quidam prælatorum regionis illius occasione priuilegiorum, quæ habere proponunt, aliqui vero suo duntaxat arbitrio prædictis fratribus inhibere præsumunt, ne vbi degunt, valeant secundum nostram indulgentiam cum altari viatico solemnia celebrare Missarum, in eos & hospites suos, in maiorem Apostolicæ Sedis iniuriam & contemptum, excommunicationis sententiam promulgantes, quanquam prefati fratres ab omni iure parochiali contineant manus suas. Quia vero debemus religiosas fouere partes, & maxime dicti ordinis fratres, qui reliquias omnibus Christum sequuntur, pro eo pauperes, & in paupertate viuere continua eligentes, ac decet nos Apostolicas indulgentias conseruare fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandantes quatenus authoritate nostra inhibeas generaliter prælatis regionis eiusdem ne de cetero sic excommunicent dictos fratres, & hospites eorum, nec aliquo modo impediant, quominus fratres ipsi dicta Indulgentia possint vti. quia non impune deinceps talia facerent, cum non possumus iniuriam pauperum Christi, & seruorum eius inquietudinem & qualiter sustinere. Datum Reate 14. Kal. Octob. Pont. an. 10.

I I I.

Mandat Archiepiscopo Rhemensi ut sinistram interpretationem dictæ decretalis à quibusdam inuentam autoritate Apostolica compescat, & fratres in exercitio privilegij concessi conseruet. Author Firmamenti 2. tract. 2. part. fol. 105.

HONORIVS EPISCOPVS, &c. VENERABILI FRATRI ARCHIEPISCOPO RHEMENSI, SALVTEM &c.

In his quæ ad cultum diuinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna potius esset interpretatio facienda. Vnde mirari compellitur, quod cum fratribus Minoribus duxerimus indulgendum, ut vbicumque fuerint, sine parochialis iuris præiudicio cum altari valeant viatico celebrare; quidam sicut nuper fuit propositum nobis stricte nimis interpretando indulgentiam nostram, nituntur assertere, quod per eam prædicti fratres præter Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum assensum facere hoc non possunt, propter quod eos celebrare iuxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. Cum autem si res taliter se habeat nihil eis conserete indulgentia memorata, sine qua id Episcopis, & aliis prælatibus annuentibus licet eisdem, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab aliis quæ iure parochiali proueniunt, se prorsus abstineant, datum eis sic licentiam celebrandi authoritate nostra non differas publicare: ita quod dicti fratres aliquam ex Indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti. Datum Reate 3. Kal. Septembris Pont. nostri anno 10.

Regestum Pontificium.

3

ANNO CHRISTI 1227. & 1228.

GREGORII IX. ANNO 1. & 2.

GREGORIVS NONVS.

Eletus est 13. Kalendas Aprilis an. 1227.

Anno Christi 1227. Gregorij IX. Pontif. anno 1.

B V L L A I.

Concedit ut nullus Fratres de Pænitentia exactiōibus, publicis officiis vel iuramentis possit gravare. Habetur in specul. Minorum in regesto nostro veteri MS. in regesto Vaticano (sed sub an. 5. Nonis Aprilis, quia iterum sub illo anno concessa est) apud B. Ioan. Capistranum in defensorio 3. ordinis, & apud Antonium de Siliis inter priuilegia eiusdem ordinis.

VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPIVS, ET EPISCOPIVS PER ITALIAM CONSTITVTIS.

Nimis patenter patientiæ diuinæ probatur abusor, qui ad Dominum conuerti volentibus obicem interierit tarditatis, eique inexcusabiliter conuincitur aduersari, qui conuersos ad Dominum Episcoporum auctoritate gestiens, eis laqueū iniicit captionis vel persecutionis, vel ipsos molestiis inquietat tanquam Pharaonis imitatus vestigia, qui corde indurato, nonnūb plagi percussus filios Israël exire permisit Ægyptū, & cegressos tandem sœua tyrannide persequi non cessauit, donec ipse cum suis in aquis validis merruit suffocari, posteris relinquens exemplum ut ex simili culpa, similis deberet formidari vindicta. Sane ad audienciam bonæ memoriæ Honori prædecessoris nostri noueritis pertuenisse, quod nonnulli de partibus nostris nouissima sua prouide memorantes, dælictis sæculi vanitatibus, pænitentiam in corde contrito, & humiliato spiritu agere in domibus propriis vel alibi statuere. Et ut retribuentes miseræ filiæ Babylontis retribu- Psal. 136. 8. tionem, quam retribuit ipsa eis, promissæ beatitudinis præmium facilius & felicius asse- quuntur, castigare corpus proprium, & in seruitutem redigere concupiscunt. Sed Pote- Cant. 5. 3. states & Rectores ciuitatum vel locorum, in quibus tales serui Domini degunt, non at- tendentes, quod nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, & sponsa lotos pedes abnuit inquinare ab eis, ut ipsos sequantur & exerceantur in armis, iuramento extorquere contendunt, & ad recipienda & exequenda publica officia cōpellere moluntur, quin etiam illos, qui ad agendam pænitentiā, secretos petiere recessus ad propria reuocantes, ipsis plura onera & exactiones imponunt, alias in honorando ipsis, quos tanquam Dei amicos, deberent modis omnibus honorare. Quia igitur interest nostra, Dei viros in religionis proposito confouere, ad exemplar prædicti prædecessoris nostri fraternitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi pænitentes, dum tamen onera in quibus ratione bonorum suorum tenentur, agnoscant, à pænotatis gravaminibus seruantes immunes ipsis eorum occasione, non permittatis in his vel aliis temere molestari, quibus possit eorum pium propositum impediri, molestatores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Dat. Later. 7. Kal. Iunij, Pontif. nostri anno 1.

Anno Domini 1228. Gregorij IX. Pontif. anno 2.

I I.

*Prohibet inferri grauamina quedam fratribus de Pænitentia. Speculum tract. 1.
fol. 2. pag. 1.*

GREGORIVS EPISCOPV S SERVVS SERVORVM DEI, &c. VNIVERSIS FRATRIBVS DE POENITENTIA PER Italiam constitutis, &c.

Deestanda humani generis hostis inuidia tanto pertinacius persecutur seruos Christi, & armans suos satellites contra ipsis ab eius seruitio dolosis illos adin-

ANNO CHRISTI 1228.

GREGORII IX. ANNO 2.

uentionibus nititur amouere , quanto perspicacius intuetur ipsos huius mundi vanitatis bus derelictis adhuc existentes in corpore in terrenis iam mente in cœlestibus habuitur, ac abnegantes secularia desideria propter Deum, iam frui non perituri sed æternis deliciis, & gaudiis se apertis : vnde secundum Euangelicā veritatem, cum immundus spiritus exiret ab homine ipsum in excundo plus solito discerpebat , & ex eum Dei populum de Ægypto, non prius Ægyptij persecuti desierunt quam omnes nutu divino uno genere mortis extinti dignum suis actionibus meruerunt interitum inuenire. ipsum omnium redemptorem cum etiam post Baptismi lauacrum in deserto cum quadraginta diebus , & totidem noctibus ieuniasceret , idem malignus spiritus aggredi non expauit. Propter quod quicumque ad Dei seruitutem accedit, iuxta sententiam veram sapientis in iustitia, & timore debet ad temptationem animum præparare. Sane fel. rec. Honocius Papa prædecessor noster attendens vos fructus pœnitentiarum facientes, ab huius seculi liis, angustiis inexquisitis affligi per hoc souendos esse ; laudabili actione religionem vestram amplexans in visceribus Iesu Christi prosecuturus est gratia speciali mandans universis Archiepiscopis & Episcopis per Italiam constitutoris , ut vos seruaret à iuramento quæ ciuitatum, & locorum rectores super eorum sequela extorquere à vobis illicite contendebant defendantes vos ne officia publica recipere, vel noua exactiorum vel alteras grauaminis subire onera contingenter vos compelli. Sed filij tenebrarum qui humana sapientes tenebras lucem, & lucem tenebras ponere didicerunt per malignæ interpretationis calumniam sic vestram indulgentiam vacuant, vt grauioribus iniuriis affligantur nunc, quam prius cum non eratis tali privilegio communiti. Nam cum dicti rectores à vobis non possint super sequela exigere iuramentum , innumeros quasi casus exigitant quibus vos iurare compellant grauiora onera vobis quam aliis suis ciuibus impontentes. Nec fructus bonorum vestrorum vos permittrunt pauperibus erogare licet debitum oneribus, quæ subire tenemini, nihil deperire contingat , alias vos plus debito, & amplius solito molestantes. Vnde nobis humiliiter supplicastis ut vobis misericordia dignaremur ne aliquod iuramentum nisi forsitan pacis & fidei calumnia vel testimoniū facere teneamini, & ne plusquam vestri ciues impositione onerum aggrauari possitis, & ut fructus bonorum vestrorum causa pietatis impendere valeatis personis, quibus expedire videritis elargiri, & vt iniuriam si patiamini propter vestrorum ciuium debita vel delista ne teneamini, cum super his culpabiles non sitis debita soluere aliorum. Nos igitur attendentes vos viam perfectionis ingressos tanto à sectatoribus huius mundi vehementius impugnari quanto magis iidem dissimiles vestris aëribus comprobantur, ac per hoc ut veritatis integritas obumbretur sinistræ interpretationis calumniam machinari vniuersitati vestræ quorum religione plene confidimus licentiam super prædictis omnibus autoritate præsentium indulgeamus , & concedimus postulatam , distictius iniungentes ut concessa vobis gratia sic vti laudabiliter studeatis ne ab aliquo vestrum convertatur forsitan in abusum, quia privilegio vobis concesso contingenter vos privati heus inueniremini abusores. Nulli ergo &c. Datum Lat. 3. Kalend. Aprilis Pontif. anno 2.

III.

Concedit licentiam habendi altaria viatica, & oratorium in locis frastrum. Ex bullâ originali archiui Aracelitani n. 92.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS FRATRIBVS MINORIBVS,
Salutem & Apostolicam benedictionem.

Nos attendentes vestrum orationum suffragia plurimum oportuna, quoniam efficacior esse debet vestra intercessio apud Deum, quo perfecte viventes eius digni estis gratia potiori. Considerantes quoque vobis negandum non esse, vnde nemini derogatur, dum vestra exposcit religio, vt quæ sunt etiam de gratia speciali vobis concedere debeamus. Deuotioni vestræ authoritate præsentium vestris inclinati precibus indulgeamus, vt in locis vestris licet vobis habere oratoria, in quibus cum viatico altari possitis missarum solemnia, & alia diuina officia celebrare, omni parochiali iure parochialibus

ANNO CHRISTI 1228. & 1229. GREGORII IX. ANNO 2. & 3.

mas, & primitias intelligimus, quæ à laicis solent clericis exhiberi, quibus defraudari non limus parochiales Ecclesiæ occasione indulgentiæ supradictæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere vel ei ausu contrario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit indignationem Omnipotens Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Assisi Non. Iunij Ponf. nostri anno secundo.

III.

Suscipit sub speciali Apostolica Sedi tutela, et libertate ampla donat Ecclesiam construendam in honorem S. Francisci Assisi. Habetur autographum in sacratio Min. Conu. Assisi ex quo exscriptis Rodulphus fol. 250.

DILECTIS FILIIS MINISTRO GENERALI ET FRATRIBVS ORDINIS MINORVM.

Recolentes qualiter sancta plantatio vestri ordinis sub B. memorie Patre Francisco incepit, & mirabiliter proficit per gratiam Iesu Christi flores sanctæ conversationis longe lateque proferens & odores, ita quod in deserto huius mundi sacræ religionis honestas ab eodem Ordine procedere videatur; dignum esse præuidimus, & conueniens, ut pro ipsius Patris reverentia Ecclesia in qua recondendum est corpus eiusdem, speciali prærogativa gaudeat libertatis, ut idem Pater, per quem tantus fructus prouenisse dignoscitur, honorificetur etiam in hoc quod eadem Ecclesia libertati donata, nulli alii quam Romano Pontifici sic subiecta. Quare sub speciali Apostolica Sedi tutela consistens affici non possit iniuriis, sed quiete, sicut libertate plenius perfundatur. Eapropter fundum pietatis obrentu nobis oblatum pro Ecclesia ac redificiis construendis, vbi recondi debet corpus Patris prædicti, in ius & proprietatem Sedi Apostolica recipimus, despeciali gratia statuentes, ut prædicta Ecclesia sit omnino libera, & nulli alii quam Apostolica Sedi subsit. Ad indicium autem huius libertatis ab Ecclesia Romana percepta, unius libertæ ceræ censum persoluat Ecclesia nobis & nostris successoribus annuatim. Nulli ergo &c. Datum Reate 11. Kal. Novemb. Pontif. nostri anno 2.

Anno Christi 1229.

Pontif. Gregorij IX. anno 3.

V.

Iubet ut admittantur fratres Tertiij Ordinis ad officia diuina, ad sacramenta, et sepulturam Ecclesiasticam tempore interdicti. Habetur in nostro regesto veteri MS. & in summario Pontificali in monumentis & speculo Ordinis.

VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPIVS, EPISCOPIVS, ET ALIIS ECCLESIARVM PRÆLATIS per Italiam constitutis.

CVM illorum, qui sua novissima metuorando non post vanitates sacerduli sed post Christum eunt pœnitentiam in humilitatis spiritu agunt, & corde contrito castigando, & in seruitutem suum corpus redigendo tota videatur intentio circa seruitum creatoris, indignum forsitan crederetur si pro aliena culpa à divinis obsequiis & sacramentis Ecclesiasticis contingeret hos excludi, cum in his & aliis quæ ad seruitum Dei pertinent fauorem inereantur Sedi Apostolica speciali. Cum igitur per Italiam tales esse nonnulli dicantur, à quibusdam fratres de Pœnitentia nuncipati, discretioni vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos eos in Ecclesiis vestris, quibus à Sede Apostolica est concessum generalis tempore interdicto non dederint, ad diuina officia, quæ suppressa voce, interdictis & excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, & clausis ianuis celebrentur, & ad alia Ecclesiastica sacramenta nec non sepulturam Ecclesiasticam admittatis. Datum Perusij 10. Kal. Septemb. Pont. nostri anno 3.

ANNO CHRISTI 1230. & 1232.

GREGORII IX. ANNO 4. & 6.

Anno Christi 1230.

Gregorij IX. Pontif. anno 4.

V I.

Iuber ne molestentur fratres Tertiū Ordinis super recipiendis officiis, &c. Habetur in Reg. Vat. ep. 32.

ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI PER ITALIAM
CONSTITUTIS.

CVm dilecti filii fratres Provincie sculum quodammodo reliquerint, vt possint Domino in contemplationis arce placere; vniuersitati vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus eos super recipiendis & exequendis publicis officiis, pdagis colligendis, vel etiam mutuis communitatibus faciendis non permittatis ab aliquibus molestari. Contradictores per cens. Eccl. appellatione postp. compescendo. Datum Later. 2. Non. Junij anno 4.

Anno Christi 1232.

Gregorij IX. Pontif. anno 6.

V I I.

Largitur Indulgencias visitantibus Ecclesias monialium S. Marie Magdalene in Allemannia in anniversariis dedicationum ipsarum. Reg. Vat. epist. 111.

VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS AD QVOS LITTERÆ
ISTÆ PERVENERINT.

Quoniam ut ait Apostolus, &c. usque ad vitam æternā. Hinc est quod vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attentius in remissionem vestrorum peccatorum iniungentes, quatenus cum Ecclesias Dei in earum dedicationibus debeant visitare fidèles, ut ideo in cuius memoria sunt constructæ memor ipsorum existat, ad Ecclesias pauperum monialium S. Mariæ Magdalenz in Allemannia in anniversariis dedicationum eorum, & in ipsis dedicationibus petituri misericordiaz Dominicæ suffragium accedatis, ut per hanc & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis, ad æternæ felicitatis gaudia peruegire possitis. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius ac ea quam nobis concessit auctoritate confisi, omnibus ad præstatas Ecclesias in dedicationibus & anniversariis dedicationum ipsarum accessuris centum dies de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Datum Anagniæ 5. Idus Octobris an. 6.

V I I I.

Mandat M. Conrado Marburchen. ut protegat hospitale S. Francisci extructum à S. Elizabetha. Reg. Vatic. epist. 125.

MAGISTRO CONRADO DE MARBURCH PRÆDICATORI
VERBI DEI IN ALEMANNIA.

Hospitale in Marburch fauore beneuolo quantum cum Deo possumus prosequentes, ac ad defensionem ipsius intendentes sollicitè, ut valeat à malefactorum oppressionibus respirare, discretioni tua de qua plenam in Domino fiduciam obtinerus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus hospitale ipsum manuteneas, protegas, & defendas, non permittens illud, & degentes in ipso, ab aliquibus indebet molestati: molestatores huiusmodi per censuras, appellatione postposita compescendo. Datum Anagniæ 2. Id. Octobris anno 6.

Regestum Pontificium.

7

ANNO CHRISTI 1232. & 1233. GREGORII IX. ANNO 6. & 7.

I X.

Precipie certum numerum personarum in monasterio S. Marie de Rosario constitui.
Reg. Vatic. epist. 102.

ABBATISSÆ AC CONVENTVI MONIALIVM INCLVSA- RVM MONASTERII S. MARIAE DE ROSARIO.

VOlentes ut monasterium vestrum certo gaudeat numero personarum, ne ibidem multitudine nimia excrescente, monasterium ipsum in sustentatione degentium in eodem in omnipartis iniuriam ad impotentiam deueniret. quod duodecim relatarum monialium, & sex seruientium vobis numerum non excedatis: de cætero, vobis auctoritate præsentium districtius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram paginam nostræ inhibitionis voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotens Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius sc̄ nouerit incursum. Datum Anagniæ Non. Octobris anno 6.

X.

Ut series testimonij & verba testimoniū de miraculis Lantgrauie redigantur in scriptis.
Reg. Vatic. epist. 124.

TEstes legiti qui super vita, conuersatione, ac miraculis quondam C Lantgrauie Turingiæ sunt recipiendi prius ab eis præstito iuramento diligenter examinentur, & interrogentur de omnibus quæ dixerint, quomodo sciunt, quo tempore, quo mense, quo die, quibus præsentibus, quo loco, ad cuius inuocationem, & quibus verbis interpositis, & de nominibus illorum circa quos miracula facta dicuntur, & si eos ante cognoscabant, & quot dies ante viderunt eos infirmos, & quanto tempore fuerunt infirmi, & de qua ciuitate sunt oriundi, & interrogentur de omnibus circumstantiis diligenter, & circa singula capita fiant, ut expedit, questiones præmissæ. Et series testimonij & verba testimoniū fideliter redigantur in scriptis.

Anno Christi 1233.

Gregorij IX. Pontif. an. 7.

X I.

Concedit facultatem Archiepiscopis & Episcopis absoluendi fratres à casibus reservatis, idque fieri mandat. In Archiuo Aracelitano sub plumbo habetur num. 95. Speculum ord. fol. 113. pag. 2.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPIS ET
Episcopis ad quos literæ istæ peruenient, salutem
& Apostolicam benedictionem.

Qvia proni sunt ab adolescentia hominis sensus ad malum, & caro semper vergit in *Geo. 8.11.* culpam quantumcumque fratres ordinis Minorum pro sua sanctæ religionis obseruantia in Ecclesia Dei splendere noscantur, ex humana tamen fragilitate contingit quod interdum quidam eorum excedunt in casibus in quibus excommunicationis sententiam & notam irregularitatis incurront. Quare nobis fuit humiliiter supplicatum, ut cum omnino non expedit talibus pro absolutionis beneficio & dispensationis gratia obtinendis discurrere, ne vel eis detur vagandi materia, vel aliis contra ipsos occasio murmurandi prouidere super hoc misericorditer dignaremur. Nos igitur de discretione veltra plenam in Domino fiduciâ obtainentes fraternalitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli veltri in propriis dioecesis fratribus ordinis supradicti constitutis ibidē absolutione, ac dispensatione indigentibus, siue antequā ad religionem huiusmodi conuolarint, siue postea excesserint in casibus supradictis cuin ab eis fueritis requisiti,

ANNO CHRISTI 1233.

GREGORII IX. ANNO 6. & 7.

authoritate nostra impendatis absolutionis beneficium, & prout secundum Deum expedire videritis, dispensetis, nisi adeo esset difficilis & enormis excessus quod merito pro iis deberent ad Sedem Apostolicam destituti. Datum Anagniz 16. Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno 6.

X I I.

Monasterio monialium Mediolanen. concedit hospitale S. Blasij Modocien. Reg. Vatic. epist. 301.

ABBATISSÆ AC MONIALIBVS MONASTERII S. MARIE
PAUPERVM INCLVSARVM MEDIOLAN.

Gal. 5.14.

Mat. 24.11.

Licer ex suscep^ta seruitutis officio vniuersorum cura nobis immineat generalis, de illarum tamen prouisione sollicite cogitare debemus, quæ sculi vanitatibus abnegatis, sibi cruciferunt mundum cum vitiis & concupiscentiis, & se mundo. Inde est quod nos de statu vestro solliciti, considerato nihilominus fore consultius quod bona Hospitalis S. Blasij Modocien. ad Rom. Eccles. nullo modo pertinentis in quo hospitalitas debita, sicut accepimus, non seruatur, in pios vsus, in sustentationem vestram videlicet conuertantur, quæ pauperes Christum sequi pauperem elegiſtis, illud ne abundante iniq[ue]itate, & refrigerante charitate multorum necessitas nimia (quod absit) retro respicere vos compellat, cum omnibus bonis & pertinentiis suis monasterio vestro concedimus intuitu pietatis, perpetuo possiderda, ita tamen quod per aliquos viros Religiosos diuina ibidem officia celebrentur. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. si quis &c. Datum 12. kal. Martij anno 6.

X I I I.

Concedit licentiam celebrandi ianuâ clausis tempore interdicti. Speculum tract. 1. fol. 114.

GREGORIVS EPISCOPVS, &c. DILECTIS FILIIS, ET
FRATRIBVS ORDINIS MINORVM, SALVTEM &c.

Deuotionis vestrae precibus inclinati ut tempore generalis interdicti non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, clausis ianuis, & submissa voce in Ecclesiis vestris diuina possitis officia celebrare, authoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum Anag. 6. Idus Martij Pont. anno 6.

X I V.

Prohibet bona à quadam moniali ingrediente ordinem concessa, & liberaliter donata monasterio Esculano ab ipso auferri. Reg. Vatic. epist. 15.

EPISCOPO ESCULAN.

PRo monasterio dilectorum in Christo filiarum sororum inclusarum monasterij de Esculo, fuit coram nobis querela proposita, quod cum olim dilecta in Christo filia Cicilia eiusdem monasterij monialis, filiaque A. ciui^s Esculan patre suo defuncto, eisdem monasterio tradidit se, ac sua quæ idem pater suus in suo sibi reliquerat testamento, G. & quidam alii ciues Esculan. quibus dictus A. quondam de bonis suis, si hæredes sui, quos sibi instituit, decederent absque hæredibus, in eodem testamento legarat, afferentes eandem monialem in ingressu monasterij mortuam esse mundo, ac per hoc hæredes aliquos non habere, bona ipsa distrahi & conferri premium eorundem prefato monasterio non permittunt. Cum igitur non decadat sine herede quæ monasterio non solum sua, sed etiam tradidit semetipsum, mandamus quatenus si est ita, monasterium ipsum non permittas à prædictis super eisdem bonis occasione huiusmodi aliquatenus molestari, molestatores ipsos per cen. Ecclesiasticas appellatione remota compescendo. Da-

ANNO CHRISTI 1233.

GREGORII IX. ANNO 7.

X V.

Concedit proficiscientibus in terras Paganorum & infidelium, ut ibidem Christianos commorantes absoluant etiam ab excommunicatione. Ex Arch. Aræcœlitano n. 114. Speculum facit mentionem in summario sub eodem anno.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS FRATRIBVS ORDINIS FRATRV**

Minorum presbyteris in terra Sarracenorum & Paganorum proficiscientibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

ANimarum salutem desiderio feruenti quærentes, autoritate vobis præsentium indulgemus, ut cum in Sarracenorum & Paganorum terra fueritis liceat vobis Christianis ibidem morantibus confessione peccatorum suorum audita pœnitentiam salutarem iniungere ac ipsis si aliquibus excommunicationis sententiis sint asticti iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium exhibere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lateran. 2. Non. Maij Pontif. nostri anno 7.

X V I.

Concedit euntis inter infideles posse excommunicatus ibidem communicare in iis, que sunt ad salutem eos ab excommunicatione absoluere dummodo Latini sint, & obediante Sedi Apostolica. Ex Arch. Aræcœlit. n. 114. Spec. fol. 3. p. 2. Rodrig. bulla 6.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:

DILECTIS FILIIS FRATRIBVS ORDINIS FRATRV

Minorum in terras Iurgianorum, Saracenorum, & Paganorum proficiscientibus, salutem & Apostolicam benedictionem.

CVm messis multa sit, operarij vero pauci Euangelicus ille paterfamilias adhuc mitit operarios in messem suam, & in hac quasi vndecima hora vincet suz nouos deputat vinitores, quorum labores pati cum primis denario recompenset. Cum igitur in terris Iurgianorum Saracenorum, aliorumque infidelium nobis sit animarum sollicitudo commissa, ut illius operante clementia, qui de lapidibus potest Abrahæ filios suscitare verbo & exemplo proficiatis ibidem & existentes in inujo reducaris ad viam, nos considerantes quod ministerium vestrum diligenter implentes, vos operarios inconfusibles exhibens vitiorum sentes extirpare de agro Domini satagendo: propter quod indubitatam de vobis fiduciam obtinemus, ut qui spiritu viuitis spiritu ambulatis & de doctrina & conuersatione vestra flores & fructus proueniant gratiores, deuotioni vestre præsentium authoritate concedimus, ut in terris illis vobis sit licitum excommunicatis communicare in iis quæ ad salutem pertinent animarum, quibus etiam (dummodo Latini sunt & Apostolicæ Sedi obediunt) fratres vestri presbyteri valeant congrua satisfactione præmissa secundum formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impetriri, eorumque confessione audita pœnitentiam salutarem iniungere, & cum ordinis vestri fratribus super leui irregularitatis nota prouide dispensare. Nulli ergo, &c. si quis, &c. Datum Lateran. 16. Kal. Junij Pontif. nostri anno 7.

X V I I.

Excommunicationem latam in favorem fratrum Minorum contra Abbatem Virgiliacensem, facta compositione renovasse testatur, ut volens que monasterio iam dicti Abbatis ante concesserat, rata permaneant. Reg. Vat. ep. 186.

A B B A T I V I T Z I L I A C E N.

EX parte tua fuit nobis humiliter supplicatum ut cum Ven. F. N. Parisiens. Epis. copus & collegz ipsius in personam tuam propter iniurias, quæ à te ac quibusdam monachis tuis, fratribus Minoribus dicuntur illæz, auctoritate Apostolica duxerint excommunicationis sententiam proferendā, & super his inter Simonem, & magistrum Thomam procuratores tuos ex parte vna, & nominatos fratres ex altera de mandato nostro amicabilis compositio inita fuerit coram nobis, ne occasione excommunicationis huiusmodi in te ac tuos monachos promulgatæ quam mandauimus relaxari, litteræ pro monasterio vestro medio tempore à nobis obtentæ reddantur inualidæ, prouidere misericorditer dignaremur. No igitur delictum personæ in damnum redundet Ecclesiz, volumus & mandamus, vt excommunicatione prædicta nequaquam obstante, litteræ ipsæ in sua remaneant firmitate. Datum Later. 6. Id. Junij an. 7.

X V I I .

Mandat prouentus obuenientes monasterio S. Petronille pauperum sororum ex liberalitate Donati ciuii Senen. eidem fideliter ministrari. Reg. Vatic. epist. 321.

CONSVLIBVS PIZZICAROLIS MERCATORVM SENEN.

Significante dilecto filio Vitali de Donato ciue Senen. nos noueritis accepisse, quod Scum ipse zelo deuotionis accensus monasterio monialium pauperum inclusarum de sancta Petronilla obtulerit bona sua, vt ex eorum redditibus exdem sustentarentur in terris, & ipse sibi thesaurizaret in cœlis, præfatz moniales ne curis rerum temporalium impeditæ minus contemplationi vacarent, & sic partem optimam negligere viderentur bona ipsa recipere noluerunt. Quia vero saluti vestraz credimus expedire vt per vos ad opus ipsarum bona eadem procurentur vniuersitatem vestram rogandum duximus, & monemus per Apostolica scripta mandantes quatenus recipientes ad manus vestras bona prædicta prouentus eorum colligi, & in usus ipsarum conuerti fideliter pro nostra & Apostolicæ Sedis reuerentia faciat, statuetes vt hoc idem in posterum vestri faciant successores; ita quod vobis exinde retributionis æternæ præmium, & à nobis condigna rependatur actio gratiarum. Datum Anagniæ 11. Kal. Octobris anno 7.

Anno Christi 1224.

Gregorij IX. Pontif. an. 8.

X I X.

Concedit monialibus Burgenſibus regulam, & licentiam eligendi Abbatissam. Reg. Vatic. epist. 29.

CONVENTVI SORORVM INCLVSARVM DE BVRGIS
ORDINIS SANCTI DAMIANI.

Tille dulcissimus spiritus veritatis qui à Patre Filioque procedens replet orbem ter-
rarium suæ amplitudine charitatis corda vestra misericorditer inflammauit, vt mundo, & quæ in mundo sunt salubriter abnegatis vos in castris claustralibus receprando,
sponsum vestrum incorrupto amplexantes amore curratis in odorem vnguentorum ip-
sius, donec vos in genitricis suæ thesaurum introducat, amoris sui dulcedine perpetuo
recreandos, propter quod vestra conuersatio quæ iam quasi conuersatur in cœlestibus,
exigit vt vestris postulationibus assensum benevolum impendamus. Cunq; igitur ex
parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, vt concedentes vobis regulam, secundum
quam vivere debeatis, faceremus vobis in Abbatissam cui tanquam capiti pronis men-
tibus obsequamini, de persona idonea prouideri. Nos vestris supplicationibus inclinati
per dilectas in Christo filias Marisanem, Mariam Mingis, Julianam & Toddam sorores
vestras sub bulla nostra eandem vobis regulam transmittentes V.F.N. Episcopum Burgen-

Regestum Pontificium.

II

ANNO CHRISTI 1234.

GREGORII IX. ANNO 8.

rogamus, & monemus in Domino nostris tibi dantes litteris in mandatis ut pro diuina reuerentia, & Apostolicæ Sedis ac nostra erga vos pia gestans viscera, & beneficiis foueat, & præsidii tucatur, ac faciat vobis de persona idonea per electionem Canonicam prouideri, velum consecrationis seu conuersionis Abbatissæ, & iis quæ illud suscipere voluerint cum expedire viderit intra claustrum vestrum nihilominus concedendo, ita quod exinde apud Deum, & homines sibi comparet nomen bonum: Nosque deuotionem suam possimus merito commendare. Ceterum cum sponsum vestrum super omnia diligere teneatnisi, qui diligentes se, diligit, & suos efficit coheredes, ita in eo tantum totis studeatis affectibus delectari, ut nihil vos vñquam penitus à charitate ipsius valeat separate fusis lachrymis, rotisque animi medullis à Deo suppliciter postulando, Rom. 8. 11. vt qui cœpit in vobis perficiat opus bonum. Dat. Later. Id. Aprilis anno 8.

X X.

Concedit monialibus Cesaraugustaniis formulam viuendi, & ut possint eligere Abbatisam. Ex regist. Vatic. epist. 101.

DILECTIS IN CHRISTO FILIABVS RELIGIOSAM VITAM IN CÆSARAVGVSTANA CIVITATE DVCENTIBVS.

Ardens & illuminans ignis ille quem Dominus Iesus Christus in terram mittens ardore voluit ut carneos exurat affectus, iuuentutis, & ignorantiarū consumat paleas, ac veterinorum vepres & spinas deuoret peccatorū corda vestra mirabiliter incendisse credendum est, ut mundi & quæ mundi sunt salubriter abnegatis, in odorem vnguentorum eius, qui fidelium sponsus est animalium, curratis in castris claustralibus vias asperas donec vos in genitricis suæ thalamum introducas, cibet suæ visione dulcedinis, & affectibus inepti charitatis; propter quod conuersationis vestræ, quæ per excessum mentium in carnis promeretur honestas, ut vestris postulationibus assensum benevolum impendamus. Cum igitur ex parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis viuendi formulam, certam videlicet regulam sub qua militis æternæ Regi gloriae concedentes, faceremus in Abbatissam, cui tanquam capiti membra proris mentibus obsequiamini de persona idonea prouideri. Nos vestris supplicationibus inclinati per dilectas in Christo filias R. M. V. & V. sorores vestras eandem vobis sub bulla nostra regulam transmittentes: Venerabilem fratrem nostrum Cesaraug. Episcopum hortamur & damus ei nostris literis in mandatis, ut pro diuina reuerentia & Sedis Apostolicæ, ac nostra, gestans erga nouitatem vestram viscera pietatis foueat vos beneficiis, & præsidii tucatur, &c. quæ sequuntur ut supra ep. . . . ad monasterium Burgense. vñque ad merito commendare. Datum Reate 7. Idus Junij an. 8. In eundem modum scriptum est super hoc Episcopo Cesaraugustano.

X X I.

Concedit Magistro, & ordini Theutonicorum hospitale S. Francisci Marpurgense exstructum à S. Elisabetha. Reg. Vatic. epist. 145.

MAGISTRO ET FRATRIBVS HOSPITALIS S. MARIAE THEUTONICORVM IEROSOLYMITAN.

Pontifex concedit eis hospitale S. Francisci ad petitionem H. & C. F. Lantgrauio- Epiſt. 145. rum Turingiz, qui (ut ait Pontifex) amplectentes tanquam deuotionis alumni opera pietatis considerato prudenter quod domus vestra (videlicet Theutonicorum) velut dexteræ Dominicæ plantatio generalem Ecclesiam religionis odore delectat, & fructu reficit charitatis, cuius ibi circa pauperes officiose officium exercetur ardenti iamdudum desiderio affectatunt hospitale sancti Francisci de Marpurg, quod in proprio solo fundatum de bonorum suorum vberitate docarunt remittentes illi liberaliter propter Deum quidquid juris habebant in ipso, & eidem insuper concedentes iuspatronatus quod in parochiali Ecclesia de Marpurg competebat eisdem, vobis

ANNO CHRISTI 1234.

GREGORII IX. ANNO 8.

bis Apostolica authoritate conferti &c. & deinde ait se hoc eis concedere, & demum, inquit, illud pro reverentia bearum quem Elizabeth Langravie Thuringie cuius corpus requiescit ibidem, ut sicut est celebre veneratione fidelium, sic prærogativa gaudet libertatis, &c. facit exemplum salvo ramen iure Moguntini Archiepiscopi in parochia præmemorata. Dat. Reate Kal. Iulij an. 8.

Deinde scribit Magistro & Fratribus dicti hospitalis S. Francisci de Marpurch, & aliis ibidem ad obsequium Domini deputatis ut præfato Magistro Teutonicorum obedientiae de cetero. Datum ut supra 7.

X X I I.

Concedit indulgentias visitantibus Ecclesiam S. Francisci Pragen. in festis Consecrationis eiusdem. Regist. Vatic. epist. 210.

**VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS PER BOEMIAM
ET POLONIAM CONSTITVTIS.**

Q Via sensus hominis proni ab adolescentia sunt ad malum, & à primis naturæ vestigiis omnis zetas virtus imitatur, sicut ex sensualitate caro vergit in culpam, ita vigore spiritus præcedente & gratia subsequente diuina, animus nisi debet ad veniam, & remedia semper inquirere, quibus mortis occasiones inumeras valeat declinare. Cum igitur non sit facile habitantibus super terram incursum euadere delictorum, propter quod diuina suffragia sunt plurimum opportuna, per quæ si digne perantur, nostrorum corruptela criminum aboletur. Vniuersitate vestram rogamus & hortamur in Domino, ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum quatenus ad monasterium S. Francisci Pragen. imploraturi à Domino veniam delictorum in humiliante spiritus accedatis. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confili, vniuersis cum debita reverentia & devotione illic accendentibus in eius consecratione annum unum, ac anniversario die consecrationis ipsius 40. dies & totidem in festo Confessoris eiusdem usque ad octauas de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Dat. Spoleti 2. Kal. Septembri an. 8.

X X I I I.

Commendat Episcopo Pragen. ut non permitteat à quoquam monasterium pauperum monialium S. Francisci Pragense molestari. Regest. Vatic. epist. 209.

E P I S C O P O P R A G E N .

Q Voniam diebus his malis, in quibus refrigescente charitate abundauit iniquitas plurimorum, ea nonnulli malignitate deseuient, ut Ecclesiæ, quas debent propter Deum habere in reverentia & honore multipliciter opprimant, & hostiliter prosequantur, necessario expedit ut nos qui ex officio nostro tenemur in iuribus & liberatibus suis Ecclesiæ consuetuare, paterna pietate succurramus eisdem, & huiusmodi viros noxios ut saluti prouideatur eorum à præsumptione tam damnabili retrahamus, qui vtique, ut videtur, Dominicæ patientie abusores, quia circa contra malos non fertur sententia, licenter præsumunt talia perpetrare. Cum igitur monasterium S. Francisci Pragen. quod nouella plantatio videlicet pauperum monialium inclusarum & iuris & proprietatis Apostolicæ Sedis existat Ecclesiæ R. tutelam, & specialis fauoris mereatur præsidium obtinere: nos ei contra prædictos prouidere volentes, quibus cum sint perueriti, bona placere vix possunt in tibus pessimis exultando, fraternitatibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus monasterium ipsum cum personis & rebus suis non permittas à quoquam molestari, molestatores huiusmodi monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: præsentibus post decennium minime valitoris. Datum Spoleti 2. Non. Septembri an. 8.

Regestum Pontificium.

13

ANNO CHRISTI 1234.

GREGORII IX. ANNO 8.

X X I V.

In suam protectionem suscipit monasterium S. Francisci Pragen. multam constituit contra inuidores ipsius, & gratiam fieri mandat flagitiosis eo sanguam ad refugium confugientibus. Reg. Vat. epist. 140.

LITERÆ REGIS BOEMIÆ.

IN nomine sanctæ Trinitatis & indiuiduæ uirtutis. Amen. Nos Venceslaus Dei gratia quartus Rex Boemorum vniuersis fide Christiana præditis in perpetuum. Actiones humanæ quæ sub tempore solemniter celebrantur, cum tempore defluere minime tardant, & sepius propter meritos rerum euentus cassantur, ita quod nullam efficaciam fortuntur: præcauendum est itaque ut ea quæ per longatum cursum temporis possunt à memoria decidere, & faciliter annullari, necesse est quod testimonio & litteris perennentur. Ad abstergenda igitur totius ambiguitatis vestigia, noscar tam præsens hominum ætas, quam in Christo successura posteritas, quod nos claustrum Pragæ in honorem S. Francisci constructum, & hospitale ad id pertinens suum apud sanctum Castulum, & omnia quæ ad ipsa nunc pertinent; vel in posterum iusto sunt ticulo habitura; in regiam protectionem suscipimus, concedentes eis plenissimam libertatem, & etiam omnem exemptionem, cunctaque privilegia quæ à nobis, vel ab antecessoribus nostris data sunt Ecclesiæ Wisegraden. Addentes etiama quod quicunque aliquam rebus, personis, vbiunque fuerint ad claustrum vel ad hospitale pertinenteribus violentiam vel iacturam intulerit in bannum regium cadat patiter & offensam. Insuper quicunque reus, siue homicida aut qualiscumque flagitiosus infra terminos curiæ claustri vel hospitalis prædicti consufgerit nullam calumniam penitus patiatur, & quicunque ibidem violentiam inferre præsumpsit indignationem & bannum regale se nouerit incursum. Testes autem huiusmodi sunt venerab. Pragen. Ecclesiæ Ioannes Episcopus & Peregrinus quondam eiusdem Ecclesiæ Episcopus. Arnoldus Præpositus Wisegraden. & Cancellarius aula regis. Epo Pragen. Præpositus & eiusdem Ecclesiæ totus conuentus. Herinannus Præpositus Luthomericon. Bohuto Boleglauien. Præpositus. Laici Sdemlaus Camerarius Hromnata, Henricus filius Vithones, Budiglaus & Taromlaus fratres Mentidrich Castellanus Pragen. virbis, Ypoch Castellanus Wisegraden. & Lauriz Castellanus Nonitup. Praefectus de Ptuda, Gebhardus frater eius, Zavise subcamerarius & ferè omnes Boemii. Cum autem hoc statutum cum nostro consensu & favore sit solemniter celebratum, volentes ipsum perpetuè firmatis vigore roborati, præsentis seriem scripturæ conscribi fecimus & sigillo nostræ sublimitatis iussimus insigniri. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1234. Indict. 7. regni nostri an. 6. Dat. apud Pragam per manus Notarij Wilhelmi 12. Kalen. Aprilis.

X X V.

Commendat fratres Minores Episcopū Italie, monens ut eis benignos se exhibentes, nullū eos sinans aduersariis, & vel pressuris molestari. Regist. Vatican. epist. 328.

ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI PER ITALIAM CONSTITUTI.

VIT cum maiori libertate Dominicæ posset Israël adimplere præcepta in exitum de Egypto ei Dominus affuit, & persequenter Pharaonis exercitum vnda demissis; de facili enim sacrae robur religionis infringitur, quæ aduersæ malignitatis flatibus conquassatur. Cum igitur dilecti filij Fratres de Poenitentia mutudi delicias aspernentur, & eorum Religio Deo & hominibus sit accepta per Apostolica vobis scripta mandamus quatenus ad visitationem & correctionem eorum quilibet in sua diœcesi sollicitate intendentes, & habentes ipsos ob reuidentiam Apostolica Sedis, & nostram pro-

Erod. 13. 4.

ANNO CHRISTI 1234 & 1235.

GREGORII IX. ANNO 8.

pensius commendatos, nec molestatis, nec permittatis eosdem quantum in vobis fuerit molestari indebito, ita quod eorum ordine in vigore debito permanente, vos retinutionem divinam possitis exinde promoveri, & nos deuotionem vestram non immerito commendemus. Dat. Perusij 11. Kal. Decembris Pontif. nostri an. 8.

XXV I.

Quod moniales Sancti Damiani non possint conueniri à quoquam per literas Apostolicas.
Reg. Vat. ep. 361.

**ABBATISSÆ ET MONIALIBVS INCLVSIS
ORDINIS SANCTI DAMIANI
de Assiso.**

COelestia quartentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud speciale favoris præsidium impendimus, quod eis pacis & quietis producere gratiam sentiamus. Ea propter dilectis in Christo filiabus præsentium vobis autoritate concedimus ut à quoquam conueniri per literas Apostolicas non possitis, nisi de indulgentia huiusmodi, & ordine nostro expressam fecerint mentionem. Nulli ergo, &c. nostræ concessionis, &c. Si quis, &c. Datum Perusij 11. Non. Decembris anno 8.

Anno Christi 1235.

Gregorij IX. ann. 8.

XXVI I.

Confirmat concessionem Ecclesie S. Laurentij pertinentiæ ad Episcopatum Auersanum factam ab Episcopo, & capitulo eiusdem civitatis fratribus Minoribus. Regest.
Vatic. ep. 433.

**MINISTRO ET FRATRIBVS MINORIBVS
APVD NEAPOLIM COMMORANTIBVS.**

Vitis pertentium, &c. Usque complete: vestra siquidem nobis est insinuatione suggestum, quod venerab. Fr. N. Episcopus & Capitulum Auersan. Ecclesiam S. Laurentij Neapolitan. spectantem ad Auersan. Ecclesiam cum pertinentiis suis Ordini vestro, ut eam tenere & possidere possitis pia deliberatione ac prouida concesserunt, proprietate ipsius præfatorum Auersan. Ecclesiarum reseruata, sicut in instrumento inde confessio plenus continetur. Vestris igitur precibus inclinati, quod super hoc à prædictis Episcopo, & Capitulo pie & prouide factum esse dignoscitur, auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Ad perpetuam vero huius rei memoriam instrumentum ipsum de verbo ad verbum iis duximus litteris inserendum; cuius tenor talis est: *In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni. Anno ab Incarnat. eiusdem 1234. mense Novemb. 8. Indictione. Nos Ioannes, miseratione divina, humilis Auersan. Episcopus cum consensu & voluntate totius Capituli Auersan. diuinæ pietatis intuitu, & ad petitionem fratris Nicolai de Terraci. regulæ fratum minorum Ministrorum, pro parte tamen & vice totius Religionis eiusdem exigentis, concedimus in perpetuum domo & religioni prædictarum fratum Minorum, scilicet Ecclesiam nostram S. Laurentij sitam intra Neapolitanam ciuitatem nostræ Auersan. Ecclesiarum pertinentem, neccnon horum, currum, & domos eidem Ecclesiarum S. Laurentij pertinentes, exceptis tamen apothecis, redditibus, & terris, quas de prædicta nostra concessione excepimus ad eandem Ecclesiam S. Laurentij pertinentes, ita tamen quod fratres Religionis prædictarum supradicta Eccle. S. Laurentij cum prædictis horo, curte, & domibus à presenti teneant & possideant ad honorem Dei & Religionis præfatarum, & in eis ædificant, & consum pro salute animarum suarum prout melius voluerint faciant utilitatem: reseruata tamen proprietate dictarum Ecclesiarum S. Laurentij & omnium prædictorum iam dictarum Ecclesiarum nostrarum Auersan. Si vero contigerit quoquo tempore venienti prædictos Fratres de prædicta Ecclesia, & loco prædicto recedere, vel aliquatenus amoueri; iam dicta Ecclesia S. Laurentij*

Regestum Pontificium.

15

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 8.

Laurentij cum pertinentiis suis, & omni melioratione ibi facta ad ius & proprietatem nostræ Auerianæ Ecclesiæ libere debeat remanere: & si post eorum recessum aliquo tempore, vel quoticquinque de predicatis fratribus religioni ipsius ad eandem Ecclesiam S. Laurentij velle redire contigerit, liceat eis illuc tanquam ad locum suum posse redire libere, & reuerti; possessionem iam dictæ Ecclesiæ S. Laurentij & predicatorum horti, curtis, & dormitorum, secundum quod necesse habent sine impedimento aliquo transeiscendo. Ut autem de predicta nostra concessione fides plenior habeatur, hoc presens scriptum per manus Ioannis publici Auerianæ Notarii eidem Ministro pro parte & vice Religionis predicatorum cœminentis, fieri fecimus, quod est signo ipsius Notarii signatum, sigillo nostro munatum, & subscriptionibus subscriptorum fratrum nostrorum subscriptum. Scripti ego Ioannes publicus Auerianæ Notarius, qui interfui, & signo meo signauit. Auerianæ. Ego Nicolaus Decanus Auerianus consensi & propria manu subscripti. Ego Robertus de Catit Auerianus Succensor consensi & subscripti. Signum propriæ manus Simonis Auerianus. Precentoris. Ego Andreas Archid. Auerianus consensi & propria manu subscripti. Signum manus propriæ Huafredi Canonici Auerianus. Ego Paschasius Canonicus Auerianus consensi & subscripti. Ego Bain Auerianus Canonicus consensi & subscripti signum manus propriæ Jacobi Villani Canonici Auerianus. Nulli ergo, &c. nostræ confirmationis, &c. Si quis autem, &c. Datum Perusij 14. Kalen. Febr. an. 8.

X X V I I I.

Consules Senenses spiritualibus afficit gratias pro dispositione & ministracione bonorum monasterij monialium S. Francisci. Senen. Reg. Vatic. ep. 428.

C O N S V L I B V S M E R C A T O R V M S E N E N S.

EI qui est cogitationum salubrium inspirator, actiones referimus gratiarum, quod per inspirantem eius gratiam ad ea vos studia pietatis induxit, ut serviendi ei necessitatem sponte vobis duxeritis imponendam. Significantem sanè dil. fil. Vitali ciue Senen. nobis innotuit, quod cum ipse fundato apud Senas suis sumptibus Monasterio reclusarum S. Damiani bona sua ipsorum monialium necessitatibus duxerit depuranda, quæ cum non possidere, recipere denegarunt. Aldebrandinus, Viavianus, Bonoinconatus, & Accatapan. antecessores vestri Deo in hac, intendentes gratiam obsequium exhibere, pro sua & suorum successorum salute, de voluntate V. predicti nullum querendo exinde temporale commodum, sed æternum, bona ipsa dispensanda perpetuò per se, ac successores suos ad manus receperunt ipsorum, obligantes seipso, ac succedentes eisdem per publica instrumenta de convertendis integre annuatim fructibus corundem bonorum in alimenta & necessitates alias monialium predicatorum. Ut ergo vos & successores vestri plenius ex hoc possitis diuinam gratiam obtinere de hoc vos monentes & hortantes attentius, vobis & successoribus vestris qui pro tempore fuerint in officio consulatus in remissionem omnium peccatorum de quibus corde contriti & ore confessi fueritis, nihilominus iniungentes quamdiu propositum vobis diuinitus inspiratum eius intuitu, pro cuius amore illud assumere studiis laudabiliter prosequi procuretis, ita quod præter sperata retributionis æternæ profectum, benedictionem Apostolicæ sedis, & nostram possitis abundantius promoveri, nosque vobis constituere beatis in vestris opportunitatibus debitores. Volumus quoque ut predictis predecessoribus vestris, & aliis qui ad hoc dederunt auxilium, consilium, vel fauorem hæc quæ per nos facta sunt intuitu pietatis in remissionem proficiat peccatorum. Datum Perusij 6. Kalen. Februarij Pontificatus nostri anno 8.

X X I X.

Exemptionem conuenientem pauperum monialium S. Damiani Fauenteinensis diacef. ab omni Episcopali iure, factam ab Episcopo Fauenteino, confirmat. Regist. Vatican. epist. 17.

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI PAVPERVM MONIA.
LIVM RECLVSARVM MONASTERII S. MARIE
de Virginibus Ordinis Sancti Damiani
Fauentinæ dicensis.

SOlet annuere, &c. Usque *impertiri*. In literis siquidem venerab. frat. nostri Fauentini Episcopi perspeximus contineri quod ipse diuinæ pietatis obtentu monasterium vestrum cum personis & possessionibus ab omni Episcopal iure, tam in spiritualibus quam in temporalibus duxerit perpetuo eximendum, nihil sibi præter sacramenta Ecclesiastica & unam libram certe annis singulis reseruando. Verum cum Fauentini canonicus moniti & rogati suum super hoc noluerunt præstare consensum; Nos de potestate plenitudine illorum supplentes in hac parte defectum vestris piis precibus inclinati, quod super hoc factum est ab Episcopo memorato, auctoritate Apostolica, confirmamus, &c. Usque, communimus non obstante, si liberaris induita que ab Episcopo simul & Capitulo prius concessa sunt vobis, his contradicere in aliquo videantur. Nulli ergo nostræ confir. &c. Si quis autem, &c. Dat. Perusij 11. Kalen. Aprilis anno 9.

X X X.

Concedit quod beneficia Ecclesie S. Apollinaris mortuis clericis ea possidentibus, ad sustentationem transfans pauperum monialium ibidem inclusarum. Regist. Vatican. epist. 18.

ABBATISSÆ AC MONIALIBVS RECLVSIS S. APOLLINARIS ORDINIS S. DAMIANI.

CVm olim bon. mem. Mediolanen. Archiepiscopus S. Apollinaris in qua vos perpetuo claustro clausitis, pia vobis liberalitate duxerit concedendam, sibi eius possessionibus reseruatis; proinde nihilominus statuit ut clerici eiusdem ad Ecclesiam S. Ioannis in Prolio Mediolanensis transferrent seipso, sua ibi beneficia de dictis possessionibus percepturi: quia vero nondum illuc transeuntibus clericis memoratis, plurimorum timetur ne cum vacauerint dicta beneficia, inter clericos quos assumi ad illa contingeret, scandalum oriretur aliis ab Ecclesia vestra, aliis vero à praedicta Ecclesia S. Ioannis perentibus inuestiti, ex quo sequeretur periculum animarum: nos vestre consulentes inopie & futuris malis occurtere cupientes praesentium autoritate statuimus, ut decedentibus clericis, qui beneficia ipsa nunc obtinere noscuntur, possessiones huiusmodi, cuiusmodi fuerant, reuertantur ad eandem Ecclesiam vestram ut ex earum fructibus in sustentationis vestre subsidium conuertendis vestra possit indigentia subleuari. Nulli ergo nostræ concess. &c. Si quis autem, &c. Dat. Perusij 5. Kalen. Aprilis anno 9.

X X X I.

Mandat inuolabilitatem obseruari statutum factum ab Episcopo Mediolanensi in concessione Ecclesie S. Apollinaris facta monialibus S. Damiani. Reg. Vatic. epist. 19.

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANEN.

CVm olim bon. mem. Mediolanensis Archiepiscopus prædecessor huius dilectorum Christo filiorum Abbatissæ & monialibus reclusis Ecclesie S. Apollinaris Ordinis S. Damiani Ecclesiam ipsam S. Apollinaris, &c. In eundem ferme modum usque ad subleuari. Quocirca mandamus quatenus statutum huiusmodi facias per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, inuolabilitatem obseruari. Contradictores, &c. Datum ut supra.

XXXI.

Confirmat monialibus S. Damiani concessionem monasterij S. Apollinaris iuxta Mediolanum, & omnes immunitates, & libertates ab Archiepiscopo Mediolanen. ipsis concessas, insuper iis concedit, ut negante ordinario, possint oleum sanctum, vel aliud sacramentum a quo quis Episcopo Catholico recipere, quodque censure in eas ab Episcopis late, tanquam contra indulta Apostolica fulminate, pro nullis habeantur. Regest. Vatic. ep. 44.

ABBATISSÆ MONASTERII S. MARIAE ET S. APOLLINARIS EXTRA PORTAM ROMANAM MEDIOLANENSEM EIUSQUE SORORIBUS, TAM PRESENTIBUS, QUAM FUTURIS RELIGIONEM INGRESSURIS PROFESSIS IN PERPETUUM.

- I. Religiosam vitam, &c. usque sacra religionis enerues. Eapropter dilectæ in Christo filiæ, &c. usque annuimus, & monasterium sacræ Dei genitricis & virginis Mariæ & beati Apollinaris extra portam Romanam iuxta fossatum ciuitatis Mediolanen. constructum, in quo diuino estis obsequio mancipatz sub beati, &c. usque communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum & B. Benedicti Regulam, atque institutionem monialium inclusarum S. Damiani Assisiensis in eodem loco institutus esse dignoscitur, &c. Usque obseruetur. licet quoque vobis personas liberas, &c. usque retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrum, post factam in monasterio professionem, fas sit aliquatenus de eodem loco discedere, discedentem vero à vestro collegio nullus prorsus audeat retinere. A præstatione vero decimatum clausuræ vestreæ sue pro oleo sancto, vel alio Ecclesiastico Sacramento, &c. Vobis Episcopus diocesanus impendat. Alioquin licet vobis hac autoritate nostra recipere à quocumque malueritis Catholicq. Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicæ obtinere. Quod si sedes diocesani Episcopi, &c. Usque diocesano Episcopo nullum praividicium generetur. Quia vero inter diocesani Episcopi, &c. Usque recipere valeatis, porro si Episcopi vel alij Ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgauerint ipsam tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta proletam decernimus non tenere. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, &c. Usque celebrare. Obeunte vero te, &c. Prouiderint eligendam : paci quoque & tranquillirati vestræ, &c. Audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates quas monasterio vestro Fr. N. Archiepise. Mediol. capituli sui accedente consensu indulsisse dignoscitur, sicut in eius literis plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, &c. Usque communimus. Tenorem autem literarum ipsius Archiepiscopi ad cautelam duximus præsenti priuilegiis inferendum qui talis existit.
- II. Gullielmus diuina miseratione sanctæ Mediolanen. Archiepiscopus. Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ & sororibus monasterij B. Mariæ & B. Apollinaris constructi extra portam Romanam iuxta fossatum ciuitatis salutem & benedictionem. Cum monasterium in honore Beatae & gloriose semperque Virg. Mariæ & Beati Apollinaris in loco memorato construi fecissetis, ut ibidem devote Domino famulantes pro nobis & aliis peccatoribus orare possitis, humiliiter postulastis ut monasterium & personas ibidem Domino seruientes, intuitu pietatis, & pro redemptione peccatorum nostrorum à iure Episcopali, seu alterius conditionis grauamine, tam in temporalibus, quam in spiritualibus pleno iure eximere deberemus. Eapropter vestræ piz & humili petitioni pro concurrente assensu, prefatum monasterium & personas illic nunc, & in futurum comminorantes cum omnibus bonis suis consensu & voluntate capituli, ab omni iure Episcopali & cuiuslibet conditionis obligatione tam in temporalibus quam in spiritualibus pleno iure liberamus & eximimus, nihil aliud nobis & Ecclesiaz Mediolanensis in eisdem reseruantes, nisi consecrationem Ecclesiaz & altarium cum fuerimus requisiti, si tum nos & successores nostri gratis & sine prauitate aliqua voluerimus consecrare. Reseruantur etiam nobis unam librarii certæ in festo Beati Apollinaris octo diebus ante, vel octo diebus

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

post pro censu nobis singulis annis persoluendam. Dat. Ego Wilhelmus de Rizolio Mediolan. Archiepiscopus subscriptus. Ego Albertus Amiconus Mediolan. Ecclesiaz Archipresbyter subf. Ego Stephanus Mediolan. Ecclesiaz Archidiaconus subf. Ego Magister Stephanardus Balbus Mediolan. Ecclesiaz ordinarius & presbyter subf. Ego Ambrosius qui dico Præcessus Not. istius Domini Ribaldi Burc Mediolan. Diac. subf. Ego Gerardus de Basagapede presbyter & Vicedominus subf. Ego Alcherius de Ternazo Mediolan. Ecclesiaz ordinarius, & primicerius ferulæ subf. Ego Rogerius de Turre Mediolan. ordinarius subf. Ego Fulco de Deruio Mediolan. Ecclesiaz presbyter ordinarius subf. Ego Ambrosius de Puteo Bonello ordinarius subf. Ego Arnaldus de Maudellis Mediolan. ord. subf. Ego Hugo de Setar. Mediolan. Ecc. ordinarius & domini Papæ Subdiac. subf. Ego Guillelmus de Postel Mediolan. ordinarius & Subdiacon. subf. Ego Etzo Vicecomes Med. Ecc. & ord. & Domini Papæ Subdiac. subf. Ego Conradus de Setara ord. Med. Ecc. & Subdiac. Domini Papæ. Ad indicium autem huius perceptæ à Sede Apostolica libertatis, vnam libram ceræ nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Decernimus ergo, &c. usque profutura: salua Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. usque ultum. Cunctis autem, &c. usque inueniant. Amen. Amen. Amen. Datum Perusij per manus Frat. Iosephi Ord. Floren. Domini Gregorij Papæ noni Notarij 3. Non. Maij. Indicione 8. Incarn. Dominicæ an. 1235. Pontific. vero eiusdem Domini Gregorij Papæ an. 9.

Anno Christi 1235.

Greg. IX. Pontif. an. 9.

XXXIII.

*Confirmat donationem Marchionis Moraviae factam fratribus Minoribus hospitali
S. Francisci Pragen. citatis ipsius concessionis, & Regie etiam confirmationis littera.
Archiv. Vatican. ep. 88.*

RECTORI ET FRATRIBVS HOSPITALIS
S. FRANCISCI PRAGEN.

Filius summi Regis qui habet in suis manibus corda Regum dilecto filio nobili viro Marchloni Morauia nato claræ memorie Regis Boemæ inspiravit & prudenter attendens & humiliter recognoscens quod etsi diues in omnibus Dominus non nisi pro nobis egeat bonis nostris: acceptum tamen est ei ut creatura non solum sua sed etiam semetipsam impendat beneplacito creatoris ut de perceptis beneficiis gratias exhibens, potiora percipere mereatur, secus agentibus reputatis ingratias quorum spes evanescit ut spuma gracilis quæ delicitur à procella, illi voluit dare quædam quæ sibi contulit vniuersa, & pro transitoriis reciperet sine fine mansura, & terrena pro cœlestibus felici commercio commutaret. Sicut enim ipsius Marchionis exhibet nobis litteræ continebant, idem ad petitionem dilectorum in Christo filiæ Agnetis Virginis sororis suæ de assensu charissimi in Christo filij N. W. Illustris Regis Boemæ fratris tui villam quæ dicitur Rakscice, in suo Marchionatu sitam cum pratis, pascuis, sylvis, agris, aquis, & omnibus pertinentiis suis hospitali S. Francisci vestro quod ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinet, liberalitate pia & libera contulit pierate prout in prædictis expressius & plenius continetur quia fuit ex parte vestra nobis humiliter supplicatum ut donationem huiusmodi Apostolico dignatemur munimine roborare. Nos igitur vestris supplicationibus benignum impetrantes assensum donationem eandem sicut pie ac prouide facta est auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus, tenore litterarum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est: In nomine S. Trinitatis & indiuiduæ unitatis Amen.

Ego Prelili Dei gratia Marchio Morauia hospitali S. Francisci & pauperibus in eo commorantibus in perpetuum. Cum deceat principalem munificentiam large pluere beneficia quibus non tantum suppleatur pauperum inopia, sed etiam quibus religiosorum propulsetur necessitas, visum fuit nostræ benignitati quandam villam Rakscice nomine in nostro Marchionatu sitam cum omnibus appenditiis suis, pratis, pascuis, sylvis, agris, aquis, tempe & omnibus huiusmodi pertinentiis, quæ retroactis temporibus dederamus

Illiultri

Regestum Pontificium.

19

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

Illustri sorori nostræ Agneti virginì quæ se Deo statuit dicare, ex eius petitione contulimus hospitali ab ea fundato Pragæ ad usus pauperum ibi commorantium necessarios. Absoluimus autem villam illam ab omni iure quod spectat ad usus principam, sive in iure quod datur de capite vel Erood vel pro fure vel quocumque modo spectat ad utilitatem Principum & aliorum, qui castri tenent beneficia. Nullus autem inquietet eam, pro castrorum edificatione vel imminentि expeditione: & si de Nurok fieri questio illa causa tractetur coram illius villa procuratore quem procurator hospitalis ibi constituerit. Insuper si fur fuerit coniunctus de furto & adjudicatus morti vel aliquis de homicidio debeat capite truncari de hominibus villa illius, vel incidet in alias aliquam causam in qua deberet satisfacere aduersario, semper bona furis, & bona capite truncari & culpe factio remaneat apud hospitale ad usus ipsius, ut villa illa mera gaudeat libertate. quia haec omnia non poterant plenarie confirmari sine auctoritate serenissimi fratris nostri Winceslai I V. Regis Boemorum, rogauimus cum quod sicut nos villam illam prefato hospitali liberaliter contulimus, ita ipse eam eidem hospitali cum omni iure prescripto sub munimine sigilli sui benignè roboret, quod & fecit; unde verba eius sunt haec.

- Ego Wenceslaus Dei gratia Quartus Rex Boemorum ad abstergenda vestigia totius habitationis per praesens scriptum ad notitiam omnium cupio peruenire, quod villam Rascesce nomine, quam inclitus frater noster Marchio Morauiz Presmiz nomine prius cum omnibus appendiciis suis sorori suæ virginì contulerat, & postea ex petitione eiusdem sororis suæ donauit hospitali Beati Francisci quod ipsa fundauit Pragæ perpetuo possidendam, confirmavi cum omni iure in privilegio fratris nostri prescripto. Ut autem haec omnia perpetua firmitate roborarentur, in huius rei testimonium sigillum serenitatis meæ huic paginae feci apponi. Ego autem Presmiz Dei gratia Marchio Morauiz hanc scedula mei principatus sigillo in ipsius rei testimonio monui.
- IV. Testes autem huius rei sunt hi, Venerabiles DD. Ioannes Pragen. Ecclesiz Episcopus. Robertus Olmucensis Ecclesiz Episcopus. Peregrinus Episcopus quondam Pragenus Ecclesiz, & honesti virti Eppo Praepositus Pragensis & Arnoldus Vicegradensis Ecclesiz Praepositus. Vito senior. Henticus frater eius Sedezlaus Camerarius Brechizlaus Stazecolosi cum fratre suo Henrico praefecti Budisnensi, Hroznata filius Petri Budizlaus cum fratre suo Jarozlao filio Jarozlai. Jarozlaus cum fratre suo Gallo filio Mar, Vocco cum fratre suo Dusizlao filij Benesde Benesoa. Bouzlaus cum fratre suo. Neroftas filij Radim. Vvatto cum fratre suo Bouzlao Zauuisse subcamerario Vvilzo iunior filius Henrici. Albertus cum fratre suo Rodulfo. Milies cum fratribus Zkamborio & Egidio. Fredericus & alij fere omnes Boemii. Ex Morauiis Ben. Burgravius Znoim, Pribizlaus filius Pircos, Burgravius Gradeu. Stibonus praefectus de Vveueri, Gyrbo dapifer cum fratre suo Schastolau. Ratisborius. Vvierto Voclo filius Bonit, Vvilielmus Camerarius, Bechouuen. cum fratribus suis Lupoldo pincerna & Vvolframo, Ardebus, Albertus praefectus de Vyanou, Beneda submarecalcus & ferè omnes Moraui. In cuius rei evidentiam & perpetuam firmitatem, ne in posterum super ipsa donatione, & confirmatione aliqua calumnia possit suboriri presentem paginam conscribi fecimus & signorum nostrorum characteribus communiri. Acta sunt haec anno Dominicæ Incarnationis 1234. Indul. 7. Datum apud Pragam per manum Vvilielmi Not. 6. Non. Octobris. Nulli ergo nostra confit. &c. Datum Perusij 15. Kalen. Junij anno 9.

I.

X X X I V.

Confirmatio donationis factæ à Constantia Regina Bohemorum hospitali S. Francisci Pragen. Reg. Vatic.epist.88.

RECTORI ET FRATRIBVS HOSPITALIS
S. FRANCISCI PRAGEN.

Filius summi Regis qui habet in suis manibus corda Regum charissimæ in Christo felix N. Constantiæ Illust. Reginæ Boemiarum inspiravit ut prudenter attendens, &c. ut supra usque, felici commercio commutarer. Sicut enim eiusdem reginæ litteræ nobis exhibetæ continebant, ipsa pro animæ suæ remedio possessiones, & res alias quas emit à Magistro & Fratribus Hospitalis S. Marie Theutonicorum hospitali nostro, hospitali vestro

b 4 quod

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORIVS IX. ANNO 9.

quod dilecta in Christo filia Agnes virgo nata reginæ prædictæ ad honorem B. Francisci construxerat, quodque ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante liberalitate pia & liberali contulit pietate, prout in eisdem litteris expressius & plenius continetur. Quare fuit, &c. ut supra usque qui talis est.

Constantia Dei gratia Boëmororum Regina omnibus Christi fidelibus præsens scriptum inspekturis in vero salutari salutem. Nouerit tam præsens hominum ætas quam in Christo successura posteritas, quod nos hospitali claustræ sancti Frâncisci in Praga Dominæ Agnetis dilectæ filia N. illustris pro remedio animæ nostræ omnem hereditatem quam emimus à fratribus hospitalis S. Marie domus Teutonicorum contulimus videlicet villas Glupetim cum omnibus villulis ad eam pertinentibus scilicet Humenche, Ridoscitz, necnon & villam Borotiz, cum omnibus villulis ad eam pertinentibus scilicet Supernonitz, Brabefuz & Ecclesiam S. Petri cum curia & villa Ribunc cum suis pertinentiis. Supradictas villas tradimus hospitali prædicto cum omnibus agris, syluis, aquis, hereditatibus, hominibus, & omnibus aliis rebus ad ipsas pertinentibus iure perpetuo possidendas, hoc salvo quod domina fructuum esse volumus usque ad terminum vitæ nostræ ut possimus de illis facere quod nobis secundum Deum videbitur expedire. Ut autem hæc donatio in perpetuum hospitali rata, ac firma, inconclusaque permaneat nostri sigilli munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt Stephanus Kersiz, Sluna Iudex Berezlanen. Nimirus de Posna, Iesuthbos Vvitomiz, Bundzlasiz Ninco Mariscalius, Vvicceto Iudex Presbitaluen. Vt leborius de Losoniaoriz & alij quamplures. Datum Brunno anno Domini 1235. 2. Idus Februarij. Nos autem Vventizlaus Rex IV. Boëmorum omnia prædicta quæ contulit mater nostra hospitali S. Francisci dilecta sororis nostræ Agnetis sigillo nostræ celsitudinis fecimus insigniri, confirmantes & roborantes donationem prædictam. Nulli ergo nostræ confit. &c. Datum Perusij 15. Kalen. Iunij anno 9.

X X X V.

Concedit sororibus S. Clare hospitale quoddam iuxta Abbatiam quandam in fundo Ecclesie Romane, statum, constructum. Reg. Vatic. epist. 161.

**AGNATI ABBATISSÆ MONASTERII PRAGENSIS S.
FRANCISCI EIVSQUE SORORIBVS INCLVIS.**

CVM relieta seculi vanitate fragilitatem vestram in stabilitatem perpetuam voluntarie concorrentes spretis mundani illecebris, iter perfectionis & religiosæ vitæ proposicum prouidentia sis in diuinæ pieratis ingressæ, ac pauperes eligentes pauperem sequi Christum, in suprema paupertate desideretis Domino famulari, nos pius & sanctu vestrum propostum inspiratum vobis diuinitus dignis in Domino laudibus extollentes ac prosequentes actionibus gratiarum, vestris supplicationibus inclinati hospitale S. Francisci iuxta monasterium vestrum situm quod tu filia Abbatissa in fundo Romanæ Ecclesie construxisse cum pertinentiis suis eidem monasterio perpetuo duximus concedendum: Nihilominus statuentes ut idem hospitale cum omnibus bonis suis à monasterio ipso nullo modo, vel ingenio valeat separari: Sed prouentus possessionum illius, vobis vestris & earum quæ successerint vobis cedant auctoritate Sedis Apostolicæ semper salua. Nulli ergo nostræ constitutionis & concessionis, &c. si quis autem, &c. Datum Perusij 15. Kalend. Iunij anno 9.

X X X V I.

Prohibet Cistercien. receptionem fratrum Minorum ad habitum monasterium sine licentia summi Pontificis aut Generalis Ministri, & mandat remittendos eos, quos iam receperunt. Ex Archivo Areccælitano num. 67. ex Vatic. num. 66.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS UNIVERSIS ABBATIBVS ORDINIS
Cistercien. ad quos literæ istæ peruerterint salutem &
Apostolicam benedictionem.**

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

Quo vos in Christo sinceriori charitate diligimus, eo plenius ut in sanctis prouidiatis & vigiles, affectamus, turbationis non modice spiritum assumentes, si de vobis quandoque contrarium ad nos relatu perueniat aliquorum. Sane mirantes accepimus quod cum à bon. mem. Honor. Papa praedecessore nostro fuerit demandatum, ut nullus de ordine fratrum Minorum in vestrum aut ex vobis aliquis in eorum collegium sine speciali mandato Summi Pontificis admittatur, vos qui quanto chariores estis Ecclesie tanto quod ipsa pie prouidisse dignoscitur, tenemini propensius obseruare, contra mandatum huiusmodi venientes, non absque offensa rectitudinis quæ in vestris debet actibus haberi continue specialis, quosdam ex ipsis fratribus ad vestrum ordinem admisisti. Verum cum ex hoc turbationis & scandali possit exoriri tristitia, quæ solatium pacis æternæ querentibus debet omnimodis constitui peregrina; Vniuersitati vestre per Apostolica scripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus, quatenus fratres eosdein ad sui resumptionem habitus sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo remittentes, de cetero nullum ex ipsis prætextu indulgentiæ alicuius, nisi prius Sedis Apostolicæ vel Ministeri ordinis memorati petita fuerit & obtenta licentia, recipere præsumatis: alioquin quantumcumque in his deferre vobis quæ sunt ad redemptoris gloriam cupiamus, cogemus super hoc illud studium prouisionis apponere, per quod contemptum obedientiæ patet nobis vel Deo potius multipliciter displicere. Datum Petrusij 14. Kalend. Iunij Pontificatus nostri anno nono.

X X X V I I.

Confirmat concessionem monasterij S. Laurentij de Collazon monialibus S. Damiani, cum aliis omnibus immunitatibus, & libertatibus concessis iisdem ab Episcopo Tudertino, infra in ipsius literis consentia. Archiu. Vatic. epist. 80.

ABBATISSÆ ET CON. LAURENTII DE COLLAZON S. DAMIANI TUDERTINÆ DIOCESES.

I. **V**itis petentium, &c. usque completere. Ex parte liquidem vestra fuit expositum coram In nobis quod Ven. Fr. N. Episcopus Tudertinus vel monasterium vestrum & Ecclesia S. Ioannis quam vobis cum omnibus pertinentiis suis pleno iure concessi; ab omni iurisdictione Episcopali, capituli sui accidente consensu, eximere nihil libi & suis successoribus in eis præter unam libram ceræ pro temporalibus, & Sacramentorum Ecclesiasticorum collationem, dedicationem Ecclesie, consecrationes aliarum, & benedictiones monialium pro spiritualibus rescrivuit, statuens vos, monasterium & Ecclesiam prædictam de cetero ea libertate gaudere qua gaudent personæ & Ecclesie quæ pleno iure noscuntur ad Romanam Ecclesiam pertinere, sicut in instrumento publico inde confessio plenius continetur. Vestris igitur precibus gratia concurrentes assensu, quod super hoc à praefato Episcopo piè ac prouide actum esse dignoscitur, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus, prædictum instrumentum de verbo ad verbum præsentibus inferentes. Cuius tenor talis est. In nomine Domini ab eius nativitate sunt anni 1235. tempore Domini Papæ Gregorij IX. i. Kalend. Maij Indict. 8.

II. Nos Bonifacius Tudertinus Episcopus gratia Iesu Christi de conscientia & voluntate Domini Gregorij Papæ I. X. patris nostri præsentibus & consentebimus Rustico priore, Donno Angulario presbyteris, Bonifacio, & Alberico Donno Paulo Bonifidianis in Capitulo Tudertinensi nomine Episcopatus & canonice Tudertinensis divino intuitu B. Mariæ virginis & S. Laurentij ac Religionis obtenui, non vi aliqua vel dolo dubiti sed libera & spontanea voluntate donamus, concedimus, & largimur tibi Fratri Forti Rainaldi Ormanolli Ord. Minorum fratrum vice & nomine recipienti Rom. Ecclesie matris nostræ monasterium S. Laurentij de Collazon positum, sive situm prope castrum ipsum Collazon, cum omnibus suis possessionibus, & pertinentiis, vniuersis iutibus, & actionibus habitis & habendis, ut in eo Virginis deuotæ Deo, & aliæ ancillæ Christi viventes iuxta Beati regulam Benedicti, reclusæ & honestæ Domino famulentur, & ipsis dominabus & eis succendentibus in perpetuum, immunitatem plenam concedimus & libertatem. Volentes ut idem monasterium, Abbatissa, moniales & aliæ personæ inibi constituta

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

constitutæ & quæ postea illuc futuris temporibus sunt venturæ, plena & perpetua gaudient libertate qua gaudent monasteria quæ pleno iure noscuntur ad Romanam Ecclesiam pertinere. Concedimus insuper & donamus perpetuo pleno iure (sicut ad nos pertinet) Ecclesiam S. Ioannis de monte cum omnibus pertinentiis & bonis suis monasterio & domibus prædictis quibus propter vicinitatem erat eadem Ecclesia opportuna, ceteras vero ipsius monasterij capellas iurisdictioni Episcopali reservantes, ipsum quoque monasterium cum capella prædicta, Abbatissam, sorores, ac personas commorantes in ipsis ab omni Episcopali iurisdictione tam in spiritualibus quam in temporalibus prorsus eximimus, & duximus eximendum nihil nobis, & successoribus nostris in iis omnibus reservantes, nisi Ecclesiasticorum sacramentorum collationem, dedicationem Ecclesiarum, consecrationes altarium, benedictiones monialium cum ab Abbatissa & sororibus suerimus requisiti; dum tamen ea gratis & sine prauitate qualibet ipsis exhibere velimus & unam libram ceræ quæ nobis & successoribus nostris annuatim in festo S. Laurentij census nomine persoluimus. Præmissa quoque fecimus absolute, liberè, ac præcise nullius conventionis, siue pactionis aut venditionis tacitæ vel expressæ, generalis vel specialis nobis commendo rescrivato, sed salvo nobis & successoribus tantummodo quod de sacramentis & libra ceræ superius est expressum. Renunciamus etiam in præmissis omnibus ac vniuersis chartis, & quibuscumque rationibus, vel conditionibus (si quæ in hoc contrarie apparerent) quas, si continget inueniri, nolimus in aliquo prodesse nobis vel successoribus nostris vlo modo, sed eas omnino castas esse volumus & inanes. In cuius testimonium supradicta conscribi manu publica fecimus ac etiam annotari sigillorum nostrorum munimine roborantes, ad ipsius rei perpetuam perhabendam memoriam vniuersa & singula supradicta concessa sunt sicut superius est præmissum.

Tuderti acta sunt & firmata in palatio Episcopatus coram fratribus Symone & Raynero de Ordine Minorum fratrum, Magistro Palinerio & Ph. Notar. Tudertin. Tudino Astuldi Paganutio Episcopi Aldiouanducio Gilij vniuersis presbyteris, Petro S. Angeli supra murum & Ioanne S. Praxedis Tudertin. testibus ad hoc rogatis præsentibus & vocalis & me Notario infrascripto anno, die & Indictione superius appositis & conscriptis. Ego Salomon Not. Ecclesiarum Romanarum sanctarum, cuncta conscripta superius & narrata, quibus interfui vniuersis rogatus conscribere & publicare, scripsi & in publicam reduxi formam signo meo proprio consignando. Ego Rusticus Prior Tudertinus subl. Ego presbyter Abericus Canonicus Tudertin. subl. Ego presbyter Paulus Canonicus Tudertin. subl. Ego Bonifidantia Canonicus Tudertin. subl. Nulli ergo nostræ confit. &c. Si quis au- tem, &c. Datu[m] Perusij 11. Kalend. Iunij anno 9.

Prohibet infra scripta procedere contra Regem Hungarie sine speciali S. Sedis mandato.
Reg. Vatic. 220.

EPISCOPO BOSNEN. ET ORD. FRATRVM PRÆDICATO- RVM ET MINORVM PRIORIBVS STRIGONEN.

CVm Ven. Fr. N. Prænestinus Episcopus tunc Apostolicæ Sedis legatus discretioni ve-
stræ commiserit denunciationem sententiarum suarum quas in chariss. in Christo
fil. n. Andream illustrem Regem Vngariorum duxerat promulgandas prædicta vobis auto-
ritate mandamus quatenus sine speciali mandato nostro super hoc nullatenus procedatis.
Datum 7. Idus Iunij Pontif. nostri anno 9.

X X X V I I I.

*Precipit Prelatis ut charitatis recipiant fratres ad prædicandum missos. Ex nostro
archiuo Rodoriguez bulla 10.*

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPIS ET EPI-
scopis & dilectis filiis Abbatibus & aliis Ecclesiastico[n]is prælatis
ad quos litteræ istæ peruerenerint salutem &
Apostolicam benedictionem.

Cum

Regestum Pontificium.

23

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

CVm qui recipit Prophetam in nomine Prophetarum mercedem Prophetarum recipere Mail.10.41.
Cmiseratur. Dilectos filios fratres Minores, qui more Apostolorum, ferendo semina
verbi Dei diuersas circumueunt regiones, & deuotioni vestre fiducialius commendamus,
quo salutem fidelium propensius affectantes ardenter cupimus ut vobis apud Deum ex-
inde augeatis cumulum meritorum. Quocirca vniuersitatem vestram rogamus & borta-
mur accuratè per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus dictos fratres ad vos ac-
cedentes, ut circa lucrum animarum & euangelizat, verbi Dei saum ministerium exe-
quuntur habentes eius intuitu commendatos cuius iudicem obsequis sunt adscripti beni-
gue & charitatue recipiatis eosdem rupore Catholicos & fideles eisque favorabiles &
proprietate in suis necessitatibus existatis credendo firmiter & certo, de ipsis habendo fido-
ciam quod cum spiritu vivant, spiritu & ambulent, se operarios in vinea Domini debeant Gil.1.15.
inconfusibiles exhibere. Datum Perusij 8. Kalend. Iulij Pontificatus nostri anno nono.

X X X I X.

*Confirmat donationem Episcopi, &c. capitulo Tudertini factam Abbatisse pauperum soro-
rum S. Laurentij de Collazono, alias insuper immunitates eisdem superaddens.*
Reg. Vatic. epist. 158.

**ABBATISSÆ S. LAURENTII DE COLLAZONO EIVSQUE
SORORIBVS INCLVIS TAM PRÆSENTIBVS
quam futuris.**

Religiosam vitam, &c. usque enervet. Eapropter, &c. usque communimus. In primis si-
quidem, &c. usque obseruetur. Præterea quascumque possessiones, &c. usque perma-
nent, in quibus hæc duximus propriis vocabulis exprimenda locum ipsum in quo præ-
fatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam S. Ioannis de
Monte cum pertinentiis suis à Ven. fratre N. B. Tudertino Episcopo, Capituli sui acce-
dente consensu pleno iure vobis concessam prout in litteris inde confeditis plenius con-
tinetur. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. usque retinere. Prohibemus insuper
ut nulli sotorum vestrum, &c. ut supra usque retinere. Pro consecrationibus vero al-
tarium, siue pro oleo sancto vel alio Ecclesiastico sacramento nullius à vobis sub obtenu-
consuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere. Sed hæc omnia gratis vobis
Episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis hæc auctoritate nostra recipere à
quocumque malueritis catholico Antistitite gratiam & communionem Sedis Apostolice
obrinente. *Quia vero interdum, &c. usque valerius.* Cum autem generale interdictum, &c.
usque celebrare. Obeute vero, &c. usque eligendam. Porro si Episcopi, &c. ut supra usque non
tenere. Paci quoque, &c. usq; exercere. Præterea omnes libertates & immunitates quas mo-
nasterio vestro prædictus Tudertinus Episcopus de Capituli sui assensu induluisse digno-
scetur, sicut in eius litteris plenius continetur auctoritate Apostolica confirmatus & præ-
sentis scripti privilegio communimus. Tenorem autem literarum ipsius Episcopi & Capi-
tuli ad cautelam duximus præsenti privilegio inferendum. Qui talis est, *In nomine Domini.*
Amen, &c. habentur epistola 8o. Decernimus ergo, &c. usque Salva Sedis Apostolica autoritate.
Ad indicium autem, &c. usque in finem. Datum Perusij 10. Kalend. Augusti anno 9.

X L.

*Confirmat donationem, &c. immunitates factas ab Archiepiscopo Pisano monasterij om-
nium sanctorum in diœcesi Pisana, nouo insuper iisdem privilegia aduersens.* Reg.
Vatic. epist. 157.

**ABBATISSÆ MONASTERII OMNIVM SANCTORVM
DE RIPA ARNI PISANI EIVSQUE SORORIBVS
inclusis tam præsentibus quam futuris.**

I. **R**eligiosam vitam, &c. usque enervet. Eapropter, &c. usque communimus. Imprimis si-
quidem statuentes ut Ordo monasticus qui secundum Dcum & Beati Benedicti
regulam

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

regulam arque institutionem monialium inclusarum sancti Damiani Abbatissae in eodem loco, &c. usque obseruer. Liceat quoque vobis per sanctas, &c. usque retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestiarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. A præstatione vero decimarum clausuræ vestræ, & de hortorum fructibus, & pomorum vos esse decernimus liberas & immunes. Pro consecrationibus vero altarium vel Ecclesiæ vestre sive pro olio sancto, vel alio Ecclesiastico sacramento nullus à vobis sub obtentu co-suetudinis vel alio modo quolibet audeat extorquere. Sed hæc omnia gratis vobis auctoritate nostra Episcopus dicefanus impendat. Alioquin liceat vobis hæc, eadem auctoritate recipere & quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolice obtaintere. Quia vero interdum, &c. usque valeant. Cum autem generale interdictum, &c. usque celebrare. Obeunte vero te, &c. usque eligendas. Ponno si Episcopi vel alij Ecclesiæ rectores in monasterium vestrum & personas regulares ibi Domino famulatæ suspensionis, excommunicationis, interdicti sententiæ promulgauerint, ipsam tamquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatâ decernimus non tenere. Paci quoque, &c. usque exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates quas monasterio vestro Ven. Fr. Nr. Archiepiscopus Pisanus indulsse dignoscitur, quas nos supplente de plenitudine potestatis defecutum, si quis ex eo fuerat quod Capitulum Pisanum super hoc noluit consentire olim, duximus confirmandas, & quibus postmodum idem capitulum sub priori consilio præstiterunt assensum, easdem sicut in prædictorum Archiepiscopi & Capituli literis plenius continetur auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Tenores autem literarum ipsarum ad cautelam duximus præsenti privilegio inferendas. Qui tales existunt.

Vitalis Dei gratia Pisanus Archiepiscopus totius Sardinæ Primas & Apostolicæ Sedis legatus dilectis in Christo filiabus Abbatissæ eiusque sororibus monialibus monasterij omnium sanctorum in ripa Arni æternam in Domino, postulatis à nobis humiliter, ut dictam Ecclesiæ omnium sanctorum quam pro bonore Dei omnipotentis & Beataissimæ Virginis Mariz Dominæ nostræ atque aliorum sanctorum omnium & pro reverentia summi Pontificis eiusque mandato vestre concessionis charitati, ut saluti vestre aliorumque fidelium ibidem assidue libere intendere valeatis pietatis intuitu & pro remedio animæ nostræ à iure Archiepiscopali seu alterius conditionis grauamine eximere. Debemus. Ideoque in Christo filiæ humili petitioni vestre pio concorrentes assensu pro reverentia eiusdem summi Pontificis eiusque mandato, præfatum monasterium & personas ibidem cum fratris & adjacentiis suis ab omni iure Archiepiscopali & cuiuslibet conditionis obligatione eximimus & liberamus, excepto quod unam libram cerz nobis & successoribus nostris annis singulis in festo omnium SS. apud Archiepiscopalem Curiam pro censu vos, & quæ vobis succedunt perpetuo solvere teneamus pro monasterio supradicto. Datum apud Calcem anno Domini 1235. Indic. 6. Kalend. Novembris. In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

Ex huius publici instrumenti clarae lectione quod nos Bartholomeus Archipresbyter Pisanus pro Piso Capitulo & ipsum Capitulum videlicet DD. Robertus, Vespura, Ramerius, Vaporlotus, Fredericus de Burti, Marignanus, Garcanus, & Pisatus, Cabonici, dicimus, respondemus, & protestamur quod exemptionem & libertatem factam & concessam Ecclesiæ omnium sanctorum à Domino Vitali Dei gratia Archiepiscopo Pisanæ Ecclesiæ & monasterio quæ sita est in diecesti Pisana & Plebatu nostro, licet nos à prædicto Domino Archiepiscopo non fuimus requisiti. Ad honorem ramen Dei & omnium sanctorum pro Domini Papæ reverentia & ad opus sororum ibidem inclusarum ratam & firmam habemus & eam approbamus præsentibus Domino, Raynetio de Cunclu-dice, & Magniardo quondam Riccobaldi & iuncta clericu Domini Archiepiscopi Pisani 13. Kalend. Iulij. Et ego Ioannes filius quondam Bouacciani de Vico Domini Frederici testibus ad hoc rogatis anno Dominicæ Incarnationis 1236. Indict. 8. Romanorum Imper. Iudex & Notarius supradictis interfui, & rogaui dictorum Archiepiscopi & Capituli Pisani scripsi & firmavi. Decernimus ergo, &c. usque salva sedis apostolice auctoritate: ad indicium autem perceperæ à Sede Apostolica libertatis unam libram cerz persoluetis nobis nostrisque successoribus annuatim. Si qua igitur in futurum, &c. usque visioni. Cunctis autem, &c. usque in finem. Datum Perusij 10. Kalend. Augusti anno 9.

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

X L I.

Confirmat exemptiones, &c immunitates factas sororibus S. Laurentij inter Vineas Vrbeuetan. ab eiusdem civitatis Episcopo. Reg. Vatic. epist. 159.

ABBATISSÆ S. LAURENTII INTER VINEAS VRBEVE- TAN. EIVSQUE SORORIBVS INCLVYSIS TAM præsentibus quam futuris.

- I. **R**eligiosam vitam, &c. usque enerues. Eapropter, &c. usque communimau. In primis si quidem, &c. usque obseruetur. præterea quascumque possessiones, &c. usque permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimentia vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis personas, &c. usque retinere. Pro consecrationibus vero, &c. ut in primo usque obtinere. Quia vero interdum diæcesani Episcopi, &c. usque valeatis. Cum autem generale Interdictum, &c. usque celebrare. Obeunte vero te, &c. usque eligendam. Porro si Episcopi, &c. usque non tenere. paci quoque, &c. usque exercere. Præterea omnes libertates & immunitates quas monasterio vestro Ven. Fr. N. Vrbeuetanus Episcopus de Capituli sui assensu vobis indulisse dignoscitur; sicut in eius litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus & præsenti priuilegio communimus. Tenorem autem literarum ipsius Episcopi ad cauelam duximus præsenti priuilegio inserendum. Qui talis est: *In nomine Domini amen.* Anno eius 1232. die 1. mensis Octobris intrante, temporibus Domini Gregorij Papæ IX. regnante etiam Frederico Romanorum Imperatore II. & semper Augusto Ind. 5. Raji: permissione diuina Vrbeuetanus Episcopus dilectis sibi in Christo Ven. Abbatissæ & sororibus monialibus monasterij Ecclesiæ S. Laurentij inter Vineas Vrbeuetan. salutem & benedictionem. Cum sanctissimus in Christo pater noster Dominus Gregorius Papa nonus diuina gratia inspirante monasterium vestrum prænominatum in honoré Beati Laurentij in memorato loco de vestris & aliorum fidelium elemosynis construi fecerit ut ibidem Domino devote famulantes pro nobis & aliis peccatoribus possitis orare ad Dominum à nobis humiliter postulaatis, ut monasterium & personas ibidem Domino seruientes intuitu pietatis & pro redemptione peccatorum nostrorum à iure Episcopali seu alterius conditionis grauamine eximere deberemus. Eapropter vestraz piz ac humili petitioni pio concurrentes assensu præfatum monasterium & personas illic morantes cum horto, claustro, & circuitu exteriori ab omni iure Episcopali, & cuiuslibet conditionis obligatione liberamus, & eximimus nihil aliud nobis & nostris successoribus in eisdem nisi unam libram ceræ pro censu referuantes nobis annis singulis & nostris successoribus per soluendam in vigilia B. Virg. Mariz assumptionis. Decernimus ergo, &c. usque salua sedis Apostolice auctoritate. Ad indicium autem, &c. ut supra usque annuatim. Si qua igitur, &c. usque ultioni. Cumq[ue] autem, &c. usque in finem. Datum Perusij 10. Kal. Augusti anno 9.

X L I I.

De donationibus, &c immunitatibus factis monasterio pauperum sororum S. Francisci Pragen. quas iubet diuinum officium celebrare iuxta morem Romanum. Regist. Vatican. epist. 160.

AGNETI ABBATISSÆ MONASTERII S. FRANCISCI PRAGEN. EIVSQUE SORORIBVS INCLVYSIS.

- P**rudentibus virginibus, &c. usque enerues. Eapropter, dilectæ in Domino filiaz, vestris iustis precibus postulantibus favorabiliter annuentes monasterium S. Francisci Pragen. in quo diuino estis obsequio mancipatz, cum hospitali vestro apud Pragam situm in fundo quæ charissimus in Christo Fr. N. Vvencelaus Illustris Rex Boemiz Ecclesiæ Romanæ concessit & tam idem Rex, quam Ven. Fr. N. Ioann. Pragensis Episcopus de assensu Capituli sui utrumque locum pietatis intuitu plenariæ libertati donavit, sicut in eorum litteris

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

litteris ad nos transmissis peripeximus plenius contineri in ius & proprietatem beati Petri ac sub nostra & Apostolicæ Sedis protectione suscepimus & præsentis scripti priuilegio cōinunimus. In primis siquidem, &c. ut supra usque obserueris. Præterea qualcumque possessiones, &c. usque permaneas. in quibus, &c. usque vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum eodem hospitali, & omnibus pertinentiis suis villam Gluperin cum omnibus villulis ad eam pertinentibus videlicet Humenche & Nidosciz villam Borrotiz cum omnibus villulis ad ipsam pertinentibus scilicet Supinuuiz & Drahelsicz, villam Ridinic cum suis pertinentiis, villam Rokscise cum omnibus pertinentiis suis, & alias possessiones vestras cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usagiis, & pascuis in bosco & piano, in aquis, & molendinis, in viis, & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum, &c. usque presumat. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. usque retinere. Prohibitionis insuper ut nulli sororum vestrum, &c. ut supra usque resinxere. Pro consecrationibus vero altarium, &c. ut supra in predicto capitulo, &c. usque obseruentur. Quia vero interdum diocesanii Episcopi, &c. usque valeant. Cum autem generale interdictum, &c. usque celebrare. Obeunte vero te, &c. usque eligendum. Libertates præterea & immunitates concessas vobis à Rege, Episcopo, & Capitulo supradictis, auctoritate Apostolica confirmantes. Nihilominus inhibet ne quis Archiepiscopus, Episcopus vel Prelatus alius in monasterium & hospitale predicta, vel personas regulares inibi Domino famulantes excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare, quam contra prohibitionem huiusmodi prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, &c. usque exercere. Statuimus insuper ut iuxta morem Rom. Ecclesiaz diuinum ibi officium celebretur excepto psalterio quod secundum consuetudinem possitis dicere Gallicanam. Decernimus igitur, &c. usque salua Sedis Apostolica auctoritate. Ad indicium autem huius perceptæ Sede Apostolica libertatis unum Bizantium persolueris nobis nostrisque successoribus annuatim. Si qua igitur, &c. usque ultioni, Cunctis autem, &c. usque in finem. Datum Perusij 8. Kalend. Augosti anno 9.

X L I I I.

Varia priuilegia concedit monialibus monasterij S. Marie Esculanen. et donationes iisdem factas ab Episcopo Esculano confirmas. Reg. Vatic. epist. 248.

ABBATISSÆ MONASTERII S. MARIAE ET S. GEORGII
ESCU LANEN. EIVSQUE SORORIBVS INCLVIS.

Religiosam vitam elegantibus, &c. usque enerueris. Eapropter dilectæ in Christo filie vestris iustis postulationibus clementer annuimus & monasterium sanctæ Dei genitricis & Virginis Mariæ Esculanen. in quo diuino estis obsequio mancipatz sub Beati Petri, &c. usque suscipimus & præsentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti regulam, atque institutionem monialium inclosarum sancti Damiani Assisinatis in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obserueris. Præterea quascumque possessiones, &c. usque illibata permaneant. In quibus haec duximus propriis vocabulis exprimenda, locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis viginti modiolos terræ eidem monasterio adiacentes, & viginti modiolos syluz. Licet quoque vobis personas liberas, &c. usque retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum post factam in monasterio vestro professionem fas sit de eodem discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium, siue pro oleo sancto, &c. usque audias extorquere: sed haec omnia gratis vobis Episcopus diocesanus impendat: Alioquin licet vobis haec auctoritate nostra recipere a quocumque malueritis Catholicis Antistite, gratiam & communionem Sedis Apostolicae obtinente. Quia vero interdum diocesanii Episcopi copiam non habetis si quem Episcopum Romanum, &c. usque recipere valeatis. cum autem generale interdictum terræ fuerit, &c. usque diuina officia celebrare. Obeunte vero te, &c. usque prouiderint eligendum. Porto si Episcopi vel alij Ecclesiastiarum rectores in monasterium vestrum vel personas regulares inibi Domino famulantes suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgauerint ipsam tam-

Regestum Pontificium.

27

ANNO CHRISTI 1235.

GREGORII IX. ANNO 9.

quam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. paci quoque, &c. usque ad eadæ exercere. Præterea omnes libertates & immunitates quas monasterio vestro Ven. Fr. n. M. Esculanus Episcopus de capituli sui assensu indulſisse dignoscitur sicut in eius litteris plenius continentur, autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio commendimus.

II. Tenorem autem litterarum ipsius Episcopi ad castelam duximus præsenti privilegio inserendum qui talis est: Marcellinus miseratione diuina Esculanus Episcopus dilectis in Christo filiabus Abbatissæ ac monialibus inclusis de Ordine S. Damiani monasterij gloriosæ Virginis Mariæ & S. Gregorij Esculaniani salutem & benedictionem. Cum vos diuina gratia inspirante monasterium in honorem gloriosæ Virginis Mariæ extra ciuitatem Esculanam in loco qui dicitur Plana de S. Phamphilo construxeritis ut ibidem Domino famulantes deuote pro nobis & aliis peccatoribus positis orare, à nobis humiliter postulatis, ut monasterium prædictum cum viginti modiolis terræ iuxta se positis & viginti modiolis syluz quos nunc habent vel in futuro acquirent & personas omnes ibidem Domino servientes intuitu pietatis & pro redemptione peccatorum nostrorum à iure Episcopali, & cuiuslibet alterius conditionis obligatione, tam in spiritualibus, quam temporalibus pleno iure eximere deberemus. Eapropter dilectæ in Christo filiæ vestre piz ac humili petitioni, pio & benevolo concurrentes assensu, de consensu Capituli nostri præfatum monasterium cum viginti modiolis terræ iuxta se positis & viginti modiolis syluz, quos nunc habetis, & aliis possessionibus quas in futurum auxiliante Domino acquireritis & personas ibidem nunc vel in futuro perpetuo commorantes pro Deo & ob reuerentiam Apostolicæ Sedis cuius vos scimus filias spirituales, ab omni Episcopali iure & cuiuslibet conditionis obligatione, tam in spiritualibus, quam temporalibus eximimus pleno iure nihil nobis, & Ecclesiaz Esculanensi aliud in eisdem nisi unam libram ceræ reseruantes, & nostris successoribus in Assumptione B. Mariæ Virginis annis singulis persoluendam, & dedicationem Ecclesiaz & altarium consecrationes, benedictionem Abbatissæ & monialium & cetera Ecclesiastica sacramenta. Si tamen nos & successores nostri cum à vobis fuerimus requisiti ea gratis & sine prauitate aliqua vobis & successoribus vestris voluerimus exhibeget. Relinquimus etiam vobis potestatem mortuiorum, seu vobis reliktorum nobis iure aliquo competentem in nostrorum & successorum nostrorum remedio animarum. Supradictis omnibus interfuerunt Capitulum Esculanum & omnibus consenserunt & eadem approbarunt.

III. Ego Gausfredus Archipresbyter Esculanus concedo & confirmo. Ego presbyter Paulus Canonicus subscripsi. Ego Presbyter Can subl. Ego Magister Gentilis Can. subl. Ego presbyter Andronicus subl. Ego Rain. Can. subl. Ego presbyter Giso Can. subl. decernimus ergo, &c. usque profutura salus Sedis Apostolicae auctoritate. Ad indicium perceptæ à Se de Apostolica libertatis unam libram ceræ persoluetis nobis nostrisque successoribus annuatim, Amen. Amen. Amen. Datum Petrus per manum magistri Gulielmi S.R.E. Vicecancellarij 7. Kalend. Septembris Indictione 8. Incarnationis Dominicæ anno 1235 Pontific. vero Domini Gregorii Papæ IX. anno 9.

X L I V.

De donationibus, &c. exemptionibus monasterij S. Marie de campo Martis confirmationis Veronen. Regist. Vatic. 121.

ABBATISSÆ MONASTERII S. MARIAE DE CAMPO MARTIO VERONENSIS EIUSQVE INCLVISIS.

I. Eligiosam vitam, &c. usque enerue. Eapropter dilectæ in Dominio filiæ vestris iustis postulationibus clementer annuimus & monasterio S. Mariæ de campo Martio in quo, &c. usque communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Dcūm & beati Benedicū regulam atque institutionem monialium inclusum, S. Damiani Assisiensis in eodem loco, &c. usque obseruerat. Præterea quicunque possessiones, &c. usque permaneant. In quibus, &c. usque exprimenda? Libet in ipsum, &c. usque pertinentia sua. Liceat quoque vocis personas liberas usque teninere. Pro consecrationibus vero altarium sive pro oleo sancto vel alio Ecclesiastico sacramento nullus

c. à vobis

ANNO CHRISTI 1235. & 1236.

GREGORII IX. ANNO 9.

à vobis sub obliuio consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed h[oc] omnia gratis vobis Episcopus dicetianus impendat, alioquin liceat vobis hac auctoritate nostra recipere à quocunque malueritis Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolicę obtinente. Quia vero interdum dicetianus Episcopi copiam, &c. usque valeant. Cum autem generale interdictum, &c. usque celebrare obequies vero te, &c. usque eligendas. Porro si Episcopi vel alij Ecclesiarum rectores in monasteriis vestrum vel personas regulares inibi Domino famulantes, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgauerint ipsam tamenquam contra Sedis Apostolicę indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, &c. usque exercere. Præterea omnes libertates & immunitates quas monasterio vestro Ven. fr. a. Veronen. Episcopus de Capituli sui assensu indulisse dignoscitur sicut in eius litteris plenius continetur auctoritate Apostolica confirmatus & presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsius Episcopi ad cauelam duximus presenti privilegio inserendum. Qui talis est.

Die Martis decimoctauo Nouembris in castro montis Forti super domo Domini Episcopi in presentia Domini presbyteri Henrici Cupellani dicti Domini Episcopi fratris Petri, fratris David de fratribus Minoribus atque Bonaccuriti de Braganzo testium rogatorum ibique Iacobus diuina miseratione S. Veronensis Ecclesie Episcopus dilectis in Christo filiis Abbatissae & Sororibus monasterij B. Marie Virginis constituti in loco ubi dicitur in campo Martio ab uno latere Campomartij, ab alio latere muri dicti Campomartij ab uno capite iura Ecclesie S. Marie Magdalene, ab alio redditus Campomartij, & praeditus Campusmartius salut. & benedict. Cum monasterium in honorem Beate & gloriose semperque Virginis Marie in loco memorato construi fecisset & ibidem Domino famulantes pro nobis & aliis peccatoribus orare possitis, humiliter postulastis, ut monasterium & personas ibidem Domino seruientes intuicte pietatis & pro redēptione peccatorum nostrorum à iure Episcopali seu alterius conditionis grauamine tam in temporalibus quam spiritualibus pleno iure exitere deberemus. Eapropter vestre pie ac humili petitioni pio concurrentes assensu prefatum monasterium & personas illuc nunc vel in futurum commorantes cum omnibus bonis suis, consensu & voluntate Capituli ab omni iure Episcopali & cuiuslibet conditionis obligatione tam in spiritualibus quam in temporalibus pleno iure liberamus & excusamus, nihil aliud nobis & Ecclesie Veronensi in iisdem reseruantes, nisi consecrationem Ecclesie & altarium cum fuerimus requisiti, si tamen nos & successores nostri gratis & sine prauitate aliqua voluerimus consecrare. Reseruamus etiam nobis unam libram ceru in assumptione B. Matriz, octo diebus ante vel octo diebus post pro censu nobis singulis annis persoluendam.

Ego Iacobus Dei gratia Veronen. Episcopus me subscriptus. Ego Stephanus Veronen. Archipresbyter me subs. Ego presbyter nobilis Ecclesie Veroneni. me subs. Ego Viuianus Diac. Veronen. Ecclesie me subs. Ego Theodosius Veronen. Ecclesie Canonicus & acaius me subs. Anno Domini 1234. Indict. 7. Ego Novius de Hora S. Quincij Domini Ricardi Comitis S. Bonifacij Notarius & à Domino Frederico II. Rege confirmatus interfui, & scripsi. Decernimus ergo, &c. usque Salva Sedi Apostolica autoritate. Ad indicium autem perceptum à Sede Apostolica libertatis unam libram ceru persoluebis nos nōstrisque successoribus annuatim. Si qua igitur, &c. usque ultioni. Cunctis autem, &c. usque in finem. Datum Perubij 3. Kalen. Septembri anno 9.

Anno Christi 1236.

Gregorij IX. anno 9.

X L V.

Quod conueniri non possint fratres per litteras Apostolicas, que non faciunt mentionem de indulso. Ex nostro Archiuo. Speculum fol. 114. Firm. 2. p. tract. 19.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
Dilectis filiis GENERALI MINISTRO, ET UNIVER-
SIS fratribus ordinis fratrum Minorum, salutem &
Apostolicam benedictionem.

Cum

ANNO CHRISTI 1236.

GREGORII IX, ANNO IO.

CVm iam per cius gratiam qui quæ mundus abominatur, assumit, vestri titulus ordinis à Deo sit insignis quod vix creditur ab iis qui cōtra vos litteras impetrant sine maliitia subterci nos, & illorum obuiare fraudibus, & vestram innocentiam fauorabiliter consouere volentes, auctoritate vobis præsentium indulgemus ut nequeatis per litteras Apostolicas conueniri quæ de hac indulgentia & vestro non fecerunt ordine mentionem. Nulli ergo omnino hominum licet paginam hanc nostræ concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare prælumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Viterbij 9. Kal. Martij, Pontificatus nostri anno 9.

X L V I.

Concedit ne fratres Minores teneantur recipere commissiones causarum, nisi de hoc induleto fiat mentio specialis. Ex speculo Minorum tract. 2. fol. 114.

GENERALI MINISTRO, ET UNIVERSIS FRATRIBVS
ORDINIS FRATRV M MINORVM.

Quicunque vester prouidere volentes autoritate vobis præsentium indulgemus ut commissiones causarum, vel sententiarum executiones à Sede Apostolica vel delegatis eius, seu à quibuslibet aliis factas vobis, sine vestra non teneantur recipere voluntate, nisi in literis Apostolicis de concessione huiusmodi mentione habeatur specialis. Nulli ergo, &c. Datum Viterbij 5. Kal. Martij, Pontificis nostri anno 9.

X L V I I.

Prohibet ne intra probationis annum quemquam ad professionem inducante, aut recipiant, aut prohibeante ut ad aliam religionem transeat, aut inducante aut necessitente ad professionem, aut seculi renunciationem. Ex Vaticano regest. num. 109. & Archiuo Arzcoœlitano n. 87. & 38. cius mentionem facit Speculum sub anno 4. in summario.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS MINISTRO ET FRATRIBVS ORDINIS
Minorum salutem & Apostolicam benedictionem.

Non solum in fauorem conuersi, sed etiam monasterij probationis tempus à sanctis patribus est indulatum ut ille asperitates illius, & istud mores illius valeat experiri. In regula quoque beati Benedicti præcipitur ut ad conuersionem nouiter venienti non facilis tribuatur ingressus, sed sicut docet Apostolus an sit ex Deo spiritus com- 102n. 4. 1. proberetur, & dura & aspera per quæ iter ad dominum exponantur. Præterea in eadem regula subiungitur ut dicatur: Ecce lex sub qua militare desideras, si eam obseruate potes ingredere, alioquin liber venisti, liber discede. Insuper nos ipsi statuimus ut positi in probatione nouitij ante suscepturn religionis habitum qui dari proficitibus consuevit, seu ante professionem emissam ad statum pristinum redire possint libere, infra annum, & ad omnem ambiguitatem penitus amouendam, cum in quibusdam locis religiosis nouitorum habitus nos distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes quæ proficitibus conceduntur, ut novitorum ac professorum habitus discernatur. Licet igitur zelum animarum habentes eas lucrari Dominu sollicito cupiatis; quia tamen decet & expedit, ut conscientia puritati non deficit iudicium rationis, ne vnde spiritualis professorus queritur, inde salutis dispendium subsequatur; præsentium vobis auctoritate districtius inhibemus, ne ad suscepturn vestri ordinis ante professionem aliquem obligare, vel infra probationis spatium (quod est maxime in subdium fragilitatis humanæ regulariter institutum) quemquam facto vel verbo ad proficendum seu ad renunciandum de necessitate

ANNO CHRISTI 1236.

GREGORII IX. ANNO 10.

seculo inducere presumatis: nec constitutum in probatione novitium aliquatenus impedit quominus infra tempus probationis ad aliam religionem, quam maluerit transcar, sicut de sua processerit libera voluntate non obstantibus statuto contrario, si quod à vobis est editum, quod tamquam in clusionem constitutionis nostræ presumptum irritum decernimus & inane, vel aliquibus literis à Sede Apostolica impetratis. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis & constitutionis infringere, vele auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attenare presumperit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se niquerit iucundum. Datum Regale 3. Idus Iulij Pontificatus nostri anno decimo.

XLVII.

Confirmat monasterio S. Francisci Cremonen. donationem ipsi factam ab Episcopo Cremonen. Reg. Varic. epist. 164.

ABBATISSÆ MONASTERII S. FRANCISCI IN CLAVSIS
CREMONEN. EIVSQUE SORORIBVS INCLVIS TAM
præscribibvs quam futuris.

Religiosam vitam eligentibus, &c. usque eneruet. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, l. vestris iustis postulationibus clementer annuiimus & monasterium S. Francisci in Clavis Cremonen. in quo diuino estis obsequio mancipatæ sub B. Petri, &c. usque communius. In primis siquidem statuentes quod ordo monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusum S. Damiani Assisiensis in eodem loco constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseretur. Præterea quascumque portiones, &c. usque illibata permaneant, in quibus hac propriis, &c. locum ipsum, &c. Liceat quoque vobis. &c. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestiarum post factam in monasterio professione fas sit de eodem loco discedere, discedentem nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero altariū, &c. usque Episcopu[m] diocesanu[m] impendat, &c. usque ad communius. Tenorem autem ipsius Episcopi iterum ad cautelam duximus præsenti priuilegio inserendum qui talis est.

Homobonus miseratione diuina Episcopus Cremonen. dilectis in Christo filiabus Abbatissæ & sororibus pauperibus monialibus inclusis monasterij S. Fracisci in Clavis Cremonen. edificati salutem in perpetuum. Cum diuina gratia fauente monasterium in honorem gloriose semperque Dei genitricis semperque Virginis Mariæ & S. Francisci in Clavis Cremonen. inter Lectum vetus fluminis Cremonelle & aquam nauigij costrueritis, ut ibidem Domino famulætes pro nobis & aliis peccatoribus possitis orare, ac à nobis humiliter postulaatis ut monasterium vestrum cum possessionibus suis circumpositis usque ad viginti tornaturas terræ & personas ibidem omnes Domino seruientes, &c. usque ad assensu[m], prefatum monasterium cum pertinentiis suis usque ad 20. tornaturas iera, ac personas, &c. usque referantes nobis annis singulis persolvendam, & Ecclesiastica sacramenta dumtaxat cum à vobis fuerimus requisiri nos & nostri successores vobis & vestris successoribus gratis & sine prauitate aliqua impendemus. Datum Cremonæ anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi 1233. Ind. 6. die 13. ex Madio.

Ego Homobonus miseratione diuina Cremonen. Episcopus hanc exemptionem huc prævilegium feci & subscripsi. Ego Niger Cremonen. Ecclesiaz Archidiaconus interfui & subsi. Ego Nicolaus Cremonen. Ecclesiaz Archipresbyter interfui & subsi. Ego Ioannes sacerdos Canonicus Cremonen. Ecclesiaz interfui & subsi. Ego Martinus presbyter & Canonicus Cremonen. consensi & subsi. Ego Paganus Domini Papæ subdiac. & Can. Cremonen. consensi & subsi. Ego Hugo Domini Papæ subdiac. & Can. Cremonen. consensi & subsi. Ego Gulielmus adiutorius Domini Papæ subdiac. & Can. Cremonen. consensi & subsi. Ego Orlandus subdiac. & Can. Cremonen. consensi & subsi. Ego Bonapax Domini Papæ subdiac. & Con. Cremonen. consensi & subsi. Ego Albertus acolythus Can. Cremonen. consensi & subsi. Ego Aymericus acolythus Can. Cremonen. consensi & subsi. Ego Homobonus de Pascharolo sacri Imperij legati Notarins iussu supradicti Domini Homoboni Dei gratia Episcopi Cremonen. hoc prævilegium scripsi & me subscripsi. Decernimus ergo. &c. usque usibus omnimodi profutura. Salve sedis Apostolica authoritate. Ad indicium autem perceptæ

Regestum Pontificium.

31

ANNO CHRISTI 1236.

GREGORII IX. ANNO 10.

perceptæ à Sede Apostolica libertatis vnam libram ceræ persoluetis nobis nostrisque successoribus annuatim. Si qua igitur, &c. subiaceat ultioni. Cunctis autem, &c. Præmia æterna pacis inueniant. Amen. Amen. Amen. Datum Reate per manum Magistri Guillielmi S. R. E. Vicecancellarij 4. Kalen. Aug. Indict. 8. Incarnat. Dominicæ anno 1236. Pontif. vero Domini Gregorij Papæ IX. anno 10.

X L I X.

Confirmat donationem monasterij S. Marie de Spello ab Episcopo Spoletoano. Reg. Vatic. epist. 170.

ABBATISSÆ MONASTERII S. MARIE VALLIS GLO- RIÆ DE S P E L L O E I V S Q V E S O R O R I B V S I N C L V S I S tam præsentibus quam futuris.

- I. **R**eligiosam vitam eligentibus, &c. Ut communiter in aliis epistolis usque *Nicolaus Dei gratia Spoletoano Sedis Episcopus*.
- II. Dilectis in Christo filiabus Baluioz Abbatissæ & sororibus monialibus monasterij S. Marie vallis Gloriz de Spello salutem & benedictionem. Cum vos diuina gratia inspirante monasterium in honore Beatz ac glorioz semperque virginis Marie in loco, qui dicitur Vallis Gloriz construxeritis ut ibidem Domino deuote famulantes pro nobis, &c. Usque *affessa*. Præfatum monasterium, & personas illic commorantes ab omni iure Episcopali, &c. Usque duodecim Lucan, pro Synodo reservantes annis nobis singulis persolvendas. Datum Spoleti apud Ecclesiam S. Ioannis anno 1231. Indict. 4. die 7. intrante Martio.
- III. Ad huc Magister Nicolaus Prior maioris Ecclesiz Spoletanæ Iohannes Archidiaconus Raymundus prior S. Felicis. Gilius prior S. Sauini Ceconia Dominus Raynerius & Dominus Ianuarius Canonici Spoletan. consenserunt. Decernimus ergo, &c. Usque in finem. Datum. Reate 4. Non. Aug. Pontif. nostri an. 10.

L.

Confirmat monialibus monasterij Spoletoani donationes & exemptiones ipsi factas ab Episcopo Spoletoano. Reg. Vatic. epist. 169.

ABBATISSÆ MONASTERII S. MARIE INTER ANGVLOS SPOLETANOS, E I V S Q V E sororibus inclusis, &c.

- I. **R**eligiosam vitam eligentibus, &c. Usque *præterea omnes* libertates & immunitates quas monasterio vestro vener. fr. N. Spoletanus Episcopus de Capituli sui assensu induluisse dignoscitur, sicut in eorundem literis plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus.
- II. Tenorem autem literarum ipsorum Episcopi & Capituli ad cautelam duximus præsenti priuilegio inscrendum: qui talis est. Nicolaus Dei gratia Episcopus & Capitulum Spoletan. Dilectis sibi in Christo Annae Abbatissæ & sororibus monialibus monasterij S. Marie inter Angulos de Spoleto Salutem & bene. Cum Sanctissimus in Christo pater noster Dominus Gregorius Papa IX. diuina gratia inspirante monasterium in honore Beatz ac glorioz, semperque Virg. Marie in loco qui dicitur Costa de Cizan. de pecunia sua construi fecerit ut ibidem Domino deuote famulantes pro nobis & aliis peccatoribus possitis orare à nobis humiliter postulaatis ut monasterium & personas ibidem Domino seruentes, intuitu pietatis & pro redemptione peccatorum nostrorum à iure Episcopali, seu alterius conditionis gravamine eximere deberemus. Eapropter vestræ piz ac humili petitioni pio concurrenies assensu, præfatum monasterium & personas illic commorantes cum horto, vineis & alijs adiacentiis suis ab omni iure Episcopali & cuiuslibet condit

ANNO CHRISTI 1236.

GREGORII IX. ANNO 10.

conditionis obligatione liberamus, eximimus nihil nobis aliud & Ecclesiaz Spoletanæ, nisi unam libram de cera pro censu reservantes nobis annis singulis persoluendam. Dat. Spoleto anno Domini 1232. tempore Gregorij Papæ noni & Fredetici Imperatoris 2. 16. Kalend. Aug. Indiqt. 5.

Ego Nicolaus Episcopus Spoleranus subscripti. Ego Ioannes Archidiaconus Sol. manu propria subf. Ego Nicolaus Prior Spolet. subf. Ego Raynerus prior S. Felicis Canonicus Spol. subf. Ego presbyter Matthæus Can. Spol. subf. Ego Ioannes Canonicus Spol. Ecclesiaz subf. Presbyter Leonardus Can. subf. Ioannes Diaconus Canonicus Spol. subf. Jacobus Canon. Spoletan. Eccles. subf. Decernimus ergo, &c. Ut supra usque in finem. Datum ut supra.

L I.

Indulget ne fratres Minores ad ordinem Cisterciensis transeuntes post emissam ibi professionem, denuo ad suos remittantur: quod & fratribus Minoribus similiter concedatur. Reg. Varic. epist. 180.

UNIVERSIS ABBATIBVS ET CONVENTIBVS
CISTER. ORD.

Licer quibusdam ex fratribus vestris ad fratum Minorum & aliquibus ex iis ad vestrum ordinem transcurrentibus utrosque suo testitui ordini mandassemus, quia tamen prolixitas & professionis vinculum expugnare videntur, quo minus absque veriusque Ordinis scandalum possit mandatum Apostolicum adimpleri, nos & animarum saluti prouidere volentes, & dissidiis obuiare, ita duximus prouidendum, ut iam professi in ordinibus memoratis, non obstante mandato predicto, in eis libera debeat rewanere, auctoritate presentium, ne hac occasione inter vos & illos scandalum oriatur, id de cetero fieri districtim inhibentes. Nulli ergo nostræ prouisionis, & inhibitionis, &c. Si quis autem, &c. Datum Reate 2. Non, Augusti anno decimo.

In eundem modum *Ministro & fratribus Ord. Minorum*

In eundem modum *Ministro & fratribus Ord. Predicorum,*

L II.

Mittit fratrem Vilhelum Ordinis Sancti Francisci ad conciliandum pacem & concordiam inter Regem Gallie, & Ecclesiam Belluacensem. Regist. Vatican. epist. 222.

FRATRI WILHELMO DE ORDINE FRATRVM
MINORVM POENITENTIARIO NOSTRO.

Recepitis affectione paternâ literis quas nobis super negotio Belluacensis Ecclesiaz tua deuotio destinauit, & quæ continebantur in eis, intellectis prout conuenit diligenter, licet olim ad iustitiam Ecclesiaz Belluacen. de qua nobis constitutus evidenter, &c. ut supra prout continetur fere literis directis regi usque, merito debitores: quocirca mandamus quatenus personaliter ad eundem Regem accedens ad reformationem patis atque concordia secundum datam tibi à Deo prudentiam, salua Ecclesiaz libertate omnem quam potes operi & operari efficacem eundem Regem ad hoc sedulis monitionibus & crebris exhortationibus efficaciter inducendo. Ceterum ille clericus vxoratus quem idem Rex cum aliis nunciis suis ad nostram præsentiam destinauit non satis habuit labia circumcisæ, sed in asperitate verborum quæ protulit coram nobis, non considerauit prudenter quid intenti, & cui missus fuerat, conueniret, quoniam in excusacionem prætenderet, se ad ea quæ proposuit, proponenda mandantis iustione coactum. Datum ut supra Reate 8. Kalend. Octobris anno 10. Ad intellectum huius epistola nota sequentia ex alia missa ad Regem in eadem causa, quæ est 220. in regesto.

Sancte

ANNO CHRISTI 1236.

GREGORII IX. ANNO 10.

- II. Sane literis quas nobis celsitudo regia destinavit solitâ benignitate receptis, & ram ipsorum tenorem, quam his quæ dilectus filius Frater Robertus cellarius Longipontis nuntius tuus ex parte tua nobis exposuit, intellectis prout conuenit diligenter. Licet olim ad iustitiam Ecclesiaz Beluacen. de qua nobis constitit evidenter debitum respe-
Quam habentes interdum positum per vener. Fr. N. Archiepiscopum Rhemen. & Suffra-
ganeos suos in Rhemen. prouincia quod post appellationem ad nos legitime interiectam
fuerat relaxatum necessitate iuris, cui salua conscientia desesse nequivimus, mandaueri-
mus obseruare: quia tamen, sicut eisdem literæ continebant, nimis præpropere & ex ab-
rupto fuit huiusmodi repositum interdictum præsentim cum ad bonum pacis te satis be-
nignum & facilem exhibens quibusdam viris discretis & dominum timentibus ac cir-
cumspectis in pacis consiliis & concordiaz zelatoribus, de quibus non præsumitur, quod
in eorum manibus iura deberent Ecclesiaz deperire, ad hoc specialiter conuocatis, &c.
Et infra. Serenitatem tuam rogamus, monemus & hortamur in Domino ac in remissio-
nem peccatorum obsecrantes per viscera misericordiaz Dei nostri, &c. Quatenus sic su-
per restitutione iurium & libertatum vener. F. N. Episcopo & Beluacen. Ecclesiaz facien-
da; nec non de illatis damnis, de irrogatis iniuriis satisfactionem debitam impendendam
eisdem tam nostræ quam tuæ famæ consulas. Dat. ut supra.
- III. Suspendit Pontifex interdiictum ad octo menses pro fine pacis & concordiaz ineundz,
quæ nisi sequeretur infra præfarum terminum, voluit reincidente, ut constat ex epistola
221. ad Episcopum & Capitulum Beluacensem quæ hoc significat.

L I I I.

*Confirmat conuentui S. Marie Fulginat. donationem ipsi factam ab abbatore S. Pastoris
ord. Cisterciens. Reg. Vat. epist. 233. . .*

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. MARIE FULGINAT.

- I. **V**T intemerata consistant opera pietatis si Apostolico fuerint præsidio communita,
volentes ut quod pro sustentatione vestra de anno viginti quinque Saumarum
frumenti & quinque fabarum redditu vobis à monasterio S. Pastoris de Greza Cistercien.
Ord. Reatinz diœcesis prouidimus annis singulis persolundo perpetuā obtineat firmita-
tem contra dictum initum vos nomine monasterij vestri ex parte una & Abbatem & Con-
uentum prædicti monasterij S. Pastoris nomine monasterij sui ex altera ratum habemus
& gratum, eumque auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio
communimus. Tenorem publici instrumenti exinde confecti ad maiorem rei eviden-
tiā præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes: qui talis est.
- II. In nomine Domini nostri Iesu Christi anno eiusdem 1236. Indict. 9. mensis Iunij die
12. Pontific. S. Patris Domini Gregorij Papæ IX. anno 10. in præsencia robi Corradij
Scriniarij & testium subscriptorum ad hoc specialiter rogatorum Dominus Wilhelmus
Ven. Abbas monasterij S. Pastoris de Greza Cistercien. Ord. Reat. diœcesis pro se ac pro-
curatorio nomine pro toto conuento ipsis monasterij à quo super hoc habebat speciale
mandatum sicut in publico instrumento per Matthæum de Greza S. R. E. Scriniarium
confecto, à me viso & lecto plenius appatebat, pro se, monasterio ac toto conuento præ-
dictis recognoscens quod olim S. Pater Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa
nonus, monasterium S. Damiani situm in terra quæ dicitur Arnulphorum quod erat in
spiritualibus & temporalibus adeo deformatum, quod de reformatione ipsis spes peni-
tus nulla erat, cum possessionibus & pertinentiis suis, remotis inde pestilentibus per quos
ad huiusmodi desolationem deuenierat, eisdem Abbati & conuentui intuitu pietatis con-
cessit, ut ibidem facerent per idoneas & honestas personas Ecclesiasticas, Domino deser-
wiri, referuato de bonis ipsis monasterij S. Damiani pro sustentatione sororum inclusa-
rum quæ tunc erant in monasterio Aquæuiuz: & nunc ad monasterium S. Meriz de
Fulgineo, auctoritate eiusdem Domini sunt translatae viginti quinque Saumarum fru-
menti & quinque fabarum redditu, statuens ut idem redditus in necessitates dictarum so-
rorum inclusarum quæ fuerint pro tempore eiusdem monasterij S. Matiz de Fulgineo
integrè

ANNO CHRISTI 1236.

GREGORII IX. ANNO 10.

integre conuertatur, quod dicti Abbas & Conventus gratum & accepturn habentes pro se ac successoribus suis promiserunt Magistro Bartholomeo Domini Papæ Notario, quem adhuc Dominus Papa procuratorem constituit, speciale recipiente vice ac nomine prædicti monasterij de Fulgin. sub pena expressa inferius per supplicationem solemnem se dictis Abbatissæ & sororibus ac eis quæ ipsi successerint prædictum reddicium de frumento & bonis fabiis in festo Nativitatis B. Mariz sine diminutione aliqua soluturos annis singulis in expensis dictorum Abbatis & conu. ad dictum monasterium de Fulgine deferendum; ita videlicet quod duo rubia ad mensuram Romanam pro summa qualibet personantur, & si contra prædicta, vel aliquid eorum fecerint, aut per biennium in ipsius solutione cessauerint, cadant ipso facto à iure concessionis huiusmodi nihil utilitatis ex ea penitus habituri, quin potius tanta ipse redieus quam alij prouentus, possessio-nes & omnia bona S. Damasi cedant vñibus corundem & earum monasterio perpetuo applicentur. Pro quibus omnibus & singulis obseruandis, pro se ac procuratorio nomine pro conuentu se & ipsum conuentum ac successores suos & monasterium obligauit Abbas prædictus renuncians pro se & pro prædictis in his omnibus & singulis omni iuris auxilio Canonici & Ciuilis, consuetudini & statuto, exceptioni reali & personali, & omnibus quæ possent obiici contra hoc instrumentum vel factum. Et ut de his non possent ulterius dubitari idem Abbas sigillo suo fecit præsens instrumentum & suorum fratrum subscriptionibus roborari. Actum Interamne præsentibus his testibus ad hoc specialiter vocatis atque rogatis, scilicet.

Ego Fr. Guillelmus Abbas me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. III. Robertus me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. Iacobus me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. Gratianus me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. Munallus me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. Petrus me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. Ioannes me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Ego Fr. Petrus me subscripti & signum Crucis propria manu feci. Magistro Bartholomeo de Beneuenuto Domini P P. scriptore. Landalpho Præposito de Repesoholt Canonico Bremensi, Magistro Martino clerico Aquen. Deodato clerico Lodouen. Henrico clerico S. Mariz in Transtyberi. de Vtbe, & pluribus aliis. Et ego Conradus Imperialis aulæ sanctuariorum prædictis omnibus interfui & hoc instrumentum vtriusque partis consensu scripsi & compleui rogatus. Nulli ergo postea confit. &c. Si quis autem, &c. Dat. Reg. Kal. Octobr. anno 10,

L I V.

Mandat obseruari quod ante statuerat circa clausuram monialium S. Damiani.
Regest. Vatic. ep. 268.

VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS PRÆSENTES
LITERAS INSPECTVRIS.

ET si omnium illa cura debeat nobis inesse fidelium, quod fauente Domino metuantur gaudia supernorum, de his tamen tenemur solicitudinem habere principiam qui cunctis postpositis, formam paupcrum & humilium assumentes, corpus & animam perpetuo depucarunt obsequio redemptoris. Cum ergo dilectas in Christo filias pauperes moniales inclusas ordinis S. Damiani virtutum augmenta suscipere & pacem habere spiritus ab omni turbatione immunes effici cupiamus, volumus ut quod à nobis olim in minori officio constitutis, circa ingressum monasteriorum eiusdem ordinis videlicet qui, quomodo, & quando ingredi debeant in regula dictarum monialium institutum esse dignoscitur, ab vniversis & singulis inuiolabiliter obseruetur. Qui autem contrauenire presumperint excommunicationis sententiaz decernimus subiacere. Datum Interamne 10. Kal. Decembr. anno 10.

Regestum Pontificium.

37

ANNO CHRISTI 1237.

GREGORII IX. ANNO 10. & 11.

Anno Christi 1237.

Gregorij IX. ann. 10.

L V.

Interdicie monialibus S. Damiani e sum carnum in monasterio. Reg. Vatic. ep. 357.

V N I V E R S I S A B B A T I S S I S E T S O R O R I B V S O R D I N I S S. D A M I A N I.

Licer velut ignis impietate succensa & intumescente mundi procella cogamur de multis esse solliciti, & erga plurima perturbari, quando tamen specialius vos vniuersas & singulas tamquam filias in Christo dilectas in charitatis visceribus gerimus, tanto de statu ordinis vestri seruando & in melius promouendo solicitius cogitamus. Diuinus pietatis clementiam humiliter implorantes, & in votis semper habentes, ut ipsius ordinis fama illa seruetur & vestra conscientia non ledoratur. Cum ergo in Cisterciensi & quibusdam aliis ordinibus laudabiliter sit statutum, ut carnes infra monasteriorum suorum septa, exceptis (secundum B. Benedicti regulam) infirmis & debilibus non edantur. Nos famam ordinis vestri quae per Dei gratiam obseruantiam vite districtoris elegit & conscientiam nostram, quam vestrum volentes salubriter prouidere, praedicta autoritate statuimus, & districtius inhibemus, ne nullus vnuquam frater aut soror praeter infirmos, debiles, & puellas quae regularem non possunt, & tatis teneritudine prohibente, seruare rigorem, infra septa monasteriorum vestrorum de cetero carnes edat, nec etiam extra alicui ministeris, vniuersitati vestrum in virtute obedientiae firmiter præcipiendo mandamus, hoc sicut animarum vestrarum periculum non vultis incurere procuretis inviolabiliter obseruare. Dat. Interamne s. Idus Februarij anno 10.

Anno Christi 1237.

Greg. IX. Anno 11.

L V I.

Difensas cum sororibus S. Francisci Pragen. in quibusdam obseruantia strictioribus.

Reg. Vat. ep. 23.

M O N I A L I B V S I N C L V S I S M O N A S T E R I I S. F R A N C I S C I P R A G E N. O R D I N I S S. D A M I A N I.

CVM sicut propositum coram nobis, propter nimium frigus & aëris intemperiem, non possitis in omnibus asperitates ordinis sustinere. Nos, quia rationabile decet esse obsequium quod creatura debet impendere creatori, praesentium vobis auctoritate concedimus, ut super eo quod secundum statuta eiusdem ordinis in pane & aqua certis diebus ieiunare debetis, & vsu calceamentorum & pellium ac propter debilitatem, relaxando continuo ieiunio ad quod tenemini iuxta statuta praedicta Abbatissa monasterij vestri de visitatoris consilio valeat prout expedire viderit dispensare. Dat. Viterbijs s. Idus Aprilis anno 11.

L V I I.

Confirmat immunitates à Rege Boemie, & Episcopo Pragen. collatas monasterio monialium Sancti Francisci Pragen. & noua ipse privilegia concedit. Reg. Vatic. epist. 24.

A B B A T I S S Æ M O N A S T E R I I S. F R A N C I S C I P R A G E N. E T E I V S S O R O R I B V S I N C L V S I S, T A M P R A- fentibus, quam futuris regularem vitam professuris, &c.

Prudentibus

ANNO CHRISTI 1237.

GREGORII IX. ANNO II.

Prudentibus virginibus, &c. usque *sacra religionis enerues*. Eapropter dilectz in Dominio filie vestris iustis postulationibus favorabiliter annuentes monasterium S. Francisci Pragen. in quo diuino estis obsequio mancipatz, in fundo quem charissimus in Christo filius noster Wenceslaus illustris Rex Bohemiz Ecclesiaz Rom. concessit, & tam idem Rex quam ven. Fr. n. Ioannes Pragen. Episcopus de assensu Capituli sui & ipsum locum pietatis intuitu plenarię libertati donauit, sicut in eorum litteris ad nos transmissis perspeximus plenius contineri: in ius & proprietatem B. Petri ac sub nostra & Apostolicae Sedis protectione suscipimus & praesentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, &c. Usque *institutionem monialium inclusarum Sancti Damiani in eodem monasterio*, &c. Usque *obseruetur*. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. Usque *retinere*. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestiarum, &c. Usque *discendere*. Discendenter vero, &c. Usque *extorquere*. Sed omnia gratis auctoritate nostra vobis Episcopus Diccesanus impendat. Alioquin liceat vobis hęc eadem auctoritate recipere à quocumque malueritis Catholico Antistite gratiam & communionem Sedis Apostolice obtinente. Quia vero interdum Diccesani Episcopi copiam non habetis, &c. Usque *tempore valeat*. Cum autem generale interdictum, &c. Usque *divina officia celebrare*. Obeyente vero tenet eiusdem loci Abbatissa, &c. Usque *prouiderint eligendam*. Libertates præterea ac immunitates concessas vobis à Rege, Episcopo & Capitulo supradictis auctoritate Apostolica confirmantes nihilominus inhibemus, ne quis Archiepiscopus, Episcopus, vel Prelatus alius in monasteriu predictum, vel personas regulares inibi Dominio famulantes excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare, quam contra prohibitionem huiusmodi prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati vestra, &c. Usque *exercere*. Statuimus insuper ut iuxta motum Rom. Ecclesiaz diuinum ibi officium celebretis, excepto quod psalterium secundum consuetudinem possitis dicere Gallicanam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum praefatum monasterium liceat temere perturbare, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Ad iudicium autem huiusmodi perceperz à Sede Apostolica libertatis unum obolum aureum persoluetis nobis nostrisque successoribus annuatim. Si quis igitur in futurum, &c. &c. Usque *distantia fabiaceat unctioni*. Cunctis autem, &c. Usque *inveniatur*. Datum Viterbij per manum Magistri Wilhelmi S. R. E. Vicecancellarij 18. Kalend. Maij Indit. 9. Incarnationis Dominicæ anno 1237. Pontificatus vero Domini Gregorij Papæ IX. anno 11.

L V I I I.

Varia concedit priuilegia fratribus S. Francisci Pragen. eis collata iisdem ab aliis confirmat. Reg. Vatic. epist. 25.

MAGISTRO HOSPITALIS S. FRANCISCI PRAGENSIS,
BIVSQVE FRATRIBVS TAM PRÆSENTIBVS
quam futuris relig.

Omnipotens Deus qui alto prouidentiaz suz consilio cuncta disponit, cor & animum dilectz in Christo filie Agnetis sororis charissimi in Christo filii nostri Illustris Regis Boemiz tanto charitatis igne succedit ut in monasterio S. Francisci pauperum monialium inclusarum Pragen. Christo seipsum in odorem suavitatis offeret & pietatis ac compassionis intuitu ad opus infirmorum & pauperum hospitale, in quo diuino estis obsequio mancipati, fecerit & dotarit. Nos ergo prosequentes sanctum eius proposicium & Apostolico patrocinio confouentes, ad preces ipsius, hospitale predictum situm in fundo quem praefatus Rex Ecclesiaz Romanz concessit, & tam idem quam vener. Fr. N. Pragen. Episcopus plenarię libertati donauit sicut in eorum litteris ad nos transmissis perspeximus contineri: in ius & proprietatem B. Petri ac sub nostra & Apostolicae Sedis protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communimus, in primis siquidem statuentes ut Ordo Catholiticus qui secundum Deum & B. Augustini regulam in eodem hospitali de mandato nostro institutus esse dignoscitur perpetuus, &c. Usque *obseruetur*.

Regestum Pontificium:

37

ANNO CHRISTI 1237. & 1238.

GREGORII IX. ANNO II.

obserueretur. Præterea quascumque possit. &c. Usque ad illibata permaneant. In quibus &c. usque vocabulio. Locum ipsum in quo præsumptum hospitale situm est, cu[m] omnibus pertinentiis suis, villam Glupetin cum omnibus villis ad eam pertinentibus, videlicet: Suimenele & Nido-situs. Villam Borotiz cum omnibus villis ad eam pertinentibus, videlicet Supenee Wiet & Drachtesici. Villam Ribiniz cum suis pertinentiis. Villam Kokschicæ cum omnibus pertinentiis suis & alias possessiones vestras cum prædictis vineis, &c. Sane Noualium vestrum, &c. Usque vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. Usque resinxere. Prohibemus insuper ut nulli fratum vestrorum, &c. Usque nisi auctoritas religionis obtentu[m] discedere. Discedentem vero, &c. nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictu[m], &c. Usque celebrare. Duimmodo causam non dederitis interdicto. Pro consecrationibus vero altarium, siue pro oleo sancto, vel alio Ecclesiastico Sacramento, &c. gratia, vobis auctoritate nostra Episcopus diocesanus impendat: Alioquin liceat vobis hac etiam auctoritate recipere, &c. Usque obtemperante. Quia vero interdum diocesanii Episcopi copiam non habetis, &c. Usque recipere valentis. Obeyente vero te nec eiusdem hospitalis Magistro nullus ibi, &c. Usque prouiderint eligendum. Libertates præterea, & immunitates concessas vobis à Rege, Episcopo & Capitulo supradictis auctoritate Apostolica confirmantes nihilominus inhibemus ne quis Archiepiscopus, Episcopus, vel Prelatus aliis in hospitale prædictum, vel regulares personas inibi Domino famulantes excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare, quam contra prohibitationem huiusmodi prolatam decernimus non tenere. Paci quoque, &c. Usque audeat exercere. Decernimus ergo, &c. Usque omnimodis profutura. Salua Sedis Apostolica libertatis unum bizantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolueris. Si qua igitur, &c. Usque subiaceat ultio[ni]. Cunctis autem, &c. Usque premia eterna paci inueniant. Datum Viterbij per manum Magistri Gulielmi S. R. E. Viccancellarij 18. Kal. Maij Indict. 9. Incarnat. Dominicæ ann. 1237. Pontificis vero Domini Gregorij Papæ an. 11.

Anno Christi 1238.

Gregorij IX. ann. 11.

L I X.

Mandat Archiepiscopo Rhemen. et fratri Vvilielmo ut prouideant Comiti Barri subisdium pro itinere versus Terram sanctam. Reg. Vatic. epist. 408.

ARCHIEPISCOPO RHEMEN. ET FRATRI VV.
POENITENTARIO NOSTRO.

*C*Vm dilectus filius nolis vir H. Comes Barri Ducis cruce signatus, centu[m], sicut ascruuit, milites ducere secum Domino concedete proponat in subisdium Terræ sanctæ, vel Imperij Constantinopolitani prout de nostra fuerit voluntate: Idque sine magnis sumptibus nequeat adimplere, mandamus quatenus decimam pecunia[re] quæ de redemptione votoru[m] Cruce signatorum Rhemen. prouincie, pauperum scilicet, debilium, & infirmorum, quorum vobis absolutio est commissa ad manus vestras primo deuenerit, ei ad persecutionem voti sui pro meliori apparatu ad itineris sui principium persoluatis. Dat. Lateran. 8. Idus Februarij anno 11.

L X.

*Commendat executionem negotij Comiti Barri supra iam commissi Episcopo Rhemen. &c.
Reg. Vatic. epist. 409.*

E I S D E M.

*C*Vm, sicut ex parte dilecti filij nolis viri H. Comitis Barri Ducis fuit propositionum coram nobis, nos ei specialein gratiam facientes ea quæ proueniunt ex redemptione votorum Crucis signatorum prouincie Rhemen. sibi duxerimus concedenda, vobis eorum collectoriis deputatis nolentes eam huiusmodi subsidio defraudari, mandamus quatenus

ANNO CHRISTI 1237. & 1238.

GREGORII IX. ANNO 11. & 12.

pus in execratione mandati nostri vobis super hoc directi, non obstantibus aliquibus literis, si quæ præter concessionem infra scriptam dicto Comiti ab Apostolica Sede apparuerint imperatæ, quæ de ipsa concessione mentionem non faciant procedatis. Contradictores si qui fuerint; &c. Quid si non ambo, &c. Dat. ut suprà.

L X I.

Mandas prefato Willmo Penitentiario ut prouideat aliquid subsidium pro itinere versus Terram sanctam D. G. de Argentonio. Reg. Vat. ep. 410.

EIDEM POENITENTIARIO.

In tellesto dudum quod dilectus filius nobilis vir G. de Argentonio Pictauien. diocesis Cruce signatus in subsidium Terræ sanctæ voverit quod illuc duceret 20. milites more regni Francie præparatores, & quod ad huiusmodi perfectionem voti sibi propriez non suppetant facultates, eiusdem precibus inclinati ven. Fr. N. Episcopo Pictauien. dedimus nostris literis in mandatis, ut de bonis quæ de vicesima seu tricessima, vel pro redemptione votorum in eadem dicte haberi contigeret, de consilio suo & prælatorum qui forent ad distributionem dictorum bonorum à Sede Apostolica deputati pars congrua dicto nobili in suarum expensarum subsidium præberetur: Verum quia, sicut dicitur, renitento dilecto filio nobili viro Comite Britanniz, cui prædicta bona in dicte præfata percipere, fuit ab Apostolica Sede concessam; huiusmodi prouisio prouenire non potuit: Nos de benignitate solita prouidere volentes quod idem G. fructum de nostra percepsisse gratia gratuletur, mandamus quatenus de bonis eisdem quæ pro memorata redemptione in ipsa dicte haberi contigerit, portionem congruam luxta tuum & prudentum virorum arbitrium sub tuo & eorum sigillis nomine dicti G. custodiendam fideliter ponи facias in sequestro, ut eidem cum ad Transmarinas partes Deo duce peruenierit ibidem in suam expensarum subsidium tribuatur. Dat. Later. 7. Kal. Martij anno 11.

Anno Christi 1238.

Greg. IX. Anno 12.

L X II.

Prohibet ne ante expletum annum probationis recipiatur quipiam ad professionem; nec iam professus à religione discedat, neque à quopiam recipiatur, & contra secu facientes concedit procedi posse censuris Ecclesiasticis. Iubet etiam ne vultus extra ordinem portes habitum fratrum Minorum, quibus concedit ut ita gestantem possint compellere censuris ut deponat. Habetur sub plumbo in nostro Archivo, & in Aracelitano est duplex autographum, item sub plumbō no. 38. & 87. Impressum habeat specul. Minor. tract. 2. fol. 25. Firmans. 3. ordin. tract. 2. par. 2. fol. 131.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS GENERALI ET ALIIS MINISTRIS
provincialibus & Custodibus fratrum Minorum salutem
& Apostolicam benedictionem.**

CVM secundum consilium sapientis nihil sine consilio faciendum, ne post factum pœnitudo sequatur, expedit cuilibet excelsioris viæ propositum aggressuro, ut præcedant pulchritudine suos gressus, vires videlicet proprias discretionis moderatim meriendo, ne si, quod absit, altiora se querens, in commotionem dederit pedem suum, & tertio respi-
cco. 19.10. citat in salis infatuati statuam conuertēdus, pro eo quod suum sacrificium, quod Domino fuerat oblatus, sale sapientiæ non condidit. Sicut enim sapiens despiciat si non feruet, sic feruens confunditur, si non sapit. Quare pene in omni religionis est ordine prouide institutum, ut regularès obseruantias suscepunt certò tempore ipsas probent, & probentur in eis, ne sit locus de cetero pœnitudini, quam nqñ potest levitatis occasio excusat. Auctoritate itaque vobis præsentium inhibemus ne aliquem ad professionem vestri ordinis nisi per

Regestum Pontificium.

39

ANNO CHRISTI 1238.

GREGORII IX. ANNO 1A.

per annum in probatione fuerit, admittatis. Post factam vero professionem nullus fratrum ordinem vestrum relinquere audeat, nec relinquentem alicui sit licitum recipere. Quod si quis forte retinere presumperit, licitum sit vobis in ipsos fratres regularem sententiam promulgare. Inhibemus etiam ne sub habitu virorum vestrum liceat alicui extra obedientiam euagari, & paupertatis vestrum corrumpere puritatem; quod, si quis forte presumperit, liceat vobis in fratres ipsos donec resipuerint, censuram Ecclesiasticam exercere. Nulli ergo, &c. Si quis, &c. Dat. Later. 10. Kal. April. Pontif. ann. 12.

L X I I I.

Temperat monialib. Pragensib. rigorem regule. Ex Reg. Vatic. epist. 4.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI INCLVSARVM ANCILARVM CHRISTI MONASTERII S. FRANCISCI
Pragen. Ord. S. Damiani.

Pia meditatione pensantes, quod Patris æterni Filius de utero gloriose Virginis Mariæ pro salute humani generis incarnatus, cuncta cum suavitate disponens, suorum universitati fidelium remedia diuersa protulit, per quæ in ipsius laudibus per vota persistere delectetur; libenter ad id volumus haberi solliciti per quæ Deo iuuante circa diuinæ legis obseruantiam in vobis deuotionis feruor & perseverantie gratia valeant adaugeri. Cum igitur ex frigida dispositione patræ in qua estis sub disciplina regularis obseruantæ ad Redemptoris gloriam constitutæ perueniat, quod rigorem concessæ vobis regule non possitis in omnibus, ut cupitis, sustinere, de æterna benignitate prouidēdum duximus, ut austerioratem huiusmodi salutaris moderantie studio temperemus. Vobis itaque præsentium auctoritate concedimus, ut non obstante, quod omni tempore secundum eandem regulam in cibo quadragesimali ieiunare debetis diebus Dominicis & quinta feria bis comedere, & lacticiniis refici valeatis. In omni vero Pascha & solemnitatibus B. Mariæ Virginis ac etiam Apostolorum sive in festo Nativitatis Domini necnon tempore manifestæ necessitatis utpote infirmitate, nulla vestrum ad ieiunium teneatur. Et si forte aliqua ex vobis infirma fuerit Abbatissa vel soror maior nihilominus cum ipsa de ieiunio & cibo dispensandi habeat potestatem. Præterea volumus quod diebus illis quibus in quadragesima maiori & minori secundum regulam in pane & aqua teneamini ieiunare, refectionem in omnibus sicut aliis diebus quadragesimalibus habeatis. Ceterum habendi duas tunicas, scapularia, & mantellum cum pellibus & subulares & utendi fiscornibus plenis fœno vel palca necnon cœricalibus vobis licentiam impertimur. Nulli ergo nostra concessionis, &c. Si quis autem, &c. Dat. Later. 3. Nonas Maij anno 12.

L X I V.

Commitit Prioribus Prædicatorum curam hospitalis S. Francisci Pragensis quoad visitationem & reformationem. Ex reg. Vatic. ep. 51.

PROVINCIALI IN POLONIA ET PRAGEN. PRIORIBVS
ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM.

Vota deuotorum Ecclesie quæ fructum salutis æternæ continere perspicimus, quo potiora sunt, omnibus libenter ad effectus deduci gratiam procuramus. Hinc est quod cum dilectus filius Magister & fratres Hospitalis S. Francisci Pragen. nullo medio ad Ecclesiam Romanam pertinentis, doctrinæ vestrum cupiant habere præsidium, ut facilius proficere valeant ad merenda gaudia beatorum; deuotionem vestram rogamus & hortamur attente per Apostolica scripta mandantes, quatenus fauore beneuolo prosequentes pia desideria corundem, ipsis usque ad quinquennium bis vel semel in anno visitationis officium impendatis corrigentes & reformatos tam in capite quam in membris, quæ corrigenda & reformanda officio noueritis indigere. Præterea super institutionibus

ANNO CHRISTI 1238.

GREGORII IX. ANNO 12.

per fratrem Ioannem Ministrum Provincialem Ord. fratrum Minor. auctoritate nostra
sicut dicitur, factis ibidem, quæ in parte studiorum correctionis seu mutationis exposcere
proponuntur, eadem auctoritate prouidere curetis, prout secundum Deum saluti disto-
rum Magistrorum & fratrum videturis expedire. Contradictores, &c. Datum Lateran. 10.
Kalend. Maij anno 12.

L X V.

*Acceptat renunciationem Hospitalis Sancti Francisci Pragen. factam ab Agneta Bohe-
mica, & transfert possessionem in Magistrum & fratres Hospitalis. Ex Regest.
Vatic. ep. 50.*

MAGISTRO ET FRATRIBVS HOSPITALIS
S. FRANCISCI PRAGEN.

Charissima in Christo filia nostra Agnes Germana illustris Regis Boemiz & Cönen-
trus inclusarum ancillarum Christi monasterij sancti Francisci Pragen. Ordinis S.
Damiani, nobis humiliter supplicarunt ut Hospitalis S. Francisci loci eiusdem, quod olim
cum iuribus & pertinentiis cesserat eis & per ipsas Sedes Apostolica monasterio memo-
rato concepsit, liberam resignationem recipere curaremus. Nos igitur huiusmodi resi-
gnatione recepera, hospitale ipsum quod beati Petri juris & proprietatis existens vobis
& successoribus vestris concedimus in perpetuum liberè possidendum sub Apostolicæ Se-
dis protectione sanctius perpetuis permanere temporibus, & nulli alij praeterquam Rom.
Pontif. subiacere. In recognitionem autem dominij & perceperæ à Sede Apostolica liber-
tatis Ecclesiaz Rom. censum annum viii Bisantij persoluetis. Nulli ergo nostræ con-
fessionis & constitutionis &c. Si quis autem &c. Datum Lateran. 5. Kalend. Maij an-
no 12.

L X V I.

*Respondet ad quedam interrogata circa colligenda legata relicta in Terra sancta subfir-
dium. Ex Reg. Vatic. epist. 172.*

FRATRI VVILLIELMO POENITENTIARIO NOSTRO
ET DECANO PARISIEN.

Consultationi vestre sic duximus respondendum quod legata in Terræ sanctæ subfir-
dium, quæ testatur certis assignari personis, vel per certas personas in ipsius subsidium
defiri mandauit, exigere non valcat. Ea vero quæ pro eodem subsidio bellatoribus in-
certis exoluī præcepit, exigere & detentores ipsorum ad exhibendum ea vobis iuxta man-
dati nostri tenorem vobis directi coarctare potestis. Datum Later. 6. Kal. Julij anno 12.

L X V I I.

Iubet ut protegant Minoris ab iniuriis cleri Braccaren sis. Ex Reg. Vatic. ep. 208.

EPISCOPO, DECANO, ET MAGISTRO
SCHOLARVM AVRIENSI.

SVb religionis habitu vacantibus studio pia virtute debemus esse propitijs, vt in diuinis
beneplacitis exequendis non possint obstaculis præpediri. Cum igitur dilecti filii Mi-
nister & fratres ordinis fratrum Min. provincie Braccaren. sicut accepimus à nonnullis
in personis & rebus ac elemosynis quæ conferuntur eisdem intuitu pietatis multis affi-
ciantur iniuriis & iacturis, nos eisdem condigne quietis volentes prouidere subudiis, &

ANNO CHRISTI 1238.

GREGORII IX. ANNO 12.

ipsorum turbatoribus viam præcludere lesionis discretionem vestram rogamus & hortamur. attente per Apostolica vobis scripta præsentium mandamus quatenus eis pro diuina & nostra reverentia, favoris opportuni gratia prosequentes ipsos super præmissis non permittratis ab aliquibus indebet molestari. Molestatores, &c. Non obstantibus, &c. Quod si non omnes, &c. Tu frater Episcope, &c. Dat. Anagniz 8. Idus Augusti an. 12.

L X V I I I .

Item rur protégantur eorum benefactores. Ex Reg. Vat. ep. 209.

E I S D E M .

Arbiterantes indignum, quod unde quis Deo gratus haberi dignoscitur inde ab hominibus contumeliis affligatur, discretionem vestram rogamus & hortamur attente per Apostolica vobis scripta præsentium virtute mandamus quatenus benefactores dil. fil. fratrum de Ordine fratrum Minorum provincie Bracharen, qui sicut accepimus, pro eo quod ipsis beneficiunt multis afficiuntur iniuriis & iacturis opportuni favoris gratia prosequentes ipsos in personis aut rebus occasione huiusmodi non permittratis molestari, &c. Ut supra. Dat. ut supra.

L X . I X .

Approbat commutationes quarundam possessionum factas cum monasterio S. Marie de Farneto. Ex Reg. Vat. epist. 210.

ABBATISSÆ ET SORORIBVS INCLVISIS MONASTERII
SANCTI COSMI TRANSTIBERIM DE VRBE
Ordinis Sancti Damiani.

I. **Q**uoties à nobis petitur, &c. Usque impetriri. Cum igitur dilectus filius Abbas & Conu. monasterij de Farneto dederint, tradiderint, permutauerint, transstulerint & concesserint in perpetuum monasterio vestro, ac dilecto filio Magistro Ioanni de sancto Germano Capellano nostro dicti monasterij vestri nomine, auctoritate nostra recipienti Ecclesiam sancti Cornelij prope Insulam quæ vocatur castrum sancti Petri in loco qui dicitur Maceran. Portuen. diœces. liberam & absolutam cum Ecclesiis sibi subiectis & omnibus iuribus & pertinentiis suis nihil sibi vel dicto eorum monasterio aut successoribus suis in predictis penitus reservatæ, concesso ab eodem Capellano pro permutatione seu concessione huiusmodi de mandato nostro Abbat. & Conuentui supradictis monasterio S. Crispoliti Assisianis diœces. cum omnibus Ecclesiis, possessionibus, iuribus & pertinentiis quocumque modo vel iure ad monasterium illud spectantibus tam in capite quam in membris Assisianis Episcopi & Ecclesiaz iure salvo prout in instrumento publico confecto exinde perspeximus plenius contineri. Nos concessionem seu permutationem eandem ratam & gratam habentes ipsa auctoritate Apostolica confir. & patet S. Pap. commu. tenorem instrumenti predicti presentibus ad cautelam de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est. In nomine Domini Amen: Anno eiusdem 1238. 9. Kalend. Iulij Indict. 11. tempore Domini Gregorij Papæ IX. & Fr. Imperatoris existentium,

II. Nos Donnus Vbertinus Abbas monasterij Sanctæ Matræ de Farneto, & Donnus Vbertus Syndicus procurator & auctor ipsius monasterij ad dandum & permundandum sancti Cornelij, monasterio S. Cosmæ de Urbe in Transtiberim ut apparet in charta facta per Riccū Notarium. Tenor cuius talis est: In Christi nomine Amen. Ego Donnus Vbertinus Abbas & Conuentus monasterij S. Matræ de Farneto Aretin. diœces. scil. Donnus Joannes Camerarius, Donnus Dominicus S. Archangeli Abbas, Donnus Petrus Presbyter Prior de Curte, Presbyter Diotauiti prior de Rivo cauo, Presbyter Bonifacius Prior de Roncan. Presbyter Christophanus Prior de Cecian. Maffeus Diaconus Prior de Capell. Presbyter Pettus, Presbyter Vgo, Christophanus Pepus, Benedictus subdiaconus, Ioannes

ANNO CHRISTI 1238.

GREGORII IX. ANNO 12.

Ranucius, Magister Presbyter, Accursus & ludea subdiaconus monachi, Salomon Presbyter, Ioannes Presbyter, Viva & Ioannes Conuersi in monasterij eiusdem pro nobis omnibus & monasterio nostro, constitutus, facimus & ordinamus Syndicu[m] auctorem & procuratorem nostrum, & dicti monasterij te fratrem Vbertum ipsius monasterij monachum ad dandum, & permundandum, & transferendum, & corporalem possessionem tradendam, monasterium nostrum S. Cornelij de Insula in Maceran. Portuen. dicte cum Ecclesiis & Capellis sibi subiectis, possessionibus, iuribus & pertinentiis omnibus ipsius monasterij & dictarum Ecclesiarum monasterio S. Cosmaz in Transiberim de Urbe & cuilibet recipienti pro ipso & ad omnia alia gerenda & facienda quae huic negotio coepit posse, nihil in eis aut de eis nobis aut nostris posteris referuantes, & ad recipientiam permutationem siue recompensationem pro praedictis quam nuncius Domini Papaz nobis dederit, promittentes nos ratos habituros & firmum quidquid dictus Syndicus vel procurator fecerit de praemissis. In cuius rei testimonium & cautelam praefens scriptum sigillo mei Abbatis cum aliud sigillum proprium Conuentus non habeat, & manu publica fecimus consignari, dantes eidem Vberto Syndico nostro plenam & liberam potestatem alium super praedictis omnibus constituendi procuratorem. Actum in claustro praedicti monasterij nostri de Farneto praesentibus Ioanne Bernardini de Farneto, Petro de Capellis, Ioanne Bartoli, Ranucio Ioannis Bernardi, Ioanne Carbonis, Petro Raynerij de Farne-to, Ventura Ioannis de Capellis, & Picto Rainerij de Qualcotoli testibus rogatis. Anno Domini 1238. 9. Kalend. Iulij Indict. 11. nomine dicti monasterij & conuentus ipsius damus, tradimus, permundamus, transferimus & concedimus in perpetuum monasterio Sancti Cosmaz de Urbe in Transiberim, & dominabus inclusis quae morantur ibidem & tibi Domino Ioanni de Sancto Germano Domini Papaz Capellano recipienti de mandato istius Domini Papaz pro praedicto monasterio Sancti Cosmaz, & dominabus inclusis quae morantur ibidem, Ecclesiam Sancti Cornelij prope Insulam quae vocatur castrum Sancti Petri in loco qui dicitur Maceran. Portuen. dicte liberam & absolutam & Ecclesiis sibi subiectas, iura omnia & spiritualia, eisdem annexa nihil nobis vel dicto monasterio nostro aut nostris posteris reservato. Et ego praedictus Ioannes auctoritate Domini Papaz & mandato cuius tenor talis est.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei: dilecto filio magistro Ioanni de Sancto III. Germano Capellano nostro salutem & Apostolicam ben. Cum nostris tibi deit. us hre-gis in mandatis ut monasterium Sancti Crispoliti de Bitton. Assisiat. dicte. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis quod est lapsu temporalium imminentem in spiritualibus desor-matum, & P. Abbat. & monachos olim habitans ibidem non potuit reformari. Dilecto filio Abbatii & conuentui de Farneto auctoritate nostra conseras & assignes de ipsis conuenientibus reformatum, Assisiat. Episcopi & Ecclesiaz iure saluo. dis. t. p. a. f. m. q. ab Abb. & conuentu praedicti monasterij de Farneto super concessione ab eis de Ecclesia S. Cornelij cum omnibus iuribus & pertinentiis eius monasterio nostro S. Cosmaz Transiberim per-petua facienda, prius recipias publicum instrumentum. Dat. Later. 18. Kalen. Iulij Pontif. nostri anno 12.

Pro dicta permutatione, datione, & concessione do, trado, permuto, transero, & con-cedo vobis praedictis Abb. & Syndico monasterij praedicti de Farneto recipientibus no-mine ac vice ipsius monasterium S. Crispoliti de Bitton. Assisi. diccesis, & subiectas sibi Ecclesiis, iura & spiritualia eis annexa. Item nos praedicti Abbas & Syndicus nomine dicti monasterij de Farneto damus, tradimus, permundamus, transferimus & concedimus dicto monasterio S. Cosmaz Transiberim de Urbe & dominabus inclusis degentibus ibidem & tibi Domino Ioanni recipienti de Domini Papaz mandato praedicto pro ipsis dominibus & monasterio in perpetuum omnia temporalia, ius, proprietatem, & usum possessionum, & rerum omnium mobilium & immobilium Ecclesiaz praedictarum S. Cornelij & Ecclesiarum & rerum ipsarum quocumque modo vel iure tam in capite quam in membris sibi subiectarum. Pro quibus ego Ioannes auctoritate & vice praedictis do, trado, permuto, transero & concedo in perpetuum vobis praedicto Abbati & Syndico recipientibus nomine dicti monasterij de Farneto omnia temporalia, ius, proprietatem & usum possessionum omnium, & rerum omnium mobilium & immobilium praedictarum Ecclesiaz S. Crispoliti de Bitton. & omnium Ecclesiarum & rerum ipsarum quocumque modo vel iure tam in capite quam in membris subiectarum sibi, salvo iure Episcopii & Ecclesiaz Assisianis, & dicti monasterium vobis concedo ut sicut vestrum habeatis, & de mona-chis

Regellum Pontificium.

43

ANNO CHRISTI 1238.

GREGORI IX. ANNO 12, 1238.

chis vestri ordinis reformati situr in Dominico mandato perspicitur consingeri. Quam concessionem, permutationem & omnia alia, supradicta promittimus, dicti. Abbas & Syndicus monasterij S. Manze de Farnero nomine ipsius monasterij tibi dicto Domino. Ioanni recipiemus pro dictis dominabus inclusis monasterij S. Cosme de Vibe in Transilvania & ipso monasterio & ipsius dominabus, & monasterio rata & firma tenere perpetuo per nos nostrosque successores, & in nullo contra facere, vel contravenire aliqua occasione, vel exceptione sub pena milia marcarum argenti quam tibi pro dominibus predictis si contra fecerimus vel non seruauerimus predicta nos solutros promittimus stipulatione solemni, qua soluta vel non hac modo perpetuam obtincent armitatem.

V. Actum apud dictum monasterium S. Crispolini in claustru ipsius Ecclesie presentibus Joanne Domino Milianz Canonico Camerinense. Donno Angelo de Rossano Canonico Assisiano, Petro Leui de Bitton. Donno Nicolao Villam Capellan. Sandi Blasij Mercutio de Prato Clerico dicti Domini Ioannis, Donno Iacobo Capellano S. Laurentii de Torrella, Saracen; Domini Oluetan. de Bitton. Ricci Nitario, Vberino de monte Pulciano, Donno Angelo Clerico S. Laurentii de Torrella, Donno Iacobo monacho S. Quirici, & Donno Griffolino milite de Cortona, testibus rogatis. Item eadem hora & loco & presentibus eisdem testibus preses Donnum Nicolai & Saraceni; predictus Dominus Ioannes Capellanus auctoritate & mandato Domini Papae induxit dictum Abbatem & Syndicu[m] nomine monasterij predicti de Farnero in corporalem possessionem predicti S. Crispolini investiendo eis per pannos altaris & funes campanarum pro ipso monasterio Capellis omnisibus, possessionibus & rebus suis. Item predicti Capellanus & Abbas & Syndicus dederunt mihi Ricco Notario plenam potestatem & auctoritatem ut possim hoc instrumentum corrigeri & emendare ad mandatum Domini Papae vel Capellani predicti, salua natura contractus. Ego Riccus Imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus dum agerentur interfui, & ut supra legitur mandato predictorum Domini Ioannis Capellani Abbatis, & Syndici scripsi & authenticavi, & instrumentum procurationis predictum scripti manu Ricci Notarii & litteras predictas Domini Papae de verbo ad verbum auscultavi & exemplaui, excepto signo & publicatione suo subscriptione ipsius instrumenti procurationis. Nulli ergo nostra confirm. &c. si quis autem, &c. Datum Anagnia 5. Idus Augusti anno 12.

L X X .

Mandat Vvilielmo paenitentiaro dare subsidium de redēptionib[us] votorum cruce signatorum Episcopo Niuerien. Regist. Vatic. epist. 199.

F R A T R I V V I L H E L M O D E O R D I N E F R A T R V M
M I N O R V M P O E N I T E N T I A R I O N O S T R O .

C Vm Ven. Fr. N. Episcopus Niuerien. assumpto viafice crucis signo proposuerit in Terr[is] sancte subsidium proficisci, nos attendentes quod ipsum et potest, qui sicut assierit, cum honorabili bellatorum numero transfrerare disposuit, oportet subire grauia onera expensarum, mandamus quatenus redēptiones votorum cruce signatorum in duabus diocesis Regni Francie, in quibus per nos pro cruce signatis aliis non sic scripturo, nec alicuius vel aliquorum nobilium cruce signatorum terra existat, eidem Episcopo postquam iter transmarinum attinguerit facias assignari. Contradictores vero, &c. Dat. Larer. Nonis Novemb[ris] anno 12.

L X X I .

Mandat conferri subsidium de redēptione votorum cruce signatorum H. Belli loci proficisci in succursum Romani Imperij. Regist. Vatic. epist. 317.

E I D E M .

C Vm nobilis vir H. Dominus Belli loci in succursum Imperij Romani suscepit signum crucis, mandamus quatenus redēptiones votorum, quas per dilectos filios....

ANNO CHRISTI 1238. & 1239.

GREGORII IX. ANNO 12.

Abbatem Belli villa, ac Fratrem Petrum de Philistium Ord. fratrum Minorum inter ipsius nobilitate, auctoritate nostra colligi mandauisti, eidem nobili proficisciens in subsidium Imperij prefati facias assignari; mandatum nostrum taliter impleturus, quod idem nobilis assecutum se gaudeat quod intendit; & nos deuotionem quam merito possumus commendare. Datum 6. Kal. Decembris anno 12.

LXXXII.

Mandas absoluji à vota proficisciendi in subsidium Terræ sanctæ debiles, & impotentes.
Regist. Vatic. epist. 328.

....SENONEN. ET... ROTHOMAGEN. ARCHIEPISCOPI,
ET FRATRI WILHELMO DE ORDINE FR. MINORVM
Poenitentiario nostro.

CIVm sicut accepimus, nonnulli de Francia propter senectutem, alij ob debilitatem, quidam vero propter infirmitatem, non possint exequi personaliter votum quod assumpto crucis signaculo de transendo in Terræ sanctæ subsidium emiserunt, mandamus quatenus tales à voto huiusmodi absoluatis, ita tamen quod prius soluantes manibus vestris uniuersas expensas, quas essent in eundo, morando, & redeundo facturi, alias laborem itineris, pietatis operibus compensando, illam suorum peccatum indulgentiam habituri, quæ transiuntibus in ipsius terra succursum in generali cœpicio est concessa. Quod si non omnes, &c. Dat. Later. 4. Non. Decembris anno 12.

Anno Christi 1239.

Gregorii IX. anno 12.

LXXXIII.

Confirmat donationem seu permutationem monasterij S. Crispoliti factam à suo Capellano monasterio S. Marie de Farneto Aretino; et aliam permutationem seu translationem ad monasterium S. Cosme monialium. Regist. Vatic. epist. 335.

....ABBATI ET CONV. MONASTERII S. MARIAE DE FARNETO O.R.D. S. BENEDICTI ARETIN. DIOEC.

Quoties à nobis petitur quod religioni & honestati conuenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, ac potentium desideriis congruum suffragium imperit. Cum igitur dilectus filius Magister Ioannes de S. Germano Capellanus noster de mandato nostro dederit, tradiderit, permutterit, transstulerit, & concesserit in perpetuum monasterio vestro, monasterium S. Crispoliti Assisin. diœc. cum omnibus Ecclesiis, possessionibus, iuribus, & pertinentiis quocumque modo, iure ad monasterium S. Crispoliti spectantibus, tam in capite, quam in membris Assisin. Episcopi & Ecclesiæ iure salvo pro permutatione seu concessione Ecclesiæ S. Cornelij prope insulam quæ vocatur calxum S. Petri in loco qui dicitur Maceratus Portuen. diœc. quam monasterio S. Cosme T. an'lyberini de Urbe Ordinis S. Damiani fecisti, prout in instrumento publico confesso exinde perspeximus plenius contineri, nos concessionem seu permutationem eandem ratam & gratim habentes, ipsam auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Instrumenti predicti tenorem praesentibus ad caputelam de verbo ad verbum inseri facientes: qui talis est. In nomine Domini Amen, &c. et supra in alio instrumento num. 69. usque ad finem. Si quis autem, &c. Dat. Later. 16. Kal. Ianuarij Pontific. nostri anno 12.

LXXXIV.

Regestum Pontificium.

45

ANNO CHRISTI 1239.

GREGORII IX. ANNO 12.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSARVM S. FRANCISCI PRAGEN. ORD. S. DAMIANI.

EX parte charissimæ in Christo filiæ Agnetis sororis monasterij vestri, & vestra fuit propitum coram nobis, quod seculi vanitate postposita pro Redemptoris gloria religionis habitum assumptis, vos ad certam jejuniū obseruantiam obligastis, videlicet ut à sororibus, quæ sanæ sunt & validæ omni tempore tam diebus ferialibus quam festiuis, exceptis diebus Dominicis, & die Natalis Domini quotidie in cibis quadragesimalibus jejunetur, ita tamen quod in omni pascha & solemnitatibus B. Virginis ac etiam Apostolorum, nisi forte in sexta feria venerint, jejunare minimè teneantur. In quinta vero feria præter quam in maiori Quadragesima, & minori quæ jejunare noluerint, non jejunent. Hanc enim jejuniū & abstinentiæ legem corpore imbecilles aut debiles obseruare minimè permitantur, sed secundum earum infirmitatem, vel imbecillitatem tam cibariis quam jejuniis cum eis ab Abbatissa seu maiori sorore misericorditer dispenserentur. Nos igitur cupientes ut habendo quietem conscientiæ de bono in melius proficere valeatis vniuersitatem vestram præsentium auctoritate concedimus ut à vobis duntaxat huiusmodi forma jejunij non obstante jejunio quod continetur in regula vobis tradita obseruetur. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Si quis autem, &c. Datum Later. 15. Kalend. Ianuarij anno 12.

L X X V.

Inhibet ne facultates suas possint vendere aut alienare moniales Spoletoane. Ex Reg. Vatic. epist. 390.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSARVM MONASTERII S. PAULI DE SPOLETO Ordin. S. Damiani.

Statum monasterij vestri sic de bono in melius dirigi cupimus ut vos ad vestræ reliqionis obseruantiam posse Deo propitiante sufficere sentiamus. Cum igitur mulsum ad huiusmodi possibilitatem faciat quod tenitas vestræ substantiæ per negligentiam seu præsumptionem aliquam non decrescat, ne possessiones quas in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futuram iur. m. pref. do. po. adipisci, vendere, donare, locare, permuteare, in emphyteosim concedere, titulo pignoris obligare, vel distrahere seu modo quilibet alienare, absque licentia Sedis Apostolicæ præsumatis auctoritate præsentium sub interminatione anathematis distictius inhibemus, ex nunc decernentes irritum & inane si quid contra inhibitionem huiusmodi fuerit attentatum. Nulli ergo nostræ inhibitionis, &c. si quis autem, &c. Datum Later. 13. Kal. Martij anno 12.

L X X V I.

Transmittit monialibus Ulmensib. regulam. Ex Reg. Vatic. epist. 408.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. ELIZABETHÆ DE VLM. ORD. S. DAMIANI Cantantien. dccc.

Celestia quæcentibus terrenis contemptui derelictis libenter illa concedimus per quæ ipsis prouenturam perennis vitæ gloriam existimamus. Cum igitur vos sicut accepimus postposita vanitate seculi virtutum Domino sub B. Damiani regula elegeritis famulari, nos vestris precibus favocabiliter annuentes dictam regulam auctoritate Apostolica deuotioni vestræ duximus concedendam. Statuentes ut eadem à vobis & aliis quæ vobis successerint perpetuis furoris temporibus obseruetur. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. si quis, &c. Datum Later. Idibus Martij anno 12.

ANNO CHRISTI 1239.

GREGORII IX. ANNO 13.

L X X V I I.

*Ut non possint conueniri per litteras Apostolicas. Ex Regest. Vatic.epist.87.*ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM MONA-
STERII S. ANGELI ESCVLAN. ORD. S. DAMIANI.

Cælestia quærentibus, terrenis contemptui derelictis, libenter illud speciale præsi-
dium favoris impendimus, quod quietis & pacis eis producere gratiam sentiamus.
Eapropter dilectæ in Christo filiæ nos vestris piis precibus inclinati præsentium vobis au-
thoritate concedimus ut à quocumque conueniri per Apostolicas litteras non possitis, nisi
de Ordine vestro expressam fecerint mentionem. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Dat.
2. Non. Junij Pontif. nostri anno 13.

L X X V I I I.

*Concedis Langrauis autoritatem eligendi confessorem qui eos auctoritate absoluat
Pontificia, & iubet eum dari à Ministro Minorum. Ex Reg. Vatic.epist.102.*

MINISTRO FRATRVM MINORVM IN SAXONIA.

Dilectus filius nobilis vir . . . Langrauius Turingiæ & . . . vxor eius cupientes se di-
uinæ gratiæ per opera dignæ pœnitentiaz coaptare nobis humiliter supplicauerunt,
ut aliquem religiosum sacerdotem concederemus eisdem qui confessiones eorum audiat,
& iniungat eis pœnitentiæ salutarem. Nos igitur piuti eorum propositum fauore be-
nevolo prosequentes mandamus quatenus ad hoc aliquem de fratribus quis quem idoneum
esse cognoveris studeas deputare, qui nostra fœtus auctoritate, quæ præmissa sunt
diligentius exequatur, ac nobilem prædictum absoluat, si eum inuenerit pro violenta in-
iectione manuum in clericos & religiosas personas vel incendiis seu rapinis latè sententia
canonem incurrisse, vel in posterum incurrit contigat eundem. Prout quoq; passis
damna & iniurias satisfaciat competenter; & si eisdem nobilis fuerit grauis & enoris
excessus mitratur ad Sedem Apostolicam absoluendus. Datum Anagniæ 5. Kalend. Au-
gusti anno 13.

L X X I X.

*Confirmat donationem factam monialib. Offidanis. Ex Regest. Vatic.epist.104.*ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. FRANCI-
SCI DE OFFIDA ORD. S. DAMIANI FIRMAN. DIOEC.

Tà Sede Apostolica non indigne specialem fauorem & gratiam consequuntur, qui si-
culi vanitatibus derelictis per sanctæ conuersationis studia Dominum imitantur. Ea-
propter dilectæ in Domino filiæ vestris supplicationibus annuentes immunitatem & li-
bertatem quas Prior & Conuentus S. Mariæ castri Offidæ monasterio Farfen. subiecti
spiritualem in eodem claustro iurisdictionem & temporalem habentes vobis & mona-
sterio vestro in spiritualibus & temporalibus sub annuo censu duarum tantum librarum
ceræ pietatis intuitu conesserunt, sicut in instrumento publico inde confecto per ma-
num Gentilis notarij de Offida plenius continetur, vobis & per vos ipsi monasterio Ven.
dil. fil. . . . Abbatis & Conuentus prædicti monasterij Farfen. quorum huic concessioni
non interuenit assensus de nostræ plenitudine potestatis misericorditer supplendo defe-
ctum auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripsi patrocinio communimus.
Statuētes ut vos & monasterium vestrum Abbari seu Priori prædictorum monasteriorum
aut conuenientibus eorundem in nullo alio quam censu prædicto teneantur respondere, ac
in monasterio vestro per solum visitatorem monasteriorum Ord. S. Damiani qui pro
tempore

Regestum Pontificium.

47

ANNO CHRISTI 1239. & 1240.

GREGORII IX. ANNO 13. & 14.

tempore fucrit, vel alium cui hoc ipse commiserit visitationis officium impendatur. Ad hoc quieti vestræ paterna volentes solicitudine prouidere auctoritate præsentium distri-
ctus inhibemus, ne quis in monasterium vestrum seu personas Domino seruientes inter-
dicti vel excommunicationis sententiam sine mandato Sedis Apostolicæ speciali audeat
promulgare. Quam si secus proferri contigerit iritatem decernimus, & inanem. Nulli ergo
nostræ confirmationis, constitutionis, & inhibitionis, &c. Si quis autem, &c. Dat. Anagniæ
6. Kal. Nouembris anno 13.

L X X X.

Taxat eisdem certum numerum sanctorum monialium. Ex Reg. Vatican. epist. 205.

E I S D E M.

CVm propter multitudinem effrenatam religionis status frequenter soleat perturbari,
præscrit quando temporalium rerum facultas non suppetit opportuna, nos volen-
tes quieti vestræ vt debemus in posterum paterna solicitudine prouidere auctoritate præ-
sentium duximus statuendum, vt monasterium vestrum vicenario tantum monialium vel
sororum numero sit contentum, & nulla de cætero ultra eundem numerum in monialem
sive sororem recipiatur ibidem absque Sedis Apostolicæ speciali licentia vel mandato, &
niisi ea fecerint de præsentibus mentionem. Nulli ergo nostræ constitutionis, &c. Darum
Lateran, 5. Idus Decembris anno 13.

Anno Christi 1240.

Gregorij IX. anno 14.

L X X X I.

Concedit ne cogi possint ad commissiones obeundas, vel ad execuenda mandata. Ex
nostro Archiuo. Speculum fol. 116.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEL:
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO, ET UNIVERSIS
fratribus de ordine fratrum Minorum, præsentes litteras inspecturis
salutem & Apostolicam benedictionem.

QVi postposita vanitate seculi elegerunt virtutum Domino sub paupertatis habitu fa-
mulari, à nobis illa cōfouendi sunt gratia quæ ipsorum necessitatibus noscitur oppor-
tuna. Cū igitur ad hoc semper vestræ humilitas cōversationis inuigilet ut Deo placeat per
deuoræ laudis obsequium, & fructum proferat animatur; nos deuotionis vestræ precibus
inclinari vt. ad recipiēdum commissiones causarum, aut sententiarum executiones vel alia
cōtingentia causas ipsas per litteras Sodis Apostolicæ legatos seu delegatos ipsius vel quoq.
libet alios cogi non possitis iniuiti diu plora in eisdē litteris de cōcessione huiusmodi men-
tio habeatur, vobis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominū liceat
hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu contrario contraire, si quis autem
hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli
Apostolorum eius se nquerit incursum. Datum Later. 10. Kal. Maij Pontificatus nostri
anno 14.

L X X X I I.

Iubet & subueniat sur Ioannis de Valenzieni laboranti in subfundium Imperij Constantino-
politanæ. Ex Reg. Vatic. epist. 173.

PRIORI PRÆDICATORVM ET MINORVM FRATRVM
PROVINCIALIBVS IN FRANCIA.

CVm dil. fil. Ioannes de Valenzieno pro negotiis Constantinopolit. Imperij apud Se-
dem Apostolicam in Francia, & alibi utileiter procurandis, non modicum fideliter
laborat

ANNO CHRISTI 1240.

GREGORII IX. ANNO 14.

saborat, ac in ipsius Imperij subdium multa de bonis suis expendet, mandamus quatenus in ducentis marcis argenti de legatis & redemptionibus Crucisignatorum quae per vos pro dicto subdilio mandauimus colligi quocumque mandato contrario non obstante dicto Ioanni prouidere cuperis. Datum Later. 12. Kal. Decembris anno 14.

LXXXIII.

Confirmas quandam emptionem terrarum venditarum à monachis S. Germani Parisiensis in usum Minorum. Ex Reg. Vatic. epist. 180.

FRATRIBVS MINORIBVS PARISIENSIBVS.

Iustis potentium, &c. usque completere. Ex vestra sane relatione accepimus quod cum quendam terra infra & extra muros ciuitatis Parisien. posita spectantes ad monasterium S. Germani de Pratis Parisien. vobis & vestrum domui existerent opportunum, ac parati essent possessores eorum qui à praedicto monasterio ipsas sub anno certu tenebant illas vendere, ac alii easdem ad opus vestrum emere seruore devotionis accensi dil. fil. Abbas & Con. monasterij eiusdem considerata loci praedictæ vestrum dominus angustia propter quam fratres residentes ibidem multis incommodis grauabantur ad preces & mandatum nostrum praedictis possessoribus super ipsarum venditione terrarum, ad vestrum & dominus eiusdem opus, pietatis intuitu præbuerit consensum, sicut in litteris signatis sigillis eorum plenius continetur. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati quod ab Abbatte & conuentu praefatis pie ac prouide factum esse noscitur in hac parte auctoritate Apostolica & confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus.

Tenorem vero litterarum ipsarum praesentibus duximus inserendum; qui talis est. **II.** Sanctissimo Patri ac Domino Gregorio diuina prouidentia summo Pontifici Symon Beati Germani de Pratis Parisien. humilis Abbas, & totus eiusdem loci Conuentus filij eius humiles & deuoti, cum omnimoda subiectione & obedientia pedum oscula beatorum. Læto vultu lectis Sanctitatis vestrum sacris apicibus, & iucundo consideratis intuitu, quas paruitati nostræ Paternitatis vestrum Sanctitas super hoc destinauit, ut à nobis ad opus fratrum Minorum Parisiis degentium comparandi per amicos spirituales terras sibi necessarias sub Ecclesia nostra donaretur concessio. Nobis quidem desiderabile & exultabile est vestris obtemperare semper imperiis & eorum qui contemptis, ita reiectis mundi diuiniis semetipsos salubriter abnegantes in altissima paupertate, Christo pauperi fatigantur, necessitatibus & indigentiis subuenire, mandatis vestris obediuimus, petitioni eorum quantum in nobis est, satisfacientes. Sed ne contra iuramentum quod nos Abbas de rebus monasterij nostri non alienandis fecimus, videamur aliquid attentare, & venire contra privilegia nobis à Sede Apostolica indulta cum ea quæ eis concessimus sine damno monasterij nostri firmiter ereditimus concessisse, sanctitati vestrum supplicamus quatenus concessionem eis factam dignetur vestrum paternitatis sanctitas confirmare. Bene & diu valeat Paternitatis vestrum sanctitas per tempora longiora. Dat. anno Domini 1240. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. si quis autem, &c. Dat. Lat. 6. Idus Decembris anno 14.

LXXXIV.

Concedit facultatem Ministrii, Generali & Provincialibus absoluendi fratres subditos professos, seu Cœursos ab excommunicatione ob iniectas manus violentas, incuria prævia satisfactione. Ex Arch. Aracoritano n. 63. 84. 113. Speculum fol. 115. p. 2.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS GENERALI ET CÆTERIS MINISTRIS
provincialibus ordinis fratrum Minorum præsentes litteras
inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem.

p. q. 4. 10. 10. **I**n iure canonico reperitur expressum, vt si quisquam eorum qui simul viuunt promanus iniectione in socium à communione meruerit fieri alienus, Praelatus eiusdem reconciliandi

ANNO CHRISTI 1241.

GREGORII IX. ANNO 14.

reconciliandi & pœnitentiam imponendi plenariam habeat potestatem nisi forte atrocitas facti grauiorem penam expectet, habetur etiā in eodem, quod de seculo fugientes qui religionis habitum in monasterio receperunt & inter cetera postmodum confitentur se tale commissione delictum per quod ipso actu excommunicationis sententiam incurserūt in religionis favorem, & ut subrahatur vagandi materia per suos Praelatos absolutionis benedictionem consequentur. Verum cum proueniat ex vestrae ac fratrum vestrorum conversationis pie meritis, per quam ubique terrarum nomen attollitur omnium Conditoris ut quam cum ipso possimus vobis pro animatum salute gratiam faciamus, deuotioni vestrae presentium autoritate concedimus, ut eos ex fratribus vestris qui pro iniectione manuum in seipso incurserunt excommunicationis vinculum, vel incurrent, aut in illud ante suscepsum habitum inciderunt, nec non ut eos, qui reliqua vanitate sexculi cupientes vestrae humilitatis collegio aggregari se afferunt excommunicatione ligatos ne ipsorum ad Deum possit impedire conuersio absoluere valcat, dummodo iniuriam & damnationem passis satisfaciant competenter. Illis tamen exceptis quorum adeo grauis fuerit & enormis excessus quod merito sunt ad Sedem Apostolicam destinandi. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare presumferit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lateran. i. Idus Decembr. Pont. nostri anno 14.

L X X X V.

Concedit licentiam Ministri Provincialibus in capitulis Provincialibus instituendi predicatores, non obstante precepto regule, quo ordinatur eos examinari a Ministro Generali. Ex Archivo Aracelitano in quo habetur sub plumbo. numer. 63. habetur repetita in Speculo 2. tract. fol. 35. p. 2. in Firmamento. fol. 115. pag. 2. Roderiguez Bulla XI.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO ET VNIVERSIS
fratribus ordinis fratrum Minorum presentes litteras inspecturis,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Prohibente regula vestra nulli fratrum vestrorum est licitum praedicare populo, nisi a generali Ministro vestri ordinis examinatus ac approbatus fuerit, & sibi prædicacionis officium ab ipso concessum. Verum cum pius sit ut pro dictorum fratrum laboribus ac periculis discursibus cuitandis, nec non quod animarum salus possit prouenire facilius, Apostolicæ Sedis circumspectio super prohibitione huiusmodi oportet remedium prouisionis apponat: Nos deuotionis vestrae precibus inclinati ut singuli vestrum in suis prouinciis cum diffinitoribus in prouincialibus capitulis congregatis fratres in sacra pagina eruditos examinare ac approbare, & eis officium prædicationis, Deum habendo præ oculis, committere valeant, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu contrario contraire. Si quis autem hoc attentare presumferit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lat. i. Id. Decembri Pont. nostri anno. 14.

L X X X V I.

Prohibet ne externus habitum religionis eius consimilem deferat, si secus fiat, per diocesanos compelli debere ad eius depositionem. Ex Archivo Aracelitano. n. 57. & 26. Speculum fol. 115. p. 7.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO ET FRATRIBVS ORDINIS FRATRV
Minorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

ANNO CHRISTI 1241.

GREGORII IX. ANNO 15.

Qvia confusio habitus s̄epe confusionem inducit ordinum, & etiam animorum, auctoritate presentium districtus prohibemus ut nulli, siue ut in religionis ordine, vel extra ordinem constitutus, habitum vestrum aut ita consimilem, quod propter eum frater Minor credi possit, deferre liceat absque mandato Sedis Apostolicæ speciali. Ceterū ut dicta inhibitiō maiorem consequatur effectum statutum ut hi qui habitum vestrum vel sibi prædicto modo consimilem deferre præsumplerint, ad deponendum ipsum per diocesanos locorum, cum à vobis requisiuti fuerint monitione premissa per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis & constitutionis infringere, vel ei ausu contrario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumplerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se auerterit incursum. Dat. Lat. Id. Decembr. Pont. nostri anno 14.

LXXXVIII.

Commendat Tiburtini Consulibus ut de commodiore & honestiore loco fratribus prouideant. Ex nostro Archiuo sub plumbo pendente.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS CONSULIBVS TIBURTIN.**
salutem & Apostolicam benedictionem.

Intra alia quæ nobis incumbunt saluti fidelium præcipue intendentis, illa præ ceteris eos agere cupimus per quæ in viam vitæ dirigantur æternæ. Tanto igitur ad opera pietatis libentius vos hortamur, quanto per ipsa salutem facilius prouenire nouimus animarum. Cum itaque sicut dilecti filii fratres Minores Tiburtini nobis exponere curauerunt, ædificia loci in quo morantur, minentur præ nimia vetustate ruinam, idemque locus sit supra flumen cuius continuo turbantur sonitu ac via publica ipsi vicina in honestum reddat eundem, aliasque ineptus existat ipsi ad locum alium vbi commode & honeste manere valeant, cupiunt se transferte. Quocirca deuotionem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus eisdem fratribus de alio loco religioni eorum congruo, vbi sub oprata quiete possint Domino famulari pro diuina & nostra reverentia prouidere curetis; ita quod ex hoc mereamini supernæ retributionis præmium reportare, ac Apostolicæ Sedis gratiam uberioris consequi, & fauorem. Datum Lateran. undecima Kalendas Februario Pontificatus nostri anno 14.

LXXXIX.

Prelatis prohibet exigere à fratribus obedientiam manualem. Ex nostro Archiuo Speculum fol. 115. Firm. 2. tract. 1. fol. 19.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO, ET UNIVERSIS
fratribus ordinis fratrum Minorum, salutem & Apo-
stolicam benedictionem.**

Inducimur piæ conuersationis vestræ meritis ut in his quæ secundum Deum possimus, vos fauore beneuolo prosequamur. Hinc est quod cum quidam ex Prelatis Ecclesiasticis, qui sicut accepimus vos sibi deuotos inueniunt & in exhibitione condignæ reverentie studiosos, in eo se humiliati vestræ molestos exhibeant quod nouam consuetudinem inducere molientes à vobis obedientiam exigunt manualem. Nos id arbitrates incongruum, & reputantes indignum ut nullus ex Prelatis eisdem absque mandato Sedis

ANNO CHRISTI 1241.

GREGORII IX. ANNO 14.

Apostolicę speciali à vobis dictam obedientiam manualem presumat exigere auctoritate presentium distictius inhibemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei & B. Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lat. 9. Kal. Martij Pont. nostri anno 14.

LXXXIX.

Quod mulieres discalceate cum habitu regulari non incedant. Ex speculo Minorum tract. i. fol. 4. Roderiguez bulla 12.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPI, AD QVAS
littere iste peruenierint.**

Ad audience nostram noueritis peruenisse, quod nonnullae mulieres per vestras ciuitates & dioeceses discurrentes se forte de sancti Damiani ordine mentiuntur: & ut alij suz assertioni mendaci fide credulitatis accedant discalceatae vadunt: habitum, & cingulum monialium eiusdem ordinis chordulas deferentes, quas quidem discalceatas seu Chordularias, alij Minoritas appellant: cum tamen moniales ipse, ut gratum praestent Domino famulatum perpetuo sint inclusae. Vnde quia in eiusdem Ordinis confusione, ac derogationem ordinis fratrum Minorum, & ipsorum fratrum scandalum ac monialium earundem predicatorum mulierum religio simulata redundat: vniuersitati vestrae per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus mulieres ipsas ad abiciendum cum eisdem cingulis & chordulis huiusmodi habitum monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam, cum super hoc requisiti fueritis, appellatione postposita compellatis. Dat. Lat. 9. Kal. Martij, Pontif. nostri anno 14.

X C.

*Iubet miseri pecuniam pro redemptione A. Comitis Montisfortis. Ex Regest. Vatic.
epist. 208.*

FRATRI VVILLIELMO POENITENTIARIO NOSTRO.

Cum nobilis vir A. Comes Montisfortis qui in Terrę sanctę subcidium venerat, à Saracenis teneatur carcerali custodiz mancipatus, & dignum sit ut Apostolica Sedes super liberatione dicti Comitis eo fortius intendere studeat, quo Ecclesia Dei redemptioni captiuorum specialius tenetur astricata, & idem Comes ac predecessoris sui in scrutio Dei & Christianz fidei fortius insudasse noscuntur, presentis scripti auctoritate disticto præcipiendo mandamus, quatenus eidem Comiti, si eum pecunia redimi contigerit, pro redemptione sua quinque millia Marcarum argenti si pro minori redimi non poterit quantitate, de redemptionibus Crucifixorum & legatis Terrę sanctę, si qua apud aliquos terrę prædictę poterunt inueniri, quę Templariis, Hospitalariis & aliis specialiter non sunt ad certum usum à quibuscumque collata, & his exceptis quę à bon. mem. Nornicen. Episcopo sunt relata per manus dil. fil. Ostien. Episcopi, & dil. fil. n. tit. S. Mariz Transtiberin. presbyteri Cardinalis in eiusdem Terrę subcidium eroganda qualibet difficultate semora, exhibere curetis, deteiores eorum ad ipsorum exhibitionem modo prædicto per cen. Eccles. appellatione remota cogentes, mandato nostro taliter inhrendo, quod de bono obedientię possis merito commendari. Datum Lat. 4. Non. Martij anno 14.

X C I.

Præcipit cōcedi fratribus Ecclesiam S. Marie maioris Tiburtinam. Ex nostro Archiuo.

e 2 GREGO

ANNO CHRISTI 1241.

GREGORII IX. ANNO 15.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS CONSULIBVS ET CONSILIATVS TIBVRTE.
salutem & Apostolicam benedictionem.

Prompta debet ad id vestra reperiri deuotio in quo & honor Dei geritur & animarum utilitas procuratur. Cum igitur edificia loci in quo dilecti filii fratres de ordine Minorum Tibure commorantium minetur præ nimia vetustate ruinam, idemque locus alias eisdem ineptus existat: Vniuersitatem vestram rogamus & hortamur in Domino per Apostolica vobis scripta mandantes, ac in remissionem peccaminum iniungentes, quatenus eisdem fratribus, ut Ecclesiam sanctæ Mariæ maioris Tiburtin. per venerabilem fratrem nostrum Episcopum Tiburtin. cui super hoc scripta nostra direximus, possint consequi & in ipsa virtutum Domino famulari, vos pro diuina & vestra reuerentia impendatis fauorabiles & benignos, nullum super hoc obstaculum eidem Episcopo inferentes. Preces nostras taliter impleturi, vt ex veltis opportunitis temporibus annuendi materiam habeamus. Dat. Lat. 10. Kal. April. Pont. nostri anno 15.

X C I I.

Ut à quoquam non possint conueniri per litteras Apostolicas. Ex Reg. Vatic. ep. 42.

VNIVERSIS ABBATISSIS ET MONIALIBVS INCLVIS
MONASTERIORVM ORD. S. DAMIANI.

Personis, quæ mundo relicto, ad cœlestia totis tendunt affectibus illius sautoris nos conuenit adesse praesidio, vt contra inquietantium defensæ molestias pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur authori, ac ab earum iuribus refrenato litigantium ausu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas liberis laxat habenis, exdem ad causarum strepitum de contemplationis silentio clavibus non arctatæ iudicij mentis oculos ad desiderium leuatos cœlestium, terrenorum affectui non incuruent sed inferiorum oneri subtractis penitus humeris leuius ad superiora condescendant. Ea propter dil. in Domino filiæ paci vestræ prouidere volentes, vt Christo pauperi, quem mundi repudiatis applicabis in paupertatis asperitate colitis, quietius & deuotius seruatis vobis autoritate presentium indulgemus, vt à quoquam conueniri per litteras Apostolicas non possit, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat earundem: nisi de ordine vestro fecerint mentionem. Nulli ergo nostræ concessionis &c. Si quis autem &c. Dat. Lætan. 6. Kal. Maij anno 15.

X C I I I.

Quod fratres Minores non teneantur accipere commissiones. Ex Speculo Minorum trat. 2. fol. 17.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO ET VNIVERSIS
fratribus ordinis fratrum Minorum præsentes litteras inspecturis,
salutem & Apostolicam benedictionem.

Qui postposita vanitate sacerculi elegerunt virtutum Domino sub paupertatis habitu famulari, à nobis illa confouendi sunt gratia, quæ ipsorum necessitatibus oculit opportuna. Cum igitur ad hoc semper vera humilitas conuersationis induciet ut Deo placeat per deuotæ laudis obsequium, & fructum proferat animatum, Nos deuotionis vestræ precibus inclinati, vt ad recipiendum commissiones causarum aut sententiarum executiones, vel alia contingentia causas ipsas per litteras Sedis Apostolicæ, legatos vel delegatos ipsius, per quoslibet alios cogi non possitis induci, nisi plena in eisdem

Regestum Pontificium.

53

ANNO CHRISTI 1241.

GREGORII IX. ANNO 15.

Item litteris de concessione huiusmodi mentio habeatur, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo hominum licet &c. Datum Later. 5. Kalend. Maij Pontific. nostri anno 15.

X C I V.

Ut possint instrare Minores claustra monialium in quibusdam casibus. Ex Regest. Vatic. ep. 68.

V NIVERSIS ABBATISSIS ET MONIALIBVS INCLV- SIS MONASTERIORVM ORDINIS sancti Damiani.

Vestrīs piis supplicationibus inclinati, fratribus Minoribus qui monasteriorum vestrorum obsequiis deputantur, ut pro exercendo monasteriorum ipsorum opere vel illis conseruandis ab incendio, seu à latronibus defendendis, ac ut frater presbyter cum uno fratum ipsorum clero maturo moribus & aetate pro audiendis confessionibus vestris & extrema vocatione ac aliis Sacramentis Ecclesiasticis exhibendis vobis infirmitate cogente, ac sepeliendis corporibus sororum decedentium monasteria ipsa secundum formam quæ in regula vestra noscitur contineri ingredi valeant, liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum Lateran. Kalendis Iunij anno 15.

X C V.

Concedit facultatem superioribus suos subditos à censuri absoluendi. Ex Regest. Vatic. epist. 71.

GENERALI ET V NIVERSIS MINISTRIS ORDINIS FRATRVM MINORVM PROVINCIALIBVS PRÆSEN- TES literas inspecturis.

Icet ad hoc fratrum vestri ordinis pia desudet intentio, ut ab eis, in his quæ faciunt prudenter & prouide procedatur, per hoc & suæ religioni proficere & Dei cupientes Ecclesiam honorare: tamen aliquando ex conditionis humanæ fragilitate contingit, quod quidam ex ipsis excedunt in casibus in quibus excommunicationis sententiam & notam irregularitatis incurront. Quare à nobis supplicatione humili postulantis ut cum viri contemplationi dediti sint in religionis fauorem à discursibus cohibendi, ac propter viarum pericula eisdem fratribus ad nostram & diocesanorum presentiam impediatur accessus, super hoc prouidere benignitate solita curaremus. Nos itaque pie volentes quod vestra deuotio in his quæ digne possumus Sedem Apostolicam reperisse gaudeat gratiosam ut singuli vestrum in provinciis sibi commissis praedictis fratribus constitutis ibidem absolutione ac dispensatione indigentibus sive priusquam ordinem intrauerint, sive postea in casibus excesserint memoratis, de conscientia discretorum fratrum vestrorum qui litterati sint & Deum timentes impetriri valcent absolutionis beneficium, & dispensare cum eis iuxta formam Archiepiscopis & Episcopis super hoc ab Apostolica Sede traditam, vobis auctoritate presentium concedimus facultatem nisi adeo grauis fuerit excessus quod merito sint ad Sedem Apostolicam destinandi. Nulli ergo &c. Si quis autem &c. Datum Later. 8. Idus Iunij anno 15.

X C V I.

Ut recitent officiam diuinum Minores secundum Breuiarium correctum, et sufficiat eis recitare cum aliis secundum diuersum ritum. Ex speculo tract. 2. fol. 70.

ANNO CHRISTI 1241.

GREGORII IX. ANNO 15.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO ET VNIVERSIS
fratribus ordinis fratrum Minorum præsentes litteras inspecturis,
Salutem & Apostolicam benedictionem.**

Pla vestrō collegio, quod sibi libenter thesaurum quiete conscientia thesaurizat, id gratia concedimus quod ab eo fluctum mentis exutiat, & ipsum in spiritu tranquillitate disponat. Vestræ itaque precibus devotionis inducti ut obseruaria moderni diuini officij, quod in breuiariis vestris exacta diligentia correctum à nobis ex statuto regulæ vestræ iuxta Eccles. Rom. morem excepto psalterio celebrare debetis, fitis contenti perpetuo: nec non ut si aliqui vestrum diuino intersunt officio, cum aliis celebrantes tunc eis illud sufficiat & ad dicendum officium proprium minime neantur, yobis auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Si quis autem &c. Dat. Lat. 7. Idus Iunij Pontif. nostri anno 15.

X C V I I.

Concedit facultatem in terris excommunicatorum remanendi; ab excommunicatis necessaria vita acceptandi, transfeundi per terras ipsorum. Ex Archivio Aræcolicano triplicata n.77. item n.80. item n.48.

**GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRO, ET VNIVERSIS
fratribus ordinis fratrum Minorum præsentes litteras inspecturis,
Salutem & Apostolicam benedictionem.**

VObis extremam patientibus pro Christi nomine paupertatem digne conceditur ab Apostolicæ Sedis gratia per quod & necessitati vestræ consultur, & benefactoribus vestrī salutis meritum procuratur. Hinc est quod nos, quorum depositum officium iussis annuere desideriis deuotorum, vestræ precibus humilitatis inducti, ut vos qui exhortationis pia studio bonos ad potiora dirigitis, & errantes in restitutionis semitam laudabiliter reuocatis, in excommunicatorum terris libere cominorari & ab eis tunc, ac etiam quando vos per ipsas transire contingit, necessaria vita deposcere ac recipere valeatis yobis auctoritate præsentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lat. 12. Kalend. Iulij Pontificatus nostri anno 15.

CÆLESTINVS QVARTVS.

Electus 19. Kalendas Octobris an. 1241. superius sit tantum 18. diebus.

Vacat Sedes annum unum & menses nouem.

INNOCENTIVS QVARTVS.

Electus 8. Kalend. Julij an. 1243.

Anno

Regestum Pontificium.

55

ANNO CHRISTI 1243.

INNOCENTII IV. ANNO I.

Anno Christi 1243.

Innocentij IV. Anno I.

B V L L A I.

Confirmat donationem monasterij Ordinis sancti Damiani Barchinonen. factam ab Episcopo Barchinonen. Reg. Vat. epist. 61.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM MONASTERII S. ANTONII BARCHINONEN. ORD. S. DAMIANI.

CVm à nobis petitur, &c. vsque perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod bo. me. Berengarius Barchinonen. Episcopus capituli sui accedente consensu ad preces piz mem. Gregorij Papæ prædecessoris nostri monasterium S. Antonij Barchinonen. in quo diuino vacatis obsequio, duxit ab Episcopali iure in spiritualibus & temporalibus eximendum, in eo sibi, & successoribus suis vnius libræ certe censu anno & quibusdam spiritualibus referuatis, prout eorundem Episcopi & capituli literis confessis exinde plenus continetur. Nos igitur vestris precibus. iustis inclinati quod per eosdem piè & prouide factum est ratum & firmum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Ad huius itaque rei perpetuam firmatatem literarum ipsarum tenorem præsentibus fecimus annotari, qui talis est. Berengarius miseratione diuina Barchinonen. Episcopus: dilectis in Christo filiabus Abbatissæ ac monialibus inclusis Ord. S. Damiani monasterij S. Antonij Barchinonen. salutem & ben. in Domino Iesu Christo. Iustis potentium, &c. vsque completere. Eapropter in Christo filiæ vestræ piz ac humili petitioni pio ac beneuolo concurrentes assensu & de conscientia etiam piissimi patris nostri Domini Gregorij Papæ noni, & de conscientia & spontanea voluntate totius capituli nostri præfatum monasterium cum omnibus quæ nunc possider & quæ auxiliâ Deo in futurum poterit adipisci, & personas nunc ibidem commorantes vel quæ illuc in posterum sunt venturæ, ob reverentiam diuinam & Apostolicæ Sedis, cuius vos scimus filias spirituales, ab omni Episcopali iure, & cuiuslibet conditionis, ob legationis, tam in spiritualibus, quam in temporalibus eximus pleno iure nobis & Ecclesiaz Barchinonen. aliud in eisdem nisi vnam libram certe pro temporalibus nobis & nostris successoribus in Assumptione B. Virg. Mariz annis singulis persoluendam, & dedicationem Ecclesiaz, & altarium consecrationes, benedictionem monialium & cætera Ecclesiastica sacramenta, & interdictum generale pro spiritualibus referuantes, si tamen nos & successores nostri cum à vobis fuerimus requisiti ea gratis & sine prauitate aliqua vobis & eis quæ vobis successerunt volumus exhibere, alioquin liceat percipere vobis hæc eadem à quocumque Catholico Episcopo gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente Datum Barchinonen. 4. Kalen. Aprilis anno Domini 1239. Nulli ergo nostræ confit. &c. Si quis, &c. Datum Anagniæ 11. Non. Augusti anno primo.

I I.

Confirmat monasterio Tudertin. sancti Damiani possessiones Ecclesie S. Leucij ipsi antea à Greg. IX. concessas. Reg. Vat. epist. 50.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. MARIAE DE MONTE S. TUDERTIN. ORD. S. DAMIANI.

IUstis potentium, &c. vsque completere. Significasti siquidem nobis quod cum fel. rec. Gregor. Papa prædecessor noster volens necessitatibus vestris misericorditer providere Archidiaconus Tudertin. suis dederit literis in mādatis, vt omnes possessiones Ecclesie S. Leucij Tudertin. vobis assignare curaret, sicut in eisdem literis perspexitus contingit: idem ipsas possessiones vobis auctoritate mandati huiusmodi assignatum. Vestris igitur

ANNO CHRISTI 1243.

INNOCENTII IV. ANNO 1.

Supplicationibus inclinati possessiones praedictas sicut eas iuste & pacifice possidetis, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram confirmationis, &c. Si quis autem, &c. Datum Anagni 7. Idus Augusti anno primo.

I I.

Potestas facta Officiali Ebrouicensi ut pecuniam depositam in usum Imperij Constantinopolitani exigeret. reg. Vat. epist. 123.

OFFICIALI ET PRIORATI S. NICOLAI
EBROICEN.

Dilectus filius frater de Colliuill. Ord. fratrum Minorum quondam socius fratri Vwillielmi fel. rec. Gregorij Papz predecessoris nostri Prebitentiarij suis nobis litteris intimauit quod cum idem p[re]nitentiarius, &c. ut supra usque aperire discretionem vestram rogan. duximus, & monetus per Apostolica vobis scripta firmiter pricipiendo mandamus quatenus iuxta quod memoratus frater vobis dixerit, vel si forte id in partibus ipsius nequierit inueniri a personis & locis penes quae p[re]fata pecunia deposita dicitur inquisita super hoc diligentius veritate recipientes eandem cum dio. Si qui fuerint vel rebellis per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellendo ipsam Nicolao Deutesalue mercatori Roman. qui dicta pecunia quantitatem procuratoribus ea in Christo filio nostro Imperatoris Constantinopoli. Illustris existentibus in Rom. Cur. mutuauit vel eius procuratori sine difficultate qualibet assigneris non obstantibus constitutionibus de duabus dictis u. quod si non ambo, &c. Datum ut supra.

I I I.

Concedit sororibus S. Damiani Zamoren. diacef. quod possint mitigare rigorem in cibo, & aliis. Regist. Vatic. epist. 59.

ABBATISSÆ ET CONVENTI MONIALIVM INCLUSA-
RVM MONASTERII SANCTI FRANCISCI D. ARNALES
Zamoren. diaec. Ord. S. Damiani.

Diuinz affluentiam pietati habendo p[re] oculis, quae nobis, licet immeritis curam Generalis commisit Ecclesie, saluti omnium libenter intendimus. Sed illis pricipue qui diuinis laudibus frequenter inuigilant, & p[re]ce vitæ studio, sine intermissione defudant. exhibita liquidem nobis vestra petitio continebat quod licet sit in desiderio vestro continuum per afflictionem carnis assidua mereri p[re]mia beatorum, tamen ex fragilitate naturæ, adeo spiritus propterudo retunditur quod vix absq[ue] discriminis incurru sufficitis ut in omnibus formulæ vitæ vestre rigorem perpeti valeatis. Verum quia pium esse dignoscitur ut ex provisione Sedis Apostolicae a vobis iugum Domini cum suavitate feratur, vniuersitati vestre præsentium auctoritate concedimus, quod vino & pulmentis non obstante mandato abstinentiae, quod in eadem formula continetur, omni tempore, tam sanis, quam aliis liceat vobis uti, excepta feria sexta qua omnes p[re]ter debiles & infirmas semper in pane & aqua, non tamen infra octauas Paschæ ieiunient nisi forte in ipsa feria venerit dies Natalis Domini vel aliqua solemnitas B. Virg. Matris, aut monasterii vestri festivitas principalis. Concedimus etiam vobis quod sacconum & capitalium cum palea semperque usum liberum habeatis. Silentium vero secundum statuta ipsis formulæ cum summa diligentia serueretur a vobis, ita tamen quod sorores infirmæ aut seruientes eisdem, infirmitatis suæ tempore loquendi quae necessaria & utilia fuerint habeant in infirmitario p[re]statem. Liceat etiam Confessori vestro, qui pro tempore fuerit de illorum transgressionibus, quae secundum prædictam formulam vel Ordinem vestrum seruare debetis, confessionem vestram audire, & p[re]nitentiam vobis iniungere salutarem.

ANNO CHRISTI 1243.

INNOCENTII IV. ANNO I.

Saluis penitentia quarum impositio competit Abbatissæ secundum vestram consuetudinem vel obseruantiam regularem. Ceterum vestra humilitas quæ peremptus obtenu patriz cuncta reliquissim cognoscitur ad hoc intenta iugiter habeatur, ut sponso vestro cœlesti mundis cordibus seruientes, vos talis vita & conuersatione illius presentis oculis quod luce præbeat bonorum operum ad perennes eius nuptias tandem ingressum liberum habeat. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Anagniæ 16. Kalend. Septembri anno primo.

I V.

Confirmat monasterio S. Siluestri de Pereto donationem ipsi factam ab Abate Farfen.

Reg. Vat. epist. 220.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. SIL-
VESTRI DE PERETO ORD. S. DAMIANI
Marsican. diœc.

PERSONASILLAS APOSTOLICA SEDES GRATIA & FAUORE SPECIALIUS PROSEQUI CONFUEIR, QUÆ SE-
CULI VANITATIBUS DERELIETIS GRATUM DOMINO SUB OBSERVATIA REGULARI EXHIBENT FAMILIA-
TUM. CUM ITAQ; QUONDAM Abbas & conuentus monasterij Farfen. Ecclesiæ S. Silvestri
in qua diuino estis obsequio mancipatæ, ad monasterium ipsum pleno iure spectante, cum
omnibus pertinentiis suis & libertate tam in spiritualibus quam temporalibus vobis duxerint
pium vestrum prosequendo propositum, concededâ, annuo ramen duodecim solidorum
prouenienti censu in Ecclesia ipsa eidem monasterio referuato, sicut in litteris dictorum Ab-
batis & conuentui confectis exinde perspexitus continet. Nos vestris supplicationibus
annuentes, quod super hoc factum est ab Abate & conuentu prefatis auctoritate Apo-
stolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus etiundem litteratum
tenorem de verbo ad verbum praesentibus inseri facientes, qui talis est. Matthæus Dei
gratia monasterij Farfen. Abbatissæ totiusque conuentui eiusdem monasterij S. Silvestri
de Pereto Ordinis S. Damiani & suis sororibus, tam presentibus quam futuris æternâ in
Christo salut. quia vos dilectæ in Christo filiæ mundi pompam & delicias contempsistis
& ipsius Christi sequentes vestigia, elegistis habitare inclusæ corpore & mente libera,
possitis Domino famulari. Nos piuim & secundum vestrum propositum in Domino com-
mendantes, considerantes & cognoscentes iudicio evidenti quod sancti Silvestri Eccle-
sia, quæ tam in spiritualibus quam in temporalibus enorimenter est collapsa per vos
posse ad statum paupertatis & Ecclesiasticæ libertatis ad preces etiam Ven. patris Domini
Rainaldi & Velletron. Episcopi quem tanquam specialem partem & præcipuum bene-
factorem vestrum & monasterij vestri debemus & volumus revereri, dictæ Ecclesiæ S.
Silvestri cum omnibus pertinentiis suis in qua estis diuino servitio mancipatæ, necnon
vobis presentibus & aliis omnibus sororibus vestris, quæ per vos in prefata Ecclesia erunt
ex nunc concedimus & damus in omnibus, tam spiritualibus quam temporalibus perpe-
tuam libertatem, & volumus ut illa totaliter gaudeatis perpetua libertate, qua aliae soror-
es Ordinis vestri gaudent & specialiter Assisiatas, Ortanæ, Perusinæ, Senenses, Arctinæ,
& Florentinæ. Reservamus ramen nobis nostrisq; successoribus in monasterio vestro duo-
decim solidos prouenient. in Quinta feria ante resurrectionem Domini annis singulis Far-
fen. monasterio census nomine persoluendos, & si aliquo tempore contigerit, quod in
monasterio vestro regulam dominarum Ordinis S. Damiani non habeatur ipsa Ecclesia
sancti Silvestri cum omnibus bonis suis ad ius & proprietatem Farfen. monasterij reuer-
tatur, & ad perpetuam memoriam futurorum exinde litteras fieri & nostrorum sigillo-
rum fecimus munitione roborari. Datum in claustro monasterio Farfen. anno Domini
æc Incarnationis 1239. mense Ianuarij die 15. Pontific. Domini Gregorij Papæ noni an-
no duodecimo. Nulli ergo Si quis autem, &c. Datum Lateran. Non. Nouembris
anno primo.

V.

Relaxat sororibus Pragen. variæ auferitores circa cibum, & vestitum.

Reg. Vatic. epist. 232.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSARVM
 MONASTERII S. ANTONII BARCHINONEN.
 Ord. S. Damiani.

Plis votis omnium scilicet eorum præcipue qui diuinis laudibus feruenter invigilate ac sacra vita studio sine intermissione desudant, libenter intendunt, & ipsa favore beneuolo promouemus illum habendo præ oculis qui cuncta cum suauitate disponens, suorum vniuersitati fidelium diversa remedia protulit, per quæ in ipsis laudibus deuotæ persistere delectetur, ex frigida siquidem dispositione patræ in qua degitis, ac ex eo quod olei & ciborum quadragesimalium copiam non habetis prouenit sicut accepimus, quod licet sit in desiderio vestro continuò per afflictionem carnis assiduatæ mereri præmia beatorum; tamen fragilitate naturæ, spiritus promptitudinem retundentis vix absque discriminis incursu sufficitis, vt in omnibus formulæ vitæ vestre rigorem perpeti valeatis. Verū quia pium esse dignoscitur, vt ex prouisione Sedis Apostolicæ à vobis iugū Domini cum suauitate feratur vniuersitati vestre præsentium auctoritate Apostolica cōcedimus, vt non obstante quod secundum ipsam formulam semper in cibo quadragesimali ieunare debetis vino & pulmentis omni tempore, tam sanis, quam aliis nec non ouis & lacticiis, præterquam in generalibus ieuniis ab Ecclesia constitutis liceat vobis vti. In omni etiam pascha & infra octavas eisdem, nisi solemne ieunium occurrat in illis: Natiuitate & circumcisione Domini, solemnitatibus gloriose Virginis, Beati Michaëlis Archangeli, beati Ioannis Baptiste, sanctorum Apostolorum & sanctæ Crucis. In festo S. Lucie Beatorum Martyrum Stephani, Laurentij, & Innocentium, Sanctorum confessorum Augustini & Hieronymi. Beatarum Virginum & Martyrum Agnetis & Agathæ, ac beatæ Mariæ Magdalæ & sanctæ Elizabeth; necnon in festo Sanctorum omnium, & præcipuis festiuitatibus monasterij ac Ordinis vestri, & regni Bohemiz, ac in tertia & quinta feria præterquam in maiori & minoti Quadragesima non teneamini ieunare. Illæ autem quæ sunt corpore imbecilles aut debiles seruare austeriorates ieuniij & abstinentiaræ legem minime permittantur; sed iuxta infirmitatem vel debilitatem ipsarum cum eis tam in cibariis quam ieuniis ab Abbatissa seu maiori sorore misericorditer dispensetur. Insuper huiusmodi sorores imbecilles seu debiles ac seruientes eisdem infirmitatis suæ tempore loquendi quæ necessaria & utilia fuerint habeant in infirmitorio potestatem. Duas etiam habendi tunicas aut plures si necessitas exegent, vel Abbatissa viderit expedire. Scapularia & mantellum cum pellibus ac subtilares cum pedulibus & utendi fisconibus sano vel palea plenis, & cervicalibus vobis licentiam impartimur. Ceterum confessori vestro qui pro tempore fuerit liceat de morum transgressionibus quæ secundum prædictam formulam vel ordinem vestrum aut factas circa vos prouisiones Sedis Apostolicæ seruare debetis confessionem vestram audire & penitentiam vobis iniungere salutarem saluis penitentia quarum impositio competit. Abbatissæ secundum vestram consuetudinem, vel observantiam regularem. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Datum Lateran. Idibus Novembris anno primo.

V I.

Confirmat monialibus sancti Damiani Pragen. quod non possint per literas conueniri.
 Reg. Vat. epist. 248.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSARVM MONASTERII S. FRANCISCI PRAGEN.
 Ordinis S. Damiani.

VAcantibus amori cælestium & contemptui terrenorum in his benigni libenter occurrimus, per quæ ab hominum liberati calumpniis & quieta contemplatione proficiant; & perennis vita brauium cursu libero comprehendant. Eapropter dilectæ in Domino filiæ, vt innocens vestre paupertatis humilitas per nostræ prouisionis auxilium, tranquillæ devotionis consequatur augmentum, vobis auctoritate præsentium indulgentia.

Regestum Pontificium.

59

ANNO CHRISTI 1243.

INNOCENTII IV. ANNO 1.

mus, ut à quoquam conueniri per literas Apostolicas non possitis: nec aliquis contra vos, earum prætextu valeat procedere nisi de ordine vestro, & hac indulgentia expressam fecerint mentionem. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. 7. Kal. Decembbris anno primo.

In eundem modum vniuersis Abbatissis & sororibus inclusis Ord. S. Dam. de data vndecima Decembris.

V I L

Confirmat donationem D. A. de Pontibus factam monasterio monialium S. Damiani dicitur S. Silvestri de Peretro. Reg. Vat. epist. 350.

Innocentius PP. Quartus:

ABBATISSÆ ET CONVENTVI SORORVM INCLUSA
RVM MONASTERII SANCTI SILVESTRI DE PERETRO
Ord. S. Damiani Marsicanæ dicæc.

Cum à nobis petitur, &c. usque effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod cum quondam Matthæus Abbas & conuentus monasterij Farfen. vobis Ecclesiam S. Silvestri de Peretro Marsicanæ dicæc. olim ipsis pleno iure subiectam, in qua diuinis obsequiis sub regulari obseruantia desudatis, prout spectabat ad eos, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis pertenens obtenuit pœmij contulisset Nobilis vir A. de Pontibus quondam patronus eiusdem: Iuspatronatus ipsis & omnia quæ ratione iuris eiusdem, vel alio modo sibi competit in illa, vobis prouida liberalitate remisit, submittens se ac hæredes suos certa prena interposita iurisdictioni spirituali Vn. Fr. nostri N. Episcopi Ostien. & successorum eius si contra prædicta dictus A. vel hæredes sui præsumperint attentare, prout in publico instrumento super hoc consuetudo plenius continetur. Nos igitur vestris precibus inclinati, quod super hoc pie ac prouide factum est, auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem ipsius instrumenti de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari, qui talis est. In nomine Dei æterni & Salvatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem 1238. 11. Indictione mensis Decembbris die 28. regnante Domino nostro Frederico Romanorum Imperatore 18. anno feliciter. Amen.

Ego Andreas de Pontibus considerans quod omnia quæ in hoc seculo sunt præter Deo seruire, sunt transitoria & caduca, cupio saltem in aliquo pro redēptione peccatorum, quæ infelix commisi, per aliqua pietatis opera meæ salati animæ subuenire. Ideoque nullo dolo ductus, nec vi, nisi divino amore, coactus propria & libera voluntate, hac die præsenti pro me misque hæredibus & successoribus & omnibus à nobis submissis, vel submittendis personis, renuncio generaliter & refuto tibi Dominæ Ymille sorori meæ Abbatissæ S. Silvestri de Peretro recipiendi pro ipsa Ecclesia te & aliis dominabus regulam Ordinis S. Damiani Assūnaten. degencibus, præsentibus & futuris in perpetuum; id est, omne ius & actionem, conditiones, consuetudines, redditus, vias, debitum, adiectiones, exactiones, & omnes alias exceptiones veiles & directas, tacitas & expressas, generales & speciales, reales & personales, quæ vel quas in ipsa Ecclesia S. Silvestri & eius pertinentiis ego vel progenitores mei habuimus usque in hodiernum diem, quo cumque iure vel consuetudine, immo ipsam Ecclesiam cum vassallis, redditibus, dominibus, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, & omnibus & singulis suis pertinentiis, cultis & incultis, vacuis & plenis, præsentibus & futuris per te ipsam Dominam Ymillam perpetuo libero, & perpetuam libertatem cedo, & ab omni mea meorumq; hæredum & successorum super prædictis omnibus eximo perpetuò, potestate nulla, iure, consuetudine, vel conditione aliqua mihi vel meis hæredibus, & iuris successionis in ipsa Ecclesia & suis pertinentiis reservatis. Item cedo & simplici donatione quæ dicitur inter viuos dono & corporaliter inuestiens tradō ac concedo tibi eidem Dominæ Ymille recipienti pro te & ipsa Ecclesia & dominibus sororibus tuis præsentibus & futuris in ipsa Ecclesia prædictâ regulam

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

regulam & vitam Ordinis S. Damiani habentibus in perpetuum ; id est, terram positam sub Ecclesia S. Petri cum omnibus introitibus & exitibus, vibus & utilitatibus, pertinentiis & omni suo, sicut infra suos cōcluditur fines. A primo latere tenet Dominus Oderilius Tallamanduca, à superiori latere via publica, à tertio latere est fossatus, & si qui alij ad sunt affines ad habendum, intrandum, tenendum, possidendum, fruendum, colendum in perpetuum. Quod si, absit, in eadem Ecclesia ipse Ordo vel regula non haberetur dicta Ecclesia in eodem statu ac cōditione qua nunc est dirigatur & terra prætacta ad ius & proprietatem meam & hæredum meorum redeat ipso iure. Ut autem hæc omnia per nos facta robur semper obtineant firmatis, promittens pro me meisque hæredibus & successoribus stipulatione solemini tibi Fr. Raynaldo Capellano Ven. Patris & Domini Raynaldi Ostien. & Velletri. Episcopi recipienti pro eodem Domino Episcopo eiusque in suo Episcopatu successoribus prædicta omnia rata & firma habere, & contra non venire, & legitimè ab omni persona defendere, si opus fuerit & necesse, obligo me meosque hærides & successores si prætacta omnia non seruauerimus aut si cōtrauenire præsumperimus per te Fr. Raynaldum eidem Domino Episcopo eiusque successoribus sub pena centum librarum Bonon. den. Senatus; quanto si commiserimus, promittimus soluere per stipulationem eandem & spirituali nihilominus ex hoc si quod eidem D. Episcopo Ostien. ferte placuerit, veleius successoribus sententia subiacere & pena soluta, vel non, hæc carta nihilominus firma permaneat.

Testes rogati ab utraque parte sunt hi: Presbyter Nicolaus, Presbyter Odericus, Dominus Petrus Tallamanduca. Miles Berardus. Miles Ioannis Carbonis, Miles Transmundus. Miles Ioannis Raynardi, Miles Gitaldus, Aliothus. Bartholomeus de Spoleto, Matthæus Domini Simbaldi, Petrus Ioannis, Ramboit, Amiterminus, ego Ioannes Giraldi de Arce-bucti, publicus Imperialis Notarius ab utraque parte rogatus hoc instrumento propria manu subscripti & signum nominis mei feci. Nulli ergo omnino hominum nostrarum confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. 18. Kalend. Januarij anno primo.

Anno Christi 1244.

Innocentij IV. Anno I.

VIII.

Concedit indulgentias visitantibus Ecclesiam S. Elisabetbe Moguntinen. Reg. Vatic. epist. 461.

VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS PRÆSENTES
LITERAS INSPECTVRIS.

Quoniam ut ait Apostolus, &c. usque vitam eternam. Cum ergo ad promerenda eterna gaudia sanctorum suffragia sint plurimum oportuna : Vniuersitatem vestram rogamus & hortamur in Domino, remissionem vestrorum peccatorum iniungentes, quatenus ad Ecclesiam S. Elizabeth in Marboch Moguntini dicēc. imploratur à Domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis : Nos enim, ut Christo fidèles quasi per præmia salubriter ad merita invitemus, de omnipotentis Dei misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere pœnitentiis & confessis cum debita reverentia & deuotione in Cœna Domini Paralæue ac sabato sancto & Dominica Paschæ illuc accendentibus annuatim, quadraginta dies de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Dat. Lateran. 11. Idus Februario anno primo.

IX.

Confirmat donationes, &c. privilegia Episcopi Ciuitaten. monasterio fororum S. Spiritus Ciuitaten. Reg. Vat. epist. 614.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLUSA-
RVM MONASTERIIS S. SPIRITVS ORD. S. DAMIANI
Ciuitaten. dicēc.

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

CVm à nobis petitur, &c. usque effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod Ven. Fr. Nr. Michaël Civitaten. Episcopus capituli sui accedente consensu, monasterium S. Spiritus, in quo diuino vacatis obsequio, duxit ab Episcopali iure in spiritualibus, & temporalibus eximendum, in eo sibi & Ecclesiaz Civitaten. vnius libræ certæ censu annuo & quibusdam aliis reseruatis, prout in ipsis Episcopi litteris confessis exinde plenius continetur. Nos igitur vestris iustis precibus inclinati, quod per eundem p[ro]p[ter]e factum est, ratum & gratum habentes id auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Ad huius itaque perpetuam firmitatem tenorem literatum ipsatum presentibus fecimus annotari. qui talis est. Michaël Dei miseratione Civitaten. Episcopus: Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ ac monialibus inclusis Ordinis. S. Damiani Assisiaten. monasterij S. Spiritus Civitaten. positi in suburbio salutem & benedictionem in Domino Iesu Christo. Iustis pertinentium, &c. usque completere. Eapropter dilectæ in Christo filiz nostræ, pie ac humili petitioni vestrae p[ro]p[ter]e benevolo concurrentes assensa de conscientia piissimi Patris nostri Domini Gregorij Papæ noni, & de consensu ac spontanea voluntate totius capituli nostri praetadium monasterium cum omnibus que nunc possideret, & que auxiliante Domino poterit adipisci, & personas dunc ibidem commorantes, vel que illuc imposterum sunt venturæ ob reverentiam diuinam & Apostolicæ Sedis, cuius vos scimus filias speciales, ab omni Episcopali iure & cuiuslibet conditionis obligatione tam in temporalibus, quam in spiritualibus prouersus eximimus, nobis & Ecclesiaz Civitaten. aliud in eisdem nisi unam libram certæ pro temporalibus nobis & nostris successoribus in Assumptione Beatae Virginis Mariæ, annis singulis persoluendam, dedicationem Ecclesiaz, & altarium consecrationes, benedictionem monialium & extera Ecclesiastica sacramenta, & interdictum generale pro spiritualibus reseruantes: si tamen nos & successores nostri cum à vobis fuerimus requisiti ea gratis & sine prauitate aliqua vobis & eis que vobis successerint, voluerimus exhibere, alioquin liceat vobis h[oc]e eadem recipere à quocumque catholico Episcopo gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente. Remittimus etiam vobis partem mortuiorum, seu vobis relictorum, nobis iure aliquo competentem in nostratum & successorum nostrorum remedio animarum. Ut autem factum vestrum perpetuæ robur obtineat firmitatis, sigilli nostri & Capituli Ecclesiez nostræ in perpetuum testimonium munimine roboramus. Datum apud Civitaten. Rodetici Era 1278. 1. Kalend. Maij. Nulli ergo nostre confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. 15. Kalend. Maij anno 1.

X.

Confirmas monasterio S. Agnetis ordinu S. Damiani Tiraceo. donationem Episcopi eiusdem loci. Reg. Vatic. epist. 646.

**ABBATISSÆ ET SORORIBVS MONASTERII S. AGNETIS
ORD. S. DAMIANI TIRACEN. DIOEC.**

I. **C**Vm à nobis petitur, &c. usque effectum. Cum itaque sicut insinuantibus vobis accipimus Ven. Fr. Nr. Episcopus Tirasonen. Capituli sui accedente consensu, construendi monasterium in agro qui fuit quondam Matriz Lop. Tirasonen. diœc. ad honorem Beatae Agnetis ut in eo possitis secundum Decum & S. Damiani regulam Domino famulari vobis liberam concesserit potestatem, ab omni vos Episcopali iurisdictione, tam in spiritualibus, quam temporalibus eximendo nihilque sibi & suis successoribus in eodem monasterio praeter dedicationem Ecclesiez, consecrationem altarium, benedictiones monialium, ac unam libræ certæ nomine census exoluendam eis annis singulis in festo Assumptionis Beatae Mariæ Virginis, reseruando, prout in litteris super hoc confessis plenius continetur. Nos vestris supplicationibus inclinati quod à praedicto Episcopo pie ac prouide factum est in hac parte, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem literatum ipsarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est.

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

Nos G. Dei gratia Ticasonen. Episcopus de mera liberalitate nostra & consensu Capituli nostri videlicet P. Decani, M. Petri Archidiac. R. Cantoris, N. Thesaurarij & aliorum Caponicorum Ticasonen. Ecclesiaz diuinaz pietatis intuitu damus & concedimus tibi dilectæ filiaz Susannæ & sororibus tuis plenam facultatem monasteriorum construendi in agro qui Donaz Mariz Lop. super molondina nostra extra muros de Galat. in honorem S. Agnetis, in quo Virgines Deo dicatae & aliz ancillæ Christi & habitu religionis digne Domino famulentur, iuxta formam religionis pauperum monialium clausarum manentium in yalle Spoleti, sive Tuscia per Dominum Papam Gregorium, qui nunc est, tunc in minori officio constitutus, auctoritate Domini Papæ Honorij eisdem sororibus traditam, & locum ipsum cum suis pertinentiis & sorores tam præsentes quam futuras ibidem Domino seruientes ab omni Episcopali iurisdictione, tali in spiritualibus, quam in temporalibus prorsus eximimus, nihil nobis reseruantes in eo præter dedicationem Ecclesiaz, consecrationem altarium, benedictiones monialium, cum ab Abbatissâ & locatoribus propriis hoc requisiç, sicutem nos & successores nostri hæc & sine prauitate & gratia vobis voluerimus exhibere. Reservamus autem nobis & successoribus nostris unam libram cerz, quam nobis & successoribus nostris nomine anni census in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis annis singulis persoluetis. Hanc autem donationem & concessionem pro nobis & successoribus nostris firmam habere promittimus, & nullo tempore contrauenire. Ecce hoc factum robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsentes litteras sigillo nostro & sigillo decani pro toto Capitulo in perpetuum testimoniū duximus roborandas.

Datum Ticason. s. Idus Aug. anno Domini 1240. per manus Peregrini, qui mandato Domini Episcopi præsentem cartam scripsit & propria manu hoc signum fecit. Nullus ergo nostra confitit. &c. Si quis, &c. Datum Later. 4. Non. Maij anno 1.

X I.

Confirmat sororibus S. Damiani Asten. monasterij concessionem & donationem Episcopi Astensis. Regest. Vatic. epist. 680.

ABBATISSÆ AC SORORIBVS INCLVIS MONASTERII
SANCTÆ GARAFFÆ ASTEN. ORDINIS
sancti Damiani.

Religionis vestræ meretur honestas ut vos speciali diligentes in Domino charitate Apostolicæ Sedis gratia prosequamur, spe nobis proposita ut diuinis obsequiis diligenter intendatis, quanto propensiōrī fauore vos senseritis cōfoueri. Cum itaque Ven. Fr. Nr. Episcopus Asten. monasterium vestrum cum possessionib⁹ & pertinentiis suis, & personas nunc & in futurum inibi cominorantes ab omni Episcopali iure, & cuiuslibet conditionis obligatione duxerit eximendum una libra incensi duntaxat soluenda sibi & successoribus suis annuatim in festo Assumptionis Beatæ Virginis census nomine reservata, prout in litteris ipsius Episcopi confessis exinde perspeximus plenius contineri. Nos devotis vestris precibus inclinati defectum, si quis est, ex eo quod totum Capitulum Asten. exemptioni huiusmodi, sicut dicitur, non consensit, supplentes de nostra plenitudine potestatis libertatem & exemptionem à prædicto Episcopo vobis & per vos dicto monasterio pie factam auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litteratum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri scientes, qui talis est.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Amen. Nos Urberus Dei gratia Episcopus Asten. pro remedio animæ nostræ ac prædecessorum nostrorum damus & concedimus liberam potestatem & auctoritatem dilectæ filiaz Alaxiz Veglez recipienti vice & nomine Helenæ filiaz Anselmi Vaghæ & prædictæ Helenæ & aliis sororibus suis præsentibus & futuris construendi & ædificandi, seu construi & ædificari faciendi unam Ecclesiam ad honorem Dei & sanctæ Garaffæ, & domum clausam ad habitandum & manendum in servitio Domini nostri Iesu Christi in habitu sororum Mithorum, & ut teneant & obseruent vitam & regulam quam obseruant sorores & Dominæ de S. Garaffa de Serdoni saluo

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

salvo ea quod istæ sorores & Dominæ possint & debeant habere possessiones. Et ut prætæctæ Dominæ liberius possint Domino deseruire, nos eximimus eas præsentes & futuras ab omni obedientia, correctione, visitatione nostra & procuratione, cathedratico, & collectis siue calliis nostris successorumque nostrorum, excepta una libra incensi tantum quam ipsæ Dominæ solvent in festo Assumptionis Beatæ Mariæ Asten. Ecclesiæ, ita quod ab omni alia exactione & iure dicecesan, prætæcta Ecclesia & domus & personæ ibi habitantes liberæ remaneant & immunes, & sint eiusdem libertatis, cuius sunt sorores & Dominæ prædicti ordinis de S. Garraffa de Serdona, excepta prætæcta libra incensi tantum. Si quis autem huius nostræ concessionis violator extiterit, anathema sit & cum Dathan & Abyron in pœnis recipiat portionem.

- III. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. secundo nonas Maij anno I.

X I I.

Confirmat sororibus S. Francisci Mantuan. exemptionem, & donationem ipsis factam ab eiusdem ciuitatis Episcopo. Reg. Vat. epist 668.

ABBATISSÆ ET SORORIBVS INCLVISIS MONASTERII S. FRANCISCI MANTVAN. ET S.D.

- I. Religionis vestræ meretur honestas vt vos speciali diligentे in Domino charitate Apostolicæ Sedis gratia prosequamur, sive nobis proposita, vt diuinis obsequiis tanto diligentius intendatis, quanto propensiōri seruore vos senseritis confoueri. Cum itaque Ven. Fr. Nr. Episcopus Mantuanus monasterium vestrum cum possessionibus, & pertinentiis suis, & personas, nunc & in futurum imbi commorantes sui capituli accedente consensu, ab omni Episcopali iure, ac cuiuslibet conditionis obligatione duxerit eximendum, una libra ceræ duntaxat sibi & successoribus suis annis singulis in festo S. Petri de mense Augusti octo diebus ante, vel rotidem post census nomine persolvenda, nequon benedictionem Abbatissæ ac monialium, Ecclesiæ & altarium dedicationem, ac ceteris sacramentis Ecclesiasticis, vobis ab eodem Episcopo exhibendis, cum super hoc fuerit requisitus; nihilominus reseruatis, prout in litteris eorundem Episcopi & Capituli concessis exinde perspeximus plenus continet. Nos vestris deuotis precibus inclinati libertatem & exemptionem à prætæctis Episcopo & Capitulo vobis & per vos dicto monasterio pie factam auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est.
- II. In nomine Domini nostri Iesu Christi & gloriose Mariæ semper Virginis matris eius Amen. Iacobus miseratione diuina Mantuan. Episcopus: Dilecto in Christo filio fratri Zambonino de Rufino Mantuan. cuius de Vita pœnitentium salutem in Domino. Cum locum concessum & designatum tibi de Terra Tcheti super Dossuum prope Meraretum posita pro construendo monasterio ad honorem B. Francisci de Ordine pauperum inclusarum, ubi iam primarium lapidem fecimus ponit, à nobis humiliter petieris vt locum ipsum & per illum monasterium construendum & personas moraturas ibidem pietatis intuitu & pro nostrorum remedio peccatorum à iure & iurisdictione Episcopi & Episcopali seu alterius conditionis obligatione deberemus eximere, humili & deuote petitioni tuz tam pio concurrentes assensu, quam & ultimo gaudiorum & exultationis affectu prætæctum locum, & per illum monasterium construendum & personas moraturas ibidem cum omnibus bonis, rebus & possessionibus suis, præsentibus, & futuris ab omni iure & iurisdictione Episcopi & Episcopali, & cuiuslibet alterius conditionis obligatione, ac grauamine, tam in spiritualibus, quam in temporalibus liberamus & eximimus pleno iure, nihil aliud nobis & Mantuan. Ecclesiæ referentes in eis, nisi consecrationem Ecclesiæ & altarium, benedictiones Abbatissæ & Monialium, sacramenta Ecclesiastica cum ab Abbatissa & sororibus fuerimus requisiiti, si tamen nos & successores

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

nostri gratis ea & sine prauitate aliquā voluerimus exhibere. Reseruamus etiam nobis unam libram cerz in festo S. Petri de Augusto octo diebus ante, vel octo post pro censu nobis annis singulis persoluendam. Præterea Capitulum Maioris Ecclesiz Mantuan, præsens constitutum de plena concordia & uanimi voluntate consensit & verbum dedit omnibus suprascriptis, scilicet Dominus Ioannes de Gonzaga Præpositus, Presbyter Jacobus, Presbyter Thomas, Presbyter Campagnonus, Presbyter Raynaldus, Dominus Azzobussus, Dominus Philippus de Squiola, Dominus Vbalcius de Ripalta, & Dominus Otto de Bonacossis Canonici Mantuan. Denique ad perpetuum robur maioremue cauelam & fidem, Dominus Episcopus & Capitulum præsentem exemptionem sigillis propriis munjerunt.

Data, concessa & collata fuit hæc exemptio & libertas præsentia Domini Guillelmi Iudicis de Campitello, Domini Vberti Canonici Ecclesiz S. Michaëlis Parmen. Rollandi Domini Episcopi Guidonis Clerici Ecclesiz S. Mariz in Gariuntis Plantiz. Petuzoli filij Beneuenuti Cagalorū & Domini Ramondi de Agalon & fratribus Ioannis & Iacopini de Axandris Mantuanorum Ord. Minorum testium rogatorum die Lunæ 5. intrante Julio in Palatio Episcopatus Mantuan. 1238. Indictione 11. Ego Ioannes de Ponte quondam Domini Alberti de Zanon sacri Palatij Notarius imbruiaturam huius contractus in imbruiaturis D. Bonhomini quondam Domini Zonte de Sarzenesco tempore mortis mihi in testamento relictis ab eo ut ipsas conficerem & authenticarem inueni, & ut ipsa continebant ita hic scripsi, nihil addendo vel diminuendo, quod augeat vel diminuat huic contractui, præterquam in syllabarum forte vel literarum compositione, & auctoritate Domini Bernardi quondam Rolandi Rubei tunc Mantuan. Potestatis mihi ab eo concessa verbo maioris consilij ad campanam more solito congregato ad hujus instrumenti confirmationem me subscripti.

Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. Non. Maij anno i. JV.

X III.

Confirmat monasterio monialium Lunen. diæcessis exemptiones ipsi factas ab Episcopo Lunen. Regist. Vatic. epist. 693.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM MONA-
STERII S. MARIAE DE HERMO VIRGINVM
S. Damiani Lunen. diæcc.

Quod vobis à nobis petitur, &c. usque impetriri. Cum igitur Ven. fr. Nr. Episcopus Lunen. diæcessanus vester considerata monasterij paupertate, capituli sui accedente consensu omne ius Episcopale monasterio vestro duxerit remittendum vos in hoc liberis constituens exemptas sibi & successoribus suis annuo unius libræ cerz censu ac Ecclesiz; ipsiusque altarium consecrationibus, ne non clericoru ordinatione, si fuerint ibidem aliqui ordinandi & Ecclesiasticorum collatione sacramentorum tantummodo in eodem monasterio reseruatis, prout in litteris confessis exinde plenius dicitur contineri. Nos vestris supplicationibus inclinati quod ab eodem Episcopo factum est in hac parte, auctoritate Apostolica confirmavimus & præsentis scripti patrocilio communimus. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lateran. 17. Kalend. Iunij anno i.

X V.

Mandat fratribus Minoribus ne recipiant fratres ordinis Predicat. neque novitos ante completum probationis annum ad professionem admittant. Regest. Vatican. epist. 741.

GENERALI MINISTRO ET FRATRIBVS ORD.
FRATRV M INORVM.

Meminimus

Regestum Pontificium.

65

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

MEinimmo vobis olim in virtute obedientie per nostras litteras precepisse, ut fratres Prædicatores & eorum ordini voto & iuramento etiam obligatos nullatenus de cætero prætextu indulgentie alicuius, seu aliquarum litterarum obtentarum à Sede Apostolica, vel etiam obtinendarum imposterum, quæ de hoc expressam non facerent mentionem, præsumeretis recipere, nisi prius Prioris sui petita foret licentia, & obtenta. Decernimus etiam irritum & inane quidquid vos in hac parte contra præceptum nostrum contingere attentre, statuentes ut huiusmodi præsumptores incurrerent excommunicationis sententiam ipso facto, à qua nequaquam absolvi possunt, nisi se apud Sedem Apostolicam ab ea sicut iustum foret absoluendi, personaliter præsentarent. Verum quia postmodum per quasdam alias litteras vobis & eisdem fratribus districtius duximus inhibendum ne ante annum probationis elapsum, qui est maximè in subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus, quemquam ad professionem vestrorum Ordinum præsumeretis recipere, seu ad renunciationem sacerduli faciendam, nec constitutum in probatione nouitium aliquatenus impedire quominus infra eundem annum probationis ad aliam religionem quam maller, transire, sicut de sua transire libera voluntate non obstantibus statuto contrario, si quod à vobis esset editum quod irritum decreuimus & inane, vel aliquibus litteris à Sede Apostolica impetratis, seu etiam impetrando, quæ de præmissis expressam non facerent mentionem. Etsi forte contra huiusmodi nostram prohibitionem quemquam vos vel dicti fratres recipere, qui taliter receptus existeret, nullatenus vestro esset, nec corundem fratum Ordini alligatus, vosque ac ipsi à receptione quorumlibet ad professionem diqorum Ordinum esse tis ipso facto suspensi, & insuper pœnæ deberetis subiici, quæ fratribus ipsorum Ordinum proculpis infligi grauioribus consuevit. Nos quod de obligatis Ordini præactorum fratum in præmissis nostris duximus litteris ne ipsos recipere præsumatis: statuendo ut huiusmodi præsumptores ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, de illis tantum intelligi volumus, quos post præactum annum probationis elapsum corum esse constiterit Ordini alligatos. Nulli ergo nostræ declarationis, &c. Si quis, &c. Datum apud Ciuitatem Castellanam 8. Kalendas Iunij anno I.

X V.

Prohibet fratres Prædicatores recipi, & nouitium intra annum probationis impelli ad professionem. Archiu. Aracelitan. num. 99. Speculum in summario.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI;
DILECTIS FILIIS... MAGISTRO ET FRATRIBVS O.R.D.
Prædicotorum salutem & Apostolicam
benedictionem.

Meinimmo vobis olim in virtute obedientie per nostras litteras precepisse, ut fratres Minores, & eorum ordini voto vel iuramento etiam obligatos nullatenus de cætero prætextu indulgentie alicuius, seu aliquarum litterarum obtentarum à Sede Apostolica, vel etiam obtinendarum in posterum quæ de hoc expressam non facerent mentionem, præsumeretis recipere, nisi prius ministri sui petita foret licentia & obtenta; decernimus etiam irritum & inane quidquid per vos in hac parte contra præceptum nostrum contingere attentre, statuentes ut huiusmodi præsumptores incurrerent excommunicationis sententiam à qua nequaquam absolvi possent, nisi se apud Sedem Apostolicam ab ea, sicut iustum foret, absoluendi personaliter præsentarent, verum quia postmodum per quasdata alias litteras vobis & eisdem fratribus districtius duximus inhibendum ut ante annum probationis elapsum qui est maximè in subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus, quemquam ad professionem vestrorum ordinum præsumeretis recipere, seu ad renunciationem sacerduli faciendam: nec constitutum in probatione nouitium aliquatenus impedire, quominus infra eundem annum probationis ad aliam religionem

ANNO CHRISTI 1244.

INNOCENTII IV. ANNO I.

quam maliter, transiret sicut de sua procederet libera voluntate, non ostantibus statuto contrario si quod à vobis esset editum, quod irritum decernimus & inane, vel aliquibus litteris à Sede Apostolica impetratis seu etiam impetrandi quæ de præmissis expressam non facerent mentionem, & si forte contra huiusmodi nostram inhibitionem, ne quaquam vos vel dicti fratres recipere existet, nullatenus vestro esset nec eorundem fratrum ordini alligatus. Nosque ac ipsi à receptione quorumlibet ad professionem dictorum ordinum electis ipso facto suspensi, & insuper pænæ debetis subiici, quæ fratribus ipsorum ordinum pro culpis infangi grauioribus consuevit. Nos quod de obligatis ordini prædictorum fratrum in præmissis nostris diximus litteris ne ipsos recipere præsumatis: statuendo in huiusmodi præsumptores ipso facto sententiæ excommunicationis incurvant. De illis tantum intelligi volumus quod post prædictum annum probationis clapsum eorum esse constiterit ordini alligatos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis infringere, vel ei aufermerio contraire, si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotens Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum apud Ciuitatem Castellan. 8.Kal.Iulij Pontificatus nostri anno I.

X V I.

*Prohibet receptionem Prædicatorum fratrum ad institutum Franciscanum. Summi-
rium Pontificale in speculo habetur sub Alexandra IV. directa ad Præ-
dicatores mutatis mutandis fol. 118. tract. 2.*

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
DILECTIS FILIIS MAGISTRO, ET FRATRIBVS ORDINIS
fratum Minorum, salutem & Apostolicam
benedictionem.

Quo vos in Christo sinceriori charitate diligimus eo plenius ut in cunctis prouidiatis & vigiles affectamus: turbationis non modicæ spiritum assumentes, si de vobis quandoque contrarium ad nos relatu perueniat aliquorum. Sancte admirantes accepimus quod vos non absque offensa rectitudinis quæ in vestris debet aliis haberi continuè specialis fratres Prædicatores & eorum ordini obligatos frequenter ad vestrum recipiunt unitatem spiritus in pacis vinculo non seruantes. Verum cum ex hoc scissuræ possit & scandali exorti materia, quæ solatium pacis æternæ querentibus debet omnibus modis existere peregrina: universitatæ vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ præcipiendo mandamus quatenus tam fratres eisdem quam eorum Ordini voto vel iuramento etiam obligatos nullatenus de cætero prætextu indulgentiæ alicuius, seu aliquarum litterarum obtentarum à Sede Apostolica vel etiam obtinendarum imposternum quæ de præsentibus expressam non fecerint mentionem, nisi prius petita Ministri sui fuerit & obtenta licentia recipere præsumatis: Alloquin decernentes irritum & inane quidquid per vos in hac parte contra præceptum nostrum contigerit attentari præsentium autoritate statuimus ut huiusmodi præsumptores incurvant excommunicationis sententiæ ipso facto, à qua nequaquam absolvi valeant, nisi se apud Sedem Apostolicam personaliter representent, ab ea, sicut visum fuerit, absoluendi. Nulli ergo nostræ constitutionis, &c. Si quis autem, &c. Datum apud Ciuitatem Castellan. 8. Kalend. Iulij, Pontif. sui anno I.

X V I I.

*Concedit monialibus monasterij S. Catharine quod non possint per litteras conueniri.
Reg. Vatic. epist. 127.*

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM
INCLVSARVM MONASTERII S. CATHARINÆ
Ord. S. Damiani.

ANNO CHRISTI 1244. & 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 2.

Religionis vestre favor sub qua reliquis mundanis illecebris Domino deseruitis, & devotionis vestre merita nos inducunt, ut petitopibus vestris quantum cum Deo possumus, annuamus. Vestris igitur deuotis precibus inclinati, ut per litteras Apostolicas conueniri ab aliquo non possitis, auctoritate vobis presentium indulgeremus, nisi de Ordine vestro & indulgentia huiusmodi in eisdem plena mentio habeatur. Nulli ergo nostra concessionis, &c. Si quis, &c. Dat. Lugduni 2. Kalen. Ianuarij anno 2.

Anno Christi 1245.

Innoc. IV. Anno 2.

X V I I I.

Concedis monasterio S. Marie Magdalena iuxta Nursiam varia priuilegia & collata eidem ab Episcopo Spoleto confirmat. Regest. Vatic. ep. 40.

A B B A T I S S A E M O N A S T E R I I S . M A R I A E M A G D A L E N A E
IVXTA N U R S I A M , E I V S Q U E S O R O R I B U S T A M P R A E-
sentibus quam futuri regularem vitam professis
io perpetuum.

I. **R**eligiosam vitam eligentibus Apostolicum, &c. Usque religionis emerget. Eapropter dilecte in Domino filie vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium S. Mariæ Magdalenz iuxta Nursiam Spoleto dicte, in quo diuino estis obsequio, &c. Usque communimur. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum & B. Benedicti regulam atque institutionem monachum inclusarum S. Damiani Assisianen. institutus in eodem loco, esse dignoscitur, &c. Usque obseruetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona quæ idem monasterium, &c. Usque illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda, locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis. Campum de Gauell, Campum de Frascale, vineam & hortum & molendinum Palestini possessiones, & quicquid habetis in territorio Nursie cum pratis, vineis, terris, &c. Usque immunitatibus suis. Sane noualium vestrorum quæ propriis sumptibus colitis, &c. Usque extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. Usque aliqua resuere. Prohibemus inluper ut nulli sororum vestiarum propter factam in monasterio vestro, &c. Usque audiat retinere. Pro consecrationibus vero altarium vel Ecclesiaz vestre sive pro oleo sancto, &c. Usque impendat. Alioquin liceat vobis hæc auctoritate nostra recipere à quocumque malueritis, &c. Usque obsinente. Quod si Sedes Dicæsanæ Episcopi forte vacauerit, interim, &c. Usque generetur. Quia vero interdum Dicæsanæ Episcopi copiam non habetis, si quem Episcopum Roman. Sedis ut diximus gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium, vasorum, & vestium, & consecrationes altarium auctoritate Sedis Apostolicæ recipere valentis. Cum autem generale interdictum, &c. Usque celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbatissæ, vel earum aliqua quæ tibi successerit, & Usque prouiderint eligendam. Porro si Episcopi vel alij Ecclesiærum Rectores in monasterium vestrum vel personas regulares ibi Dominio famulantes suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiæ promulgauerint, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitatí vestre, &c. Usque audiat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates monasterio vestro à ven. fr. nostro ... Spoleto. Episcopo loci dicæsanæ Capituli sui accidente consensu concessas ad exemplar fel. rec. Gregorij Papæ prædecessoris nostri, prout in ipsius Episcopi literis plenius consperimus contineri, vobis & per vos eidem monasterio vestro auctoritate Apostolica concedimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum ad ea talam duximus præsenti priuilegio inferendum, qui talis est.

II. Nicolaus Dei gratia Spoleto. Episcopus licet indigetus: Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ & sororibus monasterij S. Mariæ Magdalena iuxta Nursiam, salutem & benedictionem. Cum vos divina gratia inspirante in honorem Dei & beatæ Mariæ Magda-

ANNO CHRISTI 1244 & 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 2. & 3.

lenz monasterium fundaueritis iuxta Nursiam in pede Podij Misiani, vt ibidem pro vobis & aliis peccatoribus orare possitis, deuotè ac humiliter postulastis à nobis, vt monasterium & personas ibidem Domino seruientes intuitu pieratis & diuinæ misericordiz à iure Episcopali vel alterius grauissimæ conditionis eximere deberemus. Eapropter dilectæ in Domino filiæ vestræ piz ac humili petitioni pio concurrentes assensu, monasterium vestrum & personas illic commorantes ab omni iure Episcopali vel cuiuslibet conditionis obligatione eximimus, nihil aliud nobis in eisdem nisi unam libram cerz pro Syndico reseruant, annis nobis singulis persoluendam.

Datum Spoleti in Curia Domini Episcopi anno Domini 1248. Indictione 2. die Octo. III.bris tempore Domini Gregorij Papæ IX. Raynaldus Aceselli Prior S. Felicis, D. Raynaldus & Ceconia Canonici maioris Ecclesiaz Spolerian. præactis omnibus consenserunt. Ad indicium autem huius perceptæ à Sede Apostolica libertatis unam libram cerz nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præactum monasterium, &c. Usque omnimodis profutare. Salua Sedis Apostolicæ autoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesia secularisue persona, &c. Usque subsecetas visioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, &c. Usque pacis inueniant, Amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesiaz Episcopus subscripti. Ego Otto Portuensis & S. Rufinus Episcopus subf. Ego Petrus Albaneri Episcopus subf. Ego Vvilelmus Sabinen. Episcopus subscripti. Ego Petrus tit. S. Marcelli Presbyter Cardinalis subscripti. Ego Vvilelmus Basilicæ 12. Apostolorum Presbyter subsc. Ego fr. Ioannes tit. Sancti Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis subscripti. Ego fr. Hugo tit. Sanctæ Sabine Presbyter Cardinalis subsc. Ego Octavianus S. Matræ in Vialata Diac. Cardin. subsc. Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Cardin. subsc. Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Cardin. subsc. Ego Vvilelmus S. Eustachij Diac. Cardin. subsc. Datum Lugduni per manum magistri Marini S. R. E. Vicecancellarij 17. Kalend. Iulij Indict. 3. Incarnationis Dominicæ 1245. Pontificatus vero D. Innocentij Papæ IV. anno 2.

Anno Christi 1245.

Innocentij IV. ann. 3.

X I X.

Concedit ut nullus fratrum in iustus deputetur ministerio monialium nisi alias in ea cura fuerit. Specul. 117. p. 2. tract. 2.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS GENERALI MINISTRIO ET FRATRIBVS
Ordinis Minorum salutem & Aposto-
licam benedictionem.

Patrī & tranquillitati vestræ paterna volentes in posterum solicitudine prouidere, au-
toritate vobis præsentium indulgemus, vt in monasteriis monialium inclusarum
Ordinis Sancti Damiani in quibus tempore felicis recordationis Gregorij Papæ præde-
cessoris nostri aliqui fratres vestri ordinis deputati non fuerint morari minime teneami-
ni, nec ad id per litteras Apostolicas impetratas seu etiam impetrandas arctari possint,
nisi litteræ ipsæ plenam fecerint de hac indulgentia mentionem. Proutso vt in mona-
steriis in quibus tunc temporis fratres deputati fuerunt, ponantur secundum discretio-
nem Ministrorum prouincialium idonei & maturi, qui monasteriorum ipsorum mo-
nalibus in spiritualibus duntaxat deseruante, iurisdictioni & correctioni Ministrorum
suorum sicut & ceteri nihilominus parituri. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Si quis
autem, &c. Datum Lugduni 16. Kalend. Augusti Pontif. nostri anno 3.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

X X.

Mandat rigidè Prelatis Italie, ut cessent à grauaminibus, & pressuris fratribus Minoribus inferendis. Ex Archiu. Aræcœlit. n. 12. Firmam. tri. Ord. fol. 108.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI:
· VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPI ET EPISCO-
pis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Archidiac. Decanis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per
Italiam constitutis salutem & Apostolicam benedictionem.

Nimis iniqua vicissitudine largitori bonorum omnium responderetur, dum iij qui de Christi patrimonio impinguati luxuriant damnabiliter in eodem Christum in famulis suis patenter persequi non merentur, ac si factus sit impotens Dominus ultionum. Cum enim dilecti filii fratres Minores abnegantes salubriter semetipsos, elegerunt in altissima paupertate Christo pauperi id placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes non desunt plerique tam Ecclesiarum Prælati quam alij qui cæca cupiditate traducti propriæ auditi subtrahi reputantes quidquid prædictis fratribus fidelium pietas clargetur quietem ipsorum multipliciter inquietant: vos quoque qui eos deberetis fauorabiliter confouere, molestiarum occasiones vanas exquititis contra ipsos. Vultis namque eis non orant ipsis inuitis eorum confessiones audire ac eis iniungere Pœnitentiā & Eucharistiam exhibere, nec vultis vt corpus Christi in eorum Oratoriis reseretur, & fratres ipsorum defunctos apud Ecclesias vestras cogitis sepelire & eorum exequias celebrari; Si quis decedentium fratrum alibi quam in Ecclesiis vestris eligat sepulturam, funus primo ad Ecclesias vestras deferri compellitis vt oblatio vobis vestris cedat, nec sustinentes eos habere campanam vel cœmiterium benedictum: certis tantum temporibus permittitis ipsis celebrare diuina, vultis etiam in domibus eorumdem certum numerum fratrum Sacerdotum, clericorum & laicorum, necnon cereorum, lampadarum & ornatorum pro vestra voluntate taxare, ac residuum cereorum quando nouiter apponuntur exigitis ab eisdem nec permittitis vt novi Sacerdotes eorum alibi quam in Ecclesiis vestris celebrent primas Missas eos nihilo compellentes vt in quotidianis Missis, quas in suis locis & altaribus celebrant oblationes ad opus vestrum recipiant & reservent. Quidquid etiam eis dum celebrant Missarum solemnia intra domorum suarum ambitum pia fidelium deuotione donatur ab ipsis extorquere oblationis nomine, contendentes quod eisdem tam in ornamentis altaris quam in libris Ecclesiasticis absolute consertur iuri vestro perperam vindicatis, cogendo eos ad Synodos vestras accedere ac vestris constitutionibus subiacere, nec iis contenti Capitula & scrutinia in locis fratrum pro iis corrigendis comminamini vos facturos. Fidelitatem juramento firmatam ab eorum ministris & custodiis exigentes. Eis quoque vt in hyeme tam extra ciuitates, quam intra vobiscum professionaliter veniant ex leui causa mandantes, in benefactores ipsorum excommunicationis sententiam fulminatis, & idem ipsum fratribus comminantes eisdem de locis in quibus Domino famulantur amouere saragitis nisi vobis obedient in omnibus supradictis. Ad hæc ne fratres ad honorabiles ciuitates & villas, vbi religiose ac honeste valeant commorati à populis deuote vocati, accedere audeant inhibentes tam in accedentes fratres, quam in receptores eorum excommunicationis sententiam promulgatis. Ab eis etiam de horrorum fructibus decimas, necnon de habitaculis fratrum, sicut de Iudorum dominibus redditus contenditis extorquere, afferendo quod nisi fratres morarentur ibidem, vobis ab aliis habitatoribus prouentus aliqui soluerentur. Et vt ipsos veltræ subdatis tota licet ditioni eisdem Ministros & custodes vultis praeficere pro veltræ arbitrio voluntatis. Cum igitur ordo prædictorum fratrum per felicis recordationis Innocent. Honorium, & Gregorium prædecessores nostros & nos ipsos sit solemniter approbatus, & eorum regula confirmata, ne Apostolicæ Sedis statuta quæ humiliter suscipere & seruare tenemini reverenter contempnere videamini: Vniuersitatem vestram monemus accente per Apostolicā

1. Corinsh.
c. 6. 10.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

lica scripta firmiter præcipiendo mādantes quatenus conscientiæ ac famæ vestræ salubriter consulent, vniuersi & singuli à prænominatis & aliis prædictorum fratribus grauaminibus penitus desistatis, subditos vestros ab iis arctius compescendo; alioquin veneti fratribus nostris... Archiepiscop. Pisan. & . . . Tudert. & . . . Anconitan. Episcopis damus nostris literis firmiter in mandatis, ut vos ad omnia prædicta seruanda per censuram Ecclesiasticam sublatu cuiuslibet contradictionis & appellationis impedimento compellant. Non obstante constitutione de duobus dietis edita in Concilio generali. Si vero nec sic mandatis nostris curaueritis obedire, noueritis nos super hoc memoratis fratribus authente Domino prouisuros Dat. Lugdun. 12. Kal. Aug. Pontif. nostri anno 3.

XX I,

Concedit varia priuilegia sororibus Barchinonens. & collata ab Episcopo Barchinonen, confirmat. Reg. Vatican. epist. 25.

ABBATISSÆ MONASTERII S. ANTONII BARCHINO-
NEN. INCLVISIS, EIVSQUE SORORIBVS TAM PRÆSEN-
tibus, quam fucuris regularem vitam professis
in perpetuum,

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, &c. Usque religionis eneruet. Eapropter dilecta in Christo filia vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium Sancti Antonij Barchinonens. in quo divino estis obsequio, &c. Usque communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum & B. Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusorum Sancti Damiani Assisiaten. in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium, &c. illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo prædictum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. Usque audeat retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrum post factam, &c. Usque audeat consecrationibus vero altarium vel Ecclesiæ vestræ, sive pro oleo sancto, &c. Usque Diaconatus impendas. Alioquin liceat vobis hæc, nostra auctoritate recipere à quocumque, &c. Usque obtinente. Quod si sedes Diaconatus Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica Sacra menta à vicinis Episcopis accipere, &c. Usque presudicium generetur. Quia vero interdum Diaconatus Episcopi copiam non habet, siquidem Episcopum Roman. Sedis ut diximus gratiam & communionem habentem, &c. Usque recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, &c. Usque celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbatissa, vel earum aliqua quæ tibi successerit, &c. Usque prouiderint eligendam. Porro si Episcopi, vel alij Ecclesiastum Rectores in monasterium vestrum vel personas regulares inibi Domino famulantes suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgauerint, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitatí vestræ, &c. Usque audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates vestras, quas monasterio vestro venerab. frat. noster P. Episcopus Barchinonensis capituli sui assensu indulisse dignoscitur, sicut in eius litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem literarum ipsarum de verbo ad verbum præsenti priuilegio fecimus annotati, qui talis est.

Frater Petrus miseratione diuina Barchinonensis. Episcopus: Dilectis in Christo filiis Agneti Perandæ Abbatissæ, & monialibus inclusis Ordin. Sancti Damiani monasterij Sancti Antonij Barchinonens. Caput litus maris de assensu D. Berengarij Episcopi quondam bon. mem. prædecessoris nostri ex eleemosyna fidelium construxeritis, ut ibidem Domino famulantes, devote pro nobis & aliis peccatoribus possitis Dominum deprecari, à nobis humiliter postulatis ut monasterium illud cum omnibus monialibus p. 11.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

presentibus & futuris, in tuis pietatis & pro redemptione peccatorum nostrorum ab omni Episcopali iure, tam in spiritualibus, quam temporalibus pleno iure eximere debemus. Quapropter dilecta in Christo filie vestra pia ac humili peritioris benevolo concurrentes assensu, de voluntate & consensu Capituli nostri predictum monasterium & omnes moniales ibidem Domini famulantes presentes scilicet & futuras cum tota familia, quæ pro tempore servitio monasterij à vobis fuerit deputata ob reverentiam Apostolicæ Sedis cuius vos scimus filias speciales, ab omni Episcopali iure, tam in spiritualibus quam in temporalibus eximimus pleno iure nihil nobis referentes in eo, præter dedicationem Ecclesie, consecrationes altarium, & benedictiones monialium cum ab Abbatisse & suis sororibus fuerimus requiriti. Si tamen nos & successores nostri gratis hæc, & sine prauitate voluerimus exhibere. Reservamus etiam nobis unam libram certe nomine anni census in festo Assumptionis Beatae Virginis annis singulis persolvendam. Actum est hoc septimo Kalend. Maii anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto. Ego Petrus S. Terraconen. Ecclesiæ Archiepiscopus subscribo. Ego Fr. Petrus Barchinonensis. Episcopus subscribo. Ego A. de Bargo Barchinonensis. Archidiaconus qui hoc firmo.

- III. Signum Petri Arberti. Barchinonensis. Canon. Signum Petri de Insula. Barchinonensis. Canonici. Signum Bergandi Delfini Barchinonensis. Canonici. Signum Ferrarij de Torsentinalo. Barchinonensis. Canonici. Signum Ferrarij de Lauro Barchinonensis. Sacristæ. Ego B. de S. Eugenia Barchinonensis. Canonicus qui hoc firmo. Signum Berengarij de Petri Barchinonensis. successoris, Petri de Castellire Presbyteri & Canonici. Signum Magistri Arnaldi Barchinonensis. Canonici. Signum Berengarij de Sancto Christophoro Canonici & Rectoris altaris Sancti Stephani. Ego Magister Martinus subscribo. Signum Arnaldi de Peragaria. Ego Guilhelmus de Bagnariis Canonicus & Rector altaris S. Ioannis. Signum Guillelmi de Bagnariis Canonicus & rector altaris S. Ioannis. Signum Guillelmi Presbyteri statoris Domini Regis & Canonici Barchinonensis. sedis. Signum R. de Montesigno Barchinonensis. Canonici & rectoris altaris Sancti Silvestri. Signum Guillelmi scriptoris Barchinonensis. Canonici Ebdarij. Signum Bernardi de Piranit Barchinonensis. Canonici. Signum magistri Berengarij de Turri Barchinonensis. Canonici. Signum A. de Richalderio. Signum Petri de Bugis notarii publici Barchin. Signum Petri Laurentij qui hæc scriptit mandato Petri de Bugis notarii publici Barchin. die & anno prefixis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, &c. Usque profutura salua Sedis Apostolica autoritate. Ad indicium autem perceptum à Sede Apostolica libertatis, vnam libram certe persolvatis nobis nostrisque successoribus annuatim. Si qua igitur in futurum, &c. Usque subiectas vitioni. Cunctis autem eidem loco, &c. Usque pacu immeniant. Amen.
- IV. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Otto Portuen. & Sanctæ Rufinae Episcopus subscripsi. Ego Petrus Albanen. Episcopus subscripsi. Ego Willemus Sabinen. Episcopus subscripsi. Ego Petrus tit. Sancti Marcelli Presbyter Cardin. subscripsi. Ego Villelmus Basilicæ 12. Apostolorum Presbyter Cardinalis subscripsi. Ego frater Vgo tit. Sanctæ Sabinæ Presbyter Cardin. subscripsi. Ego Octavianus Sanctæ Mariæ in via lata Diacon. Cardinalis subscripsi. Ego Petrus Sancti Georgij ad velum aureum Diacon. Cardin. subscripsi. Ego Ioannes Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Cardin. subscripsi. Ego Ioannes tit. S. Laurentij in Lucina Presbyter Cardin. subsc. Datum Lugduni per manus magistri Mariani S. R. E. Viccancellarij 10. Kalend. Augusti Indict. 3. Incarnationis Domini anno 1245. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IV. anno 3.

X X I I.

Permitit apostolis, eis discolis transitum ad alios ordines approbatos. Archivum Aracelitanum. num. 16. Rodriguez in bullario fol. 16. Firm. tri. ordin. fol. 29.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

**INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEL
DILBCTIS FILIIS GENERALI ET PROVINCIALIBVS
Ministris Ordinis frarum Minorum salutem
& Apostolicam benedi-
ctionem.**

Paci & tranquillitati vestre paterna volentes in posterum solicitudine prouidere ut
ciestis de vestro ordine vel egressis qui receptione in eodem ordine suis exigentibus
culpis reddiderint se indignos, transeundi ad alios ordines approbatos præterquam ad B.
Augustini, Templariorum, Hospitaliorum, & aliorum religiosorum arma portarium ad
vitandam occasionem euagandi cum vestris testimonialibus literis, auctoritate nostra li-
centiam date possitis, plenam vobis de frarum nostrorum consilio concedimus, auctorita-
tate presentium, facultatem, districtus inhibentes ne tales aliter ad alium ordinem tran-
ferre, vel aliqui ipsos recipere, seu retinere præsumant absque licentia Sedis Apostolicæ spe-
ciali faciente plenam de præsentibus mentionem. Nulli ergo omnino hominum licet
hanc paginam nostræ concessionis & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attenteare præsumpsit, indig. Omnip. Dei & beatorum Petri &
Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lugdun. 17. Kal. Septemb. Pontif.
nostrj an. 3.

XXXIII.

*Commitit infra scriptis conservatoribus curam prohibendi granaria, & iniurias illatas
fratribus Minoribus, quod in omnibus regni fieri mandat per procuratores ad eos
deputatos. Reg. Vat. epist. 539. Spec. Min. sum. Pontif.*

**NEAPOLITAN. MESSANEN. ET SIPON-
TIN. ARCHIEPISCOPIIS.**

Nimis iniqua vicissitudine largitori bonorum omnium respondeatur, dum iij qui de
Christi patrimonio impinguati luxuriant damnabiliter in eodem Christum parentes
in famulis suis prosequi non verentur, ac si factus sit impotens Dominus ultionum. Cum
enim dilecti filii fratres Minorum abnegantes salubriter semetipso, elegerint in altissime
paupertate Christo pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes & omnia possiden-
Corin. 4.10. tes, non desunt plerique tam Eccles. Prælati, quam alij qui ex ea cupiditate traducti proprie-
tatis audirati subrahi reputantes quicquid prædictis fratribus fidelium pietas elargitur quietem
ipsorum multipliciter inquietant, molestiarum occasionses exquirentes vanas contra ipsos.
Volunt namque, et si non omnes, ipsis invitatis eorum confessiones audire ac eis iniungere
pœnitentias, & Eucharistiam exhibere, nec volunt ut corpus Christi in eorum oratoriis
conseruetur, & fratres ipsorum defunctorum apud Ecclesias suas sepeliri compellunt & eo-
rum exequias celebrari. Et si quis decedentium frarum alibi quam in Ecclesiis suis eligit
sepulturam, funus primo ad Ecclesias suas deferri cogunt, ut oblatione suis vobis cedat, nec
sustinentes eos habere campanam, vel cimiterium benedictum certis tantum temporibus
permittunt celebrare diuina, volunt etiam in domibus eorundem certum numerum
fratrum Sacerdotum, Clericorum, & laicorum, necnon clericorum, lampadarum, & orna-
mentorum pro sua voluntate taxare ac residuum clericorum quando nouiter apponuntur
exigunt ab eisdem, nec permittunt ut noui Sacerdotes eorum alibi quam in Ecclesiis
suis celebrent primas Missas, eos nihilominus compellentes ut in quotidianis Missis quas
in suis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipient & referuent.
Quicquid etiam eis dum celebrant Missarum solemnia in domorum suarum ambitum
pia fidelium deuotione donatur, ab ipsis extorquere oblationis nomine contententes,
quod eisdem tam in ornamentis altaris, quam in libris Ecclesiasticis absolute confertur,
vendicant perperam iuri suo, cogendo ad Synodos suas accedere ac suis constitutionibus
sublacere. Nec his contenti capitula & scrutinia in locis frarum pro his corrigen-
dis facturos se committant fideliciter iuramenta firmata ab eorum Prioribus
exigentes,

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII V. ANNO 3.

exigentes, eis quoque ut tam extra ciuitates, quam intra cum eis processionaliter ventatis ex leui causa mandantes, excommunicationis sententiam fulminant in benefactores eorum & id ipsum fratribus comminantes, eos de locis in quibus Domino famulantur satagunt amouere nisi eis obedient in omnibus supradictis. Ad hanc ne fratres ad honorabiles ciuitates & villas vbi religiose & honeste valeant commorari, à populis devote vocati accedere audeant inhibentes, tam in accedentes fratres, quam in receptatores eorum præsumant excommunicationis sententiam promulgare. Ab eis de horrorum fructibus decimas, necnon de habitaculis fratrum, sicut de ludorum domibus contendunt redditus extorquere, asserendo quod nisi fratres morarentur ibidein eis ab aliis habitatoribus prouentus aliqui soluerentur. Et ut ipsos subdant totaliter suæ ditioni, eisdem Priors volunt præficere pro suæ arbitrio voluntatis. A quibus omnibus fratrum molestiis quidam etiam ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus & ceteris Ecclesiarum Prælatis, ac aliis per Regnum Siciliæ constitutis non omnino abstinere dicuntur. Cum igitur Ordo prædictorum fratrum à bon. mem. Innocentio, Honorio & Gregorio prædecessoribus nostris & nobis ipsis dignis eorum sic exigentibus meritis, approbatus, ac ipsorum regula confirmata, ne Apostolicæ Sedis statuta, quæ humiliter suscipere & reverenter seruare tenemini, contemnere videamini vniuersitatem vestram monemus attente, firmiter præcipiendo mandantes quatenus conscientia ac fata vestra salubriter consilientes, vniuersi & singuli à prænotatis & aliis prædictorum fratrum grauaminibus penitus delistatis, subditos vestros ab his artius compescendo. Alioquin venerabilibus fratribus nostris Neapolitan. Messanen. & Sipontin. Archiepiscopis nostris damus litteris firmiter in mandatis, ut vos ad omnia supra scripta monitione præmissa auctoritate nostra sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstatculo, compellant. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali: si vero nec sic mandatis nostris curaueritis obedire, noueritis nos super hoc memoratis fratribus alter ætore Domino prouisuros. Quod si non omnes, &c. Singuli vestrum, &c. Datum Lugduni i. 5. Kalend. Septemb. anno 3. In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Regnum Vngarie & Istri, Sclauonie, Croatiae & Dalmatiae provincias constitutis. Conseruatores Strigonien. & Colocen. Archiepiscopi & Zagrabien Episcopus.

In eodem Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Campaniam, Maritimam, & Patrimonium B. Petri constitutis. Conseruatores Anagnin. Sutrin. & Reatin. Episcopi.

In eodem modo Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Tusciam, Vallem Spoletanam, Marchiam Anconitanam & prouinciam & diœcensem Pisanam constitutis. Conseruatores Archiepiscopus Pisanus, Tudertin. & Anconitan. Episcopi.

In eodem modo Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Lombardiam, Marchiam Tarvisinam, & Romandiolam constitutis. Conseruatores Archiepiscopus Mediolanen. Vincentin. & Feretran. Episcopi.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Alemanniam constitutis. Conseruatores Colonien. & Magdeburgen. Archiepiscopi, & Heribolen. Episcopus.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Regna Boemie, Suetie & Noruegie, & per Poloniæ, Liuonie, Slavie, Russie & Prussie prouincias constitutis. Conseruatores Colonien. Magdeburgen. Archiepiscopi & Heribolen. Episcopus.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per regnum Datie, per Caſtubiam, & Pomeraniæ constitutis. Conseruatores Bremen. Archiepiscopus, Hildelemen. & Zurinen. Episcopi.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis Archipresbyteris, Praepositis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Angliæ & Scotiæ Regna constitutis. Conseruatores, Archiepiscopus Cantuarien. Lincolniæ & Norwicen. Episcopi, &c.

In eodem modo Atchiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Hyberniam constitutis. Archiepiscopus Dublinen. Ossoriæ. & Dímen. Episcopi.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis & aliis Ecclesiarum Prælatis, per Regnum Franciæ, Lugdunen. & Bisuntin. prouincias, Meten. Virdunen. Leodien. & Cameracen. diœceses constitutis. Conseruatores Rhemæ. & Turonen. Atchiepiscopi, & Parisien. Episcopus. Alij Conseruatores Auxitan. Archiepiscopus, & Engolismen. Episcopus. Item alij Conseruatores, Auxitan. Archiepiscopus, & Engolismen. Episcopus. Item alij Conseruatores Lugdunen. Viennæ. Archiepiscopi & Niuernen. Episcopus.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis, & aliis Ecclesiarum prælatis per prouinciam constitutis. Conseruatores Aquen. Archiepiscopus & Massiliæ. Episcopus.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Regnum Castellæ & Legionen. constitutis. Conseruatores Palentia. Calaguritan. & Corduben. Episcopi.

In eodem modo Atchiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Aragon. & Nauarre Regna constitutis. Conseruatores Archiepiscopus. Terraconen. Cesaraugustan. & Burgen. Episcopi. Item alij conseruatores super eodem Archiepiscopi Terraconen. & Compostellan. ac Burgen. Episcopus.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis & aliis Ecclesiarum Prælatis per Imperium Constantinopolitanum constitutis. Conseruatores Patriarcha Constantinopolitan. Patracen. Archiepiscopus, & Nicomedien. Episcopus.

In eodem modo Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Praepositis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Hierosolymitan. & Cypri Regna & ultramarinas alias prouincias constitutis. Conseruatores Patriarcha Antiochenus, Archiepiscopi Nazaren. & Nicotien.

In eodem modo Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Praepositis, & aliis Ecclesiarum Prælatis per Sardiniam, Calarum, & Cortican constitutis Conseruatores Pilanus & Calantan. Archiepiscopi, &c.

X X I V.

Confirmat sororibus Salmanticen. donationem Episci Salmanticen. concedens ipse varia privilegia. Reg. Vatic. epist. 131.

ABBATISSÆ MONASTERII B. MARIÆ SALAMANTIN.
EIVSQUE SORORIBVS INCLVISIS TAM PRÆSENTIBVS QVAM
futuris regularem vitam professis in perpetuum.

R Eligiosam vitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse præsidium, &c. usque religionis enerues. Quapropter dilectæ in Christo filiæ vestris iustis postulationibus clementer audiuntur, & monasterium S. Dei genitricis & Virginis Mariæ Salamantia in quo diuino estis obsequio mancipatae, &c. usque communitas; Imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusarum S. Damiani Allobrenaten. in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea qualcumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium, &c. usque illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præstatum monasterium sicutum est cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis personæ

Regestum Pontificium.

75

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

personas liberas & absolutas, &c. usque aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrum post factam, &c. usque andeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium vel Ecclesiarum nostrarum, sive pro oleo sancto, &c. usque diaconatus impendat, licet vobis haec nostra auctoritate recipere a quocumque &c. usque obtinente. Quod si Sedes diocesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica sacramenta a viciniis Episcopis, &c. usque prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii Episcopi copiam non habent; Siquidem Episcopum Rom. Sedis ut diximus gratiam & communionem habentem, &c. usque recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, &c. usque celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbatissa, vel earum aliqua quae tibi successerit, &c. usque prouiderint eligendam. Porro si Episcopi vel alij Ecclesiarum Rectores in monasterium vestrum vel personas regulares inibi Domino famulantes, suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgauerint, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicas indulta prolatam decernimus non tenete. Paci quoque & tranquillitati vestre, &c. usque andeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates vestras, quas monasterio vestro Ven. fr. noster M. Episcopus & dilecti filii Capitulum Salamantin. induluisse cognoscitur, sicut in eorum litteris plenus continetur, auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem literarum ipsarum præsenti priuilegio inseri fecimus, qui talis est.

II. Nouerint vniuersi præsentem paginam inspecturi, quod nos M. diuina patientia Episcopus & vniuersum Capitulum Salamantin. de mera liberalitate nostra & diuinæ pietatis intuitu te dilectam Vranciam Abbatissam Ord. S. Damiani, & sorores tuas, tam præsentes, quam futuras cum possessionem nou habeatis, & promittatis vos in futurum non habituras, & monasterium ad honorem B. Mariæ constructum, quod est sicutum inter S. Romanum, S. Thomam, & S. Christophorum infra muros civitatis Salamantin. & iuxta murum ab omni Episcopali iurisdictione, tam in spiritualibus, quam in temporalibus procul exitimus, nihil nobis reseruantes in eo, præter consecrationes Ecclesiarum & altarium, benedictiones monialium cum Abbatissa, cum propter hoc fuerimus requisiuti: si tamen nos & successores nostri gratis haec & sine prauitate voluerimus exhibere, reseruamus etiam nobis & successoribus nostris unam librā ceru nomine annui censu in festo Purificationis B. Virginis annis singulis persoluendum. Et hanc exceptionem nullam & concessionem pro nobis & successoribus nostris firmam habere promittimus, & nullo tempore contrauenire. Ut autem factum nostrum robur obtineat perpetue firmatatis, præsentes literas de communī consensu & voluntate in perpetuum testimonium sigillis nostris duximus ruborandas. Supplicantes summo Pontifici ut istam nostram exemptionem confirmare dignetur. Acta sunt haec apud Salamanticam in Palatio D. Episcopi s. Idus Februarij anno ab Incarnatione Domini 1244. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, &c. usque profutura. Salua Sedis Apostolicæ auctoritate.

III. Ad inditium autem quod idem monasterium specialiter Beati Petri iuris existit, unam librā ceru nobis successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur in futurum, &c. usque subiectas ultiōni. Cunctis autem eidem loco, &c. usque paci inserviant Amen. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiarum Episcopus. Ego Otto Portuen. & S. Ruhnus Episcopus subscripti. Ego Petrus Albanen. Episcopus subf. Ego Vvillelmus Sabine. Episcopus subf. Ego Petrus tit. S. Marcelli Presbyter Card. subf. Ego Vvillelmus Baſilice 12. Apostolorum Presbyter Card. subf. Ego Octavianus sanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. subf. Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Card. subf. Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. subf. Ego Vvillelmus S. Eustachij Diac. Card. subf. Datum Lugduni per manum magistri Marini S.R.E. Vicecancellarij 14. Kal. Octobris indictione 3. Incarnationis Dominicæ anno 1245. Pontific. vero D. Innocentij Papæ 4. anno tertio.

X X V.

Eximit monasterium Pampilonen. sororum S. Damiani à iurisdictione ordinariorum.
Reg. Vat. epist. 256.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII V. ANNO 3.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSA-
RVM MONASTERII QVONDAM S. MARIAE, NVNC S. GRATIE
Pampilonen. Ordinis S. Damiani.

CVm mortuæ mundo viuatis in Christo reclusæ videlicet in monasterio in quo estis quasi viuæ sepultæ, posita sufficientia vestra tantum in Domino, pro cuius amore terrenam substâtiati cum saeculo abnegasti, dignum videtur & pietas hoc requirit, quod sic debeamus vestræ prouidere quieti, ut ab inquietudine liberæ liberius valeatis diuinis obsequiis inhætere. Hinc est quod ad religionem vestram debitum habentes respectum vestrisque supplicationibus anquentes ad instar fel. rec. Gregorij Papæ prædecessoris nostri personas & monasterium vestrum cum omnibus bonis suis sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, auctoritate presentium statuentes, vt vos & dictum monasterium nulli debeatis nisi Sedi Apostolicæ subesse, saeramentis dumtaxat Ecclesiasticis, & vna libra ceræ annuatim in festo Assumptionis B. Virginis persoluenda diœcesano Episcopo reseruatis, si tamen ea gratis vobis sine prauitate aliqua idem Episcopus voluerit exhibere, alioquin licet vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antistitem gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habentem, qui nostra fætus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Ad indicium autem huius perceperæ à Sede Apostolica libertatis vnam libram ceræ nobis nostris que successoribus anni singulis persolveris. Decernimus ergo, &c. vsque profugis falso Sedis Apostolice auertritate. Si qua igitur Ecclesiastica sacerulariue persona, &c. vsque ultimi. Cunctis autem eodem locosua cura seruantibus, &c. vsque inuenient Amen. Datum Lugduni 14. Kalend. Octobris anno 3.

XXV I.

Commendat fratres Minores Ecclesia Prælatis, monens ut ipsos ad predicandum benigne admittant, & eorum ordinem simulato habitu degeneri cohersione maculantes coercant. Ex Archiuo Aræccælitano n. 28. de quo firmament. Tri. Ord. f. 109.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.
VENERABILIBVS FRATRIBVS ARCHIEPISCOPV ET
Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Ar-
chidiaconis, Plebanis, Archipresbyteris, & aliis Eccle-
siarum Prælatis ad quos licet iqt peruenient,
salutem & Apost. bepeditionem.

Matt. 6.4.11. Phil. 2.11. **Q**uoniam abundauit iniquitas, & refriguit charitas plurimorum, ecce ordinem di-
lectorum filiorum fratrum Minorum Dominus suscitauit, qui nos quæ sua sunt
sed quæ sunt Christi quærentes, tam contra profligadas heresem quam contra pestes alias
mortiferas extirpandas se dedicarunt euangelizationi verbi Dei in abiectione voluntate
paupertatis. Nos igitur sanctum eorum propositum, & necessarium ministerium fauore
beneuelo prosequentes vniuersitati vestre ipsos affectuose duximus commendando,
charitatem vestram rogantes & exhortantes in Domino ac per Apostolica vobis scripta
mandantes, quatenus dilectos filios fratres ordinis memorati pro reverentia diuina & no-
stra ad officium prædicandi ad quod sunt ex professione sui ordinis depurati, benigne re-
cipere procuretis ac populos, vobis commissos vt ex ore ipsorum verbi Dei famé deuo-
te suscipiant, adinonentes in suis eis necessitatibus liberaliter assistatis, nec impediatis
quominus illi qui ad eorum prædicationem accesserint tunc eorum sacerdotibus valeant
confiteri, quatenus ad prædicta suscipienda vestris exhortationibus populi præparati
tanquam bona & fructifera terra pro vitiis tribulis incipient segetem germinare vir-
tutum, & dicti fratres per cooperationem vestram suscepti ministerij cursum felicius
consumando optatum reportent sui laboris fructum, & finem, salutem videlicet animatum.
Cor. 11.14. Quia vero sæpe vicia sub specie virtutum occulæ subintran, & Angelus Sathanæ in Angelū
lucis

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

Lucis se plerumque simulatè transformati præsentium vobis autoritate mandamus, quatenus si qui de prædictorū fratribus ordine se dicentes in vestris partibus prædicauerint ad quæstum se pecuniarium conuertendo per quod religionem eorum qui paupertatem professi sunt, continget infamari, vos tanquam falsarios capiatis & condemnetis eosdem. Datū Lugdun. 13. Kal. Octobris Pontificatus nostri anno tertio.

X X V I I.

Confirmat monasterio sororum Alexandrin. donationem ipsi factam ab Archiepiscopo Mediolanen. & noua ipse priuilegia concedit. Reg. Vat. ep. 181.

ABBATISSÆ MONASTERII S. MARIAE MAGDALENÆ
EIVSQUE SORORIBVS TAM PRÆSENTIBVS QVAM
futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam, vsque enerue. Quapropter dilectæ in Christo filiæ vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium S. Mariæ Magdalénæ Alexandrin. in quo diuino estis, &c. communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusatum S. Damiani Assisiaten. in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis, &c. vsque obseruetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium, &c. vsque illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo prædictum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. vsque retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestiarum post factam in monasterio vestro, &c. vsque undeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium, &c. vsque impendat. Alioquin liceat vobis hæc auctoritate nostra recipere à quocumque malueritis catholico Antistite gratiā & communionem Sedis Apostolicz habente. Quod si Sedes diœcesani Episcopi forte vacauerit interim, &c. præiudicium generetur. Quia vero interdum diœcesani Episcopi copiam non habetis, &c. vsque recipere valeatis. Cum autem generale interdictum, &c. vsque officia celebrare. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbatissa, &c. vsque prouiderint eligendum. Porro si Episcopi vel alij Ecclesiarum Rectores in monasterium vestrum vel personas, &c. decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitatí vestre, &c. vsque exercere. Præterea omnes libertates & immunitates vestras quas monasterio vestro Bon. mem. Vvilelmus Mediolan. Archiepiscopus capituli sui accidente consensu indulsisse dignoscitur, sicut in litteris inde confectis plenus continetur, auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti priuilegio communimus. Tenorem autem literarum ipsarum duximus præsenti priuilegio inferendum, qui talis est.

Vvilelmus diuina miseratione S. Mediolanen. Ecclesiaz Archiepiscopus; dilectæ in Christo filiæ Abbatissæ & sororibus monasterij B. Mariæ Magdalénæ de Alexandria Ord. S. Damiani Assisiaten. salutem & bened. Cum monasterium in honorem B. Mariæ Magdalénæ in loco memorato cōstrui fecimus ut ibidem deuote Domino famulantes pro nobis, & aliis peccatoribus orare possitis, humiliiter postulaatis, ut monasterium ipsum & personas ibidem Domino servientes, intuitu pietatis & pro redemptione peccatorum nostrorum à iure Episcopali seu alterius conditionis grauamine, tam in spirituallibus, quam in temporalibus pleno iure eximere deberemus. Quapropter vestre piz ac humili petitioni pio concurrentes assensu, prædictum monasterium & personas illic nūc vel in futurum commorantes cum omnibus bonis suis consensu & volūtate Capituli, ab omni iure Episcopali & cuiuslibet conditionis obligatione, tam in spirituallibus, quam in temporalibus pleno iure liberamus, & eximimus, nihil aliud nobis & Ecclesiaz Mediolanen. in eisdem reseruantes, nisi consecrationem Ecclesiaz & altarium cum fuerimus requisiti, si tamen nos & successores nostri gratis & sine prauitate aliqua voluerimus consecrare. Reseruamus etiā nobis vnam librā cerz in festo B. Mariæ Magdalénæ octo diebus ante, vel octo diebus post pro cēlu nobis annis singulis personuendā. Ego Vvilelmus de Rissolio Mediol. Ecclesiaz Archiepisc. Ego Albertus Amiconus Mediola. Ecclesiaz Archipresbyter. Ego Girard. Medioli. Canonic. & Vicedominus. Ego Alcherius Mediolan. Ordinarius

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

& presbyter. Ego Vvillelmus Mediolanen. Canonicus. Ego Fulco de Desino Mediolanen. Ecclesiaz ordinarius & presbyter. Ego Roggerius de Turre Mediolanen. ordinarius & subdiac. Ego Corradus de Serara Domini Papz subdiac. & ordinarius Mediolanen. Ecclesiaz. Ego Rodulphus de Pomo notarius & missus Imperialis de mandato D. Stephani Balbi Archidiaconi, ego Redulphus de Pomo notarius & missus Imperialis de mandato D. Ribaldi Burri diaconi. Ego Amizo de Por Roman. Mediolanen. Ecclesiaz ordinarius scripsi. Ego Ambrosius cognomine Percossus notarius de mandato Domini Analdi de Mandello Mediolanen. Diaconi & ordinarij. Ego Ambrosius de pureo Bonello Diaconus. Ego Vgo Domini Papz subdiaconus & Caniliarcha Mediolanen. Ecclesiaz. Datum 12 37. die Mercurij primo die mensis Aprilis Indictione 10. Ad indicium autem huius perceptz à Sede Apostolica libertatis vnam libram cerz nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Decernimus ergo, &c. usque profutura. Salua Sedis Apostolicaz auctoritate. si qua igitur, &c. usque ultioni. Cunctis autem eidem loco sua cura seruantibus, &c. usque inueniant. Amen. Amen. Ego Innocentius Catholicz Ecclesiaz Episcopus subscripti. Ego Otto Portuen. & S. Ruffinaz Episcopus subf. Ego Vvillelmus Sabinen. Episcopus subf. Ego Petrus titt. S. Marcelli Presbyter Card. subscripti. Ego Vvillelmus Basilicz 12. Apostolorum Presbyter Card. subf. Ego fr. Ioannes titt. S. Laurentij in Lucina Presbyter Card. subf. Ego fr. Vgo titt. S. Sabinz presbyter Card. subf. Ego Octavianus S. Marij in via lata Diac. Card. subf. Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Card. subf. Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. subf. Ego Vvillelmus S. Eustachij Diac. Card. subf. Datum Lugduni per manum Magistri Marini S.R.E. Vicecancellarij 2. Non. Octobris Indictione 4. Incarnationis Dominicaz an. 1245. Pontific. vero D. Innocentij Papz IV. anno 3.

XXVIII.

Concedit varia priuilegia sororibus Civitatens. & confirmat ipsis collata ab Episcopo Civitaten. Reg. Vatic. epist. 182.

ABBATISSÆ MONASTERII S. SPIRITVS CIVITATEN.
DIOEC. EIVSQVE SORORIBVS INCLVISIS TAM PRÆSEN-
tibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam, &c. usque enerue. Quapropter dilectæ in Christo filiz vestris iustis postulationibus clementer annuimus. & monasterium S. Spiritus Civitaten. dicæc. in quo diuino estis obsequio mancipatz, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus qui secundum Deum & B. Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusarum S. Damiani Assisianen. & formulam vitæ vestraz à fel. rec. Gregorio Papa prædecessore nostro ordini vestro traditam, cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascumque possessiones, &c. usque illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. locum ipsum in quo prædictum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Liceat quoque vobis personas liberas, &c. usque retinere. Prohibemus insuper vt nulli sororum vestrum post factam in monasterio vestro professionem sit fas de eodem loco discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium, &c. usque audeas extorquere, sed hæc gratis Episcopus dicæsanus impendat. alioquin, &c. usque obtinente. Quod si Sedes dicæsanæ, &c. usque generetur. Quia vero interdum, &c. usque recipere valeatis. Cum autem generale interdictum, &c. usque interdicto. Obeunte vero te, &c. usque eligendam. Porro si Episcopi vel alij Eccleßaz rectores in monasterium vestrum vel personas regulares inibi Domino famulantes suspensionis, excommunicationis, & interdicti sententiam promulgauerint, ipsa tanquam contra Sedis Apostolicz indulta prolatâ decernimus non tenere. Paci quoq; usque exercere. Præterea omnes libertates & immunitates quas monasterio vestro ven. fr. nosler M. Episcopus Civitaten. de capitulo sui sensu indulisse dignoscitur, sicut in litteris eius plenius continetur, auctoritate Apostolica cōfirmatus & præsentis scripti privilegio cōmunitus. Tenorem autem litterarū ipsarū præsenti priuilegio inseri fecimus, qui talis est.

Michaël

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

Illa Sede Apostolica non indigne gratiam consequuntur qui saeculi vanitatibus detestantur per sancte conuersationis studia Dominum imitantur. Eapropter dilectae in Domino filie vestris supplicationibus annuentes, immunitatem & libertatem quas Prior & Conuentus monasterij sancte Matris castri Offidæ monasterio Farsen. immediate subiecti spiritualem in eodem castro iurisdictionem habentes, vobis & monasterio vestro in spiritualibus & temporalibus sub anno censu duarum tantum librarum certe pietatis intuitu, concesserunt, sicut in instrumento publico inde confecto per manum Gentilis notarii de Offida plenius continetur, ad instar fel. rec. Gregorij Papæ prædecessoris nostri vobis & per vos ipsi monasterio vestro dilectorum filiorum Abbatis & Conventus monasterij prædicti Farsen. quorum huic concessioni non interuenit assensus de nostræ plenitudine potestatis misericorditer supplendo defectum, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut vos & monasterium vestrum Abbatii seu Priori prædictorum monasteriorum aut Conventibus eorumdem in nullo alio quam in censu prædicto teneamini respondere, ac monasterio vestro per solum visitatorem monasteriorum Ordin. sancti Damiani qui pro tempore fuerit, vel alium cui hoc ipse commiserit, visitationis officium impendatur. Ad hæc quieti vestre paterna volentes sollicitudine prouidere, auctoritate præsentium districtus inhibemus, ne quis in monasterium vestrum seu personas ibidem Domino seruientes, interdicti vel excommunicationis sententiam sine mandato Sedis Apostolicæ speciali audeat promulgare, quam si secus profert contigerit, irritam decernimus & inanem. Tenorem autem instrumenti prædicti præsentibus inseri fecimus qui talis est. In Dei nomine Amen. Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo sexto indictione nona, pridie Non. Nouembbris tempore Domini Gregorij Papæ novi & Domini Frederici Imperatoris. Nos Tancredus Prior monasterij sancte Matris castri Offidæ &c. ut supra in priuilegio dicti monasterij S. Francisci in ducentesima decimali sexta litera usq; regatus scripti & publicauit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, constitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie: Si quis autem hoc attentare præsumpscerit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lugd. 3. Idus Nouembbris anno 3.

X X X I.

Quod fratres Minores possint in locis interdicto suppositis diuina mysteria secreto celebrare, exclusis excommunicatis, & interdictis. Reg. Vatic. epist. 621. Specul. Minor. in sum. Pontific. tract. 1. fol. 28. Monumen. ord. tract. 1.

GENERALI ET PROVINCIALIBVS MINISTRIS AC CETERIS FRATRIBVS ORD- nis Minorum.

Flos qui sanandis animarum morbis verbo medentes & opere solerter inuigilant, libent illa de speciali gratia indulgemus, per quæ divinis suffulti præfidiis tutius & utilius valeant hominum procurandæ saluti vacare. Hinc est quod vestris deuotis supplicationibus inclinati præsentium vobis auctoritate concedimus, ut cum ad loca interdicto supposita vos venire contigerit possitis in eis excommunicatis & interdictis exclusis, ianuis clausis, suppressa voce & non pulsatis campanis diuina officia celebrare, nisi id vobis fuerit specialiter interdictum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpscerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni, Idibus Ianuarij anno tertio.

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

XXXII.

Concedit omnibus sororibus S. Clare quod non possint per litteras à quoquam conueni.
Regest. Vatic. epist. 555.

V N I V E R S I S A B B A T I S S I S E T M O N I A L I B V S I N C L V S
 S I S M O N A S T E R I O R V M O R D I N I S
 sancti Damiani.

Personis quz mundo relicto ad cœlestia totis tendunt affectibus illius favoris nos conuenit adesse præsidio, vt contra inquietantium defensæ molestias pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur auctori, ac ab eorum iuribus infrenate litigantium ausu, quem ad illa zimula rei alienz cupiditas, liberis laxat habenis, exdem ad causatum strepitum de contemplationis silentio clauibus non arctatz iudicij, mentis oculos ad desiderium leuatos cœlestium, terrenorum affectui non incuruent, sed inferiorem operi subtraqtis penitus humeris, leuius ad superiora corespondant. Exoptet dilecta in Domino filiz paci vestre prouidere volentes vt Christo pauperi, quem mundi repudians applausibus in paupertatis asperitate colitis, quietius & deuotius seruiatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt à quoquam conueniri per litteras Apostolicas non possitis, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat carundem, nisi de indulgentia huiusmodi & ordine vestro plenam fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie: Si quis autem hoc attentare præsumpscere, indignationem Omnip. Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius nouerit se incursum. Dat. Lugd. Id. Maij anno 3.

XXXIII.

Committit infra scripta monasteria S. Damiani cure, & obediencie Ministeriorum Ordinis S. Francisci. Regest. Vatic. epist. 623.

A B B A T I S S Æ E T C O N V E N T V I M O N I A L I V M I N C L V S A
 R V M M O N A S T E R I I S A N C T I A N G E L I E S C U L A N .
 Ordinis sancti Damiani.

CVM sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos inclusæ corpore in celis claustralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes: Generali Ordini & Prouinciali fratum Minorum Esculan. ministris desideretis pro vestra salute committi. Nos pium vestrum propositum in Domino commendantes, devotionis vestre precibus inclinati, vos & monasterium vestrum auctoritate præsentium Generali & Provinciali ministris committimus supradictis, eadem auctoritate nihilominus statuentes vt sub magisterio & doctrina ministrorum Generalis & Provincialis fratum Minorum Prouinciaz praetextæ qui pro tempore fuerit de cetero maneat, illis gubernibus priuilegiis quz Ordini praetexto fratum ipsorum ab Apostolica Sede concessa sunt, vel in posterum concedentur, ipsique Generalis & Provincialis Ministri animarum vestrum solitudinem gerentes & curam eidem monasterio per se, vel per alios fratres sui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos quotiens expedierit officium visitationis impendant, corrigendo & reformato ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis seu reformationis officio nouerint indigere, & nihilominus instituant & distribuant, mutent, & ordinent prout secundum Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatissæ libere pertineat ad Conuentum. Confessiones autem vestras audiant & ministrent vobis Ecclesiastica Sacra menta. Et ne pro eo, quod in monasterio vestro ipsius Ordinis fratres residere continue non tenentur, pro defectu sacerdotis possit periculum imminere praetexti Generalis & Provincialis ministri ad confessiones

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

fessiones in necessitatibus articulo audiendas & ministranda Sacra menta praetacta nec non diuina officia celebranda, vobis deputent aliquos discretos & prouidos Capellanos. Ad huc licet vobis redditus & possessiones recipere, ac ea libere retinete. Non obstantibus contraria consuetudine, seu statuto vestri Ordinis confirmatione Sedis Apostolicz, aut quacumque firmitate alia roboretur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ commissionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipot. Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni 4. Non. Junij anno 3.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Eusebii de Medina Campi Ord. S. Damiani Salamantin. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariz Burgen. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci Burdegallen. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & Conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariz de Castanea Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci de Ripatransonis Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Thomæ de monte sancto Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci Zamoren. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Michaëlis Auximan. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariz de Virginibus Firman. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci de Offida Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariz Magdalenz extra Nursiam Spolerian. Dicæc. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariz de Campomartio Veronen. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariz Magdalenz Alexandrin. Ord. S. Damiani, &c.

X X X I V.

Quod non possint invite cogi sorores ad recipiendas nonitias, seu conuersas. Reg. Vatic.
ep. 614.

ABBATISSÆ ET SORORIBVS MONIALIVM INCLVSA-
RVM MONASTERII S. FRANCISCI BYRDE-
gallen, Ordin. S. Damiani.

Deuotionis vestrz precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, vt nullus de cætero ad recipiendum aliquam in monasterio vestro in monacham & sororem, seu conuersam compellere vos posset inuitas, absque speciali Apostolicz Sedi mandato faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omni hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni nonis Junij anno 3.

ANNO CHRISTI 1246.INNOCENTII IV. ANNO 4

Anno Christi 1246.

Innoc. IV. Anno 4.

X X X V.

Tradit modum gubernandi sanctimoniales. Habetur in Speculo inserta Bulla Bonifacij Octauij tract. i. fol. 14. pag. 2.

**INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS GENERALI ET PROVINCIALIBVS
Ministris Ordinis fratrum Minorum salutem
& Apostolicam benedictionem.**

Licet olim quibusdam vestrum per nostras litteras formas dissimiles continent, quodam monasteria Ordinis S. Damiani duxerimus committenda: cupientes tamen eorum utilitatibus sic vestro ministerio prouideri ne sancte contemplationis ocium occurru occupationum multiplicium valeat impeditiri: presentium auctoritate statuimus ut dictae moniales vel aliae si quas vobis sub quacumque forma committi contigerit Apostolicz Sedis indulgentia concessa vel concedenda imposterum non obstante nisi expressam fecerit de presentibus mentionem hoc solum à vobis commissionis nostræ beneficio consequatur, videlicet ut ipse sub magisterio ac doctrina vestra & eorum qui pro tempore Ministri fuerint debeant permanere, illis gaudentes priuilegiis quæ vestro Ordini sunt concessæ vel in posterum concedenda, & contraria constitutione ipsius ordinis non obstante animarum suarum solicitudinem gerentes & curam, ac eis de constitutionibus vestri ordinis quæ ipsis comperunt exhibentes, eisdem monasteriis per vos & alios frater vestros quos ad hoc idoneos videritis quotiens expedierit visitationis officium impendere studeatis corrigendo & reformato ibidem tam in capite quam in membris quæ correctionis & reformationis officio noueritis indigere. Instituti nihilominus & desiliuti, mutari & ordinari prout secundum Deum videritis expedire. electio tamen Abbatum liberè pertinet ad conuentum. Confessiones earum audiari, & ministrari eis Ecclesiastica Sacra menta. Et ne pro eo quod in eisdem monasteriis fratres vestri ordinis residere continuè non tenentur pro defectu Sacerdotis possit periculum imminentere, ad confessiones earum in necessitatibus articulo audiendas, & ministranda Sacra menta praedita, necnon diuinæ officia celebranda deputetis aliquos discretos & prouidos Capellanos. Quocirca discretioni vestra per Apostolicæ scriptæ mandamus quatenus præmissa omnia iuxta constitutionis huiusmodi tenorem cum eas vestro incorporari Ordini non velimus, ceteris diligenter & sollicite adimplere. Nulli ergo, &c. Datum Lugduni 4. Idus Iulij Pontif. nostri anno 4.

X X X V I.

Quod Minister Generalis possit visitare, & corriger frateres ad aliorum obsequia depit. Archiuum Aracelitan. num. 17. Rodriguez in bull. fol. 13. Speculum &c. Min. in summar. Firm. tri. ord. fol. 73.

**INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTO FILIO ... MINISTRO GENERALI
Ordiu. Minorum, salutem & Apostolicam
benedictionem.**

CVM sicut te accepimus intimante, nonnulli ex fratribus tui ordinis, quod de superioris licentia in aliorum obsequiis commorantur, exemptos se à tua iurisdictione credevi.

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII IV. ANNO 4.

tes, talia plerumque perpetrant per quæ detrahunt ordini, & scandalum exinde generatur: Nos tuis supplicationibus inclinati præsentium tibi auctoritate concedimus, ut vniuersos fratres qui morantur in obsequiis aliorum, illis domitaxat exceptis qui sunt vel fuerunt ad legatorum Apostolicæ Sedis teruitia deputati, libere valeas visitare, corrigerem, amouere, ac alias eis substituere, prout secundum Deum videris expedire. Non obstantibus quibuscumque literis, seu indulgentiis Sedis Apostolicæ per quas id valeat impediri: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. Lugd. 17. Kal. Septembri Pontif. nostri anno 4.

X X X V I I.

Prohibet ne expulsi vel egressi à religione exerceant officia predicandi, vel confessiones audiendi, vel alia sacramenta ministrent. Reg. Vatic. epist. 888. Roderig. in bullario. bull. 8. Specul. in summar. Pontif. tract. II. fol. 42.

GENERALI ET VNIIVERSIS PROVINCIALIBVS MINISTRIS AC CVSTODIBVS ORD. FRAT. MINOR.

Iustis potentium, &c. Usque complete. Cum igitur sicut ex parte vestra fuit propositum locam nobis aliqui à vestris sacris collegiis ipsorum culpis exigentibus repellantur, quidam onus obedientiæ temeritate propria deponentes, quasi pulli onagri vitam velint ducere absque rugo; ac ijdem extra claustra vestri Ordinis peruegantes prædicationum, confessionum, & docendi officia exercere præsumant, in suarum animarum dispendium, & scandalum plurimorum: Nos vestris precibus inclinati, ne prædicti quos ab ordine pro suis culpis per vos expelli contigent, vel egressu fuerint proprio suo motu prædicare, confessio-nes audire, seu docere præsumant nisi de nostra, vel vestra licentia speciali ad aliud transierint ordinem, districtius inhibemus. Quod si forte contra noscam inhibitionem aliquid temere fuerit attéatum, liceat vobis in ipsos fratres excommunicationis sententiam promulgare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram inhibitionis & concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnip. Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nuerit incursum. Dat. Lugduni 5. Idus Septemb. anno 4.

X X X V I I I.

Concedit Clarissis Esculanis, quod non possint per literas conueniri. Regest. Var. ep. 152.

ABBATISSÆ ET MONIALIBVS IN CLVISIS MONASTERIIS S. ANGELI ESCULAN. ORD. S. DAMIANI.

Personis quæ mundo relicto ad cœlestia totis redunt affectibus, illius favoris nos conuenit adesse præsidio, ut contra inquietantium defensæ molestias pace quieta & quieta pacifica pacis famulentur auctori, ac ab eorum viribus refractato litigatiu[m] ausu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas liberis laxat habenis, eadem ad causarum strepitem decompilationis silentio clauibus non arctari judicii menuis oculos ad desiderium leuatos cœlestium terrenorum affectui non incuruent, sed inferiorum oneri subtractis penitus humatis leuius ad superiora descendant. Eapropter dilectæ in Domino filiz paci vestre prouidere volentes, ut Christo pauperi, quem mundi repudiatis applausibus in paupertatis asperitate colitis, quietius & deuotius seruatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus ut à quoquam conueniri per literas Apostolicas non possitis, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat earundem, nisi de indulgentia huiusmodi & ordine vestro plenam fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnip. Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nuerit incursum. Dat. Lugd. 8. Idus Septemb. annb 4.

In eodem modo Abbatissæ & monialibus inclusis monasterijs S. Francisci de Offida Firman. Dioc. Ord. S. Damiani. Dat. Lugd. 14. Kal. Octobr. anno 4.

XXXIX.

Varia privilegia concedit sororibus Cesaraugustanis, et collatas ab eiusdem loci Episcopo exemptiones confirmat. Reg. Vatic. epist. 124.

ABBATISSÆ MONASTERII S. CATHARINÆ CÆSAR-
AVGVSTAN. EIVSQUE SORORIBVS TAM PRÆSEN-
tibus, quam futuris regularem vitam professio
in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus Apostolicum non debet deesse præsidium, &c. Usque
renovare. Eapropter dilectæ in Domino filiæ vestris iustis postulationibus clementia
annuimus, & monasterium vestrum S. Catharinæ Cesaraugustan. in quo clavis diuino ob-
sequio mancipatz, sub nostra & B. Petri Apostoli protectione suscipimus & presentis scri-
pti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus quiescun-
dum Deum & B. Benedicti regulam & institutionem monialium inclusarum S. Damiani
Assisiæ, & formulam vite vestra à fel. rec. Gregorio Papa prædecessore nostro ordini
vestro radicata cum adhuc esset in minori officio constitutus, in eodem loco institutus
esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obseruetur. Præterea qual-
cumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum iustæ, & ca-
nonice possidat, aut in futurum concessione Pontif. largitione fidelium, &c. Usque per-
petua permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in
quo pereactum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Liççat quoque vo-
bis personas liberas & absoluas à seculo fugientes ad conuersationem recipere, & eas ab-
que contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrum pol-
ficiam in monasterio vestro professionem sit fas de eodem loco discedere, discedentem
vero nullus audiat retinere. Pro consecrationibus vero altarium vel Ecclesiaz vestra hue
pro oleo sancto, vel quolibet Ecclesiastico Sacramento nullus à vobis sub obtentu con-
suetudinis, vel alio modo quicquam audiat extorquere, sed hæc omnia gratis Episcopus
diœcesanus vobis impendat; alioquin liceat vobis hæc omnia auctoritate nostra recipi-
re à quocumque volueritis Catholico Antistite gratiam & communionem Apostolicæ
Sedis obrinente. Quod si Sedes diœcesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ec-
clesiastica Sacra menta à vicinis Episcopis recipere libere & absque contradictione possi-
tis: sic tamen ut ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum præjudicium gener-
etur. Quia vero interdum diœcesani Episcopi copiam non habetis, si quem Episco-
pum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, de quo ple-
næ noticiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium,
vasorum & vestiu & consecrationes altariu auctoritate Apostolicæ Sedis recipere valer-
eis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis es-
comunicatis & interdictis, non pulsatis campanis diuina officia celebrare, dummodo
causam non dederitis interdicto. Obeunte autem te ciusdeum loci Abbatissa, &c. Usque
eligidam. Pbro si Episcopi vel alij Ecclesiarum rectores in monasterium vestrum, vel
personas regulares inibi Domino fatulantes suspensionis, excommunicationis, &
interdicti sententiam promulgaretur, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicæ induita
prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati, &c. Usque exercate. Præ-
terea omnes libertates & immunitates, quas monasterio vestro bon. me. B. Episcopus
Cesaraugustanus noscitur indulsisse sui Capituli accedente consensu, sicut in eius litteris
plenijs continetur, auctoritatè Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio
communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum ad cautelam duximus præscriti priu-
ilegio inserendum, qui talis est.

Bernardus divina miseratione Episcopus Cesaraugustanus. Dilæctis in Christo Ab-
batissa & monialibus inclusis Ord. S. Damiani monasterij S. Catharinoz Cesaraugustan.
salutem & benedict. Cum vos divina gratia inspirante monasterium in honorem Be-
atæ Catharinæ construxeritis, ut ibidem devote Domino fatulantes vestrum
peccanti

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

II. Michaël Dei gratia Ciuitaten. Episcopus: Dilectis in Christo Abbatibus ac monialibus inclusis Ordinis S. Damiani Assisiaten. monasterij S. Spiritus Ciuitaten. diccessis positis in suburbio salutem & benedictionem in Domino Iesu Christo. Iustis petentium desideriis &c. usque prosequente completere. Quapropter dilecta in Christo filia pia ac humili petitioni vestrae, pio ac benevolo concurrentes assensu, de conscientia piissimi Patris Domini nostri Domini Gregorij Papæ noni, & de consensu & spontanea voluntate totius capituli nostri præactum monasterium cum omnibus quæ nunc possidet, & quæ auxiliante Domino poterit adipisci & personas nunc ibidem commorantes, vel quæ illic in posterum sunt venturæ, ob reverentiam diuinam, & Apostolicæ Sedis, cuius vos scimus filias speciales ab omni Episcopali iure & cuiuslibet conditionis obligatione, tam in temporalibus, quam in spiritualibus prorsus eximimus, nobis & Ecclesiæ Ciuitaten. nihil aliud in eisdem, nisi unam libram ceræ pro temporalibus nobis & nostris successoribus in Assumptione B. Mariæ Virginis, annis singulis persoluendam. Dedicationem Ecclesiæ, & altarium consecrationes, benedictiones monialium, & cætera Ecclesiastica sacramenta pro spiritualibus reseruantur: Si tamen nos & successores nostri cum à vobis fuerimus requisiuti, ea gratis & sine præiudicione vobis & eis quæ vobis successerint voluerimus exhibere; alioquin liceat vobis hæc eadem recipere à quocumque Catholio Episcopo gratiam & communionem Apostolicæ Sedis habente. Remicimus etiam vobis partem mortuariorum seu vobis relictorum, nobis iure aliquo competentem in nostrorum & successorum nostrorum remedio animatum: ve autem saðum nostrum perpetuè robur obtineat firmitatis sigilli nostri & Capituli Ecclesiæ nostræ in perpetuum testimoniun munimine roboramus. Datum apud Ciuitaten. Roderici era 1278.2. Kalend. Maij. Decernimus ergo &c. usque profutura salua Sedi Apostolice auctoritate. Ad indicium autem quod idem monasterium specialiter B. Petri iuris existat unam libram ceræ nobis nostrisque successoribus annis singulis persoluetis. Si qua igitur Ecclesiastica secularisve persona &c. usque pacù inueniant. Amen. Amen.

III. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripti. Ego Otto Portuen. & S. Rufinæ Episcopus subscripti: Ego Vvillielmus Sabinen. Episcopus subl. Ego Petrus titt. S. Marcelli Presbyter Card. subl. Ego Vvillelmus Basilicæ 12. Apostolorum Presbyter Card. subl. Ego fr. Ioannes tit. S. Laurentij in Lucina Presbyter Card. subl. Ego fr. Vgo tit. S. Sabini Presbyter Card. subl. Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diac. Card. subl. Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Card. subl. Ego Ioannes sancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. subscripti. Ego Vvillelmus sancti Eustachij Diac. Card. subscripti. Datum Lugduni per manum magistri Marini S. R. E. Vicecancellarij Id. Octobris indictione 4. Incarnationis Dominicæ anno 1255. Pontif. vero D. Innocentij Papæ IV. anno 3.

X X V I I .

*Confirmat donationem collatam à Priore & conuentu Castris Offide sororibus Offidanis:
varia ipse privilegia superaddens. Regest. Vatic. epist. 216.*

ABBATISSÆ MONASTERII SANCTI FRANCISCI OF
FIDAN. EIUSQVE SORORIBVS, TAM PRÆSENTIBVS,
quam futuri regularem vitam professis
in perpetuum.

I.

R eligiosam vitam diligentibus &c. usque eneruerit. Eapropter dilecta in Christo filia vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium sancti Francisci de Offida Firman. dicc. in quo estis diuino obsequio mancipatz, sub nostra & beati Petri Apostoli protectione suscipimus & præsentis scripti patrocinio communimus, in primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum & B. Benedicti regulam, atque institutionem monialium S. Damiani Assisiaten. in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona &c. usque illibata permaneant. In quibus hæc

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipsum in quo praefatum monasterium vestrum situm est cum omnibus pertinentiis suis de Mariellusca, & de vestro molendino, & quicquid ibidem habetis de Cantalupo, de Mezano, de Caprilia, & de Fileta possessiones, de Cayco, de Montezongini & de monte Rodaldi possessiones; vineam, possessiones, & quicquid habetis in Iscla cum tunc, pratis, vincis, &c. usque immunitibus suis. Liceat quoque vobis personas liberas, & absolutas, à seculo fugientes ad conversionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper in nulli sororum vestiarum post factam in monasterio vestro professionem si fas de eodem loco discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vetero altarium, vel Ecclesie vestre sive pro oleo sancto vel quolibet Ecclesiastico Sacramento nullus à vobis sub obtenu consuetudinis vel alterius modo quicquam audeat extorquere, sed hæc omnia gratis Episcopus diocesanus vobis impendat. Alioquin licet vobis hæc omnia auctoritatè nostra recipere à quocunque malueritis Catholico Antistite gratiam & communionem Apostolicæ Sedis obtinente. Quod si Sedes diocesani Episcopi forte vacauerit, interim omnia Ecclesiastica Sacra menta à vicinis Episcopis recipere libere & absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprio Episcopo nullum præiudicium generetur. Quia vero interdum diocesani Episcopi copiam non habetis, si quem Episcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit, ab eo benedictionem monialium, vasorum & vestium, & consecrationes altarium auctoritas Apostolicæ Sedis recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licet vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, divina officia celebrare, dummodo vos causam non dederitis interdicto. Obeuntes vero te nunc eiusdem loci Abbatissæ, vel earum aliqua, quæ tibi successerit &c. usque eligendam. Porro si Episcopi vel alij Ecclesiarum Rectores in monasterium vestrum vel personas regulares ibidem Domino famulantes suspensionis, excommunicationis, & interdicti sententiam promulgauerint, ipsam tanquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati vestre omnino prouidere volentes, &c. usque exercere. Præterea omnes libertates & immunitates, quas Prior & Conventus monasterij S. Mariz Castræ Offidæ monasterio Farsen. immediate subiecti, spiritualem in eodem castro iurisdictionem habentes vobis & monasterio vestro in spiritualibus & temporalibus sub annuo censu duarum tantum librarum ceræ, pietatis intuitu concesserunt, sicut in instrumento publico inde confecto per manu Gentilis Notarii de Offida plenius continetur, ad instar fel. rec. Gregorij Papæ prædecessoris nostri, vobis & per vos ipsi monasterio vestro dilectorum filiorum Abbatis & Conventus præacti monasterij Farsen. quorum huic concessioni non interuenit assensus, ac nos in plenitudine potestatis misericorditer supplendo defensione auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti priuilegio communimus. statuentes, ut vos & monasterium vestrum Abbati seu Priori præactorum monasteriorum & Conventibus eorundem in nullo alio quam censu prædicto tenemini respondere, ac in monasterio vestro per solum visitatorem monasteriorum prædicti Ordinis S. Damiani, qui pro tempore fuerit, vel alium cui hoc ipse commiserit, officium visitationis impendatur. Tenorem autem instrumenti prædicti ad cautelam præsenti priuilegio duximus inserendum, qui talis est.

In Dei nomine Amen. Anno Dominicæ incarnationis 1236 indictione 9. pridie Non. Novembris tempore D. Gregorij Papæ noni & D. Friderici Romanorum Imperatoris; Nos Tancredus Prior monasterij S. Mariz castræ Offidæ, & unusque Conventus monasterij eiusdem, divinitate pietatis intuitu, damus, cedimus, concedimus, quietamus, relaxamus, remittimus, & in perpetuum refutamus nomine ipsius D. nostri monasterij per nos, nostrisque successores Abbatissæ & sororibus reclusis monasterij S. Francisci ipsius Castræ Offidæ præsentibus & futuris, & tibi Magistro Gualtero notario Syndico ipsius monasterij S. Francisci recipienti eiusdem monasterij & sororum nomine omnia iura spiritualia, & temporalia, & omnes actiones, quæ in prædicto monasterio & loco S. Francisci fundato & constructo de bonis & dotibus eorundem sororum & in pertinentiis monasterij eiusdem nobis, nostro monasterio & nostris successoribus competunt, vel in futurum competere possent ratione vel occasione hospitalis & oratorijs S. Bar. olim ibidem existentium, vel alia qualibet ratione, ubi sub professione monasteria secundum regulam Beati Benedicti & instituta sororum S. Damiani de conscientia & auctoritate Domini

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

Domini Gregorij Papæ noni prædictæ sorores nunc Domino famulantur. Insuper monasterium prædictum & locum in quo prædictæ sorores diuino sunt obsequio mancipatæ cum oratorio vel Ecclesia, horris & clausoris ac omnibus pertinentiis & bonis suis quæ nunc haberet & in futurum præstante Domino poterit adipisci. Ipsius quoque Abbatissæ & omnium sororum personas quæ nunc ibidem sunt, & quæ post ipsas illuc futuri temporibus sunt venturæ ab omni iure spirituali & temporali, ac omni vinculo subiectionis omnique iure parochiali, & lege diœcesana, & cuiuslibet alterius conditionis obligatione, ab omni quoque iurisdictione spirituali & temporali, per nos & nostros successores eximus, absoluimus, & liberamus, tam in spiritualibus, quam in temporalibus pleno iure. Et ex nunc damus, concedimus, & pia liberalitate conferimus monasterio & sororibus prædictis, & bonis suis præsentibus & futuris plenam & perpetuam immunitatem, & libertatem tam in spiritualibus, quam in temporalibus pleno iure. Et volumus monasterium & locum prædictum & omnes personas ibi Domino seruientes præsentes & futuras ea perpetua & plena libertate & immunitate gaudere, qua perpetua & plena libertate & immunitate gaudent monasteria, & loca pleno iure exēpta nullo medio ad Rom. Cur. pertinentia, & specialiter monasterium Alculan. Perubin. Senen. & Ortan. sororum inclusum Ord. S. Damiani. Præterea remittimus, cedimus, relaxamus, & plene refutamus per nos nostrosque successores monasterio & sororibus memoratis & tibi prædicto Syndico recipienti nomine monasterij earundem sororum omnem iurisdictionem spiritualem & temporalem, omnemque actionem & ius quæ nobis nostroque monasterio vel successoribus nostris in ipso monasterio S. Francisci & sororum personis competunt vel in futurum competere possint. Et renunclamus expresse per nos nostrosque successores in monasterio expedicto & loco ac ipsarum sororum personis inquisitioni, visitationi, correctioni, reformationi, institutioni, procurationi, informationi, iuri canonico & Ciuiili, consuetudini, instrumentis cartisque omnibus, & quibuscumque patetis, conditionibus vel obligationibus, & quæ præsentibus concessionibus, cessionibus, immunitati, & libertati, renunciationi, & remissioni quandocumque & vnde cumque contrariæ apparerent, quas quandocumque contingere vel contigerit inueniri, cassas illas esse voluntus penitus & manes, in nullo nobis nostroque monasterio, vel nostris successoribus profuturas. Remittimus etiam monasterio & sororibus supradictis partem mortuariorum vel in testamentis modo quodlibet relictorum monasterio & sororibus eisdem nostro monasterio iure quomodo libet, seu consuetudine competentem vel competituram pro nostrorum & successorum nostrorum remedio peccatorum. Ad hæc in ipso prædictorum sororum monasterio & loco instituimus, & concedimus canonicum cœmiterium & liberam sepulcrum, nihil in eodem monasterio & loco sancti Francisci & prædictarum sororum personis & cætotorum ibidem Domino seruientiis, ac ipsius monasterij pertinentiis: nobis nostroque monasterio, vel nostris successoribus reseruant nisi duas libras certarum, & praetemporalibus ipsius & monasterij annis singulis census nomine prædicto nostro monasterio, persoluendas. Insuper nos prædicti Prior & Conuentus, pro nobis nostrosque successoribus præmissa omnia & singula Abbatissæ & sororibus supradictis & tibi prædicto magistro Gualtero Syndico pro ipso monasterio & sororibus recipienti stipulatione legitima promittimus, nos omni tempore seruaturos sub pena 200.lib. Ulteriorum solemnis stipulatione præmissa coties continet, quodcumque fuerit de lote vel de facto, & ea commissa & soluta vel non operata prædicta & singula perpetuæ habeat firmatæ. Et sub obligatione omnium hominum dicti monasterij præsidentia & futurorum promittimus nomine ipsius hosti monasterij prædicta omnia & singula nos omni tempore seruaturos, dantes tibi dicto Syndico & pro te successoribus tuis dicti monasterij S. Francisci nomine licentiam capiendi & apprehendendi de bonis prædicti monasterij auctoritate propria, ut in prædicta quantitate penæ nomine, promissa ratione interesse tibi satisfiat & satisfacias ad plenam pro sororum monasterio supradicto. Et in huiusmodi satisfactione, quoties contra prædicta vel aliquæ prædictorum vocatum fuerit tuò simplici verbo vel successorum tuorum sine alia probatione stare præmissus omni tempore. In eum rei testimonium & memoriale perpetuum, nos prædicti Prior & Conuentus expresse & pari sensu omnia & singula prædicta ut supra plenius continetur, tripli publica conscribi præcepimus & in formam publicam mandauimus & fecimus sedigi. Actum in Camera post Tribunam dicti monasterij S. Mariz.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

Intervenerunt fr. Andreas de Offido & fr. Berardus de Ordine fratrum Minorum, Do. II. minus Assaltus, Vincentius Morreccaluri, Gualterius Offidan. Gualterius D. Adarni & fr. Berardus familiaris dicti monasterij sororum praetectorum, & huius rei rogati sunt testes. Ego Gentilis notarius his omnibus interfui & ut supra legitur rogatus scripsi & publicavi. Ad initium autem huius perceperaz Sede Apostolica libertatis, vnam libram ceraz annis singulis nobis & successoribus nostris persoluetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praeditum monasterium &c. usque pro futura salua Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur Ecclesiastica sacerdotis persona &c. Cunctis autem eidem loco &c. usque innuant. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripti. Ego Otto Portuen. & S. III. Rufinæ Episcopus subl. Ego Vvilielmus Sabinen. Episcopus subl. Ego Petrus tit. S. Marcelli Presbyter Card. subscripti. Ego Vvilielmus Basilicæ 12. Apostolorum Presbyter Card. subl. Ego fr. Ioannes tit. S. Laurentij in Lucina Presbyter Card. subl. Ego fr. Vgo tit. S. Sabinæ presbyter Card. subl. Ego Octauianus S. Mariz in via lata Diac. Card. subl. Ego Petrus S. Georgij ad velum aureum Diac. Card. subl. Ego Ioannes S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. subl. Ego Vvilielmus S. Eustachij Diac. Card. subl. Dar. Lugd. per manum Magistri Marini S.R.E. Vicecancellarij 10. Kal. Nouembbris Iudictione 3. Incarnationis Dominicæ an. 1245. Pontific. vero D. Innocentii Papæ IV. anno 3.

X X I X.

Concedit fratribus Pampilonen. fundum ad construendum monasterium. Reg. Vatic. epist. 257.

MINISTRO ET FRATRIBVS ORD. FRATRV M
INORVM PAMPILONEN.

Patriz cælestis alleæti gloria semper ad hoc sub experientia paupertatis extremæ intenti estis & vigiles, ut illa vobis & proximis ex diuinæ proueniat indulgentia pie-tatis. Hæc enim virtus sanctitas vos apud benignitatem Ecclesiæ dignos constituit ut ipsa in omnibus quæ ad Dei laudem, & profectum animarum cupitis devotionem vestram gratiosi prosequatur exhibitione fauoris. Hinc est quod cum vobis dudum sicut accepimus loci afflictis ineptia in quo degitis, locus idoneus pro habitatione vestra retributionis obtentu perpetuæ sit concessus, hortus scilicet hæredum quondam Stephani & Nauarri de Sparza fratrum, ac hortus Doati siti extra portam sancti Laurentij Pampilonen. in quo vobis & consolationis affluentiam, & multis animarum salutem Deo propitio creditis prouenturam. Nos piis vestris desideriis affectu benevolo con-currentes, ut ad locum ipsum transire libere & Ecclesiam ad domos vestris vñibus op-portunas construere possitis, ibidem vobis auctoritate præsentium concedimus facultem. ita tamen quod à dicæcelano loci pro ipsa Ecclesia primarium lapidem depositatis, quem si forte vobis largiri noluerit, volumus quod auctoritate nostra sine præjudicio cuiuspiam vobis idem lapis à quocumque malueritis Episcopo tribuatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumplerit, indignationem Omnipotenti Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lug-duni 7. Idus Nouembbris anno 3.

X X X.

Confirmat & supplet sororibus Offidanis donationem Prioris, & monasterij S. Benedicti eiusdem loci noua privilegia clargiens. Reg. Vat. epist. 334.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. FRAN-CISCII DE OFFIDA ORD. S. DAMIANI FIRMAN. DIOEQ.

ANNO CHRISTI 1245.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

Illa Sede Apostolica non indigne gratiam consequuntur qui seculi vanitatibus de-relictis per sanctæ conuersationis studia Dominum imitantur. Ex propter dilecta in Domino filię vestris supplicationibus annuentes, immunitatem & libertatem quas Prior & Conuentus monasterij sanctæ Mariæ castri Offidæ monasterio Farfen. immediate subiecti spiritualem in eodem castro iurisdictionem habentes, vobis & monasterio vestro in spiritualibus & temporalibus sub anno censu duarum tantum librarum certæ pietatis intuitu, concesserunt, sicut in instrumento publico inde confecto per manum Gentilis notarii de Offida plenus continetur, ad instar fel. rec. Gregorij Papæ prædecessoris nostri vobis & per vos ipsi monasterio vestro dilectorum filiorum Abbatis & Conuentus monasterij prædicti Farfen. quorum huic concessioni non intetuerit assensus de nostræ plenitudine potestatis misericorditer supplendo defectum, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: statuentes ut vos & monasterium vestrum Abbatii seu Priori prædictorum monasteriorum aut Cöventibus corundem in nullo alio quatuor in censu prædicto teneamini respondere, ac monasterio vestro per solum visitatorem monasteriorum Ordin. sancti Damiani qui pro tempore fuerit, vel alium cui hoc ipse commiserit, visitationis officium impendatur. Ad hæc quieti vestræ paterna volentes solicitudine prouidere, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne quis in monasterium vestrum seu personas ibidem Domino seruientes, interdicti vel excommunicationis sententiam sine mandato Sedis Apostolicæ speciali audeat promulgare, quam si secus proferti contigerit, irritam decernimus & inanem. Tenorem autem instrumenti prædicti præsentibus inseri fecimus qui talis est. In Dei nomine Amen. Anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo sexto indictione nona, pridie Non. Nouembbris tempore Domini Gregorij Papæ noni & Domini Frederici Imperatoris. Nos Tancredus Prior monasterij sanctæ Mariæ castri Offidæ &c. vt supra in privilegio dicti monasterij S. Francisci in ducentesima decimali sexta litera vsq; rogatus scripsi & publicau. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ confirmationis, constitutionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Lugd. 3. Idus Nouembbris anno 3.

X X X I.

Quod fratres Minores possint in locis interdicto supposita diuina mysteria secreto celebrare, exclusis excommunicatis, & interdictis. Reg. Vatic. epist. 621. Specul. Minor. in sum. Pontific. tract. 1. fol. 28. Monumen. ord. tract. 1.

GENERALI ET PROVINCIALIBVS MINISTRIS AC CÆTERIS FRATRIBVS ORDINI- nis Minorum.

Eis qui sanandis animarum morbis verbo medentes & opere solerter inuigilant, libenter illa de speciali gratia indulgemus, per quæ diuinis suffulti præfidiis tutius & utilius valeant hominum procurandæ saluti vacare. Hinc est quod vestris deuotis supplicationibus inclinati præsentium vobis auctoritate concedimus, ut cum ad loca interdicto supposita vos venire contigerit possitis in eis excommunicatis & interdictis exclusis, ianuis clausis, suppressa voce & non pulsatis campanis diuina officia celebrare, nisi id vobis fuerit specialiter interdictum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni, Idibus Ianuarij anno tertio.

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENT. IV. ANNO 3.

X X X I I.

*Concedit omnibus sororibus S. Clare quod non possint per litteras à quoquam conueniri.
Regest. Vatic. epist. 555.*

V NIVERSIS ABBATISSIS ET MONIALIBVS INCLV-
SIS MONASTERIORVM ORDINIS
sancti Damiani.

Personis quæ mundo relicto ad cœlestia totis tendunt affectibus illius favoris nos conuenit adesse præsidio, vt contra inquietantium defensæ molestias pace quieta, & quiete pacifica pacis famulentur auctori, ac ab eorum iuribus infrenate litigantium ausu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas, liberis laxat habenis, eadem ad causarum strepitum de contemplationis silentio clauibus non arctatæ judicij, mentis oculos ad desiderium leuatos cœlestium, terrenorum affectui non incuruent, sed inferiorem oneri subtraactis penitus humeris, leuius ad superiora coquendam. Eapropter dilecta in Domino filia paci vestrae prouidere volentes vt Christo pauperi, quem mundi repudians applausibus in paupertatis asperitate colitis, quietius & deuotius seruiatis, vobis auctoritate præsentium indulgetus, vt à quoquam conueniri per litteras Apostolicas non possitis, nec aliquis contra vos procedere auctoritate valeat earundem, nisi de indulgentia huiusmodi & ordine vestro plenam fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarie: Si quis autem hoc attentare præsumplerit, indigoationem Omnip. Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius nouerit se incurvurum. Dat. Lugd. Id. Maij anno 3.

X X X I I I.

*Committit infra scripta monasteria S. Damiani cure, & obedientie Ministrorum Ordinū
S. Francisci. Regest. Vatic. epist. 623.*

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSA-
RVM MONASTERII SANCTI ANGELI ESCVLAN.
Ordinis sancti Damiani.

Cum sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, vos inclusæ corpore in castis claustralibus, mente tamen libera deuote Domino famulantes: Generali Ordinis & Prouinciali fratum Minorum Esculan. ministris desideretis pro vestra salute committi. Nos pium vestrum propositum in Domino commendantes, deuotionis vestrae precibus inclinati, vos & monasterium vestrum auctoritate præsentium Generali & Prouinciali ministris committimus supradictis, eadem auctoritate nihilominus statuentes vt sub magisterio & doctrina ministrorum Generalis & Prouincialis fratum Minorum Prouinciaz prædictæ qui pro tempore fuerit de cætero maneat, illis gaudentibus priuilegiis quæ Ordini prædicto fratum ipsorum ab Apostolica Sede concessa sunt, vel in posterum concedentur, ipsique Generalis & Prouincialis Ministri animarum vestrum solitudinem gerentes & curam eidem monasterio per se, vel per alios fratres sui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos quotiens expedierit officium visitationis impendant, corrigendo & reformato ibidem tam in capite, quam in membris, quæ correctionis seu reformationis officio nouerint indigere, & nihilominus instituant & distribuant, mutent, & ordinent prout secundum Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatissæ libere pertineat ad Conuentum. Confessiones autem vestras audiant & ministrent vobis Ecclesiastica Sacraenta. Et ne pro eo, quod in monasterio vestro ipsius Ordinis fratres residere continue non tenentur, pro defectu sacerdotis possit periculum imminentia prædicti Generalis & Prouincialis ministri ad confessiones

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII IV. ANNO 3.

ſeffiones in necessitatibus articulo audiendas & ministranda. Sacra menta praetacta necnon diuina officia celebranda, vobis deputent aliquos discretos & prouidios Capellanos. Ad hæc licet vobis redditus & possessiones recipere, ac ea libere retinere. Non obstantibus contraria consuetudine, seu statuto vestri Ordinis confirmatione Sedis Apostolicæ, aut quacumque firmitate alia roborato. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ commissionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipot. Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nonerit incursum. Datum Lugduni 4. Non. Junij anno 3.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Eusebii de Medina Campi Ord. S. Damiani Salamantin. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariæ Burgen. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci Burde-gallen. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & Conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariæ de Castanea Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci de Ripatransonis Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Thomæ de monte sancto Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci Zamoren. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Michaëlis Auximan. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariæ de Virginibus Firman. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Francisci de Offida Ord. S. Damiani Firman. Dicæc.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariæ Magdalena extra Nursiam Spoletan. Dicæc. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariæ de Campomartio Veronen. Ord. S. Damiani.

In eodem modo Abbatissæ & conuentui monialium inclusarum monasterij S. Mariæ Magdalena Alexandrin. Ord. S. Damiani, &c.

X X X I V.

Quod non possint invita cogi sorores ad recipiendas nouitias, seu conuersas. Reg. Vatic.
ep. 614.

ABBATISSÆ ET SORORIBVS MONIALIVM INCLVSA-
RVM MONASTERII S. FRANCISCI BYRDE-
gallen. Ordin. S. Damiani.

Deuotionis vestræ precibus inclinati auctoritate vobis praesentium indulgemus, vt nullus de cætero ad recipiendum aliquam in monasterio vestro in monacham & sororem, seu conuersam compellere vos posset invitas, absque speciali Apostolicæ Sedi mandato faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omni hominum licet hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nonerit incursum. Datum Lugduni nonis Junij anno 3.

ANNO CHRISTI 1246.INNOCENTII IV. ANNO 4

Anno Christi 1246.

Innoc. I V. Anno 4.

X X X V.

Tradit modum gubernandi sanctimoniales. Habetur in Speculo inserta Bullæ Bonifacij Octavi tract. 1, fol. 14, pag. 2.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTIS FILIIS GENERALI ET PROVINCIALIBVS
Ministris Ordinis fratrum Minorum salutem
& Apostolicam benedi-
cionem.

Licet olim quibusdam vestrum per nostras litteras formas dissimiles continentes, quædam monasteria Ordinis S. Damiani duxerimus committenda: cupientes tamen eorum vultatibus sic vestro ministerio prouideri ne sanctæ contemplationis ocium occurru occupationum multiplicium valeat impediri: præsentiumq; auctoritate statuimus ut dictæ moniales vel alia si quas vobis sub quacumque forma committi contigerit Apostolicæ Sedis indulgentia concessa vel concedenda imposterum non obstante nisi expressam fecerit de præsentibus mentionem hoc solum à vobis commissionis nostræ beneficio consequatur, videlicet ut ipsæ sub magisterio ac doctrina vestra & eorum qui pro tempore Ministri fuerint debeat permanere, illis gaudentes priuilegijs quæ vestro Ordini sunt concessâ vel in posterum concedenda, & contraria constitutione ipsius ordinis non obstante animarum suarum solitudinem gerentes & curam, ac eis de constitutionibus vestri ordinis quæ ipsis competunt exhibentes, eisdem monasteriis per vos & alios fratres vestros quos ad hoc idoneos videritis quotiens expedierit visitationis officium impendere studearis corrigendo & reformando ibidem tam in capite quam in membris quæ correctionis & reformationis officio noueritis indigere. Instituatis nihilominus & destitutatis, mutatis & ordinatis prout secundum Deum videritis expedire. electio tamen Abbatum liberè pertinet ad conuentum. Confessiones earum audiatis, & ministretis eis Ecclesiastica Sacra menta. Et ne pro eo quod in eisdem monasteriis fratres vestri ordinis residere continuè non tenentur pro defectu Sacerdotis possit periculum imminere, ad confessiones earum in necessitatibus articulo audiendas, & ministranda Sacra menta prædicta, nec non diuina officia celebranda deputetis aliquos discretos & prouidos Capellanos. Quocirca discretioni vestre per Apostolicæ scripta mandamus quatenus præmissa omnia iuxta constitutionis huiusmodi tenorem cum eas vestro incorporari Ordini non velimus, ceteris diligenter & sollicite adimplete. Nulli ergo, &c. Datum Lugduni 4 Idus Iulij Pontif. nostri anno 4.

X X X V I.

*Quod Minister Generalis possit visitare, & corrigere fratres ad aliorum obsequiis depu-
 tatus. Archivum Aracælitani. num. 17. Rodriguez in bullæ. fol. 15, Speculum
 &c. Min. in summar. Firm. tri. ord. fol. 73.*

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI
DILECTO FILIO ... MINISTRO GENERALI
Ordin. Minorum, salutem & Apostolicam
benedictionem.

CVM sic ut accepimus intimante, nōnulli ex fratribus tui ordinis, quod de superioris
 licentia in aliorum obsequiis commorantur, exemptos se à tua iurisdictione creden-
 tes.

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII V. ANNO 4.

tes, talia plerumque perpetrant per quæ detrahitur ordini, & scandalum exinde generatur: Nos tuis supplicationibus inclinati præsentium tibi auctoritate concedimus, ut vniuersos fratres qui morantur in obsequiis aliorum, illis dumtaxat exceptis qui sunt vel fuerunt ad legatorum Apostolicæ Sedis seruitia deputati, libere valeas visitare, corrigerem, amouere, ac alios eis substituere, prout secundum Deum videris expedire. Non obstantibus qui buscumque literis, seu indulgentiis Sedis Apostolicæ per quas id valeat impediri: Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. Lugd. 17. Kal. Septemb. Pontif. nostri anno 4.

X X X V I I.

Prohibet ne expulsi vel egressi à religione exerceant officia prædicandi, vel confessiones audiendi, vel alia sacramenta ministrent. Reg. Vatic. epist. 888. Roderig. in bullario. bulla 8. Specul. in summari. Pontif. tract. 11. fol. 42.

GENERALI ET VNIIVERSIS PROVINCIALIBVS MINISTRIS AC CVSTODIBVS ORD. FRAT. MINOR.

Iustis petentium, &c. Usque complete. Cum igitur sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis aliqui à vestris sacris collegiis ipsorum culpis exigentibus repellantur, quidam onus obedientie temeritate propria deponentes, quasi pulli onagri vitam velint ducere absque iugo; ac iudicem extra claustra vestri Ordinis peruvagantes prædicationum, confessionum, & docendi officia exercere præsumant, in suarum animarum dispendium, & scandalum plurimorum: Nos vestris precibus inclinati, ne predici, quos ab ordine pro suis culpis per vos expelli contigerit, vel egressi fuerint proprio suo motu prædicare, confessio-nes audire, seu docere præsumant nisi de nostra, vel vestra licentia speciali ad aliuum transierint ordinem, distictius inhibemus. Quod si forte contra nostram inhibitionem aliquid temere fuerit attéatum, licet eis in ipsos fratres excommunicationis sententiā promulgare. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ inhibitionis & con-cessionis infringere, vel ei ausu temeratio contraire: Si quis autem hoc attentare præsum-pscerit indignationem Omnip. Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se no-uerit incursum. Dat. Lugduni 5. Idus Septemb. anno 4.

X X X V I I I.

Concedis Clarissis Esculanis, quod non possint per literas conueniri. Regest. Vat. ep. 152.

ABBATISSÆ ET MONIALIBVS INCLVISIS MONASTERIIS S. ANCELI ESCULAN. ORD. S. DAMIANI.

Personis quæ mundo relictæ ad cœlestia totis redunt affectibus, illius favoris nos con-uenit adesse præsidio, ut contra inquierantium defensæ molestias pax & quiete pacifica pacis familiuentur auctor, ac ab eorum viribus refrinato luxigatiū ausu, quem ad illa æmula rei alienæ cupiditas liberis laxat habenis, eadem ad causarum strepitum de co-
plationis silentio clauibus non arctare iudicij mentis oculos ad desiderium. Icuvatos cœle-
stium terrenorum affectui non incurvant, sed inferiorum oneri subtraictis penitus huma-
ris Icuius ad superiora condescendant. Eapropter dilecta in Domino filiæ paci vestræ prouide-
re volentes, ut Christo pauperi, quem mundi repudiatis applausibus in paupertatis aspe-
ritate colitis, quietius & deuotius seruiatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus ut à
quoquam conueniri per literas Apostolicas non possitis, nec aliquis contra vos procedere
auctoritate valeat earundem, nisl de indulgentia huiusmodi & ordine vestro plenam fece-
rint mentionem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis
infringere, vel ei ausu temeratio contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpscerit, in-
dignationem Omnip. Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur-
sum. Dat. Lugd. 8. Idus Septemb. annb 4.

In eodem modo Abbatissæ & monialibus inclusis monasterijs S. Francisci de Offida Fir-
man. Dicte. Ord. S. Damiani. Dat. Lugd. 14. Kal. Octobr. anno 4.

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

Conuentui quod non recipere parochianorum suorum, siue Ecclesiz S. Ioannis Angelicen. decimas vel oblationes, quæ à laicis solent iure parochiali clericis exhiben. Concesserunt etiam dicti Minister & fratres dictis Abbatii & Conuentui de parochianis ad Ecclesiam sancti Ioannis iure parochiali perehentibus qui apud eosdem fratres elegimur sepulturam, quod nisi prius dictorum fratrum fuissent induiti vel voto vel etiam iuramento eorum Ordini obligati, primo funus eorum ad Ecclesiam sancti Ioannis debet deporari, ita tamen quod ibi Missa rite celebrata ad corundem fratrum Ecclesiam à sacerdote suo debeat presentari. Concesserunt etiam dicti minister & fratres quod non impedirent de lectis parochianis dictorum qui in cœmiterio sancti Ioannis debet habere et consuetudine sepulturam & ab ipso Conuento fuerint percontati, cum quibus ad praetam Ecclesiam sancti Ioannis funus fuerit deportatum, & ad ipsos fratres presentatum quomodo eos habeant secundum consuetudinem Angelicam. Ecclesiz de eisdem lechi, ut dicitur haec tenus, obseruatam. Quæ omnia & singula prout superius sunt expressa dicti Abbas & Conuentus, Minister & fratres pro se & successoribus suis promiserunt bona fide eorum nobis in perpetuum obseruare. In testimoniuim praetectorum futuorū presentes literæ de consensu dictorum Abbatis & Conuentus, Ministri & fratrum sigillo nostro & sigillis dictorum Abbatis & Conuentus, ac ministri sigillaz. Adum mele Aprilis anno Domini 1247. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 2. Idus Iulij anno 5.

L I I.

Tradit regulam, seu normam viuendi sororibus sancti Damiani eas omnes, & eam monasteria regimini, & obedientie Ministerorum Ordinis sancti Francisci subiens. Reg. Vatic. epist. 166.

UNIVERSIS ABBATISSIS ET MONIALIBVS ORD.
S. DAMIANI.

Cum omnis vera religio & vita institutio approbata, certis constet regulis & mensuris, certis etiam constet legibus disciplinæ, quisquis religiosam ducere vitam cupit, nisi certam atque rectâ conuersationis suæ regulam disciplinamq; viuendi obseruare studuerit diligenter, eo ipso à rectitudine deuiat quo rectitudinis lineas non observat, & ita deficiendi incurrit periculum, vbi per discretionis virtutem certum ac stabile proficiendi collocare neglexit fundamentum. Quapropter dilectæ in Domino filiæ, quia divina vobis gratia inspirante per arduam viato & arcam quæ ad vitam dicit, incedere, & vitam pauperem, ducere pro æternis lucrandis diuitiis elegistis, vestris piis precibus inclinati. Francisci regulam quantum ad tria tantum, videlicet obedientiam, abdicationem propriam speciali, & perpetuam castitatem necnon formam viuendi presentibus annotaram secundum quam specialiter viuere decreuistis vobis & iis quæ vobis successerint concedimus obseruandæ; auctoritate Apostolica statuëtes, vt in singulis monasteriis vestri ordinis perpetuis temporibus obseruetur. Quæ talis est. Omnes itaque quæ sæculi vanitate relicta religionem vestram assumere voluerint & tenere hanc eas legem vita & disciplinæ oporteat & convenit obseruare viuendo in obedientia sine proprio, & in castitate. Omni natus tempore vita suæ hanc vitam profitentes, clausæ manere debent, & postquam claustrum hujus religionis intrauerint aliquæ & professæ fuerint, hanc regularem obseruantiam promittere, nulla eis concedatur licentia vel facultas inde ulterius exeundi, nisi forte causa plantandi vel ædificandi eandem religionem, vel reformandi aliquod monasterium seu caufa regiminis vel correctionis, seu alicuius grauis dispendij deuicandi per licentiam Generalis ministri Ordinis fratrum Minorum, seu Provincialis illius provinciaz eiusdem Ordinis in qua monasterium situm fuerit, ad aliquem locum aliquæ transmittantur. Pro alia etiam & rationabili causa interdum transferri possint de supradicti dumtaxat licentia Generalis. Morientes vero tam sorores quam servientes, infra claustrum, prout conuenit, tumulentur. Omnibus autem hanc religionem assumere cupientibus, & quæ fuerint admittendz

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII I V. ANNO 4

peccatum & aliorum possitis veniam obtinere à nobis humiliter postulatis, ut locum in quo praeceptum monasterium est fundatum, & personas monialium ibidem Domino seruientes, vel quæ illuc futuris temporibus sunt venturae intuicu pietatis ab omni iure Episcopali, & aliarum personarum Ecclesiasticarum tam in spiritualibus, quam in temporalibus pleno iure eximere deberemus. Eapropter dilectæ filiæ in Christo vestris piis precibus inclinati de consensu ac spontanea voluntate cotius Capituli nostri predictum locum in quo monasterium est constructum, & personas monialium nunc ibident conimorantur inclusarum vel quæ illuc in posterum sunt venturæ, ob reuerentiam diuinam & Apostolicæ Sedis ab omni iure Episcopali, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus eximimus pleno iure. Non liceat tamen vobis aliqua corpora ad Ecclesiasticam recipere sepulturam, nisi illorum dotorum servientium qui ad portandum vobis aquam vel ligna sunt in vestro seruitio deputati. Retinemus nobis & successoribus nostris & Ecclesiæ Cæsaraugustanæ decimas & primicias omnium possessionum, quas nunc habetis, vel in futurum dante Domino largitione Regum, concessione Pontificum, donatione fidelium, vel quocumque titulo poteritis adipisci nobis & Ecclesiæ Cæsaraugustanæ vobis integre, & sine diminutione aliqui per soluendas præterquam de horro si quem infra septa monasterij vestri, quod infra muros veteres est fundatum, contigerit vos habere. Reservamus etiam nobis dedicationem Ecclesiæ, altarum consecrationes, benedictionem Abbatissæ, ac monialium, & cœtorum Ecclesiastica sacramenta vobis conferenda, si tamen nos & successores nostri cum à vobis fuerimus requisiti, gratis & sine prauitate aliqua vobis & eis quæ vobis successerint voluerimus exhibere; alioquin liget ea vobis recipere à quocumque Catholicæ Episcopo qui gratiam & communionem habuerit Apostolicæ Sedis. Datum Cæsar-August. 18. Februarij anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo septimo. Testes huius rei sunt Martinus Prior, Magister Rodericus Archidiacus Cæsaraugustan. Dominicus Archidiacus Darocc. Gerardus Archidiacus Belchiden, Hispanus Archidiacus Turolen. Magister Garsias Sacrista. Michaël Camerarius, Raynerius de Auoro Præceptor, Raymundus de Mazorol infirmarius. Aprilius operarius & Martinus Eximiui clemonsynarius. Ego Andreas notarius D. Episcopi hæc scribi feci, & sigillum ipsius apposui loco, dic, mense, & annis predictis. Ad inditum autem huius perceptæ à Sede Apostolica libertatis nobis & nostris successoribus annis singulis unam libram ceræ persoluetis. Decernimus ergo, &c. Usque profutura salua sedis Apostolica auditoriate. Si qua igitur, &c. Usque plorioni. Cunctis autem, &c. Usque innueniant. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, subf. Ego Otto Portuus. & S. Rufinus Episcopus subscripti. Ego Willermus Sabinius. Episcopus subscripti. Ego P. tit. Sancti Marcelli Presbyter subscripti. Ego Villermus Basilicæ 12. Apostolorum Presbyter Cardinalis subscripti. Ego frater Ioannes tit. S. Laurentij in Lucina Presbyter Cardin. subscripti. Ego fr. Vgo tit. Sanctæ Sabiniæ Presbyter Cardin. subscripti. Ego Octavianus Sanctæ Matie in via lata Diacon. Cardinalis subscripti. Ego P. Sancti Georgij ad velum aureum Diacon. Cardin. subscripti. Ego Ioannes Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diacon. Cardin. subsc. Ego Villel. S. Eustachij Diacon. Cardin. subf. Datum Lugduni per manum magistri Martini S. R. E. Vicecancellarij 4. Non. Octobr. Indict. 5. Incarnationis Dominiæ anno 1246. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ IV. anno 4.

X. L.

Prohibet ne sorores iam professæ possint alia se conferre, et egressas mandat per cuiusque torem renouari. Reg. Vatican. epist. 140.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM S. GRATIÆ PAMPILONEN. ORDIN. S. DAMIANI
ad Rom. Eccles. nulla inediò
pertinen.

Ex parte vestra nobis fuit humiliiter supplicatum, ut cum interdum aliquis de conuersis vestri monasterij post factam in eo professionem absque tua licentia filia Abbatissa

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII IV. ANNO 4.

respicientes retro illud exēant animi levitatem, & ad alia loca se transferant, vel per mundum miserabiliter euagentur, prouidere super hoc paterna solicitudine curaremus. Nos igitur & animarum conuersorum ipsorum & indemnitatē eiusdem monasterij praewere volentes, ut conuersos, qui haecētus taliter discesserunt, vel discedentem imposterum possint ad idem monasterium per visitatorem vestrum, qui pro tempore fuerit per excommunicationis sententiam revocari auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 3. Non. Octobris anno 4.

X L I.

Rogat communitatem Pampilonen, ut protegat fratres Minores à quorundam iniuriis,
Regest. Vatic. epist. 259.

IVRATIS ET COMMVNITATI PAMPILONEN.
AC POPVLO EIVSDEM DIOEC,
vniverso.

VESTRA semper ad hoc dirigi debet intentio, ut diuinae maiestatis oculis placuisse per opera pietatis, quia per hoc vobis diuina gratia, & dierum longitudo dabitur, & tandem perennis corona gloria confertur, ad quæ tanto vos libenter invitamus, quanto et vos nobis mediocribus cupimus promoveri. Cum itaque ven. fr. noster Episcopus & Capitulum Pampilonen. contra dilectos filios fratres Minores Ciuitatis ipsius pro eo quod præter eorum licentiam se de loco S. Petri de Rips in quo degebant haecētus, auctoritate nostra ad locum extra portam S. Laurentij transtulerunt, commoti graviter, cum debuerint eos magis sinceræ dilectionis amplecti brachiis, & desponsionis præfatio consolari, eodem ut affluerit, gravibus affecerunt iniuriis, & iacturis non modicis afflixerunt, enormia eis publicè prout eis placuit, imponentes, ac facta eorum quos commendat virz puritas, reprobantes, & quod reddit rei veritas à calibus excusatos, ipsi famam eorum procurauit pigredinis macula offuscare. Vnde cum hi qui supra vos temporaneum imbreu & seruum effundebant ob desperationem huiusmodi quodammodo apud cogitationes humanas inglorij habeantur, quamquam apud illum qui est scrutator cordium & secretorum cognitor gloriose, uniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortagmus in Domino mandantes, ac in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus ob reverentiam Apostolicæ Sedis & nostram consueto more benignè respiciatis eosdem, eorum salubria monita affectu beneuolo audiendo, ac prosequendo ipsos gratia & favore, souendo nihilominus eos beneficiis quibus indigent dextera liberali. Preces autem nostras taliter velitis admittere, ut vobis exinde retributionis æternæ præmium & à nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum Lugduni 14. Kalend. Nouemb. anno 4.

X L I I.

Commitis Episcopo Cæsar Augustano ut obuiet iniuriis illarum à quibusdam in fratres Minorates. Reg. Vatic. ep. 256.

EPISCOPO CÆSAR AVGUSTANO.

Matt. 10. 11. **Q**via iam non tam militia, quam malitia potest dici vita hominis super terram cum refrigescente charitate multorum iniquitas sic abunder, ut quia dati sunt in sensum reprobum, lætentur cum male fecerint, ac in rebus pessimis glorientur, & ut non solum non habeant ad Ecclesiæ, & personas Ecclesiasticas reverentiam propter Deum, verum & Deum ipsum in eis apertissime persequantur, expedit ut nos quibus disponente Domino eatum cura & sollicitudo incumbit, huiusmodi persecutorum conatibus obuiemus, & illos nos decet specialius & efficacius ab eorundem incursibus defensare, quæ relictis pro Deo quæ possident, & non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi quærentes, voluntariam eligunt paupertatem, & dipinx se subincidunt seruituti, quarum desideriis tanto est fauor

ANNO CHRISTI 1246.

INNOCENTII IV. ANNO 4

fauorabilius annuendum, quanto per opera pietatis gratiorem præstant Altissimo famulatum. Cum igitur dilecti filii Minister, & Fratres Ord. fratrum Minorum Pampilonen. de loco S. Petri de Ripis, in quo morabantur haec tenus ad locum extra Portam S. Laurentij Pampilonen. à Doato & heredibus quondam Stephani & Nauarri de Aperta fratrum ciuib[us] Pampilonen. eis pia liberalitate concessum auctoritate nostra curauerint se transferre, & locum ipsum eis duxerimus confirmandum, recipientes illum nihilominus & personas inibi commorantes sub speciali protectione Sedis Apostolicæ & nostræ, mandamus quatenus aduersus malefactorum, molestatorum, & inuisorum non permitas eos contra concessionis, confirmationis, & protectionis nostræ tenorem ab aliquibus molestari. Molestiores huiusmodi per censuras Ecclesiasticas, appellations postposita, compescendo. Datum Lugduni 13. Kal. Novembris anno 4.

X L I I I.

Confirmas fratibus Pampilonen. ex sua protectione suscipit locum ipsius concessum ibi extra portam S. Laurentij. Reg. Vatic. epist. 255.

MINISTRO ET FRATRIBVS ORD. FRATRV M
MINORVM PAMPILONEN.

Solec annuere Sedes Apostolica, &c. usque impatrii. Exhibita siquidem nobis ex Sparte vestra petitio continebat quod cum heredes quondam Stephani & Nauarri de Aperta fratrum & Doatus ciues Pampilonen. locum quendam extra portam S. Laurentij Pampilonen. pertinentem ad ipsos vobis diuinæ retributionis obtentu pia liberalitate concederunt, & vos de loco S. Petri de Ripis in quo haec tenus degebatis ad locum illum auctoritate nostra curaueritis vos transferre: Nos vestris supplicationibus inclinati eundem locum vobis auctoritate Apostolica confirmantes, illum & personas vestras sub speciali Apostolica Sedis protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostræ confirmationis & protectionis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 13. Kal. Novembris anno 4.

X L I V.

Concedie Episcopo Marrochitano licentiam non visitandi Sedem Apostolicam usque ad 10. annos. Regist. Vatic. epist. 251.

EPISCOPO MARROCHITAN.

Fidei tuz puritas & deuotio quam ad nos & Rom. Ecclesiam habes, promeretur, ut tuis petitionibus, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Cum igitur, sicut nobis exponere curauisti, positus in medio nationis peruersus, nonnisi de permissione Sartacenorum, in quorum dominio tota dioecesis tua consistit, & difficultate maxima Sedem valeas Apostolicam visitare: Nos tuis deuotis precibus inclinati, quod ad visitandum Sedem eandem usque ad decennium minime teneatis, auctoritate tibi praesentium indulgemus. Nulli ergo nostræ concessionis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 3. Idus Novembris anno 4.

X L V.

Confirmas translationem monasterij monialium ad Castrum Offide factam à R. Cosmedin Diacono Cardinale. Reg. Vatic. epist. 859.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLUSA-
BVM S. FRANCISCI DE OFFIDA ORD. SANCTI
Damiani Firman. dicens.

ANNO CHRISTI 1346.

INNOCENTII IV. ANNO 4.

Vitis patrōrum; &c. usque completere. Vellera siquidem petitio nobis exhibita continebat; quod dilectus filius Nt. sancte Mariz in Cosmedin Diaconus Cardinalis vices nostras per patrimonium Ecclesie in Tuscia, Ducatum Spoletum & Marchiam Anconitanam gerebat, considerato quod in monasterio vestro ad Rom: Ecclesiam nullo medio pertinente propter guerratum discrimina, non poteratis contrahere virtutum Domino famulorum transcurdi de monasterio praetato cum immunitatibus, & libertatibus, iuribus & omnibus bonis ipsius ad locum alium magis tunc intra eastrum Offidam ad idem monasterium pertinentem concessit vobis liberam facultatem, prout in litteris Cardinalis ipsius plenus perspicuum existinet. Nos itaque vestris deinde precibus inclinati quod ab eodem Cardinale in hao parte factum est, ratum & gratiam habentes auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocimo communissimam, horum ipsatum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est. R. miseratione diuina S. Mariz in Cosmedin Diacon. Cardin. per patrimonium Ecclesie in Tuscia, Ducatum Spoletum & Marchiam Anconitanam, vicem D. Papz gerebas. Dilectis in Christo filiabus Abbatissam & Conuentui sororum inclusarum monasterij S. Francisci de Offida Ord. S. Damiani Firman. dicet. salutem in Domino. Cum propter guerrarum discrimina, quae peccatis exigentibus, in Marchia sunt extorta, in monasterio vestro, in quo nunc clavis diuino obsequio mancipata, non possitis tempore manere, eo quod cum hostiis exercitus contra castrum Offida procedit, vos de ipso monasterio recessere & castro ipsi oportet adhaerere, & ad tempus manere ibidem. Nos huiusmodi discriminibus obuiare volentes, vobis auctoritate presentium plenam libertatem, & libertatem concedimus facultatem, ut dictum vestrum monasterium cum omnibus bonis, iuribus, libertatibus, & immunitatibus suis, quae & quas nunc in eodem monasterio, tam in spiritu, libus, quam in temporalibus babent in solum & locum vestrum magis vobis tunc qui positus es in piano S. Agnetis prope fontem marisicatum in capite castri eiusdem libere mutare & personas vestras illuc transferre auctoritate qua fungitur, valeatis. Datum Viterbiæ mensis Maij die 6. exinde, Indictione 2. Pontificatus vero D. Innocentij Papz IV. anno 2: Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ concessionis instringere veleli ausu temerario contrarie, si quis autem hoc attentate presumperet indignationem Omnipotens Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni Idibus Decembris anno 4.

X L V I.

Confirmat Clarissim Offidanis donationem Episcopi, et Capitul. Firmani. Reg. Vatic. epist. 858.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLV-
SARVM S. FRANCISCI DE OFFIDA S. DAMIANI
Firman. dicet.

Sicut annuere Sedes Apostolica, &c. usque impetriri. Eapropter, dilecta in Christo filia, vestris piis precibus inclinati, Ecclesiam S. Martini de Offida, quam vobis & monasterio vestro cum omnibus pertinentiis suis Ven. Fr. Nt. Firman. Episcopus loci dicens an de consensu Firman. capituli & Plebani S. Rustici de castro Ripaianonis Firman. dicet. sub annuo censu 12. Vulnerorum tantum pia liberalitate concessit, nec non omnes immunitates & libertates quas idem Episcopus de consensu eorumdem Capituli & Plebani vobis & monasterio ac Ecclesie supradictis tam in spiritualibus, quam in temporalibus contulit, sicut in eiusdem Episcopi litteris plenius perspeximus continet auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti privilegio communimus, literarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum inseri facientes presentibus, qui talis est:

Philippus miseratione diuina Firman. Episcopus: dilecta in Christo filiabus Abbatissam & monialibus inclusis presentibus & futuris, quam videlicet Ecclesiam cum ipsis suis bonis vobis & monasterio vestro ho. me. Albertus quondam Plebanus S. Rustici auctoritate nostre concessit divinæ pietatis ob causam ad religionis cultum & statum monachum transferendum, & omnes immunitates & libertates, quas praetactus Plebano ipsi Ecclesie

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 4.

Ecclesiaz ac personis nunc ibidem commorantibus, & quæ post eas illuc in posterum sunt venturæ, tam in temporalibus, quam in spiritualibus plene contulit, sicut in publico instrumento inde confecto plenius continetur, tenorem cuius inspeximus diligenter, vobis & præfacto monasterio vestro de consensu & spontanea voluntate totius nostri Firman. Capituli per nos & successores nostros, pro liberalitate concedimus, damus, applicamus, & plene in perpetuum confirmamus. Insuper præfactam Ecclesiam S. Martini cum omnibus quæ nunc possider, & quæ auxiliante Domino in futurum poterit adipisci, quam videlicet Ecclesiam de consensu & spontanea voluntate totius præfati nostri Firman. Capituli, & auctoritate nostra in ipsum prædictum monasterium vestrum transtulitis, & personas nunc ibidem commorantes, & quæ post eas illuc in posterum sunt venturæ ob reuerentiam diuinam & Apostolicæ Sedis, cuius vos scimus esse filias sp̄eciales, de consensu & spontanea voluntate totius suprascripti nostri Firman. Capituli, ab omni Episcopali iure, & cuiuslibet conditionis obligatione, tam in temporalibus, quam spiritualibus per nos & successores nostros eximimus pleno iure, nihil aliud nobis & Ecclesiaz Firman. & præfatz Plebi S. Rustici seu ipsius Plebis Plebano in eisdem nisi 12. Vulteran. tantum pro temporibus Plebano memoraræ plebis, qui nunc est & successoribus suis annis singulis census nomine persolwendos & nobis ac successoribus nostris dedicationem Ecclesiaz, & altarium cōsecrationes benedictionem quoque monialium & cetera Ecclesiastica Sacramēta pro spiritualibus reseruantes, si tamen nos & successores nostri, cū à vobis fuerimus requisiti gratis & sine prauitate aliqua ea vobis, & eis quæ vobis successerint voluerimus exhibere, alioquin liceat ea vobis recipere à quocumque malueritis catholico Episcopo, qui gratiam & communionem habuerit Apostolicæ Sedis. Præterea ad eidem omnium prædictorum & perennem memoriam eorundem præsens instrumentum seu priuilegium in publicam formam redigi fecimus per Cambium notarium Firman. & nostri sigilli munimine communici.

III. Hoc actum est in ciuitate Firmana in Palatio prædicti Episcopi, qui hoc instrumentum, vel priuilegium fieri rogauit in præsentia Domini Joannis Prioris S. Salvatoris, D. Jacobi Capellani S. Ioannis. D. Berardi Capellani supradicti Episcopi. D. Petri Capellani S. Angeli de Figino, D. Cataldi Prebendati prædicti S. Salvatoris. Fratris Iacobi. Fratris Bondini de Ordine fratrum Minorum. Fratris Bonaventuræ. Petri Tabernarij, D. Ioan. Plebani, Ioannis Capparij, Ioannis Cauchij, Ioannis notarij Raynaldi Esçulan. Nicolai Romani, & aliorum multorum testiujn ad hęc rogatorum anno Domini 1241. mense Octobris intrante 8. die Martis Iodiōtione 14. Ego Raynaldus Firman. Archipresbyter maioris Ecclesiaz suprascriptis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego Salimbenus Firman. magister maiorius propria manu subscripti. Ego Girardus Firman. Decanus supradictis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego Gentilis Firman. Canonicus suprascriptis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego magister Raynaldus Firman. Canonicus suprascriptis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego Magister Raynaldus Firman. Canonicus me subscripti. Ego Nicolaus Firman. Canonicus suprascriptis interfui & consensi, & propria manu subscripti: Ego Massius Firman. Canonicus suprascriptis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego Angelus Firman. Canonicus suprascriptis interfui & consensi, & propria manu subscripti. Et ego Cambius notarius de ciuitate Firman. filius quondam Firmani supradictis interfui, & de mandato prædicti Episcopi & supradicti Capituli sicut supra plene continetur, scripti & publicavi.

IV. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attencare præsumpserie indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni Nonis Ianuarij anno 4.

X L V I J.

Mandauit sibi transmittane veridicam relationem propriis sigillis authenticatam, de pénitentia Comitis Tholosani. Regest. Vatic. epist. 436.

EPISCOPO

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 4.

EPISCOPO LODOVEN. ET FRATRI RAYMVNDΟ ORD.
FRATRVM PRÆDICATORVM ET FR. WILLELMO DE
Bruia Ordin. fratrum Minorum.

SVa nobis dilectus filius nobilis vir Comes Tolosanus petitione monstravit, quod cum quondam R. Pater suus pluribus excommunicationis sententiis innodatus decesserit, absolutionis beneficio non obtento, quia corpus eius non fuit Ecclesiz traditum sumpitur, licet signa pœnitentiaz apparuerint in eodem, idem Comes fel. rec. Gregorij Pape prædecessoris nostri ad Ven. fratrem nostrum... Episcopum Albien. & Abbatem Grandis Silue Cistercien. Ord. ut super huiusmodi signis quantum ad diem obitus præfati R. veritatem inquirerent, & quod inuenirent ad Apostolicam Sedem referrent, litteras impetraverit. Quia vero idem super pœnitentiaz signis quæ diem mortis præcesserant, & quibusdam aliis articulis ad negotium ipsum spectantibus, quos idem Comes coram nobis duxerit proponendos inquiraris diligenter veritatem, & quæ inuenieritis, fideliter redacta in scriptis sub sigillis vestris nobis per fidem nuntium transcriptatis. Quod si non omnes, &c. Tu frater Episcopus, &c. Dat. Lugduni Kalend. Martij anno 4.

XLVIII.

Quod posset Episcopus dispensare cum socio suo super illegitimatione. Reg. Vat. ep. 454.

EPISCOPO MARROCHITANO.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, quod licet fr. Bernardus Presbyter de Ordine fratrum Minorum, qui tibi est auctoritate nostra in socium deputatus, de legitimo matrimonio procreatum se credat, prout ex matris assertione percepit; quia tamen nonnulli asserunt eum habere ortum de solutis parentibus odiosum, nobis humiliter supplicasti, ut cum ipso defectu huiusmodi, si quis est, non obstante in susceptis ministris ordinibus, ac ad Episcopalem dignitatem in partibus Africanis duntaxat promoueri valeat, si ad ipsam eum Canonice euocari contigerit, dispensare misericorditer curaremus. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantiis vniuersis, quæ circa idoneitatem personæ fucient attendendæ super præmissis, auctoritate nostra statuas circa ipsum, prout secundum Deum animæ suæ saluti videris expedire. Datum Lugduni 7. Idus Martij anno 4.

XLIX.

Elargitur quoddam subſidium pecuniarium Abbatisſe fororum Alexandrin. Reg. Vatic. epist. 848.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONASTERII S. MARIAE MAGDALENÆ DE ALEXANDRIA.

Vestræ devotionis precamina vestræque religionis favor, quæ inclusæ corpore, libertate tamen mente virtutum Domino acceptum impeditis famulatum, nos admonent & inducent, ut vestræ inopie consulamus. Cum igitur vniuersitas Alexandriz, Ecclesiæ Romanæ annuatim soluerit teneatur quandam pecuniaz quantitatrem, ipsamque non soluerit annis pluribus iam clapsis, temporis malitia prohibente, nos vestris precibus inclinati petendi ac integre recipiendi pro quinque annis proxime præteritis memoratai pecuniam in v̄sus proprios conuertendam liberam vobis, auctoritate præsentium, concedimus facultatem. Datum Lugduni 6. Idus Iunij anno 4.

Regestum Pontificium.

95

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

L.

Confirmat donationem Scabinorum Brugen. factam fratribus Minoribus super translatio-
nem monasterij, quod in suam protectionem recipit. Reg. Vatic. epist. 34.

GVARDIANO ET FRATRIBVS MINORIBVS VILLÆ BRUGEN. TORNACEN. DIOEC.

Religionis vestræ meretur honestas, ut vestris petitionibus favorabiliter annuamus. Cum igitur, sicut petatio vestra nobis exhibita continebat, Scabini & Communitas Villæ Brugen. Tornacen. dœc. attendentes quod propter loci corruptionem, atque distantiam in quo hactenus morabaini plura sustinebatis incommoda, quendam locum magis idoneum & præfectæ villæ vicinum vobiscum dicecesani super hoc accedente consensu pro loco pristino permutarint, prout in litteris Scabinorum ipsorum, Communitatis, atque dicecesani confessis exinde perspeximus plenius contineri. Nos vestris precibus inclinati locum ipsum cum pertinentiis suis, & quasdam terras ipsi loco contiguous concessas vobis intuitu pietatis pro hortis, dormibus, & aliis ædificiis fratrum vobis opportunis. sub Beati Petri protectione suscipientes ac nostra, & permutationem ac concessionem huiusmodi ratas & gratas habentes, illas auctoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litterarum ipsarum præsentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. Nos Scabini Brugen. universis præsens leti-
ptum inspecturis nocturn facimus, quod cum varia pauperum Christi fratum Minorum nobiscum degentium incommoda super loci sui distantia, & corruptione, necnon & diffi-
cultate accedendi nos ad ipsos, & è conuerso nobis fuerit plures proposta pariter & osterfa, tandem habito consilio cum luratis & aliis probis viris Communitatis nostræ de
communi consilio, simul & assensu prouidimus eis de loco competenti videlicet in prato
qui dicitur Bramberg, quod pratum cum ambitu suo pertinet ad iurisdictionem villæ no-
stræ. Locus vero quem ad utilitatem eorum contulimus, iacet iuxta Mansum Domini G. dicti Tobin. militis ad Australem partem continens quatuor mensuras, & quartam
partem vel circiter, & hoc facto cambio dicti loci ad totalen locum priorem infra clausu-
ram dictorum fratrum iacentem iuxta pomerium Domine de Domo, vbi hactenus mor-
abantur. Qui locus cum cœmterio consecrato continet quatuor mensuras & dimidiam
vel circiter in clausura. Cum igitur præfectum cambium loci ad locum diutina inspira-
tione factum auctoritate Domini Tornacen. ad quem spectabat donationis prioris loci fra-
trum ratione collationis eleemosynariz, & per assensum Dominæ M. Illustris Comitissæ
tamquam per Dominam superiorum confirmatum sit, volumus id ipsum cambium fa-
ctum esse in perpetuum, & inconuulsu dictam terram in Bramberg iacente in ad vsum
prædictorum fratrum tenore præsentium confirmantes. Super hoc contestamur etiam
nos à prædictis fratribus recepisle litteras confirmationis super donatione prioris loci pa-
tentem, & sigillatas sigillis pia memoriaz F. quondam Comitis & I. quondam Comi-
tissæ Flandriæ & Ham. vxoris suæ. Insuper litteras Illust. Dominæ M. Comitissæ Flan-
driæ & Ham. super confirmatione donationis prædictæ & cambij memorati, & præter
hæc litteras D. Tornacen. id ipsum similiter confirmantis. Ut autem hæc rata sint omnia
in perpetuum & stabilia præsentes litteras sigilli nostri munimine duximus roboran-
das. Actum Brugæ anno Domini 1245. mense Martij. Vv. diuina miseratione Torna-
cen. Episcopus: dilectis in Christo Scabinis & Communitati villæ Brugæ salutem in
Domino sempernam. Cu[m p[re]te]r me[m] Henricus dictus Ram, quondam oppidanus ve-
ster ob remedium animæ suæ fratribus Minoribus terram iuxta pomerium Domine de
Domo in qua nunc manent in eleemosynam contulerit, & eisdem fratribus propter di-
uersa incommoda prædicti loci de alio loco propinquiori & veriori facto cambio loci ad
locum diuinatus provideritis, quamvis idem locus per fel. rec. Comitem F. & I. quon-
dam Comitissam uxore in suam tamquam per Dominos superiores ab omni iure & fer-
uicio feudali fuerit absolutus, eo quod legitima fuerit ad manus eorum reportatus, sicut
ex litteris ipsarum, quas inspeximus, declaratur; quia tamen in eleemosynam datus

ratione

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

ratione collationis eleemosynariz ad nos tamquam ad ordinarium dignoscitur pertinere, dictum cambium, inspirante Domino factum ratum habentes tenore presentium confirmamus, hoc salvo quod ea quæ in dicto loco priori sunt consecrata in usus seculares vel prophanos minime conuertantur. De tam pio autem subsidio per vos dictis fratribus exhibito gratias vobis referimus in Domino copiosas. Datum Tornaci, anno Domini 1245. mense Martio. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei ausu temeratio contraire, si quis autem hoc attentare presumperet indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni 3. Nonas Iulij anno 5.

L. I.

Confirmat commutationem, & compositionem factam inter Ministrum infra scriptum, & Abbatem Angeliacen. circa locum fratrum situm intra villam S. Ioan. Angeliacen. Reg. Vatic. epist. 70.

MINISTRO PROVINCIALI ET FRATRIBVS
MINORIBVS VILLA S. IOANNIS ANGE-
LIACEN. XANTONEN. DIOEC.

CVm à nobis petitur, &c. vsque assensu permutationem & compositionem quas, sicut
accipimus, fecisti de loco vestro sito intra villam S. Ioannis Angeliacen. Xantonen.
dioec. in quo nunc moramini, cum Abbat & Conuentu eiusdem loci prout spectabat ad
eos recompensatione sufficienti eisdem facta, sicut in litteris inde confectis perspeximus
pleniū contineri, ratas & gratas habentes, eas auctoritate Apostolica confirmamus, &
presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem litteratum ipsarum presentibus de
verbo ad verbum inferi faciendo, qui talis est.

Id. Dei gratia Xantonen. Episcopus. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspe- II
cturis salutem in Domino. Noueritis quod cum venerabili viro Abbat & Conuentui S.
Ioannis Angeliacen. pro dominio & censu & omni iure quod iudicem Abbas & Conuentus
habebant, vel habere poterant in aula D.P. Boyßen, & in domo quæ fuit Ar. Cautero cum
viridario ibidem posito, & in domo Villelmi de eleemosyna cum appendicio iuxta eandem
domum posito, & in domo P. Corrent, & in domo P. de Lauaria cum viridario retro eandem
domum posito, & in domo quæ fuit Ar. de la Sagrestania, & in viridario Magiltri Capella-
ni S. Ioannis quæ domus predicitæ cum dictis viridatiis, appendicio, & aula sicq; sunt in
villa S. Ioannis Angeliacen. in toto loco qui situs est prope pontem Bajne, & includunt
tota via, quæ à strata publica ducit ad eundem pontem vsque ad fossatum Grangia pre-
positi Monachorum S. Ioannis Angeliacen. ex una parte, & ab eadem strata publica prout
tendit ad viam, quæ dicit ad domum dicti Magiltri Capellani ex alia, & ab eadem tota
via vsque ad domum & viridarium P. Rigandi ex alia, & ab eisdem domo & viridario P.
Rigandi vsque ad dictum fossatum Grangia supradictæ, ex alia Fr. Ioannes de Coptimaco
fratrum Minorum in Aquitania tunc Provincialis minister, & alii fratres dictæ villa
eiusdem ordinis in eadem villa S. Ioannis sufficientem recompensationem fieri fecerint
dicti Abbas & Conuentus dominium & censum, cuius summa erat vndecim solidorum,
& nouem denariorum, & omne ius, quod habebant vel habere poterant quoquomodo in
dictis dominibus, viridatiis, appendiciis & aula dictis, fratri Ioanni Ministro & aliis Minorib;
ac eorum successoribus pro se ac suis successoribus qui prauerunt in perpetuum
coram nobis, & de praetatis censu & dominio, & omni iure quod habebant, vel habere
poterant in dictis aula, dominibus, viridatiis, & appendicio ad dictorum ministri & fratrum
petitionem G. Magritij Burgen. S. Ioannis Angeliacen. inuestierunt & satiuerunt pro ipsis
& pro Ordine eorundem, & voluerunt & concesserunt ipsis fratres gaudere perpetua &
pacifica possessione prædictorum omnium quipotiorum, renunciantes super præmissis pro se &
successoribus suis omni beneficio restorationis in integrum, & omni iuris auxilio canonici &
civilis, statuti & consuetudinis eisdem Abbati & conuentui nunc cōpetentibus, aut etiam in
futurum.

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENT. IV. ANNO 5.

futurum. Dicte autem Minister & fratres fecerunt dari sive assignari dictis Abbati & conuentui in recompensationem quipartitionis praetacte censum & dominium pleno iure. In domo quæ fuit Gaufridi Loquoc. quæ erat de dominio P. Pilot, & est sita iuxta domum Ioannis lo fontanier, & in domo Roberti le vendier, & domum Gaufridi Loquoc. & in duabus Eragiis quæ erant de dominio Jacobi de Roffec, & sunt ante torcular Ar. de Exidolio, iuxta domum quæ fuit Vvillelmi Menberi, & in domo G. de tabulis quæ erat de dominio Ar. de Malach, & est sita iuxta domum Americi Caydon, in quadruncio Bubirelli, & in domo P. de Onayo lo Boatier, quæ erat de dominio Ioannis de Torse, & est sita in la Boctaria ante domum G. Magrini, & iuxta domum Michaelis Aymerici, & in alijs tribus dominibus sitis in vico Plantachon. Quare una est Reginaldi de Sancte, & alia Bonifacij, & tertia Rodulphi Manerij, quæ tres domus sunt contiguz, & erant de dominio Achardi Guariner, & in domo filii Ioannis Foaca, quæ erat de dominio P. de Vayre, & est sita ante cellarium à la gualerna, & in domo, in qua est torcular Hugonis Thomæ, quæ erat de dominio Vvillelmi Assalhit, & est sita ante Thanariam Ioannis Quarini, quæ erat de dominio G. Magrini, & fuerat Ar. Cotans. & in domo Vvillelmi Parthier, quæ erat de dominio G. Magrini, & est sita in Vaniella de Becharilla ante dictam Thanariam P. Guarini, & in quadam domo quam tenet P. de Exidolio, quæ fuit Aufradins, & erat de dominio dicti G. Magrini, & est sita ante domum Aymerici Boynot, & in platea Angelais de Carpiniaco quæ erat de dominio Philippi de cleemosyna, & est inter domum Vvillelmi Aca & Aynridum, qui fuit Americi Ysembert, & in chanana Vvillelmi de la Mora quæ erat de dominio P. de Torse, & est sita ante Lechemaria, & in quadam domo quæ est à parte ante Ioannes lo Francies, & à parte retro B. Guestineus, & de prædictis censu & dominio pleno iure domorum Eragiorum Canariz & locorum prædicatorum fuerunt dicti Abbas & conuentus ad petitionem dictorum ministri & fratum ab eorundem eragiorum domorum, locorum & Thanariz dominis investiri, & in perpetuam & pacificam possessionem induiti, & dicti domini ad petitionem dictorum ministri & fratum pro recompensatione prædicta dictis Abbati & Conuentui quipauerunt in perpetuum censem & dominium pleno iure, quæ habebant in dominibus, & agiis, locis, & Thanaria supradictis: summa autem census quem dicti Ministri & fratres fecerunt ratione recompensationis dictis Abbati & Conuentui assignari, fuit vndeccim solidorum & nouem denariorum. Fecerunt insuper iudicem Minister & Fratres dictis Abbati & Conuentui centum & quinquaginta librarum currentis monetarum dari ad opus ædificij Ecclesie sancti Ioannis, & ad opus cœrei sancti Ioannis; ex parte Conuentus ficerunt iudicem Minister & Fratres; dictis Abbati & Conuentui assignari viginti solidos censuales. Dicti vero Ministri & fratres ad petitionem dictorum Abbatis & Conuentus promiserunt bona fide pro se & successoribus suis quod de cetero sine assensu ipsorum Abbatis & Conuentus vel successorum eorundem, non acquirent in eorum dominio sive proprietate domos aliquas vel plateas sive albergamenta, seu alia prædia tam rustica quam urbana quocumque nomine censeantur, ad retinendum sibi vel suis successoribus titulo epiphonis, sive donationis vel cuiuscumque alterius contractus infra muros Villæ sancti Ioannis Angeliacen. vel etiam extra. Promiserunt insuper dicti Minister & fratres pro se & successoribus suis ad dictorum Abbatis & Conuentus instantiam quod si contigerit fratribus Ordinis ipsorum per summum Pontificem prouideri de decimis monachorum, prouentibus sive alius eorum redditibus quibuscumque, vel etiam de rebus mobilibus vel immobilibus, quod quidam posse contingere existimabant, Abbatia sancti Ioannis Angeliacen. cum omnibus membris suis quantum in dictis fratribus est, erit exempta à prouisione supradicta. Et si super prædicta prouisione aliquod priuilegium à Sede Apostolica dictis Fratribus fuerit induxit, dicti fratres vel successores eorum, huiusmodi priuilegio nos videntur, etiam si de præsentibus litteris fecerit mentionem. Renuntiantes super præmissis pro se & successoribus suis omni beneficio restitutioonis in integrum & omni auxilio iuris Canonici & Civilis, statuti & consuetudinis, priuilegij imperati, seu etiam impetrandi eidem fratribus nunc competentibus, aut etiam in futurum. Concesserunt insuper dicti Minister & fratres pro se & suis successoribus dictis Abbati &

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

Conuentui quod non recipere parochianorum suorum, siue Ecclesiz S. Iohannis Angeliacen. decimas vel oblationes, quæ à laicis solent iure parochiali clericis exhiberi. Concesserunt etiam dicti Minister & fratres dictis Abbatii & Conuentui de parochianis ad Ecclesiam sancti Ioannis iure parochiali perehentibus qui apud eosdem fratres elegerint sepulturam, quod nisi prius dictorum fratrum fuissent induiti vel voto vel etiam iuramento eorum Ordini obligati, primo funus eorum ad Ecclesiam sancti Ioannis debeat deportari, ita tamen quod ibi Missa rite celebrata ad eorundem fratrum Ecclesiam à sacerdote suo debeat presentari. Concesserunt etiam dicti minister & fratres quod non impedirent de lectis parochianorum dictorum qui in cœmiterio sancti Ioannis debet habere ex consuetudine sepulturam & ab ipso Conuento fuerint percontati, cum quibus ad praetatem Ecclesiam sancti Ioannis funus fuerit deportatum, & ad ipsos fratres presentatum quominus eos habeant secundum consuetudinem Angelicam. Ecclesiz de eisdem lectis, ut dicitur haec tenus, obseruaram. Quæ omnia & singula prout superius sunt expressa dicti Abbas & Conuentus, Minister & fratres pro se & successores suis promiserunt bona fide eoram nobis in perpetuum obseruare. In testimoniu[m] praetectorum fuerunt presentes literæ de consensu dictorum Abbatis & Conuentus, Ministri & fratrum sigillo nostro & sigillis dictorum Abbatis & Conuentus, ac ministri sigillaz. A quum mense Aprilis anno Domini 1247. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 2. Idus Iulij anno 5.

L I I.

Tradit regulam, seu normam viuendi sororibus sancti Damiani eas omnes, & carum monasteria regimini, & obedientie Ministerorum Ordinis sancti Francisci subiecti. Reg. Vatic. epist. 166.

UNIVERSIS ABBATISSIS ET MONIALIBVS ORD.
S. DAMIANI.

CVM omnis vera religio & vita institutio approbata, certis constet regulis & mensuris, certis etiam constet legibus disciplinæ, qui quis religiosam ducere vitam cupit, nisi certam arque rectâ conuersationis suæ regulam disciplinamq; viuendi obseruare studuerit diligenter, eo ipso à rectitudine deviat quo rectitudinis lineas non obseruat, & ibi deficiendi incurrit periculum, vbi per discretionis virtutem certum ac stabile proficiendi collocare neglexit fundamentum. Quapropter dilectæ in Domino filiaz, quia divina vobis gratia inspirante per arduam viam & arctam quæ ad vitam dicit, incedere, & vitam pauperem, ducere pro æternis lucrandis diuinitatis elegitis, vestris piis precibus inclinati B. Francisci regulam quantum ad tria tantum, videlicet obedientiæ, abdicationem proprii in speciali, & perpetuâ castitatem; necnon formâ viuendi præsentibus annotatam secundum quam specialiter viuere decreuistis vobis & iis quæ vobis successerint concedimus obseruandâ; auctoritate Apostolica statuëtes, ut in singulis monasteriis vestri ordinis perpetuis temporibus obseruetur. Quæ talis est. Omnes itaque quæ sæculi vanitate relicta religionem vestram assumere voluerint & tenere hanc eas legem vita & disciplinæ oporteat & conuenit obseruare viuendo in obedientia sine proprio, & in castitate. Omni nāque tempore vita suæ hanc vitam profitentes, clausæ manere debent, & postquam claustrum hujus religionis intrauerint aliquæ & professæ fuerint, hanc regularem obseruantiam promittentes, nulla eis concedatur licentia vel facultas inde ulterius exeundi, nisi forte causa plantandi vel ædificandi eandem religionem, vel reformati aliquod monasterium seu cauda regiminis vel correctionis, seu alicuius grauis dispendiū devitandi per licentiam Generalis ministri Ordinis fratrum Minorum, seu Provincialis illius provincialis eiusdem Ordinis in qua monasterium situm fuerit, ad aliquem locum aliquæ transmittantur. Pro alia etiam & rationabili causa interdum transferri possint de supradicti dumtaxat licentia Generalis. Morientes vero tam sorores quam seruientes, infra claustrum, prout conuenit, tumulentur. Omnibus autem hanc religionem assumere cupientibus, & quæ fuerint admittendz

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENT. IV. ANNO 5.

admirandz priusquam habitum mutent, & religionem assumant dura eis & aspera prædicentur per quæ itur ad Deum, & quæ secundum hanc religionem necesse habuerint firmiter obseruare, ne de ignorantia postea se excusent. Non recipiatur aliqua quæ vel longiori zate, vel infirmitate aliqua, seu fatua simplicitate ad huius vitæ obseruantiam minus sufficiens & idonea comprobetur. Per tales enim status & vigor religionis s̄p̄ius dissoluitur & turbatur. Vnde in personis recipiendis diligenti studio & cautela huiusmodi debet occasio deuotari etiam cum aliqua aliquando, causa rationabili exigente, alicubi forte fuerit dispensandum. Omnes vero ex more intra claustrum receperz si ætatis intelligibilis fuerint citius deponant habitum sacerdotalem, & infra paucos dies habitum regularēm suscipiant, quibus deputetur Magistra quæ ipsas informet regularibus disciplinis, & completo vnius anni spatio professionem faciat in hunc modum. Ego talis Soror promitto Deo & Beatz Mariz semper Virginī Beato Francisco & omnibus sanctis seruare perpetuam obedientiam secundum regulam & formam viuendi à Sede Apostolica Ordini nostro traditam, viuendo toto tempore vitæ meæ sine proprio & in castitate. Quod etiam de seruientibus firmiter modo simili obseruetur. De divino officio tam in die quam in nocte Domino persoluendo taliter obseruetur. Quod ex quæ legere & canere ouerint secundum consuetudinem Ordinis Fratrum Minorum, cum grauitate tamen & modestia officium debeant celebrare. Illiteratæ vero dicant viginti Pater noster pro Maturino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta & Nona; pro qualibet istatum horarum septem. Pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem, qui modus per omnia in officio Beatz Mariz Virginis obseruetur: & orent pro defunctis. Quod si iuuenculæ aliquæ vel etiam grandiores capaces ingenij & humiles fuerint si Abbatissæ visum fuerit, faciat eas literas edoceri, magistram eis depurans idoneam & discretam; sorores vero horis statutis, prout ordinatura fuerit, vtilibus & honestis laboribus occupentur. Silentium vero continuum sic continue ab omnibus teneatur, ut nec sibi invicem, nec alicui alijs sine licentia eis loqui liceat. Attendant tamen solicite Abbatissæ vbi, quomodo, & qualiter sororibus loquendi licentiam largiatur, omnes autem uti studeant signis religiosis pariter & honestis. Sane quando aliqua persona religiosa vel sacerdotalis, vel cuiuslibet dignitatis loqui perierit alicui sororum, nuntietur prius Abbatissæ, & si ipsa concesserit, accedens ad locutorium duas alias ad minus habeat semper secum, quibus iusserrit dicta Abbatissa quæ loquentem videant, & audire valeant quæ dicuntur. Hoc namque firmiter obseruetur ab omnibus, ut quando de confessione sacerdoti incertius infirma fuerit aliqua locutura, non loquatur nisi ad minus duabus non longe sedentibus, quæ confitentem & confessorem videre possint, ab eisdem pariter & videri. Hanc autem loquendi legem & ipsa Abbatissa diligenter custodiat, ut omnis omnino materia detractionis omnibus auferatur, excepto quod cum sororibus suis horis & locis competentibus loqui potest, sicut ei secundum Deum visum fuerit expedire. Sorores vero infirmæ ac seruientes eisdem iuxta dispositionem Abbatissæ, infirmitatis suæ tempore in infirmitorio loqui possunt. Sorores autem & seruientes à festo Exaltationis sanctæ Crucis usque ad festum Resurrectionis Dominicæ continuum seruente ieiunium, diebus Dominicis, Beati Michaëlis, Beati Francisci, omnium Sanctorum, Nativitatis Domini cum duobus immediate sequentibus diebus, nec non Epiphany & Purificationis exceptis. Verum à Resurrectione dominica usque ad Exaltationem S. Crucis nisi sexta feria & ieiuniis statutis vniuersaliter ab Ecclesia ieiunare minime teneantur. Vino quoque & piscibus, ouis, caseo, & lacticiniis aliisque pulmentis licite possunt uti. Ab aduentu tamen usque ad Nativitatem Domini, maiori Quadragesima, nec non & sexta feria & ieiuniis ieiunialibus ab Ecclesia generaliter institutis, ouis, caseo ceterisque lacticiniis non veantur. Cum seruientibus tamen sororibus circa ieiunium præterquam in Aduento & Quadragesima maiori & sexta feria, ac aliis ieiuniis generaliter ab Ecclesia institutis possit Abbatissa misericorditer dispensare. Præfata autem ieiunij & abstinentiarum legem adolescentulæ infra decimum quartum annum, vel annus seu debiles obseruare minime teneantur, quibus secundum eorum imbecillitatem, tam in carnibus, quam in necessariis aliis possit misericorditer prouideti. Sanz quoque ieiunare non tenentur minutionis suæ tempore extra maiorem Quadragesimam. & sex-

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENT. IV. ANNO 5.

alicui concedatur. Nulla tamen omnino loquatur cum aliquo nisi praetato modo siue infirma fuerit sive sana. Illud sane pricipuè caueatur, vt ij quibus aliquando fuerit concedendum in monasterium ingredi, tales sint de quorum verbis & moribus nec non vita & habitu edificari valeant intuentes, & materia iusti scandali exinde nequeat generari. vbi vero proprius fuerit Capellanus, habitu & vita religiosus sit ac bona fama, nec multum inuenis, nec non idoneus sit etatis: Qui Capellanus cum aliqua sororum graui corporis infirmitate detenta, visa fuerit tendere ad extrema & necesse habuerit confiteri, vel Dominici Corporis accipere Sacra menta, alba stola & manipulo ingredietur indutus & audita confessione vel Dominici Corporis tradito Sacramento, sic indutus ut ingressus est exeat, nec moram ibi faciat longiorem. Caueant etiam ut quamdiu intra monasterium fuerint, nullatenus ab inuicem separentur, quin semper mutuo possint libere se videre. Sic se etiam habeat in anima comiendatione. Porro ad exequias circa sepulturam agendas non ingrediatur claustrum, sed exterius in capella, quæ ad illud officium pertinent, exequatur; ramen si Abbatissæ visum fuerit, quod ad exequias debeat introire, modo suprascripto indutus intret, & sepulta mortua exeat sine aliqua mora. Si autem necesse fuerit ut ad aperiendam seu preparandam sepulturam seu certe postmodum coaptandâ ingrediatur, si ei vel alicui alijs ad hoc idoneo & honesto licitum introire; aliter vero monasterium ingredi non præsumat, sed cum aliqua sibi de confessione loqui voluerit per locutorium eam audiat, & per illud eidem ipse loquatur. Quæ vero proprium non habuerint Capellatum à qualibet bona fama & honesta vita presbytero Missam audire possunt. Pœnitentiam autem atque Dominici Corporis Sacra menta tantum à Fratribus Ordinis Minorum dumtaxat recipiant, nisi in periculis necessitatis articulo aliqua constituta pro his habere copiam Fratrum nequierit predicatorum. Volumus etiam ut in muro qui sorores diuidit à Capella, congruentis formæ cratis ferrea collocetur, cui crati pannus lineus niger interius taliter apponatur, ut nulla inde valeat exterius aliquid intueri. habeat & ostia lignea ex parte sororum cum seris ferreis atque clavi ut maneant semper clausa pariter & firmata, & non aperiatur nisi cum diuinum celebratur officium, vel ad audiendum aliquando verbum Dei proponendū sibi exterius in capella per idoneam & honestam personam, & nemo alias per dictam cratem loquatur nisi forte aliquando causa rationabili, vel necessaria exigente alicui raro fuerit concedendum. Et quandocumque aliquam personam extraneam ad eas ingredi vel alias per cratem eis loqui contigerit, regant facies suas cum modestia & inclinent prout religionis conuenit honestati. Pro communione autem certis temporibus recipienda, vbi necesse fuerit, fenestra parvula fiat cum otio lo de lamina ferrea, sera, & clave semper firmato per quam calix possit dari congrue, & ministrari Dominici corporis Sacramentum & tantum distet à terra, quod sacerdos com mode illud ministerium inde valeat exhibere. De visitatore huius religionis, illud est solite prouidendum, ut quicumque vel generalis vel etiam alicubi aliquando specialis constituendus fuerit Visitator, talis debet constitui de cuius religiosa vita & moribus atque fide notitia plena & securitas habeatur. Qui cū ad monasterium aliquod veniēs fuerit intragressus, sic se per omnia exhibeat & ostendat ut omnes de bono ad melius prouocet & ad Dei amorem, & intet se inutuam caritatem semper inflammet, pariter & accendat: & quando monasterij claustra ad visitandum intrauerit, duos religiosos & idoneos socios secum ducat: qui videlicet socij simul maneant, & dum fuerint intra claustrum ab inuicem nullatenus separentur. Sane de sororum statu & obseruantia sua religionis ab omnibus generaliter, & specialiter à singulis inquirat studiosius veritatem, & vbi aliquid reformatum vel corrigendum inueniet, zelo charitatis & amore iustitiae cum discretione corrigit & reformet, tam in capite quam in membris, sicut melius viderit expedire. Modum autem loquendi custodiat suprascriptum, ut videlicet, aut cum omnibus, aut cum pluribus simul loquatur, vel secrete cum vna aliis tamen ad minus duabus in aspectu eius non longè sedentibus, ut per omnia bona fama integritas conseruetur, nisi ad locutorium cum vna vel pluribus loqui voluerit de iis quæ ad officium suum pertinere noscuntur. Caueat autem Abbatissa ne à se vel ab aliis sororibus, status sui monasterij visitatori aliquatenus abscondatur, quia malum esset indicium, & offensa grauiter punienda: Imò volumus & mandamus, ut ei quæ secundum

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENT. IV. ANNO 5.

viraz suz formam statuenda vel emendanda fuerint, publice ac privatim, sicut melius
 fuerit faciendum visitatori diligenter suggesterant, & proponant cui teneantur in omni-
 bus firmiter obedire. Quaz autem aliter fecerint à visitatore tam Abbatissa, quam
 aliaz dignè, prout conuenit, puniantur. similiter & capellanus si in aliquo reprehensi-
 bilis fuerit in quo conuenienter non possit nec debeat supportari, monitione præmis-
 sa à visitatore modeste ac rationabiliter, sicut decuerit, corrigatur. Si vero noluerit vel
 contempserit emendare à monasterio per eundem remouetur omnino. Statuimus in-
 super quod Generalis & Prouincialis ministri dicti ordinis duntaxat, per se vel per alios
 idoneos suos fratres in generali capitulo deputatos ab ipsiis, vobis tam in capite quam in
 membris officium visitationis impendant; possint tamen Generalis & Prouincialis
 præacti in Prouinciis suis ex causa, specialem visitatorē interdum de fratribus sibi com-
 missis ad hoc idoneum destinare iuxta formam ab vniuersitate ministrorum traditam in
 Capitulo generali. In quolibet monasterio vnum tantum ostium habeatur ad intran-
 dum claustrum & exendum cum oportuerit, iuxta legem de ingressu & egressu posi-
 tam in hac forma, & istud ostium fiat in sublimi quanto magis fieri poterit congruen-
 ter, ita quod ad ipsum per scalam levatoriam exterius ascendatur, quaz scala per cate-
 nam ferream ex parte sororum studiorum ligata à completorio dicto usque ad Primam
 diei sequentis continuè sit suspensa, & tempore diuinox dormitionis & vibrationis, nisi
 aliud interdum evidens requirat necessitas vel utilitas manifesta. Ad præactum au-
 tem ostium custodiendum aliqua talis ex sororibus deputetur quaz omnino Deum timeat
 quaz sic matura moribus, sicut diligens & discreta, sicut conuenientis zetatis, quaz vnam
 ipsius ostij clavem sicut diligenter custodiat, ut nunquam ea vel eius socia ignorante ostium
 aliquando valeat aperiti; Reliquam vero clavem diuersam ab alia custodiat Abbatissa,
 sicut & alia zquæ idonea ei socia deputata, quaz eius vicem in omnibus exequatur cum ip-
 sa aliqua rationabili causa vel occupatione necessaria occupata fuerit & detenta. Ca-
 veant autem studiosissime & procurent ne vñquam ostium scleropertum, nisi tantum
 quantum minus fieri poterit congrueret. Sit autem ostium seris ferreis cum valuis &
 repagulis optime communictum, & sine custodia aperrum minime dimittatur nec etiam
 clausum nisi vna clave in die & in nocte duabus sic firmiter obseratum, nec omni pul-
 santi aperiatur statim nisi prius indubitanter cognoverit quod talis sit cui sine dubitatio-
 ne aliqua secundum mandatum, quod in eadem forma de ingressuris superius con-
 tinetur, debeat aperiri. Quod si aliquando intra monasterium opus aliquod fuerit
 faciendum, ad quod agendum sacerdotes aliquos vel qualcumque personas alias oporteat
 introire, prouideat Abbatissa solicite, ut tunc, dum opus scilicet exercetur, aliqua alia
 persona conueniens ad custodiendum ostium statuatur quaz sic personis ad opus depu-
 tatis aperiat quod alias intrare penitus non permittat. Nam sorores ipsæ & tunc & sem-
 per quantumcumque rationabiliter præualent studiosissime caueant ne à sacerdotibus vel
 personis extraneis videantur. Ceterum cum præsumtum ostium pro aliis aperiatur nolimus
 nisi pro illis tantum quaz per rotam, vel aliunde decenter nequeunt expediri, manda-
 mus quatenus quod in singulis monasteriis in loco competenti rotâ vna fortis fieri de-
 deat latitudinis & altitudinis, per quam necessaria tam intus quam exterius ministro-
 tor, & taliter disponatur, quod per eam nec intus, nec extra valeat aliquis intueri. Ex
 virtute etiam parte ostium fiat validum, quod de nocte, & in æstate tempore
 dormitionis seris & clavibus ferreis clausum & firmatum debeat permanere. Ad cu-
 ius custodiā pro expediendis necessariis per eandem vnam sororem discretam, secu-
 ram, & maturam tamen moribus quam zetate, quaz monasterij diligat honestatem, con-
 stituant Abbatissa, cui soli vel deputatz sibi sociz cum congrue non poterit interesse, lo-
 qui ibidem & respondere liceat super iis, quaz ad suum officium pertinebunt. Locu-
 torium aurem commune in capella vel potius in claustro ubi commodius & honestius
 fieri poterit, disponatur, ne, si forte fieret in capella, pacem orantum inquietet. Ipsa
 vero locutorium sicut congrue quantitatis de lamina ferrea subtiliter perforata, & taliter
 clavibus fortes coaptata quod nunquam valeat aperiri, cui pannus niger lineus in-
 terius taliter apponatur, quod ipsæ videre extra non valeant nec videri. Ad istud locu-
 torium à Completorio quod dici debet tempore competenti, usque post Primam diei se-
 quentis seu tempore comedionis vel dormitionis in zestate, aut quando officium celebratur
 nisi

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENT. IV. ANNO 5.

nisi pro causa adeo rationabili, vel necessaria quæ commode differti non possit, nulli licitum erit loqui. Quandocumque vero inconcessis temporibus aliquam vel aliquem habuerit, ubi loqui, cum modestia & maturitate loquentes, breviter se expediante prout deceat. De seruientibus sororibus quæ semper manere clausæ sicut aliz non tenentur, distictius volumus obseruari, ut sine licentia nulla claustrum egrediatur, & quæ emituntur honestæ sint, & conuenientis ætatis, & calceamentis honestis tam ipsæ quam sorores illæ quas aliquando emitti contigerit, pro casibus suprascriptis calceatæ incedant. Ceteris autem intus manentibus si voluerint liceat istud idem. Egredientibus vero assignetur certus terminus redeundi. Nec alicui ipsarum conceditur extra monasterium sine speciali licentia comedere, bibere, vel dormire, nec ab inuicem separari, vel alicui in secreto, seu Capellani monasterij aut Conuersorum, vel Fratrum ibidem morantium domicilium introire. Quod si aliqua contrarium fecerit, graviter puniatur. Et solicite caueant, ne ad loca suspecta diuertant vel cum personis malæ famæ familiaritatem habeant, nec in suo reditu secularia vel inutilia sororibus referant, per quæ dissolui valeant vel turbari, & quamdiu extra fuerint, taliter studeant se habere, quod de conuersatione honesta ipsarum ædificari valeant intuentes, & quicquid eis datum fuerit vel promissum, resignent & renuncient Abbatissæ, vel alij cui hæc commiserit vices suas. Ad hæc liceat vobis in communione redditus & possessiones recipere & habere, ac ea libere retinere, pro quibus possessionibus modo debito perractandis procurator unus prudens pariter & fidelis in singulis monasteriis vestri ordinis habeatur quandocumque expedire videbitur, qui per visitatorem constitui & amoueri debeat sicut viderit expedire. Hic vero taliter constitutus de omnibus sibi commissis, receptis pariter & expensis Abbatissæ & tribus aliis sororibus ad hoc specialiter assignatis, & visitatori cum voluerit rationem reddere teneatur & nihil omnino de rebus monasterij vendere, commutare, obligare vel alienare quoquo modo valeat, niſi de licentia Abbatissæ, pariter & Conuentus, & quidquid contra hoc fuerit attentatum, irritum decernimus & inane. Posit tamen de mobilibus patrum valentibus aliqua parua, ex causa licita interdum aliis elargiri. Verum ne ab obſeruatione præsentis formulæ breviter suprascriptæ quam uniformiter vbiique ab omnibus volumus & mandamus diligentius obseruari, pro defectu certi regiminiis in posterum recedere vos contingat, aut sub diuersorum magisterio vivendi modos incurtere differentes: Dilectis filiis Generali & Provincialibus ministris Ordinis fratrum Minorum curam vestri & omnium monasteriorum vestri ordinis plene in omnibus præsentium auctoritate committimus. Statuentes ut sub eorum & aliorum, qui pro tempore ministri fuerint, obedientia, regimine & doctrina debeat de cetero permanere, quibus tencamini firmiter obedire. Et ipi animatum vestrum solicitudinem gerentes & curam eisdem monasteriis per se vel per alios fratres suis ad hoc idoneos secundum formam prætractam deputatos ab ipsis quotiens expedire viderint, visitationis officium impendere studeant, corrigendo & reformato ibidem, tam in capite, quam in membris quæ correctionis, seu reformationis officio nouerint indigere. Instituant nihilominus, & destituant, mutent, & ordinent prout secundum Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatissæ libere pertineat ad conuentum. Confirmatio vero ipsis & infirmatio fiat per Generalem ministrum, si aderit in provincia, & in eius absentia per Provinciale illius provincie, in qua monasterium fuerit constructum. Confessiones vestras audiant & ministrarent vobis Ecclesiastica sacramenta. Et ne pro eo quod in vestris monasteriis Fratres dicti ordinis residere non tenentur, continue pro defectu sacerdotis possit periculum imminere, ad confessiones vestras in necessitatibus articulo audiendas, & ministranda Sacra menta prædicta, nec non diuina officia celebranda deputent aliquos discretos & prouidos Capellanos. Nec aliquod monasterium vestri ordinis de cetero ab aliquis inchoetur sine Capituli generalis ordinis memorati licentia & assensu. Capellanus & Conuersi secundum dispositionem visitatoris promittat obedientiam Abbatissæ, voulentes loci stabilitatem & perpetuo vivere sine proprio, & in castitate: liceat tam visitatori tamen Capellarum & seruientes sorores, quæ conuersos pro cedenti necessitate, aut manifesta utilitate de uno monasterio ad aliud transmutare, ieiuniū seruare debeat ut sorores. Liceat tam Abbatissæ super hoc cù eis æstus, vel itineris, vel laboris alterius, seu alia quavis rationabili causa misericorditer dispescere. Tunicas de vili panno iuxta eorum

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENT. IV. ANNO 5.

indigentiam habere valeant sine caputio, quarum manice sint breves & stricte tantummodo circa manus: longitudo autem tunicarum sit talis quod à cauilla pedum distent spatio quatuor digitorum. Pro cingulo vero corrugiam honestam habeant cum calcello, caparonec etiam super tunicas portent, cuius longitudo genu aliquantulum transeat, & amplitudo usque ad cubitos protendatur. Minoris tamen latitudinis caparonec si voluerit habere, poterit Capellanus, qui capa etiam honesta uti poterit cunctis oportunum. Calceamenta cum caligis & braccis ampla & alta habeant & ante fissa, & idem officium faciente conuersi quod superius de sororibus nescientibus literas est extitulum, excepto quod ad officium Beate Virginis minime tebeatur. Informationi etiam & correctioni visitatoris conuersi & Capellanus per omnia sunt subiecti, cui teneantur firmiter obedire. Nulli ergo nostrae concessionis & constitutionis &c. Si quis autem &c. Dat. Lugd. & Idus Augusti anno 5.

L I I I.

Quod nullus prelatus aliquem fratrem sibi assumere posset in socium sine Generali, vel provinciali ministeri licentia. Reg. Vatic. epist. 112.

GENERALI ET PROVINCIALIBVS MINISTRIS AC FRATRIBVS ORDinis Minorum.

Petitionibus vestram pius quam prouidis paternæ benignitatis gratia quæ filii utiliora prospicit, assensum benevolum impendentes, ut nullus legatus nisi de latere nostro missus auctoritate literarum Sedis Apostolicæ, de cetero imperandarum specielet de praesentibus non facientium mentionem, aut Prelatus aliquis de fratribus vestri Ordinis ad sua seu Ecclesiæ negotia procuranda vel secundum roanendum aliquos assumere valeat, nisi quos Generalis vel Provincialis minister eorum, tanquam idoneos & discretos sibi duxerit assignandos, quos subiacere volumus Ordin. disciplinæ auctoritate vobis praesentium indulgeremus. Nulli ergo nostræ concessionis &c. Si quis &c. Dat. Lugd. Idibus Augusti anno 5.

L I V.

Concedit ministeri auctoritatem instituendi Syndicos, & procuratores. Reg. Vat. epist. 111. Roderig. bullar. bull. 6.

GENERALI ET PROVINCIALIBVS MINISTRIS
ORD. FRATRVM MINORVM.

Quæstudiosius diuinæ contemplationi vacatis Domino famulando, tanto quiete vestre libenter prouidemus, ne pedes quos lauisse videmini, affectu & effectu omnia relinquendo, cogamini, quod absit, iterum inquinare. Cum enim sicut lecta nobis vestra peticio continebat, de rebus omnibus Ordini vestro concessis vel in posterum concedendis, per vos ipsos prout exigit frequenter necessitas & iuxta vestri Ordinis institutione, disponere nequeatis, nec velitis pro conscientiarum vestrarum puritate seruanda, ne vobis odiosa vagandi tribuatur materia, sed oporteat vos propter hoc semper ad Sedem Apost. ad quam rerum ipsarum spectat proprietas, habere recursum, nos quieti dicti Ordinis & necessitatibus vestris paterna volentes sollicitudine prouidere, praesentium vobis auctoritate concedimus, ut singulis vestrum liceat in prouinciis eis commissis, per se vel per alios fratres suos quibus id duxerint committendum constituere aliquos viros idoneos Deum timentes, qui pro locorum indigentia singulorum, res huiusmodi tā concessas quā etiam cōferendas auctoritate nostra libere petere, vēdere cōmutare, alienare, tractare, expēdere, vel permutare, ac in usum fratrum conuertere valeant secundū dispositionem vestrā pro necessi-

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

necessitatibus vel cōmodis fratrum Ordinis memorati, sicut vobis pro loco & tempore videbitur expedire, licet quoque vobis eosdem viros sic constitutos à vobis amouere, aliosque ad prēmissa exequenda sine difficultate qualibet subrogare, quoctiens videritis opportunum. Nulli ergo nōlēz concessionis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 14. Kal. Septembbris anno 5.

L V.

Confirmat sororibus sancti Damiani Fauentin. donationem Alberti Episcopi Fauentini.
Reg. Vatic. epist. 242.

ABBATISSÆ ET CONVENTI PAVPERVM MONIALIVM
INCLVSARVM MONASTERII S. MARIAE, DE VIRGINIBVS
Ord. S. Damiani Fauentini. Dicē.

SOlet annuere Sedes Apostolica, &c, usque impetriri. In litteris siquidem bon. me. Alberti Fauentin. Episcopi perspexitus contineri, quod ipse diuinæ pietatis obtenuit monasterium vestrum cum personis, & possessionibus suis ab omni Episcopali iure, tam in spiritualibus, quam temporalibus duxit perpetuo eximendum, nihil ubi praeter Ecclesiastica sacramenta & ynarn libram cerz annis singulis reseruando. Verum cum Fauent. Canonici moniki & rogati suum super hoc noluerint præstare consensum: Nos ad instar piz rec. Gregorij predecessoris nostri de potestatis plenitudine illorum suppletentes in hac parte defecūtum, vestris piis precibus inclinati quod super hoc factum est in hac parte ab Episcopo memorato, auctoritate Apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Non obstante si libertatis induita quæ ab Episcopo sumui & Capitulo prius concessa sunt, vobis in his contradicere in aliquo videantur. Nulli ergo nostræ supplicationis & confirmationis, &c. Datum Lugduni 7. Kalend. Septembbris anno 5.

L V I.

*Confirmat compositionem factam per Cardinalem S. Sabinae inter Episcopum, & Capitu-
lum Pampilonen. & fratres Minores. Reg. Vatic. epist. 206.*

MINISTRO ET FRATRIBVS ORD. FRATRV MINO-
RVM PAMPILONEN.

Plantatus olim in agro Ecclesiaz videtur Ordo sic à suis primordiis gratia operante diuina laudabilibus incrementis successive, profecit, quod assidue flores proferens copiosus honestatis, & producens liberius fructus vite inter alia plātaria, Dominica puritate conuersationis, scientiaz dono, & virtutis merito dignoscitur specialiter inōgnitus. Vnde nos in agro ipso cultores licet imitacriti à Domino deputati, eundem Ordinem grandi prosequi fauore proponimus & exaltationem ipsius iugis diligentiaz studio multipliciter procurare ut Apostolicæ gratiaz rōte continuè irroratus majoribus semper Deo tribuente consurgat, & dulacetur augmentis. Hinc est quod cum inter vos ex parte vna, & Ven. Fratrem nostrum Episcopum ac dilectos filios Capitulum Pampilonen. ex altera super quibusdam articulus materia fuerit dissensionis exorta, & dilectus filius noster H. tie S. Sabinz Presbyter Cardinalis de nostro beneplacito & mandato inter vos & eosdem Episcopum & Capitulum amicabiliter duxerit componendum: Nos vestris supplicationibus inclinati, cupientes vestraz prouidere quieti, ut pacis auctori possitis deuotius famulari, compositionem huiusmodi auctoritate Apostolica confirmantes, & eiusdem defecūtum Capitulū cum ipsius nos fuerit in eadem cōpositione requisitus assem-
sus, suppletentes de plenitudine potestatiꝝ eadēm auctoritate statuimus in virtute obe-
diētia,

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII V. ANNO 3.

dientiz, tenore præsentium distictius iniungendo ut præacta compositio perpetuis temporibus hinc inde inviolabiliter obseruetur. Decernentes iterum & iuste quicquid contra compositionem eandem per quamcumque partium in posterum contigerit attenari. Tenorem autem compositionis ipsius de verbo ad verbam præsentibus inseti fecimus, qui talis est. Vniuersi præsentes literas inspecturis Fr. H. diuina miseratione sit. sancte Sabine Presbyter Cardinalis salutem in Domino sempiternam. orta olim facienti humani generis inimico inter Ven. Patrem Episcopum & Capitulum Pampilonen. in quo dunc ipsi Fratres morantur auctoritate Apostolica se translulerint: Episcopo & Capitulo, prædictis afferentibus hoc in suum præiudicium redudare cum Dominus Papa super eodem negotio Ven. Patri Tarraconen Archiepiscopo & Cæsarauigstan. Episcopo prijno, ac postmodum eidem Cæsarauigstan. Episcopo conscrutionem fratrum contra malefatores, molestatores, & inuasores, ac rebelles litteris Apostolicis duxerit committendam prout in ipsius litteris Apostolicis plenius contineatur, tandem nondum sopita discordia ad Dominum Papam denuo querimonia est delata, qui volens finem imponi litibus, & partium prouidere quieti præsentibus memoratis Episcopo & Fratribus nobis viua voce commisi ut inter eos compositionem amicabilem faceremus remanentibus in suo robore litteris eisdem fratribus super ipso negocio à Sede Apostolica concessis. Nos vero huiusmodi mandato recepto de consensu Episcopi & Fratrum taliter ordinamus, quod Episcopus & Capitulum Pampilonen. præactos fratres familiares amicos, & benefactores eorum ad gratiam & bonam voluntatem suam admittant, qui videbantur occasione istius discordie destituti, & dimittant eis omnem rancorem, malevolentiam & offensam & non grauent eos, nec causam querant aliquam de cetero occasione huiusmodi aggravandi. Volumus etiam quod dictus Episcopus eisdem fratribus per suas parentes literas recommendet clero & populo ciuitatis Pampilonen. & dicte. vniuersitas significans per easdem, quod eos & nominatos benefactores, amicos & famillares eorum ad pacem & gratiam suam admisit, & benevolentiam & amorem. Item volumus & mandamus quod in iam dicto loco novo extra portam sancti Laurentij Pampilonen. qui ipsis fratribus à sede est concessus præacti Episcopus & Capitulum permittant eisdem fratribus remanere libere, pacifice, & quiete, & construere ibidem Ecclesiam & alia aedificia eorum usibus opportuna. Præterea cum dicti fratres occasione istius discordie tam in libris, quam in aliis rebus dumna non modica, sicut afferunt, sint perpessi, mandamus ut præactus Episcopus omnia ablata fratribus restitu plenariè faciat & sententiam excommunicationis generaliter proferat in omnes illos qui res fratrum asportauerunt, vel detinent, vel destruxerunt, vel consilium seu auxilium, ut hæc fierent impenderunt, donec fratribus pleorū fuerit satisfactum, etiam omnes illos excommunicationi subiiciant qui sciunt ubi res fratrum detinente, nisi quamdictius commode potuerint fratribus curauerint revelare, & has sententias faciat Episcopus per ciuitatem & diccem Pampilonen. in magnis festiuitatibus & in generalibus prædicationibus & in confratriis etiam publicari, quo usque fratres suas res recuperauerint vniuersas. Item volumus & mandamus, quod si qua de bonis propriis amicis & benefactoribus seu familiariibus fratrum tam in communione quam in speciali occasione huiusmodi ablata fuere, præactus Episcopus restitu plenariè faciat, & illis in detentores ipsos similiter sententiam proferendo. Ad hæc mortui qui occasione istius discordie insepulti tenentur, omni occasione, dilatione, ac contradictione sepositis per suos sacerdotes parochiales tradentur Ecclesiasticæ sepulturæ. Præterea si quas penas spirituales seu temporales præfati Episcopus & Capitulum alicui de familiaribus, benefactoribus, seu amicis ipsorum fratrum occasione istius discordie indixerunt remittant easdem, & illos ad penas illas volumus non teneri. Item volumus & mandamus quod ipsi fratres ab Episcopo & Capitulo expeditis venient postulent humiliter supplicantes, ut si quis de fratribus vel de amicis ipsorum eos in aliquo offendierunt, eis remittant, & Episcopus & Capitulum liberaliter annuant postulatis, offensam si qua fuerit remittentes: similiter fratres remittant eis omnem rancorem, malevolentiam, & iniuriam corporalem, & procurent bona fide quantum in ipsis est, quod familiares amici & benefactores eorum similiter remittant eis omnem rancorem, malevolentiam, iniuriam & offensam. Et cum occasione istius discordie in præactos fratres & eorum familiares amicos & benefactores per eundem Episcopum & Canonicos, & alios auctoritate ipsorum, & per Ven. Patrem Tarraconen. Archiepiscopum, & Cæsarauigstan. Episcopum, & alios auctoritate

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

auctoritate ipsorum in eisdem Canonicos & alios dicantur excommunicationis plurimæ sententiaz promulgatz, & propter bonum pacis & charitatem inter eos omnimode conseruandam, & ne occasione ipsarum sententiatum in quoscumque, prætextu huius negotij prolataruin inter ipsos contingat in posterum, quod absit, aliquam morticiam discordiaz suboriri, nos omnes sententias excommunicationis, suspensionis, seu etiam interdicti quocumque tempore per dictos Episcopum & Canonicos seu per quoscumque alios ipsorum auctoritate latas in fratres & eorum familiares, amicos, & benefactores, si quæ fuerint, quacumque de causa seu etiam in iam dictos Canonicos Pampilonen, per memoratos Archiepiscopum Tarraconen. & Cesaraugstan. Episcopum, seu per quoscumque alios auctoritate ipsorum, & in quascumque personas alias cuiuscumque conditionis existant per quoscumque istius discordiaz occasione prolatas ad cautelam de speciali mandato Domini Papæ quod super hoc recepimus, relaxamus. In cuius rei testi-
nium & euidentiam plenioram præsens scriptum sigilli nostri fecimus in uimine robo-
rari. Datum in Castro sancti Andreæ iuxta Lugdunum 16. Kalend. Septembris Vatici-
ficatus Domini Innocentij Papæ IV. anno 5. Nulli ergo nostra confirmationis, supple-
tionis, & constitutionis, &c. Si quis, &c. Datum Lugduni 4. Non. Septembri anno 5.

L V I I.

Reuocat auctoritatem concessam fratribus particularibus recipiendi quempiam ad ordinem.

GENERALI ET UNIVERSIS MINISTRIS ORDINIS FRATRVM MINORVM.

Quibuscum ex fratribus vestri Ordinis ad nationes exteriores ab Apostolica Sede transmissis concessisse dicimus ut volentes habitum vestiaz religionis assumere recipere in fratres, & constituere nouas prouincias ac ministros præficere possint ibidem. Cum autem hoc in vestri redundet detrimentum Ordinis sicut fuit propositum coram nobis, & intentionis nostræ fuerit quod ex concessione huiusmodi Ordini veltro deberet honor & utilitas procurari. Nos deuotionis vestraz precibus anteuente ipsam auctoritate presentium reuocamus, & volumus quod de cætero nullum robur habeat hereticus. Nulli ergo nostra reuocationis, &c. datum Lugduni 5. Idus Octobris anno 5.

L V I I I.

Fratri Rodulpho concedit auctoritatem dispensandi cum quodam viro nobili circa plura beneficia habenda. Reg. Vatic. epist. 446..

FRATRI RODVLPHO ANGLICO DE ORDINE FRATRVM MINORVM.

Apostolicæ Sedis benignitas sic merita personarum prouida deliberatione discernit, &c. usque insenatur. Hinc est quod nos probitatem & nobilitatem dilecti filii Magistri Henrici de Batonia Rectoris Ecclesie de Timbres barefue Bathonien. Dicac. non indigne pensantes, ac volentes ex hoc sibi gratiam facere specialem, tuis & ipsius supplicationibus inclinati mandamus, quatenus cum eo quod præter duo beneficia quæ obtinet curam habentia animarum, unum aliud beneficium dignitatem vel personatum, si sibi canonice offeratur etiam si similem curam habeat licite recipere, & cum eisdem obtentis retinere libere valeat, constitutione generalis Concilij non obstante, auctoritate nostra dispenses. Proutio ut prædicta beneficia personatus vel dignitates debitum obsequiis, &c. usque negligatur. Datum Lugduni 14. Kal. Ianuarij anno 5.

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 1.

L I X.

Confirmat priuilegium concessum à Capitulo Firmano. Reg. Vatic. epist. 858.

ABBATISSÆ ET CONVENTVI MONIALIVM INCLVSARVM S. FRANCISCI DE OFFIDA ORD. S. DAMIANI
Firman. dœc.

Vtis petentium, &c. vsque completere. Vestra siquidem petitio nobis exhibita continebat quod Ven. Fr. noster Firman. Episcopus considerato quod in Ecclesia B. Martini prope castrum Offidæ in qua aliquando extitistis propter guerrarum incursum non poteratis commode virtutum Domino famulari, mutandi eandem Ecclesiam cura immunitatibus, libertatibus, iuribus, & omnibus bonis ipsius ad locum alium magis tutum intra dictum castrum Offidæ concesserit vobis liberam facultatem consensu Firman. Capituli accedente, prout in literis praeterti Episcopi plenus perspeximus contuleri. Nos itaque vestris deuotis precibus inclinati, quod ab eisdem Episcopo & Capitulo prouide factum est in hac parte, ratum & gratum habentes, auctoritate Apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus; litterarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum praesentibus inseri facientes, qui talis est; Philippus miseratione diuina Firman. Episcopus: Dilectis in Christo filiabus Abbatissæ ac monialibus inclusis praesentibus & futuris Monasterij S. Francisci de Offida Firman. dœc. Ord. S. Damiani Assisiaren. salutem & benedictionem. Cum propter guerrarum perturbationem quæ in Marchiam superuenit, in Ecclesia S. Martini prope castrum Offidæ posita, quam vobis & monasterio vestro cum omnibus pertinentiis suis hactenus de consensu & spontanea voluntate totius nostri Firman. Capituli, & de consensu & spontanea voluntate bon. mem. Alberti quondam Plebani plebis S. Rustici Ecclesiz Firman. subiectæ ad ipsam plebem pertinentem ob reuerentiam diuinam pia liberalitate concessimus permanere sine periculo, & ibidem Deo seruire congrue, sicut proposuistis minimè valeatis. Nos huiusmodi periculum vitare volentes de consensu & spontanea voluntate totius praeterti nostri Firman. Capituli plenam vobis potestatem concedimus praesentium auctoritate, sicut à nobis humiliter postulastis, & liberam facultatem qua vos licet, quotiens videritis opportunum, & libere transfece possitis praetactam Ecclesiæ S. Martini cum omnibus immunitatibus, & libertatibus suis, & cum omnibus iuribus, & bonis eiusdem Ecclesiz praesentibus & futuris in praetactu monasterium vestrum, vel in locum alium quemcumque circa Ecclesiam S. Nicolai considentem intra praetactum castrum Offidæ duxeritis eligendum. Insuper ad memoriam Ecclesiam S. Martini cōstruendam primatum lapidem, sicut opus est. nostris manibus signatum per latorem praesentium vobis transmittimus per manum Capellani. . . . auctoritate nostra ponendum in eiusdem Ecclesiz fundamento, cum tempus vobis aderit & facultas. Præterea ad euidentiam omnium praetactorum & perennem in memoriam corundem, præsens instrumentum seu priuilegium in publicam formam redigi fecimus per Cambium Notarium Firman. in Palatio praeterti Episcopi qui hoc instrumentum seu priuilegium fieri rogavit in praesentia D^{omi}nⁱ Ioannis Prioris S. Saluatoris. D. Iacobi Capellani S. Ioannis. D. Berardi capellani dicti Episcopi. D. Petri Capellani S. Angeli de Figno. D. Gratia Capellani S. Matia de Vultriman. D. Cataldi Præbendati praeterti S. Saluatoris fratri Iacobi, fratri Bondini de Ord. fratru Minorum, fratri Bonaventuræ, Petri Tabernarij. D. Ioannis Plebani, Ioan. Copperij, B. Ioan. Canticij, Ioannis Notarij Bernardi Esculan. Nicolai Romanij, & aliorū multorum testiū ad hæc rogatorum an. Domini 1241. mense Octobris intrante 8. die Martij Indictione 14. Ego Raynaldus Firman. Archipresbyter maioris Ecclesiz suprascriptis inter se & consensu & propria manu scripsi. Ego Tibaldus Firman. Canonicus me subscripti. Ego Nicolaus Firman. Canonicus supradictis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego Massus Firma. Canonicus supradictis interfui & consensi & propria manu subscripti. Ego Angelus Firman. Canonicus supradictis interfui & consensi & propria manu subscripti. Et ego Cambius Notarius de ciuitate Firmana filius quondam Firmonis supradictis interfui, & de mandato predicti Episcopi

Regestum Pontificium.

100

ANNO CHRISTI 1247.

INNOCENTII IV. ANNO 5.

Episcopi & supradicti Capituli, sicut supra plenè continetur, scripti & publicauit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu tenerario contraire: Si quis autem hoc attentate præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Lugduni 12. Kalend. Ianuarij anno 5.

L X.

Concedit Gaufrido de Bero quod possit transire ad milites templi Hierosolymitani. Reg. Vatic. epist. 582.

GAVFRIDO DE BERO QVONDAM FRATRI ORD. MINORVM.

Tibi qualitate status audita dilectus filius noster H. tit. S. Sabinus Presbyter Cardinalis dispensauit locum de speciali mandato nostro, ut ad religionem Fratrum Militis Templi Hierosolymitan. transire valeas, ibidem sub ipsorum habitu Domino scruturus, prout in literis Cardinalis eiusdem inde confessis plenius dicitur contineri. Nos autem tuis supplicationibus inclinati, quod ab ipso in hac parte factum est, ratum & gratum habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostræ confirmationis, &c. Datum Lugduni 17. Kalen. Martij anno 5.

L XI.

Iubet ut non substrahatur à Pontifice Zuerinen. Electo confessarius à se ipso concessus. Ex Reg. Vatic. epist. 947.

MINISTRO ET CVSTODI ORDINIS FRATRVM MINORVM.

CVm nos dilecto filio Zuerinen. Electo fratre Silardum Ordinis vestri de in Rozche Zuerinen, dicęc. in proprium concessimus confessorem, mandamus quatenus eundem Fratrem non atqueatis à domo predicta, quādiu ad hoc Electo necessarius fuerit memorato. Datum Lugduni 3. Kalend. Iunij anno 5.